IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE RECOGNITA

EDITIO TERTIA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG

ACCEDVNT

CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

VOLVMEN QVINTVM

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCLXXXXVI

LIPSIAE, EX OFFICINA BREITKOPFIA ET HAERTELIA.

AVGVSTISSIMO

AC

POTENTISSIMO

REGI ET DOMINO

DOMINO

FERDINANDO IIII

REGI VTRIVSQVE SICILIAE ET HIEROSOLYM

ETC. ETC. ETC

DOMINO LONGE INDVLGENTISSIMO

HOC VOLVMEN BIBLIOTHECAE GRAECAE

SACRVM ESSE IVBET

THEOPHILVS CHRISTOPHORVS HARLES

Nomini TVO REGIO,

REX AVGVSTISSIME

vt hoc volumen inſcriberem, TVAMque adorarem purpuram, et generis TVI TVARVMque virtutum ſplendor, qui longe lateque ſpargit radios ſuos, et inſignis, qua optimas litteras meque beaſti, munificentia ac liberalitas excitarunt me atque impulerunt. Vix enim ex Illuſtriſſimo DE MARCO, quem honoris cauſſa nomino, aliisque audieras, me valde optare, vt notitiam quamdam codicum graecorum, qui in regia amplaque TVA bibliotheca cuſtodiuntur, ad locupletandam ornandamque nouam bibliothecae graecae Fabricianae editionem nanciſcar, quum actutum adnueres precibus votisque meis, et iuberes, plenum illorum codicum manu exaratorum catalogum conficere mihique mittere. Quem quum diligentia cura-

que BASSII V. C. scite compositum et regia veluti veste indutum acciperem, atque indicem MSStorum, a multitudine et varietate non minus quam ab vtilitate atque praestantia insignium contemplarer: dici non potest, qua laetitia animi et qua admiratione tum mirae indulgentiae TVAE tum egregii adparatus litterarii perfusus, munus illud splendidum atque acceptissimum tractarim. Atque vt alii thesaurum illum melius cognoscerent, TVAMque munificentiam et TVVM litterarum iuuandarum ardorem mecum religiose venerarentur, integrum illum codicem calci huius voluminis commode, reor, adiunxi. Ego vero mihi ipse viderer ingratus et durus, nisi TIBI

REX POTENTISSIME

qui me hominem TIBI plane ignotum nec ciuem TVVM tanto

honore

honore et tam eximio munere ornaſſes, gratias agerem deuotiſſimas mentemque piam animique ſubmiſſionem palam declararem. TVIS quidem virtutibus rite celebrandis quamquam me imparem ſentio, fore tamen, vt TV pro ea, quae in animo TVO reſidet, lenitate atque indulgentia, meae tum imbecillitati dicendi ad TE iuſtis debitisque laudibus venerandum, tum audaciae, hoc volumine nomini TVO AVGVSTISSIMO inſcripto, facile ignoſcas, blanda ſpe ducor et fere auguror. Saltem id vt facias, et, quum vires deſint, vt meam voluntatem, religioſi gratique mei animi TIBI teſtificandi, atque hoc volumen, NOMINI TVO REGIO ſacrum, indulgentiſſime accipias, oro TE rogoque ſubmiſſe. Equidem, qui nulla oratione magnitudinem et virtutum TVARVM et munificentiae adſequi, nedum aequare poſſem, balbutire malui, quam quae TVAE debeam

beam beneficentiae ac liberalitati, omnino reticere. Deus vero TE cum DOMO TVA AVGVSTISSIMA incolumem seruet quam diutissime, et TE TVAque regna florentissima ab omni vi et iniuria hostium tuta atque secura praestet. Sum

NOMINIS TVI AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI

Scr.
Erlangae, die XXII. Septembr.
cIↃ IↃ CCLXXXXVI.

CLIENS DEVOTVS
THEOPHILVS CHRISTOPHOR. HARLES

PRAEFATIO

En! LECTOR BENEVOLE! quintum bibliothecae graecae Fabricianae volumen, quod continet reliquam eamque maximam voluminis tertii partem, et priora capita vol. IV. edit. vet. In hoc autem volumine locupletando adiuuerunt me ven. OBERTHÜR et cell. ACKERMANN atque BECKIVS. Primo autem debes vberiorem de FLAVIO IOSEPHO narrationem. Alter ſuetam ſatisque celebratam eruditionem atque diligentiam in elaborando capite de Galeno praeſtitit. Quod vero vir optimus mihique amiciſſimus temporis anguſtiis aliisque laboribus impeditus curatiorem plenioremque, quam Fabricius confecerat, catalogum ſcriptorum, a Galeno citatorum, nondum potuit abſoluere atque digerere: eum alio dabit tempore. Cel. denique BECKIVS non modo cum cel. KÜNOELIO omnem operam adhibuit, vt plagulae a vitiis typographicis, quantum fieri potuit, purgarentur; ſed etiam pro ea, quae in illo eſt, infinita litterarum copia hinc inde haud pauca, eaque egregia varii generis inſeruit ſupplementa. Reliquis capitibus meas qualescunque addidi obſeruationes. In iſtis autem quod ordinem Fabricianum aliquoties deſerui, id temporis aetatisque, qua ſcriptores vixerunt, rationibus motus feci: atque, id ſi commode fieri ſemper potuiſſet, ſaepius alium inſtituiſſem ordinem. In ſequenti tamen volumine, quoniam Fabricius in altera tomi quarti parte vet. edit. de Grammaticis atque Lexicographis graecis agere coepit, ego, ſi deus vitam viresque conceſſerit, neque ingratum videbitur lectoribus, maiore vſurus libertate notitiam aliorum antiquiorum veterum Grammaticorum et auctorum, qui vocantur, profanorum ſtatim ſubnectam; capita autem de ſcriptoribus eccleſiaſticis pertractanda poſtea reſumam.

Praeter ea in hoc volumine pag. 119 ſqq. indicem recentiorum de prouerbiis ſcriptorum valde contraxi: contra pag. 165 ſqq. e codice Veneto addidi pleniorem LAMPRIAE de ſcriptis patris ſui, Plutarchi, catalogum, quem debui humanitati atque liberalitati SIEBENKEESII, praematura morte nuper d. 25. Iun. abrepti, cuius tamen editionis STRABONIS tomus I. hoc anno prelo exiit. — In cap. de PTOLEMAEO libr. de adparentiis fixarum e cod. Sauiliano gr. editum ſupplementorum volumini reſeruabo. — In capite de ATHENAEO catalogum ſcriptorum, ab illo laudatorum, Fabricianum valde mancum in praeſenti omittere coactus, alio tempore, amici cuiusdam opera adiutus b. c. d. dabo pleniorem. — In capite de PLOTINO maximam partem vitae Plotini, a Porphyrio ſcriptae, et in ſequenti capite de PORPHYRIO integram HOLSTENII diſſ. de vita ſcriptisque illius excluſi; fragmenta autem Anatolii et Democriti cum verſione et notis Io. Rentdorfii, a Fabricio capiti de Iamblicho ſubiecta, in ſupplementorum volumen coniicere, ſatius fore iudicaui. Loco tamen illorum ſubſtituere malui catalogum *codicum graecorum bibliothecae regiae Neapolitanae*, de quo in praefatione ad ſuperius volumen egi, et alium *codicum graecorum*, qui in bibliotheca Neapolitana *Auguſtinenſium S. Ioannis ad Carbonariam* cuſtodiuntur, quem debeo ſingulari humanitati cl. CAIETANI DE ANCORA. Poſterioris quidem bibliothecae codd. mentionem, ſed neque plenam neque adcuratam, fecerat MONTFAVCON in Diario italico, Pariſ. 1702. 4. cap. XXI. pag. 308 ſqq. Nec vero pleniorem codd. graecorum, in vtraque illa bibliotheca adſeruatorum, commemorationem, quia in ſuperioribus voluminibus edendis, duo illos catalogos nondum nactus, illorum mentionem nullam iniicere potueram, harum deliciarum cupidis ingratam fore, nec a conſilio inſtitutoque noſtro alienam arbitror: in longius autem tempus differre, rebus vitae humanae incertis, haud tutum videbatur.

In praeſenti tamen poſtliminio quaſi adhuc reducam pauca, (plura enim collecta alio tempore bono cum deo ſuppeditabo,) ſcripta, quae demum poſt plagulas, typographo iam traditas, lucem viderunt, aut in meam venerunt notitiam.

Ad

Ad pag. 66. FRANZ BEYER, ord. Prof. der Geſchichte und Beredſamkeit zu Herborn, *über Epictet* und ſein Handbuch der ſtoiſchen Moral, in biographiſcher und literariſcher Rückſicht. Marburg. 1795. 8. Inter alia compoſuit V. D. indicem librorum de vita Epicteti atque editionum ac verſionum enchiridii; praecipue editionem Haloandrinam a. 1529. 8. (de qua iam egi in Introd. in hiſt. L. Gr. II. 1. pag. 60.) vberius deſcripſit.

Ad pag. 208. Editionis HVTTENIANAE *Opp. Plutarchi volumen ſeptimum* et *octauum* hoc anno (1796.) lucem viderunt. Ea continent Plutarchi Operum moralium et philoſophicorum partem primam et in praef. vol. VII. agit cel. HVTTEN de tribus editionibus libelli de educatione *Colonienſibus*, quarum duae ſine anni mentione, altera in forma quarta, altera in 8. ex officina Eucharii Ceruicorni cum programmate Melanchthonis prodierunt; tertia 1530. 8. apud Io. Soter. qui eodem anno ſimul GVARINI, Veronenſis, interpretationem illius libelli latinam vulgauit: (iis poteſt catalogus editionum, quem dedi p. 216. huius vol. locupletari.) Tum diſputat de editione Wyttenbachiana et de codice msto Noribergenſi, qui varia Plutarchi opuſcula, latine verſa, continet, et ſubiunxit indicem editionum, quibus vſus eſt in curandis opuſculis Plutarchi philoſophicis. In praef. vol. VIII. commemorat libellorum nonnullorum Steph. editionem: Apophthegmata Graeca Regum et Ducum, philoſophorum item, aliorumque quorundam: ex Plutarcho et Diogene Laertio. Cum lat. interpretatione. Loci aliquot in Gr. contextu emendati fuerunt etc. A. MDLXVIII. Excud. Henr. Stephanus. 12. PHILELPHI verſione Apophth. Reg et Imp. in codice Norib. vſus eſt HVTTENIVS.

Editio WYTTENBACHIANA iam ſuperiore anno prelum relinquere coepit, et eſt inſcripta: Πλȣταρχȣ τȣ Χαιρωνεως τα Ἠθικα. *Plutarchi Chaeronenſis Moralia, i. e. Opera, exceptis vitis, reliqua. Graeca emendauit, notationem emendationum et latinam Xylandri interpretationem caſtigatam ſubiunxit, animaduerſſ. explicandis rebus ac verbis, item indices copioſos adiecit Dan. Wyttenbach, hiſtor. eloquent. litter. gr. et lat. in ill. Athenaeo Amſtelod. Prof.* Oxoniae e typogr. Clarendon. 1795. mai. 8. tomi I. partt. I et II. et tomi II. partt. I et II. 1796. (Sunt quoque exempla in mai. 4. tom. I et II. excuſa.) Eſt noua recenſio, ita, vt edit. Aldina ſit fundus.

v. ephem. litter. Gottingenf. a. 1796. m. Febr. plag. 22. p. 206 fqq. 'In prolegomenis Wyttenb. dedit quoque hiftoriam criticam codd. msst. atque editionum. Illa editio Lipfiae typis renouabitur, et primus tomus iam fub prelo fudat.

Ad pag. 253. Ex Schweighäuferiana editione vt plurimum ducta eft TEVCHERIANA: *Appiani Alexandrini romanarum hiftoriarum quae fuperfunt. Graece edidit, notis variorum fele
ctis et fuis illuftrauit ac temporum rationem et indicem rerum adiecit Ludou. Henr. Teucherus.* Lemgou. 1796. 8. Huc vsque funt excufae, quantum fcio, voluminis I. partes duae, quae textum gr. voluminis primi Schweighäuferiani complectuntur.

Ad pag. 280. Iis, quae in Introd. in hift. L. Gr. II. 2. in addendis pag. 350. fcripfi de verfione Frobenii, mathematici Hamburgenfis, latina *Almagefti*, initio fuperioris faeculi facta, et meliore, quam Trapezuntii, et quam poffidet cl. BÜSCH, adde ipfius BÜSCHII teftimonium in illius *Encyclopaedie der mathematifchen Wiffenfchaften*, edit. II. Hamburgi, 1795. 8.

Per hanc occafionem ad pag. 749. vol. IV. adnotabo, editionis PFEIFFERIANAE *Philonis* Iudaei volumen *quintum* Erlangae 1792. iam exiiffe prelo. Id autem continet libros II. de fomniis et librum de Abrahamo.

Sed haec fufficiant. TV vero, L. B. vale, meisque conatibus faueas, et erroribus, fiue a me, fiue a typotheta commiffis, humaniffime ignofcas quaefo. Scr. Erlangae d. XXVI. Sept. cIↃIↃCCLXXXXVI.

II. A.

[*I. A. FABRICII PRAEFATIO* *) *AD VOLVMEN QVARTVM VETERIS EDITIONIS.*]

AD LECTOREM

Vereor, Lector optime, promiſſi mei, ſi qua fuit, gratiam exſpectatione iam triennii conſumtam: cum Auſonio tamen in ſecundis habeo, non fefelliſſe. Ecce igitur partem Tibi alteram libri quarti Bibliothecae Graecae, quantam perficere temporis rationes mihi permiſerunt. Hae ſi tuliſſent, conſtitueram ſane nonnulla adiungere, quae in librum quintum vel ſextum iam a me reiici oportuit, vel ſeparatim a me edi in lucem erit fortaſſe ſatius. Nimirum Theologumena Arithmeticae Iamblichi, (vt mihi perſuaſi,) auctoris, latina verſione mea et notis illuſtrata annectere volebam, quae ſeorſim nunc vulgaturum me ſpero. Quinto autem vel ſexto libro haec inſerentur capita, quae ab hoc quarto diuulſa eſſe fateor:

1. *De magno Suidae Lexico, et de aliis lexicis Hiſtoricis aliusque generis, tum deperditis, tum ineditis, vt Photii, Zonarae, etc.*

2. *De Lexicis Etymologicis, Magno, aliisque. De Io. Philoponi et aliorum ſyllogis ad calcem theſauri H. Stephani et aliorum Lexicorum Graecolatinorum ſubiici ſolitis. De Gloſſariis Graecis et Graecolatinis editis atque ineditis. De lexico Nucerini,*

*) Haec ſcripta eſt, (vti ex praemiſſa dedicatione, diei annique ſignis notata, conncere licet,) VII. cal. April. CIↃIↃCCXI. Primam autem lucem adſpexit id vol. 1711. iterum 1722.

cerini, epiſcopi, Varini Phauorini Camertis, et praecipuis recentioribus Lexicis atque Gloſſariis tum Graecis tam Graecobarbaris et hodiernae Graeciae idiomata illuſtrantibus.

3. *De Grammaticis Graecis, ab Aldo editis, Apollonio Dyſcolo, Herodiano aliisque, tum de Hephaeſtione. De Herodiano item Hiſtorico, qui a Grammatico diuerſus fuiſſe probatur.*

4. *De Dionyſii, Thracis, arte Grammatica MS. et commentariis in illam Graecorum ineditis. Catalogus Grammaticorum ineditorum. Ex deperditis Grammaticis quorum infinitus numerus, centuriae aliquot ordine litterarum recenſitae.*

5. *De ſcriptoribus Graecis vsque ad Conſtantinum M. Chriſtianis, et indices ſcriptorum, in vniuerſis illis quotquot editi exſtant, citatorum.*

In indicibus ſcriptorum, quos in hoc etiam volumine non paucos habes, quaedam interdum admiſi, vbi proprie ſcriptum nullum auctoris citatur, ſed quae ad notitiam litterariam mihi tamen facere videbantur, licet alioqui fatear, rectius ea ad indices rerum ſpectaſſe, ſed quales exhibere a meo inſtituto alienum fuit. Illam igitur qualemcunque, ſiue libertatem ſiue culpam vt feras, vel condones mihi, ab aequitate tua peto. Equidem omnem opto operam impendere, vt quam primum, quae reſtant, operis partes typis exſcriptae ſubſequantur, et confido intra breuius tempus duos reliquos libros me daturum, quam altera haec libri quarti pars editionem morata eſt. Tu interim, faue laboribus noſtris, optime Lector, et Vale.

INDEX

INDEX CAPITVM

LIBRI QVARTI

CAPVT VIII (olim VI)

De FLAVII IOSEPHI *vita, ſcriptis editis ac perditis, codd. msst. vulgatorumque editionibus atque verſionibus. Teſtimonium de Chriſto.* IOSEPHVS PSEVDO-GORONIDES *eiusque interpretes et editiones. Alii Ioſephi, qui graece ſcripſerunt. Scriptores deperditi de rebus Iudaeorum. Index ſcriptorum, a Ioſepho citatorum. Studio* FRANC. OBERTHÜR *). pag. 1

CAPVT IX (olim VII)

De EPICTETO, *philoſopho, eius vita, Enchiridii interpretibus,* ARRIANO, SIMPLICIO, S. NILO, *qui graecam paraphraſin chriſtianam condidit; de codd. msst. et editionibus. Dicta Epicteti, quae in Arriano et in enchiridio non leguntur.* pag. 64

CAPVT X (olim VIII)

De FLAVIO ARRIANO *eiusque ſcriptis editis ac deperditis, eorumque, quae exſtant editionibus ac MSStis.* pag. 89

CAPVT XI (olim IX)

De ZENOBIO, DIOGENIANO *et aliis prouerbiorum ſcriptoribus graecis, cum indice auctorum, ab illis citatorum. Catalogus ſcriptorum deperditorum et multorum recentiorum in colligendis prouerbiis, graecis potiſſimum, verſatorum.* pag. 109

CAPVT

*) Hic ſemel notabo, a me, exceptis hoc capite et cap. XIX. *de Galeno*, cetera, quae in hoc reperiuntur volumine, ſupplementis eſſe locupletata. Quare illis nomen meum breuitatis ſtudio in hoc indice non adſcripſi. *Harl.*

CAPVT XII (olim X)

De DIONE CHRYSOSTOMO *eiusque orationum ac dissertationum argumentis, codd. atque editt. De* DIONIS CASSII *historia romana eiusque epitomatore* XIPHILINO, *de codd. et editt. et de vita Alexandri Seueri, quam, velut ex graeco Encolpii versam, confinxit et anglice edidit Tho. Elyotus. Alii* DIONES. pag. 124

CAPVT XIII (olim XI)

De PLVTARCHI, CHAERONENSIS, *vita et scriptis editis ac deperditis cum variis obseruatt.* LAMPRIAE *libellus de Plutarchi scriptis, gr. et lat. idem plenior ex cod. Veneto gr. Alii* PLVTARCHI. *Codd. et editt. Index scriptorum, a Plutarcho citatorum.* pag. 153

CAPVT XIV (olim XII)

De APPIANI, ALEXANDRINI, *libris editis atque deperditis, eorumque, quae exstant, codd. interpretibus atque editionibus.* pag. 244

CAPVT XV (olim XIII)

De PHLEGONTE TRALLIANO *eiusque scriptis editis ac deperditis, libro item de Nilo, quem ei tribuit Menagius. De* ARTEMIDORO, ASTRAMPSYCHO, NICEPHORO, ACHMETE *et aliis Onirocriticis. Indices scriptorum, a Phlegonte et Artemidoro laudatorum.* ARTEMIDORI *varii.* pag. 255

CAPVT XVI (olim XIV)

De CLAVDIO PTOLEMAEO *eiusque geographia, magna Syntaxi, libro de iudicandi facultate animique principatu, et aliis scriptis editis, suppositiis ac deperditis, eorumque, quae exstant, codd. msstis editionibusque. Alii* PTOLEMAEI. *De globis coelestibus veterum et similibus instrumentis astronomicis.* pag. 270

CAPVT XVII (olim XV)

De PAVSANIAE *et* POLYAENI *scriptis editis ac deperditis, eorumque codd. et index scriptorum, a Pausania laudatorum.* pag. 307

CAPVT XVIII (olim XVI)

LVCIANI *vita et scriptorum catalogus, ordine litterarum digestus, cum variis obseruatt. de Luciani codd. et editt. aliisque hoc nomine. Index scriptorum, a Luciano memoratorum.* pag. 325

CAPVT

CAPVT XIX (olim XVII)

GALENI *vita et libri tam genuini, quam suspecti et spurii, editi et inediti aut deperditi, codd. editiones et interpretes.* (*Studio* I. C. G. ACKERMANNI.) pag. 377

CAPVT XX (olim XXIII in vol. IV)

De M. AVRELIO ANTONINO, MAXIMO TYRIO *et* ALCINOO, *eorum libris, horumque codd. msstis atque editt. et versionibus. Indices scriptorum et illustrium virorum, quorum M. Antoninus et Max. Tyrius meminerunt.* pag. 500

CAPVT XXI (olim XVIII)

De SEXTO EMPIRICO, *et eius scriptis, codd. atque editionibus, et scriptis deperditis; addito indice scriptorum, ab eo citatorum.* pag. 527

CAPVT XXII (olim XXIV in vol. IV.)

De PHILOSTRATIS *et* CALLISTRATIS *variis, itemque de* APOLLONIO, TYANENSI, *horumque scriptis. Auctores a Philostrato laudati.* pag. 540

CAPVT XXIII (olim XIX)

De DIOGENE LAERTIO *eiusque Pammetro et opere de vitis philosophorum illiusque interpretibus, codicibus atque editionibus. Index scriptorum, a Diogene Laertio citatorum.* pag. 564

CAPVT XXIV (olim XX)

De OPPIANI *scriptis, scholiaste, paraphrasi* EVTECNII, *interpretibus, codd. et editionibus.* pag. 590

CAPVT XXV (olim altera pars capitis XX)

De ATHENAEO *pluribusque hoc nomine. Athenaei Dipnosophistica; eorum epitome.* ATHEN. *interpretes, codd. mssti, editt.* pag. 602

CAPVT XXVI (olim XXI)

De AELIANI *unius, an duorum scriptis editis, manu exaratis, deperditis et epistolis rusticis, cum indice scriptorum, in historia et varia et animalium citatorum.* pag. 609

CAPVT XXVII (olim XX. a quo inceperat vol. IV. vet. edit.)

De NICOMACHO GERASENO *et pluribus* NICOMACHIS; *de auctore Theologumenon Arithmeticae; de* DIOPHANTO *atque aliis scriptoribus graecis editis, ineditis ac deperditis, qui disciplinam numerorum tradiderunt. Index scriptorum, a Nicomacho et in Theologumenis arithmeticae citatorum.* pag. 629

CAPVT XXVIII (olim XXV)

De ALEXANDRO APHRODISIENSI, *eiusque scriptis editis, ineditis ac deperditis, atque index scriptorum, in vniuersis editis ipsius monumentis laudatorum.* pag. 650

CAPVT XXIX (olim XXVI)

De PLOTINO, DEXIPPO *et* AMMONIIS *variis. Scripta Plotini ex vita illius, a Porphyrio scripta, gr. et lat. excerpta, praemisso conspectu chronologico. Indices scriptorum, ab illis laudatorum.* pag. 676

CAPVT XXX (olim XXVII)

De PORPHYRIO *eius scriptis editis, ineditis ac deperditis. Index auctorum in omnibus editis Porphyrii scriptis memoratorum.* pag. 725

CAPVT XXXI (olim XXVIII)

De IAMBLICHO *eiusque scriptis editis, ineditis ac deperditis cum indice scriptorum, in Iamblichi libris editis laudatorum.* pag. 758

Catalogus codicum MSS. graec. in biblioth. REGIA NEAPOLITANA. pag. 774

Alius codicum gr. MSS. in biblioth. S. IOANNIS DE CARBONARIA, *PP. Augustinianorum, Neapolitana.* pag. 796

IO. ALB. FABRICII
BIBLIOTHECAE GRAECAE
LIBER IV.

CAPVT VIII (olim VI)
DE FLAVIO IOSEPHO.

[Studio *Francisci Oberthür*, Canonici capitularis, Theol. et I. V. Doctoris, et Theologiae in Vniuersitate Wirceburgensi Prof. Publ. Ord. [a])]

Mei in Iosephum Flauium vberioris post Fabricium, Hudsonum et Hauercampium commentarii hoc ecce interim in Fabriciana bibliotheca congruum huic instituto, compendium duobus summis capitibus, singulis in tres sectiones distinctis, comprehensum, atque hoc ordine modoque repraesentatum: I. *Ios. Flauii* A) *vita*, B) *scripta*, C) *scriptorum virtutes et vitia.* II. *Notitia litteraria Flauianorum operum.* A) *Elenchus Codd. MSS.* α) *graecorum*, β) *latinorum*, γ) *codicum, qui num graeci, an latini sint, mihi non constat.* δ) *Iosephina opera in hebraicam, et arabicam linguam translata.* B) *Historia chronologica editionum graecarum, latinarum, et versionum vernacularum.* C) *Index lucubrationum in Flauiana opera, adhuc editarum, quae quidem mihi innotuere.*

I. A.

Illustrissimo apud Iudaeos quippe sacerdotali primi ordinis paterno [b]), et regio Assamonaeorum materno genere oriundus *Iosephus*, Hierosolymis natus est, vrbe gentis totius primaria, anno regni Caii Caligulae primo. Patri, omnium ore ob virtutes celebrato, *Mathiae* [c]) nomen fuit. Eminuit in puero, cum Mathia, fratre germano, iisdem, quae apud Iudaeos ad solidum profundumque legis mosaicae studium vnice pertinebant, litteris instituto,

a) Ven. *Oberthür*, qui a multis annis omnia, quae ad historiam Iosephi eiusque librorum rite pleneque concinnandam facerent, diligenter conquisiuit, ideoque multas perlustrauit bibliothecas, multaque congessit subsidia, me rogante, ex amplissimis, quos conscripsit, suae Iosephi editioni aliquando subiuncturus, commentariis ea, quae sequuntur, et quae responderent consilio et instituto nostro, sollerter delegit. Quibus ego et pluscula, a Fabricio nostro olim adnotata, ne ea in nostra desiderarentur editione, et pauca alia, quae haud incommoda videbantur, hinc inde adieci, iis tamen omissis, quae ego in Introduct. in historiam L. Gr. tom. II. part. I. pag. 41 sqq. edit. 2dae scripsi. *Harl.*

b) Genus suum ipse recenset Iosephus in vita, e publicis tabulis, (δημοσίαις δέλτοις) pag. 998. Conf. de his *Perizon.* in triade diss. I. Tales fuere δημόσιαι κύρβεις, e quibus genus suum refert *Synes.* epist. 57. *Fabric.*

c) De Matthiae nomine vid. Vales. ad Euseb. pag. 47.

instituto, praeter docilitatem ingenii altior indoles, maiorque iudicii et memoriae vis, nobilium virorum laudes et admirationem ipsi concilians. Vt inter tres Iudaeorum, tunc de religione philosophantium, sectas optimam posset sequi, sexdecim annorum adolescens, cuiusvis doctrinas et praecepta noscere sedulo studuit; imo ad *Banum* [d]) quemdam eremitam se contulit, cuius ea fuit in cultu, virtuteque simplicitas, vt ex arborum foliis vestes sibi pararet, nec nisi alimentis sponte prouenientibus, crebrisque noctu et interdiu lauacris frigidis in vitae sanctimoniam vteretur, futurus certo alius nouae sectae auctor, nisi plane singulari et paradoxa viuendi ratione potius, quam dogmatibus a vulgo distingui maluisset.

Tribus annis in Bani contubernio exactis domum redux Iosephus, Pharisaeorum partibus se addixit. Quod, ne Iosepho inuidiae sit, cum Pharisaei pessimi plerumque scurrae audiant, meminisse iuuat, a Iosepho statui [e]), eorum virtutis studium, praecepta, moresque Stoicorum apud Graecos doctrinae vt plurimum conuenire. Etsi hoc nil aliud fuisse videatur, nisi doctum quoddam figmentum Iudaei, suos inter Graecosque analogiam omni studio quaerentis, quo facilius ii, quorum gratia scripsit, magnam quandam pharisaismi ideam mente conciperent: nihilo tamen minus Iosephum morum probitas, atque in gerendis rebus dexteritas virtusque, omnibus summopere commendabit. Excusare quoque ea de caussa eum licet, quod admodum iuuenis latentem in angue herbam, Pharisaeorum hypocrisin, — quod tamen non omnium, sed tantum multorum fuit vitium, — praestantia dogmatum, et boni amore abreptus, forsan detegere nequiuerit vti hypocrisis id habet peculiare, vti nonnisi a perspicaci iamque perito et experto humanarum rerum obseruatore, atque ab hoc ne primo quidem obtutu detegi possit. Indignari certo, si aequus esse iudex velit, nemo poterit, iuueni, magnum gestanti animum, magnaque sectanti, nec minus prudenti, cuius praeterea aetas in tam difficilia tempora inciderat, quod tempori seruire, et sectam illam profiteri maluerit, quae populari fauore ita fruebatur, vt fere solis eius adseclis ad publicos honores accessus pateret; atque, si vmquam Sadducaeorum quis magistratum gereret, inuitus licet, et necessitate coactus eius opinionibus adsentiri debuerit, ne ea, quae diceret, populo minus probarentur.

Annos nouendecim natus Iosephus primum reipublicae gradum capessit. Cum Procurator Iudaeae, Felix, sacerdotes quosdam, viros honestos, et bonos ob rem minimi, et nullius fere momenti, vinctos Romam misisset, caussam suam apud Neronem dicturos, Iosephus, eis perquam familiariter antea vsus, atque eorum religiosam in carcere a cibis gentium abstinentiam miratus, Romam proficiscitur, eorum libertatem et salutem vt auctoritate sua et precibus efficiat, anno regni Neronis fere vndecimo, mari adriatico se committit, vbi parum abfuit, quin Iosephi in ciues et amicos pietas suae ipsius vitae fieret periculosa. Poppaeae tamen, quae Caesaris coniux erat, fauorem atque amicitiam nactus, non obtinuit solum id, quod voluit, sed et magnis muneribus ornatus, iuuenis 26 annorum, in patriam reuertit.

Hic nouandarum rerum studia gliscere, primaque motuum contra Romanos initia advertens, omni, qua valuit, eloquentiae vi seditiosos in officio continere, sed incassum, studet, et eadem cum hostibus romanis sentire, et patriae proditionem moliri, suis visus, occupato

d) Apud Fabricium dicitur *Banunus.*

e) Iosephus in vita, pag. 999.

cupato iam caſtello, Antonia, in interiora templi ſemet ſubducere cogitur. Iam bellum flagrat, et Ceſtius Syriae Praefectus profligatur.

Quum etiam in Galilaea, adhuc tranquilla, ſenſim et clandeſtine, quietem perturbari intelligerent Hieroſolymitanum primores, Ioſephum cum duobus ſacerdotibus eo miſerunt, vt ſeditioſos comprimeret. Omnibus bene geſtis, eas prudentiae, virtutis imperatoriae, aequitatis et iuſtitiae, imo et abſtinentiae laudes tulit, vt publice a Senatu Hieroſolymitano vniuerſae Galilaearum terrae praetor conſtitueretur: (de bello Iudaico II. 25. p. 822.)

Mitem, vacuumque ab ira et immoderatis affectibus, et aeque ſapientem et prudentem fuiſſe eum, vel vnum hoc illuſtri documento eſt, quod, Phariſaeus licet, obſtitit, ne duo Trachonitae, quos gentiles ſui niſi hac conditione apud ſe tolerare voluerant, inuiti circumciderentur, dum oportere dicebat hominem quemque minime coactum, ſed ſua ſponte Deum colere [f]), neque faciendum quid, vnde eos, qui ſalutis quaerendae cauſſa ad Galilaeos confugerint, ſui conſilii poeniteat; quodque ſine vlla ciuium caede toties commotum Galilaeae populum iterum compoſuit, atque ſemet a praeſenti, in quo non raro verſabatur, vitae periculo, ſemper ſaluum vindicauit. Ipſam inimicorum ſuorum inuidiam, callidamque ad ipſum perdendum fraudem variam, ſtratagematis effugit feliciter.

Ceſtio ingenti clade in Galilaea profligato, Nero Veſpaſianum, rei militaris peritiſſimum, in Palaeſtinam mittit. Ioſepho duce et auctore Iudaei ſumma pertinacia Romanis reſiſtunt, maxime in defendenda Iotapata. Capta tandem vrbe quum Romani ob vires paene omnes in ea expugnanda conſumtas exaſperati in omnes cuiuscumque aetatis et conditionis incolas deſaeuirent, Ioſephus deſiliit in puteum, vbi quadraginta viros ingentemque in dies non paucos rerum neceſſariarum copiam offendit. Detectum proditumque a muliere Veſpaſianus tanti ducis videndi deſiderio motus, mittit tribunos tandemque Nicanorem, Ioſepho olim familiarem, qui datis dextris, ingentibusque promiſſis vt ſe dederet, tandem perſuaderent, quod tamen non ſine nouo vitae periculo, ſibi a ſuis tunc contubernalibus parato, atque capto ex arena conſilio, et praeſenti Numinis ope, tandem feliciter ſuperato, peragi potuit [g]).

Viuum captiuorum more vinculis teneri atque diligenter cuſtodiri iubet Veſpaſianus, cuius, vti et Titi, gratiam et beneuolentiam ſibi tum indole egregia et moribus praeclaris, tum vel maxime vaticinio, quo vtrumque romanum adepturum imperium praedixit, breui conciliauit [h]); hisque permotus virginem, Caeſareae captam eiusque loci indigenam, in matrimonium duxit. Veſpaſianus, biennio poſt Imperator demum factus, vaticinii memor, ſe-

A 2 curi

f) pag. 1007. ἐκ ἄσα βιασθῆναι, φάσκων, δεῖν ἕκαστον ἄνθρωπον κατὰ τὴν ἑαυτῦ προαίρεσιν τὸν θεὸν εὐσεβεῖν, ἀλλὰ μὴ κατὰ βίας.

g) Ioſeph. III. de B. Iud. cap. 14. (in graeco, 24 ſq.)

h) *Ioſ.* III. de B. I. 14. et V. 12. pag. 854. 901. 961. *Sueton.* Veſpaſ. cap. 5. *Xiphil.* p. 203. Suid. in Ἰώσηπος. De hoc vaticinio Ioſephi lectu digna et erudita exſtat *Gotfridi Olearii* diſſ. edita Lipſiae 1699. qua hoc totum callidae prudentiae tribuit. *Fabric.* — Quidam in Bibl. raiſ. tom. 26. p. 114. negat, hoc vere factum eſſe, totamque hanc hiſtoriam habet pro fabula. *Heum.* — M. *Theodor. Ambroſ. Strohbach* in diſſ. de Ioſepho, Veſpaſiano imperium praedicente, vere num diuinauerit, Lipſiae 1748. 4. vere quidem accidiſſe putat, vt a Ioſepho ſumma imperii praediceretur Veſpaſiano, illum vero callide coniicientem, admodum verſute vatem ſe profeſſum eſſe. *Harl.*

curi vincula Iosephi, quasi iniuria vincti, frangi iubet; solutum muneribus auget et honoribus; Iosephus vero, in grati animi signum, atque ad conciliandam sibi magis totius Flauiae gentis beneuolentiam Flauii cognomen adsumit; idemque perpetuus Tito Hierosolyma oppugnanti, a latere comes. Res autem suae gentis desperatas cernens ipse e Romanorum castris ad patria moenia progressus ciues suos per Deum obtestatur, se victori vt dedant; qui hac ratione eum, quem sub Iotapatae ruinis sepultum opinati communi totius gentis luctu fuerant prosequuti, adhuc viuere et cum Romanis esse certiores facti, caput eius, tanquam proditoris, petunt telis lapidibusque.

Expugnatis tandem Hierosolymis, monitus a Tito Iosephus, ex patriae ruinis quidquid vellet, vt sibi sumeret, libros sacros, libertatem captiuorum nobilium, fratris, quinquaginta amicorum, et centum circiter ac nonaginta feminarum ac liberorum rogauit. Cuius votis ita adnuit Imperatorum humanissimus, vt etiam iam cruci adfixos solui et Iosepho ac medicorum curae tradi iuberet. Recipit bona amissa, additis nouis in Iudaea, Romae vero ius ciuitatis, et hospitii in aedibus Flauiae gentis, quae beneficia beneficiis addere non destitit, irrita semper popularium suorum in eum inuidia et ira.

Matrimonium ter iniit. Praeter caesareensem illam, quae mox ab eo discessit, cum vinculis solutus Vespasianum comitaretur Alexandriam; alteram hic ducit vxorem, repudiatque iam tertium puerperam, ob mores parum probatos. Tertia, Iudaea genere, Cretensis patria, gente nobilis, moribus egregia, filios duos, Iustum et Agrippam, marito gignit. Sors liberorum incerta; vti et ipsius Iosephi fata postrema. [Forte tamen, ait Fabricius, haud diu superfuit patrono suo Epaphrodito, cuius casum, (interfectus autem est a. Chr. XCV. a Domitiano,) in ipsius etiam Iosephi perniciem ab inimicis versum, suspicatur *H. Dodwellus* diss. VI. ad Irenaeum pag. 468.]

B.

Quae exstant Iosephi opera, graeco sermone conscripta sunt omnia [i]) atque hoc quidem temporis ordine: *L. VII. de Bello Iudaico.* Belli huius, ipse eius testis, et magnam partem actor, historiam in gratiam popularium suorum patria primum lingua, syrochaldaica, perscripsit. Hanc in Gorionide adhuc superstitem esse, nonnulli minus recte sunt opinati. Sed quum videret, idem bellum a multis, eius parum gnaris, vel partium studio ductis, describi, ipse, Romae plus otii et maiorem graecae linguae facultatem nactus, eius historiam, patrio primum a se sermone scriptam, graece reddidit; ac in septem libros, hosque in capita ipse diuisit [k]). In codicibus antiquis et apud patres [l]) hi libri etiam ἰουδαικη ἱστορια περι

i) De scriptis Iosephi vid. *Eusebius* hist. eccl. III. cap. 9 et 10. *Heum.*

k) Iosephus prooemio: Προὐθέμην ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν Ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλὼν, ἃ τοῖς ἄνω βαρβάροις τῇ πατρίῳ συντάξας, ἀνέπεμψα πρότερον, ἀφηγήσασθαι. Quinam sint illi οἱ ἄνω βάρβαροι, docet idem paucis interiectis, Πάρθους μὲν καὶ Βαβυλωνίους, Ἀράβων τε τοὺς ποῤῥωτάτω καὶ τὸ ὑπὲρ Εὐφράτην ὁμόφυλον ἡμῖν, Ἀδιαβηνούς τε γνῶναι διὰ τῆς ἐμῆς ἐπιμελείας ἀκριβῶς etc. Nec mirum, Iudaeos a Iudaeo homine barbaros adpellari, quum Christiani etiam hoc nomine adpellent interdum Christianos, diuersa lingua vtentes. Vide *Coteleriuum* ad homiliam IV. Clementin. tom. I. patrum apostol. pag. 563. Quaenam vero sit lingua Iosephi patria, non aeque perspicuo testimonio eius constat. Itaque alii syro-chaldaice Iosephum prius libros de B. I. scripsisse adfirmant. [Ioseph.

περι της αλωσεως inſcribuntur, atque apud Suidam *ὑπομνηματα της αιχμαλωσιας* vocantur. Neque ſumtibus, neque laboribus in componenda commendandaque hac hiſtoria pepercit, vt veritate et ſcriptione omnibus aliis de hoc bello commentariis antecelleret. In hoc ſane omnes conſentiunt, quod ſine his de B. I. libris illorum temporum, illius terrae ac populi, illorum factorum notitia careremus, quae tamen in ſ. bibliorum ſtudio multum iuuat. Vbi enim biblica iudaicae gentis hiſtoria deſinit, ibi ſuae hiſtoriae initium Ioſephus ſumit ſic, vt res, aetate ſua antiquiores, ſummatim breuiterque percurrat, eas vero, quae ſuis temporibus gerebantur, vberius fuſiusque maxima diligentia referat. Cauendum iterum, ne hic Ioſephum cum Hegeſippo, vt ibi cum Gorionide, confundas.

Archaeologiae Iud., ſiue Antiquitatum Iud. Libri XX. m) A. 56. vitae Ioſephi, et 13. regni Domitiani conſcripti, vniuerſam gentis iud. hiſtoriam, a primis originibus ad nouiſſima vsque tempora, complectuntur. Eiusmodi opus conſcribere iam tum in animo habuit Ioſephus, quum iudaici belli hiſtoriam meditaretur; rei magnitudine deterritus, bellique recentiorem hiſtoriam pluribus gratiorem fore ratus, tunc abſtinuit; reſumſit vero opus, quum ſuos de B. I. libros Graecis Romanisque probari, multosque eſſe reliquarum rerum, ad hanc gentem pertinentium, non parum curioſos, intelligeret. Maxime vero ad ſcribendum illum permouit tum magnus in gentem ſuam amor, ſuam apud Graecos ac Romanos minus ſpectatam gentem in propria, tum antiquitate, tum inſtitutis ſuis ſibi parta gloria repraeſentandi, peropportunam ſic occaſionem nactus, tum amici Epaphroditi n) auctoritas.

 Hebraice

[Ioſeph. libr. V. de B. I. cap. 9. §. 2. ſcribit, ſe iudaica lingua loqui potuiſſe: it. libr. VI. cap 2. §. 1. *Heum.* —] vid. *Sam. Basnagii* exercit. ad Baronium pag. 388. vbi Ioſephum hebraice calluiſſe negat, quod mihi de Iudaeo, legis ſtudioſiſſimo, et qui ex hebraicis libris antiquitates hebraicas condidit, nullo modo credibile videtur, licet puro hebraismo vſum in ſcribenda hiſtoria nolim contendere. Argumentis plerisque, quibus hebraismi imperitum nonnulli audacter faciunt ob violentiores aliquas hebraicorum nominum interpretationes, (quas e Ioſepho collegit *Io. Martianaeus* tom. II. Hieronymi pag. 170 — 175.) reſpondit *Iſ. Voſſius* libro de LXX. interpretibus. Conf. *Paulli Pezronii* antiquitatem temporum reſtitutam pag. 49. et *Humfredum Hody* de bibliis original. pag. 223 ſqq. *Fabric.* — *Wolf.* Bibl. hebr. pag. 547. not. p. Ioſephum hebraice calluiſſe, negant quoque *Andr. Maſius* comm. ad Ioſ. X. 1. p. 1662. et ad cap. XVIII. 16. p. 1838. ac *Vorſtius* de Hebraism. N. T. part. I. pag. 37. et *Pfeifferus* crit. S. pag. 321. *Heum.* — Contra *Erneſti* in Obſſ. in Flauii A. I. p. 59. ex eo, quod Ioſephus prooem. §. 2. dicit, ſe antiquitat. hebr. interpretari *ἐκ τῶν ἑβραϊκῶν γραμμάτων* ex *hebraicis* libris, graecam autem linguam vocat *ξένην διάλεκτον*, colligit, illum hebraice ſciuiſſe, nec e LXX. hauſiſſe ſua. *Harl.*

l) *Euſebius* III. 9. hiſt. ecclеſ. *ἱστορίαν τοῦ κατ' αὐτὸν Ἰουδαϊκοῦ πολέμου* vocat, atque ita Ioſephus ipſe, non vno in loco et Stephan. in Φασαηλίς. *Iſidorus Peluſ.* IV. ep. 75. Ἰωσήπου (*ἀνδρὸς Ἰουδαίου μὲν, φιλαλήθους δὲ,*) *περὶ τῆς ἁλώσεως ἱστορίαν.* In codice Bodleiano: *περὶ ἁλώσεως Ἰουδαίας καὶ τῆς μεγάλης πόλεως.* *Fabric.*

m) *Iuſtinus Martyr* cohortat. ad Graecos p. 19. *ὁ γοῦν Ἰώσηππος τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ διὰ τῆς ἐπιγραφῆς τῶν βιβλίων σημῆναι βουλόμενος, ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας οὕτω γέγραφε.* Φλαβίου Ἰωσήπου *ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας.* *Fabric.* — Vid. *Fabric.* de ſcriptor. de veritate relig. chriſtianae cap. 2. pag. 141 ſq. *Heum.*

n) Videtur intelligi *Epaphroditus*, libertus Neronis, quem memorat *Arrianus* libro primo Epictetearum diſſ. cap. 1 et 26. Interfectum a Domitiano, (a. Chr. 95.) tradit Dio lib. 67. p. 766. Conf. *Io. Pearſonii* opera poſtuma pag. 172. Alius *Epaphroditus* Chaeronenſis grammaticus librorum helluo, quorum vltra 30,000 collegerat, clarus circa eadem tempora et ſub Nerua Imp. hydrope exſtinctus, de quo Suidas. *Fabric.*

Hebraice primum ſcriptos a Ioſepho hoſce libros fuiſſe, veroſimile non eſt o). In capitum diſtinctionibus nimium diſſerunt codices ms. graeci, latinique, et: Num Ioſephus ipſe indicis, ſingulis libris praemiſſi, auctor ſit? adhuc dubitatur. *Harduini* r) audaciſſima, qua Ioſephum inter ſcriptores memorat, quorum opera impoſtoribus monachis 13 poſt Chriſtum natum ſaeculi auctoribus tribuit, ſententia, vix referri, nedum refutari meretur.

Liber de vita ſua. Adpendix eſt et ſupplementum librorum antiquitatis, atque cum hisce vno plerumque filo editus, ſcriptus procul dubio etiam poſt Archaeologiam q), ac proinde poſt libros de B. I. ſiquidem vtrobique de Agrippa, ſed ibi de eo, adhuc viuo, hic de eo, iam mortuo, loquitur.

De antiquitate Iudaeorum, ſiue contra Apionem libri II.

Fuerunt, qui hiſtoricam Ioſephi auctoritatem infringere niterentur, dicentes eum vel in hiſtoria conſcribenda non aliter, ac pueros in ſcholis ſuum modo ingenium exercuiſſe, illamque dein in publicum propoſuiſſe: vel in archaeologiae libris multa de gentis ſuae antiquitate mentiri et fabulari, ex hac inprimis ratione, quod nulla Iudaeorum mentio fiat apud celebres Graecorum hiſtoricos. Fuerunt etiam graeculi nonnulli, qui, ſcriptis publicis de Iudaeorum hiſtoria, inſtitutis et ritibus ſacris ſine iuſta rerum cognitione ſcribentes, multa falſa retulerunt, atque vt odium, quo gens iam tum premebatur, augerent, varia illis crimina adfinxerunt, et vniuerſae genti iam omni ab hinc aeuo quandam infamiae notam inhaeſiſſe ſunt calumniati. Hos inter eminuerunt Apion grammaticus, et Apollonius ὁ Μολων, quorum ille III. ſuo rerum aegyptiacarum libro ſacras templi hieroſolym. ceremonias aliosque Iudaeorum ritus criminatus eſt; alter vero, quis qualisque fuerit ſcriptor, atque qua ratione Ioſephum ſibi aduerſarium excitarit, non conſtat. [Ioſephus ſacrorum codicum fidem bonam mala ſaepe fide ſequutus videtur, inquit *Maſius* ad Ioſ. VIII. 30. pag. 1617. et *Tolandus* in Liuio Adeiſidaemone §. 16. pag. 43. Ioſephum vocat perſonatum Iudaeum. *Heum.*]

Contra hos male ſentientes ſcribentesque Ioſephus ſibi temperare non potuit, quin ipſe, iuſtiſſimus ſimul maiorum ſuorum gloriae vindex, ſuum veritatis ſtudium defenderet. Duos igitur libros *de antiquitate gentis iudaicae* ob argumenti cum archaeologia adfinitatem eidem Epaphrodito inſcripſit. Diſtincti ſunt omnino ab archaeologia, cuius tamquam vindiciae habendi, atque poſt iſtam ſcripti. Inſcriptio, *Contra Apionem* recentior videtur, quum plures aduerſarios hoc opere refutare Ioſephus conſtituerit. In primo enim docet, quare hiſtoriographi quidam mentionem non fecerint Iudaeorum; diſputat de graecorum hiſtoricorum fide, de auctoritate librorum ſſ. queis tamquam annalibus contineatur omnis gentis iud. hiſtoria; deinde ex profanis et maxime graecis auctoribus vndique loca adfert, quae vel confirment res Iudaeo-

o) Hebraice antiquitatum libros primum ſcripſiſſe, legas in Bibliotheca *Sixti Senenſis* lib. IV. pag. 273. ſed hoc recte refellit *Thomas Ittigius* in eruditis ad Ioſephum prolegomenis; confutata etiam alterius viri docti opinione, qui Antiquitates hebraice primum, ſtante adhuc templo, ſcriptas colligebat e loco libri VII. cap. 11. p. 249. quo Ioſephus adfirmat ſortitionem familiarum ſacerdotalium obtinere ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας. *Fabric.*

p) *Vignolius Maruillius* tom. I. miſcell. hiſtor. et litterar. pag. 78.

q) Clariſſime hoc teſtatur *Ioſephus* XX. 9. p. 703 et p. 1032. conf. *Thomae Ittigii* prolegomena ad Ioſephum b. 3. *Valeſ.* ad Euſebii III. 10. hiſtor. eccleſ. et *Tillemont* hiſtor. imperatorum tom. I. p. 978. *Le Moyne* ad varia ſacra p. 339. *Fabric.*

Iudaeorum geſtas, vel diſſentiant inter ſe, aut a diuinorum librorum narratione; errantes corrigit, et refellit tanta quidem eruditione, vt magna *Hieronymum* r), haec legentem, admiratio ſubierit, quum a viro hebraeo et ab infantia in S. S. litteris inſtituto, cunctam Graecorum bibliothecam tam ſtudioſe euolutam animaduerteret.

Eousque in vindicanda gentis iud. et maiorum ſuorum gloria progreditur Ioſephus, vt Graecos locis magis, quam moribus et inſtitutis a Iudaeis diſiunctos adfirmare, et genuinos, dubiosque pariter nullo diſcrimine et examine graecorum auctorum libros in rem ſuam proferre non dubitet. Seueram tamen criſin exercet in eos ſcriptores graecos, vt Apionem, Manethonem, ac Molonem, qui rebus iudaicis minus fauebant.

In codd. antiquis hi libri inſcribuntur vel *περι της των Ἰεδαιων αρχαιοτητος*, vel *βιβλια προς τες Ελληνας*, vel denique contra Manethonem s), aliosque, qui in illis refutantur.

Ceterum magnam adhuc dolemus eſſe graeci textus lacunam in lib. II. a medio §. 5. vsque ad primos §. 9. verſus. Forſan dies aliquando ſupplebit.

Liber de Maccabaeis ſiue de rationis imperio t). Euſebius, Hieronymus, Photius, et recentiores paene omnes Ioſepho hoc opus vindicant; ab aliis quam plurimis ei abiudicari, Caueus ait.

r) Epiſt. 84. ad Magnum oratorem.

s) In editionibus quibusdam, vt latina Pariſ. 1514. fol. min. per Albert. Goullet, Prof. Theol. emendata, liber prior inſcribitur *de antiquitate contra Manethonem Aegyptium*, liber poſterior, *de antiquitate contra Apionem et fautores*. *Labbeus* pag. 275. bibl. nouae MSS. teſtatur, in cod. MSto CCCXLIX. reg. exſtare *Ioſephum contra Manethonem et alios Stoicos*, (Chaeremonem, puta,) latine. Sane magna pars libri prioris occupatur in confutandis iis, quae Manetho de Iudaeis tradiderat. vide pag. 1039 ſq. 1042 et 1052 ſq. et ſub initium libri ſecundi, ait, ſe reſpondiſſe priore libro Manethoni, Chaeremoni, et aliis quibusdam. Auctor autem ipſe in titulo libri nullum nomen aduerſarii poſuerat; ſed tantum inſcripſerat περὶ τῆς τῶν Ἰεδαίων ἀρχαιότητος, vt ab Origene, Euſebio et aliis veteribus citatur. — De *Appiano* Pliſtonice, Poſidonii fil. Oaſitano, qui ob ius ciuitatis acceptum malebat audire Alexandrinus, conſuli poterunt [*Eudocia* in Violario pag. 63.] *Cotelerius* ad patres apoſtolicos tom. I. pag. 592. *Voſſius* de hiſtoricis graecis, *Meurſius* in biblioth. graeca, *Baelius* tom. I. Diction. et *Tillemontius* hiſt. imperator. tom. I. pag. 775 ſqq. *Fabric.*

t) *In laudem ſeptem Maccabaeorum*, qui vna cum patre Eleazaro et matre ſub perſequutione Antiochi Epiphanis martyrium pro lege alacriter ſubierunt. In Eraſmi verſione et in Menologiis I. Auguſt. mater illa vocatur Salomone, Genebrardo Salome, Gorionidi Anna. Conf. *Frontonem Ducaeum* ad Chryſoſt. tom. I. pag. 95. Eosdem martyres celebrant auctor libri ſecundi Maccabaeorum ſiue Epitomator Iaſonis Cyrenaei cap. 6 et 7. et ex antiquis Eccleſiae doctoribus Greg. Nazianzenus, Io. Chryſoſtomus, Auguſtinus, Gaudentius Brixienſis, Leo Magnus, Maximus Taurinenſis, Euſebius Emiſenus, et Poëtae Victorinus, Prudentius etc. Vide Baronium ad Martyrolog. Calendis Auguſti, et Bibliothecam Concionatoriam Combefiſii. Caeterum ſimilem narrationem de ſeptem filiis et matre, martyrium libenter paſſis, vt idololatriam effugerent, referunt Iudaei in libro Chorban Beth Hammikdaſch, qui, latine verſus, prodiit Helmſtadii 1664. 4. Ioſepho autem noſtro ille liber diſerte tribuitur ab *Euſebio* III. 10. hiſt. eccleſ. πεπόνηται δὲ καὶ ἄλλο ἐκ ἀγενὲς σπέδασμα τῷ ἀνδρὶ περὶ αὐτοκράτορος λογισμῦ, ὅ τινες Μακκαβαϊκὸν ἐπέγραψαν. *Hieron. Alius quoque liber eius, qui inſcribitur* περὶ αὐτοκράτορος λογισμῦ *(de potentia rationis,* vertit Honorius Auguſtod. lib. I. de luminaribus eccleſiae cap. 13.) *valde elegans habetur, in quo et Maccabaeorum digeſta ſunt martyria.* Idem lib. II. aduerſus Pelagianos: *Vnde et Ioſephus Maccabaeorum ſcriptor hiſtoriae, frangi et regi dicit perturbationes animi, non eradicari. Photius* e Philoſtorgii lib. I. hiſt. eccleſ. poſt enumeratos tres Maccabaeorum libros: τὸ μέντοιγε τέταρτον

ait. Quidquid eſt, communi et antiquiorum et recentiorum ſuffragio laudatur, atque tamquam quartus liber Maccab. quibusdam graecis bibliorum codicibus vel MSS. vel editis adiunctus quondam fuit.

Haſſaeus in vniuerſitate Regiomontana, in Boruſſia profeſſoris, in lib. II. Maccab. commentatus et *Michaelis* in comment. ſuper Pauli ad Hebr. epiſt. cap. XI §. 35. atque in praefat. german. ſuae verſionis lib. I. Maccab. Ioſephi opus hoc dignis exornant laudibus, et iuſta criſi diiudicant.

Paraeneſis ad Graecos, ſiue ſermo de cauſa Vniuerſi praecipue aduerſus Platonem: περὶ τȣ͂ παντός. Spurium hoc opus eſt, nec licet in poſterioribus Ioſephi editionibus recuſum, et ab antiquioribus non tantum ſcriptoribus nonnullis, ſed a Whiſtone etiam, nouiſſimo Ioſephinorum operum editore, Anglo, Ioſepho ſit vindicatum, a me in recentiſſima huius ſcriptoris recenſione adoptatum, et repetitum; tamque ſunt cuiuis lectori obuiae νοθείας notae, vt ſuperfluum ſit, eas hic referre. Qui autem factum ſit, vt Ioſepho hoc opus adſcriberetur? paucis habe: Ioan. Philoponus, ſaec. a Chriſto nato VII. ſcriptor, locum quendam e tractatu περι της τȣ παντος αιτιας, hebraei Ioſephi, vt illi viſum eſt, opere, citat: quem integrum ſe poſſediſſe, ac legiſſe in ſuae biblioth. cod. XLVIII. *Photius* teſtatur, vbi refert, in quibusdam exemplaribus ſic inſcriptum: περι της τȣ παντος αιτιας, in aliis περι της τȣ παντος ȣσιας, atque in duos libellos (λογίδια) fuiſſe diſtinctum, quibus auctor, de quo tamen, quis fuerit, omnino dubitat, Platonem ſecum pugnare docuerit, Alcinoum quoque de anima, materia, et reſurrectione vt abſurda falſaque diſſerentem, reprehenderit, et Iudaeorum nationem, quam graecorum antiquiorem fuiſſe, tradiderit ᵘ). Poſt Photii de vero operis auctore dubitationes, alii Irenaeo, alii Iuſtino M. alii *Caio,* presbytero rom. ᵛ) alii *Hippolyto Portuenſi* ʷ), alii adhuc Ioſepho tribuerunt. Zonaras, Arnoldus Peraxylus Arlenius,

τον ὑπὸ Ἰωσήπȣ γεγράφθαι καὶ αὐτὸς συνομολογῶν ȣ̓χ ἱσορίαν μᾶλλον ἢ ἐγκώμιον εἶναι φησὶ τὸ περὶ τὸ Ἐλεάζαρον καὶ τȣ̀ς ἑπτὰ παῖδας τȣ̀ς Μακκαβαίȣς διηγȣ́μενον. Laudat hunc librum etiam *Nazianzenus* orat. XXXII. ſed Ioſephi nomen reticet. Ita et *Syncellus* pag. 293 et 279. ὡς ἐν τετάρτῃ βίβλῳ τῶν μακκαβαϊκῶν. Idem pag. 24. laudat Ioſephum ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς: confer graecum ſcholion in margine pag. 273. *Hugo Grotius* vero ad Lucae XVI. 19. praeſentis libri auctorem vocat Ioſephum, ſed ab eo, de quo in praeſenti agimus, diuerſum. *Ioſephum virum ſane diſertum, quisquis ille fuit, hiſtoriarum enim ſcriptorem hunc eſſe non puto.* MSti codices huius libri plurimum inter ſe differunt, vt patet, ſi conferantur latina *Eraſmi* paraphraſis, in qua liber dedicatur neſcio cui *Polybio Megalopolitano,* et nomina matris martyrumque referuntur, multaque aliter ſe habent, quam in Graecis editis, tum MStus codex bibliothecae Paulinae, ex quo nouam editionem huius libri moliebatur Boſius, vt ipſe adfirmat in diſſ. de νεωτερικαῖς ἐπιθυμίαις pag. 9. et ex quo varias lectiones a *Io. Frid. Fellero* excerptae leguntur ad calcem edit. Ioſephi Lipſienſis. Tum cod. mstus bibl. Caeſareae, de quo *Lambecius* lib. V. commentar. p. 104. et *Ittigius* in prolegg. ad Ioſephum b. 3. b. *Fabric.* adde Act. erud. Lipſ. 1721. pag. 480. *Heum.*

u) Vid. *Fabric.* de ſcriptor. de verit. relig. chriſt. cap. 2. §. 13. pag. 62. *Heum.*

v) Circa a. Chr. 120. claro, quem e Ioſepho, Iuſtino, Irenaeo illud ſcriptum collegiſſe, ſuſpicatur *Dodwellus* diſſ. 6. in Irenaeum pag. 464. *Fabric.*

w) Sub cuius nomine fragmentum illud, (quod graece, a Max Margunio acceptum, edidit Dau. Hoeſchelius notis ad Photium,) graece et lat. cum verſione ſua recudi curauit *Stephan. le Moyne* tom. I. varr. ſacrorum pag. 53. et ad calcem Ioſephi ſui repoſuerunt Lipſienſes. conf. *Ittigii* prolegom. ſub extremum. *Fabric.*

nius, quique praeterea alii Iofepho hoc opus tribuunt, Photii dubitationes conformitate eludere fibi videntur, quae hic cum famofo illo Iofephi de Chrifto teftimonio, quaeque cum Pharifaeorum περι αδȣ opinione intercedat. *Whiftonio* vero facilius fuit illud Iofepho vindicare, quod, ipfum, ftatuit, Roma Hierofolyma migraffe, et Chriftianorum ibi epifcopum factum, genusque fcribendi atticum ex frequenti librorum Noui Teft. cum Helleniftico, quod hic deprehenditur, commutaffe.

Praeter libros de bello iud. patria lingua compofitos quibusdam caremus operibus, quorum vel ipfe Iofephus lectoribus fpem iniecit et defiderium, vel, quos exftare fidem nobis alii graues auctores facere volunt.

Sic in archaeologiae libris *) Iofephus pollicetur, fe hoc opere abfoluto philofophicam legum iudaicarum theoriam et quandam inftitutorum rerumque omnium αιτιολογιαν fingulari libro expofiturum. Quatuor etiam libros de Deo, deque eius fubftantia ex opinione Iudaeorum confcribere, bellique iud. hiftoriam κατα περιδρομην denuo recenfere, et nouiffima, quae Iudaeis acciderunt, fata perfequi fibi propofuerat. Nemo tamen veterum hoc Iofephum fuiffe, aut fe haec eius fcripta legiffe, teftatur, nifi forfan fidem habere lubeat Pfeudogorionidi, qui memorat librum *fapientiae* Iofephi, in quo nullam bellorum fecerit mentionem, fed folum fapientiam virorum praeclarorum expofuerit, et de templo tractauerit.

Opus de legibus confcribere peculiare fibi certo quidem propofuerat Iofephus, fi ad verba ipfa lib. antiq. III. cap. 8. et XX. cap. 11. §. 2. curatius adtendatur; neutiquam vero propofitum fuum fuiffe exfequutum, indicat locus lib. II. cont. Apion. §§. 40. 41. vbi aliquam eius mentionem facere non potuiffet fuperfedere.

Αἰτιολογιαν, qua haud aegre fe carere *Cunaeus* III. 1. de republ. Hebr. et *Boeclerus* exercit. ad lib. I. cap. 1. Iofephi, ex rationibus a priori petitis temere dicunt, magni cum Fabricio, fi ad nos perueniffet, faciendam effe crediderim, quum haud dubie inter quasdam vanas frigidasque ingenii iudaici argutationes complura egregia et vtilia nos docuiffet Iofephus, quae fortaffe nemo hodie Iudaeorum Chriftianorumue nos docere poffit.

Ex Hieronymi ad XI. commentariorum in Iefaiam librum praefatione collegere nonnulli, fcriptum fuiffe a Iofepho librum de LXX. hebdomadibus Danielis. Sed quum, nec quis fuerit, quem ibi nominat, Iofephus ille, nec vbi de hoc differat argumento fignificet, fallax et incerta eft ifta conclufio.

Cyrillus Alex. e Clementis Alex. Stromatibus refert, Sanchuniathonem a Iofepho e lingua phoenicia graece verfum. Quod autem in Clementis libris editis incaffum quaeris, fufpicatur Fabricius, de Philone Clementem fcripfiffe initio primi Stromatum libri, quod nusquam extat, in editis certe defideratur, atque Cyrillum facili memoriae lapfu pro Philone Iofephum nominaffe.

C. In

*) *Iofephus* prooem. pag. 4. et lib. XX. cap. 9. pag. 703.

C.

In laudes Iosephi Flauii, tamquam scriptoris, in paucis clari, qui et delectet, et doceat, paene omnes consentiunt veteres, recentioresque, quibuscunque de eo loquendi occasio fuit. Recensere hic ista encomia pro instituti ratione supersedeo, vt de virtutibus historicis Iosephi mei, de stilo, fontibus, et, qua iis vsus sit, fide, de auctoritate, et vtilitate ad criticum imprimis atque exegeticum, in V. et N. T. textu vel restituendo, vel illustrando, vsum paulo copiosius differendi, locum ampliorem nanciscar.

Graecitatem et historicum scribendi genus in Iosepho summopere laudat *Ioannes Aug. Ernesti*, cuius in hac re iudicio nemo erit, qui non adsentiatur, in Exercit. Flau. I. Lips. 1756. 4. pura, et attica adeo graecitate illum vti ait, ita, vt si quid in eius scriptis occurrat minus purum, atque ex Hebraismo ductum, quod *Wernsdorfius* in epist. ad Reiskium, Gedani 1759. data, saepius contingere dicit, suspectum esse debeat, videndumque sit, an per libros scriptos, editosue emendari possit; siquidem multa exempla, in omnibus fere antiq. libris facile obuia, doceant, librarios Iosephi graeca non raro ad versionem septuagintauiralem refinxisse, vbi exquisitius quid, ac non saepe obuium, occurreret, aut vbi hebraismus τῶν ὁ bene graece a Iosepho expressus esset. Ceterum, addit Ernestius, Iosephum quam maxime imitari Thucydidem, Polybium deinde, nec minus Platonem, Xenophontem, Demosthenem, Aristophanem, Euripidemque non raro referre. Interim verosimile non est, Iosephi stilum vbiuis a vitiis immunem esse, siue proprias vocum significationes, siue earum structuram spectes cum graecus sermo ipsi patrius non esset nec etiam omnes scriptores patriam ceteroquin linguam semper ab omni naeuo puram scribant.

Quaecumque tamen vitia admiserit contra graecae linguae puritatem, leuia sint, necesse est, quod Photius idoneus hac in re iudex ea non animaduertat, sed scribendi genus, quo in libris de B. I. vtitur, copiose laudat. Adfectatam hinc inde nonnihil graecitatis et sermonis elegantiam ipse Ernestius in Iosepho carpere videtur, atque Apionis in eum censuram, iusto quidem acerbiorem, ex hoc capite excusare. Alii alia vituperant, sed vel minutiora, vel minus aeque et iuste, si grauiora. Recte omnino Sebastianus Castellio operibus Iosephinis, siue res in illis relatas, siue stilum, dictionemque graecam spectaueris, eandem, ac scriptoribus graecis profanis auctoritatem classicam tribuit, ad quos scholis extrudendos Moysis institutionem graecolatinam ex Iosepho decerptam ediderat, et magno, tum graecarum nostrarum scholarum commodo, tum de classica Iosephi graecitate, et dictione, documento *Ioannes Georgius Trendelenburg* graecae et O. O. linguarum in Gedan. gymnasio professor, 1789. Lipsiae edidit Chrestomathiam Flauianam, siue locos illustres praecipue ex lib. de B. I. collectos, ex quibus vel solis constat, suum Iosepho inter optimos historicos graecos locum deberi.

Quodsi de fide et auctoritate historica Iosephi quaeritur, facile summam ei libros de B. I. scribenti, quilibet tribuet, qui meminerit, sui illum temporis res, quibus ipse testis et actor interfuit, ante popularium suorum atque Romanorum oculos scripsisse, et quae scripserat; virorum iudicio subiecisse, quorum testimonio magnum sane suis scriptis auctoritatis pondus accessit. Difficilius est, iustum archaeologiae Iosephinae pretium statuere. Quod vt recte fiat, explorandum prius, quibus, et qua fide fontibus vsus sit? Num hebraicum bibliorum codicem, an versionem septuagintauiralem, in componenda vniuersa gentis suae

historia

hiſtoria ante oculos habuerit? Qua ex ratione ab vtroque, et hebraico, et graeco textu diſſentiat etc.

Fontem primarium in exponendis gentis iud. antiquitatibus Ioſepho ſacrum Hebraeorum codicem, quem per *ἱερα γραμματα, ἱερὰς βιβλὰς*, vel *βιβλια ἱερα* denotat, fuiſſe, vel ipſo tacente pronum eſt cuiuis illius operis lectori videre. Quot qualesque autem huius ſacri codicis libros admittat, vel quem, vt more noſtri temporis loquar, ſacrorum librorum apud Iudaeos Palaeſtinenſes canonem ſtatuat? an, et quanam ratione ab hebraico differentem ſacrorum librorum canonem Iudaei Helleniſtae habuerint? hic disquirere compendii ratio non patitur. In lib. I. contra Apion. §. 8. aliquando commentaturo proprius haec diſcutiendi locus dabitur. *Eichhornius* interim Introd. in V. T. part. I. edit. II. pag. 99 — 119. Repertor. litterat. biblicae et orient. part. V. pag. 252. et *Chriſt. Frid. Schmidius* binis deſuper orationibus acad. Wittenbergae 1777. habitis, plura hac de re ſciendi cupidis, conſulti ſatisfacient.

Vtrum ipſo hebraico bibliorum codice, an graeca, quam Alexandrinorum vocamus, verſione Ioſephus vſus ſit? in duas partes diſceſſerunt eruditi huius rei curioſi; alii hac ſolum, alii nonniſi illo vſum eſſe contendentes; quam quidem litem non licet hic loci omnino intactam praeterire, quod propius ad praeſens inſtitutum atque argumentum pertineat.

Prima quidem opinio paene vulgaris olim fuit, vt perpaucis de eius veritate dubitare in mentem venerit. Id ipſum, quod graece ſcripſerat, iam primo intuitu multos in hanc opinionem duxit; atque quod de Philone Alexandrino conſtitit, in Ioſephum etiam conuenire viſum eſt. Maxime autem hanc opinionem multorum animis inſinuauit Ioſephi cum verſione graeca in tam multis rebus conſenſus. Fuerunt adeo, qui Ioſephum hebraicae linguae imperitum, et plane *ἀναλφαβητον*, ob violentiores quasdam, quas ex Ioſepho Io. Marcianaeus collegit, hebraicorum nominum interpretationes, audacius iudicarunt. Altera Erneſtio inprimis placuit, vt multis eam argumentis in ſpeciali de fontibus archaeologiae commentario vindicaret. Huc autem recidunt: 1) Ioſephum non potuiſſe graecam verſionem ſequi quod haud dubie pluribus in locis cum hebraicis exemplis conſentit contra graeca; 2) quod locis multis diſſentit a graeca verſione ſententiis et quidem ita, vt aut melius conſentiant cum hebraica veritate, aut certe ſint eiusmodi, vt adpareat, eas ex hebraicorum, non graecorum in verſione Alexandrina verborum interpretatione natas eſſe; 3) quod non eo in honore verſio graeca fuit apud Iudaeos, in Palaeſtina natos, educatosque et phariſaicae, h. e. ſeueriori diſciplinae deditos, qualem Ioſephum fuiſſe, nemo ignorat, qui iſta vel leuiter curat, vt credibile ſit, Ioſephum eam praepoſuiſſe hebraicis exemplis, quae a puero intelligere ſtuduerat, et quorum copia theologo, nobili genere nato, et in re tanta agenti, deeſſe non poterat: vel tantum ea omnino vti voluiſſe, niſi forte eo modo, quo graeci libri doctus interpres conſulit ſubinde eius verſionem latinam qualemcunque; 4) quod Ioſephi cum Alexandrina conſenſum adtinet, auctor ipſe in ſcriptis et editis [y]) eſt admodum interpolatus. Fuit

 enim

y) Addam, quae Fabricius hac de re ſcripſerat: „In libris ipſis (Archaeologiae) Ioſephi paſſim tempora ſupputantur, et numeri annorum traduntur; ſed ita fere, vt nec inter ſe ſatis, nec cum Graeca LXX. interpretum verſione, nec cum externis ſcriptoribus conueniant, vt pluribus exemplis nuper admodum oſtendit Petrus Brinch Danus in chronologiae Ioſephi examine, edito Hafniae a. 1701. 4. et Fridericus Spanhemius in chronologia ſacra part. II. cap. 3. tom. I. Opp. pag. 151 ſq. Non

enim maxime olim lectus a Christianis graecis doctoribus, iisque in magno pretio habitus; atque etiam exempla Iosephi graeca omnia, quae mst. exstant, a Christianis librariis esse, nemo dubitabit, cum antiquissimorum aetas non superet illud tempus, quo tota Graecia, tum Europaea, tum Asiatica, Christiana facta est. Sed illi ipsi graeci Christiani vsurpabant versionem graecam librorum S. S. quam, quia hebraica exempla nec habebant, nec intelligebant, θεοπνευστον et fallere nesciam putabant. In quo haud pauci, sed ex iis omnes, qui hebraica ignorabant, eo progressi sunt, vt Iudaeos codicem hebraicum corrupisse stultissime adfirmarent. Inde intelligitur, non modo non incredibile, sed etiam probabile esse, Christianos D. D. in margine, et vero etiam Monachos, dum libros Ios. describerent, quae discreparent a versione graeca, ad eam correxisse, vt Iosephum in concordiam cum ea redigerent. Omnium autem maxime videntur hoc egisse interpolatores, vt Iosephi chronologiam, praesertim in interuallo eo, quod ab origine rerum ad diluuium Noachicum effluxit, et a Semo vsque ad Abrahami natales, cum graeca versione in concordiam redigerent. Litem noua hypothesi componere adgressus est *Olaus Gerhardus Tychsen*, philos. et litt. O. O. olim apud Buzouienses, nunc apud Rostochienses professor, in tentamine de variis codicum hebraeor. mst. generibus, qui putat, Iosephum et hebraicum calluisse et nihilominus facile in nominum interpretatione errare potuisse, quod vsus sit codice non genuino, sacris hebraicis characteribus scripto, sed tali, quem hebraeo-graecum adpellamus, in quo nimirum hebraica verba graecis litteris fuerant expressa. At, quominus coniecturae huic, meique Flauii apologiae, ceteroquin facili et minime adfectatae, adsentiar, facit, quod aegre persuadere mihi possim, hominem Iudaeum, tam litteris excultum, atque adeo sacerdotem, non vsum fuisse genuino hebraico codice. Genuinos certo fuisse credere nos oportet, quos Titi, imp. munificentia ex templi hierosolym. parietinis nactus fuerat. Michaelis et Hezelius credunt, Iosephum saepe alia in suis legisse codicibus hebraicis, ac nos in nostris, iam significationes verbis hebraicis subiecisse, lexicis nostris ignotas, vsu tamen reliquarum linguarum O. O. confirmatas; hinc accidisse, vt bonus Flauius doctis istis viris, qui hebraica sua omnia in lexicis

Non dubium est, in multis deprauatos codices esse in culpa, vt Is. Vossio, Boniourio aliisque obseruatum, in nonnullis forte Iosephi quoque negligentiam. Capitum distinctio in graecis alia, alia est in latinis: et in latinis quoque ipsis editionibus varia ac diuersa, nulla a Iosepho, incertum itidem, num ipse sit indicis, ante singulos libros praemissi, auctor, an alius aliquis iunior. Ceterum MStorum Iosephi codicum in antiquitatum libris tanta est discrepantia, vt Emericus Bigotius non dubitauerit, Iosephum binas illius operis editiones adornasse. Ita enim ille in litteris *), datis Rhotomago 21. Febr. 1669. *Libros decem priores Antiquitatum contuli cum MSto codice praestantissimo bibliothecae regiae, cuius meminit in exercitationibus aduersus Baronium Casaubonus. Posteriorum decem librorum nullum potui reperire MStum codicem bonae notae; vniuersi enim, quos inspexi, ita differunt ab impressis, vt conferri plane non possint. Iampridem credidi, atque etiam nunc mihi persuadeo, Iosephum duplici vice antiquitates suas vulgasse. Prima editio continebat contextum primum decem librorum, qualis exstat in impressis, posteriorum autem, qualis occurrit in codicibus MSS. quos consului. In secunda editione priores decem libri ita legebantur, vt occurrunt in MSto regio; posteriores vero, quales sunt in editis. Nec leuiter hoc, quod coniicio de duabus editionibus, confirmatur a Iosepho ipso, adfirmante, quod scripta sua* **) *Graecis emendanda permiserit.*"

*) Latina feci ex Gallicis, quae leguntur ad calcem epistolarum Reinesii ad Bosium p. 381.

**) Lib. I. contra Apionem pag. 1037.

cis commentariisque haberent, de lectionis autem varietate nihil suspicarentur, valde indoctus visus esset, aliquando etiam plane mentiri, historiamque sine auctore confingere; vel potuisse etiam Iosephum, vtut textu hebraico tamquam primario fonte vteretur, interpretes Alex. subinde consulere. Nostris diebus Spittlerus et Scharfenbergius, a Iosepho interpretes Alex. non tantum adiumenti loco habitos, sed tamquam primarium et vnicum fontem consultos fuisse, contra Ernestium et Michaelem, in prolusionibus academicis contenderunt; quibus et Eichhornius eatenus accedit, vt Flauium aeque ac alios ineuntis aerae christianae scriptores, qui V. T. libris vsi sunt, versionem Alexandr. sequutum, atque hanc ex illo interpolatam esse, vt rem certam, variis suae in V. T. introductionis locis adfirmare malit, licet maxime sensisse videatur difficultates, quae dirimendae aliquando grauis huius ad Iosephi opera rite aestimanda quaestionis, vix vllam spem nostrae aetati relinquant. Mihi quidem adhuc, donec forsan post plures hanc in rem aliquando instituendas disquisitiones, post iteratam Iosephinorum operum lectionem et cum hebraico fonte aeque ac cum Alexandrina versione collationem, aliter sensero — videtur Iosephus hebraico inprimis archetypo vsus esse, verum ita, vt non adeo religiose eius vestigiis insisteret; sed libere res, in eo relatas, graece interpretaretur graecis hominibus; quod libros sacros a se quidem dicat ἑρμηνευέσθαι, pro hac tamen voce etiam vocabulo μεταφράζειν vtatur, et ex omni operis eius habitu adpareat, paraphrasin potius, siue metaphrasin sacrorum librorum eum scribere voluisse, atque de adornanda litterali hebraici textus versione minime cogitasse. Videtur quoque mihi ad confirmandam et ampliandam rerum gentis suae historiam alios scriptores graecos, libros suae gentis, quos apocryphos vocant, et inprimis etiam septuaginta graecos S. S. librorum interpretes in facilioris et rerum, et verborum interpretationis subsidium vocasse.

Quodcunque exemplum, siue hebraicum siue graecum sequutus sit Iosephus, in multis ab vtroque dissentire debet, quod vtrumque iam illo tempore non omnibus vitiis caruerit, et tam libri S. S. vtroque sermone conscripti, quam ipsa Iosephi opera multas adhuc mutationes successu temporis subierint. Praeterea facile Iosepho, quod tot aliis rerum scriptoribus, contingere potuit, vt humani aliquid in perficiendo tam immenso opere pateretur. Neque verosimile est, illi, quotiescunque ad scribendum mentem adplicaret, ante oculos semper fuisse S. S. librorum exemplar. Sacerdos quum esset, plurimam rerum in illis relatarum partem memoria adcurate tenuisse, ingenioque suo confisus multa quoque memoriter litteris mandasse, et in vniuersum iam adquieuisse, dummodo rerum summam eleganti graecitate expressam et rite digestam, redderet; demum, quum Graecis maxime res gentis suae exponere secum constituisset, in minutioribus etiam rebus adcuratius exprimendis, minus curae posuisse, nec tamen negligentiae crimen et suspicionem timuisse videtur.

Ceterum, Iosephi narrationem cum sacris bibliis, siue hebraicis, siue graecis comparantes primo statim obtutu tot, tamque grauibus rerum momentis discedere eum deprehendimus, vt dubium sit, num vere, et qua fide libros sacros suae gentis tanquam fontem primarium sequutus fuerit, vel quo sensu ex iis se hausisse ipse dicat?

Quae omnia, vt recte diiudicari possint, iuuat primo verum et genuinum Iosephi, archaeologiam scribentis, consilium nosse, et singula diuersitatum, hanc inter et sacra biblia,

genera speciatim perpendere; qua demum via reliquos, vnde Iosephus hausisse videtur, fontes aperire licebit.

Iosephus archaeologiae opus neutiquam in gratiam popularium suorum, aut in vsum Iudaeorum hellenistarum composuit, adeoque ab adornanda S. S. librorum versione graeca quam longissime abfuit. Sed quum suos de B. I. libros Graecis Romanisque probatos laudatosque esse intellexisset; et quum multi cognoscendarum antiquiorum etiam rerum iudaicarum curiosi eum ad has quoque ipsis eadem ratione exponendas hortarentur, lubens omnino hunc laborem suscepit Iudaeus, ingenii sui laude excitatus, atque maiorum suorum gloria elatus. Ad perscribendas quidem res gentis suae antiquiores, in archaeologiae prooemio, ratione maxime laudanda se permotum esse dicit, magnitudine scilicet rerum vtilium in obscuro latentium, cum Graecis Romanisque, litterarum barbararum ignaris, authentici rerum hebraicarum fontes essent reclusi, operae se pretium facturum putauit, si earum notitiam desiderantibus Graecis, magni pontificis Eleazari exemplum imitatus, communicaret, atque rerum bonarum et honestarum vtilitatem non inuideret. Hoc tamen etiam hic praeterea videtur sequutus esse consilium, vt, vniuersas maiorum suorum res expositurus, Graecis atque Romanis, illis saltem, qui vltra vulgus saperent, magis commendaret gentem suam, eo maiori contemtu odioque habitam, quo durioribus illo tempore miseriis fuerat agitata. Iudaeis autem hoc maxime fuit inuidiosum, quod eos maleuoli barbaros, superstitiosos, peruicaces, seditiosos, infidos, stupidos, artium denique et scientiarum rudes calumniarentur. Haec enim vitia nationi suae per iniuriam infligi, vel e mendaciorum studio, vel ex rerum iudaicarum ignorantia, Iosephus in lib. contra Ap. euincere studet. Correcta vero Graecorum et Romanorum ignorantia sperauit, ipsam rerum iud. veritatem emersuram, illosque ad fidem eis habendam proniores fore, si a Iudaeo rerum atque litterarum peritissimo rite expositas intelligerent. Optime igitur de natione sua se meriturum putauit, si eam Graecis Romanisque magis commendauerit ostendendo summam illi esse antiquitatem, et praeclaram animi ingeniique indolem, optimos mores, et religiosa in ciuitatibus instituta vigere, nec non multa sane singularia a maioribus suis diuino numine adiutis fuisse praeclare gesta. Quocumque etiam consilio magnum hocce opus adgressus fuerit Iosephus, Graecis certo atque Romanis vniuersam gentis suae historiam e libris hebraicis haustam graece expositurus, eorum etiam genio et iudicio, quantum salua sua religione potuit, se totum fere adcommodauit. Illis enim suum scribendi institutum probari voluit adeo, vt ipse hebraeus et ingenii sui magnitudine, et eruditorum quorumdam opera adiutus, in graecae editionis elegantia, et in pragmatica rerum narrandarum ratione egregie, graecae romanaeque historiae scriptores optimos aemularetur. Hinc, ne ipse in superstitionis suspicionem veniret, ausus est primus, librorum S. S. minus religiosam, quam historicam habere rationem, eosque omnino historiae potius, quam religionis iud. fontes spectari voluit, vt ex ipsius operis inscriptione, totoque habitu elucet. Et quum non suae fidei consortibus, sed iis historiam iud. traderet, qui hebraeorum librorum auctoritatem omnem facile negare poterant, legentes, quam multa in his commemorentur mira, quae primo intuitu profanae et minus religiosae menti superstitiosis fabulis simillima viderentur; praeteriri tamen a se si qua ipsi religio, si quod veri studium nequirent, prima sane Iosephi cura in eo versari debuit, vt Graecis Romanisque persuaderet, libros suos hebraicos, et sacros, quos vocant, authenticos, omnique fide dignos rerum gentis suae fontes esse; nihilo tamen minus omnes cauillationes et a se et a libris hisce gentis suae

sacris

ſacris praeuerteret; quod prudenter omnino hac ratione effecit, vt in ipſo ſtatim operis limine declararet, idque in ipſo ſcriptionis curſu ſaepius repeteret, omnia, in libris S. S. tradita, a ſe ita relatum iri, vt ipſe nec addat quid, nec detrahat illis; et ſi quid mire geſtum memorandum fuerit, vel ad alios cum libris S. S. conſentientes fontes prouocaret, vel, Lucianeum conſilium ſequutus, rem non omnino adſeueraret; ſed ſuum cuiuis iudicium integrum relinqueret, his adeo verbis plerumque adpoſitis: „Iudicet quisque hac de re, vt ipſi lubitum vel viſum fuerit."

Diuerſitatum autem, quibus Ioſephus a libris S. S. diſcedit, tria potiſſimum genera conſtitui poſſe videntur. Sunt enim alia loca, in quibus ſummam exhibet hiſtoriae, ſed additamentis quibusdam exornatam et amplificatam; alia, vbi plane diuerſam habet narrationem; alia, in quibus omittit res, in hebraicis traditas, aut integras addit hiſtorias, aut ita enunciat, vt de rebus ipſis dubitare videatur.

Primi generis diuerſitates eiusmodi ſunt, vt ſcriptoris fidem nullatenus eleuare queant, qui non ſacros libros ad verbum conuertere, ſed iuſtam hiſtoriam liberali ſtilo conſcribere voluit, Xenophontem, Thucydidem, aliosque hiſtoricos imitatus, qui, annalium et commentariorum tenuitatem deſerentes, res vberius explicant, rationes addunt, ſententiis, iudiciis et orationibus narrationem diſtinguendo delectare volunt, et prodeſſe. Quaedam etiam non propria ſunt Ioſepho, ſed e communi ſaeculi ſui interpretatione ducta, quae a Iudaeis tam graecis, quam palaeſtinis mirum in modum exornata ſunt, vt contra horum ineptias valde ſobrius ſit Ioſephus noſter. Multa ex interpretatione coniecturali addita, vero ſimile eſt; quo traditionum apud Rabbinos et Targumiſtas quae occurrunt, magna pars pertinet, quas vix dubium eſt, ex interpretationibus ortas eſſe, et, dum a Talmudicis, aliisque in commentarios ſcriptos referrentur coniecturarum loco primo fuiſſe habitas.

Alterum genus eſt diuerſitatum, vbi rem ipſam a S. S. ſcriptoribus traditam ita immutat, vt alia efficiatur hiſtoria, plane diſſentiens a libris S. S. quo illas etiam diuerſitates refero, vbi Ioſephus a libris S. S. diſſentit, nimio analogiam Iudaeos inter et Graecos quaerendi ſtudio deceptus. Non tamen omnes huiusmodi diuerſitates e conſilio ſtudioque Ioſephi, ſed multa etiam e codicum, quos legit, vitiis ortae videntur.

Tertium eſt, quod integras hiſtorias aut plane omittat, aut nouas addat, quarum ne veſtigium quidem exſtat in S. S. libris, nec vlla vllibi auctoritas. Ratio huius eſt: Omiſit, quae ſibi et nationi ſuae inuidioſa apud Graecos Romanosque fore putabat; addidit autem, quibus ſe ſperabat illi gratiam et exiſtimationem conciliaturum. Probe tamen hic diſtinguenda, quae contra, quaeque praeter S. S. librorum auctoritatem adfert.

Interim, licet de ipſis, vnde haec additamenta hauſerit Ioſephus, fontibus nobis non conſtet; omnia confinxiſſe dici nequit. Citat enim in fauorem gentis ſuae multos ſcriptores, Aegyptios praecipue, Syros atque Damaſcenos, qui vel obiter ſubinde mentionem fecerant, vt ex horum teſtimonio S. S. librorum ſuorum fidem et auctoritatem commendaret. Quin etiam ad Tyriorum publica tabularia prouocat, ea ſolemnitate et fiducia verborum, quae lib. VIII. cap. 2. §. 7. 8. legi mereantur. Praeterea librorum S. S. nomen apud Ioſephum non iisdem, quibus apud nos, finibus circumſcriptum eſt. Nimis enim alias impudens, ac prope inſanus fuerit, qui omnia ſua ex illis eum hauſiſſe iactauerit, inter quae tam multa ſunt, quorum vix veſtigium in noſtris hebraicis θεοπνεύστοις libris impreſſum reperitur. Intellexerit

ergo

ergo S. S. librorum nomine non modo hos noſtros, ſed etiam alios, quorum ad nos nihil peruenerit. Libros ſacros apud Iudaeos non modo eas adpellatos credibile eſt, qui in canone eſſent τῶν θεοπνεύστων Esdrino, ſed in gazophylaciis et ſcriniis doctorum ſeruantur, patentque adeo doctis modo hominibus. Eiusmodi libros nihil vetabat adhibere Ioſephum, et inde decerpere, quae a doctiſſimo quoque gentis ſuae probarentur, et nemini eſſent ſuſpecta, et, quod partim a viris prophetiae vel ſacerdotalis dignitatis priuilegio ornatis ſcripta, partim quod multa complecterentur, in θεοπνεύστοις iam libris contenta, ex libris ſacris ea hauſta dicere. Forſitan inter libros S. S. quos e templi parietinis auferendi poteſtatem Titi Veſpaſ. indulgentia ſibi datam eſſe memorat, etiam eiusmodi de rebus iudaicis commentarii fuerint, quorum auctores ſuper rebus, a ſe notatis, etiam hinc inde philoſophari auſos fuiſſe, probabile eſt; ſacerdotibus enim eos veluti ſuae gentis acta cuſtodire incumbebat, quod nusquam alibi, quam in templo, ſecurius fieri potuit; ita vt potuerint a loci, vbi adſeruati, ſanctitate, ſancti cognominari.

Ceterum et hoc mihi perſuaſum eſt, Ioſephum, maxime in exponendis rebus, poſt exſilium babylonicum geſtis, ſequutum quoque eſſe, ſuaeque archaeologiae primum vt veras inſeruiſſe meras in ſcholis et in ore vulgi frequentes traditiones, quae, vtut a vero alienae, fabulisque ſimillimae nobis videantur, e rebus tamen veris originem traxerint, atque ſuo tempore pro veris ſint habitae, neceſſe eſt, quod ſine vlla dubitatione veris immiſceat hiſtoriis, cum nonnumquam res adeo, ex ipſo codice ſacro deriuatas, admodum dubitanter referat.

Multa denique ex ingenio ſuo addidiſſe Ioſephum, non dubito, praecipue, vbi rerum cauſſas, atque rationes profert, queis de magna graecorum ac iudaicorum morum analogia, et de ſumma rerum hebraicarum veritate lectoribus, ſaniori philoſophia et ampliori eruditione excultis, perſuaderi poſſe putauit. Si qua horum additamentorum noſtri aeui lectori minus probantur, imo abſurda videntur, ſi aequus eſſe voluerit, non tam fidem, quam iudicium eius, imo non tam viri, quam temporis, quo vixit, ingenium, accuſabit; tantumque aberit, vt de religionis iudaicae ſincera apud Ioſephum profeſſione, quod nonnulli fecerunt, dubitet; vt potius, vti totius patriae, ita religionis etiam gentilitiae ſtudioſiſſimum, liberalioris tamen hic prae vulgo iudicii fuiſſe dicat.

[Iuuat addere, quae collegit *Fabricius*, teſtimonia et iudicia aliorum, et quae ipſe ſenſit: „Fidem Ioſephi, ait, plerique veteres et recentes celebrant, quibus velut proprio nomine adpellatur φιλαλήθης. *Theodorus Meliteniota* in prooemio aſtronomiae: Καὶ μέντοι καὶ Ἰώσηπος φιλαλήθης ἀνὴρ ἐν τῇ πρώτῃ ἱστοριῶν ἀρχαιολογίᾳ συγγράφεται. *Suidas:* Ἰώσηπος Ἰουδαῖος φιλαλήθης λέγων περὶ τοῦ προδρόμου etc. *Iſidorus Peluſiota* IV. epiſt. 75. Ἰωσήπου ἀνδρὸς Ἰουδαίου μὲν, φιλαλήθους δέ. *Sozomenus* hiſtoriae libro et capite primo Ἰώσηπος — ἀξιόχρεως ἂν εἴη μάρτυς τῆς περὶ Θεοῦ ἀληθείας. *Iornandes* de rebus Geticis cap. 4. *Ioſephus quoque annalium relator veriſſimus, dum vbique veritatis conſeruat regulam, et origines cauſarum a principio reuoluit.* Ioſepho Scaligero *diligentiſſimus et φιλαληθέστατος omnium ſcriptorum* praef. ad opus de emendatione temporum. Sane Ioſephus ipſe optime intellexit, nihil in hiſtorico magis eſſe neceſſarium, quam ſtudium veritatis. Τῷ γὰρ ἱστορίαν ἀναγράφοντι τὸ μὲν ἀληθεύειν ἀναγκαῖον, pag. 1024. vitae ſuae. Teſtatus etiam eſt, ſe ea, quae de gentis ſuae antiquitatibus tradit, non aliunde, quam ex ſacris libris Moyſis ac Prophetarum et ex hebraicis litteris diligenter tranſtuliſſe. Μέλλει γὰρ περιέξειν ἅπασαν τὴν παρ'

ἡμῖν

ἡμῖν ἀρχαιολογίαν καὶ τὴν διάταξιν τȣ̃ πολιτεύματος ἐκ τῶν ἑβραϊκῶν μεθερμηνευομένην γραμμάτων pag. 1. prooem. et pag. 3. *Τὰ μὲν ȣ̃ν ἀκριβῆ τῶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς προϊὼν ὁ λόγος κατὰ τὴν ἰδίαν τάξιν σημανεῖ, τȣ̃το γὰρ διὰ ταύτης ποιήσων τῆς πραγματείας ἐπηγγειλάμην, ȣ̉δὲν προσθεὶς ȣ̉δ᾽ αὖ παραλιπών,* pag. 4. *Ταῦτα δ᾽ ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις εὗρον ἀναγεγραμμένα, ἔχει δὲ ȣ̃τως.* et lib. X. cap. 11. pag. 349. clarissime ait, se tantum metaphrastem agere librorum sacrorum, neque addere illis quidpiam de suo, nec detrahere: *καὶ γὰρ εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς ἱςορίας πρὸς τȣ̀ς ἐπιζητήσοντάς τι τῶν πραγμάτων ἢ μεμψομένȣς ἠσφαλισάμην μόνον τε μεταφράζειν τὰς ἑβραίων βίβλȣς, εἶπον εἰς τὴν Ἑλληνίδα γλῶσσαν, καὶ ταῦτα δηλώσειν μήτε προστιθείς τι τοῖς πράγμασιν αὐτὸς ἴδιον, μήτ᾽ ἀφαιρεῖν ὑπεσχημένος.* At siquis Iosephi antiquitates cum sacris litteris non indiligenter conferat, magna passim et hinc inde vix ferenda libertate vel negligentia vsum deprehendet; nam non modo omittit complura et adiungit vel secus interpretatur, deteritque narrando, (miracula praecipue, quo fidem apud Ethnicos inuenirent: conf. Io. Gregorii diss. anglice editam de LXX. interpretibus pag. 33 sq.) sed et aliter non pauca commemorat, vt aduersa fronte cum Moyse ac Prophetis in narratione rerum quarumdam concurrat. Hoc non Iacobo Saliano tantum in annalibus V. T. qui Iosepho iniquiorem (fateor) aliquando se praebet, et Antonio Posseuinio in apparatu sacro, sed innumeris praeterea aliis viris doctis obseruatum, e quibus *Iacobus Vsserius* in Epistola ad Lud. Cappellum pag. 42. *De ipso quoque Iosepho,* inquit, *non est praetereundum, quod ex sacris Hebraeorum litteris Origines suas translaturum se est pollicitus, neque subtrahendo quicquam neque addendo, id eum pari fide non praestitisse. Eodem consilio, quo Persis nuper Hieronymus Xauerius, Iesuita, interpolatam a se euangelicam dedit historiam, etiam Graecis ille rerum, in V. Testamento gestarum, transmisit memoriam: nonnulla, quae erant in canone, supprimens, alia (vt quum Salomoni verbi gratia pro XL. regni annis* [z]*) LXXX. tribuit, et in numero talentorum argenti, ad templi vsum a Dauide relicto, 1 Chron. XXII, 14. centum milia pro mille millibus substituit,) immutans, atque ex scriptis apocryphis non pauca adiiciens, vti in eius de Moyse trienni, de eodem iuuene cum Aethiopibus bellum gerente, de Tharbi, regis Aethiopum, filia, connubium eius expetente et aliis eiusdem farinae narrationibus licet perspicere.* Plura exempla historiarum sacrarum, a Iosepho non optima fide relatarum, collegit *Antonius Vandalen* libro aduersus historiam Aristeae cap. X et XI. et pag. 500. tum in libro de origine ac progressu idololatriae cap. VII. *Petrus Baylius* tomo primo dictionarii, vbi de Abimelecho agit: *Il y a long temps que je suis indigné contre Iosephe et contre ceux qui l'épargnent sur ce sujet. Un homme qui faisoit profession ouverte du Iudaïsme dont la foi étoit fondée sur la divinité de l'Ecriture, ose raconter les choses autrement qu'il ne les lit dans la Genese, il change, il ajoute, il suprime des circonstances, en un mot il se met en opposition avec Moïse de telle sorte, qu'il fait que l'un de deux soit un faux Historien. Cela est-il suffrable, et n'en faut il pas conclure ou qu'il ne s'est gueres soucié de scandaliser sa nation, ou qu'il à cru que le sentiment particulier qu'il avoit sur la fallibilité* [aa]*) et par consequent sur la non inspiration de Moïse étoit commun parmi*

z) Similia librariis forte rectius imputantur, quam Iosepho.

aa) Hoc nullo pacto verisimile est de Iosepho, et perspicuis eius testimoniis reuincitur. Potius dixerim, Iosephum, Pharisaeum, non putasse, contradicere se sacris scriptoribus, cum maxime eos interpolauit secundum traditiones gentis suae, vel etiam pugnantia scripsit. Quot sunt inter Christianos,

parmi les Iuifs? Ie croy, que tous les anciens Historiens ont pris la même licence à l'égard des vieux memoires qu'ils consultoient. Ils y ont consu des supplémens, et n'y trouvans pas les faits developpez et embellis à leur fantasie, ils les ont étendus et habillez comme il leur a plu, et aujourdhui nous prenons cela pour histoire. Cotelerius in Chrysost. ad Danielem pag. 225. *Idem Iosephus in fine libri decimi refert hoc visum (Dan. VIII.) sed confuse ac, vti solet, parum accurate.* Sunt et alia, quae in Iosepho reprehendunt viri docti: nam in his etiam, quae ex ethnicis scriptoribus produxit testimoniis, fidem eius desiderant, vt *Antonius Vandalen* lib. de Aristea pag. 311. praeterea multorum parachronismorum reum et in narratione rerum suae aetatis vel affectu vel errore abreptum arguunt. Vide *Petri Possini* diss. de genere Herodis pag. 34 sq. *Harduinum* Chronolog. V. T. pag. 259. *Papebrochii* apparatum ad propylaeum, actis sanctorum Maii praemissum, p. 18. *Iobo Ludolfo* commentar. ad historiam Aethiop. pag. 230. Iosephus dicitur *Antiquitatum Iudaicarum fabulator saepius quam historicus.* Etiam *Richardus Simonius* tomo III. epist. selectarum epistola octaua notat, Iosephum non dubitasse Iudaeorum subinde *Agadoth*, siue fabulosas narrationes, v. g. de Moysis victoria, ab Aethiopibus reportata, historiae suae adspergere. Adde eumdem *Simonium* tom. II. epist. 1. pag. 6 sq. Alii hallucinationes in Iosepho castigant geographicas, vt *Bochartus* tom. I. Opp. pag. 1197 sq. Errores quosdam morales et theologicos notat Ittigius in laudatis prolegomenis cap. 5 sq. Historicos alios errores *Petrus Brinch* in historiae Iosephi examine, Hafniae 1701. 4.

Vtcunque autem ista se habeant; nihilominus in rebus, quae circa ipsius tempora atque iam inde gesta sunt, vbi historia biblica desinit, et vniuerse de rebus gentis suae, ne de aliis in praesenti dicam, plurima adnotauit, scitu dignissima: et quis cordatus propter aetatem, eruditionem, iudiciumque non libenter ei plus, quam multorum Rabbinorum testimoniis tribueret? Errores autem, vt, non admisit nullos, (homo enim fuit,) attamen tot tantique illi non sunt, vt velut intestabilis, propterea de ponte sit deiiciendus. *Nullam occasionem,* (verba *Casauboni* sunt Exerc. XII. nr. 2.) *praetermittit Baronius, siue iustam, siue iniustam, detrahendi Iosepho, historico nobilissimo, quicquid ingrati Iosephomastiges imaginentur. — — Si omnes Iosephi errores, hallucinationes, aut ablepsiae, (de iis non loquor, in quibus discedit a Bibliis, in quo excusari non potest) in vnam summam contrahantur, vix centesima ea pars fuerit culparum, ab uno Eusebio admissarum, siue in Chronico, siue in aliis scriptis. Cur igitur tanta cura et tanta cum iniquitate Iosepho insultabimus? cuius libros nisi prouidentia Dei singularis ad nostra seruasset tempora, in quantis rerum Iudaicarum tenebris hodie versaremur? Quot fabulas, quot mendacia iubar historiae Iosephi discutit?* Euangelicam quoque et apostolicam historiam Iosephus confirmat in multis; etiamsi vel maxime ponamus, dubitandum esse de γνησιότητι locorum de Christo, seruatore [bb]), lib. XVIII. antiq. cap. 4. pag. 621. de Iohanne

stianos, qui libros sacros tractando secundum suas opiniones praeconceptas idem fecerunt, faciuntque, nec tamen de sacrorum scriptorum Θεοπνευστίας dubitant. Neque Petrum Comestorem, auctorem historiae scholasticae, nec Xauerium euangeliorum interpolatorem crediderim de fide diuinorum scriptorum dubitasse, aut ex suis hisce scriptis de illa sententia posse conuinci, qui tamen neutiquam sunt Iosepho in referenda historia sacra accuratiores.

bb) Hoc Iosephi loco non vtuntur Iustinus, Tertullianus, Chrysostomus; aliique complures, quando contra Iudaeos disputant. Non produxit Origenes, alia Iosephi laudans, in libris contra Celsum.

ſum. Ne *Photius* quidem, tanto iunior, meminit, in cuius bibl. antiquitates Ioſephi bis recenſentur, cod. LXXVI et CCXXXVIII. Ante Euſebium tamen lib. I. cap. 11. hiſt. eccleſ. et lib. III. demonſtrat. cap. 5. citauerit illum Macarius quidam, cubiculi imperatorii praefectus, ſiquidem genuinus ſit huius ad Diocletianum ſermo, qui refertur in Actis Sanctorum Maii tom. V. pag. 149. Locum Macarii, a *W. E. Tenzelio* primum in dialogis menſtruis, germanice editis a. 1697. pag. 556. obſeruatum, hic adſcribere integrum non dubitaui: Ἰώσηπος ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεὺς γενόμενος καὶ ἱστορῶν μετ᾽ ἀληθείας τὰ κατὰ Ἰουδαίους μαρτυρεῖ τὸν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν γεγονότα ἐνανθρωπήσαντά τε καὶ σταυρωθέντα καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθέντα, οὗ τὰ συγγράμματα ἐν τῇ δημοσίᾳ ἀπόκειται βιβλιοθήκῃ, λέγει δὲ οὕτως. Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή· ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ ἀληθῆ δεχομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ τοῦ Ἑλληνικοῦ, ἐπήγετο. Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ᾽ ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, καὶ οὐκέτι νῦν τὸ χριστιανὸν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένον οὐκ ἐπέλιπε φῦλον. Ταῦτα οὖν τοῦ τῶν Ἑβραίων γραμματέος πάλαι ταῖς ἑαυτοῦ βίβλοις ἐγχαράξαντος περὶ τοῦ δεσπότου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, ποία ἄρα ἀπολογία τοῖς ἀπίστοις ὑπολαφθήσεται; Sed merito exiſtimandum, haec acta martyrii Macariani, ſi non longe poſt Diocletianum plane conficta, ſaltem interpolata atque locum Ioſephi inſertum a recentiore manu eſſe. Poſt Euſebium laudatur Ioſephi teſtimonium ab *Iſidoro* Peluſ. IV. epiſt. 225. *Sozomeno* lib. I. hiſt. cap. 1. *Sophronio*, interprete catalogi Hieronymiani, Georgio Hamartolo, Cedreno, Zonara et Glyca, quem ſub Theodori Metochitae nomine Meurſius edidit, in Chronicis: *Suida* in Ἰώσηπος et *Nicephoro* lib. I. hiſt. eccleſ. cap. 39. e quibus varias lectiones notauit *Io. Andreas Boſius* in exercitatione ad Periocham Ioſephi de Ieſu Chriſto cap. 2. (Ienae 1673. 4.) Latine praeter Ioſephi interpretem, Caſſiodori aequalem, et *Hegeſippum* lib. II. de excidio Hieroſol. cap. 12. atque in anacephalaeoſi pag. 685. citat *Hieronymus* catalogo ſcriptorum eccleſ. cap. 13. et *Ioh. Sarisberienſis* lib. II. Policratici cap. 9. ac Chronographi et Hiſtorici recentiores bene multi, *Haymo* lib. I. cap. 13. hiſt. eccleſ. Anonymus Bambergenſis MS. in academia Ienenſi et Boſio inſpectus, Cunradus Vrſpergenſis, Freculfus, Albertus Stadenſis etc. His teſtimoniis accedit conſenſus, non modo editorum codicum, ſed etiam manu exaratorum graecorum latinorumque, quos euoluerunt Boſius, Bigotius et *Lambecius*, quem vide in epiſtola ad Auguſtum, Luneburgenſium ducem, de VII. MSS. codicibus Ioſephi, qui exſtant in bibl. Caeſarea (edit. Vindobonae a. 1666. 4.) et libro VIII. comment. de eadem bibl. pag. 3 ſqq. Sed et in *Hebraica* Ioſephi verſione fuiſſe iſtud teſtimonium in peruetuſto codice MS. Vaticanae bibl. ſed abraſum a Iudaeis, teſtatur *Baronius* ad a. Chriſti XXXIV. nr. 226. quod licet aliena fide narratum *Caſaubono* videtur p. 677. Exerc. tamen confirmatur ab *Huetio* demonſtrat. Euangel. propoſ. 3. §. 13. et Theophilo, comite de Windiſchgraetz, qui codicem illum, Romae ſibi demonſtratum, Wagenſeilio adfirmauit, vt legas in *Chriſtoph. Arnoldi* collectione epiſtolarum de teſtimonio Ioſephi pag. 249 ſq. (Norimb. 1661. 12.) Cui addendum, quod ex inedito Gyraldi Cambrenſis libro de inſtitutione principis adfert praeſtantiſſimus Caueus: *Robertus* (Canutus, qui circa A. C. 1170. claruit) *Prior ſ. Fridiswidae apud Oxoniam Hebraice doctus in duobus exemplaribus Ioſephi hebraice ſcriptis inuenit teſtimonium de Chriſto in aliis nuper eraſum, quod et Iudaeis Oxoniae degentibus oſtenſum fuit.* Omitto, quae contra *Tanaq. Fabrum* (lib. I. epiſt. 45.) pro fide huius loci diſputant *H. Valeſius* pag. 16 et 20. ad Euſeb. *Huetius* propoſit. 3. §. 11 ſqq. *Antonius Pagi* ad A. C. XXXII. nr. 15. *Guil. Bonjour* dialogo tertio triduanae de canone ſacrorum librorum concertationis (Rom. 1704. 4.) *Caueus* part. II. hiſt. literariae ad A. C. LXVII. *Franciſcus de Roye*, et *Conr. Daniel Frick*, Vlmenſis, ſingulari diſſ. Lipſ. 1698. 4. *Natalis Alex.* tom. VI. hiſt. eccleſ. V. T. diſſ. 10. *Eſtrangius* in prolegom. ad anglicam Ioſephi verſionem, et *Cherubinus de S. Ioſepho*, Carmelita, tom. III. bibliothecae crit. ſ. diſſ. 1. part. III. et *Carolus Daubuſius* libris duobus, de hoc teſtimonio editis, Lond. 1706. 8. Nec Lambecii probo ſententiam, qui verba huius teſtimonii ita explicat, vt in ignominiam Chriſti ſcripta ſint a Ioſepho: nec illis adſentior, qui plane intruſum eſſe aiunt a Chriſtianis, quum mihi non videatur Ioſephus potuiſſe mentionem Chriſti Chriſtianorumque in hiſtoria illius aetatis prorſus praetermittere, ſed interpolatum ſuſpicor cum viris doctiſſimis *Stephano Lemoyne* notis ad varia ſacra p. 931. *Wagenſeilio* IV. perae libr. iuuenil. p. 189. et *Ittigio* prolegom. ad Ioſephum. Parauit de hoc argumento peculiarem exercitationem quoque Fri-

 dericus

Iohanne, baptiſta [cc]) lib. XVIII. cap. 7. p. 626. De Iacobo lib. XX. cap. 8. et quae de dirutis propter Iacobi necem iniuſtam Hieroſolymis, de Iohanne baptiſta propheta et de Chriſto, cum ſacerdotibus adolente in templo, ex iisdem Ioſephi libris laudant *Origenes* I. contra Celſum pag. 35. lib. II. pag. 69. et in Matthaei XIII. pag. 223. *Euſebius* II. 23. hiſt. *Hieronymus* catalogo ſcript. eccleſ. cap. 2 et 13. *Suidas* Ἰώσηπος et Ἰησοῦς. hodie vero in Ioſephi libris non [dd]) reperiuntur." *Fabric.*]

De Ioſephinorum operum in ſacrorum vtriusque foederis bibliorum ſtudio, disquiſitio ſupereſt, quid inter tot, tamque varias virorum clariſſimorum de hoc argumento diſputationes ſentiendum ſit? et primo quidem, — duplex eſt enim quaeſtionis ſtatus: — An et quatenus illa inſeruiant V. Teſt. vel graeco vel hebraico textui emendando, atque critice reſtituendo? Dein, quantum illis adiuuetur et philologica et exegetica S. S. bibliorum interpretatio? ſtatuatur; vel potius ex omni hactenus expoſito de virtutibus vitiisque Ioſephinorum operum commentario concludatur. Interpretationem quidem S. S. bibliorum mire iuuari a Ioſepho, aequus rerum arbiter ex ſequentibus momentis facile iudicabit; quod, ſui temporis hiſtoriam quum ſcribat, biblicam hiſtoriam continuat, multa, in N. T. hiſtoricis libris contenta, magis dilucidat, quorum paene ſenſum ignoraret poſteritas, niſi Ioſepho hoc poſſet vti interprete: quodque omnem remotiorem a ſuo aeuo biblicam hiſtoriam repetit, multis additamentis auctam, quae, fide bona ex fontibus, nequaquam contemnendis, hauſta, non parum lucis adferunt ſimpliciori S. S. ſcriptorum narrationi. Sententiam ſuam: Emendando textui V. T. graeco vel hebraico ſeruire inprimis Ioſephum poſſe, e hypotheſibus, necdum extra omne dubium poſitis, ſuperſtruxere *Whiſton*, in diſſertatione II. anglicae ſuae operum Ioſephinorum verſioni praefixae, et *Alexander Geddes*, in adornandae a ſe anglicanae S. S. Bibliorum

dericus Spanhemius, fil. at, quia imperfecta ab auctore relicta eſt, lucem non vidit, ſed in tomo ſecundo eius operum deſideratur. *Fabric.* Ab homine quodam chriſtiano, haud mala mente, locum eſſe interpolatum, cenſet quoque, et quae margini ab illo fuerint adſcripta verba, quae autem a Ioſepho profecta, acute oſtendit *Villoiſon.* in Anecdotis graecis tom. II. pag. 69 — 71. adde eumdem in epiſtolis Vinarienſ. pag. 88 ſq. item *Knittelii* acroaſin, germanice ſcriptam, in qua noua illius loci emendatio tentatur, ex qua plurima excerpta et latine reddita leguntur in *Volborthi* noua bibliotheca philolog. vol. I. faſc. I. Gottingae 1782. 8. pag. 118 — 136. vbi pag. 135. inſertae ſunt coniecturae ex quadam *Iac. Serenii*, Nykoepingenſis, in Suecia praepoſiti, qui pluribus defendit Ioſephiani de Chriſto teſtimonii authentiam, ſcriptiuncula, cura *Murray* in ſermonem germanicum Gottingae 1758. 8. translata. In eodem Vollb. faſciculo pag. 178 ſqq. eſt coniectura critica ad Ioſephi de Chriſto teſtimonium ex Petauii cod. MSto. Ibid. pag. 180 ſq. §. 2. in vita Ioſephi emendatur. Ea, quae in Introd. in hiſt. L. Gr. tom. II. part. I. pag. 56 ſq. de loco illo ſcripſi, nolo hic repetere. *Harl.* Add. *Godofr. Leſs* commentatt. duae, quibus teſtimonium Ioſephi de Chriſto examinatur. Gött. 1789 ſq.

cc) *Chryſoſtomus* in Iohannis cap. 1. homil. 12. pag. 82. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Ἰώσηπος τῇ τούτου (Ἰωάννου) τελευτῇ τὸν πόλεμον λογίζεται, δι᾽ αὐτόν τε δείκνυσι μηδὲ πόλιν ἄνω τὴν ποτὲ μητρόπολιν οὖσαν, καὶ μακροὺς συνείρει περὶ αὐτοῦ λόγους ἐγκωμίων. Herodis exercitum deletum, non Hieroſolymam ob Ioannis caedem euerſam ſcribit illo loco Ioſephus.

dd) *Huetius* propoſ. 3. §. 10. contendit, illa a Iudaeis fuiſſe eraſa; at *Blondellus* lib. I. de Sibyllis cap. 7. eadem a Chriſtianis in libros Ioſephi inſerta. Neutrum crediderim. Sed videmus paſſim, ab iis, qui ſcriptores laudant, ſententias illorum malo exemplo mutari et interpolari. Etiam *Oroſius* VII. 6. ex Ioſepho refert expulſos Roma a Claudio, imp. vniuerſos Chriſtianos, quod in editis fruſtra quaeres. [Oroſii tamen locum laborare mendo, in diſſ. de Chreſto Suetonii §. VIII. oſtendi. *Heum.*] Sed et Iſ. Voſſius libro de LXX. interpretibus hinc inde quaedam profert e Syncello vel e codicibus Ioſephi MSS. quae in editis haud exſtant.

Bibliorum verſionis proſpectu. Ille quidem quod crederet, Ioſephum vſum eſſe illo Bibliorum hebr. exemplo, quod ſub Xerxe, et Artaxerxe a Nehemia compoſitum in Herodis templo adſeruatum fuit, longe diuerſum a vulgari noſtro textu hebraico ex ſua quidem opinione, interpolato, atque ex Pentateucho Samaritano, verſione Alex. et Ioſephinis operibus, reſtituendo: Iſte, quod adſumeret, Ioſephum Archaeologiae opus maximam partem hebraice primum ſcripſiſſe, librorumque canonicorum hebraicis vſum codicibus; ſed, quum dein graece idem retexeret, verſionem Alex. adhibuiſſe, nec tamen archetypo hebraico eam praetuliſſe; neque ex eo, quod, a textu hebraico noſtro interdum diſſentiens, cum verſione ſeptuagintauirali conſentiat, aliud quid colligi licere, niſi hoc vnum, textum noſtrum hebr. iam non eumdem eſſe, qui in Ioſephi codice fuit, illumque iam corruptum ſuſpicari licere, vbicumque Ioſephum ab eo in fauorem verſionis Alex. diſſentientem depreliendamus. Ego quidem Scharfenbergii de hac quaeſtione ſententiae, in proluſione de Ioſephi et verſionis Alex. conſenſu patefactae, ſubſcribere nullus dubito. „Quo diutius, ait ille, ac diligentius libros Flauianos legi, et cum hebraicis contuli, eo magis mihi intellexiſſe videor, maiorem illorum vſum eſſe in interpretatione, quam re critica V. T. Quem qui nullis propemodum finibus circumſcribunt, aut non vident, aut videre nolunt, Ioſephum, quum non verſionem librorum S. S. ſed hiſtoriam rerum iud. componere vellet, in narrando ita ſe illorum auctoritati adſtrinxiſſe, vt more hiſtoricorum περιςάσεις, quae ſummam rei non adtingunt, mutaret ſine diſſenſu vero, non pauca quoque hauſiſſe ex libris aliis, quam quos vulgo vocant canonicos, multisque locis, vbi ab hebraeo diſſidet, ſatis probabiles huius rei cauſas adferri poſſe. Etiamſi porro non nego, Ioſephum et hebraice doctum fuiſſe, — modo ſcientiam litterarum hebr. non ex opinione noſtrae aetatis aeſtimes — et libros hebr. conſuluiſſe: tamen etiam hoc vſu edoctus ſcio, in indagandis lectionibus diſcrepantibus ab hebraeo maximopere cauendum eſſe, ne non tam Ioſephi, quam interpretum Alex. quos ille ſequutus eſt, diſſenſum a ſcriptura vulgari cod. hebr. animaduertas, atque adeo illius auctoritate in hac emendanda abutaris.“ Quamquam haud negauerim, in emendanda, et reſtituenda veriore S. S. librorum lectione, e multis Ioſephi locis quantumcunque etiam diſſentientibus a ſacri codicis lectionibus egregie interdum adiuuari criticas, quas vocant, coniecturas; his tamen propter ſolam Ioſephi auctoritatem nimium indulgere, ſanioris critices praecepta aequum quemlibet iudicem vetant. Et ſicubi etiam animaduerteris, Ioſephum fidelius ſequutum eſſe interpretes Alex. ſiue ſcripturam hebr., in verbis autem, rebusue nonnihil tantum diſcrepare Ioſephinam lectionem, quam vel pro graeca verſione Alex. vel pro textu hebr. iuſtum variantis lectionis valorem habere putaueris; caueas tamen neceſſe eſt, ne iuſto maiorem Flauio fidem tribuas. Verae ſcriptorum Ioſ. indolis nunquam immemor, tibi perſuaſum ſemper habebis, Archaeologiae iud. opus totum quantum abeſſe ab ea auctoritate, qua in tali cauſſa valent verſiones; neque ex auctoris huius qualicunque a bibliis ſiue graecis, ſiue hebraicis, diſſenſu rite colligi poſſe, variantem vllam lectionem, niſi eidem ex aliis quoque codicibus, aliisque iuſtis rationibus probabilitatis quaedam ſpecies acceſſerit. Ante omnia vero ſemper tibi circumſpiciendum erit, an haec ipſa Ioſephi lectio, ex qua variantem pro graeco, vel hebraico S. S. librorum textu arguere non dubitaueris, genuina etiam ſit profecta ab auctoris manu, non interpolata, aut a librariis deprauata? Quod niſi conſtiterit, non minus in S. codice e Flauii ſcriptis emendando peccares, quam qui e verſione Alex. eius opera interpolaſſe ac deprauaſſe dicuntur. Ioſephi namque libros adhuc

egregia cura critica egere, conſtat inter peritos omnes. Librarios graecos ob ignorantiam bonae graecitatis ſubinde Ioſephi bene Graeca corrupiſſe, repoſitis vel facilioribus verbis vel interpolationibus verſionis Alex. Erneſtius exiſtimauit.

Quae autem huius reſtituendi ratio recta mihi videatur, quaeque optima praeter codd. mss. verſionesque in hoc negotio ſubſidia credam, tum quidem exponam, quum in omnem contextum commentari, atque huic continuo commentario praefari poſſe, opportunum mihi aliquando otium Deus dederit.

II. Quam hic in compendio Fabricianae Bibliothecae lectoribus reddo, litterariam codicum et editionum, queis Ioſephina opera continentur, notitiam, potiſſimum ex catalogis hauſi bibliothecarum, quotquot nanciſci potui, diligenter a me perluſtratis excerptisque. Plurimam horum partem academiae Goettingenſis locupletiſſima bibliotheca mihi ſubminiſtrauit, cuius cuſtos, humaniſſimus et amiciſſimus *Reuſſius*, id beneficii addidit, vt excerpta perluſtraret, iterumque cum illis catalogis conferret, atque ſic maiorem meo labori fidem conciliaret. Per litteras etiam amici, quos in Italia atque in diuerſis Germaniae ciuitatibus habeo, non paruam rerum, huc pertinentium, copiam contribuerunt. Ittigii prolegomenis, Fabricii de Ioſepho relatione, ad Hauercampium transmiſſa, longe, quam in bibliotheca, locupletiore, atque bibliotheca hiſtorica, nouis poſt Struuium et Buderum curis a Meuſelio digeſta, me vſum etiam fuiſſe, vix eſt, cur moneam. Codicum mss. duplicem ex hisce documentis mihi elenchum confeci, graecorum ſcilicet et latinorum. Hos dico, qui antiquiſſimam operum Ioſ. verſionem latinam, vel a Caſſiodoro, vel Epiphanio, vel Ambroſio, vel, quod plurimis placet, et vulgo dicitur, a *Rufino* ee) adornatam, continent. Quiscun-

ee) „*Rufino*, ait Fabricius, etiam adſcribit codex antiquiſſimus Mediolanenſis in biblioth. Ambroſiana, de quo *Erycius Puteanus* IV. 41. epiſt. *Io. Mabillonius* tom. I. itinerar. ital. p. 12. *Guil. Burnetus* epiſt. 2. itin. ital. pag. 229. edit. Germanicae, *I. H. Hottingerus* biblioth. quadripart. pag. 33. et *G. Hieron. Welſchius* in epiſt. ad Boſium poſt Reineſianas pag. 470." His addatur *Björnſtåhl* in Briefen auf ſeinen ausländiſchen Reiſen etc. vol. II. pag. 253. qui tradit, in papyro aegyptiaca eſſe ſcriptum codicem, et incipere a cap. X. libri V. et deſinere in cap. XII. libri X. Sed de illa verſione et controuerſia variorumque de Ioſephi antiquiſſimo codice Mediolanenſi, editionibus etc. plenius diſſerit, atque illam verſionem Rufino abiudicat *Iuſtus Fontaninus* in hiſtor. literaria Aquileienſi, (Romae 1742. 4.) cap. XVI. pag. 392—403. Pauca liceat hic excerpere, aut potius memorare. In bibl. Ambroſiana ipſum Rufini autographum vel ſaltem apographum, longe antiquiſſimum, in cortice Aegyptio deſcriptum ſeruari, iam dudum increbuit rumor. Primus, quem reperit ille eius meminiſſe initio ſaeculi XVI. eſt *Ponticus Virunius* in vita Emman. Chryſolorae ante illius *declarationes* in Chryſolorae erotemata a Guarino contracta *tumultuarias*, Ferrariae 1509. 8. qui opinatur, illam translationem ab Hieronymo circa a. D. 350. ipſius Hieronymi manu eſſe deſcriptam. *Petrus Paullus Boſcha* libro I. de origine et ſtatu bibliothecae Ambroſianae pag. 10. codicem illum Mediolanenſem, non Hieronymi, ſed *Rufini* manu annis abhinc mille et trecentis (et vltra) ſcriptum narrat: vterque tamen egregie errauit. *Io. Mabillon*, qui codicem contrectauit, in Muſeo italico tom. I. pag. 12. ſcriptum teſtatur ante annos mille et centum, haud multum poſt Rufini aetatem: cui etiam librum adſignat, et ait, *contineri aliquot libros Flauii Ioſephi de antiquitatibus iudaicis*, *Rufino interprete*. Sunt autem fragmenta librorum VI. VII. VIII. IX et X. ab imperito compactore male diſpoſita. Codicem vero ab editis non diſcrepare, nec praeter ea vsquam Rufini nomen comparere, tradit Fontaninus et oſtendit ex Caſſiodori verbis cap. XVII. de inſtitut. diuinarum litt. codicem Ambroſianum ipſa aetate Caſſiodori, Iuſtiniano imperante, latine exaratum,

Quiscunque fuerit vetus interpres, — quod hic difcutere a fcopo et inftituto alienum foret — innumeris quidem fcatet vitiis haec translatio, fiue ille corruptos habuerit codices, fiue bonos malo fenfu corruperit, graeca vel plane non intelligens, vel animo parum adtento minus adcurate exprimens latine, non parui tamen in critico Iofephi ftudio momenti effe illam poffe, ac propterea mss. quoque illius codices non omnino praetereundos iudicaui. Ne tamen in hoccemet in Iofephum commentarii compendio eorum elenchum referam, impedit huius bibliothecae ratio, breuitatem potius mandans, quam copiam et abundantiam patiens; vnde etiam catalogorum, quos confului, aliumque codicum mss. ibi repertorum, de quibus num graeci, num latini fint? non fatis compertum habeo, elenchum a me adornatum, huc non refero, praefertim quum omnium, de Iofepho curioforum virorum, tam minutam rerum, ad ipfum pertinentium, notitiam habere, paucorum, nec adeo multum interfit. Tanto autem liberalior in recenfendis Iofephinorum operum, quocunque idiomate editionibus, ero, quod quibuscunque bibliophilis rem gratam me facturum fciam. De codicum mss. graecorum, quorum elenchum daturus fum, valore, doleo, quod necdum liceat, iudicium addere; plures enim, quam graecum vnum, Schleufingenfem, oculis poffe perluftrare, non mihi contigit, et variantes ex optimae notae codicibus collectae lectiones, non fatis concinne in Hudfoni et Hauercampii editionibus funt repraefentatae.

A.

Elenchus codicum graecorum.

α) *Codices graeci, qui libros Antiqu. continent.*

In bibliotheca Caef. Vindob. funt: a) cod. II. olim inter codices MSS. hiftoricos graecos XLVIII. Sambucianus, membranaceus, peruetuftus, optimae notae, in fol. continet lib. X. priores. b) cod. III. Viennenfis Caef. olim inter cod. MSS. hiftoricos XV. chartaceus, antiquus, bonae notae, in fol. continet libros XX. ob magnam lectionum diuerfitatem iam collatus, et adhuc confideratu digniffimus. vid. *Petri Lambecii* commentarii de bibl. Caef. Vind. edit. altera. lib. VIII.

In bibl. nation. Parifienfi, a) cod. MCCCCXVIII. membr. faec. fere XI. exaratus, continet libros X. priores. b) cod. MCCCCXVIII. b. membran. faec. XIV. continet libros XIII. cum XIV. initio. c) cod. MCCCCXIX. membr. faec. XI. continet libros X. priores. d) cod. MCCCCXX. chartaceus, faec. fere XVI. continet libros X. pofteriores. e) cod. MCCCCXXI. chartac. faec. vt videtur, XIV. continet libros X. f) cod. MDCII. chartac. faec. vt videtur, XV. continet libros IX. necdum collatus. vid. Catalogus MSS. bibliothece reg. Parif. 1739. tom. II. g) cod. MMDCCCLXXV. in 4. continet libros X. vid. *Montefalconium* in bibliotheca biblioth. noua, Parifiis 1739. h) idem hoc eodem opere MSS. cod. regios aliosque Parifienfes et Francogallicas recenfens memorat inter libros hift. graecos ex bibl. Card. Radulphi N. T. codicem, qui continet libros X. initio et fine mutilos. i) cod. XXV. qui continet libros XIII. cum initio libri XIV. k) cod. LIII. in capfa XXI. qui continet libros X. l) cod. XV. inter

exaratum, ab amicis Caffiodori prodiiffe. Tum late disputat et inquirit, num Hieronymus et Ambrofius Iofephum in fermonem conuerterint latinum, et Egefippum, docet, effe Iofephum de B. iudaico ab Ambrofio latine contractum, Rufino autem verfionem Iofephi effe abiudicandam. *Harl.*

inter cod. graecos, ex oriente adlatos, ab abbate Seruin, in charta damafcena fiue bombycina faec. XIII. fcriptum. m) cod. CCLXVI. S. Germanenf. a pratis e bibliotheca Coisliniana, qui continet libros IX. tandem n) codd. MMLII. MMLIII. MMLIV. MMLV. MMLVI. MMLVII. ex quibus procul dubio hauftae funt variae lectiones illae, quas Salierius Parifiis ad Hauercamp. transmiferat, ille vero ad adpendicem tomi II. fuae operum Iofeph. editionis reiecerat; vbi a pag. 424 — 479. leguntur.

In bibl. Epifcopi Montifpeffulani, eodem Montefalconio tefte, p. 1198. liber XI et omnes XX. inueniuntur, vti etiam Iofephus de bello iud. et de capta Hierofolyma; opus initio mutilum.

In bibl. Lugd. Batana cod. chartaceus, notae, vt Hauercamp. iudicat, valde bonae et antiquae, continet libros IX. pofteriores, iterum poft Voffium ab Hauercampio collatus. vid. catalog. eiusdem bibliothecae.

In bibliotheca Laurentiana, quae Florentiae eft, a) cod. fimilis omnino, vt Bandinius teftatur, editioni Amftelod. continet libros XVI. b) cod. initio faec. XIV. fcriptus continet libros XX. et Iofephi de vita fua l. bellum. c) cod. libros continet XX. vid. catalogus, a Bandinio editus, tom. II. pag. 640. 629. 642.

In bibl. S. Marci Venetiis a) cod. papyraceus nr. XVII. continet libros XX. b) cod. nr. XXVIII. continet libros XX. et Iofephi vitam. c) cod. iuffu Cardin. Beffarionis Romae 1469. fcriptus, continet omnia Iofephi opera.

In bibl. Ambrof. Mediolanenfi cod. membr. continet lib. X. pofteriores, vitam Iofephi et duos libros contra Apionem. Montefalconio videtur pars effe fecunda codicis regiae bibliothecae Parif. priores X. libros complectentis; fuitque idem, quem Hauercamp. pag. 2. praef. ex Lud. Ant. Muratorii litteris, ad fe datis, dicit effe fignatum F. nr. 128. folio min.

In bibl. Paulina Lipfiae codex ille eft, ex quo Bofius Iofephum reftituere meditabatur, quique plerumque Lipfienfis nominatur.

In bibl. el. Et. Palatina fuit cod. nr. XIV. complexus lib. XI — XVIII.

In bibliothecae Vat. catalogo nullum Iofephi codicem MS. reperire potui. Interim Nicolaus Fabricius Peirefcius per Lucam Holftenium variorum locorum collationem cum tribus codicibus MSS. Vaticanis obtinuerat Samueli Petito; et Hauercampius, tum Hudfonus Vaticanas dederunt lectiones. Roganti igitur per litteras amicos, vt, quid Iofephinorum codicum in Vaticana bibl. inueniretur, fignificarent, id folum Roma refcriptum, omnes iam fuiffe olim in poftremorum editorum, Hudfoni et Hauercampii vfum collatos excerptosque, nec effe, quod illorum amplius forem curiofus.

Bibliothecae Schleufingenfis, alias etiam, vt verofimillimum eft, Hennebergicus dictus, cod. chart. aetatis annorum fere 400, non tanti, quanti alias creditur, valoris, a Bofio primum, dein a me quoque infpectus atque in fubfidium adhibitus fuit.

In bibliotheca Efcorialenfi eft cum aliis Hurtadi Mendozae codicibus, etiam ille Iofephi, e quo praecipue editio princeps Bafileae adornata eft, ΥI fignatus, cuius notitiam cl. apud *Goettingenfes profeffori, Tychfenio*, debeo. [In Plüeri itinerario per Hifpan. p. 178. citantur *Fl. Iofephi* iudaicarum antiquitatum libri XX. cum eiusdem vita.]

β) Codices

β) Codices qui libros de B. I. continent.

In bibl. Caes. Vindob. cod. IV. olim inter historicos graecos XXIV. chartaceus, antiquus, bonae notae, a Busbeckio Constantinopoli comparatus, continet historiam belli iud. a cap. 17. lib. I. §. 6 — 8. cap. 1. libri VI.

In bibl. nation. Paris. sunt codices plures, et e quibusdam iam collatis varietates lectionum Hauercampius acceperat; quas inuenire est in adpendice p. 1 — 50. vol. II. edit. Hauercamp. sed numeris codicum non adpositis. Quare, quinam e sequentibus iam collati sint, non possum constituere. Addit Hauercampius, inter eos, quorum collationes habuit, vnum fuisse saec. vndecimi, cuius mentionem in nullo adhuc catalogo inueni. Sunt autem a) cod. MCCCCXXIII. membran. saec. vt videtur, XIII. b) cod. MCCCCXXV. membran. saec. fere X. vetustate insignis, dignissimus, qui cum editis conferatur Constantinopoli in bibliothecam regiam illatus. c) cod. MCCCCXXVI. bombycinus, saec. XIII. d) cod. MCCCCXXVII. membran. saec. forsan XIII. desiderantur liber VI. integer, quinti finis, et initium septimi. e) cod. MCCCCXXVIII. chartaceus, saec. vt videtur, XV. regii cuiusdam codicis saec. XIV. scripti collationem habuit Hauercampius sed codicis numerum non adposuit. f) cod. MCCCCXXIX. membr. saec. vt videtur, XII. Constantinopoli adlatus, continet librum de B. I. secundum ferme integrum, tertium integrum, quarti paginas 4. g) cod. MCCCCXXVIII. A. membran. saec. vt videtur, XII. continet libros I — IV. inclus. In secundo pauca ab initio et sub finem desiderantur. In tertio index et paucae tantum paginae supersunt. Quartus integer est, si quasdam paginas laceratas exceperis.

Montefalconius refert, esse in bibl. regia Paris. a) ex bibl. Coisliniana S. Germanensi a pratis cod. CCXXVIII. partim membran. partim bombycinum, cuius variae partes, diuersae aetatis esse videntur: b) inter codices, ex Oriente a Seruinio adlatos, cod. LXX. egregium, et saec. X. vel XI. scriptum: c) codd. MMCCLVIII. MMCCLIX. MMCCLX. MMCCLXI. in fol. min. praeter historiam Iudaeorum etiam de excidio Hierosolym. historiam continentes.

In adpend. tom. II. Hauercampianae editionis exstant a pag. 176 — 180. varietates in capitula librorum de B. I. haustae e codicibus regiis, quorum primus MMCCLVIII. saec. XI. alter MMCCLIX. saec. XIV. et tertius MMCCLXI. saec. XIV. exaratus esse dicitur.

In bibl. Lugduno Batana cod. in 4. in charta serica scriptus, initio et fine paulo mutilus ex bibl. quondam Vossiana, exstat.

Inter libros et codd. MSS. Isaaci Vossii etiam memoratur codex quidam de B. I. sub nr. LXIV.

In bibl. Laurentiana Florentiae est codex cum notis marginalibus, qui conferri meretur, vt video ex datis ad me litteris viri eruditissimi et amicissimi, Francisci Fontani, Riccardianae ibidem bibl. praefecti.

In bibl. Frederici Rostgardi, teste catalogo librorum eius, sub hasta venditorum, Hafniae 1726. fuit cod. chartaceus, optimae notae, 400 circiter annorum in vsum Hauercampii, et Hudsoni, qui eum abbreuiato nomine Rost. citare solet, collatus.

Codex Episcopi Montis Pessulani, alias Colbertinus, et apud Montefalconium nr. MMCXLV. signatus, iamque nuper a me nominatus, libros quoque de B. I. continet.

In bibl. S. Marci Venetiis duo ſunt codd. pergameni, bellum iud. continentas, quod et in codice, archaeologiam complexo, ac nuper nominato, inuenitur, [*Villoiſon.* in Anecd. graec. tom. II. pag. 248. ſupplet cod. Venet. DCXLIV. qui Ioſephi de B. I. libr. VII. continet.]

In bibl. Paulina Lipſ. codex ſingularis libros de excidio vrbis Hieroſolymae continet.

In bibl. quondam electorali Palatina fuit cod. vetus, nec malae notae, in 4.

Georgius Hieronym. Welſchius ſcribit 1667. „Ioſephi tres codices praecipuae dignationis in Italia quondam videre memini, quorum vnus in Vaticana, ex ſcholiis, niſi inſigniter fallor, Palatinis: alter Florentiae in Medicea ad S. Laurentii, vterque graecus, tertius Mediolani in bibl. Ambr. latinus." vid. Th. Reineſii et I. And. Boſii epiſt.

In catalogo bibl. Coisliniamae, olim Seguerianae, a Monteſalconio edito, cod. CXXXI. olim CXLIX. bombycinus, ſaec. XIV. paſſim, partim recentiore manu exaratus, copioſe deſcribitur. Vt ex variantibus lect. in adpendice Hauercampianae edit. poſitis, conſtat, fuit quidem collatum inſigne exemplar huius bibliothecae; ſed cum vlterius non deſcribatur, adhuc operae pretium eſſet, nouo editori ad Monteſalconium, ſpecimen aliquod lectionum proferentem, vel, ſi liceret, ad totum codicem, a Monteſalconio adprime laudatum, et ex hoc ſpecimine iam ſatis commendatum, denuo recurrere.

Ex Bjornſtåhlii epiſtolis conſtat, codicem chartaceum *Graeciae*, 400 ab hinc annis ſcriptum in *monaſterio, Meteoron* dicto, in puluere latentem, continere praeter Ioſephum de B. I. Heſiodi et Sophoclis fragmenta. Quae *Bjornſtåhlius* de eo refert, non faciunt lectorem eius videndi valde curioſum. In vniuerſum, niſi Villoiſonio ſors melior contigerit, paucos bonae frugis codices ex Graecia exſpectare licet, quum Romam quippe, et in alias Europae oras dudum inde ſit tranſportatum, quidquid ibi bonorum codicum haberi potuit.

Paſſim etiam memoratur atque nouiſſime apud Knittelium, de teſtimonio Ioſephi disquirentem, cod. *Alexandri Petauii;* idem forte, quem ex bibl. Voſſiana in Lugduno Batauam veniſſe, et Samueli Petito a Claudio Sarrauio conciliatum fuiſſe in eiusdem Sarrauii epiſtolis legimus.

γ) *Codices qui libros contra Apionem continent.*

Singularem horum librorum codicem relatum inueni vnum in catal. codd. graec. bibliothecae Laurentianae, a Bandinio Florentiae edito. Hauercampio Ioannes Grammius variantes lectiones librorum contra Ap. propria manu e ſuis MSS. excerptas, tranſmiſit, quae ſub nomine *codicis Hafnienſis* citantur; cuius excerpta a D. Wandalino iam Hudſonus habuerat, ſed pauciſſima. In Hauercampiana adpendice etiam collatio inuenitur cum codice MMDLXXIII. regio Pariſ. inſtituta.

δ) *Codices qui librum de Maccabaeis continent.*

In bibl. Caeſarea Vindob. a) cod. CCXL. nr. XIV. continet hunc libellum vsque ad finem prooemii §. 3. b) cod. XIV. nr. IV. membran. peruetuſtus, et optimae notae, fol. in fine mutilus, a Busbeckio Conſtantinopoli fuit comparatus.

In bibl. Parif. quondam *regia* a) cod. I. bombycinus, olim Colbertinus, faec. XIII. praeter plurium librorum S. S. feptuagintauiralem interpretationem, etiam hunc libellum continet. b) cod. X. membr. olim Mediceus, faec. X. continet Tobiam, et Maccabaeorum libros IV. quorum poftremus idem prorfus eft cum hoc Iofephi libello. c) cod. DXLVIII. membr. ex Oriente adlatus, faec. XII. d) cod. MLIII. membr. e) cod. MCLXXVI. membr. olim Mazarinaeus. f) cod. MCLXXVII. faec. XII. g) cod. MCCCCLXXV. nr. VII. membr. olim Colbert. faec. XI. h) cod. MDXVI. nr. VIII. faec. XII. i) cod. MDXXVII. nr. IX. membr. faec. XII. k) cod. MDXXVIII. nr. XI. membran. olim Mediceus, faec. XII. l) cod. MDXLVIII. nr. IX. membran. faec. XIII. m) cod. MMMIX. nr. XI. bombycin. olim Ioa. Pini, faec. XIV. hunc libellum referunt. Ex Hauercampiana adpendice quatuor codd. Parif. fuiffe collatos intelligo, minus autem, quinam ex mox recenfitis fuerint?

In biblioth. Synodi ecclefiae Rofficae cod. IX. membran. faec. XI. nr. IX. hunc libellum continet.

In bibl. regia Taurinenfis, Athenaei codd. CIV et CXXXVIII. membran. faec. XI et XII. exarati praeter alia hunc libellum referunt; vti etiam *in bibl. S. Marci Veneta* codd. III. IV. nr. IV et XVI. pergamenus alter, alter chartaceus, faec. XI.

In bibl. Ambrof. Mediol. codd. duo, alter pergam. alter bombycinus.

In bibl. Laurent. Flor. codex vnus in catalogi tom. I. pag. 455. nr. XXIII. et cod. vitas Martyrum continens, vt litteris me edocuit cl. vir Francifcus Fontani.

In bibl. Coisliniana cod. IV. olim CCCLXXXI. bombycinus, Iofephi de Maccabaeis tractatum vt quartum librum Maccabaeorum referens; iam collatus, vt videtur, adpendicem Hauercampianam legenti.

Vti elenchum codicum latinorum, ita etiam alium elenchum codicum, breuitatis cauffa, et quod minus interfit eorum notitiam habere, hic praetereo, qui vnius alteriusue Iofephini operis epitomas vel fragmenta continent.

B.

Hiftoria chronologica editionum latinarum, graecarum, et verfionum vernacularum, operum Iofephi Flauii.

Aetas I.
Rufiniana annorum fere 100.

Editiones latinae.

Aetas prima circa medium faec. XV. incipit, pergitque ad medium faec. XVI. vbi primum a. 1544. textus graecus operum Iofeph. comparuit. Rufinianam eam dico, quod nonnifi ex latina Rufini, vt vulgo audit, verfione Iofephina opera innotuerunt.

Sine loci, annique nota editiones. a) antiquiffima primaque fuiffe videtur ea, quae fol. maximo et fractis paginarum columnis, inter annos 1462—1470. impreffa, hunc titulum prae fe fert: *Flauii Iofephi hiftoriar. antiquitatis iudaicae liber primus incipit: qui continet tempus annorum trium millium ducentorum quinquaginta fex. Conftitutio mundi et elementorum. Caput I.*

Caput I. etc. Vidi in acad. Ienensis bibliotheca. b) Cornelius Beughemius, in Incunabilis typographiae pag. 178. et Philippus Labbeus, in Noua bibliotheca librorum, aliam editionem, anni locique, quo sit impressa, nota carentem, quae libros VII. de B. I. per Platinam castigatos complectatur, laudant. Fabricius in bibl. graeca scripserat olim, hos libros, per Platinam castigatos, Romae 1470. fuisse editos, [vid. Acta erud. Francon. p. 87 sq. tom. II. *Heum.*] simul ad calcem hoc Neandri in praefat. ad Bernardi et Tauleri theologiam, de hac Iosephi et Turnebiana Philonis editione, elogium adiiciens: „Iosephi et Philonis, Iudaeorum, graeca luculentissima et eloquentissima scripta adeo pulcris typis et characteribus in Gallia et Germania excusa, vt, si Angelis tales litterae pingendae essent, non sint picturi et effecturi pulcriores." Forsan diuersae non sunt ab hac editione illae, quas in folio, impressionis anno et loco non memorato, 1475. comparuisse Meuselius in bibl. hist. suspicatur. [De hac *Romana* editione 1475. fol. typis Arnoldi Pannartz emendante Barthol. *Platyna* (sic enim, non *Platina*, in primis editt. et in epitaphio scribitur,) vid. *Iust. Fontanin.* in histor. litt. Aquileiensi pag. 402. et *Audiffred.* catal. editt. roman. saec. XV. pag. 188. *Harl.*]

Editiones, impressionis annum prae se ferentes. 1400. *Venetiis* in fol. per *Raynaldum de Nouiomago*, Iosephi historia impressa memoratur in catalogo bibl. S. Petri de Selincurte; sed in anni nota mendum esse, iam aduertit *Montefalconius* in bibl. bibliothecarum ff). — 1470. *Augustae Vind.* prodierunt in fol. mai. *Antiq. iud.* libri XX. per Ioannem Schüssler. coniunguntur VII. libri de B. iud. Editio elegans, rarissima, nec Gesnero, nec Fabricio, nec Maittairo nota: occurrit in catalogo bibl. Smithii, consulis Angli, Venetiis 1755. impresso, in specimine historico litterario originis et incrementi bibliothecae elect. Monachiensis Rom. 1785. in catal. bibl. Schwarzianae Altorfinae, exstat in monasterio Buxheimensi, apud PP. Benedictinos Herbipoli, et ad S. Michaelis Bambergae. — 1480. *Veronae* per M. Petrum Maufer, gallicum prodierunt, in fol. *Machaciae* (Mathatiae) filii hebraei, genere sacerdotis ex Hierosolymis de B. I. libri V. et libri II. de Antiq. Iud. contra Apion. Corrector editionis *Ludouicus Cendrata* gg) in dedicatione ad Antonium Donatum, Patritium Venetum, scripta, ait, se longa vigilia elaborasse super exemplaria Iosephi adportata, e Bononia, et aliunde. Rarissima sunt huius editionis exemplaria, inprimis membranacea. — 1481. hh) Hoc anno editos esse apud *Raynaldum de Nouimagio* libros VI. de B. I. et de Antiq. iud. contra Apion. indicat nota quaedam ad editionem sequentem in adpendice catalogi bibliothecae codd. MSS. monasterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum. — 1486. *Venetiis* per *Ioannem Vercellensem*, fol. min. nitidis characteribus impressi sunt Antiq. iud. et de B. I. libri ii). Si notae paulo ante memoratae fides, est ista editionis a Raynaldo de Nouiom. 1481. repetitio. — 1499. *Albertinus Vercellensis Venetiis* impressit in fol. nitidis formis et characteribus, Antiq. iud. de B. iud. et contra Apionem libros kk). Viderunt editionem hanc Ittigius et Conr. Gesnerus.

ff) Cel. *Panzer* in Ann. typogr. vol. III. p. 167. refert hanc editionem ad an. 1481. eamque ita excitat: *Flauii Iosephi* libri antiqq. iudaicarum. in fine: *Impressum Venetiis per Raynaldum de nouimagio. Anno domini. M. CCCC.* (omissis decadibus,) *decimo die may.* Sequitur epistola Hieron. Squarzafici ad impressorem. Idem laudat Denis Supplem. pag. 135. Laire indic. II. p. 47. Bolong. Creu. IV. pag. 39. Catal. Baduel III. pag. 6. *Harl.*

gg) Vid. *Iust. Fontanin.* pag. 402. *Harl.*

hh) Eadem est editio, quae paullo ante in nota ff) est memorata. *Harl.*

ii) Vid. *Panzeri* A. T. vol. III. p. 237. *Harl.*

kk) Vid. Panzer l. c. pag. 451. *Harl.*

nerus. — 1502. *Venetiis* apud Bernard. Vercellenſ. ſumtibus Andr. Aſulani noua prodiit *Ioſephin.* operum editio, cum ſuperiori in omnibus fere conſentiens. Quae enim catalogi codd. MSS. bibl. S. Michaelis Venet. prope Murianum editor Mittarellius de illa, haec Ittigius, et Fabricius de iſta praedicant. — 1510. libros Antiq. de B. iud. et contra Apion. diligentius emendatos *Venetiis* in fol. formis excudit *Gregorius de Gregoriis*. Editio nec Fabricio, nec Maittairio cognita. Reineſius epiſt. 22. ad Adolphum Vorſtium eius meminit. — 1511. *Pariſiis* in fol. min. libri antiquit. de B. I. et contra Apion. per Rufinum traducti prodierunt impreſſi per Nicol. de Pratis, expenſis Ponceti probi, vulgo le Preux. Vidi editionem hanc in Herbipolit. S. I. collegio. — 1513? 1514. *Mediolani* apud Alexandr. Minutianum in fol. prodiit Ioſephinorum operum editio, hoc titulo: *Periocha XX. libr. antiq. iud. ab ipſo Flauio compoſita 1511. 10. Ian.* et Periocha altera librorum VII. de B. iud. 1513. Forſan has easdem editiones intellexit cl. Meuſelius in bibl. hiſt. dum vol. I. part. II. pag. 213. de Mediolanenſi horum annorum per Alex. Minutianum editione loquitur. — 1513 — 1514. prodierunt Ioſephina opera, titulo ampliſſimo *Pariſiis* in vico diui Iacobi ſub interſignio S. Claudii, ſtudio *Roberti Gouliet*, typis Ioannis Barbier, impenſis Franciſci Regnault et Ioa. Petit, librariorum. Editio haec exſtat in bibl. Vindob. Caeſ. Fuldenſi, et Langheimenſis monaſt. in Franconia, vnde mihi in vſum meum fuit perhumaniter ſponte transmiſſa. — [Hiſtoria, ſub nomine Hegeſippi, ab *Ambroſio*, Camaldulenſi, latine reddita. Pariſ. 1516. fol. vid. *Pinelli* catal. tom. II. pag. 45. *Harl.*] — 1519. repetita fuit prior editio fol. min. vid. Freytagii adparatus litt. tom. I. pag. 611 — 623. et Meuſelii bibl. hiſt. exſtat in bibl. acad. Ien. cum variantibus aliquot, exiguis, vt leuiter percurrenti viſum eſt, lectionibus, manu Boſii notatis. — 1520. *Venetiis* Ioſephi libros de antiq. ad de B. I. in folio prodiiſſe, Ottius dicit, Lipenium teſtem citans. — 1523. *Baſileae* in fol. opera quaedam Ioſephina prodiiſſe, idem Ottius refert, veroſimilius Frobenianam anni 1524. intelligens ll), ſphalmatis reus. — 1523. *Coloniae* editum Ioſephum Boſius dicit, ſimile vt Ottius, ſi recte ſuſpicor, ſphalma committens, eamque intelligens, quae 1524. ibidem in aedibus Eucharii Ceruicorni, impendio Gotfridi Hittorpii, cum praefatione *Iacobi Lobii* prodiit. vidi eam in collegio S. I. quod Herbipoli fuit. conf. Georgii Pray index rariorum lib. biblioth. vniuerſitatis regiae Budenſis. part. I. pag. 549. etc. — 1524. *Baſileae* apud Frobenium poſt aliquot menſes inſecuta eſt editio, Colonienſi multo correctior et praeſtantior, cura ipſius typographi eruditiſſimi. — 1527. Ioſephi opera in octonis prodierunt *Lugduni* apud Sebaſt. Gryphium. Aliam eiusdem loci et typographi editionem anni 1528. referunt bibliographi. Tantum abeſt, vt poſſim eorum auctoritate duplicem credere, vt potius ſphalma ſuſpicer mm). — 1534. Eucharius Ceruicornus *Colon.* Ioſephum, iam ante decennium a ſe editum, labore et induſtria maiori recognitum, repetiit, additis etiam monumentis, quae ſub Beroſi, Manethonis et Metaſthenis nomine, I. Annius Viterbienſis orbe litterario venditarat. — 1534. iterum cum Colonia de Ioſepho certauit *Baſilea* nn), vbi ex officina Froben. denuo prodiit, *Sigism. Gelenii* ſtudio recognitus,

D 3

ll) Vid. *Iuſtum Fontaninum* in hiſtoria litterar. Aquileienſi pag. 401. vbi quaedam excitantur editiones. *Harl.*

mm) *Ioſephi Opera.* — Antiqq. iudaic. libri XX. de B. I. libri VI. contra Apion. — libri II. interprete *Rufino*, Presbytero. De inſigni Maccabaeorum martyrio liber vnus, caſtigatus ab *Eraſmo*, numquam antehac praedictis additus. Pariſ. 1528. fol. vid. (Hummel.) bibl. libr. rar. Norib. 1791. 8. pag. 127. *Harl.*

nn) Vid. *Iuſt. Fontanin.* l. c. p. 401 ſq. *Harl.*

cognitus, qui verſionem lat. librorum de antiq. iud. ob codicum graec. penuriam tantum cum nonnullis codd. MSS. latinis contulit; hiſtoriae autem B. iud. verſionem ex duobus graecis codd. emendauit, quorum vnum Georg. Arminiacus, Ruthenorum epiſcopus, alterum Ioan. Crotus obtulerant. Editionem hanc bibl. Fuld. poſſidet. — 1537. Ioſephina opera per *Erasmum Roterod.* latine edita ſunt *Baſil.* apud Froben. editio perrara. — 1539. *Lugduni* apud Sebaſt. Gryphium eadem prodierunt III. volumin. formae octaua. — 1540. Antiq. iud. libri XX. ad vetera exemplaria recogniti, ex editione Geleniana prodierunt fol. *Baſileae* apud Frobenium, qui monet, librorum de B. iud. et contra Apion. exemplaria graeca ex Gallia, Germania et Polonia corrogata fuiſſe, et cum latinis collata, atque in libris contra Apion. circa finem primi et initium ſecundi libri plus, quam centenos verſus hactenus omiſſos, fuiſſe additos. — 1540. Editionis, per Erasmum Roder. *Baſileae* in folio curatae, mentio fit p. 109. in Memorabilibus bibl. Ienenſis, a Chriſtophoro Mylio concinnatis, Ienae 1746. editis. — 1517. Libellum de Maccabaeis, inſcriptum de imperatrice ratione, *Coloniae* in 4. editum a *Mydalo Iacobo,* Gandenſi, ord. praedicatorum, non interprete quidem illo, ſed Erasmo, licet verſio Iacobo tribuatur, in nouiſſima bibliotheca ſcriptorum Dominicanorum tom. II. pag. 336. memorat Fabricius.

Aetatis I.

Verſiones vernaculae, ex Rufiniana adornatae.

Francogallicae. 1480. Ioſephus de la bataille judaique translaté de latin en françois par Antoine *Vedard* à Paris, fol. memoratur apud Fabricium, atque in *Gileti* praefat. ad verſionem ſuam francogallicam recentiſſimam; vti et alia anni — 1492. in fol. ſine interpretis nomine. Editionis huius meminit Cornelius a Beughem in typographiae incunabulis, et Philippus Labbeus in noua bibl. pag. 310. nr. 96. pag. 340. nr. 100. — 1516. huius anni editionem *Pariſienſem* in fol. Fabricius citat, penes quem de eius veritate fides ſit. — 1534. vulgata eſt editio, hodie rara, *Pariſiis* in fol. hoc titulo: De l'Antiquité jud. translaté ſur la verſion latine de Rufin en vulgaire François par Guillaume Michel.

Italicae. Antiquiſſima, puto, iſta eſt omnium italicarum verſionum, quae 1493. Florentiae facta eſt, per *Bartholom.* oo) P. (presbyterum ſcilicet Florentinum,) qui etiam 1500. Auguſtini Papienſis ſcrutinium tripartitum, et 1492. Poggii hiſtoriam Florentinam impreſſerat. Titulus eſt: Hiſtoria della guerra, ch'ebbero i giudei con i Romani pp). — 1524. *Venetiis* in folio prima, vt alii volunt, italica prodiit translatio librorum de B. I. cuius meminit Cotta in praefat. ad theotiſcum ſuum Ioſephum. — Eiusdem anni *Florentinam* eorundem librorum, forſan eiusdem etiam interpretis, editionem Fabricius indicat qq). — 1535. *Venetiis* in 8. forma

oo) Qui ex Platynae editione ſuam expreſſit, ideoque *Rufini* nomen recte omiſit, adnotante *Iuſto Fontanino*, l. c. pag. 402 ſq. *Harl.*

pp) *Mittarellius* eius notitiam dat in adpendice catal. codd. MSS. bibl. S. Michaelis Venet. prope Murianum. [add. *Paiton.* Bibl. degli autori-volgariz. tom. II. pag. 96. vbi multo plures Ioſeph. operum verſiones, quarum omnium commemorationem repetere nolo, italicae recenſentur: item *Audifredi* ſpecimen editionum italicarum ſaeculi XV. Romae 1794. 4. pag. 336 ſq. *Harl.*]

qq) Neque Florentinae, neque Venetae illius anni mentionem facit Paiton. Contra meminit edit. Florentinae an. 1512. in fol. per Phil. Iuntam. Hanc eiusdem anni edit. Florentin. memorat *Bandini* in Iuntiaar. typogr. Annal. part. II. pag. 41. illa

forma etiam antiquitates iud. prodierunt. Refert hanc editionem Cotta [ac Paitonius] et Ottius pro ea catalogum Bodleianae bibl. citat. Ille etiam verſionis auctorem nominat *Petrum Laurum Mutinenſem.* Ego quidem in anni nota mendum irrepſiſſe ſuſpicor. — 1541. eadem editio repetita eſt. [Petri Lauri verſio prodiit demum Venet. 1544. 1549. 1564. 8. vid. Paiton.]

Verſiones hiſpanicae. Primam, eamque rariſſimam, ſed in hac periodo vnicam habemus, quae 1536. in fol. prodiit, ſic inſcripta: Los ſiete libros, que el autentico hiſtoriador Flauio Ioſepho eſcriuio della guerra, que tuvieron les judeos con los Romanos, y la deſtruycion de Ieruſalem, fecha por Veſpaſiano.

Theotiſcae verſiones. 1531. *Argentinae,* fol. interprete D. *Caſpare Hedione,* typis Michaelis Meyer, et Balthaſaris Beck, theotiſca primum veſte indutus Ioſephus comparuit [rr]). Praemiſſa eſt explicatio vocabulorum linguae hebraicae, chaldaicae, graecae et latinae, quae in ſcriptis Ioſephi partim occurrunt. Subiunguntur, quae Guilelm. Budaeus in libris de aſſe et eius partibus ad loca quaedam in Ioſephi contra Apionem libris occurrunt. *Henricus Bohn* L. L. O. O. Ienae quondam Prof. in lib. ſuper 1 Samuel. VI, 19. ad Haſſencampium 1770 dato, dicit, Hedionem in verſione ſua ſequutum eſſe Mediolanenſem 1514. editionem. Queritur ipſe Hedio, graecos ſibi codd. defuiſſe, vt non ſine magno labore multisque vigiliis loca quaedam reſtituere eorumque ſenſum adſequi potuerit, qua in re etiam Melchiorem Amerbachium et Wolfgangum Muſculum auxilio ſibi fuiſſe non diſſimulat; nec dubitat, quin improbo ſuo labore effecerit, vt ex ſua Germanica verſione exemplaria latina, ſi prelo iterum ſubiicerentur, plurimis in locis emendari poſſint. — 1535. nouis typis eadem editio repetita eſt, et rurſus poſt nouennium — 1544. fol. ibid.

Aetas II.

Ab a. 1544. quo primum graeca originaria *Ioſephi* prodierunt, vsque ad annum 1700.

Editiones graecae et graecolatinae.

1524. Originarium textum graecum adhuc deperditum eſſe, ſuſpicabatur *Iacobus Sobius,* et 1534. *Sigismundus Gelenius* de penuria graeci textus, librorum Archaeol. queritur, quorum verſionem latinam recenſuit ex nonnullis MSS. latinis, quum in emendandis de B. I. libris duos ſaltem codd. graecos conferre potuerit. Tandem 1544. graecus Ioſephus adparuit, ſqualore licet adhuc obrutus, cura et ſtudio *Arnoldi Peraxyli Arlenii,* typis Hieronymi Frobenii et Nicolai Epiſcopii, Baſileae, titulo graeco, et latino. Graecum ſolum textum haec editio princeps, paginis 967. litteris maiuſculis e codice Mendozae continet. Dicata eſt Diego Hurtado Mendozae, Caroli V. apud Venetos tum legato, egregio bonarum litterarum promotori, et multorum veterum auctorum e Graeciae latebris in vſum Europae, vindici. Magnam codd., quos habuit, graecorum copiam Hiſpaniae regi moriens legauit, quos

illa verſio eſt repetita typis hered. Iuntae Flor. 1526. fol. vid. *Paiton.* l. c. et *Bandini* l. mem. II. pag. 209. *Harl.*

rr) Conf. *Maſch.* in Beyträgen zur Geſchichte merkwürdiger Bücher, partic. VIII. pag. 592 ſqq. vbi prima haec eaque rariſſima editio vberius recenſetur. adde Beyträge zur critiſchen Hiſtorie der teutſchen Sprache part. X. p. 224. et *Schummelii* Ueberſetzer Bibliothek pag. 63 ſqq. qui quidem primam illam ignorarunt editionem. *Harl.*

quos inter etiam Iofephini codices, huius editionis fontes, Efcurialenfi bibliothecae illati fuere. Quo autem labore fit Arlenius in edendo graeco Iofepho perfunctus, ipfe in praefatione nos docet, fcilicet pofteriorum Archaeologiae librorum codices deprauatos admodum fuiffe, et deformatos vel incuria, vel imperitia librarii, vt ad veram reftituendam lectionem nullum laborem fufficere expertus fuiffet nifi epitomen, nefcio quo auctore adornatam, quam Roma fecum deportauerat, adhibuiffet, ex cuius collatione multa fuae dignitati reddidiffet, nonnulla, quae praetermiffa fuerant, reftituiffet beneficio inprimis ac opera Sigism. Gelenii adiutus. In hiftoria B. I. et ceteris Iofephi fcriptis minus negotii fe habuiffe, quum et fua exemplaria fatis adcurate fcripta effent, et alia infuper Ioan. Crotus, et Petrus Gillius fuppeditarent. Inter huius editionis exempla, Vinarienfia inprimis memoranda, quod vni notas adpofuerit *Iofephus Scaliger*, quas *Villoifonius* in epiftolis Vinarienfibus ss) profert fimul coniunctas cum praecipuis obferuationibus et emendationibus *Samuelis Schurzfleifchii*, alterius exemplaris margini adfcriptis. Monendi hic funt rei litterariae Iofephinae curiofi, ne quodam Chriftophori Arnoldi, in praef. ad teftimonium Iofephinum, fphalmate inducantur, vt credant, exftare antiquiorem hac graeci Iofephi recenfionem et editionem Aldinam. Mentionem enim facit primae editionis graecae Aldinae, cuius exemplar in Anglia apud Seldenum fe vidiffe dixit, ad quod Cafaubonus fua manu multa e codd. regiis adnotaffet. Sed fphalma commififfe virum bonum, obferuante iam Ittigio, inde adparet, quod Cafauboni ipfa verba ftatim fubiicit, in quibus editio illa graeca cum Parifienfibus codd. collata, Bafileenfis dicitur. Igitur loco *Aldina* fubftituendum: *An ldina.* — Eiusdem anni *Lugdunenfem* quamdam graecam Iofephi editionem in quodam catalogo notari, Ottius refert, fphalma tamen fubeffe ipfe ratus. — 1591. Opera *Iofephi* graece et latine prodierunt in fol. *Aureliae Allobrog.* typis de la Rouiere, antiquitates iud. Iofephi vita et libri contra Apionem fecundum Gelenianam; libri autem de B. I. fecundum Rufinianam verfionem, liber de Maccab. ex Erasmi interpretatione. Contextus graecus recufus eft ex editione Arnoldina, qui vt emendatior prodiret, MSS. quidam codd. bibliothecae palat. funt allati. In dedicatione ad Frid. V. comitem palatinum, typographus dicit, in excudenda fua editione iam longius operas proceffiffe, cum iftae membranae ex electorali bibl. ad fe transmitterentur: adeoque pollicitus quidem eft, fe virorum quorumdam doctorum notas et varias lectiones eius, qui MSS. ifta palatina excuffit, ftudio collectas propediem peculiari volumine luce publica donaturum: fed vt euentus docuit, promiffis tantum diues fuit. — 1634. ipfa haec Roueriana editio fine vlla mutatione apud Ioan. Crispinum, *Geneuae* in fol. repetita fuit, multo tamen priori deterior, non folum quod ad litteras et chartam fpectat; fed etiam, quod mendis adeo fcateat, vt inquinatiffimam omnium, quotquot fuerunt, eam vocare non dubitaret *Tanaquillus Faber* ad Luciani Timonem, tom. I. pag. 1053. Exftat eius exemplar in biblioth. Lugduno Bataua, nonnullis notis a viro docto adfcriptis. Eadem vfus eft Vignoles, cuius exemplar Halae apud poffefforem, cl. Eberhard, vidi, qui et MSS. fchedulas Vignolii, ibi repertas, mecum communicauit. Quae in margine libri fcripfit Vignolius, chronologiam refpiciunt; nec magni effe momenti videntur. — Nonnulla etiam exemplaria

ss) Tiguri 1783. 4. pag. 80 fqq. Ex eodem tamen exemplari emendationes *Scaligeri* msstas antea euulgauit *Io. Chriftoph. Coler* in Anthologia etc. tomi I. fafc. V. Lipfiae 1727. 8. p. 319 fqq. *Harl.*

ria, quale eſt illud Ienenſis bibl. acad. annum 1635. prae ſe ferunt. Neutiquam autem aliam hanc a priori editionem eſſe, ſuſpicantur, qui vtriusque anni exemplaria contulerunt ad invicem. — 1691. ſub Coloniae ſcil. nomine, *Lipſiae* Mauritius Georgius Weidmannus ſuis typis edidit Ioſephum, diu deſideratum, graecolatinum, fol. alphabet. 14. Editioni praefuit *Thomas Ittigius*, qui eruditiſſima praemittebat de Ioſephi operibus, horumque MSS. codd. et editionibus, prolegomena. *Fabricius*, Ittigii diſcipulus, et in edendo Ioſepho tum collaborator huius editionis hiſtoriam ſic narrat: „Repraeſentat ita editionem Geneuenſem, vt paginae eius ſeruatae ſint, ſed errores multi caſtigati, praecipuae in libris de B. I. Dein praeter laudata Ittigii prolegomena copioſa acceſſit, me curante, tunc admodum iuuene, adpendix, in qua lectori exhibentur *Ariſteae* liber de LXX. interp. cum verſione Mathiae Garbitii, et variis lectionibus, meisque ad Ioſephi XII. antiq. libr. cap. 2. quo ſummam libri Ariſteae refert, breuibus notis. Librorum de B. I. et de Maccab. variae lectiones ſe cod. MS. graeco non contemnendae notae, qui ſeruatur Lipſiae in bibl. Paulina, a *I. F. Fellero* collectae. Libelli de Maccab. verſio latina auctore F. Combefiſio cum eiusdem animaduerſionibus, ac denique fragmentum ex libris περι παντος ſub Ioſephi nomine ab Hoeſchelio in notis ad Photium vulgatum, cum verſione latina Stephani le Moyne."

Liber de Maccabaeis vel cum S. S. bibliis, vel ſeorſim fuit hac aetate editus. — 1526. in editione S. S. bibl. *Argentinenſi*, typis Wolfianis a *Lonicero* procurata, vbi tertio Maccab. libro adiectus eſt primum, quod irreligioſe factum eſſe, Morinus arguit, exerc. bibl. libro I. exercit. 9. cap. 1. vbi plures bibliorum graec. editiones recenſet, in quibus Ioſephi de Maccab. liber apocryphus inſertus legitur, nempe duas *Baſileenſes*, quarum vna 1540. ex Heruagii officina, altera 1550. typis Nicolai Brylingeri prodiit, et *Francofurtenſem* 1597. typis Wechelianis editam; quibus addi poteſt editio apocryphorum graecolatina *Baſileae* 1582. et forte plures aliae. Conf. Monteſalconius in bibl. Coisliniana pag. 40. 62. — 1672. a *Fr. Combefiſio*, in nouiſſimo bibl. P. P. auctario graece et latine *Pariſiis*, fol. nouiter latinitate, et notis donatus. Is dum ita ſe contra Erasmum gerit, quaſi nemo hunc Ioſephi libellum ante ſe ita interpretatus fuerit, vt latina graecis reſpondeant, ignoraſſe videtur, quod in nonnullis latinis Ioſephi editionibus, nempe in Baſil. 1567. in Colon. 1593. et aliis, non Erasmi paraphraſis, ſed alia neſcio cuius interpretis verſio legatur, quae teſte Ittigio ad graecum textum propius accedit. — 1690. *Oxonii*, MS. codicis ope auctior et emendatior cum verſione et notis *Ioan. Lloydii*, quod Fabricius ex Antonii Wood antiquit. Oxonienſ. tom. II. pag. 140. b. ſe didiciſſe teſtatur, ipſe tamen libellum non vidit. *Ittigius* porro vult conferri Witte in diario biographico. Ceterum et alicubi me legiſſe, in meis ad Ioſephum aduerſariis notaui, libellum de Maccab. MS. codicis ope longe quam antehac emendatiorem et auctiorem cum latina interpretatione ac notis *Ioan. Luidii*, Oxonii editum eſſe a Ioſua Barneſio, 1590. in octonis; quod tamen in anni nota aperte falſum eſt, quippe Barneſius tum nondum natus erat, et ex ratione deprauati Lloydii nominis, eadem editio eſſe videtur, ac illa, cuius Fabricius meminit tt).

Verſio-

tt) In catal. tamen bibl. Askew pag. 83. exſtat *Flauius Ioſephius* (ſic) de Maccabaeis; ſeu de rationis imperio, gr. et lat. Oxon. 1590. 8. In *Hamberg.* vero Z. N tom. II. pag. 165. ſic citatur: Φλαβιε etc. *Flauii Ioſephi* de Maccabaeis; ſeu de rationis imperio liber. MSti codicis ope, longe,

Verſiones latinae 1546. Edito iam graeco *Ioſephi* textu *Lugduni* repetiit Sebaſt. Gryphius tribus volum. 8. ſuam operum Ioſephin. editionem latinam, ex vulgata antiqua verſione, 1539. factam, nec tamen ad textum graecum collatam, aut correctam. — 1548. *Ioſ.* opera latine prodierunt *Baſileae* fol. vbi *Sigismundus Gelenius* antiq. iud. e graeco idiomate denuo latine reddidit. Reliqua Ioſephi opera ſecundum verſionem latinam veterem exhibita ſunt; ex Erasmi tamen paraphraſi lib. de Maccabaeis, et hactenus in editionibus latinis necdum viſus [uu]), lib. de vita ſua, ab eodem Gelenio latine verſus, prima vice hic reliquis operibus adiectus eſt, cuius licet Ioſephus antiquitatibus iud. ſubiunxerat, veterem tamen interpretationem nusquam ſe reperire potuiſſe, teſtatur Bigotius. Gelenium quidem multo functum labore et laude non minori dignum, atque verſionis latinitatem placere, multisque locis alias obſcuris adfuſam lucem, fatentur iudices aequi omnes. Dicunt tamen, non omni errore hanc Gelenii verſionem carere, locis quippe non paucis ſine emendatione, qua indiguere, relictis, aliqua etiam a vera Ioſephi mente frequentius hic, quam in veteri translatione Rufiniana, aberrare. — 1554. repetita fuit haec editio primum *Baſileae* apud Froben. fol. — Sequutae ſunt duae *Lugdunenſes* apud Gryphium, 1555. in duodenis, et 1557. in fol. — 1559. *Baſileenſis* per Hieronym. Froben. et Nicol. Epiſcop. fol. perquam nitida et correcta, quamque 1567. recudit *Baſileae* Frobenius fol. Loco tamen paraphraſeos libri de Maccab. ab Erasmo confectae, hucusque tum in aliis, tum ipſius editionibus repetitae, aliam hic verſionem exhibet. — 1569. *Pariſiis* in fol. editum Ioſephum dicit Fabricius, vernaculam forſan francogallicam verſionem intelligens. — 1580. *Francofurti* ad Moenum impenſis Sigismundi Feyerabend fol. cum figuris ligno inciſis edita ſunt opera Ioſephi omnia, hoc porro locupletiſſimo, ac totam editionis oeconomiam repraeſentante titulo: de Antiquitatibus Iud. lib. XX. quibus in fine loco adpendicis vita Ioſephi, per ipſum conſcripta, eſt adiecta: de B. Iud. lib. II. pro corruptiſſimis antea iam ex graeco itidem non ſolum emendati, ſed etiam ſuppleti ac integritati priſtinae reſtituti: de imperio rationis, ſiue de Maccabaeis lib. I. denuo recognitus antehac a linguae graecae peritiſſimo, ac hiſtoriarum ſtudioſiſſimo viro in latinum ſermonem translata, et ad exemplum graeci cod. adcurate diſtincta, nunc vero ſumma cum diligentia chronologia ad caput vniuscuiusque folii cum ex lib. vet. tum ex recentiorum ſcriptorum commentariis, tumque ſcholiis neceſſariis per doctum quemdam virum, in communem rei litterariae vtilitatem recens concinnata: cum indice locupletiſſimo etc. vidi exemplar Bambergae in monte S. Michaelis. — 1582. rurſus *Baſileae* ex officina Frobeniana, fol. vulgatus eſt Ioſephus, ad graecorum exemplarium fidem recognitus et emendatus, chronologia itidem, et aliis ſcholiis marginalibus illuſtratus. vidi exemplar in monaſterio Schwarzacenſi prope Moenum. — 1588. Sigism. Feyerabend *Francofurti*, Ioſephi opera, in octonis, noſtro quondam *Erasmo Neuſtettero*, cognomento *Sturmero*, equiti franco, et meae eccleſiae Hauſenſis praepoſito, dicata, ſuis typis repetiit. vidi in Herbipolitano

longe, quam antehac, et emendatior et auctior, cum lat. interpretat. ac notis *Io. Luidi*. Oxon. *I. Barneſ.* 1590. 8. Ex hoc Hamb. libro forſan notauerat ven. Oberthür: at *Luidi* nomen vitioſum eſſe videtur; *Barneſii* autem nomen non eſt clari illius philologi, multo poſt nati; ſed nomen typographi, aut librarii. Ex Ioſepho Moſis inſtitutio reipubl. edente *Sebaſt. Caſtalione;* gr. et lat. Baſil. (1546.) 8. vid. *Pinelli* Catal. II. p. 45. *Harl.*

uu) At tamen antea in edit. Pariſ. 1528. vid. ad editt. ſuperioris aetatis. *Harl.*

litano S. I. collegio. — 1593. *Coloniae* apud Io. Gymnicum ſub Monocerote, in duodenis Ioſephus prodiit. — 1595. *Argentorati* duobus volum. in 12. prodierunt Ioſ. opera omnia ex codd. Graec. collatione latine expreſſa, cum notis, annorum ſerie, et indice locupletiſſimo. — Eiusdem anni editionem *Geneuenſem*, a *Iacobo Stoerio* factam, memorat Ittigius. — 1597. 1599. *Francofurti* apud Feyerabend, in forma 8. editus perhibetur Ioſephus. Pro poſteriore quidem editione Ottius ad Draudium prouocat, alias adhuc diuerſorum annorum, ſed dubiae fidei editiones citantem. — 1611. *Geneuae* II. volum. 8. et — 1617. *Francofurti* apud Feyerabend vltima, quantum ſcio, vice, latino ſolo ſermone, vulgatus eſt Ioſephus. *Singularia* Ioſephi opera, hac aetate edita, ſunt *latino* ſermone ſequentia: 1548. — *Baſileae* Gelenius cum reliquo Ioſepho vitam eius, a ſe translatam, edidit: et *Godefrid. Tillemannus* Carthuſiae Pariſ. monachus, eamdem vitam, pariter a ſe translatam, cum praefatione *Dominici Wannerii, Pariſiis*, 8. typis Michaelis Fezaudat, imprimi curauit, vid. Lambecii ad princip. Auguſt. epiſtola [et (*Hummelii*) bibl. libror. rariorum etc. pag. 127.] — 1550. B. I. hiſtoria, per *Dauidem Kyberum* translata, *Argentorati* in octonis prodiit. Editio perrara. — 1551. E Ioſepho ſupplementum hiſtoriae bibl. ab Esdra ad Maccabaeos latine vertit, et ſuis bibliis inſeruit *Sebaſt. Caſtellio*, *Baſil.* fol. — 1552. Compendioſiſſimam belli Iud. deſcriptionem, ex Ioſepho collectam, Colon. edidiſſe *Georgium Vicelium*, Ittigius docet in proleg. — 1562. *Wittenbergae* prodiit hiſtoriarum Ioſephi compendium, complectens acta LXX. Interp. geſta Maccab., facta Herodum, excidium Hieroſolym. et decem Iud. captiuitates, *Sebaſt. Münſtero* interprete. — Breuis hiſtoria populi Iud. a reditu ex Babylon. excidio vsque ad vltimum excidium Hieroſolymae etc. auctore *Paulo Ebero*, Kittingenſi. conf. catal. bibl. Auguſtanae. — 1564. *Coloniae* prodierunt *Nicolai Aſclepii Barbati* periochae et argumenta antiquitatum, et librorum de B. iud. tetraſtichis comprehenſa, 8. cum *Barthol. Steni* hiſtoria ducum, iudicum, regumque populi Iſraelitici.

Nec praetereunda hic eſt cenſura *Budaei*, in ſuo de aſſe libro lata: Libros contra Apion. refutatorios latine ita verſos legimus, vt praeſtabilius fuiſſet, numquam fuiſſe editos. Adeo corrupti fuerunt librariorum vitio, et interpretis ignorantia.

Verſiones francogallicae. Teſtibus Fabricio et Cotta *Pariſiis* 1553. comparuit Hiſtoire des Iuifs etc. par *Nic. de Herberay*, Sieur des Eſſarts, qui et celebris libri, Amadis de Gaule inſcripti, interpres eſt. — 1557. eodem auctore in francogallicam traducti linguam libri de B. I. comparuerunt in fol. *Pariſiis*, vt Ittigius; Lugduni, vt Fabricius; ſimul vtrobique, vt Cotta, dicunt. Ex Graeco hanc interpretationem eſſe factam, libri titulus prae ſe fert. — 1562. *Lugduni* Francogallicam Ioſephi verſionem prodiiſſe dicunt. *Iean le Frere* in praefatione ad editionem Pariſienſem anni 1569. ait, francogallicae Lugdunenſis verſionis anni 1562. reuiſionem demandatam fuiſſe cuidam viro, eumque proceſſiſſe iam vsque ad quintum antiq. et ad tertium B. I. librum ea diligentia, vt labori ſuo immortuus ſit: ſuos in humeros laborem morte viri huius intercepti reiectum: verſionem latinam eſſe Gelenii: multos naeuos et locos obſcuros ſe correxiſſe: corrupto adeo originali graeco ſe vſum, vt nolens volens, ſaepius diuinare ſe videret: adiutum tamen opera Gilberti Genebrardi, Ioannis Maldonati, et Nicolai Cleri. Haec autem Pariſienſis editio ſic inſcribitur: L'hiſtoire de Flave Ioſeph, latin françois, chacune verſion correſpondante l'une a l'autre, verſet a verſet. Nouvellement revue et corrigée ſur l'exemplaire grec par M. *Iean le Frere, de la Val.* fol. II. voll. chez

 Claude

Claude Fremy, en la Rue S. Iaques a l'enſeigne S. Martin etc. Additum eſt hiſtoriae de excidio iud. compendium, quod ſtudio *Dauid. Kyſeri* — (non, vt quidam ſcribunt, *Xyſeri*, aut *Kiileri* —) ex hebraico Ioſepho latine concinnatum *Franciſc. Belleforeſt* in gallicam linguam tranſtulit. Ceterum obſeruandum, minus recte editorem vocari a Fabricio *Frerium de la Valle*, et a Cotta *Iean le Frere de Lavas*. — 1573. *Lugduni* et *Pariſiis* apud Claudium Micraeum, II. voll. in octaua forma, alia priorem excepit editio, ſi tamen alia, et non potius, vt Ottio videtur, noua prioris recenſio dicenda ſit. Auctorem habet *Francois Bourgoin, Niuernois*, ſieur de Daignon. Eadem Burgundi verſio et Lugduni apud Ioan. Temporalem, et poſtea apud heredes Iacobi Iunti edita dicitur ab Ittigio. Interim iam *Burgundi* verſionem ad textum quidem graecum emendatum vna cum verſione latina edidit *I. Frere de la Val* eodem anno, *Pariſiis*, vel, vt alii volunt, 1570. Ittigius citat la bibliotheque d' Antoine du Verdier, pag. 368. — 1597. Antonius Fayus, theol. Doctor, et reformatorum in ecclefia Vltraiectina Britannia V. D. miniſter, qui Liuium gallici ſermonis habitu donauit, Ioſephum quoque Graecum, vt Hieronymus eum vocat, Liuium, eodem honore dignatus eſt. Verſio de nouo facta fuit ex Graeco, impreſſa per Iehan le Preux. fol. vidi Ienae, et Herbip. in bibl. Scotorum Benedictin.

Pleraſque haſce verſiones, etſi a popularibus ſuis factas, Galli parum aeſtimarunt; alias ob ſtili barbariem, alias vt minus curate factas, nonnullas quaſi ſuſpectas de haereſi. Felicius res ceſſit *Gilberto Genebrardo*, hebraicae primum linguae apud Pariſienſes profeſſori, Aquenſium poſtea in prouincia archiepiſcopo, ob varias lucubrationes in litteraria ciuitate claro. Quum ante ipſum intra 50 annorum ſpatium 5 aut 6 Ioſephi verſiones francogallicae prodiiſſent, poſtea vel 100 anni elapſi ſunt, antequam quis de noua verſione cogitaret. Lucem vidit eius verſio primum 1578. *Pariſiis* apud Michaelem Sonnium, fol. — 1588. *Pariſ.* apud Claudium Rogerium, 8. — 1604. apud Lucam Bruneau, 8. — 1609. 1627. 1639. 1646. fol. Neque tamen praeter ſtili barbariem naeuis ſuis caruit verſio Genebrardi, quos paſſim a doctis notari videas. — Demum omnibus francogallicis Ioſephi interpretibus palmam praeripuit *Arnauld d' Andilly* ſiue dictionis puritatem ſpectes, et elegantiam, ſiue interpretis facultatem et fidem, ſiue typorum munditiem et ſigurarum aeri inciſarum tum venuſtatem, tum multitudinem. 1567. [vv]) primum *Pariſiis* apud Petrum Petitum, II. tom. fol. antiquitates Iud. 1669 etiam hiſtoria B. I. vita Ioſephi, libri contra Apion. atque de Maccab. tractatus, vna cum Philonis ad Caium Caligulam legatione prodierunt hoc interprete. In vertendo libello de Maccab. non Eraſmi paraphraſin, vt Genebrardus, ſed graecum textum, Ittigio ſi credimus, eſt ſequutus. Sunt, qui verſionem hanc ratione ſtili prioribus meliorem, ſed archetypi ſenſum ſaepe deformatum eſſe iudicent, quum ipſe etiam interpres in antiquitatum verſione fateatur ſe a graeco textu nonnihil diſſentire, praeſertim in locis, vbi graeci textus corruptio corrigendi neceſſitatem ſibi impoſuerit. — 1668. 1676 et 1677. *Pariſiis*, V. tom. 8. repetita eſt Andillyana haec verſio, 1681. Amſtelodami, fol. cum figuris aeri inciſis, vt Ittigio videbantur, elegantiſſimis, ſed bibl. hiſtoricae a Meuſelio editae auctoris iudicio, valde deturpatis. — 1693. 1694. *Bruxellis*, V. voll. 8. — 1700. Amſtelod. fol. cum

vv) An 1667?

cum chartis et multis figuris, vt in catalogo neſcio quo notatum vidi [ww]). [adde editt. ſequentis aetatis.]

Verſiones italicae [xx]). 1544. *Petrus Laurus*, Mutinenſis, antiquitates iud. italice Venetiis 8. edidit. vid. italicam primae aetatis verſionem quartam, 1535. editam. — 1548. vel potius ſecundum Fabricium [et Paiton.] 1549. et ſaepius repetita eſt haec verſio *Venetiis*, 8. apud Balthaſarem Conſtantini. — [1552 et] 1555. *Venetiis* etiam 8. prodierunt libri de B. I. [ſed vid. Paiton. qui etiam 1564 1574. aliasque, quas breuitatis cauſſa memorare nolo, editt. et verſiones recenſet.] — 1581. *Venetiis*, II. voll 4. prodiit di Flavio Gioſeppe dell' antichità de Giudei l. XX. tradotti per *Franceſco Baldelli*, et — 1582 ibidem in 4. libri VII. de B. I. et II. contra Ap. eodem interprete. — 1583 *Venetiis* in 4. repetita eſt haec verſio teſte biblioth. hiſt. Meuſelii, Fabricius vero annum nominat 1589. [Paiton. citat duas editt. a. 1585 et 1589.] Ab Italis haec verſio tanti fuit aeſtimata, vt eam Collanae, quam adpellant, optimorum patriae ſuae hiſtoricorum ſeriei inſererent. — 1604. *Venetiis* in 4. libri antiquit. et de B. I. prodierunt. De interprete non conſtat. Forſan eſt verſio Baldelliana, aut editoris, Alexandri Verguſi, qui illam Tadeo Tiraboſco inſcripſit. — [Omnia opera ex variorum verſione, Venetiis, *appreſſo Aleſſandro Vecchi*, 1608. 4. — ibid. apud Io. Albert. à Santa Foſcha. 1618 et 1619. II. tom. — interprete *Andrea Berna*, Venet. 1620. — repetita verſio *Petri Lauri*, ibid. 1638. 4. 16?1. 4. — B. I. et Antiqq. ex Bernae verſione 1670. 4. ibid.] — 1653. Venetiis, IV. voll. in 12. verſus Ioſephus prodiit, auctore Giovane Franceſco Loredano. — 1671. Venetiis in 4. Petri Lauri verſionem repetitam exſtare, catalogus bibl. S. Angeli ad nidum, Neapoli 1750. editus n. II. lit. M. 39. [Opp. ex verſione *Franc. Baldelli*, 1581—1583. — Petri Lauri verſio rec. eſt Venet. 1711. 4.]

Verſiones hiſpanicae. 1554. *Antwerpiae*, fol. — Fabricio teſte etiam, 4. ex latino, incerto interprete, typis Martini Nucis prodierunt Antiq. iud. lib. de vita, et de Maccabaeis. Rari libri huius exemplar poſſidet bibliotheca ciuica tigurina. — 1557. *Io. Martinus Corderus* de Valenzia, qui multa vet. et recentiorum ſcriptorum monumenta in ſermonem caſtellae proprium tranſtulerat, Ioſephi quoque lib. VII. de B. Iud. ſecundum veterem ei minus probatam catholicorum regum chronographi interpretationem hiſpanice edidit *Antwerpiae*, 8. — 1608. 1616. *Antwerpiae* primum, dein *Madriti* Corderiana verſio in 8. repetita fuit. — 1687. *Amſtelodami*, 8. libri antiq. et contra Apion. a *Ioſepho Simah Arias* traducti prodierunt, teſte Fabricio.

Verſiones anglicae. Primus Anglis Ioſephi antiquitates vernaculas dediſſe dicitur *Thomas Lodge*, in arte poetica et medica doctor, 1625. peſtilentia exſtinctus. Quo anno prodierint, incertum. Sunt, qui 1602 et 1609 ſunt etiam, qui 1620. ſtatuant. In bibl. Meuſelii refertur, primam huius verſionis editionem Oxonii in 8. prodiiſſe dici, quem annum etiam Ottius poſt Lipenium ſtatuit. Suſpicor, diuerſis hisce annis illam fuiſſe repetitam. — 1676. Fabricio et Meuſelio teſtibus, noua prodiit Oxonii verſio anlgicana, ad gallicam, quod ipſe interpres fatetur, Andillyi verſionem adornata, cum locis ſcripturae parallelis, tabula geographica

ww) In catalog. *Pinelliano*, tom. V. pag. 147. *Harl.*

xx) Conf. *Paiton.* bibl. etc. tom. II. p. 96 ſqq. qui plura de iis diſputat, et quae ego ſcripſi in Introd. in hiſt. L. Gr. tom. II. part. I. pag. 51 ſq. *Harl.*

graphica Palaestinae, aliisque imaginibus aeri incisis ad illustrandam Iosephi historiam facientibus. — 1683. *Londini*, nisi citati testes in anni nota errarunt, haec editio repetita fuit.

Versiones theodiscae. 1545. *Constantiae* non quidem graeci nostri Iosephi, Gorionidis tamen de B. I. VI. libros, capp. 97. distinctos, germanice vertit, et characteribus hebr. descriptos edidit *Michael Adam*, Iudaeus, ad Christum conuersus, ciuis Tigurinus, qui 1546. etiam Tiguri illos edidit, teste Gesnero, in appendice suae bibl. Exstat haec versio in bibl. Bodleiana. — 1552. *Iosephi* de B. I. libri VII. in theodiscum sermonem versi prodierunt in fol. *Francofurti* apud Christoph. Eginolphum, et — 1560. *Erfurti* in octenis. — 1561. *Argentinensibus* typis in fol. prodiit *Casp. Hedionis* versio, ad graecum textum recognita, emendata, et aucta. — 1569. *Francofurti* edita sunt Ios opera theodisce per *M. Io. Spreng*, et *Zachar. Münzer*, impensis Georgii Rabi. vid. catalogus rarissimus bibl. August. p. 142. — 1571. *Conrad. Lautenbach*, plerumque *Lauterbach* dictus, Flauii opera omnia, ex graeco a se germanice reddita, primum, teste Fabricio, *Francofurti*, fol. dein — 1575. *Argentinae* per Theodor. Rihel, fol. vulgauit. Inuenis ibi summaria librorum et capitum, concordantias, vt vocant, biblicas, tabulas chronologicas, indices, atque aeneis tabulis incisas figuras. Iudice Ottio Lauterbachius praeclare ceteroquin de Iosepho meritus, magis latinam Gelenii versionem, quam originarium textum graecum sequutus. — 1581. Bibliopolae quidam *Francofurtenses* per *M. Ioan. Spreng*, et *Zachar. Münzer* ex textu graeco Iosephi opera in germanicam linguam transferri curarunt, quorum versionem Ioan. Feyerabend prelo iterum commisit, in fol. quum primae editionis exemplaria nulla amplius superesse intelligeret. — Eodem etiam anno, et, teste Fabricio, 1587. nec non 1590. cum Egesippo repetita est *Argentorati* Lauterbachiana versio, fol. — 1591. Theodiscam Iosephi editionem prodiisse, Ottius, sine vlteriori tamen eius iudicio, testatur. — 1594 et 1595. Lauterbachiana versio denuo *Argentorati* in fol. recusa est; vti etiam — 1601. *Argentorati* per Theodos. Rihel. — 1609. vel potius, testibus Ittigio et Fabricio, aliis similitudine Romanorum numerorum deceptis, 1611. 1617 et 1619. teste Draudio in vniuersali librorum catalogo. — 1630. teste Ottio, — 1676 et 1687. Francofurti prius in 4. dein in fol. — denique 1602. *Erfurti*, teste Fabricio, in 8. prodiit: Haus Rogels Zerstörung Ierusalems aus Iosepho gereimet.

Versiones belgicae. 1593. teste Fabricio, *Lugduni Batau.* fol. vernaculo Belgarum sermone prodiit, saepius dein eadem semper forma repetitus, scilicet 1607. ibidem, teste eodem: 1652. *Dordraci.* Sed ex theodisca potius versione, non ex originario Iosephi sermone cum illa recensio fuerit adornata, *Lambertus Bosius* nouam dedit ex graeco textu versionem belgicam, quae primum 1665. *Dordraci*, dein 1678. teste Ittigio et bibl. hist. Meus. in 4. Amstelodami comparuit. Adnexus est Hegesippus ex theodisco in belgicam versus dialectum a *Sim. de Vries*. Praefixa sunt singulis libris et capitt. summaria. Accedunt 250 icones aeneae elegantissimae, tabula chronologica, indicesque chronologici et biblici non impressi. Figuras tamen, notat Ottius, non sibi videri genium antiquitatis prae se ferre; sed ad recentiorem ideam effictas. Fabricius quidem annum editionis huius statuit saec. XVII. octuagesimum septimum, sed sphalma subesse, facile est coniicere.

Versiones bohemicae. Bohemi in suam vernaculam Iosephum a *Paulo Aquilinate* Hardeceno translatum *Pragae* in fol. ediderunt anno, vt Fabricius habet, 1553. cui autem bibliotheca Meuselii 1594. substituit, quo Pragae Bohemica quaedam versio in fol. prodierit.

Aetas III.

Aetas III.

Ab anno 1700 — 1788.

Editiones graecae, et graecolatinae.

Pluribus abhinc annis multa excellentia ingenia operum Iosephin. editionem parturierunt; sed nescio, quo fato factum sit, vt foetum, animo conceptum et saepe iam partui maturum, in lucem edere non potuerint. Omnibus enim, qui vtilissimo huic labori manum admouerunt, vel morte, antequam absoluerent, praeuentis, vel ob alias causas a coepto reuocatis, litteratus orbis diuturna exspectatione suspensus et noui Iosephi desiderio paene adflictus, spem tandem et vota sua per integrum saeculum delusa sensit.

Anno 1588. *Bonauent. Cornelius Bertramus* in lucubrationibus suis Frankenthalensibus cap. III. pag. 53. profitebatur, se iam pridem in omnes Iosephi libros notas meditatum, et aliquando editurum esse. Verum sexennio post Lausanni, quo a Bernatum republica euocatus fuerat, mortuus, spem factam fefellit. Hanc iacturam *Iosephus Iust. Scaliger* abunde reparaturus videbatur. Vix enim thesaurum temporum in lucem publicam emiserat, quum plerique eruditorum, Casaubono, in epist. 496. edit. Graeu. teste, non dubitarent, quin Iosephum ab omnibus mendis expurgaturus, doctisque suis animaduersionibus illustraturus esset. Promiserat enim Carolo Labbeo per litteras, nonis Febr. 1607. scriptas, se de Iosepho, dummodo amicorum ope MSS. codd. lectiones nancisci possit, bene meriturum; et morti iam vicinus, ad exsequendum hoc propositum, aetati suae triennii spatium superaddi exoptauerat vid. *Patini* epist. 67. edit. Paris. Verum mors istam Iosephi recensionem rei litterariae inuidit. Exstat vero in bibliotheca Vinariensi editio Iosephi Basil. prima, cui adpositae sunt notae manu Scaligeri, teste *Villoisonio* in epist. Vinar. p. 80. Post Scaligeri mortem parum aberat, quin non poenitendam Iosephi recensionem *Isaacus Casaubonus* dedisset, qui iam Caroli Labbei opera adiutus regios Paris. codd. ad vulgatam Iosephi editionem conferre instituerat, vt Scaligeri conatus adiuuaret. Verum, quum neque aetas prouectior tantae molis operi ferendo par, neque loci, vbi extrema vitae tempora ducebat, conditio huic negotio satis commoda videretur, nihil certa fide de Iosepho promittere est ausus. Vid. epist. 717. In apothecae Casaubonianae excussione, curante *Richardo Parkero*, habentur eius in Iosephum ex codicis, quo vsus est, oris excerpta. Vid. catal. bibl. Bodlei. *Petrus Cunaeus* in litteris ad Franconem Duykium, siue in praefat. ad libr. III. de Republ. Hebr. commentarios in vniuersa Iosephi opera polliceri minime dubitauit, cuius exspectatio maximos etiam viros, domesticos, extraneosque, teste Adolpho Vorstio, in orat. funebri Cunaeo dicta, suspensos tenuit. Verum ante quam fidem liberasset, viuis excessit, omnibus adeo suis, Hauercampio teste, in Iosephum adnotationibus comburi iussis. Idem *Samueli Petito* accidit; qui, 1643. morte interceptus postumas tantum, imperfectasque nec ad vmbilicum perductas in Iosephum lucubrationes reliquit, postmodum in bibl. Bodleianam ex Gallia transuectas yy); parum tamen, vt post multos alios, qui inspexere, Thomas Smithus in vita Eduardi Bernardi iudicat, ad illustrandum Iosephum subsidii adlaturas. Interim, vt erat litteratissimus, cum fama passim spargeret, eum in noua scriptoris huius interpretatione, et edendis, quae interpretationem

yy) Vid. praefat. ad Sorberiana, et epistolam *Sorberii* ad Barlaeum, in collect. Brantii nr. 53. et Bayle epist. pag. 120. *Harl.*

tionem illustrarent, notis occupatum, non mediocriter eo nomine gaudebant, quotquot Iosepho bene cupiebant, multasque multi symbolas contribuebant zz). Post Petitum, in Iosepho explicando occupatur *Bigotius*. In litteris Argentorati ad Christoph. Forstnerum 1661. datis, de eo scribit Boeclerus: „fuuit plurium mensium consuetudine perspicere ingenium Emerici Bigotii, mores, doctrinam exquisitissimae praestantiae. Admiranda sunt certe, quae in Iosephum, Suidam, Hesychium, scriptores raros et plerisque inaccessos confecta habet.“ vid. Epist. diuersi argumenti, maximam partem a variis ad Lucam Lossium exaratas, quas edidit A. H Lockmannus, Hamb 1728. 8. pag. 463. Fuerunt tamen Bigotii in Ios. notae nil nisi variantes lectiones ex collatis II. regiae Paris. bibl. codd. haustae, quae dein in plurium venerunt manus. Habuerunt eas Cocceius, Bernardus, Hudsonus, Hauercampius. Hic eas reperit diligenter adscriptas ad marginem edit. Basil. quam ab Abrahamo Allardino acceperat. Consentiunt non semper cum iis lectionum varietatibus, quas e codd. Paris. decerptas ad Hauercamp. Sallierus miserat. In Hudsoni inde a lib. V. antiq. iud. notis mentio quoque fit coniecturarum sub nomine: *Tar. Big.* a minus felici ingenio profectarum. Illud: *Tar. Big.* quid sit, mihi non liquet. Coniecturae tamen in schedis Bigotianis repertae, siue sint Bigotio propriae, siue alterius cuiuscunque viri eruditi, a Bigotio tantum ad Bernardum missae, significari videntur. Bernardus illarum auctorem dicit infelicissimum coniectatorem, atque Hudsonus non aliter, ac *Quendam*, vel *Aliquem* nominat. Per litteras hac de re amicissimum Reussium, Goetting. bibl. praefectum, rogaui, sed nusquam certi quid reperiri respondit, multis libris, vnde eruendae veritatis quaedam spes adfulgebat, frustra perlectis Nec vlteriori disquisitione tempus esse perdendum putaui. Ioan. Boeclerus, Argentor. acad. quondam decus, et Ittigii praeceptor, Iosepho perquam familiariter vsus, instantibus Gotofredi Spanhemii, Forstneri, aliorumque amicorum, illum scriptorem vt ederet, illustrare que hortantium precibus nil aliud concessit, nisi vt, quippe multis aliis negotiis distractus priora archaeologiae capita peculiari dissertatione illustraret, quae inter varias eius dissertationes plus vna vice recusas exstat Argentorati 1658 et 1701. in octaua forma. *Christianus Noldius*, Danus, historiam idumaeam, siue de vita et gestis Herodum, diatriben Franeckerae 1660. 12. edidit notas in quaedam Iosephi loca, vindiciasque pro eo continentem; quam Hauercamp. in adpend. vol. II. suae Iosephinae recensionis repraesentauit. In diatribes huius praefatione Noldius primum eorum, qui de Iosepho emendando cogitarunt, mentionem facit, atque hos inter Vossii quoque, cui constat fuisse MSS. Iosephi codd. graecos, et quidem vnum, qui libros IX. archaeol. posteriores, et alterum, qui libros de B. Iud continuret. Basil. editionis, quo vtebatur, exemplari varietates, conferendo codices inuentas, adnotauit Vossius, quod catalogus MSS. Angliae et Hiberniae inter libros et codd. MSS. Isaaci Vossii memorat. Hauercampius etiam praefationis pag. 3. praedicat, Vossianum thesaurum in bibliotheca Lugdun, Bataua adseruatum sibi in adornanda noua

zz) In eam enim rem *Peirescius* ipsi ab Holstenio trium MSS. Vatican. perlustrationem impetrauit. (vid. *Gassendum* in vita Peirescii pag. 195.) *Claudius Sarrauius* Petauianum illi codicem conciliauit: (*Sarrau.* epist. 20 sq. edit. primae) et *Hugo Grotius* omnes pollicitus est suppetias (epist. 1564. conf. *Riueti* epist. ad Vossium, inter Vossianas, 362.) *Fabric.* — [Boineburgius in epist. 95. ad Dietericum facit mentionem sacerdotis alicuius ruralis, in Thuringia, qui temere se adcinxerit ad edendum Iosephum. *Heum*]

noua Iosephi editione, vsui fuisse. Refert quoque I. Henricus Vrsinus in epistolis Reinesii et Bosii pag. 463. Chronologiam S. ad Iosephi mentem, Hagae Comitum 1661. a Vossio editam. Fecit idem ibidem Noldius litteratos sperare, post Scaligeri, Vossii, et Petiti mortem I. Cocceium et Christianum Schotanum in hunc laborem successuros; imo sibimet etiam ipsi ad arduum hoc opus adgrediendum animos non defuisse significat. At Noldium et spes de Cocceio atque Schotano fefellit, nisi huius bibliothecam historiae S. V. T. siue commentarium vberiorem ad Seuerum Sulpicium, ob nonnulla Iosephi loca illustrata referre huc velimus; et ipse quoque orbi litterato ereptus est ante quam efficere posset, quod proposuerat. Cocceius ad oram exemplaris Basileensis edition. collationes MSStorum adspersit, Bigotianas scilicet ad libros X priores Antiq. Vossianas vero ad reliquos, vti et ad lib. de B. I. multas praeterea coniecturas, sed meo quidem iudicio inuita plerumque Minerua factas. Has Cocceianas reliquias Hauercampius postea publicauit, qui plura desuper pagg. VI et VII. praefationis suae loquitur. *Ioan. Andr. Bosius* Iosephinis operibus e codice bibl. Paulinae Lips. edendis diu ab erudito orbe desideratis animum 1662. adplicuit, ab amico veteri per Deum et omnes Musas rogatus. In epist. ad Reinesium pag. 351. totum suum in adornando Iosepho consilium describit. Augustus Brunsuic. et Luneb. dux ab Imp. Bosio impetrauerat codd. Ioseph. Vindobon. Vsus quoque fuerat membranis perantiquis et emendatissimis gymnasii Portensis, et cod. Schleusingensi, cod. graeco de B. I. bibl. Rhedigerianae, quae Vratislauiae est, variis lect. ab Emerico Bigotio ex regio Paris. cod. et duobus Florentinis, et 2 Norimbergensibus excerptis. Vt omnibus numeris absolutum daret Iosephum, iuuenes etiam συνεργὰς eo fine peregrinari iussit, vt conferrent codd. et colligerent, quidquid suo seruire consilio posset. Quum eodem, quo Bosium de Iosepho laborare fama per orbem sparserat, tempore, etiam Oxonienses nouam illius scriptoris editionem pararent, per Legatum regium rogarunt eum, suos in Iosephum labores vt Anglis excudendos relinqueret. Recusauit vero Bosius, correctionis quoque a se suscipiendam curam caussatus. Alii vero, vt ex I. Gezelii epistola, quae in Philocalia epist. a Ioa. Henr. a Seelen, Lubecae 1728 edita, pag. 366. exstat, intelligo, nondum absoluisse Bosium suos labores, sunt opinati; Hauercamp. vero praefat. pag. 2. Bosii editionem, eo inprimis dicit retardatam fuisse, quod integrum nouem poster. archaeolog. librorum, maxime corruptorum codicem nancisci non potuerit, atque codicis Lugduno Batavi excerpta plurimum desiderarit. Vtcunque fuerit: medios inter in Iosephum labores, morte opprimitur, nonnisi duas historico-criticas, in periocham de I. Ch. exercitationes, Ienae 1673 et 1674. editas, et postmodum I. Bapt. Ottii spicilegio, siue excerptis ex Ios. ad N. T. illustrationem cura Sigeb. Hauercamp. Lugd. Batau. 1741. adnexas, post se relinquens. Gotefrid. Olearius Iosephum quoque sibi illustrandum sumserat; eius tamen lucubrationum vna superest fratris, vaticinium Ios. de euehenda ad summum imperium gente Flauia vaticinium expendentis, illo praeside publicato dissertatio. Plus superesse posse ab amicis monitus, eius heredem nobilem virum Koernerum Lipsiensem per litteras adii, vt mecum communicaret, quidquid ex schedis Olearii meum Iosephum adtineret, rogans. Sed intellexi, Olearii iam morti proximi iussu a famulo quendam schedarum fasciculum igni fuisse datum, atque heredibus post Olearii mortem, cuius in Iosephum multas lucubrationes desiderabant, postulabantque, famulum vrgentibus, ipsum quidem fateri primo nihil voluisse, tandem illa tamen, quae retuli, confessum esse; vnde suspicari licuit, schedas quoque Iosephinas flamma periisse. Interim cl. apud Noricos Prof. Iaegerus, [nuper

d. 31. Maii 1795. mortuus] pro sua maxima humanitate, exscripta mihi vltro ad vsum transmisit, quae in sui nuper, Ittigianae edition. exemplaris margine olim Olearius adnotauerat, non ista quidem possessoris propria, sed omnia ex aliis libris collecta. Iacobum Gronouium in vniuersa Iosephi scripta commentarios fuisse meditatum, colligere licet ex iis, quae Hauercampus pag. 9. praefat. de eo refert; verum in vsus publicos nihil typis edidit, nisi decreta Romana et Asiatica pro Iudaeis ad cultum diuinum per Asiae minoris vrbes secure obeundum, a Iosepho, in lib. XIV. archaeol. collecta, sed male interuerta et expuncta, quae restituit, ediditque Lugd. Batau. 1712. ex Vossii codd. in bibl. Lugd. Bat. translatis. Interim non hic ad summae criticae limam Gronouius omnia absoluit; insigniter nihilominus hoc suo labore de Iosepho et bonis litteris meritus; faciunt quippe haec decreta ad magnam historiae Iud. sub Maccab. imperio et sequentium temporum partem rite cognoscendam. *Stephanus le Moyne*, siue Monachius, Bosio semel iterumque per litteras significauit, se Bocharti hortatu parare, iamque adfectam habere nouam Iosephi editionem, quibus et rogauit eum, vt suas in Ios. lucubrationes secum communicaret. Praeclaram de Monachii Iosepho spes eruditos omnes tenebat. „Spes et exspectationes nostrae, inquit Wagenseilius in praef. ad tela ignea Satanae, in Stephanum le Moyne conuersae sunt. quem nihil profundioris doctrinae latet, quique iis adminiculis, quibus ad Iosephum emaculandum illustrandumque opus est, abundat, proindeque huic operi pridem feliciter manum admouit." Totus in Iosephum edendum dum Monachius esset, rumor de illo in Anglia edendo eius aures perculit, coepto destitit, et, quidquid paratum in Iosephum habuit, in libros detulit. Variorum sacrorum titulo editos. Reuerso postmodum ad antiquum propositum, mors superuenit, opus imperfectum linquere iubens. Vid. porro Hauercampiana praefat. pag. 8. *Thomas Smithus* in Bernardi vita vna cum epistolis Roberti Huntingtoni, episcopi Rapotens. Lond. 1704. edita memorat, etiam Ioan. Fellum, episcopum Oxon secum constituisse, nouam eamque ceteris emendatiorem Iosephi editionem typis Sheldonianis adornare. Ab hac tamen prouincia sese abdicauit, nescio, vtrum subsidiis ad id opus complendum destitutus, an ex fama, de Andr. Bosii eruditissimis in hunc scriptorem lucubrationibus vbicunque sparsa, an labore, vel quacunque alia caussa deterritus. Tandem 1691. *Oxonii* e theatro Sheld. Antiquitt. Iud. libri IV. priores, et pars magna quinti, graece et latine, cum exemplaribus MSS collati et illustrati notis amplissimis *Eduardi Bernardi*, item huius de B. I. liber 1. et pars secundi, graece et latine, ad MSS. itidem recogniti et emendati, in fol. prodierunt.

Sed et haec editio nitida, castigata, eruditissimis stipata notis, mutila est, et in medio cursu intercepta. „Vnde vero contigerit, — ait Thomas Smithus — quod opus illud desideratissimum et tanto molimine elaboratum, quasi in medio abruptum, pro deplorato relinqueretur, hic paucis indicabo. Multi, versionem Epiphanii tanquam imperfectam, indoctam, et graeco textui in quam plurimis parum respondentem, redarguentes, nouam, vel saltem Gelenii interpretationem recognitam et emendatam, vbi iste vir doctissimus prae festinatione aut oscitantia sensum auctoris non rite fuisset adsecutus, importune, et paene ingestis conuiciis desiderarunt; et de variantium lectionum, in molem vix tolerandam excrescentium, copia acriter questi sunt. — Maxime vero displicuit commentariorum magnitudo, in quibus ut graecae lectiones, ad calcem operis minori mole reiiciendae, aut iusto volumine seorsim edendae, extra ordinem, vt hi putabant censores, in textum inferuntur. Hinc inter Curatores, et Bernardum primo ortae simultates, deinde mutua dissilicentia,

centia, et apertae lites, vtrisque pro diuerfa, quam fequuti funt, fententia, argumentis vltro citroque agitatis, tenaciffime inhaerentibus. Hoc vffit animum Bernardi, aegerrime ferentis, aliam methodum, contra quam ipfe ftatuiffet, fibi iuberi ineundam. Ceffant operae typographicae, nec amplius iam, democraticis, fchismaticisque rem publicam litterariam pariter ac ciuilem et ecclefiafticam turbantibus, praefertim poft Felleri, praecipui huius editionis fundi, animam in coelis receptam, de edendo integro Iofepho, fumtibus vniuerfitatis Oxon. erat cogitatum. Poft fex, feptemue annos Bernardus importunis trium bibliopolarum Oxon. precibus victus, opus illud denuo in manus fumfit, iam contractiori forma ad modulum noui fpeciminis publicandum. Quum vero, flagrante bello, tanto oneri ferendo vix effent, paucis fchedis impreffis, iam fuae temeritatis conuicti, et ipfi quoque defliterunt. Quantum vero in omni litterarum genere excelluerit Bernardus, qualem polyhiftora, et criticum, quanta fubtilitate ingenii, quam folerti pollentem iudicio, quam intricatiffimis temporum fupputationibus adcuratum, quam in fcriptoribus omnium generum latinis, graecis, chaldaicis, fyriacis, arabicis, armeniacis, copticis legendis familiarem, quam antiquitatum facrarum profanarumque probe callentem, in fcholiis, adnotationibus, et differtationibus in IV. libros archaeol. et partem quinti, fe praeftiterit, fuperuacanei erit laboris, hic pluribus oftendere, quum id iam omnes, diftractis exemplaribus, norint, et vbiuis fit teftatiffimum." Ego quidem, vt, quid fentiam tot inter virorum litteratiffimorum diuerfa de Bernardina Iofephi recenfione iudicia, modefte aperiam, diligentiam, et immenfam Bernardi doctrinam reuereor, effudiffe tamen in Iofephum quaecunque fciuit, fine fano delectu, dignaque fubtilitate, non diffiteor, nec talia fuiffe libri fata miror. Ceterum *Bernardina* editio, annum MDCC. qui vt verus a Fabricio et in bibl. hift. a Meufelio edita, ftatuitur, prae fe ferens, nouo tantum frontifpicio venum fuit a bibliopolis expofita; namque iam 1691. Ittigio, quo fua in Iof. prolegomena fcripferat, prima iam Bernardinae editionis folia fuerunt vifa.

Tandem aliquando omnium defideriis fecit fatis, omnemque omnium, de Iofepho merentium et contendentium, fuperauit aufus fortunamque Bernardi gentilis, *Ioannes Hudfonus*, qui praeter alia in rem litterariam merita, etiam Iofephi opera ad perfectiffimam multorum annorum fudore limam reuocata 1720. dedit *Oxonii* e theatro Sheldoniano. Grati animi teftificandi cauffa hanc editionem Iacobo Bruges, duci de Chandos, marchioni et comiti de Carnaruon et baroni Chandos de Sudeley dedicauit. Poft diuturnum languorem, hydrope exftinctus difceffit ad fuperos d. 27. Nouem. 1719. aetat. circiter 57. dum fuprema manus operi imponitur, et in excudendo indice typi verfantur, praefandi quoque prouincia aliis derelicta, quam pro fua in defunctum pietate fufcepit *Antonius Hallus.* Hudfonio ad manus erant omnes vet. Iofephi interpretum, et textus graeci editiones. Codd. MSS. itidem fere omnes vel ipfe oculis luftrauerat, vel lectiones ex iis, ab aliis collectas, poffidebat. Criticorum etiam poft litteras inftauratas praeftantiffimorum fcrinia diligenter excufferat, et fi quid lucis inde ad Iofephum fuum illuftrandum hauriri poffe videbatur, id omne in notas fuas tranftulerat. Textum graecum diligentiffime recognouit, et ad codd. correxit, errores typographicos, qui in priores editiones irrepferant, ftudiofe fuftulit; nonnullos tamen aut ipfe reliquit, aut forraffe etiam admifit. qui nihilominus omnes, quanta fieri potuit, cura, ad finem operis emendati exhibentur. Et, cum vetus Iofephi interpres imperitiffimus a Iofepho Scaligero adpellatus effet, neque Sigism. Gelenius omni ex parte eruditis fatisfeciffet,

 nouam

nouam addidit latinam verſionem adcuratam, elegantemque Geleniana longe meliorem, quae auctorem prodit vtriusque linguae, graecae et latinae, adprime gnarum, ſic vt latinus Hudſoni Ioſephus cum ſcriptis huius generis praeſtantiſſimis merito conferri poſſit. In ſingulis tamen locis emendationes patitur, quas, ſi meos in hunc ſcriptorem commentarios proſequi potero, cenſor modeſtus, aliquando ſuggeſturus ſum. In notis, animaduerſionibus, et variis lectionibus concinnandis methodo vſus eſt, Bernardinae omnino contraria. Quaecunque habuit ſubſidia, in vſum ſuum adhibuit; ſed frugalem, ſobriumque. Temperamento vbique iuſto nihil in ſeriem notarum admiſit, niſi quod directe aperteque in rem Ioſephi faceret. Reliquae huius editionis praerogatiuae ſunt: Quod deſiderata eo vsque in aliis editionibus Romanorum pro Iudaeis decreta, a Gronouio collecta, publicataque, ſuo quaeque loco addita referat: Quod quatuor indices, licet non omni numero abſolutos, quos inter primus et maximi momenti eſt Vocum Graecarum index alphabet. multas complectens Flauianas phraſes in lexicon Flauianum redigendas, contineat: Quod hic retenta librorum antiqua et vulgata diuiſione, aliae capitum et paragraphorum diuiſiones, ſint adhibitae, ita tamen, vt ad marginem veterem, atque vulgatam diuiſionem in commodum eorum exhibeat, qui Ittigianae editioni adhuc erant adſueti. Communi orbis litterati plauſu fuit excepta Hudſoniana Ioſephi recenſio; ſed in eorum tantum, qui eam redemturi ſua ipſorum nomina fuerant profeſſi, manus perlata, nec facile ab aliis ob exemplarium inopiam et maius pretium comparanda. Inde *Sigebertus Hauercampius* nouam editionem *Amſtelodami* parauit, quae etiam 1726. ibidem typis Wettſteinianis, et ſumtibus bibliopolarum trigae, nimirum Amſtelodamenſium Wettſteiniorum, Lugdunenſis Samuelis Luchtmans, et Vltraiectini Iacobi Bredelet, duobus voll. in fol. prodiit, tanto magis ab eruditis iam ab inde, vbi primum nunciabatur, deſiderata, quo maior tum fuerat Belgii in recenſendis et illuſtrandis veteribus ſcriptoribus auctoritas. Collegit editor quaecunque ab aliis in Ioſephum cogitata et elaborata reperire potuit, contulitque denuo ipſe duos, qui in bibliotheca Lugduno Batauа adſeruantur codices, et Baſileenſem editionem, Voſſii et Cocceii notas ad marginem referentem. Codicis Hafnienſis et Roſtgardienſis collationem acceperat a Ioan. Grammio, linguae graecae in acad. Hafnienſi profeſſore. De hac Hauercampiana editione, paene vt Hudſoniana rara, ego quidem cum omnibus qui penitius norunt, ita ſentio, editoris in Ioſephum lucubrationes parum ſtudii, et iudicii critici, nihil iuſta meditatione elaborati prae ſe ferre: Vnam eius curam fuiſſe, vt farragine notarum et libellorum, inconcinne ex multorum aliorum ſcriptis collecta, duo aequalia impleret volumina, quod ipſe in praefat. fateri non dubitat: quin et id refugiſſe laboris, vt capitum et paragraphorum numeros, quos alii ad veterem et in antiquis editionibus receptum ordinem ei citauerant, ad Hudſonianam, quam ipſe tamen retinuit, diuiſionem ſemper refingeret: vitiis typographicis prae Hudſoniana maculatam et hinc inde integris omiſſis commatibus hiulcam editionem, in vniuerſum, opus dediſſe tumultuarium, quod noſtris temporibus nil aliud, quam mercantile, quaeſtus cauſſa ſuſceptum bibliopolae molimen, fuiſſet.

Ego, quum iam ab eo tempore, quo primum docendae theologiae munus in academia patria adirem, de parandis omnibus, quibus inſtructi poſſent facilius et liberalius haec ſacra ſtudia tractare, tirones aeque ac magiſtri theologi, etiam de recudendo Ioſepho Flauio, non tam facile obuio, et parabili, cogitare coepi, Philonem quoque forſan iterum editurus, niſi cl. apud Erlangenſes prof. Pfeifferus occupaſſet laborem. Hoc etiam titulo: Ioſephi

opera

opera omnia graece et latine excusa ad editionem Lugduno Batauam Sigeberti Hauercampii, cum Oxoniensi Ioannis Hudsoni collatam, primum volumen 1782. tertium idque postremum, 1788. *Lipsiae* apud Schwickertum absolui. Quas autem in hoc opere suscepto rationes sequi decreuerim, in dedicatoria ad Em. cardin. Ioannettum epistola exposui. Praemisso quidem, cuius hac in bibliotheca compendium exhibeo, prodromo aliquo, in hunc scriptorem libello, perpetuum in omnia eius opera commentarium scribere mecum proposueram. Quo minus autem adhuc a proposito, promissisque stetissem, non vna obstitit caussa. Dum enim intra pomoeria sacratissimae scientiae, in parandis subsidiis occupor, genius me meus intro in eius intimius sacrarium vocat, atque vt potius de ipsa theologia vniuersa cogitem, natiua sua luce, qua nostri temporis hominibus placeat et quam plurimum prosit, repraesentanda, iubet. Sequor vocantem lubens, quod operae hic maius sit pretium, et iucundius sit propria eniti, quam alienos partus iuuare, fouere, vel ornare. Interim ne coeptum opus omnino destituam mihi, qui vtrique solus par non sim, adscisco laboris, Iosepho impendendi, socium clarissimum, et graece eruditissimum virum *M. A. Koelium*, tum ab omni adhuc publico munere vacuum, vt potuerit sibi adhuc solum et musis canere. In hunc laborem quum aliquamdiu simul incumbimus, multasque in rem nostram colligimus, ecce iste in academiam vocatur, historiam vt doceat humanitatis, ac philosophiae, simulque litterarias ephemerides edat. Me vero alia in forum et mediam rempublicam negotia frequentius a domesticis studiis, iisque iam copiosis et variis auocant, quam vt Iosepho etiam vacare licuerit hactenus. Opto vero summopere, tantum adhuc mihi Deus indulgeat vitae et otii, vt, quae Iosephi Manibus, scriptis ac meritis decreui, iusta possim exsoluere, quin proinde debeam a coeptis iam operibus desistere, queis religionis et humanitatis studium magis adhuc, quam locupletissimis et eruditissimis in Iosephum commentariis iuuari scio.

Eodem, quo ego ad edendum Iosephum animum, calamumque, et prelum adplicui, tempore, *Frider. Iacobus Schoder*, ministerii sacri apud Sueuos candidatus, paulo post fatis functus, graecam Ios. editionem meditatum se esse, easdemque quas ego in hoc opere, rationes sequi, versionem tamen latinam omittere, quippe ob indicem graecitatis Iosephinae adiiciendum, minus necessariam sibi visam, voluisse, sed admotis vix operi manibus, quum iam me rem adgressum esse cognouisset, se ab incepto destitisse, litteris me postea edocuit. — 1781. iam Lipsiae in octenis graece prodierat Iud. Antiq. libr. I. cura *I. Gottfrid. Scharfenbergii*, in vsum praelectionum suarum. Possideo iam illum cum multis notis mss. singularum vocum plerumque significatum spectantibus, I. Caroli Zeune, qui graec. litt. professor, 1789. Wittembergae obiit. — 1786. *Henr. Phil. Conr. Henke*, ad lapidem diui Michaelis abbas et theol. apud Helmstadienses professor, Iosephi de vita sua librum graece edidit Brunouici in 8. mihi peramice dedicatum. Ex Hauercampiana editione textum repeti curauit, ita tamen, vt operarum vitia leuiora, ibi deprehensa, nihil monens in ipso statim textu corrigeret; crassiora notaret; lectiones quasdam sine caussa, sine legitima auctoritate, ex mera coniectura ab Hudsono potissimum receptas, loco moueret, et veriores ex antiquis scripturis vel editionibus acuta simul, et modesta crisi restitueret. Addidit etiam variantes lectiones. animaduersionesque et proprias passim coniecturas criticas. — *Viennae* apud Trattnerum collectio scriptorum Graecorum, quorum theodiscae exstant versiones, subscriptionis lege, per professorem *Alter*, ciuitati litteratorum oblata est, quas inter etiam Iosephus ex editione mea repetendus adiuncta turicensi Ottii versione theodisca annuntiatur. Sed

 nec,

nec, cui prudentiori antiqua illa, et vere barbara verſio probari, nec, qua ratione tali ſubſidio ſtudium litterarum iuuari poſſit, video. — 1730. *Altonae* in 8. graece et latine cum notis I. Scaligeri, et perpetuo *P. Zornii*, Hamburgenſis, commentario ſeorſim prodierunt, quae apud Ioſephum contra Apion. I. §. 22. II. §. 4. adhuc exſtant, Hecataei Abderitae fragmenta; atque — 1768. *Lipſiae* in 8. Decreta Rom. pro Iudaeis facta, e Ioſepho collecta, et commentario illuſtrata, ſimul cum Athenienſium pro Hyrcano, Hebraeorum pontifice, decreto, commentario illuſtrata a *I. Tobia Krebſio.* Poſt Gronouium, primum horum decretorum editorem, multum adhuc ſudandum fuit Krebſio in illis ſuo loco apte collocandis, et ad temporis ordinem diſponendis, quum ea in Hauercampiana etiam editione peruerſo ſaepe atque praepoſtero ordine videret exhibita. Num vero haecce decreta ab ipſo Ioſepho non tam confuſe et permixte, nulla temporis habita ratione, ſint reddita eo conſilio, vt, quam bene voluerint Romani Iudaeorum genti, oſtenderet? non ſatis conſideraſſe mihi Krebſius videtur, cui ceteroquin id laudis debetur, quod multis locis deprauatis, maleque adfectis, ſuam integritatem, ſanitatemque reddiderit, atque cum indolem graecae linguae, tum res, ad chronologiam, hiſtoriam, ritusque romanos, ſpectantes, magis dilucide, ac copioſe expoſuerit, quam Gronouius, cuius tamen prima hac in re merita in longa ſua ad I. Aug. Erneſtium praefatione, ne memorare quidem dignatus eſt. — Eodem anno liber Ruth ex verſione LXX. interpr. ſecundum exemplar Vatican. recognitus a *L. Boſ.* prodiit in 8. in vſum ſcholarum Ienae apud Cunonis haered. Acceſſit periocha, in qua Ioſephus de Ruthae hiſtoria exponit. Nil niſi textus e Boſio et Hauercamp nec ſatis correcte hic exprimitur. — 1789. *Lipſiae* in 8. prodiit chreſtomathia Flauiana, ſiue loci illuſtres ex Flauio Ioſ. delecti et animaduerſionibus illuſtrati a *Io. Georg. Trendelenburg,* de qua in ephemerid. litt. Herbip. 1790. copioſe fuit relatum.

Verſiones vernaculae.

Francogallicae. Verſio Andillyana repetita fuit 1703. Amſtelod. in 8. vol. V. 1708. ibidem in fol. 1738. Bruxellis in 8. vol. V. [Pariſ. 1744. VI. tom. 12. vid. Iourn. des Sav. 1745. part. II. pag 379 ſqq.] Denique 1756 et 1757. Pariſiis prodiit Nouvelle traduction de l'hiſtorien Ioſeph faite ſur le grec, avec des notes critiques et hiſtoriques, pour en corriger le texte, dans les endroits ou il paroit alteré, l'expliquer dans ceux, ou il eſt obſcur, fixer les temps et les circonſtances de quelques evenements, qui ne ſont pas aſſez developpés, eclaircir les ſentiments de l'auteur, et en donner une juſte idée, par le R. P. *Gillet*, Chanoine regul. de St. Auguſtin etc. bibliothecaire de L'Abbaye de St. Genevieve. vol. IV. in 4. Vſus ſum tribus primis voll. ex bibl. Goetting. quartum, quod Meuſelius 1757. prodiiſſe refert, necdum videre licuit. Morte praeuentus opus ſuum ipſe prelo ſubiicere non potuit. Goettingenſes anni 1758. ephemerides litt. Gilletum accuſant, eum ne textum quidem Ioſephi intellexiſſe, multo minus explicaſſe, adeoque impoſtorem fuiſſe, et ſpem emtorum operis, opera typographica ſe commendantis, et ſumtuoſi, turpiter deluſiſſe. Ego quidem, eum maius quam interpretis, officium ſuſcepiſſe, textum interdum mutaſſe, etiam vbi ſummi critici nihil in auctore corruptum fuerant ſuſpicati, ideoque nec coniecturas maxime audaces, quin adluceret, dubitaſſe, nec tamen ab vllo, qui nouos in Ioſephum commentarios meditatus, omnino praetereundum eſſe deprehendi.

Italicae.

Italicae. 1779 et 1780. *Veronae* prodiit IV. volum. in 4. italica ex graeco textu verſio, notis illuſtrata, ab Abb. *Franceſco Angiolini*, Piacentino, facta. Goetting. anni 1782. ephemerides cenſent, Germaniam facile carere poſſe hac translatione: et dicunt, tenuem fuiſſe auctoris notitiam Ioſephi, quum vſus ſit Geneuenſi anni 1611. editione, ſeuerae eum critices laborem fugiſſe, in nonnullis tamen, at pauciſſimis locis, coniecturas haud infelices proferre, notas addidiſſe I. vol. vberrimas, ſed plerumque ſuperuacaneas, geographiam tamen quae ſpectant, et calendarii collationem popularibus eius nonniſi vernaculas verſiones adhibentibus, poſſe ſatisfacere.

Anglicanae. 1700. *Oxonii*, in fol. prodiit noua verſio anglicana, auctore *Rogerio l'Eſtrange*, 1702. Londini in fol. repetita. Eam cum graeco a I. Hudſono collatam fuiſſe, dicit Fabricius. conf. bibliotheca geographica (geographiſcher Bücherſaal) Hageri tom. I. pag. 488 etc. — 1708. Londini, II. voll. in 8. prodiit Iohn Crulls jewiſch hiſtory from the creation of the World to his preſent time. Compendium hic exhibetur Ioſephi ſecundum verſionem Rogerii l'Eſtrange. Duae praemittuntur diſſertationes, in quarum priori vitam, et religionem Flau. Ioſephi, perſequitur et de Chriſto teſtimonium expendit auctor. In poſteriori chronologiam Ioſ. qua in libris ſuis vſus eſt, cum illa codicis hebraici et τῶν ό confert. Vid. Acta erudit. Lipſ. 1709 Iournal des Savans 1710. — *Londini* 1725. in fol. prodierunt: the Worcks of Ioſephus, translated by *l'Eſtrange*. with maps and plates. vid. Wm. Chreech's ſale catalogue of Boocks for 1784. — Ibidem 1733. repetitam eſſe verſionem quamdam anglicanam in fol. docet Meuſelii bibl. hiſtorica. — 1737 Londini in fol. nouiſſimam verſionem Angl. dedit *Wilhelm. Whiſton*, Cambrigae olim mathematices profeſſor, ob multa, quae ex ampliſſimae doctrinae penu, in ſcriptis ſuis, paradoxa theologis dixit, celeberrimus. Titulus copioſus eſt, ipſa omnis editio, anglicano more nitidiſſima, et ſplendidiſſima, mihi ex Goett. bibliotheca commodata. Magnus praefixus eorum, qui emturi ſua nomina erant profeſſi numerus, ducentos et quinquaginta excedens, argumento eſt, quo plauſu ſit excepta. Pfaffius verſioni theodiſcae, a Cotta factae, praefatus, Whiſtonem, cuius ibi diſſertationes recenſet, criticum fanaticum adpellat. Occaſionem enim opportunam nactus, Whiſton, ſua de V. T. chronologia, de textu hebr. deprauato et interpolato, de rebus aliis quampluribus paradoxa, in animaduerſionibus atque diſſertationibus venditare eſt adnixus. Nihilo tamen minus ea Whiſtono laus debetur, inter omnes fere omnium gentium Ioſéphi interpretes, nullum tanta ingenii, et iudicii acie, tantoque ſtudio in vertendis huius ſcriptoris operibus verſatum eſſe. Conf. Baumgartenii Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth. vol. VI. pag. 21. et bibliotheque Britannique vol. V. — 1741. eadem *Whiſtonis* verſio, Dublini, V. voll. in 8. vulgata dicitur in Meuſelii bibl. hiſtorica. 1751. Edinburgi in 12. expreſſae anglicanae Ioſephi verſionis tom. III. IV. V. VI. venum exponuntur in Wm. Creech's ſale catalogue of Boocks for 1784. pag. 143. nr. MMMMCCXLIX. — Ex ephemeridibus Gothanis, quae de rebus nouis litterariis exterorum retulerunt, plag. IV. pag. 32. didici, Clerkium Londini anglicanam omnium Ioſephi operum verſionem parare, cuius ſplendori nihil deſit, nec imagines aeri inciſae, nec chartae geographicae coloribus variegatae, nec notae hiſtoricae et exegeticae, nec quidquid aliud lector deſideraucrit: iamque opus adfectum eſſe, et per 6 ſcidas, quarum quaelibet tres plagulas, et picturae linearis aliquid haberet, ſucceſſiue prodîturum. Sed ne ſpecimen quidem adhuc vidi, totumque conamen optato

optato ſucceſſu deſtitutum eſſe videtur; cum in iisdem ephemeridibus Gothanis, 22. Ian. 1791. legatur, Londini apud librarium Cooke, anglicam omnium Ioſephi operum verſionem, hiſtoriaeque iud. vsque ad noſtra tempora continuationem, a *Maynardo* adnunciatam, ſingulisque hebdomadibus tres plagulas in fol. maior. cum iconibus prodituras eſſe, atque totum opus poſt 60 hebdomadas abſolutum iri.

Belgicae. 1704. noua belgica verſio Amſtelodami prodiit ex francogallica Andillyi a *Wilhelmo Sewel* transſumta, in fol. teſte catalogo bibl. Lugd. Batauae. — 1721. eadem ibidem repetita eſt vna cum Hegeſippo, et Philonis ad Cai. Calig. legatione. Inciſae ſunt aeri 240. imagines nitidae. Vid. bibl. Bremenſ. vol. VII. pag. 762. Fabricius etiam teſtes adpellat, qua neſcio ratione? Boecksal van Europe. an. 1703. vol. II pag. 389. Uyttreklels an. 1704 tom. I. pag. 389. — 1722. Amſtelodami in fol. recuſam *W. Sewelii* verſionem memorat catalogus biblioth. Roſeanae 1786. Francofurti ad Moen. vulgatus. nr. DCCLXXXIX. — 1736. hanc verſionem repetitam fuiſſe, meis in ſchedis notaui; ſed vnde? mente excidit. — 1784. Hagae Comit. in 8 cum figuris aeneis prodierunt Alle de Werken van Flavius Ioſ. met Aanmerkungen door *I. F. Martinet*, I. Deel.

Suecicae. 1713. vt Fabricius, 1750. vt in bibl. hiſt. Meuſelius vult, foemina illuſtriſſima e gente comitum Gyllenſtierna, veſtigiis Andillyanae verſionis inſiſtens, ſuae patriae Ioſephum vernaculo ſermone expreſſum dedit, et Holmiae in 4. vulgauit. Conf. Baumgart. Nachrichten von einer Halliſchen Bibl. faſc. XIX. pag. 79.

Ruſſicae. 1779. Petropoli in 4 prodiit cura ac ſtudio *Michaelis Samujlow* verſionis ruſſicae ex Hudſoni interpretatione latina tom. I. continens VII. priores libros antiquit.

Theodiſcae. 1711. Francofurti in 4. Lauterbachii interpretatio vltima vice et multo deterioribus, quam antea, typis repetita eſt. — 1735. Tiguri *I. Baptiſta Ott*, archidiaconus Turicenſis, primam nouae verſionis partem in 8. dedit, Hegeſippo, notis, figuris, et nummis auctam ornatamque. Lauterbachianam ſequitur, ſtilo tamen, ſi velis, elegantiori, et textu ad graecum nonnumquam magis emendato. In longa praefatione litterariam Ioſephinorum operum hiſtoriam ſiſtit. — 1736. *Ottius* verſionem ſuam VI. voll. in 8. et vno vol. in fol. omnem abſoluit. — Eodem etiam anno *I. Frid. Cotta*, Theol. et L. L. O. O. Goettingae prof. de Ottii conſilio et opere certior factus, ſuam verſionem *Tubingae* in fol. edidit. Quum, vt Helueti conatus anteuerteret, plus iuſto properaret, perfunctorie rem ſuam egit. Vſus eſt Hauercampiano textu, ita tamen, vt et Hedionem, et Lauterbachium, latinasque plures, praecipue Hudſonianam, conſuleret. Ceterum haec, licet adhuc nouiſſima omnium Ioſephi operum verſio theodiſca, ſuae aetatis ingenium redolet, multo ab eo, quod noſtri eſt aeui, diuerſum. Notae, et figurae aeneae, ſuperfluae ſunt. Praefatus eſt Pfaffius, Tubingenſis acad. cancellarius. — 1782. *Lipſiae* edidit theodiſcam vitae Ioſ. verſionem, textum Ittigianum ſequutus *I. Frid. Eckard*, Iſenacenſis gymnaſii quondam director, cum animaduerſionibus criticis, et philologicis, ſic vt, licet paſſim negligentior fuerit interpres, deſiderium nobis faciat, nouam omnium Ioſephin. operum verſionem theodiſcam ab aeque intelligente interprete tandem accipiendi. Nam quae eodem anno in catalogo nundinarum Lipſienſium, quae a feſto D. Michaelis haberi ſolent, indicebatur noua theodiſca omnium Ioſephinorum operum verſio, Tiguri in 8. proditura, nondum adparuit, mihique per litteras Orellium et Gesnerum,

Gesnerum, promiſſi operis conductores, ſciſcitanti, datae fuerunt reſponſoriae huius fere ſententiae: verſionis Ottianae exemplis diuenditis, recudere eam ſe voluiſſe, omiſſis tamen notis, vt quae nullius plerumque momenti eſſent. Nouam verſionem curatam, et ad textum graecum inſtitutam ab auctore hiſtoriae Chiliasmi; ſed ab eo, mox aliis laboribus diſtracto, iam deſtitutam eſſe, ſuique ſe conſilii euentum ipſos neſcire, timere etiam, ne damno ipſa futura ſit, aucto pretio, noua editio, quam alias, ſi tanti, quanti priſtinam verſionem Ottianam, vendere vellent, non tanta poſſent cum elegantia adornare.

C.

Elenchus variarum in Ioſephum lucubrationum mihi hucusque notarum.

Libelli anonymorum. A diſſertation upon the account ſuppos'd to have been given of Ieſus Chriſt by Ioſephus being an attempt to ſhew that this celebrated paſſage, ſome ſlight corruptions only excepted, may reaſonably be eſteem'd genuine. Oxford 1749. 8. auctor dicitur *Nathanael Forſter*, Platonicorum quorundam dialogorum editor. — Vindiciae Flauianae: or a vindication of the teſtimony given by Ioſephus concerning our ſaviour Ieſus Chriſt. London 1777. 8. — Evidence that the relation of Ioſephus concerning Herod's having new built the temple at Ieruſalem is either falſe, or misinterpreted. Oxford 1786. 8. et — continuation of the evidence that etc. Vid. Critical Review for Iun. 1789. pag. 429 — 433. Doederleinii auserleſene theolog. Bibl. vol. IV. faſc. IV. Lipſiae 1788. pag. 312 — 316. Nomen authoris a littera *S.* incipit.

Alanidet. In vol. II. pag. 484. annalium litt. Helmſtad. 1783. editorum, hoc epiſt. *I. F. Winckleri*, theologi, Hamb. 1700. Oxoniae exaratae, fragmentum, Bernardinam Ioſephi editionem ſpectans, lego: „Cum nuper D. Grabius me conueniret, ſermo incidit de editione Ioſephi, quae Oxonii intercepta fuit. Priorem partem de Antiquitatibus iud. D. Alanidet ſuſcepit, et penſum ſuum abſoluit. Alterum D. Bernard ſuſceperat etc." *Aldrichium* intelligi ſuſpicor ſuccinctarum atque eruditarum in Ioſephum notarum, quas in Bernardina editione legere eſt, auctorem, virum, vt Hauercamp. in praefat. pag. 7. vocat, omnibus humanioribus ſtudiis egregie excultum, muſices gnarum, et muſarum amicum; parcum ceteroquin ſcriptorem, factis magis, quam ſcriptis clarum.

Melchior. Amerbachium Hedioni in vertendo Ioſepho coadiutorem cum *Wolfg. Muſculo* fuiſſe, in ſuperioribus iam retuli.

Arnoldi cura 30 epiſtolae philologicae et hiſtoricae plurium eorumque celebriorum in litteris virorum, de Fl. Ioſephi teſtimonio agentes, 1661. form. min. Norimbergae editae, ab Hauercampio in ſuum adparatum vol. II. ſui Ioſephi transſumtae ſunt.

Baronius in annalib eccl. ad an. Chr. 34. de Ioſepho paulo iniquius loquitur, vt Caſaubonus in exercitationibus Antibaronianis, XVI. ad eundem annum, nobiliſſimum ſcriptorem acerrime contra illum vindicet, atque inter alia haec quoque addat: „Potuitne Baronius obliuiſci, omnes homines errare, omnes venia opus habere? Quis autem magis ipſo, cuius annales tot futiles fabulas, tot omnis generis errores continent? etc."

Franciſc. Maria Biacca ſcripſit: Trattenimento iſtorico, e cronologico in tre libri diviſo, oppoſto al trattenimento iſtorico e cronologico del P. Ceſare Calino S. I. in Neapoli 1728. II. voll.

II. voll. in 4. Calinus Iosephum atro passim [illegible] impostoribus adeo, ac falsariis eum adnumerans, eiusque de gente iudaica [illegible] diametro S. S. litteris repugnare contendens. Biacca autem in eo est totus, vt illam diuinori codici congruere persuadeat lectori. conf. Supplementa ad noua acta erudit. vol. IV. pag. 1 sq.

I. Boeclerus, apud Argentorat. p. professor priora *Ιουδαικης αρχαιολογιας* capita peculiari dissertatione 1642. illustrauit, quae inter varias eius dissertationes plus vna vice recusas exstat Argentorati 1658 et 1701. in 8.

Boineburgius epistolarum pag. 163. agit de requisitis editoris atque illustratoris operum Iosephinorum.

Andreae Bosii exstant duae exercitationes historico-criticae in periocham de I. C. Ienae 1673 et 1674. in 4. editae; et epistolae cum Reinesianis coniunctae.

Petri Brinchii, collegii medici apud Danos inspectoris, exstat examen chronologiae et historiae Iosephi, Hafniae 1701. in 4. editum et ab Hauercamp. in suo adparatu repraesentatum.

Ludouici Cappelli exstat *τρισαγιον*, siue triplex templi delineatio, vna ex scriptura iuxta Vilalpaldi descriptionem, cum templi Salomonis fabrica et partibus aeri incisis, tribus tabulis comprehensa, altera ex Iosephi mente et descriptione, tertia ex Iudaeorum Talmud. descriptione, in Briani Waltoni Adparatu bibl. praemisso Bibl. Polyglott. tom. I. et separatim 1673. in fol. editum, et inter Criticos S. vol. VIII. pag. 2974. edit. Francof.

I. Bened. Carpzouius Helmstadii 1738. in 4. edidit *Διορθωσεως Ιωσηπικης αποσπασματια*, siue Flauian. stricturas, atque paulo post earundem vindicias et *δευτερας φροντιδας*.

Isaaci Casauboni mentionem paulo ante feci, de Baronio loquutus.

Cassiodorus sua de Iosepho merita in lib. de institutione diuin. cap. 17. ipse exponit.

Sebastianum Castellionem Mosis institutionem graecolatinam ex Iosepho decerptam edidisse, et historiae biblicae inde ab Esdra ad Maccabaeos vsque e Iosepho supplementum suis bibliis inseruisse, in superioribus indicaui.

Christoph. Cellarius contra Hardouini obiectiones, qui in Herodum historia fidem Iosephi sollicitare non dubitauit, erudite vindicauit hunc scriptorem, et narrationes eius, a *νοθειας* suspicione liberatas, cum antiquis nummis conciliauit, in singulari dissert. Halae Sax. 1696. primum edita, iterum 1700. denique inter eius exercitationes acad. Lipsiae 1712. in 8. iunctim vulgatas, vndecima, atque ad calcem Hudsoniani et Hauercampiani Iosephi recusa.

Carolus Daubuz pro testimonio Iosephi de I. C. libros duos scripsit, cum praefat. *I. Ern. Grabii*, et 30. similis argumenti epistolis philologicis et historicis plurium eorumque celebriorum in litteris virorum, minori olim forma, Norimbergae 1661. cura *Christoph. Arnoldi* editos, et ab Hauercampio in vol. II. Ios. Opp. repraesentatos.

Iustus Christ. Ditmarus, hist. et polit. Francof. ad Viadr. professor, 1715. in 4. edidit dissert. in Ios. testim. de Christo.

Humfroi

Humfroi Ditton Iosephi testimonium in libro, qui, ex anglicana in francogallicam linguam conuersus, Amstelod. 1728. typis descriptus fuit hoc titulo: La religion chretienne demontrée par la resurrection de notre S. I. Ch. examinauit, suoque auctori vindicauit.

I. Frid. Eckardus, gymnasii Isenacensis prof. scripsit vindicias Flau. Ios. a P. Baelio in negatae librorum S. S. θεοπνευστιας suspicionem vocati, prolus. scholast. Isen. 1781. Prolusionem in §. 5. cap. 16. lib. II. Ant. Isenaci 1786. Flau. Iosephus errore pharisaico imbutus, quem Christus reprehendit apud Matth. IV. Isen. 1782. Flau. Iosephus, de Ioanne bapt. testatus, Antiq. Iud. XVIII. cap. 7. Isen. 1785. Prolusionem scholast. qua a Iosepho depellit criminationem fictae legis mos. qua maledictio Deorum, falso creditorum, prohibeatur 1787. Vitam Iosephi esse theodisce redditam ab Eckardo, in superioribus indicaui.

Eichhornii Isagoge in S. S. V. T. biblia, repertorium et promtuarium biblicum vti et, quam proxime exspectamus, in libros apocryphos V. T. introductio, multa suppeditant in Iosephum commentantibus subsidia.

I. August. Ernesti, non perpetuo quidem commentario, sed variis exercitationibus academicis Iosephi scripta illustrauit. Instituti sui rationem in praefat. ad exercit. primam, p. 6. his verbis exponit. „Erit nobis res ita descripta, vt primum de capitibus quibusdam vniuersis, iisque grauioribus disputemus, vt de fontibus antiquitatum Flauian. de interpolationibus, de dogmatibus, et iis, quibus orthodoxia antiqua iud. et christiana firmatur, similibusque: deinde corrupta, et vitiosa et obscuriora vel corrigamus, vel illustremus. Sed quoniam posterior haec pars critica non satis apta est exercitationibus talibus: vel quia perpauci hanc partem eruditionis adtingunt, cuius necessitatem et praestantiam quia non capiunt, vel reformidant, eam temere, vel imperite contemnunt: vel quia est aridior natura et tenuior, fatigatque lectores etiam non alienos ab arte nostra; placuit eam coniungere cum quaestionibus vniversis hoc modo, vt singulis exercitationibus aliquam castigationis criticae partem subiiciamus, atque ita paullatim doctorum hominum de correctionibus nostris iudicia cognoscamus." Quantum scio, plures non edidit, quam exercitationum Flau. primam de fontibus archaeol. cum corollariis duobus de stilo Ios. atque de odio Iudaeorum vet. aduersus litteras graecas, quae coniunctim exstant in eius opusculis philolog. criticis, iterum editis Lugd. Batau. 1776. in 8. vbi in praefat. ait: „Nec consultum duximus, addere, quae tantum initia quaedam habent instituti alicuius nostri, vt, quae de Iosepho coepimus scribere, vel ad argumentum archaeologiae, vel ad orationem pertinentia, quae si nobis contigerit absoluere, proprium volumen explebunt." Lego etiam in Saxii onomastico, nouissima, de odio Iudaeorum aduersus litt. graecas, disputatione, Ernestium simul respondisse *Io. Salom. Semleri* spicilegio - critico theologico de auctoritate archaeologiae ad Flauianam exercitationem Lipsiensem primam, Halae Magdeb. 1757. edito. [Hoc anno 1795. a *I. Ch. Theoph. Ernesti* editae sunt ex schedis patrui, *Io. Aug. Ernesti,* Obseruatt. philologico - criticae in Aristophanis Nubes et *Flau. Iosephi antiq. iud.* Accesserunt Godofredi Olearii notae ad Suidam. Lipsiae, mai. 8. Obss. Flauianae a pag. 57 — 186. sunt maximam partem criticae. Saepe quoque de vi et potestate vocabulorum et formularum, de sensu locorum difficiliorum atque obscuriorum et de interpolationibus disputatur. Editor in praefatione pag. V. nescio, inquit, an vllo in alio scriptorum genere luculentiora sagacissimi iudicii, acuminis critici eruditionisque grammaticae documenta (Ernesti) exhibuerit.]

Tanaquillus Faber in notis ad Luciani Timonem tom. I. pag. 1053. postquam locum Iosephi emendasset, „atque vtinam, inquit, praestantioribus ingeniis luberet aliquando, tanti scriptoris emendationem suscipere, symbola certe daremus: 400. amplius locos ex ingenio emendatos, conferre possemus. Plura facere esset sane perfacile; sed doctioribus, et qui Lutetiae vitam agunt, et codd. regiae bibl. frui possent. Nobis non licet esse tam beatis."

Ioan. Alb. Fabricius erudite et copiose de Iosepho iam in biblioth. graeca differuerat; auctiorem tamen de eo commentarium ad Hauercampium, quem suo adparatui insereret, transmisit. [Adde *Fabricii* vitam a *Reimaro* scriptam pag. 183. 185 et 256.]

F. Vincent. Fassinius, Ord. Praedicator. in Pisano Athenaeo S. S. litter. prof. in dissert. 1780. apud Caiet. Cambiagi, de Alexandro M. ingresso Hierosolyma, antequam se ad Hammonis oraculum transferret, in 8. edita, defendit narrationem Fl. Ios. et de eius regis imperii diuisione ad cap. I. lib. I. Maccab. agit.

Francisc. Fontani Riccardianae, quae Florentiae est, bibliothecae praefectus, latinam super Iosephi de Christo testimonium dissertationem scripsit ab ipso auctore ad me, num typis editam, an manuscriptam? nunc non recordor, humanissime transmissam.

Andreas Frankenberger in Institutionibus Antiquitatis et historiarum primum Wittenbergae 1586. editis, de Iosephi vita, scriptis, eorum ad N. et V. T. vsu, de stilo etc. agit; quae Hauercamp. excerpsit.

Frid. Gotth. Freytag singulari programmate codicem latinum bibl. scholae portensis describit, 1727. Naumb. 4. Codicem hunc, licet peruetustas ac emendatissimas membranas esse dicat Bosius in exercit. παρασκευαστικη, pag. 9. non magni tamen faciendum esse, desuper consultus litteris me edocuit Ill. Geislerus, eiusdem scholae fere per decennium, nunc Gothanae bibl. ephorus.

Conradus Daniel Frick, Lips. 1692. in 4. edidit exercitationem historicam in Flau. Ios. testimonium de Christo.

Iacobus Gronouius, 1712. Lugduni Batau. Decreta Romana et Asiatica pro Iudaeis ad cultum diuin. per Asiae min. vrbes secure obeundum etc. de quo Gronouii in Iosephum merito iam supra sum loquutus.

Ex *Hermolai Barbari*, et Scipionis Catoromachi libris descriptae lectiones Flauianae exstant in bibl. Lugduno Bataua; quas tamen cum Flauio nostro quid commune habere, negat Hauercamp. praefat. pag. 3.

I. Iac. Hess sacrorum apud Tigurinos antistes, bibliothecae, quam historiae sacrae dedicauit, et Tiguri 1791. edere coepit, locum aliquem specialem Iosepho ita dedicauit, vt, siquid ad eum illustrandum faceret, hoc illuc velit referre. Necdum tamen Iosephini aliquid ibi comparuit; interim necdum etiam vltra alterum volumen progressum opus est.

Io. Frid. Hirtius, theol. prof. prim. apud Wittemberg. 1781. in 4. edidit meditationem de tertio templo Hierosolymitano, per testimonium Flauii Ios. haud probato, quae, vti et altera dissertatio de Vaticinio Haggaei II. 9. ad splendorem insignem templo Hierosolymit. ab Herode M. tempore Christi additum non restringendo, exstant in eius opusculis nouissimis argumenti historici, exegetici, atque theologici, quae 1783. in 4. prodierunt.

Carolus

Carolus Gottlob Hofmann Wittenb. 1741. programma edidit, quo ad quaeſtionem, cur Ioſephus caedem infantum Bethlehemit. tacuerit? reſpondet, eum de induſtria ſilentio praeterire omnia, quae Meſſiam adtinent, ne Iudaei, ſe Romanorum imperio liberatum iri, ſperare viderentur, quin ipſum fateri, ſe multa Herodis facinora reticere. Haec ignota manus diſſertationi Mich. Reiſii, quam poſſideo, et infra recenſebo, adſcripſit.

I. Caſp. Huldrici diſſertatio philol. hiſtorica de vite aurea, qua Herodes templum Hieroſolym. adornauit, ad illuſtrationem locorum ex Fl. Ioſepho Antiq. iud. XV. 2. et de B. I. V. 5, 4. exſtat in Satura diſſertationum, orationum, epiſtolarum et obſeruationum theologico-hiſtorico-philologicarum. part. II. Tiguri 1742.

I. Iacob. Ienſenius, Ienae 1688. in 4. edidit Ἀγκυρμα hiſtoricum de Herodianis.

Iortiniana typis excudi, atque in iis a *Iortino* Ioſephi de B. I. libros ex hebraico non recte vbique translatos, iam vero ex illo emendandos cenſeri, legitur in Muſeo theodiſco (teutſches Muſeum) 1777. menſe Nouemb. pag. 474. Idem forſan Iortinus intelligitur, dum incerti etiam cuiusdam inter Anglos viri eruditi Ioſephum, h. e. Ioſephi de Chriſto teſtimonium, exhibent miſcellaneae obſeruationes vol. II. tom. III. pag. 376—380.

Ittigiana in Ioſephum prolegomena in rem ſuam iam adhibuerunt poſteriores eius editores.

Memoratur in catalogo biblioth. Lugd. Batau. pag. 20. Ioſephi editio anni 1544. hic illic conſcripta a *Franciſco Iunio*.

Franciſcus Ant. Knittel, eccleſ. Brunoſuicenſ. ſuperint. gener. ſcripſit: Neue Kritiken über das weltberühmte Zeugniſs des alten Iuden Flav. Ioſ. von I. Ch. Brunouici et Hildeſii. 1779.

Tobias Krebſius edidit Lipſ. in 8. 1755. Obſeruationes in nouum Teſt. e Flauio Ioſepho, et ibid. 1768. Decreta Romanorum pro Iudaeis e Ioſ. collecta, et commentario illuſtrata.

Petr. Lambecius, bibl. caeſ. praefectus, in epiſt. ad princip. Brunoſuic. Auguſtum, Vindob. 1666. edita, codices Ioſephinos ibi adſeruatos deſcribit. Pertinent huc commentarii eius de biblioth. caeſ. Vind. a Kollario recuſi; inprimis etiam qui de Ioſephi teſtimonio inquirunt.

De *Wilhelmo Langio*, iudice prouinciali in Iutia, Ioa. Mothius in epiſt. ad I. A. Boſium 3. Iul. 1666. data, ſic loquitur: „Eo ferme nihil doctius nouit Dania." Is multa meditata habet in Ioſephum. Adcurate enim codices optimos quosque MSS. etiam Florentinos, et Pariſienſem conſuluit.

Latini Latinii ad quaedam Ioſ. loca obſeruationes leguntur in eius bibl. ſacro-profana, pag. 158 ſq.

Goth. frid. Leſſius, ſacrorum in aula Hannouerana praeſes, 1781. 1782. adhuc Theologiae apud Goett. profeſſor, edidit in 4. proluſiones duas ſuper Ioſephi teſtimonio de Chriſto. Idem, ni fallor, disquiſitionem de Ioſephi auctoritate et vſu in explicandis libris S. S. V. T. Goettingae 1786. editam, ſcripſit.

I. Lightfotius, vir, in literis S. S. et ſcriptoribus Talmudicis longe verſatiſſimus, in Ioſepho non quidem edendo, ſed illuſtrando, multum deſudarat. Is quam diligens et adſiduus

in legendo Iofepho, et in explicandis ex eo S. geographiae obfcuris locis fuerit, fatis demonftrant ea, quae cum republica litter. communicauit, fcriptaque alia et chorographica praefertim collectanea, quae horis fuis Talmudicis in Euangelia praemitit. Lightfotiana ingenti pretio redemerat Bernardus.

I. Georg. Meufel bibliothecam hiftoricam a Struuio inftructam, et a Budero auctam noua ratione digerendo, amplificando, et emendando, vberrimam fimul de Iofepho notitiam nobis dedit.

Ioa. Dau. Michaelis opera quam plurima excutienda funt nouo Iofephi editori et interpreti.

Chriftianus Noldius, Danus, fcripfit hiftoriam idumaeam, fiue de vita et geftis Herodum diatriben, Franequerae Frif. 1660. 12. vbi notas vindiciasque in quaedam Iof. loca profert. Repetiit Hauercampius.

Gotofrido Oleario praefide, frater eius, *Georgius Philipp. Olearius,* in differtatione hiftorico-critica expendit Iofephi de Vefpafianis, ad fummum imperii faftigium euehendis, vaticinium. Lipf. 1699.

I. Adam. Ofiander, linguae graecae in acad. Tubing. prof. 1744. fcripfit de Zachariae filio, in Flav. Iofepho inueniendo.

Ioa. Bapt. Ottii fpicilegium, fiue excerpta ex Fl. Iof. ad N. T. illuftrationem. Lugduni Batau. edi curauit Sigeb. Hauercampius, primum quidem in adpendice ad fuum Iof. dein longe vberius in peculiari libro, 1741. 8.

I. Nicol. Paulizky, Francof. 1781. edidit in 4. Drei kleine chronologifche Unterfuchungen nebft der Gröfse des alten Ierufalems nach Iofephi 60 und 90 Thürmen.

Ioa. Rainoldus in prael. fiue cenfura de libris apocryphis plufcula in Iofephum notauit.

Ioa. Eberhardus Rauius in Exercitat. acad. pro nube gloriofa fuper arca foederis, per particulas editis, dein 1760. vno volumine Traiecti ad Rhen. in Differtationibus S. S. antiquariis, recufis, cum aliis Iofephum accufat interpolatae veritatis biblicae reum.

Hadrianus Relandus L. L. O. O. et antiquitatum ecclef. prof. apud Vltraiectenfes in claffico fuo de Palaeftina opere, poft Bochartum de locis Iof. geographicis iam egregie meritus, etiam inferta fuae Iofephin. operum editioni charta pura, vbique notas fuas et animadverfiones feminauerat, in numerum molemque maiorem excreturas, fi per fata licuiffet. Sunt tamen illae tales, vt Hauercampius adfirmare aufit, iis plurimam auctori maximo lucem adfundi, atque ingenium fcribentis doctrinamque mirifice commendari.

M. *Michael Reis* differtationem hiftorico-theolog. fcripfit, qua Iofephi filentium euangel. hiftoriae non noxium effe quinque capp. oftendit. Altorf. 1730.

Ioa. Henr. Refs Archidiaconus Quelpherbyt. libellum edidit, Ueber des Iofephus Erwänung von Chrifto. Brunofuic. 1775. 8.

Iof. Scaliger in praef. ad opus de emend. temp. vti et in notis ad Eufeb. Chronicon multa abftergit a Iofepho crimina, ab imp ris illi impacta. Nec in elencho trihaerefeos Iofephi obliuifcitur, cuius etiam nouam recenfionem meditabatur. vid. *Patini* epift. 67. pag. 186. edit. Parif.

Henrici

Henrici Scharbeau obſeruationes Basnagianas in Flau. Ioſephum, quibus varia illuſtris ſcriptoris loca illuſtrantur, vindicantur, emendantur, vid. in biblioth. Lubec. vol. X. pag. 202 ſq. vol. XII. pag. 560—597.

Ioan. Gottfrid. Scharfenberg edidit proluſionem de Ioſephi et verſionis Alexandr. conſenſu, Lipſ. 1780. vbi obſeruationes etiam promiſit ad V. T. libros ex Ioſepho illuſtrandos, quod tamen propoſitum mors praeuertit praematura.

Chriſt. Frid. Schmidii exſtat enarratio ſententiae Flau. Ioſ. de libris V. T. ſectio I. publico nomine propoſita in vigiliis paſchalibus Viteb. 1777. Sectio altera, continuato pagin. numero, eodem anno emiſſa.

Chriſt. Schottanus in biblioth. hiſtoriae S. V. T. ſiue commentario vberiori ad Seuerum Sulpit. nonnulla Ioſephi loca illuſtrat.

Conr. Samuel Schurzfleiſchius obſeruationes et emendationes margini ſui exemplaris Ioſephini adſcripſit. Hoc in biblioth. Vinar. adſeruatur; illas Villoiſonius in epiſt. Vinar. repraeſentauit.

I. Salom. Semlerum ſpicilegium crit. theologicum de auctoritate Archaeolog. ad Flauianam exercitationem Lipſienſ. Halae Magd. 1757. edidiſſe, de Erneſtio loquens iam indicaui.

Iacobus Serenius, Nykoepingenſis in Suecia praepoſit. et paſt. Holmiae 1752. edidit: Chriſtendomens Styrka of Hedningarnas, Särdeles Flau. Ioſephi omdommen om Chriſto. Hunc libellum, in quo collecta ſunt teſtimonia gentilium, et Flau. Ioſ. de Ieſu, Celeb. Murrayus, Goettingenſis prof. e ſuecico in germanicum tranſtulit, vel transferendum curauit. Goett. 1758. 8.

Ezechiel Spanhemius egregias varii generis notas ſuo Ioſephino exemplari adſcripſit, quae ad ſcriptoris huius intellectum plurimum faciunt. Chartas quoque ſolutas plures inſeruit, ſua manu deſcriptas, quae praeter alia multa indicem quoque geographicum pulcherrimum, atque alios continebant indices, Chronologica item, aeras, apud Ioſephum in hiſtoria S. et externa obſeruatas, rectores Syriae et Iudaeae, Iudaeae praeſides et procuratores, obſeruationes de Ioſepho ipſo, loca et verba in Ioſepho ſuſpecta et notanda, verba denique Ioſephi, apud Heſychium obſeruata. Exemplar hoc, chartasque iſtas Hauercampius nactus, ſed paulo ſerius, in appendice repraeſentauit.

Lud. Timoth. Spittler proluſionem acad. ſcripſit de vſu verſionis Alex. apud Ioſ. Goettingae 1779.

Frid. Hannibal Stempel ſcripſit Ienae 1706. diſſertationem ad locum Flav. Ioſ. antiquit. iud. I. cap. 3. de columnis antediluuianis.

Chriſt. Georg. Steuber, Rintelii 1754. praeſ. *Hermanno Furſtenau* edidit disquiſitionem de ſcriptis Flau. Ioſ. et fide, quam merentur.

Theod. Ambr. Strohbach 1748 Lipſ. edidit diſſertationem de Ioſepho, Veſpaſiano imperium praedicente, vere num diuinauerit?

Chriſt. Guilelm. Thalemann ſcripſit Lipſ. 1781. tractatum de nube ſuper arca foederis, commentario iudaico, cui adiecta eſt disquiſitio de Philonis et Ioſephi auctoritate in hiſtoria rituum SS.

Io.

Io. Bapt. Casp. d'Ansse de Villoison edidit Venetiis Anecdota graeca 1787. in quorum tom. II. pag. 69. quaedam dicit in Iosephi testimon. de Iesu Ch. et epistolas Vinarienses Turici 1783. vbi pag. 80 — 92. notas Ios. Scaligeri, exemplari bibl. Vinar. adscriptas, profert, simul coniunctas cum praecipuis obseruationibus et emendationibus, a Schurzfleischio alteri eiusdem bibl. exemplari adscriptis, profert.

Vollborthius, haud ita pridem prof. et pastor Gott. cum aliquando festa pentecostalia ciuibus acad. indiceret, in Matth. II, 16. commentatus, infanticidii Bethlehem. historiam veram esse vindicauit, non obstante Iosephi silentio. 1788. 4.

I. Isaac. Vossium nouam chronologiam S. ad Iosephi mentem, Hagae Comit. 1661. edidisse, refert I. Henr. Vrsinus in epist. Reinesii et Bosii pag. 468.

Christoph. Wagenseil commentario Talmudico de vxore, adulterii suspecta, obseruationes quasdam circa Iosephum inseruit.

I. Wasssi specimen examinis variarum lectionum Hudsonianarum, Hauercampius in adpendice protulit.

Whistonem varias in Iosephum dissertationes anglicanae suae versioni adiecisse, nouo huius scriptoris interpreti neutiquam praetereundas, iterum monendum duxi.

Franc. Wockenius Sedini 1720. in 4. edidit specimen de vsu, qui ex Iosepho eiusque dictione ad illustrandas S. S. litteras, et singillatim N. T. hauriri insignis potest.

Wirceburgi pridie Calendas Iun. 1795.

Franciscus Oberthür.

I. *De Iosepho Pseudo-Gorionide* [a]).

Reliquum est, vt nonnihil etiam dicam de *Iosepho Hebraico*, qui in Iuchasin vocatur Iosephus ben Matthatiae, sacerdos ben Gorion, vt vnum sit familiae nomen, alterum patris. At Flauius Iosephus, Matthiae filius, II. 25. de bello Iudaico pag. 822. diserte distinguit se a Iosepho, filio Γωρίωνος [b]), et a tertio Iosepho, filio Simonis [c]). Equidem Iudaeis liber hebraicus,

a) Subieci ea, quae *Fabricius* I) de *Iosepho Pseudo-Gorionide*, II) de illius editionibus, III) de aliis Iosephis, qui graece scripserunt, atque IV) de scriptoribus quibusdam veteribus deperditis de rebus Iudaeorum congesserat, additis quibusdam supplementis. Denique adieci indicem scriptorum a *Iosepho* citatorum, ex editione Hauercampiana. — De Iosepho Gorionide eiusque editionibus plura dabunt *Io. Christoph Wolfius* in bibliotheca hebraica tom. I. pag. 508 — 525. et tom. III. pag. 387 sqq. ac M. *Hermann Frider. Koecher* in noua bibliotheca hebraica secundum ordinem bibl. hebr. — Wolfii, parte I. Ienae 1783. 4. pag. 53 sq. vbi quoque *Koecher* multus est de *Flauio Iosepho*, praesertim de eius editionibus ac versionibus aliisque, quae ad historiam illius litterariam pertinent, rebus et controuersiis post Fabricii labores largum collegit spicilegium: quod superioribus, a cel. Oberthürio adnotatis, addere iuuat. *Harl.*

b) *Gorionis* mortem commemorat Iosephus libro V. de bello Iudaico cap. 1. pag. 885.

c) *Io. Mollerus* in Homonymoscopia, Hamburgi 1697. 8. p. 232 sqq „hunc scriptorem esse, ait, Gallum, ex agro, (quem reliquis Galliae tractibus saepius memorat,) Turonensi, saec. VI. posteriorem; *Ioseph. Scaliger*. (in elencho Trihaeresii, cap. 4 et 5.) ex mentione Francorum et Gothorum, nominumque, Galliae vrbibus, post saeculum istud, demum impositorum, cum *Casaubono*

cus, qui ſub iſto nomine ſtilo facili et eleganti ſcriptus exſtat, pro vero Flauii Ioſephi ac genuino foetu habetur, et primus eius meminit Abraham Leuita ben Dior, (qui ſcripſit anno Chriſti 1160.) notante *Ioanne Morino.* Magnis eum elogiis mactarunt *R. Dauid Ganz.* p. 95. edit. Vorſtii, *R. Abraham Conat,* curator primae editionis CPolitanae, poſteriorisque probator, *R. Tam ben Iechaia:* laudat et David Kimchi, qui A. C. 1380. vixit, ad Haggaei 2 Zach. 11. et in libro radicum in כנס, quibus adſentitur *Munſterus* in praefat. [*] Ex ipſis vero Iudaeis grauiter in eum inuehitur R. Abarbanel [d]) in Majene Hajeſchua pag. 65. plurimaque aliena a veritate ſcripſiſſe contendit prae metu et adulandi Romanis ſtudio. Ceterum eruditis hodie Chriſtianis plerisque dubium non eſt, Ioſephum huncce Hebraicum ex Graeco vel potius latina Ioſephi graeci verſione eſſe expreſſum vel excerptum potius, nec Ioſephum ipſum auctorem, ſed longe recentiorem aliquem eſſe, qui pro lubitu digeſſit, addidit, (v. g. fabulas de Alexandro M. e Pſeudo-Calliſthene) interpolauit, omiſit, vt ipſi videbatur. Vid. *Io. Morini* exercitat. bibl. pag. 235 ſq. et part. III. de ſacris ordinatt. pag. 147. *Druſium* lib. I. de tribus ſectis Hebraeorum cap. 8. *Io. Rainoldum* tom. I. praelect. de Apocryphis p. 1242 ſq. *Scaligerum* elencho trihaereſii cap. 4 ſq. *Bartoloccium* tom. III. bibl. Rabbinicae, Romae 1683. nr. DCCXXXII. pag. 799. [e]) et *Iacobum Basnage* in hiſt. Iudaeorum, gallice edita, lib. VII. cap. 6. tom. V. pag. 1540 ſq. *Io. Picus Mirandulanus* in epiſt. pag. 261. Opp. *Quod petis de Ioſepho, ſcias iuſtum Ioſephum apud Hebraeos non reperiri, ſed Ioſephi epitoma, i. e. breuiarium quoddam, in quo et multa ſunt commentitia, et quae de decem tribubus ibi leguntur, quae poſt Babylonicam captiuitatem poſtliminio non redierunt: ea eſſe notha et adulterina, ex Hebraeis mihi plures confeſſi ſunt.* Munſterus quoque et Breithauptius, qui Gorionidem latine verterunt et pro genuino audent venditare, tamen eum valde interpolatum a recentioribus Iudaeis haud diffitentur. Vide *Breithauptii* praefat. et notas p. 222. 309. etc. *Fabric.* Multo plures VV. DD. in vtramque partem disputantes, excitant *Wolfius* B. H. l. c. et *Mollerus* l. cit. idemque Moller. oſtendit, ſcriptorem iſtum non modo eſſe ψευδώνυμον, neque adeo Ioſephi nomen habuiſſe proprium, neque Gorionis fuiſſe filium vel Gorionidarum ſaltem, gentis iudaicae antiquiorum, aliquem; ſed etiam impoſtorem, nugatorem omnium mendaciſſimum, fabularum architectum, qui dolo malo nomen adoptaſſet antiquioris Ioſephi Gorionidis. *Wolf.* in B. H. I. pag. 512. ait, ſcriptum eſſe ſuppoſititium et medii aeui, nec habere diſſentientes idonea opinionis ſuae praeſidia, illorumque argumenta late examinat refutatque. Add. *Struuii* diſſ. de doctis impoſtoribus, §. 4. 5. *Gagnerii* animaduerſſ. ad Breithauptii edit. Gorio-

no (exerc. XVI. contra Baronium ad a. Ch. 34. nr. 221. pag. 677.) atque *Voſſio* (lib. II. de hiſtor. graec. cap. 8. pag. 196. 197.) collegit." Conſentiunt alii, quibus adſentitur cenſor in Actis erudit. Lipſ. a. 1690. menſ. Iunio pag. 301 ſq. vbi de mala Ioſephi Gorionidis fide quaedam ſunt adlata. — *Petrus Allixius* in diſſ. de natali Chriſti pag. 142. ait, eum vixiſſe poſt a. Chr. 800. et ante a. 873. — Cum Morino, poſt an. milleſimum illius hiſtoriam innotuiſſe, contendente facit *Iac. Basnage* in hiſt. iudaica, tom. IX. pag. 150 ſqq. — *Saxius* in Onom. in part. VII. ſ. indice communi pag. 366. aetatem illius architecti hiſtoriae iudaicae hebraice ſcriptae, cum *Oudino* (cuius vide comment. de S. S. eccleſ. tom. II. p. 1033 ſqq.) adligat a. Chr. circ. 1110. eumque in Francia vixiſſe ac ſcripſiſſe ex Oudino refert. *Harl.*

d) Vide Acta eruditor. tom. II. ſupplementi pag. 300. Non adſentior Ioſepho de Voiſin, qui pag. 302. ad Raym. Martini pugionem, Ganzium et Abarbanelem de Graeco Ioſepho loqui exiſtimant.

e) Locum excerptum leges in Act. erud. Lipſ. l. c. pag. 302. *Harl.*

Gorionidae, in *Clerici* bibl. fele&a, tom. XXV. part. I. pag. 43. Breithauptius quidem in praefat. ad Rafchii comment. latine verfum in libros hiftor. Gothae 1714. 4. cauffam fuam tueri adgreffus eft; fed *Wolf.* B. H. I. pag. 514 fq. argumenta eius noua diluit fregitque, fontesque, ex quibus compilator ifte fua haufit, diligenter aperuit. *Harl.*

II. *Editiones Iofephi Gorionidis.*

Hebraicae. Conftantinopolitanae duae, vna decurtata a R. *Abraham Chonath*, medico CPol. prodiit A. M. 5250. (Chrifti 1490. [f]) et altera integra A. M. 5270. (Chrifti 1510.) recufa Venetiis A. M. 5304. (Chrifti 1544.) Cracouiae A. M. 5355. (Chrifti 1595.)

Francofurtenfis A. M. 5449. (Chrifti 1690.) 12. Venetae veftigiis infiftens [g]).

Hebraico-latinae, Seb. Munfteri prima editione CPol. decurtata [h]) vfi; cum eius latina verfione, feparatim excufa, et notis, Bafil. 1541. fol. Haec editio nec admodum emendata nec integra eft; incipit enim a folio editionis Venetae feptimo et definit pagina pofteriore folii XCII. quum editio Veneta conftet foliis CLV. Integriorem hebraico-latinum Gorionidem ex Veneta, et, quae eam fequitur, Francofurtenfi [P] editione typis nitidis cum perfpicua verfione latina dedit *Io. Fridericus Breithauptius*, Confiliarius Saxonicus, Gothae 1707. 4. libris fex Gorionidis diuifis in capita minora, et additis per fingulas paginas breuibus notis, quibus non modo CPolitanam et Munfterianam editionem fed et Iofephum graecum et Hegefippum latinum contulit, pollicitus notas alias prolixiores [i]). Aliam editionem latinam Gorionidis cum eruditis prolegomenis, notisque debemus *Ioanni Gagnier*, Oxon. 1706. 4. [k]) Idem *Munfterus* Wormatiae a. 1529. 8. ap. Petrum Schaeferum edidit cum verfione fua compendium Gorionidis [l]) a Iudaeo Hifpano, Abraamo ben Dior, a. Chr. 1161. concinnatum, ad cuius differentiam liber totus Gorionidis vocatur *liber Gorionidae longus*, obferuante Scaligero. Idem compendium *Sebaftianus Lepufculus* vulgauit Bafileae 1559. 8. latine e Munfteri verfione, cum acceffionibus variis.

Arabice fub Gorionidis nomine exftat in Polyglottis Londinenfibus et Parifienf. interpolata librorum Maccabaicorum verfio. Vide *Antonii Vandale* librum de Ariftea pag. 136. et *Barthol. Herbelotum* in biblioth. orientali pag. 863. a.

Gallica

f) *Derofi* in disquifitione de hebraicae typographiae origine et primitiis, cap. V. §. 16. pag. 55 fqq. vbi de hac editione differit, eam, fufpicatur, non *Conftantinopoli*, quod infcriptio fuadeat, fed alio prorfus in loco formulis fuiffe defcriptam typographicis. conf. *Prideaux* praef. ad connexionem hift. V. et N. T. — *Cracouienfem* edit. non prodiiffe a. 1595. fed a. C. 1589. apud Ifaac Proftitz, monet Wolf. B. H. III. p. 387 fq. adde *Moller.* l. c. pag. 233 fq. *Harl.*

g) Vide Act. Erudit. Lipf. 1690. pag. 301 fq. vbi vero perperam dicitur R. *Tam*, tum iam ante duo fere faecula mortuus, Francofurtanae editionis curam geffiffe, notante *Wolf.* B. H. I. p. 516. Inchoata autem illa eft 1689. et a. fequenti ad vmbilicum perducta. — Nouiffimam, Amftelodam. 1724. 12. apud Salomon Probs, memorat Wolf. III. pag. 388. *Harl.*

h) Sed dubitat *Wolf.* B. H. I. pag. 517. adde eumdem tom. III. pag. 388. *Harl.*

i) Vid. *Reimmanni* catal. bibl. theol. pag. 867 et 877. atque *Cleric.* biblioth. felect. gall. tom. 23. part. I. pag. 171 fqq. *Harl.*

k) Vid. fupplem. act. erud. Lipf. tom. IV. pag. 12 fqq. *Harl.*

l) In hoc compendio alia quaedam etiam addita effe, quae in Gorionide non exftant, obferuat *Io. Morinus* pag. 313. exerc. bibl.

Gallica verſio Epitomes Dauidis Kiberi, per *Franciſcum Belleforeſtum* concinnata in antiquis gallicis Ioſephi editionibus legitur. *Kiberi* verſio latina lucem vidit Argentor. 1550. 8. m)

Germanica verſio. Michaelis Adami Iudaei ad Chriſtum conuerſi prodiit Tiguri 1546. 4. litteris hebraicis.

Alia interpretatio litteris itidem hebraicis excuſa Pragae, 4. ſine anni mentione: tum Amſtel. 1661. cum commentario.

Georgii Wolfii, Paſtoris Grimmenſis, verſio charactere etiam germanico expreſſa Vrſellis 1577. 4. [Magdeburgi 1561. 4. vid. Wolf. III. pag. 388.] Francof. 1613. tantummodo compendium Gorionidis exhibet, quod a Munſtero et Lepuſculo editum retuli.

[Dialecto iudaeo-germanica prodiit Francof. ad M. 1692. 8. et 1708. 8. cum expoſitione locorum quorumdam breui. vid. *Wolf.* I. pag. 519. et III. pag. 388. — Compendium hebraeo-german. per feminam iudaicam אירל filiam Moſis R. Mendel. Cracou. 1670. 4. vid. *Wolf.* I. pag. 520. *Harl.*]

De verſione hebraica Ioſephi, quam in bibl. Vaticana MStam haberi teſtatus eſt Baronius, dixi ſupra nota *b.* [quam adieci Oberthürianae narrationi.] Quod vero in Siphte Ieſchinim pag. 66. legas Flauii Ioſephi antiquitates bellumque iudaicum hebraice conuerſa exſtare, ſed tantum MSta: hoc in Actis Erud. anni 1690. pag. 302. non alio argumento niti creditur, quam quod R. Azarias in Meor Enaiim Ioſephi teſtimoniis plus ſimplici vice eſt vſus, qui tamen vt latinae linguae non imperitus fuit, latinam Ioſephi verſionem euoluere potuit. [ſ]

III. *Alii Ioſephi, qui Graece ſcripſerunt.*

Ioſephus, Alexandrinae eccleſiae archidiaconus, cuius oratio breuis panegyrica ad Synodum CPol. in qua vicarium Michaelis patriarchae geſſit habita a. Chr. 869. exſtat tom. VIII. Concil. pag. 114.

Ioſephus, Arimathaeus, ſub cuius nomine confictae iam pridem epiſtolae, de quibus Tho. Ittigius in exerc. de patribus apoſtolicis pag. 24 ſq.

Ioſephus Bryennius circa a. 1400. clarus. De cuius ſcriptis aduerſus latinos, aliisque multa Allatius, de libris eccleſiaſticis graecorum pag. 136. 143. 237 ſq. 311. 339 ſqq. et in aliis ſuis operibus. Vide vtramque partem, ſiue potius adpendicem vtramque hiſt. litterariae eruditiſſimi Cauei. [vid. *Fabric.* B. Gr. vol. X. pag. 525. et alibi: *Saxii* Onom. II. pag. 394.]

Ioſephi, Cretenſis, florilegium ſiue hortum ſententiarum MS. poſſidet bibliotheca publica Auguſtae Vindelicorum. Vide Reiſeri catalogum pag. 40.

Ioſephus, CPolitanus patriarcha, latinis cedere coactus et in Florentino Concilio a. 1439. mortuus. Vide *Warthoni* adpendicem ad Cauei hiſt. litterariam a. 1416. vbi ſcripta eius recenſentur.

H 2 [*Ioſephus*

m) Sub titulo: *Hiſtoria belli iudaici ex Ioſepho Hebraeo, quem Iudae hodie vocant Ioſephon.* Eſt vero tantummodo poſtrema pars quam Münſterus in edit. Baſil. 1541. omiſerat. *Harl.*

[*Iosephus*, s. *Iosaphatus Cucuzeles.* Allatius de libr. eccles. gr. p. 99 sq. — *Iosephus Diaconus.* Fabr. vol. X. B. Gr. pag. 134.]

Iosephus Genesius ad Constantinum Porphyrogennetum medio saeculi decimi graece scripsit vitas Imperatorum Byzantinorum, Leonis Armenii, Mich. Balbi, Theophili, Michaelis filii, Michaelis Theophili filii et Basilii Macedonis. Codex graecus MS. seruatur Lipsiae in bibl. Paulina, cuius editionem moliti praeclari viri Io. Andreas Bosius et Christianus Wagnerus, ambo Lipsienses, eruditissimi ambo et vita longiore dignissimi. Vide Caveum parte secunda hist. litterariae. [Editus est liber cum versione et notis *Steph. Bergleri.* Venet. 1733. fol. vid. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. part. I. pag. 476 sq. Fabr. B. Gr. VI. pag. 620. etc. *Harl.*]

Iosephi, hymnographi, qui saeculo IX. floruit, et sub Ignatio, patriarcha CPolitano, sceuophylax fuit, Mariale, e graecis MSS. collectum, latine redditum et notis illustratum ab Hippolyto Marraccio, lucem vidit Romae 1662. 8.

Iosephus, hypomnestici auctor, Iosepho, Tiberiensi, de quo infra, iunior, circa a. Chr. 420. claruit, vt parte secunda historiae litterariae variis argumentis colligit *Caueus*, qui de hoc scriptore agit diligentissime, et parte I. ad a. Chr. 668. refert, Theodorum Cantuariensem [?] iam tum illo libro bibliothecam suam instruxisse. Opus ipsum hactenus ineditum et in quinque libros diuisum, varias res sacras tractat et dubia circa sacras litteras resoluit. Plurima e Flauio Iosepho repetit, vsque adeo, vt Iosephi nomen inde scriptori haesisse idem Caueus suspicetur. Ex codice MS. Cantabrigiensi apographum huius libri habuit Tho. Galeus, qui ex illo quaedam affert in notis ad Iamblichum de Mysteriis Aegyptiorum pag. 215. Citatur etiam a Patricio Iunio in notis ad epist. Clementis Romani, ab Is. Vossio contra Rich. Simonem, a Cangio, Seldeno, Cotelerio, denique a Godfrido Oleario in acutis ad Matthaeum obseruationibus. [Sed vid. *Fabric.* B. Gr. cap. 41. libri V. tom. X. p. 109. tum in calce vol. II. codicis pseudo-epigraphi V. T. vbi Hypomnesticon etc. cum versione ac notis edidit. *Harl.*]

Iosephus, Methonensis episcopus, latinis fauens, claruit circa a. Chr. 1440. et apologiam scripsit pro synodo Florentina aduersus Marcum Ephesinum. Exstat ad calcem synodi Florentinae Rom. 1557. 4. et tom. XIII. Concil. pag. 677. graece et lat.

Iosephi Metropolitae Gani epistola, qua Ioannem Calecam, patriarcham, accusat apud Annam, imperatricem a. Chr. 1346. habetur MSta in bibl. Vindobonensi.

Iosephi Rhacendytae epitome rhetorices MSta exstat in eadem bibl. Vindobonensi.

Iosephus Studita, Theodori frater, Thessalonicensis archiepisc. et, quod imaginum caussa exsilium subiisset, *Confessor* dictus, circa a. Chr. 809. Eius oratio in exaltationem crucis apud *Gretserum* tom. II. de cruce pag. 1200. Epistola ad Simeonem monachum apud *Baron.* ad a. Chr. 808. nr. 22. [adde infra, vol. X. pag. 134.]

[*Iosephus*, Thessal. archiepiscopus, *κανόνων ποιητής.* vid. *Fabric.* B. Gr. V. cap. 32. vol. IX. pag. 91. 92. 93. 129. vol. X. pag. 134. etc. *Harl.*]

Iosephus, Tiberiensis, ex Iudaeo Christianus, laudatus Epiphanio haeresi XXX. nr. 4 sq. qui ab eo hospitio exceptum se testatur. Hunc Is. Vossius existimauit esse auctorem Hypomne-

Hypomnestici, de quo antea dixi, sed refragante, vt iam notatum a me est, doctissimo Caueo.

Denique in Iohannis Nicaeni epistola de festo die natali apud Combefisium in historia Monothelitarum pag. 302. memoratur Iulius, romanus episcopus, reperisse *σύγγραμμά τι Ἰωσήπȣ τȣ͂ χρονογράφȣ συγγραφθὲν παρ᾽ αὐτȣ͂*, in quo scriptum fuerit, quod mense septimo in solennitate tabernaculorum ac die expiationis apparuerit dei angelus sacerdosque mutus manserit, vsque dum Elizabet, eius vxor, in senectute concepit.

IV. *Scriptores quidam veteres deperditi de rebus Iudaeorum.*

Alexander, *Polyhistor*, *ἐν τῇ περὶ Ἰȣδαίων συντάξει.* Euseb. IX. 17. praeparat. Euangelicae. Eadem est *ἡ Ἀλεξάνδρȣ τȣ͂ Πολυΐστορος γραφὴ* pag. 426. vbi miror eruditum interpretem, qui vertit: *Atque haec omnia ex Alexandri, Polyhistoris, Annalibus.* Vide et pag. 454. [supra in vol. I. pag. 829.]

Antonius Iulianus, Minucius Felix cap. 33. nr. 5. *Scripta eorum relege, vel si Romanis magis gaudes, vt transeamus veteres, Flauii Iosephi vel Antonini Iuliani de Iudaeis require.*

Apion Plistonices, de quo supra hoc capite not. ad notit. Ioseph. libr. de antiquit. gent. iud.

Apollonius Molo. Infra in *Melo.*

Aristaeus ἐν τῷ περὶ Ἰȣδαίων. Euseb. IX. 25. praeparat. Idem cuius *βιβλίον περὶ τῆς ἑρμηνείας τȣ͂ τῶν Ἰȣδαίων νόμȣ* laudat cap. 38. et quod etiamnum habemus, vt dixi lib. III. [cap. 13. vol. III. pag. 660 sq.]

Artabanus ἐν τοῖς Ἰȣδαϊκοῖς. Euseb. IX. 18. praeparat. et 23 et 27.

[*Castor,* chorographus, adtigit res iudaicas. Ioseph. tom. II. edit. Hauerc. 455. 475. *Harl.*]

Cleodemus Malchus. Vide Iosephum pag. 24.

Eupolemus ἔν τινι περὶ τῆς Ἡλίȣ προφητείας. Idem IX. 30.

Ezechiel ὁ τῶν Ἰȣδαϊκῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς, de quo vide, si iuuat, quae dixi lib. II. cap. 19. [vol. II. pag. 305 sq.]

Hecataeus καὶ βιβλίον ἔγραψε περὶ ἡμῶν inquit Iosephus Iudaeus I. contra Apion. pag. 1050. [vid. *Prideaux* hist. V. T. pag. 685. 686. 687. *Heum.* — *Zornii* Eclogae Hecat. Abderitae. Alton. 1730. 8. *Harl.*]

Iustus, Tiberiensis, Pisti Nobilis filius, Flauii Iosephi aequalis, scripsit *περὶ Ἰȣδαίων βασιλέων τῶν ἐν τοῖς στέμμασιν* a Moyse vsque ad Agrippam, regem vltimum. *Laert.* II. 41. Vide Phot. cod. XXXIII. qui chronicon adpellat. Etiam separatim, vt videtur, scripsit *de bello Iudaico.* Steph. in *Τιβεριάς*. Iosephus pag. 1000. vbi ait, hunc Iustum fere caussam euersae reip. iudaicae cum fratre suo fuisse, neque eius historiam mereri fidem. Conf. *Vossium* II. 8. de Hist. Graec. [*Fabric.* B. Gr. vol. IX. pag. 385.]

Melo, ὁ τὴν συσκευὴν τὴν κατὰ Ἰȣδαίων γράψας Μήλων. Apud *Euseb.* IX. 19. praeparat. sed legendum Μόλων, vt intelligatur Apollonius Molo, de quo Iosephus. Idque miror Vigero, erudito Eusebii interpreti, non suboluisse.

Philo, poeta, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα. *Euseb.* IX. 20. de praeparat. Liber decimus quartus eiusdem operis citatur cap. 24. Ex eodem opere proferuntur nonnulla cap. 37.

Theodotus, Phoenicius poeta, ἐν τῷ περὶ Ἰȣδαίων. *Euseb.* IX. 22. Praeparat. Dixi de hoc lib. II. cap. 19. [vol. II. pag. 324.]

De' *Aristobulo*, *Clearcho*, *Demetrio Democrito*, *Herennio Philone*, *Nicarcho*, Ammonii f. et *Teucro*, Cyziceno, alibi. [✝]

[Adde *Trogum*, quem Iustinus in compendium contraxit. Huc quoque pertinent, qui de Herode scripserunt, vt *Ptolemaeus Mendesius.* vid. infra cap. de Ptolemaeo, §. XV. in catalogo variorum Ptolemaeorum. *Heum.*]

V. *Index Scriptorum a Iosepho citatorum, ad paginas editionis Hauercamp.* n)

Acusilaus, pag. 18. a. Argiuus 439. b. o)
Agatharchides 457. b. — Cnidius 585. a. 457. b.
— ἐν ταῖς διαδόχων πράξεσι 585. a.
Alexander, Polyhistor, 44. a.
Anaxagoras 482. b. Clazomenius 493. b.
Andreas 472. b.
Antiochus de Siculis 439. b.
Apion, grammaticus, 468. b. 469. b. 470. b. 495. b. etc.
— Apionis Αἰγυπτιακὰ seu rerum aegyptiacarum tertius, 469. b.
Apollodorus 475. b.
Apollonius Molon *vel* Molo, 475. b. 480. b. 492. b. 495. b.
— Molonis fil. 475. b. 480. b.
Argolicon seu Argolicorum scriptores, 439. b.
Ariphanes vid. *Aristophanes*.
Aristaeus 593. a. 472. b.
Aristophanes, rectius forsan *Ariphanes*, (historicus,) 458. b. [Male, inquit Fabricius, *Aristophanes* apud *Eusebium* IX. 42. praeparat.]
Aristoteles 454. b. — eius Rhetorica, 454. b. sq.
Asinius 697. a.
Berosus 28. a. 331. b. 349. b. 450. b.
— Chaldaeus, 18. a. 449. b. sq. rerum chaldaicarum auctor, 18. a. 513. a. — in tertio histor. chaldaïcae libro, 536. a. — in tertio Chaldaïcorum libro, 451. b.
Cadmus, Milesius, 439. b.
Callias 439. b.
Castor, chorographus, res iudaicas adtigit, 455. b. 475. b.
Chaeremon, eiusque historia aegyptiaca, 465. b.
Choerilus, poeta, 453. b. sq.
Clearchus, Aristotelis discipulus, libro primo de somno 453. b. sq.
Cleodemus, vid. *Malchus*.
Conon, historicus, 458. b. [Male *Comon* apud Euseb. pag. 458. praeparat. ait Fabric.]

n) Fabricius confecerat hunc ad paginas editt. Geneuens. et Lipsiens. Ego vero substitui eum, quem Hauercampius vol. II. suae editionis subiunxit, paginis suae editionis adcommodatum. *Harl.*

o) *a* tomum denotat primum, *b* secundum.

Demetrius, Phalereus, regiis bibliothecis praefectus, 585. a. 595. a. ſq. 458. b. 472. b.
Diagoras Melius, 493. b.
Diocles in ſecundo rerum Perſicarum, 538. a.
Dius, hiſtoricus, eiusque hiſtoria Phoenicum, 435. a. 448. b.
Draconis Leges 440. b.
Epaphroditus 39. b. 468. b. 495. b.
Ephorus, hiſtoricus, 18. a. 439. b. 444. b.
Euemerus 458. b.
Eupolemus 458. b.
Hecataeus 18. b. 456. b. ſq. 472. b.
— Abderita, 588. a. 455. b.
— eius liber de Iudaeis, 455. b. ſq. 458. b.
Hellanicus 18. a. 439. b.
Hermippus in primo de Pythagora libro, 453. b.
Hermogenes 458. b.
Herodis commentarii 756. a.
Herodotus 436. a. 449. a. 439. b. 444. b. 453. b. 480. b. in ſecundo hiſt. libro, 512. a.
Heſiodus 18. a. 439. b.
Heſtiaeus 18. a. 19. a.
Hieronymi, Aegyptii, antiquitates Phoeniciae 16. a. 18. a.
— liber περὶ διαδόχων, ſeu de ſucceſſoribus Alexandri 458. b.
Homerus 371. a. 438. b. 469. b. 481. b. 492. b.
Iuſtus, Iudaeus; hiſtoria belli iudaici 5. b. 31. b. ſq. et alibi.
T. Liuius 689. a.
Lyſimachus 466. b. 470. b. 480. b. 490. b.
Manetho 18. a. 446. b. 447. b. ſq. 459. b. 464. b. 465. b. 468. b. 469. b. — Αἰγυπτιακά, 444. b.
Megaſthenes in quarto rerum indicarum, 538. a. 451. a.
Menandri Tyriorum Annales, ſeu *Menander*, Epheſius, [ὁ μεταφράσας ἀπὸ τῶν Φοινίκων διαλέκτε τὰ Τυρίων ἀρχεῖα εἰς τὴν Ἑλληνικὴν φωνήν, p. 267. edit. Lipſienſ.] 434. a. 458. a. 506. a. 448. b. [vbi vid. Spanheim, et vbi, aut in edit. Lipſ. pag. 1042. leguntur haec: γέγραφε δὲ ἔτος τὰς ἐφ' ἑκάςε βασιλέως πράξεις παρὰ τοῖς Ἕλλησιν καὶ Βαρβάροις γενομένας ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ἐπιχωρίων γραμμάτων σπεδάσας τὴν ἱςορίαν μαθεῖν.]
Menedemus, philoſophus, 594. a.
Meſſala 721. a.
Mnaſeas, Damaſcenus, 16. a. 458. b.
Molon 469. b. vid. *Apollonius*.
Mochus 18. a.
Nicolaus, Damaſcenus, 16. a. 18. a. 597. a. 658. a. 668. a. 683. a. 689. a. 693. a. 813. a. 816. a. 837. a.
— — in quarto hiſtoriarum libro, 29. a. 375. a. 375. b.
Pherecydes, Syrus, 439. b.
Philiſtus 439. b.
Philo, ſenior, 458. b.
Philoſtephanus ὁ Τακτικὸς, 668. a.
Philoſtrati Indorum et Phoenicum hiſtoriae, ſeu Philoſtratus in Indicis et Phoeniciis, 538. a. — in Hiſtoriis, 451. b.
Polybius 475. b. — Megalopolites ſeu Megapolitanus 598. a. 621. a.
Polycrates 459. b.
Poſidonius 475. b.
Protagoras 493. b.
Pythagoras 439. b. 453. b. 482. b.
Scriptores incerti, 667. a.
Sibylla 19. a.
Socrates 493. b.
Stoici 482.
Strabo, Cappadox, 662. a. 666. a. 668. a. 686. a. 689. a. 693. a. 694. a. 697. a. 741. a. 475. b.
Thales 439. b.
Theodectes, poeta tragicus, 595. a.
Theodotus 458. b.
Theophilus 458. b.
Theophraſtus περὶ νόμων, 453. b.

Theopom-

Theopompus 595. a. 459. b. non est auctor Τριπολιτικȣ.
Thucydides 439. b. 444. b.
Timaeus 439. b. 459. b.
Timagenes 475. b.
Τριπολιτικόν. Tripolitici auctor, 459. b.
Zopyrion 458. b.

CAPVT IX

DE EPICTETO, PHILOSOPHO.

I. *Epicteti aetas et vita.* II. *Num aliquid scripserit, et de Enchiridio, quod ex eius dictis scriptis consignauit Arrianus.* III—VI. *Enchiridii codices MSS. et editiones.* VII *Arabica editio nulla.* VIII. *Versiones.* IX. *Editiones promissae.* X. *Dicta Epicteti, quae in Arriani IV. libris et in Enchiridio non leguntur.*

[Cum Supplementis *G. C. Harles.*]

[P R A E M O N E N D A.

Epicteti vita et philosophandi ratio, praeter Fabricium, est etiam ab aliis, iisque bene multis, exposita.

Vt *Suidam* voc. Ἐπίκτητος, tom. II. pag. 817. (vbi Küsteri notas conferes,) et *Eudociam* pag. 172. aliosque passim postea citatos praetermittam, hic memorandi veniunt

Paullus Antonius, (postea theologus Halensis,) in diss. praes. M. *Io. Dauide Schwertnero*, idea philosophiae Epicteticae, Epicteti Enchiridio delineata. Lipsiae 1681. 4.

Epicteti vita ex variis depromta, et *Angeli Politiani* defensio pro Epicteto: praemissa Epicteti enchiridio, Delphis, 1723. 8.

Giles Boileau Vie d'Epictete et sa Philosophie. II. Edit. revue et augmentée, à Paris. 1657. 12. et praefixa *Bellegardii* Caracteres d'Epictete. 1709. 12. vid. infra in catal. editionum ac versionum.

The Life and Philosophy of Epictetus, with the Emblem of humane Life by Cebes, rendred into English by *Iohn Dauies*. London by T. R. 1670. 12. — german. versa et praefixa versioni Epicteti germanicae, Lipsiae et Goerlitz. 1747. 8.

Michael Rossal disquisitio de Epicteto, philosopho stoico, qua probatur, eum non fuisse Christianum. Accessit eiusdem oratio de praestantia graecae linguae, Groeningae 1708. 8. conf. Acta erudit. Suppl. tom. IV. pag. 309 sq.

Dan. Müller progr. de Epicteti Christianismo, Chemnicii 1724. 4.

Vitam et placita curate copioseque persequitur M. *Christoph. Aug. Heumann.* in disp. de philosophia Epicteti, respondente IOANNE ADAMO SCHIRNECKIO. (h. e. 1703.) Ienae. 4.

Tillemont. hist. des Emper. II. pag. 270.

Iac. Brucker. in historia crit. philosophiae vol. II. pag. 568—574. et in adpendice siue vol. VI. pag. 391. vt Stanleium aliosque historiae philosophiae conditores praetermittam.

I. G.

I. G. Chaufepié Diction. hist. et crit. h. v. tom. II. — *I. F. Mieg* über Epictets Character und Denkungs-Art, in Pfälzischen Museum tom. I. fasc. 4.

Hos adeat, qui plura de Epicteto eiusque philosophia scire cupiat. adde infra in catal. editionum et versionum, in fine. *Harl.*]

I. EPICTETVS, Hierapolitanus, Phryx, Epaphroditi [a]), qui libertus et cubicularius Neronis, imperatoris, fuit, seruus [b]). Hic, fracto (heri sui iussu) crure [c]), claudus, quum

a) *Suidas:* Ἐπίκτητος Ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας φιλόσοφος, δοῦλος δὲ Ἐπαφροδίτου τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως Νήρωνος. Neronis libertus vocatur ille *Epaphroditus* apud Tacitum lib. XV. cap. 55. Annal. et apud Arrianum in Epicteteis lib. I. cap. 1. Mentio eiusdem lib. I. cap. 19 et 26. Neque alius videtur, cui Flauius Iosephus libros suos inscripsit, vt sentit etiam *Tillemontius* in historia imperatorum tom. II. pag. 471. [vid. *Car. Daubuz* part. III. lib. I. pro testimonio Fl. Iosephi de I. Chr. *Hudson.* et *Spanhem.* ad Iosephi vitam, tom. II. pag. 39. edit. *Hauercamp.* qui tamen ad Ios. contra Apionem I. init. pag. 437. non intelligit Epaphroditum illum, sed alium, Traiani, (vt inquit Grotius ad Lucam cap. I. v. 3.) libertum ac procuratorem. *Harl.*] At enim, quod *Abrahamo Berkelio* praefat. in Epictetum et *Guil. Saldeno* in Otiis theolog. pag. 43. in mentem venit, eumdem Epaphroditum celebrari a Paulo Apostolo, procul est a veritate repulsum. Quomodo enim minister imperatoris ethnici, isque, vt variis argumentis constat, ambitiosus, adulator, crudelis, timidus, esset vel esse posset Apostolus Philippensium, Pauli frater, συνεργὸς, συστρατιώτης, λειτουργὸς τῆς χρείας αὐτοῦ et dilectus σύνδουλος, qui se a Paulo ad Philippenses euangelii causa mitti pateretur Philipp. II. 25. et Coloss. I. 7. Non magis exploratum est, quod sententiae illi superstruitur, Epictetum ex Pauli ore frequenter pependisse, animumque eius *coelesti et matutino Christianae religionis rore quodammodo fuisse adspersum.* Nihil sane Epicteti fertur, quod non a Stoico philosopho proficisci potuerit, nonnulla, quae haud potuere proficisci a Christiano: vt de Christianismo eius vel ad Christianismum propensione vanissima sit suspicio, licet S. Augustinus, Epicteti virtute captus optauerit, eum inter aeternae vitae consortes esse adscitum. [*Guil. Caueus* in Christ. primit. I. pag. 64. *Casp. Barth.* Aduers. LIII. 10. (quem *Rossal* l. c. pag. 5 sqq. copiose refutauit,) *Io. Gottl. Heineccius* in disp. de philosophis Semichristianis, Halae 1714. 4. §. XV. pag. 32 sq. arbitrantur, Epictetum e Christianorum potius consuetudine, quam in Zenonis porticu profecisse, aut, vt Heineccius, quamquam Epictetum nominare Christianum non audet, nostrum tamen Fabricium refutaturus ex locis, quae adducit, colligit, illum, incredibili Christianorum aemulatione incensum, decreta atque instituta illorum curiosius inuestigasse. At enim Epictetus, quamuis multa praeclare docuisset, et saepe discessisset a placitis Stoae, vitamque egisset sobriam suisque praeceptis aptam: immiscuit tamen haud pauca, quae a puriore Christianorum doctrina essent aliena, aut infirmo niterentur talo. conf. praeter Rossali et Heumanni disquiss. laudatas, *Ludou. Christiani Crellii* II. diss. in quibus τὰ τοῦ Ἐπικτήτου ὑπέρσοφα καὶ ἄσοφα, et in priore quidem disp. Lipsiae 1711. habita, in iis, quae ad deum pertinent; in posteriore autem, 1716. ventilata, circa hominis officia erga se, quod ad animum pertinet excolendum, dilucide commonstrat. *Brucker.* in hist. etc. I. p. 574. et in diss. de Stoicis, subdolis Christianorum imitatoribus, in Tempe heluet. tom. III. sect. 2. pag. 260. censet quidem Epictetum neque Christianum fuisse, neque Semichristianum; quae vero elegantius sonarent, ea esse ex subdola Christianorum imitatione profecta: quod equidem vix crediderim. *Harl.*] Nescio etiam, vnde hauserit Lud. Morerius, quod *Epaphroditum*, Epicteti dominum, adfirmat fuisse praefectum praetorianorum militum, (Capitaine des Gardes des Neron.) Nihil eiusmodi tradit Suidas, qui ait fuisse τῶν σωματοφυλάκων Neronis, ex cubiculariis aliquem, non ἔπαρχον; eumdem nempe Epaphroditum, qui Neroni a libellis fuit, eumque in adipiscenda morte adiuuit, et ideo a Domitiano est interfectus, teste *Suetonio* Neron. cap. 49. et Domit. cap. 14. *Plinio* Panegyr. cap. 53. *Xiphilino* pag. 766.

b) Notum distichon, quod Epicteto ipsi auctori tribuit *Gellius* lib. II. cap. 18. Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην

quum fortiter illud tulisset d), [P] philosophiae a domino suo datus e), omnem vitam in paupertate duxit, ita, vt eius casa siue domuncula Romae nullis vnquam claustris eguerit, vacua rebus omnibus, lectum praeter et culcitam, quibus indormiret f). Philosophus Stoicorum vel maximus g) ac propter integritatem vitae, alienam a fuco et arrogantia h), sapientiamque singularem paucis comparandus. Magnam aetatis partem solus sine seruo exegit; sero tandem muliercula nutrice i) adscita, puero, quem ab amico quodam suo propter inopiam

γενόμην καὶ σῶμ' ἀνάπηρος, καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις. Hoc Epicteti esse negant Salmasius ad Simplic. et interpres Gellii, Antonius Thysius: citra caussam quidem, meo iudicio; nam particulam posteriorem capitis Gelliani ab aliquo sciolo adtextam haud esse, locuples auctor est Macrobius, qui illam vna cum praecedentibus ex Gellio descripsit, et versus duos itidem Epicteti auctoris nomine exhibuit lib. I. Saturnal. cap. 11. Iidem versiculi adferuntur etiam a Ioanne Chrysostomo. Ceterum in Anthologia Maximi Planudis lib. III. pag. 427. [et in cod. Bernensi, teste *Sinnero* in catalog. codd. pag. 373.] idem distichon perperam refertur ad Leonidem, poetam, Epicteto antiquiorem, vt eidem Salmasio obseruatum. Ex variis illius metaphrasibus latinis vnam adscribam hanc *Iacobi Tollii* cap. 25. fortuitorum pag. 220.

Natus Epictetus claudo cum corpore seruus,
Iro pauperior diis in amore fui.

[*Gottl. Wernsdorf.* ita vertit in nota msta:

Seruus Epictetus fueram, quoque corpore claudus.
Irus pauperie, iunctus amore diis.

Heumann. vero in disp. pag. 7.

Seruus eram, claudus quoque corpore, pauperie alter
Irus, at haec inter diues amore deûm.]

Verba postrema eleganter illustrat et cum Ps. XL. vlt. confert in sua Epicteti editione Mericus Casaubonus.

c) *Celsus* apud Origenem lib. VII. pag. 368. et *Caesarius* dialogo 4. licet a teneris claudicasse Epictetum tradat et *Simplicius* ad Enchirid. p. 102. et ex defluxione pedum debilitatum refert Suidas. *Nonnus* vero hist. 13. ad Nazianzeni inuectiuas in Iulianum adfirmat, Epicteti crus, a tyranno quodam vinculis atque catenis constrictum, claudicasse. Porro claudicantis σκέλους Epictetei mentio non vno in loco, vt apud *Simplicium* pag. 128. *Nazianzenum* [epigr. in *Muratorii* anecd. graecis, Patau. 1709. 4. pag. 180. ibique Muratorii not.] epist. 64. ad Philagrium et orat. in Iulianum pag. 37. edit. Montacutii.

d) *Celsus* apud *Origenem* lib. VII. pag. 386. Ἐπίκτητος τοῦ δεσπότου στρεβλοῦντος αὐτοῦ τὸ σκέλος, ὑπομειδιῶν ἀνεκπλήκτως ἔλεγε, κατάσσεις. Καὶ κατάξαντος, οὐκ ἔλεγον, ὅτι κατάξεις; ***Epictetus, cum herus torqueret crus, subridens imperterrite, perfringes inquit. Cumque ille fregisset, nonne praedicebam, inquit, quod perfringes.***

e) Idem *Origenes* lib. III. pag. 144.

f) Simplicius pag. 102.

g) Elogium petitum ex *Gellio* lib. I. cap. 2. Quamquam Epictetum Cynicum vocat Erasmus in Apophthegmatis pag. 950. fortasse, quod familiaris ei fuerit Demonax Cynicus, vt testatur *Lucianus* tom. I. pag. 858. qui huius responsum Epicteto coelibi, illum ad vxorem ducendam hortanti, redditum refert in Demonacte tom. I. pag. 870. vel quod Cynici et Stoici in pluribus congruerent, quorum haereses tunica tantum distare dixit *Iuuenalis* XIII. 122. vel quod Epictetus quaedam diceret interdum apertius et κυνικώτερον, vt est apud *Gellium* lib. XVII. cap. 19. et quod Diogenem ac Demetrium, Cynicos, valde probaret, quorum dicta plus simplici vice laudauit. [conf. *Pope-Blount* censur. pag. 123—125.]

h) *Ioannes Franciscus Buddeus* dialogo de moribus philosophorum, Ienae an. 1695. 12. edito, in quo nullis facile parcit, pag. 103. fatetur, si quis vnquam philosophus fuit, cuius accurate cum doctrina et verbis vita moresque conspirarunt, Epictetum hanc promereri laudem, certe prope ab ista gloria, quae summa vtique est et excellens, eum abfuisse plane iudicat atque contendit. Vide et Mottani *Vayeri* diss. de libertate tom. II. Opp. pag. 348. vbi inter alia testatur, Carolum Borromaeum nullius magis libri lectione captum, quam dissertationum Epicteti.

i) *Simplicius* pag. 272. Καὶ ὁ θαυμαστὸς οὗτος Ἐπίκτητος μόνος τὸν πολὺν χρόνον διατελέσας, ὀψέ ποτε γυναῖκα προσελάβετο παιδίου τροφόν, ὅπερ ἐκτίθεσθαι

piam exponendum, ipſe ſuſceptum educauit. Sub Domitiano circa a. Chr. 98. pulſis Roma et Italia per SCtum [k]) philoſophis, deceſſit Nicopolin [l]), ibique ſub Traiano, (cuius mentio lib. IV. cap. 5.) durante bello aduerſus [P] Getas ſiue Dacos (lib. II. cap. 22.) et pace deinde compoſita, quam Imperatori gratulatur lib. III. cap. 13 et 22. illas diſſertationes habuit, quas in litteras deinde, ipſo defuncto, retulit Arrianus [m]), teſtatus, tantam fuiſſe dictis eius vim, tantam efficaciam, vt auditores ſuos, quocunque vellet, permoueret [n]): quamobrem homines, qui illis non adficiuntur, Simplicio viſi ſunt vix ac ne vix quidem apud inferos corrigi poſſe et emendari [o]). Origenis certe iudicio, ipſum Platonem antecelluit Epictetus [p]), cuius ſimplex et ponderoſum dicendi genus non tantum doctos ducit mouetque, ſed et indoctos. Galenum quoque reliquis philoſophandi rationibus vniuerſis Epicteteam praetuliſſe, diſertius conſtaret nobis, ſiquidem aetatem tuliſſet eius liber [q]) pro Epicteto ad Fauorinum. Summa familiaritate fuiſſe Hadriano, imperatori, a *Spartiano* [r]) traditur: quod ſi verum eſt, nec de exiguo tempore, quo Hadrianus in Graeciam excurrit, intelligendum, Romam iterum Nicopoli reuerſum eſſe oportuerit, non, vt videbatur viris incomparabilis doctrinae [s]), Nicopoli ad mortem vsque perſeueraſſe. Oratorie etiam magis, quam

 vere

σθαι μᾶλλον ὑπό τινος τῶν αὐτῦ φίλων διὰ πενίαν, αὐτὸς λαβὼν ἀνεθρέψατο.

k) Vide, quae notant viri docti ad Suetonium in Domitiano cap. 10.

l) *Gellius* lib. XV. cap. 11. et intellige Nicopolin apud Actium, conditam ab Auguſto, imp. hodie *Preueza* ſiue *Friuiſo*.

m) *Salmaſius* ad Simplic. *Et profecto omnes Epicteti ſermones et diſſertationes, quas ſcripto mandauit Arrianus, quaeque hodie exſtant, Nicopoli habitae ſunt. Quod pluribus teſtimoniis ex ipſis illis diſſertationibus poſſit probari, ſi quis in dubium hoc vocaret. Ibi ſe habitare clare dicit lib. II. cap. 6.* Conf. lib. I. cap. 19 et 25. et lib. IV. cap. 1. vbi refert vocem Nicopolitarum. Romae ſe tum non fuiſſe, docet lib. I. cap. 10. [Cleric. hiſt. eccl. ſaec. II. pag. 540. §. 1. *Heum.*]

n) *Arrianus*, praef. Epictetear. diſſ. *ἀλλ' ἐκεῖνο ἴσωσαν οἱ ἐντυγχάνοντες, ὅτι αὐτὸς, ὁπότε ἔλεγεν λόγȣς τȣ́τȣς, ἀνάγκη ἦν τȣ̃το πάσχειν τὸν ἀκροώμενον αὐτῶν, ὅπερ ἐκεῖνος αὐτὸν παθεῖν ἠβȣ́λετο.*

o) *Simplicius* praefat. ad comment. in Enchirid. *Καὶ ὅστις ὑπὸ τȣ́των μὴ πάσχῃ τῶν λόγων, ὑπὸ μόνων ἂν τῶν ἐν ᾅδȣ δικαστηρίων ὑπευθυνθείη.* Dixi hac de re in *oratione de Eloquentia Epicteti*, quam habui in gymnaſio Hamburgenſi, quum Profeſſionem Publicam Eloquentiae et Philoſophiae Moralis Deo propitio auſpicarer 3. Cal. Iul. A. C. 1699. [Excuſa legitur vol. VII. memoriarum Hamburg. p. 175.]

p) *Origenes* lib. VI. contra Celſum ſub init.

q) *Galenus* libro de ſcriptis ſuis tom. IV. Opp. edit. Baſileenſis pag. 376. v. 43. memorat *περὶ τῆς ἀρίστης διδασκαλίας πρὸς Φαβωρῖνον, ὑπὲρ Ἐπικτήτȣ πρὸς Φαβωρῖνον ἕν.* Ab hoc Fauorino auditum Epictetum, docet nos *Gellius*, Fauorini auditor, lib. XVII. cap. 19.

r) *Spartianus* in Adriano cap. 16.

s) *Salmaſio* ad Simpl. et *H. Dodwello* de aetate peripli Ponti Eux. pag. 116. [*Heumannus* in diſp. de Epicteto pag. 7 ſq. negat, Epictetum ad Marci Antonini tempora produxiſſe vitam; negat contra *Gatackerum*, adnott. ad M. Antonin. lib. VIII. §. 31. pag. 306. illum iam ſub Nerone magna exiſtimatione floruiſſe: e contrario contendit, Epictetum adhuc ſub Hadriano philoſophari perrexiſſe, non imminuta nominis gloria: Salmaſio tamen ſubſcribit, illum Nicopoli Romam rediiſſe non videri: hinc dubitat, num Spartiano fides ſit habenda in vita Hadriani, hunc in ſumma familiaritate habuiſſe Epictetum philoſophum: praecipue quum Caſaubonus animaduertat, eſſe codicem, qui *Epycetum* legat. Spartiani narratio eo magis Heumanno videtur dubia, quia Spartianus tradat eodem loco, Fauorinum in deliciis fuiſſe Hadriano, et hunc tamen, ſecundum Dionem Caſſium, conatum eſſe, Fauorinum atque alios tollere. Hinc colloquium iſtud, ſiue, vt dicitur, *altercatio Hadriani Auguſti et Epicteti philoſophi* iure adnumeratur libellis commentitiis vide ſupra in vol. I. pag. 867. not. *bb.* et *Heumannum* in actis philoſoph. vol. I. pag. 734 ſqq. qui arbitratur et acute docet, id opuſculum, ingenio Epicteti ineptum, a nullo antiquo commemorari auctore,

vere ſcriptum eſſe a Themiſtio [t]) exiſtimo, quod Epicteto, (niſi poſt obitum fortaſſis,) plurimum tribuerint duo Antonini: neque adſentio Suidae [u]), adfirmanti, [P] Epictetum vivendo adtigiſſe Marci Antonini imperium. Nam vt ſaeculi ferme ſpatium, inter Neronis et Marci Antonini aetatem intercedens, praeteream, Marcus Iunium Ruſticum, Epicteti diſcipulum, audiuit, ex cuius domo Epicteti commentarios vtendos ſibi conceſſos refert in parte beneficii [v]). De vita Epicteti et morte quae commentatus fuerat Arrianus [w]), hodie non exſtant. Quanta exſtiterit philoſophi illius admiratio, coniecturam facies vel ex eo, quod Lucianus [x]) aduerſus indoctum, multos coementem libros, narrat, non defuiſſe, qui demortui

ctore, et a monacho chriſtiano, qui, Spartiano auctore, ſciebat, ab Hadriano philoſophos ſemper fuiſſe quaeſtionibus agitatos, et Hadrianum familiariter vſum Epicteto, eſſe confictum. Hinc reiicit Thomaſii ſuſpicionem, a Fabricio l. c. laudatam. Heumanni iudicium confirmat *Brucker.* l. m. I. pag. 571 ſq. Altercationem, quae incipit, *Quid erit nobis, ſi cinctum ſoluas* etc. inſeruit Wolfius tom. II. Epicteti etc. pag. 231 ſq. edit. Colon. 1595. Altercationem, quae incipit, *primum eſt, quid ſit mundus*, ex Lindenbrogii editione recudi fecerat I. A. Fabricius infra in vol. XIII. pag. 557 ſqq. *Altercatio Adriani Auguſti et Epictici* (ſic,) eſt in libro, inſcripto: *Beroſus Babylonicus de his, quae praeceſſerunt inundationem mundi. Item Myrſilus de origine Turrhenorum. Cato in fragmentis. — — Corn. Taciti de origine et ſitu Germanorum opuſc. C. C.* (Conr. Celtis) *de ſitu et moribus Germanorum.* 1511. 4. *Harl.*]

t) *Themiſtius* Oratione V. ad Iouianum imp. pag. 63. edit. Harduini: ὅτω καὶ οἱ πατέρες τῆς σῆς βασιλείας τοὺς προγόνους ταύτης τῆς τύχης, (Petau. τέχνης,) προῆγον, τὸν Ἄρειον ἐκεῖνον ὁ Σεβαστὸς, ὁ Τιβέριος τὸν Θράσυλλον, Τραϊανὸς ὁ μέγας Δίωνα τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν, τὸν Ἐπίκτητον τὼ δύο Ἀντωνίνω. Sub Antonino Pio Epictetum etiam refert *Syncellus* pag. 351.

u) Suidae fidem denegat *Salmaſius* [not. ad Simplic. pag. 2. 3. 4.] Kuſterus et *Gatackerus* ad Antonin. I. §. 7. et VII. §. 31. Themiſtio etiam *Ionſius* de ſcriptoribus hiſt. philoſ. pag. 243. et *Henricus Dodwellus* pag. 88. et pag. 114. diſſ. de aetate peripli Ponti Euxini in tom. I. Geographorum minorum Io. Hudſonii: [atque *Heumann.* in diſp. mem. pag. 9 ſq.] Scio, in diuerſa abire Menagium in limine notarum ad Laertium, et Io. Harduinum notis ad Themiſtium; ſed quum neuter ſatisfaciat obiectionibus, per viros doctos motis, fas erit, ab illorum ſententia diſcedere, praecipue quum Themiſtium fallere potuerit memoria, Suidas fortaſſe deceptus ſit vel ex Themiſtii loco, vel quod animaduertiſſet, in M. Antonini libris ſubinde ad dicta Epicteti prouocari, vt lib. IV. cap. 41. lib. XI. cap. 34 et 36 et 37. Ambiguus ſuper Suidae fide haeſit etiam Lipſius lib. I. manuductionis ad Philoſophiam Stoicam diſſ. 19. [adde *Brucker.* hiſt. etc. I. pag. 572 ſqq. *Boileau* Vie d'Epictete pag. 28 ſqq. et *Chauſepié* Diction. voc. Epictete, not. *E. Harl.*] Ceterum perſpicue hallucinatus eſt vir doctus Mericus Caſaubonus, qui in ſua M. Antonini editione exiſtimauit, Theoſebium, de quo agit Suidas in Ἐπίκτητος, non alium eſſe quam M. Antoninum, imperatorem. Vt enim alia argumenta, quae huic opponi opinioni poſſunt, in praeſenti omittam, rem plane conficiunt excerpta Photii ex vita Iſidori, ſcripta a Damaſcio, pag. 551. 552. edit. Hoeſchelii, ex qua Suidas integr. locum depromſit, et ex qua conſtat, fuiſſe quendam philoſophum Theoſebii nomine Iſidori aequalem, Marco autem Antonino longe iuniorem, et Platonis praecipue ſtudioſum, quamquam Epictetea etiam dogmata imbutum et prae ſe ferentem.

v) *M. Antoninus* lib. I. cap. 7. Παρὰ Ῥουςίκου, τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικτητείοις ὑπομνήμασιν, ὧν οἴκοθεν μετέδωκεν. Epicteti, vt iam defuncti, meminit praeter *Antoninum* lib. VII. cap. 19. etiam *Gellius* lib. II. cap. 18. lib. XVII. cap. 19. quamuis *venerandum ſenem* vocet lib. I. cap. 2. quod facit etiam Lucianus, itidem de mortuo Epicteto agens in loco mox afferendo.

w) Incertum, an ſingulari opere, vt putat Henricus Dodwellus: an in diſſertationum Epictetearum libris deperditis, de quibus dicetur paulo poſt. En *Simplicii* verba praefat. commentar. in Enchirid. περὶ μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀῤῥιανὸς γέγραφεν, ὁ τὰς Ἐπικτήτου διατριβὰς ἐν πολυστίχοις διατάξας βιβλίοις.

x) *Lucianus* tom. II pag. 386. καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐγένετό τις, καὶ ἔτι ἐστιν, οἶμαι, ὃς τὸν Ἐπικτή-

demortui Epicteti lucernam fictilem pretio ter mille drachmarum, siue trecentis scutatis sibi comparauit, perridicule sperans, quod ad illam lucubranti sibi, sapientia Epicteti per somnum sese oblatura esset, futuro mox simili admirandi illius senis. [¶]

II. Si Suidam audimus, multa ab Epicteto scripta sunt. Perinde, ni fallor, atque a Pythagora et Socrate. Nam et ex illorum dissertationibus multa litteris consignauere discipuli: licet ab ipsis Magistris nulla fere scripta fuisse relicta editaque in vulgus, praestantissimi quique auctores consentiant. Nihil quidem celebrius est *Enchiridio* siue *manuali* y) Epicteti, quo aphorismi praecipui doctrinae Stoicae moralis, velut *πρόχειρα βοηθήματα* z) animo et memoria inscribenda continentur. Sed et hoc *Simplicius* aa) testatur ex Epicteti dogmatibus collectum fuisse ab Arriano, praefixa illi epistola dedicatoria ad Messalinum bb), quae, iam diu est, quod intercidit. [¶] [Vnde non *Epicteti Enchiridion*, *sed Enchiridium Arriani Epicteteium* vocandum censet *Menagius* ad Laertii X. 135. *Heum.* — conf. *Chaufepié* l. c. nota *F.*]

[Inter Athanasii opera reperitur illius epistola ad Epictetum Corinthi, a nostro igitur diuersum. *Harl.*]

τȣ λύχνον τȣ̃ Στωϊκȣ̃ κεραμεȣ̃ν ὄντα τρισχιλίων δραχμῶν ἐπρίατο. Ἤλπιζε γὰρ, οἶμαι, κἀκεῖνος εἰ τῶν νυκτῶν ὑπ' ἐκείνῳ τῷ λύχνῳ ἀναγινώσκοι, αὐτίκα μάλα καὶ τὴν Ἐπικτήτȣ σοφίαν ὄναρ ἐπιστήσεσθαι, καὶ ὅμοιος ἔσεσθαι τῷ θαυμαστῷ ἐκείνῳ γέροντι.

y) *Simplicius* praefat. Ἐγχειρίδιον δὲ αὐτὸ ἐπιγέγραπται, διὰ τὸ πρόχειρον ἀεὶ αὐτὸ δεῖν καὶ ἕτοιμον εἶναι τοῖς βȣλομένοις εὖ ζῆν. Καὶ γὰρ τὸ στρατιωτικὸν ἐγχειρίδιον ξίφος ἐστὶ, πρόχειρον ἀεὶ τοῖς χρωμένοις ὄφελον εἶναι. (Ita Erasmus libellum, christiana praecepta complexum, inscripsit enchiridion militis Christiani.) Addam et haec Eustathii ad Odysseae ώ. pag. 833. Ἐγχειρίδιον ȣ̓ μόνον τὸ ξιφίδιον καὶ τὸ μαχαίριον, ἀλλ' ὡς ὁ Ἀθήναιος δηλοῖ, καὶ τὸ τῆς θαλασσίας κώπης κράτημα. Etiam pro sudario, siue orario, quod manibus tenetur, vocabulum ἐγχειρίδιον occurrit in vita S. Stephani Iunioris tom. I. Analect. Graec. pag 510 520. et apud alios, quorum loca notauit Cangius in glossario. [Hoeschelius ex cod. August. descripsit, et distincta capitib. 43. inscriptaque *Epicteti Enchiridion secundum*, Theosebii nomine, Antonini, antequam de eo auctore constaret, libros εἰς ἑαυτὸν edere voluit. vid. infra lib. IV. cap. 33. 2. pag. 24. vol. IV. vet edit. *Harl.*]

z) Vide *Gatackerum* ad M. Antonini lib. III. cap 13.

aa) *Simplicius* praefat. Τὸ δὲ βιβλίον τȣ̃το τὸ Ἐπικτήτȣ ἐγχειρίδιον ἐπιγεγραμμένον καὶ τȣ̃το αὐτὸς συνέταξεν ὁ Ἀῤῥιανὸς, τὰ καιριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ κινητικώτατα τῶν ψυχῶν ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Ἐπικτήτȣ λόγων, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Μασσαληνὸν Ἐπιστολῇ ἔγραψεν ὁ Ἀῤῥιανὸς, ᾧ καὶ τὸ σύνταγμα προσεφώνησεν, ὡς ἑαυτῷ μὲν φιλτάτῳ, μάλιστα δὲ τὸν Ἐπίκτητον τεθαυμακότι. Addit Simplicius, quod lectio vtriusque operis verum esse testatur, pleraque enchiridii capita iisdem verbis occurrere sparsim in dissertationibus eiusdem Arriani Epicteteis: Τὰ δὲ αὐτὰ σχεδὸν καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων σποράδην ἐν τοῖς Ἀῤῥιανȣ̃ περὶ τῶν Ἐπικτήτȣ διατριβῶν γραφομένοις εὑρίσκεται.

bb) Salmasio videtur hic esse Valerius Messalinus, qui Cos. fuit cum M. Valerio Largo A. V. C. 900. Antonini Pii X. Porro Epicteti enchiridion hoc tristicho commendatur lib. I. Anthologiae pag. 170.

Μῆτιν Ἐπικτήτοιο τεῷ ἐνὶ κάτθεο θυμῷ
Ὄφρα κεν ἀσαφίκοιο καὶ ȣ̓ρανίȣς κενεῶνας
Ψυχὴν ὑψικέλευθον ἐλαφρίζων ἀπὸ γαίης.

Ad idem respicit *Procopius* epist. 45. Μέμνησο τοίνυν, ὡς Ἐπικτήτῳ δοκεῖ, ὡς ὑποκριτὴς εἶ δράματος, ȣ̓ ἂν θέλῃ ὁ ποιητής. Vide Enchiridion cap. 23. *Fabric.* — Hic in B. Gr. libr. V. cap. 29. nr. 1. pag. 621. Simplicii commentarium magnifice laudat: *Arriani* autem dissertationes male vocat commentarium in Epicteti enchiridion *Morhof.* Polyhist. tom. II. lib. I. cap. 3. §. 3. et cap. 4. §. 5. *Heum.* Adde ad cap. seq. de Arriano §. II. *Harl.*

In Stobaei Florilegio frequenter laudatur Epicteti Enchiridion, licet ex illo producta loca quaedam vel plane non legantur in libello, qualis hodie exstat et qualis a Simplicio exponitur, vel aliter scripta habeantur. Vnde Salmasio aliquando in mentem venit suspicari, duas editiones enchiridii diuersas ab Arriano factas esse, quarum in aliam Simplicius, in aliam Stobaeus inciderit. Vtcunque ista se habent, editiones et interpretationes libelli eximii sunt propemodum innumerabiles. *Fabric.* — Cel. *Heyne* in proleg. ad suam edit. II. Epicteti pag. XXVIII sqq. non vult stare a partibus Salmasii, et duplicem, vnde mira illa lectionum diuersitas manarit, fontem inuestigando detegit. Primum orta est illa varietas ex eo, quod, quum hoc enchiridion pro libro esset memoriali, quod circumferrent homines, quodque summa doctrinae stoicae contineret capita, multi multa in margine adleuerunt, quae mox a librariis, qui exemplar describebant, in ipsa philosophi verba sunt recepta; vnde, aliis resectis, aliis rursus additis, mira discrepantia orta, facile intelligi potest. Itaque in Ioanne Stobaeo nonnulla laudantur aliter, ac in vulgata lectione habentur, et Epicteto tribuuntur alia, quae nec in Arriano, nec in Epicteto reperiuntur: quae sub sententiarum Epictetearum nomine bene ex eo post alios collegit Blancardus, tum Meibomius, repetiitque Vptonus. Alter diuersae lectionis fons ortus est ex sedulitate hominum christianorum, qui ad puriorem doctrinam refingere voluerunt hoc enchiridion. Ex eo genere est *S. Nili* enchiridion cc) et is, quem *Paraphrasten* adpellant, hoc est: ipsum Enchiridion, ad christianae doctrinae formulam adcommodatum. Insuper in bibl. Medicea, Parisiensi aliisque exstant exemplaria, aliis modis a christianis hominibus concinnata. Hinc non necesse est, vt cum Salmasio duplicem editionem ab Arriano factam fingamus. *Harl.*

III — VI. *Codices MSSti et Editiones Enchiridii Epicteti.*

[In codd. msstis, vt iam adnotauit cl. *Heyne*, solet fere hoc enchiridion adscriptum esse ad calcem Arriani aliorumque scriptorum, aut latet in syllogis variorum opusculorum, vno volumine comprehensorum, aut seruatum est in Simplicii expositione, cuius codices exstant bene multi. Quare omnium codicum enumeratio h. l. institui nequit. Mitto etiam, quae Montfaucon in biblioth. MSS. memorauit, quoniam ei non semper certa fides est habenda, et liber ipse facile potest reperiri.

In biblioth. Laurent. *Florentiae*, teste Bandinio in catal. MSS. graec. in cod. XXXVII. plut. 31. nr. 8. (tom. II. pag. 115 sq.) Ex enchiridio excerpta capita XXXV. nec omnia integra: — in cod. IV. plut. 55. nr. 25. Enchiridii paraphrasis graeca, auctore christiano quodam homine, saeculi, vt videtur, quinti, asceta. Concordare eam, scribit Bandin. II. pag. 233. cum edita a Nicolao Blancardo post Epictetum pag. 327 — 367. — Ibidem enarratio in Enchiridium, a Christiano scripta, necdum, vt videtur, edita. — Eiusmodi enarratio paullo vberior, in cod. XIII. plut. 74. nr. 6. (vol. III. pag. 103.) — Epicteti enchir. et Simplicii in illud commentarius, cum iconibus duorum philosophorum in cod. XXII. plut. 81. (vol. III. pag. 234 sq. vbi multus est Bandin. de Simplicio.) — Sententiae selectae ex Democrito, Epicteto et aliis, in cod. IV. plut. 58. nr. 7. (vol. II. pag. 442.) — Citatur in

cc) Quod alii ad Barlaamum veluti auctorem referre maluerunt. vid. *Heumanni* acta philosoph. tom. I. p. 739. et *Fabric.* B. Gr. V. 43, 22. vol. X. pag. 432.

in florileg. sentent. (vol. I. pag. 254.) et in viol. compos. (vol. I. pag. 549.) — *Arriani* dissertatt. Epicteti libri IV. qui hodie supersunt, in cod. V. plut. 60. nr. 1. (vol. II. pag. 589.)

In *Veneta* bibl. D. Marci in codd. CCLI. CCLII. CCLIII. ter insunt Arriani diss. Epicteti libri IV. et in cod. CCLIII. etiam Simplicii commentarius in Epicteti enchir. (vid. catal. MSS. gr. pag. 126.)

In Ambrosiana *Mediolani* Epicteti enchir. teste Montfaucon. in diario italico pag. 16. et *Arriani* diss. Epicteti.

In *Taurinensi*, catal. codd. graec. pag. 473. cod. CCCXLIX. Arriani expositio Enchiridii Epicteti: verba textus scripta sunt in margine, semicirculis inclusa. — Inter codd. *latinos* (p. 167. catal.) Epicteti enchir. ab Angelo Politiano in linguam latinam translatum.

In bibl. *Parisiensi* teste catal. vol. II. in cod. CCCLXII. nr. 12. et cod. MLIII. nr. 10. Enchir. nonnullis in locis interpolatum. — cod. DCCCLVIII. nr. 16. enchir. a Nilo monacho interpolatum. — cod. MLIII. nr. 11. Epicteti enchiridii expositio. — cod. MCCXX. nr. 21. Enchir. compluribus in locis a Christiano quodam interpolatum. — cod. MCCCII. nr. 17. paraphrasis Epicteti et nr. 18. expositio enchiridii, adcommodata ad doctrinae christianae dogmata. — cod. MMLXXII. Epicteti enchirid. et Simplicii commentarius. — codd. MMCXXII. MMCXXIII. MMCXXIV. ter Epict. enchiridion. — In bibl. *Coisliniana*, auctore Montfaucon. in catal. p. 413 sq. in cod. CCXCVI. testimonia ex Epicteto aliisque. p. 574—579. in cod. CCCLXXI. in S. Maximi operibus frequenter citantur Epicteti loca.

In bibl. caesarea *Vindobonensi* apud *Lambec.* tom. VII. cod. LXX et LXXI. pag. 251 sq. et 254 sq. apud Nesselium autem part. IV. catal. pag. 26. cod. XXXVII. iterum pag. 129. cod. CXXIV. Epicteti enchirid. et Simplicii commentarius.

In bibl. *Leidensi*, in catal. pag. 398. inter codd. Vossianos, nr. 54. Enchiridion, quod plane incipit, vt Epictetus. At, num genuinus sit textus, an interpolatus, aut paraphrasis, id non memoratur. — pag. 494. inter codd. Perizonianos nr. 5. Epicteti enchiridion ex bibl. Iosephi Scaligeri et Daniel. Heinsii, in 8.

In biblioth. *Neapolitana* regia cod. CXIX. chart. saec. XV. Epicteti Enchiridion cum comment. Simplicii.

In bibl. *Bononiae*, Simplic. in Epictetum.

Patauii in Museo Nic. Triuisani, *Arrian.* in Epictetum. — Idem in bibl. *Veronensi.*

Oxonii inter MSS. collegii noui. nr. 1211. 1212. bis Simplicii commentar. et nr. 1213. Epicteti enchiridion. (catal. pag. 36.) — In bibl. *Bodleiana* inter codd. Baroccianos, cod. L. Apophthegmata Democriti, *Epicteti*, Isocratis etc. — inter codd. Laudi, cod. DCLXXXVIII. nr. 21. Epicteti enchiridion. — Inter codd. *Edu. Bernardi* cod. MMMMMMMCCCCXIV. Epictetus cum Simplicio. — inter codd. *Ioan. Mori*, episcopi Noruic. cod. MMMMMMMMMDCCCXLV.

In bibl. *Bernensi*, (teste Sinnero in catal. codd. bibl. Bern. pag. 371 sqq.) 1) Ep. enchir. gr. olim Bongarsii, saec. XVI. immixta sunt varia a christiano quodam auctore, et pro cap. 73. vulgato aliud substituitur. Sequuntur variae sententiae, et paraphrasis primi capitis.

pitis. 2) Enchir. gr. ſaec. XVI. praemittuntur vita Epicteti, a recentiore quodam auctore, et tria in Epictetum epigrammata.

In bibl. quondam *Heidelbergenſi* nr. 100. (Sylburg. catal.) Epictetus cum Simplicio. — nr. 276. Simplic. in Epictetum.

In bibl. *Auguſtana* Vindelicorum inter codd. medicos, pag. 64. catal. Reiſeri, Epicteti Enchir. cum ſcholiis: et inter codd. hiſtoricos etc. pag. 80. in ſubſellio ſexto, Epicteti enchiridion.

Dresdae in bibl. electorali cod. cum ſcholiis gr. deſcriptus eſſe videtur e cod. Mediceo XXXVII. ſupra memorato, ſi contuleris ea, quae Bandinius II. pag. 116. de illo notauit, cum iis, quae cel. Heynius, qui cod. Dresdenſi vſus eſt et ſcholia ex eo euulgauit, in praef. ad editionem I. de Dresdenſi exemplari obſeruauit.

Ex codice *Gerdeſiano* et *Hafnienſi*, (vno ex illorum numero, qui a Chriſtianis interpolati ſunt atque immutati,) excerpta habuit Meibomius. vid. Relandi praefationem.

Editiones.

Epictetus cum Cebete ſaepius eſt iunctim editus. Quare permultas editiones iam in vol. II. pag. 705. recenſui. Catalogum editionum contexuit *Relandus* in fronte editionis ſuae. At eruditam de editionibus ſecundum claſſes narrationem compoſuit *Heyne* V. C. in praefat. ad ſuas editiones. — Epicteti vero enchiridion, anteaquam graece prodiiſſet, latine ab *Angelo Politiano* verſum lucem vidit.

Enchiridion e Graeco interpretatum ab Angelo Politiano, cum eiusdem verſione lat. Herodiani, ſine omni typographica adnotatione. Praemiſſa eſt Politiani epiſtola altera ad Laurentium Medicem; altera ad Bartholom. Schalam (ſ. Scalam) ſcripta Feſulis, Kalend. ſextil. 1479. in qua Epictetum contra Scalae obiectiones defendit, quibus illum obſcura, ſupra hominis vires, et falſa praecepiſſe pronunciauerat. vid. Adpendicem libror. ſaec. XV. ad Mittarelli biblioth. codd. MSS. monaſterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum, pag. 146.

Cenſorinus de die natali; tabula *Cebetis* e graeco in lat. conuerſa per Ludou. Odaxium, Patauinum; *Luciani* dialogus — a Carolo Aretino e graeco in latinum traductus; *Epicteti Enchiridion ab Ang. Politiano e graeco interpretatum*, *Baſilius* de liberal. ſtudiis per L. Aretin. et de inuidia per Perottum conuerſus. *Plutarchi* lib. de differentia inter odium et inuidiam. In calce, *Bononiae per me Benedictum hectoris bononienſis adhibita — ſolertia et diligentia.* Anno ſalutis MCCCCLXXXXVII. (1497.) fol. vid. *Audiffredi* ſpecimen editt. italicarum ſaec. XV. Romae 1794. 4. pag. 112 ſq. et *Foſſii* catalog. codd. ſaec. XV. impreſſorum. — in bibl. Magliabechiana. tom. I. pag. 512 ſq. et 637. — ſeorſim excuſa eſt Politiani verſio Epicteti, Argentorati 1519 et 1520. 4. apud Relandum. — Baſileae 1553. 4. — Argentor. 1642. 16. — Roterod. 1651. 4. In *Politiani* operibus Venetiis in aedibus Aldi Romani, M.IID. (1498.) fol. nr. 4 et 5. (de qua ſplendida raraque editione ac de Politiano. vid. *Phil. Maſſon* in hiſtoire critique de la Republ. des Lettres, tom. III. p. 233 ſqq. tom. IV. pag. 252 ſqq. *Frid. Otto Mencken.* in hiſtoria vitae — Angeli Politiani, Lipſiae 1736. 4. *Freytag.* in adparatu litterar. tom. I. pag. 666—675. atque *Denis* in Mem. bibl. Garellian. pag. 182 ſq.)

pag. 182 ſq.) — Pariſ. ab Aſcenſio 1519. fol. — Baſil. 1553. fol. — a Gryphio Lugduni 1537. 8. tom. II. pag. 195. item poſt Arrianum, Amſtel. 1683. 8. pag. 369 ſqq. et cum Catonis Diſtichis. Argentor. 1520. 8. et 1519. 4.

Graecarum editionum praecipuae claſſes ſunt duae Venetae, Holoandri Noribergenſis, et Thom. Naogeorgii, Hier. Wolfii, Heinſii ac Salmaſii, atque Heynii recenſiones.

Epicteti Enchiridium cum Simplicii expoſitione, graece per Ioan. Antonium et fratres de Sabio. Venetiis, 1528. 4.

Vid. *Maittaire* A. T. II. pag. 704. Cum hac conuenit Salmaſiana recenſio. Extrema tamen capita valde mutila ſunt mancaque. Exemplar cum cod. msto optimae notae, a viro docto collatum, exſtat in bibl. Ioannea Hamburgenſi. At Wolf. in ſua Epicteti etc. editione tom. II. pag. 23. conqueritur, graecum Simplicii contextum eſſe perquam deprauatum. In bibl. Bodlei. ſunt duo exempla cum V. L. et not. MSSt.

Berkelius in Actis erudit. Lipſ. a. 1711. pag. 378. commemorat editionem *Epicteti et Cebetis*, quam ſe vidiſſe ſcribit *Coronae* in Tranſiluania impreſſam in octuplici forma, curante *Ioanne Hontero*, Coronienſi, viro doctiſſimo, tempore reformationis Lutheri. Quo autem anno illa lucem adſpexerit, non ſignificauit: neque ego illam vidi vmquam.

Ἐγχειρίδιον Ἐπικτήτȣ. *Idem latine per Angelum Politianum.* Εἰς Ἐπίκτητον Λεωνίδȣ. Δȣ̃λος Ἐπίκτητος γενόμην etc. Norenbergae apud Io. Petreium. Anno M.D.XXIX. (1529.) 8.

Summa eſt huius editionis, multis incognitae, a paucis viſae, raritas. Exemplum, quod in manibus habeo, ex bibliotheca Moerlii, (qui notitiam illius dedit in: Litterariſches Wochenblatt. tom. I. pag. 33 ſqq.) venit in ampliſſimam cel. Panzeri, qui id mecum beneuole communicauit. *Gregorius* autem *Haloander*, quum apud Noricos ageret, curauit illam editionem, atque, quum Venetam, modo memoratam, ignoraret, in epiſtola ad D. Iulium Pflugk nuncupatoria ſcribit, ſe in gratiam ſtudioſorum de bibliotheca ſua libellum, qui breues quasdam ex numeroſis Epicteti Stoici voluminibus, ab Arriano in vnum congeſtas, ſententiolas continet, *primum in lucem proferre.* Poſtquam de hoc enchiridio, quod copioſis Platonis acutisque Ariſtotelis diſputationibus anteferendum cenſet, et de philoſophia Epicteti pauca diſſeruit, addit, ſe, Pflugkio praemonſtratore atque interceſſore, vſum, copiam huius libelli nactum eſſe, et in calce adieciſſe Politiani verſionem, in qua tamen conqueritur multa eſſe admiſſa, quae veniam vix mererentur. In vltima pagina duo loca valde corrupta notat. Ex quonam vero codice Haloander excudi fecerit ſuam editionem, haud indicauit. *Georg. Laur. Hausfriz* in Memoria Gregorii Haloandri, ICti. Norimbergae 1736. 8. in praef. fatetur, ſe numquam vidiſſe Epicteti enchiridion ab Haloandro editum. Sed exſtat quoque Noribergae exemplar in bibl. Ebneriana; vid. *Hirſchii* Millenarium librorum etc. IV. pag. 48. nr. 608. Differt interdum, quantum comparatis aliquot capitibus intellexi, a Veneta ſuperiore; ſic cap. 3. Haloander, quem reliqui ſunt ſequuti, edidit ἂν χύτραν ϛέργῃς, ὅτι χύτραν ϛέργεις, vbi Veneta a. 1528. dedit ἂν X. σείεις, ὅτι X. σείεις. At Naogeorg. et Wolfium hanc aut ſequentem edit. ante oculos habuiſſe, aut maximam partem reddidiſſe, ex pluribus locis coniicio; e. g. cap. IV. Heyne ex edit. Venet. 1535. Naog. et Wolf. reuocauit lectionem, iam ab Haloandro reſcriptam, τȣ̀ς ἀποῤῥέοντας. τȣ̀ς ἐγκεȣμένȣς. cap. II. Hal. ante Wolfium vulgauit ἐμπεσεῖν, quod Heyne cum

Salmaſio mutauit in περιπεσεῖν. cap. II. 2. ante Wolfium edidit Haloander οὐδὲν, (a Salmaſio repoſitum,) ante οὐδέπω. ſed ibidem Haloand. dedit ὅσων ὀρέγεσθαι, vbi Wolf. ὅσον poſuit. cap. XXXI. 1. ante Wolf. male iam ſcripſit Haloand. τὴν πρᾶξιν loco melioris lectionis τάξιν. ibid. §. 3. ante ed. Argent. τεθαυμακέναι ſcriptum eſt, et, vti in Argent. τῇ ante βλάβῃ excidit. ibid. §. 4. edit. Hal. ante Argent. verum voc. ἔνθεν loco ὅθεν habet. Ita plura proferre poſſim, ſi opus ſit, exempla: neque ea adtuliſſem, ſi editoribus haec receuſio fuiſſet cognita: quum tamen ad hiſtoriam textus atque editionum multum faciat. Fit enim admodum probabile, illam praeter Venetas fuiſſe multarum editionum inſequentium baſin: quod facilius fieri potuit, quoniam illa Baſileae ad verbum recuſa eſt huius ſententiae:

Ἐπικτήτου Ἐγχειρίδιον. *Idem Latine, Angelo Politiano interprete.* Baſileae apud Andr. Cratandrum an. M.D.XXXI. (1531.) 8. hoc tamen leui diſcrimine, vt epiſtola Haloandri male omitteretur, et, quae Hal. de duobus locis vitioſis poſt verſionem latinam monuerat, ea Cratander poſt textum graecum poneret; verum, ne fraus cognoſceretur, initium notae partim reſecaret, partim paulliſper mutaret. Ipſe vero Cratander nullam praemiſit praefationem. Haec editio, quam etiam cel. Panzerus mecum communicauit, quamquam parum cognita eſt, tamen ſuperiore notior eſſe potuit inſequentibus interpretibus.

Ἀρριανοῦ — *Arriani Epictetus*, ſiue *Epicteti Enchiridium Arriani commentariis*, graece. Venetiis, in aedibus Bartholomaei Zanetti, Caſterzagenſis, aere vero et diligentia Io. Franc. Trincauelli. 1535. 8.

Vid. Reland. Maittaire A. T. II. pag. 822. Hamberger zuverläſſige Nachrichten etc. II. pag. 177. *Victor Trincauellus* curauit hanc editionem ex cod. msto, depromto e bibliotheca Gregorii a Selua, Vaurenſis epiſcopi, et regis Galliarum apud Venetos oratoris. Illam editionem, ait cel. Heyne, (qui Haloandrina caruit editione,) Wolfius ſequutus eſt, adeoque ea pro fundo vulgatae lectionis eſt habenda.

Epicteti Enchiridium, graece, mille in locis caſtigatum: per Conr. Neobarium, regi a graeca typographia. Pariſ. 1540. 4. — Idem latine, *Politiano* interprete, ibid. eod. anno.

Vid. Maittaire A. T. III. pag. 314. ſi verum in fronte ſcripſit Neobarius; haec editio principibus eſt adnumeranda.

Simplicii commentarius in enchiridion Epicteti. Latine, *Angelo Caninio* interprete. Venetiis apud Hieronym. Scotum. 1546. fol. — repet. Venetiis, 1569. fol.

Epicteti — graece; cui acceſſit magna pars ex Graecanicis Ioannis Stobaei collectaneis, per *Hieronym. Verlenium.* in ſole aureo, Louanii, ex officina Barthol. Grauii. 1550. 8.

Maitt. A. T. in indice pag. 365.

Epictet. graece. Louan. 1550. 8.

Epicteti — ex *Iac. Tuſani* caſtigatione. Pariſ. 1552. 4. graece.

Moralis philoſophiae medulla, ſeu Epicteti enchiridion cum explanatione *Thomae Naogeorgii.* Argentor. apud Wendelin. Rihelium, gr. et lat. 1554. 8.

Heyne

Heyne V. C. obſeruat, Naogeorgium habuiſſe codicem adcuratius ſcriptum, adeoque hanc editionem inter principes eſſe referendam. Forſan vero ducta eſt ex Haloandrina aut Cratandrina.

Arriani Nicomedienſis de Epicteti philoſophi, praeceptoris ſui diſſertationibus libri IV. — nunc primum in lucem editi. *Iacobo Scheggio*, medico phyſico Tubingenſi interprete. Acceſſit *Epicteti enchiridion*, *Angelo Politiano interprete.* Gr. et lat. Baſileae per Io. Oporinum, menſe Martio 1554. 4.

Vid. *Goetzii* Mem. bibl. Dresd. II. pag. 84 ſq. — Haec Schegkii editio, ex edit. Veneta ita ducta, vt interdum viri docti induſtria fieret caſtigatior, repetita eſt Salmanticae 1555. 8. — Geneuae apud heredes Euſtathii Vignon, 1595. (al. 1594.) 8. quae multis vitiis typographicis commaculata eſſe dicitur. — Lugduni 1600. 8. et ibid. 1660. 8.

Epict. Enchiridion eiusd. Altercatio cum Adriano et Cebet. tabula lat. Brixiae 1562. 12.

Hieron. Wolfius Epicteti enchiridion, *Arriani* diſſertationes et *Simplicii* commentar. in Epictetum latine vertit et abſoluit 1560. et anno ſequente Baſileae Oporinus cum graeco Epicteti et Cebetis textu excudit: *Epicteti Enchiridion et Cebetis tabulam* gr. et lat. *Simplicii* et *Arriani* in Epictetum commentaria, latine, tres tom. in 8. — Quidam tomi praeferunt a. 1563. de quibus mox copioſior ero.

Wolfius vulgatam enchiridii lectionem primum conſtituit, quinque codicibus, ſiue rectius, editionibus, n. Venetis 1528 et 1531. Baſileenſ. tum Cratandrina, tum a. 1554. atque Argent. 1554. vſus. In primis autem ſequutus eſſe mihi videtur Cratandrinam edit. adeoque Haloandrinam recenſionem; tum Venetam a. 1535. reliquas ab eo non niſi paucis in locis adhibitas fuiſſe, animaduertit cl. Heyne. — Ex recognitione Wolfiana plures fluxerunt editiones, quae modo ſolum Epicteti enchiridion exhibent, modo Arrianum gr. et lat. et Simplicium lat. habent additos. vid. ſupra in vol. II. pag. 707 et 708 ſq. Sed quoniam differt editio I. Wolfiana ab Colonienſi 1594. nec diſcrimen ab aliis clare notatum reperi; paucis de illis differam. Prima igitur Wolf. editio inſcripta eſt:

Epicteti enchiridion, h. e. pugio, ſiue ars humanae vitae correctrix, vna cum *Cebetis Thebani tabula*, qua vitae humanae prudenter inſtituendae ratio continetur: *graece et latine.* Quibus nunc demum acceſſerunt e Graeco translata, *Simplicii* in eumdem Epicteti libellum doctiſſima *ſcholia.* *Arriani commentariorum* de Epicteti diſputationibus libri IIII. Item alia eiusdem argumenti, in ſtudioſorum gratiam et ſcholarum vſum. *Hieronymo Wolfio interprete*, vna cum annotationibus eiusdem. Cum indice etc. Baſileae, per Io. Oporinum, ſine anni nota. in 8. tres tomi. Praefatio ſcripta eſt *Auguſtae* Vindelicor. 7. Cal. Iun. M. D. LX. (1560.)

In primo tomo reperiuntur 1) Epicteti enchiridion. Capitum diſtinctio non eſt eadem, quae in ſuperioribus editionibus. Singulis capitibus ſubiecta eſt verſio latina, et huic ſubſtratae ſunt adnotationes cum criticae tum grammaticae: praeter ea comparantur et examinantur verſiones Politiani atque Naogeorgi, nec non verba et ſententiae e ſchola Stoicorum explicantur. In margine ad textum graecum adpoſitae ſunt variae lectiones, ſaltem praecipuae, ex ſuperioribus, praeſertim Argentina Naogeorgii, adeoque Cratandrina, editionibus. 2) *Cebetis* tabula cum Wolfii verſione. In fine libelli adiectae ſunt breues, eaeque maximam par-

tem criticae, Wolfii adnotationes. 3) Platonica fabula de fortitione animarum, ex libro de republica decimo, graece. 4) Verfio Ioch. Camerarii latina. 5) Quaedam Hefiodi aliaque, cum Cebete comparanda. 6) *Prodici* de Hercule biuio narratio ex Xenoph. M. S. graece, cum verfione Budaei ac Beffarionis lat. et poetica Ioach. Camerarii imitatione, etc. — In II. tomo exftat 1) *Epicteti* enchiridion — cum Simplicii fcholiis, lat. e verfione Wolfii. Praefatio exarata eft Nonis Martii 1561. Commentarius in particulas, quarum fingulis fubiiciuntur Wolfii adnotationes, magnam partem criticae in verba Simplicii graeca, eft diffectus. — 2) Epicteti fententiae aliquot ex Stobaei collectaneis, ex libris Arriani deperditis reliquae. — 3) Adnotatio locorum aliquot, Oporinianae edit. a. 1554. quae emendationem poftulare videntur. — 4) Altercatio Hadriani Aug. et Epicteti. — 5) Quorumdam philofophorum problemata. — 6) Plutarchi libellus, quo deridet Stoicos etc. et eiusdem lib. Gryllus, etc. lat. ex interpretatione Hier. Wolfii. additur locus fimilis ex Theodori Gazae praefat. in hiftoriam animalium. — 7) H. Wolfii elegia paraenetica. In calce: *Bafileae, ex officina Io. Oporini.* a. M. D. LXIII. (1563.) *menfe Martio.* — Tomus *tertius* continet *Arriani* commentar. lib. IV. lat. ex interpretatione et cum adnotationibus Wolfii. Praefatio fcripta eft Auguftae Vindelic. Idibus Aug. a. M. D. LX. (1560.) Quamquam textus graecus abeft, adnotationes tamen, fingulis capitibus fubiectae, maxime pertinent ad orationem graecam emendandam. — Editio Colon.

Epicteti — Encheiridion, — Cebetis tabula, — Simplicii — fcholia — Arriani comment. — omnia *Hieron. Wolfio* interprete, cum eiusdem annotationibus. Coloniae, in offic. Birckmannica, fumtibus Arnoldi Mylii. 1595. 8. (in quibusdam exemplis aut tomis a. 1596. eft praefixus: et vtriusque anni exempla funt in bibl. Bodleiana; de exempl. 1596. vid. *Io. Fabric.* hift. bibl. fuae, part. VI. pag. 283.) omnia quidem fuppeditat: at hoc difcrimine. Nitore typorum et chartae haec editio cedit Bafileenfi. Defunt cumprimis longae, nec fpernendae Wolfii praefationes, et varietas lectionis, textui Epicteti graeco in margine Bafil. edit. adfcripta. Tum graeci textus, cui ab altera columna oppofita eft verfio latina, oratio eft perpetua, contra adnotatt. in fine fingulorum tomorum locum occuparunt. Denique in tomo III. verfioni latinae oppofitus eft contextus Arriani graecus: quod omnino bene factum eft. — In catal. bibl. Fabricianae part. I. fect. II. pag. 245. fuit exemplar cum collat. Gudii, et emendatt. Salmaf. msstis.

Epicteti enchir. gr. Parif. apud Andr. Wechel. 1564. 4. Hanc mire raram editionem et capitum diftinctione, et hinc inde lectione a fuperioribus differre, notat *Stolle* in notitia fuae bibl. vol. I. pag. 328 fq.

Epicteti enchir. et *Ceb.* tabula gr. et lat. ex offic. Chriftoph. Plantin. Antwerp. 1578. 8. — 1585. 8. — Lugd. Batau. 1585. 24. — Amftel. 1627. 24. — Lugd. Batau. eodem anno: 24. — cum aliis, Cothen. Anhaltinor. 1620. 8. — it. cum *Theophr.* Charact. Lugduni 1599. 8. — Epict. gr. et lat. Lugd. 1606. 8.

Epicteti Enchiridon —. Claudiopoli, 1585. 8. quam admodum raram edit. memorant *Pray* in indice rarior. libr. bibl. Budenfis. Budae part. I. 1780. pag. 363. et ex eo *Hummel.* in Bibl. libror. rarior. fuppl. III. pag. 71.

Thefaurus

Theſaurus philoſophiae moralis, *Epicteti* enchiridion, *Cebetis* tabula, *Theophraſti* charact. ethici, *Pythagoreorum* fragmenta. gr. et lat. Coloniae Allobrogum, 1612. 12. (1613. 16. in Pinelli catal.)

Epictet. Enchir. gr. et lat. per *Io. Stobaeum*, ſ. a. et l. in catal. bibl. Thottian. tom. IV. pag. 82. nr. 106.

Enchiridion *Epicteti* cum comment. *Simplicii*, graece. Venetiis, 1628. 4. teſte Relando. — gr. et lat. Lugd. Batau. 1627. 8. vid. Bibl. Bodlei. catal. I. pag. 397.

Epicteti, philoſophi eximii et viri prorſus boni, ſententiae CXVI. e Ioannis Stobaei, Antonii et Maximi collectaneis excerptae, hactenus ſeorſum numquam editae; quibus adiuncta eſt vita T. Pomponii Attici. Hafniae, ſumt. Ioach. Moltkenii. 1629. 12. latine.

Henr. Ernſt in epiſtola nuncupatoria ait, ſe ethicas hasce et politicas Epicteti ſententias, quas ante aliquot annos e Io. Stobaei, Antonii et Maximi collectaneis, a Conrado Gesnero editis, excerpſiſſe et partim ſuis, vbi opus viſum fuerit, partim vero Gesneri et Wolfii verbis expreſſiſſe.

Epicteti etc. gr. et lat. Roſtoch. 1631. 12. — Hamburgi 1634. 12.

Eodem anno, 1634. prodiit „Lugd. Bat. ex officina Io. Maire, cum notis *Io. Dan. Snecani*, forma minore. Haec editio, ait Fabric. frequentiſſime repetita eſt [dd]) in Belgio et Germania, habens additam tabulam Cebetis et narrationem Eris Pamphylii ex decimo Platonis de Rep. et Hipparchi, Pythagorei, fragmentum ex *Stobaei* ſerm. 106. Notas ex Wolfio fere vniuerſas transſcriptas monet Mericus Caſaubonus ad Epictetum pag. 71. easdemque caſtigat pag. 15 et 45. ad Antoninum. *Iſaacus Voſſius* in epiſt. ad Salmaſium 23. Ian. 1634. *Prodiit aliquando Epictetus apud Lamerium cum notulis eius, in quem morientis Scaligeri anima transmigraſſe iactatur. Certe ne Scaliger tale quid vnquam ſomniauerit, ac hic ibi ſcripſit. Nihil praeſtitit, quod non e triuio poſſint Magiſtelli. Vnus tantum eſt locus, cuius vulgatam ſollicitat lectionem.* Cap. XVII. Καὶ οὐχ οὕτως ἔστιν αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ τὸ σὲ ταραχθῆναι. Non ita ei bene eſt, vt tuarum perturbationum ille habeat poteſtatem. *Ille legit ἔξω vel ἔνι, cum vulgata lectio Crotone ſanior ſit.*"

Simplicii commentarius in enchiridion Epicteti, ex libris veteribus emendatus. Cum verſione Hieronymi Wolfii et Cl. Salmaſii animaduerſionibus et notis, quibus philoſophia Stoica p[illegible] explicatur et illuſtratur. Quae acceſſerunt, ſequens pagina indicabit. Lugduni Batau. typis Io. Maire. 1640. 4.

Acceſſerunt Dan. Heinſii praefat. et in altero tomo Cebetis tabula, gr. lat. arabice: Aurea carm. Pythagorae, cum paraphraſi arabica, quam recenſuit et in latinum conuertit Io. Elichmannus; praefat. Salmaſii in Cebetis tab. arabicam et Pythag. carmina aurea, arabice verſa. Illi editioni principio *Dan. Heinſius* praefuerat, qui nouam editionum conſtituit claſſem. Baſin vero fecerat exemplar Venetum a. 1528. emendatum tamen, et ad fidem MS.

K 3 [illegible] Nanſiani

dd) Leidae 1651. forma min. Pariſ. 1653. Amſtelod. 1670. 12. etc. *[illegible]* in nota insta, videtur *Daniel* eſſe nomen gentile auctoris, et *Snecanus* nomen patriae. Nam etiam Petrus Moll Snecanus, I. V. D. edidit Longi Paſtoralia. *Harl.*

Nanſiani ſuppletum: quo factum eſt, vt huius editionis textus ab eo, qui antea in vulgatis erat, valde diſſentiret. Poſtea ad Salmaſium, qui abſolueret, negotium venit. Vnde illa editio a viris eruditis modo Salmaſiana adpellatur, modo, idque rectius, Heinſiana. Salmaſius gloriatur, ſe Epictetum cum ſcriptis codd. comparaſſe, et viginti aliquot locos, nondum intellectos ceteris interpretibus, explicuiſſe, multosque alios, parum hactenus explicatos, elucidauiſſe: at id minime praeſtitum fuiſſe ab illo, adſeuerant Mer. Caſaubonus et Berkelius in praefationibus ad ſuas editt. At enim non Salmaſius, ſed Heinſius Epictetum ac Simplicium gr. et lat. typis fecerat deſcribi: Salmaſius tantum praefationem et partem commentariorum in Simplicium conſcripſerat. Salmaſius igitur forſan intellexit adnotationes ſuas atque emendationes, quas diu poſthaec Relandus ſuae primus inſeruit editioni. Salmaſius autem ſub exitum praefationis Heinſium grauiter incuſat furti litterarii. Inter alia, „vſus eſt, inquit, Nanſiano codice, ab ipſo Nanſio cum ſcripto exemplari collato. Quaecumque ad oram ſui libri notauerat *Nanſius*, ea in textum recipienda curauit cl. *Heinſius*, vbique deleta Nanſii manu, et ſua repoſita. Correctiones et coniecturas omnes Nanſii ſuas fecit bonas malasque, quas textui donauit. Aliquando, ſed rarius, vere ſuas inſeruit; ſed omnes falſiſſimas et ineptiſſimas, vt ſuis locis ſignificabimus.“ etc. — Contra Berkelius in praefat. valde carpit edit. Heinſio-Salmaſianam, et adnotat, ſe, praeter innumera typothetarum vitia, multa etiam, in ipſo textu praetermiſſa, et alio transpoſita, inueniſſe. — Ipſe tamen Salmaſius in Simplicio emendando adiutus eſt lectionibus codicis msti, exemplo Voſſiano adſcriptis, nec raro ex coniecturis ſuis dedit locum. In Epicteto, opinor, nactus codicis, Nanſiano melioris, lectiones varias, ſe, gloriatus, pleraque ab Heinſio omiſſa addidiſſe, male ab eodem correcta reſtituiſſe, nec pauca hiulca in Veneta illa editione ſuppleuiſſe. In amplo commentario, quae tamen eſt tantum pars, omnia critice perſequitur, Wolfium ſaepe laudat, nec raro culpat, et potiſſimum dogmata Stoicorum aliorumque veterum philoſophorum latius docteque explicat. Reliquam vero partem poſt reditum ex Galliis editurus erat et prolegomena vberiora, inſtar manuductionis ad philoſophiam ſtoicam praemiſſurus. Sed fidem non praeſtitit Salmaſius, aut illa, niſi periit, adhuc latet in ſcriniis. — Copioſe de hac edit. differit *Stolle* in notitia libror. bibl. ſuae, vol. I. pag. 337—342. — Recuſa eſt illa editio, cum Arriani commentariis, *Londini* 1670. apud Reland. P. Pinell. aliosque (at 1679. teſte Heynio, pag. XXXIII.) 8. — „Salmaſius autem, vt notauit Fabricius, a Stephano Ioanne Stephanio acceperat Simplicium, Meurſii manu ad MStum codicem diligenter emendatum, vt ex eius epiſtola ad Voſſium docet Colomeſius pag. 193. Galliae Orientalis. *Hoeſchelius* quoque meliorem dare Simplicium fuit molitus, teſte *Andrea Schotto* lib. II. obſ. humanar. cap. 9. vt omittam *Gesnerum*, qui in bibl. quum memoraſſet editionem Venetam anni 1528. (perperam in Gesnero et eius epitomatoribus excuſum eſt a. 1538.) addit: *Sed multa in illa editione corrupta ſunt et non pauca deſiderantur, quae ego Bononiae et Venetiis ad Politiani et alterius cuiusdam docti exemplaria caſtigaui et expleui in meo codice, qui fortaſſis aliquando committetur praelo.*“

Epicteti Philoſophi Enchir. et *Cebetis* Theb. tabula. (latine.) Quibus acc. *Senecae* liber vnus de tranquillitate animi, ac ſententiae aliquot ſelectiſſ. philoſophorum. Colon. apud Wilh. Frieſſem. 1642. forma minima.

Epict. Enchir. gr. et lat. Lugd. Bat. 1646. 24. — cum *Cebetis* tabula, latine, Genuae, typis Benedicti Guaſchi. 1653. 24. — *Enchir.* gr. et lat. *cum verſione latina accuratius et fidelius*

lius examinata et cum notis grammaticis. Parif. apud Sebaft. et Gabrielem Cramoify. 1653. 12. Wolfii tamen verfionem locis haud paucis ex ignorantia tam rerum, quam verborum turpiffime deprauatam effe, docet Mer. Cafaub. in notis ad fuam editionem pag. 77 fq. — *Epictetus*, gr. Lugd. Batau. 1657. 32. — *Epict.* cum Cebete, Roterodami 1654. 12. gr. et lat.

Epict. Enchiridion et *Cebetis* tabula cum *Arriani* commentariis Epicteteis. Gr. et lat. ex interpretat. lat. et cum notis *Hier. Wolfii. Porphyrius* de abftinentia ab efu animalium: vita Pythagorae: fententiae etc. Editio noua, prioribus correctior. Cantabrigiae. 1655. 8. Ex edit. Wolfii haec ducta eft.

Epicteti Enchiridion, vna cum Cebetis tabula. Graece et lat. cum notis Merici Cafauboni; If. F. Eiusdem Enchiridii paraphrafis graeca, ex qua non pauci in Enchiridio loci restituti; numquam ante hac edita. Item paraphrafeos verfio, cum notis eiusdem. Londini. typis Tho. Roycroft, impenfis Io. Schirley. 1659. 8.

In verborum contextu Wolfium fequutus eft Mer. Cafaubonus, qui in praef. tamen fcribit, fe textum graecum Amftelodamenfis recentioris (fed, cuius anni, non addidit,) editionis, quam in plerisque cum Salmafiana congruere deprehendiffet; fed et verfionem latinam fideliter exhibuiffe. In eadem vero praefatione iactitat, fe Enchiridium hoc dare abfolutiffimum, et ita ab omnibus naeuis et maculis purum, vt vix vllus, aut nullus omnino certe, in illo locus fit reliquus, in quo vel mediocriter doctus impediri poffit. Multa quidem praeftitit, aut contulit in Epictetum. In notis eruditis de locis dubiis aut vexatis interdum difputat, paraphrafte gr. et Wolfii Salmafiique editionibus potiffimum collatis, maxime vero verfionem Politiani ac Wolfii examinat, et rerum verborumque fenfum explicat. — In paraphrafi, ait Fabricius, miror, a Chriftiano homine, afceta quinti, vt videtur, a Chrifto nato faeculi, omiffum caput 44. quo Epictetus fuadet, iusiurandum recufandum, fi fieri poteft, omnino; fin minus, faltem quantum fieri poteft. In biblioth. Fabricii noftri fuit exemplar cum illius et Dobleri obff. mstis.

Epicteti Enchir. et *Seneca* de tranquillitate animae. Coloniae 1660. 18. In calce fignatus eft ille annus: fed tantummodo eft repetita editio Colon. eiusdem bibliopolae a. 1642. omiffis tamen fub finem fententiis fel. philofophor. et fubftituto catalogo librorum, quos e prelo fuo exire iufferat librarius. — Enchir. gr. et lat. cum notis, Hanouerae, 1662. 12. — gr. et lat. Cellis. 1666. 18. — ex verfione Angeli Politiani. Rintelii 1666. 18. — gr. et lat. recognitum et notis illuftratum. Oxonii 1670. 8. — *Epictetus* et *Cebes*, gr. et lat. Leidae eod. anno. 12. — Amftelod. ap. Boom, eod. anno. 24.

Epicteti Enchiridium. Vna cum Cebetis Thebani tabula, gr. et lat. ex recenfione Abrahami Berkelii, cum eiusdem animaduerfionibus et notis. Quibus accedunt notae Wolfii, Cafauboni, Cafelii et aliorum, cum graeca paraphrafi. Lugd. Batau. et Amftel. ex offic. Daniel. — à Gaasbeek 1670. 8.

E Snecani notis eas delegit, quas ille non compilauerat ex Wolfianis et Cafelianis. In textu conftituendo ita fequutus eft Wolfium, vt quaedam ex Heinfiana lectione emendaret. Praeter paraphrafin Enchiridii cum Cafauboni verfione et notis, et Cebetis tabulam cum

cum Wolfii verſione et notis variorum adiecit commentitiam *altercationem* ee), ſiue interrogationes Hadriani, imperatoris, et reſponſiones *Epicteti*, lat. diſputationem *Pipini* cum Albino, lat. *Nicarii* interrogationes et reſponſiones, gr. et lat. *Carphilidis* item et reſponſa virorum ſapientum Alexandro reddita, graece et lat.

Recuſa eſt *Delphis*, Batau. a. 1683. 8. illa edit. Berkeliana, aucta *Iac. Gronouii* notis ſiue caſtigationibus ad graecam Enchiridii paraphraſin, ex cod. msto mediceo. — Wolfiana lectio ex Heinſiana eſt quoque emendata in exemplis Oxonienſibus:

Epicteti enchir. Cebetis tabula, *Theophraſti* charact. ethici, *Prodici* Hercules, cum verſione lat. et *Ciceronis* de exſilio dialogus a *C. Aldrich.* Oxonii 1680. 8. — 1702. 1707. 8. — et 1740. de qua ſuo loco plura diximus.

Epicteti enchir. gr. et lat. interprete Hier. Wolfio. *Nicol. Blancardus* graeca recenſuit: varias codicum lectiones et paucas animaduerſiones adiecit. Accedunt notae *Hier. Wolfii* et *Merici Caſauboni.* Item paraphraſis graeca, quam idem *Caſaubonus* primus vulgauit, vertit et notis illuſtrauit. Subiiciuntur *Epicteti* Enchiridion ab Aug. Politiano e graeco verſum, *Epicteti* apophthegmata et fragmenta. — Cum *Arriani* Opp. per *Nic. Blancardum.* Amſtel. 1683. 8. (apud Reland. Amſtel. 1686. 8) — Textus eſt is, quem Wolfius et Berkel. concinnarunt. Adiuncta ſunt dicta et ſententiae Epicteti, collecta ex Stobaeo, Gellio, et M. Antonio.

Epict. enchir. cum Cebetis tabula, gr. et lat. Guelferbyti, 1686. 12.

Epicteti Manuale — cura Hadriani Relandi. Traiecti Batau. 1711. 4. cum Meibomii (qui in oratione graeca Salmaſianam ſ. potius Heinſianam ſequitur recenſionem,) verſione et adnotationibus, Salmaſii emendationibus, ad marginem edit. 1595. notatis, atque varia lectione ex codd. Hafnienſi ac Gerdeſiano. Pag. 90 ſqq. adhaerent Epicteti ſententiae ex Io. Stobaeo, gr. et lat. Enimuero non omnes ſententiae ſunt ex Stobaeo: nam illae a nr. 93 — 123. ſeruatae ſunt ab Antonio Meliſſ. et Maximo. — pag. 153 eſt Acceſſio notarum Salmaſianarum, (vt Relandus in praefatione oſtendit,) ad emendationes Meibomianas in diſſertationes Arriani. Adde ſupra in vol. II. pag. 711. *Io. Fabric.* hiſtor. bibl. Fabricianae, part. V. pag. 535 ſqq. Acta erudit. Lipſ. a. 1711. menſ. Aug. pag. 373 — 378. Iourn. des Sav. a. 1711. menſ. Aug. pag. 123 ſqq. — *Reland.* in fine catal. editt. ait, eodem anno, n. 1711. nouam Enchiridii Epictetei editionem in 8. prodiiſſe *Geneuae*, cura *Anton. Mauricii*, humaniorum litterar. et ciu. hiſt. ibidem Profeſſoris: quae num prelo reuera exierit, equidem ignoro.

Epict. Enchir. graece, latinisque verſibus adumbratum, per *Eduardum Ivie.* Oxon. e theatro Sheldon. 1715. 8. mai. vid. Catal. bibl. Bunau. I. pag. 160. — edit. II. 1723. 8. lat. cum *Vidae* libris III. de arte poetica. vid. Republyk der Geleerden, menſ. Nou. et Dec. a. 1724. nr. 8. — — Flores ex *Epicteto* collecti a *C. W. Lundio*, Hafniae 1719. 4.

Epict.

ee) De gallica huius ſcripti verſione, a *Io. Corraſio*, Pariſ. 1558. 8. edita, vide *Verdierii* bibl. gallicam pag. 682 ſq. Verſio Anglo-Saxonica, msta, eſt in bibl. Bodleiana: adde *Heumanni* acta phil. I. pag. 734 ſqq.

Epict. — vna cum *Cebetis* tabula, gr. et lat. cum notis Hieron. Wolfii, If. Cafauboni, Io. Cafelii et aliorum. Quibus accedit graeca enchiridii paraphrafis, lacunis omnibus, cod. Medicei ope, a Iac. Gronouio repletis. Recenfuit, a pluribus mendis repurgavit, ac notis quibusdam et animaduerfionibus illuftrauit *Io. Cafpar Schroederus.* Delphis ap. Adr. Bemann. 1723. 8. — Eft repetitio Berkelianae editionis. — cum verf. lat. et german. notisque *I. H. Reitz.* Idften. 1721. 12.

Epicteti Manuale, *Cebetis* Theb. tabula, et *Prodici* Hercules, *Theophrafti* characteres ethici. Graeca recognouit, verfionem latinam reformauit, notas Wolfii, Cafauboni, Cafelii, Duporti, aliorumque recenfuit et caftigauit, fuisque obferuationibus auxit et illuftrauit *Iofephus Simfon*, A. M. Oxonii e theatro Sheldoniano, impenfis Iac. Fletcher. etc. 1740. 8.

Conf. noua acta erudit. Lipf. a. 1744. menfe Sep. pag. 487—490. — edit. III. Londini 1744. — tum auctior, ita, vt pleraque ex notis Heynianis transferrentur, Londini 1758 et 1762. 8.

Epicteti, *quae fuperfunt*, *differtationes ab Arriano collectae*, *nec non Enchiridion et fragm.* graece et lat. in duos tomos diftributa cum integris Iac. Schegkii et H. Wolfii felectisque aliorum doctorum adnotationibus. Recenfuit, notis et indice illuftrauit *Io. Vptonus*, Praef. Rollenf. Londini. II. voll. 1739—1741. 4.

Enchiridion cum fragmentis, variis lection. et fuis aliorumque notis volumini II. inferuit. Expreffus eft textus e lectione Meibomiana: fed ab Vptono emendatus. Praeter ea enim ille contulit edit. Venet. a. 1535. Wolfianam ac Schegkianam; et ex iis aliisque lect. varietatem comparauit, atque, quod ab aliis fere neglectum erat, ex ipfo Arriano plura enotauit. Ab Harrifio acceperat exemplar Venetae edit. cuius orae adfcriptae erant lectiones codicis boni, qui olim in Carpi, patris purpurati, bibliotheca fuit, et alius, tum aliud exemplar, cui comes Schaftsbury notas adfcripferat criticas. Copiofum et perutilem adiecit indicem. Plura leges de hac editione in Bibl. brit. tom. XX. part. II. p. 1 fqq. Zuverläffigen Nachrichten part. LXI. pag. 1 fqq. et *Windheim* Bemühungen der Weltweifen vom Iahr 1700—1750. vol. III. pag. 160 fqq.

Ex edit. Vpton. deriuata eft edit. *Epicteti* cum Cebete etc. gr. et lat. Glasguae, 1744. 8. 1747 et 1748. 12. — *Epictet.* graece. ibid. 1751. 32. — gr. et lat. ibid. 1775. 12. (al. 8.)

Ex Meibomiano vel Vptoniano exemplari transfcripta eft editio *Lucenfis.* 1749. 8. — gr. et lat. Amftel. ap. Wetftein. 1750. 12.

Epicteti enchiridion gr. et lat. cum fcholiis graecis nunc primum e bibl. regia Dresdenfi vulgatis, et nouis animaduerfionibus. Dresdae et Lipfiae, impenfis Mich. Gröll. 1756. 8. In priore editione in dedicatione; in altera autem eaque *emendatiore et auctiore* Varfauiae et Dresdae apud Groellium. 1776. 8. in fronte libri nomen fuum eft profeffus *Chr. Gottl. Heyne*, V. C. [titulo tantum mutato, 1782. 8.]

Hanc praeftantem et, fiue artem criticam, fiue interpretationem rerum ac verborum fpectes, optimam editionem, vir cel adcommodauit quidem ad exemplar Vptonianum; at in locis haud paucis emendatum. Nam diligenter contendit edd. Venetam vtramque, Wolfii

fii primam, Naogeorgii et Dan. Heinfii, etc. vna cum adparatu variae lectionis in editt. Meibom. et Vptoniana; tum codicem Dresdenf. elector. ex quo fcholia graeca primus vulgauit. Praeter ea paraphraften chriftianum, ac, quod ab reliquis omiffum erat, S. Nili, quod vocant, enchiridion, nec non Simplicium atque Arrianum follertius, quam alii fecerant, excuffit. In praef. ac prolegom. de enchiridio eiusque in codd., praecipue in editionibus fatis acute intelligenterque differuit. Caruit tamen edd. Haloandr. et Cratandrina. In prolegg. pag XXIX. fpem facit alius editionis, in qua ad eum fere morem, quem in Virgilio fequutus eft, varia lectio fecernatur ab iis notis, quae philofophi verba interpretantur; aliaque addere promittit.

Epict. Enchir. et *Cebetis* tabula, gr. et lat. Guelferbyt. 1756. 12. etc.

Ἐπικτητȣ — *Epicteti enchiridion in vfum ftudiofae iuuentutis ex recenfione et cum notis Nic. Schwebelii.* Norimbergae 1771. 8.

In conftituendo textu fequutus eft editionem priorem Heynianam; at in notis, haud fpernendis, interdum difceffiffe videtur. In praefatione nudum dedit plurimarum editionum, in his Holoandrin. et Wechel., catalogum.

Ἐπικτήτȣ Ἐγχειρίδιον, *curante I. B. Lefebure de Ville-Brune.* Parif. 1782. form. min. (cum verfione gallica. ib. 1783. 8. in Diction. bibliograph. tom. I. Parif. 1790. p. 412.)

Editor multa iactitauit de fua opera. „En, ait in praefatione, tuis fe votis offert caftigatiffima totius philofophiae moralis epitome. Mendis erroribusque, quibus fcatebat auro contra carum opus, mea diligentiffima quidem cura repurgatum deprehendes. — Certum tibi fit, me, quidquid variatum in fcriptis vel ab ipfomet Arriano, vel a librariis, excuffiffe, compofuiffe, vt hinc, quantum fieri poffet, verum textum extunderem." Atque multa praeftare debuerat, fi iis, quae habuit, fubfidiis rite vfus fuiffet. Adhibuit enim, vt is quidem ait, quatuor codd. bibl. Parif. nondum collatos, de quibus autem haud adcurate egit, tum varias lectiones, orae exempli Haloandr. adfcriptas, et varias lectiones, quas ante XI. annos Berger, Germanus natione, e duobus italicis edd. enotauerat: porro tres Nili enchiridii codd. et duo codd. interpretationis, a Politiano confectae. Sed codd. graeci firmant plerumque lectiones, ex aliis codd. iam notas. Heynianam ignorauit editionem, et parum curauit rerum ac fententiarum interpretationem; faepius, interdum praeter neceffitatem, mutauit interpunctionem; lectiones, ab Heynio iam reiectas, retinuit frequenter; et in fectionibus fiue paragraphis ab ordine fueto difceffit. vide grauem cenfuram atque iactantiae adcufationem in ephem. litterar. Lipfienf. an. 1785. plag 40. pag. 633 fqq. vbi etiam multa contra Lefebure emendationes receptasque lectiones difputantur.

Cebes Gemälde u. *Epictets* Handbuch, griechifch für Anfänger. Herausgegeben von *Io. Heinr. Iacobi.* Hamburg. 1784. 8. cum praef. Semleri.

De Arriano et editione, quam paraturus erat Fabricius, hic ipfe haec fcripfit:

„*Ifaacus Cafaubonus* epift. 9. ad Thuanum fcripta Geneuae 6. Cal. Nou. 1593. *Eft in manibus etiam Arriani Epictetus, liber, vt nofti, aureolus, quem ante bus Schegkius magni apud fuos nominis homo fic latinum fecit, quafi iuraffet omnia non vertere fed peruertere.* Epiftola 13. ad Rich. Thomfonum data ibid. Calend. Maii 1594. *Ego nunc Arriani differtationes publice*

publice expono, cuius aurei libri neque Schegkius neque Wolfius vmbram viderunt. O philosophum! o dignum excellenti tuo ingenio campum, quare, si me audis, rape mihi hanc palmam dum adhuc in medio est posita etc. Vide eumdem epist. 21. 23. etc. Andreas Schottus lib V. Obs. Humanar. cap. 22. insignem traiectionem indicans et hiatum lib. III. cap. 26. Arriani explens, testatur, se adiutum regis christianissimi membranis, *quas inspexit diligenter in sua interpretatione religiosus vir Nicolaus, Nicolai Gullonii, Regii Professoris F. et cum Alberto Miraeo V. C. communicauit.* Posui et ipse nonnihil temporis in elegantissimo hoc opere castigando et illustrando, Salmasii quoque emendationes quasdam et alius viri docti collationes nactus. Itaque spero, me longe meliores Arriani pariter libros redditurum et Epicteti enchiridion locis quibusdam illustraturum esse, siue in noua, quod malim, Arriani editione, siue in lectionibus ad Arrianum Epicteteis." *Fabric.* — Hic quoque, vt postea videbimus, ad Schlichtium notas quasdam mstas misit. *Harl.*

De *Nilo* haec notarat Fabricius. „Non praetereundum etiam, quod Epicteti Enchiridion a *S. Nilo*, *monacho*, contractum et ad sensus christianos interpolatum; sed ab illo, quod Mericus Casaubonus edidit, multis locis diuersum. Graece et latine editum est inter varia *Nili* opuscula a *Iosepho Maria Suaresio*, Romae 1673. fol. — latine a *Theoph. Spicelio* post tractatum de pio litterati hominis secessu; gallice, a *Michaele Mourgves*, vt paullo post dicam." Conf. *Heynii* praef. pag. XVII sq. et *Leon. Allatium* de Nilis, in Fabricii B. Gr. vol. V. pag. 41 sqq. *Harl.*

VII. *Arabica editio Epicteti nulla.*

Falluntur *Ioannes Halleruordus* in bibliotheca curiosa pag. 56. et *Martinus Lipenius* in bibl. philosophica pag. 442. adfirmantes, Enchiridion Epicteti arabice editum esse ex bibliotheca Io. Elichmanni. Nam Cebetis tabulam et aurea Pythagorae carmina, non Enchiridion Epicteti ex bibliotheca Elichmanniana arabice edidit *Salmasius,* Lugd. Batau. 1640. 8.

VIII. *Versiones Enchiridii gallicae, hispanicae, anglicae, italicae, belgicae, germanicae* [ff]).

Gallice per *Antonium du Moulin.* Lugd. 1544. 16. [et in fine litterarum Phalar. et Isocratis a Gruget versarum, Anvers. 1558. 8.]

1) Interprete monacho *Ioanne de S. Francisco:* les Propos d'Epictete recueillis par Arrian etc. [gg]) Paris. 1630. 8. — [— Interprete *Andr. Rinaudeau*, Poitiers, (Augustoriti Limonum) 1567. cum notis, quas laudat Casaubon. in praefat. *Harl.*]

2) Interprete *Guilelmo du Vair*, parte quarta opusculorum, post alias editiones vulgatorum Rothomagi a. 1636. 8. [et in edit. Opp. Rothomagi, 1612. 8. pag. 777 sqq.] Laudat hanc

ff) De latinis versionibus iam in recensu editt. egimus. In Heidenr. autem Pandectis brandenburgicis error committitur, *Arriani* diss. Epicteteas latine translatas esse a Barthol. Facio et Angelo Politiano. Is vero inde ortus est, quod Politianus Enchiridion, Facius Arriani libros de rebus Alexandri latine vertit. *Harl.*

gg) Citatur haec editio a *Casaubono* in notis ad Epictet. p. 35. adde *Bayle* Diction. voc. (Jean) *Goulu*, not. C. *Heum.*

hanc verſionem Mericus *Caſaubonus* in notis pag. 68. 70. 81 ſq.] At in praefat. idem ſcribit, editam eſſe Lutet. Pariſ. 1606.]

[Pariſ. a. 1655. apud Guil. de Luyne; quam haud probat Mer. Caſaubon. in praef. *Harl.*]

[*Arriani* dispp. per *Io. de St. François, dit le P. Goulu.* Pariſ. 1630.]

3) Interprete *Aegidio* [hh]) *Boileauio*, qui vitam Epicteti eleganter ſcriptam praefixit, Cebetisque tabulam ſubiunxit. Rothomagi 1667. quae tertia eſt editio. Vide librum *Baelii*, cui titulus: reponſe aux queſtions d'un Provincial. tom. I. pag. 129 ſq.

4) Cum obſeruationibus moralibus et chriſtianis, auctore *Coquelino*, academiae Pariſ. cancellario. Pariſ. 1688. 12.

5) Ex verſione Abbatis *Bellegardei*, vna cum Altercatione Adriani et Epicteti, Cebetisque tabula, gallice reddita, ſub titulo: les *Caracteres d' Epictete.* Triuultii 1700. 12. [1701. apud Reland. — Amſtelod. 1709. 12. — Hagae Comit. 1734. 12.]

6) Enchiridion gallice vertit et per ſingula capita doctrinam moralem ſtoicam et chriſtianam inter ſe contulit, additis obſeruationibus, *Michael Mourgues*, ſoc. Ieſu, ſub titulo: *Parallele de la* [ii]) *Morale Chretienne avec celle des anciens Philoſophes.* Pariſ. 1702. 12. Paraphraſin chriſtiani ſcriptoris, cuius illa ſolum loca retulit, quibus ab Epicteti verbis [ℙ] auctor recedit, putat, eſſe factam in vſum Anachoretarum, (qui vocati ſunt Heſychaſtae) [kk]), ante annos ad minimum mille et ducentos. *Fabric.* [Le Manuel d' *Epictete*, et les Commentaires de *Simplicius*, traduits en François, avec des Remarques, par Monſ. *Dacier.* Pariſ. 1715. voll. II. 12. cum vita Epicteti. In praefat. defendit Platonem atque Epictetum a crimine ſuperbiae atque arrogantiae, contra Paſcalis libr. *Entretien de Mr. Paſcal et de Mr. de Sacy, ſur la Lecture d' Epictete et de Montagne*, in: Continuation des Memoires de Litterature de Mr. *de Salengre*, tom. V. pag. 239 ſqq. conf. Iourn. des Sav. a. 1716. Iun. pag. 649 ſqq. et Iul. p. 12 ſqq. ac *Windheim* in: Bemühungen der Weltweiſen etc. vol. III. pag. 147 ſqq. — Correcte venuſteque recuſa eſt, cum praef. Lud. Dutens, Pariſ. apud Didot ſenior. 1775. 18. — Dresdae 1780. 8. — tum, inſcripta: Manuel d'Epictete, traduit du Grec, avec les Commentaires de Simplicius. Le nouveau Manuel et le tableau de Cébes. Nouv. edit. Pariſ. apud Baſtien. 1789. cum fig.

Manuel d' Epictete traduit par M. N. Pariſ. 1782. 12. Praemiſſa eſt diſſ. de philoſophia Zenonis et Epicteti. Verſio eſt valde libera, ita, vt quaedam, quae tamen eſſent neceſſaria, omitterentur. *Harl.*]

Hiſpanice, Franciſcus de Queuedo. [Bruxellis 1661. 8. Barcell. 1635. 8.] tom. II. Opp. pag. 518 ſq. enchiridion elegantiſſima metaphraſi poetica expreſſit. *Fabric.*

[Doctrina del Eſtoico Filoſofo *Epicteto*, que ſe llama comunmente Enchiridion, traducido de Griego, por el Maeſtro *Franciſco Sanchez*, Cathedratico de Rhetorica, i Griego en

hh) *Guilelmo* Boileauio, patri celebris *Nicolai Boil.* tribuitur in vita huius, a Maizaeo ſcripta, Amſtel. 1712. 12. vid. Acta erud. a. 1713. p. 55. *Harl.*

ii) Vide ſi placet Memorias Triuultinas de artibus et ſcientiis a. 1704. I. pag. 92 ſq.

kk) De Heſychaſtis illis Cangius in gloſſario graeco. *Fabric.* — Atque *Heſychaſtae* diſerta fit mentio in hac paraphraſi cap. 60. *Heum.*

en la Vniverſidad de Salamanca. Impreſſo en Pamplona per Carlos la Buyen. 1612. 12. cum adnotationibus. vid. Specimen bibliothecae Hiſpano-Maianſianae — ex Muſeo Dauidis Clementis, pag. 99 ſq. Epicteti, ait Maianſius, ſententiam optime Sanctius expreſſit, etiamſi aliquando verba ponderauit potius, quam numerauit. — Illa editio, teſte Maianſio l. c. repetita eſt cum aliis opuſculis, ſic inſcriptis: *Las coplas de Don Iorge Maurique — — la Dotrina del Eſtoico Filoſofo Epicteto, traducido de Griego por el Maeſtro Franc. Sanchez* —. Madrid. 1632. 12. — Ibid. pag. 138. *Queuedi* iudicium in epiſtola ad Io. de Herrera, praefixa illius Epicteto, adfertur de alia verſione: *verterunt Enchiridion — in noſtrum idioma Doct. Fr. Sanctius, Brocenſis, et paullo poſt* Doctor Gundiſaluus Correas *aliquo rigore magis aptato prototypo, ideoque minus grato. — Correae* autem, Prof. Salmant. verſio eſt in libro, ibi citato: *Ortografia Kaſtellana, nueva, — — i el Manual de Epicteto, i la Tabla de Kebes —. Traduzidos de Griego en Kaſtellano por el Maeſtro Gonzalo Korreas — Konforme al orixinal Greko Latino, Korreto, i traduzido por el mesmo.* — en Salamanka. a. 1630. 8.

In linguam *Portugallicam* ſ. *Luſitan.* translatum eſt *Epicteti Enchiridion per Franc. Anton. de Souza.* Coimbrae 1594. 12. — Oliſipi ſ. Liſſabon. 1595. 12. *Harl.*]

Anglice, [Londin. 1670. 8. per Dauies. — The Morals of Epict. made Engl. in a poetic paraphr. by *Ellis Walker.* Lond. 1764. 8.] Enchiridion cum Simplicii commentario, per *G. Stanhope*, praemiſſa vita Epicteti ex Gallico *Aegidii Boileau.* Lond. 1700. 8. edit. II. 1704. 8. [ab Eliſ. Carter. edit. II. 1759. II. voll. 4.]

Germanice cum Cebete, Agapeto etc. Cothenis 1620. 8. *Fabric.* — In: Vollſtändige Sammlung aller Ueberſetzungen der Griechen und Römer etc. Francof. et Lipſiae 1785. 8. pag. 113 ſq. nominantur verſiones ſqq. germanicae: ab anonymo, in der Griechiſchen Sprachübung. (n. quam citauit Fabr. Cothen. 1620. 8.) — a *Gerdeſio*, cum Cebete, Holmiae, 1649. 12. — a *Brigitta Tott*, Hafniae. 1661. 12. — ab anonymo: des Epictetus politiſche Sittenlehre in vier Sprachen, 1694. — a *Weiſſio* in: Drey klügſten Leute: — ab anonymo, ex verſione Politiani latina, Epicteti Hand-Büchlein, Deſſau. 1716. 8. — ab *Rathian*, Noribergae 1718. 8. — a *Procopio*, verſibus german. Berolin. 1718. 8. — a *L. E. von Faramund*, (h. e. *de Schütz.*) cum adnotatt. ethicis. Lipſiae 1719. 8. (vid. *Stolle* de libris in bibl. ſua, vol. II. p. 260 ſq.) — a *Rühlen*, gr. lat. et german. Idſtein. 1721. 12. — ex verſione Bellegardii gallica, ab *A. B. C.* Lipſ. et Goerlit. 1747. 8. (conf. einige Schriften der Altdorf. deutſchen Geſellſchaft. Altd. 1760. 8. p. 128 ſq.) — a *I. G. Schultheſio*, Arrians Epictet. Tiguri 1766. 8. qui etiam addidit Epicteti ſententias, a Stobaeo aliisque ſeruatas; — ab anonymo, Francof. 1781. 8. (vna cum vita Epicteti, a Daciero gallice quondam ſcripta, in hoc libello germanice verſa. Ipſa verſio non fida eſt, et notae additae ſunt lingua quoque anglica, gallica et lat. conſcriptae.) — a *G. C. K. Link*, cum animaduerſionibus, Noribergae 1783. 8. — Illis addantur verſiones, confectae a *Motzio*, cum adnotatt. Halae Sax. 1790. 8. — *Epiktets Handbuch*, neu überſetzt, und bearbeitet, nebſt zwey Abhandlungen *über Ueberſetzungen* aus dem Griechiſchen, und über das Stoiſche Lehrgebäude von M. *I. Georg Philipp Thiele.* Francof. ad Moen. 1790. 8. Quaedam notantur et emendantur in ephem. litter. Tubing. 1791. plag. 79. pag. 626 ſqq. — Ab *Erneſtina Chriſtina Reiske* in libro: Zur Moral etc. inſcripto, Lipſiae 1782. 8. pag. 149 ſqq.

Italice, auctore *Paitonio* in bibliotheca degli autori — volgarizzati, tom. II. p. 9 sqq. saepe versum est Enchiridion a *Iul. Baldino*, cum duobus Aristotelis et Plutarchi opusculis, Venet. per Io. Andr. Valuassor. 1544. (al. 1545.) 8. et 1565. 8. (teste *Fontanino*, *della eloquenza italiana*, edit. Venet. 1737. 4. pag. 642. et *Osmont* I. pag. 260.) — Romae 1689. 8. — Simplicii commentar. in Epictetum, per *Matthaeum Franceschi Venetum.* Venet. 1582. 8. apud Angel. Bonfad. (fuit quoque in bibl. Thottiana, vol. IV. p. 254.) — ibid. apud Franc. Zilietti, 1583. 8. (vid. *Fontanin.* l. c.) et 1587. 8. — Epict. Enchir. cum adnotatt. per *Steph. Malfatum.* Romae 1655. 12. — et, vt videtur, recus. Venetiis 1704. 16. — *Sancti Conti* Sapientia degli Stoici col Manuale d'Epicteto. Romae 1647. 1653. 8. — in linguas italicam, hispanicam, gallicam et teutonicam translatum, Einsiedel in Heluet. 1694. 12. — Adhaeret libro inscripto: Paralello della Morale Christiana, con quella degl'antichi Filosofi del *P. Mich. Mourgues.* Venet. 1709. — Ex lingua gallica, italice versum a *Nic. Felleti.* Venet. 1714. 12. cum Cebete. (vid. tom. I. voc. *Cebes*, pag. 207 sq.) — Manuale d'Epitteto, in *Saluini* discorsi accademici, tom. III. pag. 131. Venet. 1735 4. — cum variis obseruatt. per *Valer. Zanum*, teste Argellato. — *Il Manuale d'Epitteto*, tradotto e commentato da *Orazio Maria Pagani*, Vicent. 1786. med. 8. Enimuero nec versio est neque commentarius; sed meditationes ethicae in Epicteti enchiridion. *Harl.*

Danice per Brigittam Tott. Hafniae 1661. 12.

Belgice, [ab *Anton. Gillis*, Antwerp. ex offic. Plantin. 1564. 8. *Harl.*] Lugd. Batau. 1617. forma minore, cum Cebetis tabula. [cum Arriani dispp. et Cebetis tab. per *I. H. Glazemaker.* Amstel. 1658. 8. — cum Cebete et Isocratis or. ad Demonic. Amstel. 1632. 12.]

IX. *Editiones promissae.*

Dauid Hoeschelius ad Iungermannum 7. Cal. Sept. 1608. *Animus erat, dare Epictetea, Enchiridio cum tribus MSS. codicibus, Simplicio cum duobus collatis, emendata hinc inde ab ipsomet Wolfio, interpretatione notisque auctioribus. Sed idem cogitare* Heinsium *ex D. Bongarsii litteris intellexi, vt iam totus haeream. Exspecto tamen responsum, si dignabitur dare, illustris Scaligeri.*

Idem Ioanni Meursio 5. Cal. Nou. 1614. *Salutem plurimam adscribo etiam Clarissimo Domino Heinsio, cui ex litteris Fed. Morelli, professoris regii, haec ad me, ni molestum, significa, et quidem ipsa eius verba:* Audio etiam, penes Dan. Heinsium, clarissimum doctissimumque virum, esse MS. Epictetum, qui Iosephi Scaligeri τȣ̃ μακαρίτȣ fuerat, emendatiorem amplioremque. Ego humanitate illius viri, cum singulari eruditione iuncta, plane perspecta, non dubito, quin tibi publico bono peculium illud conferat vel vltro. *Haec ille, qui etiam ad Arrianum nonnullas emendationes sponte misit.* Claudius Salmasius praef. ad Simplicium: „Ipsum Epicteti Enchiridion, quod semper nobis in deliciis fuit, cum scriptis codd. comparauimus, et viginti aliquot locos, in tantulo opere nondum intellectos, ceteris interpretibus explicauimus, multosque, alios parum hactenus explicatos, elucidauimus. *Fabric.* — *Ge.* quoque *Raphelius* editurus erat Epictetum: latine quidem verum ab eo Enchiridion ab C. A. Schmidio acceperat cl. Heyne. vid. eius prolegg. pag. XXXV. not.

Bern. Pezius in biblioth. ascetica antiqua noua, tom. V. pag. 409 — 450. Ratisbonae 1724. 8. edidit *Mittaeri Enchiridion Cartusianum;* ad instar Enchiridii Epictetici sunt 50 aphorismi,

riſmi, ad conſeruandam animi pacem vtiles cum paraphraſi: priores vero 35 praecepta continent, ex Epicteti enchir. ad verbum deſcripta, paucis mutatis inſertisque: accedit p. 453 ſqq. Mittneri paraphraſis in formulam profeſſionis Cartuſianae. vid. Acta erudit. Lipſ. a. 1736. m. Iun. pag. 264.

[Nouae editionis Epicteti ſpem nuperrime fecit *Ioh. Schweighäuſer*, Argentinenſis, V. C.]

Per hanc occaſionem alia ſcripta, quae ad Epicteteum pertinent enchiridion, memorabo:

Dan. Heinſius oration. XXIV. pag. 293 ſqq. de Epicteto.

Philoſophorum ſententiae de fato, et de eo, quod in noſtra eſt poteſtate, collectae partim, partim de Graeco verſae per *Hugonem Grotium.* Amſtelod. 1648. 12. p. 295 ſqq. — *Zach. Hemmingeri* paraphraſis iambica in Epict. Enchir. Baſil. 1711. 12.

Cph. Henr. Ritmeieri ſpecimen philoſophiae *Epicteti*, ſiue Enchiridii eius priora capita, rabbinice verſa, et animaduerſionibus illuſtrata. Helmſtad. 1709. 4.

Leuini Io. Schlichtii Obſeruationes ſelectae in Epicteti enchiridion et Cebetis tabulam. — I. A. Fabricio — ſacratae. Hal. Magd. 1712. 12. Erat ſpecimen futurae, at in herbis areſcentis, editionis cum Schlichtii et aliorum excerptis, atque *Zenophili*, (ſub quo nomine neſcio quis? latere voluit,) notis. vid. Neuen Bücherſaal, tom. III. pag. 638. et *Windheim* Bemühungen etc. l. c. pag. 158 ſqq. Act. erudit. Suppl. tom. V. pag. 418.

Gottlieb Stolle in: Hiſtorie der heidniſchen Moral. Ienae 1714. 4. pag. 510—525. de Epicteto egit, eiusque doctrinam de moribus redegit in compendium.

Les Morales de Plutarche, Seneque et *Epictete.* Pariſ. 1667. 12. teſte Heumanno. — Idem liber eſſe videtur, qui raris libris adnumeratur in Dictionaire bibliograph. Pariſ. tom. I. a. 1790. p. 364. Les Morales d'Epictete, de Socrate etc. (par *I. Desmarets de Saint-Sorlin.*) Pariſ. 1653. 8.

M. Io. Erdmanni Walteri, Vſenhem. Franci, diſſ. ſuper vita regenda ſecundum Epictetum praecipua quaedam. Lipſiae 1747. 4.

Fuit quoque *Epictetus*, Centumcellenſis epiſcopus, Arrianus, et Athanaſii hoſtis. vid. *Iuſti Fontanini* hiſtor. litterar. Aquileienſ. Romae 1742. 4. pag. 112 ſq. adde ſupra ad §. II. notatum. *Harl.* — *S. Epicteti*, presbyteri, vita exſtat in *Rosweydi* vitis Sanctorum, libr. I. — Alius *Epictetus* apud *Symmachum* lib. V. epiſt. 41. et lib. IX. epiſt. 31. *Heumann.* — lib. X. epiſt. 47. archiater Theodoſii M. *Harl.*

X. *De Epicteti dictis, quae in Arriani quatuor libris et in Enchiridio non leguntur.*

Gellius lib. I. cap. 2. ex libro primo Epicteti diſſertationum, digeſtarum ab Arriano, profert locum, qui iisdem verbis legitur in Arriani lib. II. cap. 19. vnde recentiores Gellii editiones pro primo ſecundum reponunt, iubente id *Lipſio* lib II. cap. 3. elector. Sed et idem *Gellius* lib. XVII. cap. 19. libros Arriani de Epicteti diſſertationibus memorat et ex [¶] iis quaedam profert, quae in Arriani opere, quale ſupereſt, fruſtra quaeſieris. Et lib XIX. cap. 1. laudat librum Epicteti, philoſophi, quintum διαλέξεων, quas, ab Arriano digeſtas, congruere ſcriptis Zenonis et Chryſippi non dubitat. Neque ῥῆσις bene longa, quam ibidem profert

profert Gellius, in Arriani quatuor libris, qui exſtant, legitur. Itaque quintus Arriani liber intercidiſſe videtur *Gatackero* ad Antonini lib. VIII. cap. 49. Salmaſio, aliisque, recte ſane, quum Photius cod. LVIII. teſtetur, ab Arriano ſcriptos libros octo Epicteti διατριβῶν, et eiusdem ὁμιλιῶν libros duodecim. In Stobaeo, qui ſubinde Arrianum laudat, ſaepius Epictetum, multa leguntur Epicteti dicta, quae in Arriani libris editis fruſtra quaeras. Forte etiam aliis collectionibus dictorum Epicteti vſus eſt, certe *Rufum* ex dictis Epicteti de amicitia citat ſerm. 19 20 et 106. Muſoniumne Rufum? quem Stoicorum placita ſectatum ſcribit *Tacitus* lib. III. hiſt. cap. 81. Epictetea ὑπομνήματα, *Iunio Ruſtico* auctore collecta, legiſſe ſe teſtatur Marcus Antoninus, vt ſupra ex eius lib. I. cap. 7. monui. Celeberrimum tamen et pluribus lectum fuit opus Arriani, quod laudat etiam *Arnobius* in extremo libri II. *Cum de animarum agitur ſalute ac de reſpectu noſtri, aliquid et ſine ratione faciendum eſt, vt Epictetum dixiſſe adprobat Arrianus.* In bibl. imperatoris mstae exſtant ſententiae Democriti, Epicteti et aliorum veterum philoſophorum γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Δημοκρίτȣ καὶ Ἐπικτήτȣ καὶ ἑτέρων σοφῶν. Vide *Neſſelium* part. III. pag. 41. Summam philoſophiae Epicteteae duobus verbis, ἀνέχȣ καὶ ἀπέχȣ *ſuſtine et abſtine* circumſcribit *Gellius* lib. XVII. cap. 19. Porro Epicurum, philoſophum, *Laertius* lib. X. cap. 6. teſtatur, ab Epicteto dictum κιναιδολόγον et pluribus conuitiis laceratum, quorum quum aliquam multa in Arriani libris occurrant, illud tamen κιναιδολόγȣ non exſtat. Epicteti *Epiſtolas* graecas cum expoſitione Simplicii in bibl. Medicea occurrere, adfirmauit Gesnerus [u]). Idem poſt ipſum tradunt Epitomatores, et Iacobus Gaddius parum accuratus ſcriptor tom. I. de ſcriptoribus non eccleſiaſticis pag. 168. Nemo tamen fuit hactenus, qui epiſtolas illas in lucem proferret, neque memorantur in catalogo bibl. Mediceae vel qualem vulgauit H. Ernſtius ex titulis pluteorum vtcunque compoſitum, vel qualem maiore aliquantum ſtudio concinnauit adhuc ineditum Wilhelmus Langius, Danus. In notis Menagii ad Laertium lib. X. ſect. 7. legas Epictetum ἐν τῇ πρὸς τȣ̀ς ἐν Μυτιλήνῃ φιλοσόφȣς ἐπιστολῇ citari a Sexto Empirico in libris contra Mathematicos. Sed Epicteti nomen ibi male excuſum eſt pro Epicuro. [F]

u) Sed falſam eſſe Gesneri relationem de epiſtolis Florentiae latitantibus, ſcribit ipſe *Fabric.* B. Gr. V. 29. pag. 664. et neutiquam illas ibi reperiri, nuntiat ei Io. Fabricius in epiſtola, quae legitur in vita Fabricii noſtri, a Reimaro ſcripta, pag. 252. *Harl.*

CAPVT

CAPVT X
DE FLAVIO ARRIANO.

I. *Arriani aetas et vita, atque alii nouem hoc nomine.* II. *Eius scriptorum editorum et perditorum catalogus, illorumque quae exstant editiones, cum variis obseruationibus, per numeros septendecim.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

Epicteto non incommode iungetur discipulus [a]) eius celeberrimus, FLAVIVS [b]) ARRIANVS [c]), Nicomediensis [d]) [?] Bithynus, qui propter eruditionem Atheniensi et Romana

a) Ἀῤῥιανὸς ἦς ὁμιλητῶν Ἐπικτήτε *Phot.* cod. LVIII. *Fabric.* — De *Arriano* praeter ea consuli possunt *G. I. Vossius* de histor. graec. lib. II. cap. 11. pag. 174 sqq. et de scientiis mathemat. cap. 48. §. 13. pag. 292 sqq. *Ionsius* de scriptor. hist. philos. lib. III. cap. 7. §. 6. pag. 35. *Pope-Blount* censurae authorum etc. pag. 166 sqq. *Le Nain Tillemont* Hist. des Emper. tom. II. pag. 273 sq. Biographia classica, ex Germanica *Mursinnae* versione, tom. II. pag. 91 sqq. *Giles Boileau* in vita Epicteti, gallice scripta, Paris. 1657. 12. edit. II. (conf. ad caput antecedens notata.) *Henr. Dodwell* diss. V et VI. tom. I. Geograph. minor. graec. p. 106 sqq. *I. G. de Chaufepié* in nouo Diction. hist. et crit. tom. I. h. v. p. 497 sqq. *Harl.*

b) Flauii praenomen ei tribuitur in Dionis loco infra adducendo.

c) Alii ab hoc, et ante nostrum fuere 1) *Arrianus*, cuius librum de meteoris memorat Ioannes Philoponus in Aristotelis Meteorologica: Ἀῤῥιανὸς δὲ ἐν τῷ περὶ μετεώρων, ὡς Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος ἰσχυρίζεται, εἴκοσι καὶ πέντε μυριάδας σταδίων ἔχειν τὴν περίμετρον τῦ μεγίςυ τῆς γῆς κύκλυ. Idem fuit auctor libelli, quo probauit, *Cometas* nihil neque boni neque mali portendere, teste *Agatharchide*, Cnidio, apud Photium cod. CL. p. 549. edit. Hoeschelii. Vt adeo falsus sit Posseuinus, qui eum Arriano nostro Nicomediensi adscribit in bibl. selecta parte II. pag. 356. 2) *Arrianus* Ἐποποιὸς, cuius metaphrasin graecam Georgicon Virgilii, libros XXIV. Alexandreidos et poemata in regem Attalum Pergamenum laudat Suidas. [vid. supra, vol. III. pag. 35.] Huius et nostri scripta confundit *Io. Meursius* in bibl. graeca. Liber primus Ἡρακλέας Arriani citatur ab *Athenaeo* lib. III. pag. 82. sed legendum *Rhiani*, vt constat e Suida Ῥιανὸς, et Etymologico M. in Ἀσέλληνα. Ita apud eundem *Athenaeum* lib. XI. pag. 499. Rhiani laudantur epigrammata, etsi et ibi codices quidam habeant *Arriani*, vti etiam apud *Suetonium* in Tiberio cap. 70. et *Eustathium* ad Dionysium 414 et 525. 3) *Coelius Arrianus, medicus*, qui ab aliis dicitur Coelius Aurelianus, Galeno antiquior, de quo dictum a me est in bibl. lat. 4) *Arrianus Maturius*, Altinatium praestantissimus, de quo *Plinius* lib. III. epist. 2. et ad quem aliquot eius exstant epistolae. Hunc eumdem cum nostro perperam statuunt *Gui. Stuckius* ad periplum Ponti Euxini et *G. I. Vossius* lib. II. hist. graec. cap. 11. confutati a *Tillemontio* tom. II. hist. imperator. pag. 474. et *Dodwello* in diss. de auctore Peripli Ponti Euxini. Post nostrum floruerunt 5) *Arrianus, grammaticus*, quem confabulantem inducit *Athenaeus* lib. III. dipnosophist. pag. 113. 6) *Arrianus, ICtus*, sub Alex. Seuero clarus, cuius in Pandectis mentio. 7) *Arrianus Seuerus*, praefectus aerario, sub Antonino Pio, auctor librorum de edictis. 8) *Arrianus*, Cos. sub Gordiano imp. A. V. C 995. idem forte, qui graece scripsit de imperatoribus Maximino iuniore, Gordianis, Maximo Albino, in quorum vitis eius meminit Iulius Capitolinus, nisi pro *Arriano* legendum *Arabianus*, vt apud *Liuium* XXVII. 6. [vbi vid. Drackenb. tom. IV. pag. 19.] pro C. et L. Arriano, *Arennium* legunt libri meliores. 9) *Arrianus*, consularis Liguriae sub Honorio imp. memoratus in codice Theodos.

d) *Eusebius* in Chron. Olympiade CCXXXI. *Arrianus philosophus Nicomediensis agnoscitur.* Suidas [et *Eudocia* pag. 71.] Ἀῤῥιανὸς Νικομηδεὺς φιλόσοφος ἐπικτήτειος. In patriae itaque honorem Bithynica scripsisse, notat *Photius* cod. XCIII et LVIII.

Romana ciuitate [e]) donatus, dignitatibusque auctus est. Hadriano Caesari, admiratori Epicteti, carus ab eo a. Chr. 134. praefectus prouinciae armatae, Cappadociae [f]) et Xenophontis prisci non minus industria rerum gerendarum, quam studio sapientiae [g]), scriptis et nomine ipso [h]) aemulus, bellauit contra Alanos et Massagetas, euectus etiam ad honores vrbis senatorios [?] ipsumque consulatum [i]), et in patria sacerdotio Cereris et Proserpinae [k]) functus. Adtigit tempora Pii et Marci Antoninorum [l]), relictis post se variis scriptis, quae secundum ordinem temporis, quo elaborata videntur, maxime ex sententia Chronologi nostra aetate clarissimi

e) *Lucianus* in Pseudomante tom. I. pag. 747. [tom. II. p. 209. edit. Reitz. vbi vid. M. du Soul,] Καὶ Ἀῤῥιανὸς γὰρ ὁ τοῦ Ἐπικτήτου μαθητὴς ἀνὴρ Ῥωμαίων ἐν τοῖς πρώτοις, καὶ παιδείᾳ παρ᾽ ὅλον τὸν βίον συγγενόμενος. En Romanum Arrianum, non patria, sed iure ciuitatis! perinde vt libro de venatione cap. 1. Atheniensem se innuit, (itidem non a loco natiuitatis, sed ciuitate,) adfirmans Xenophonti, Atheniensi, se esse ὁμώνυμον καὶ πόλεως τῆς αὐτῆς. Quod vero propter eruditionem hoc illi ius vna cum dignitatibus contigerit, Dodwellus obseruat ex his Arriani verbis lib. I. expedit. Alexandri pag. 26. edit. Gronou. quae secus intellexere Arriani interpretes, Gronouius ac Vulcanius: ἐμοὶ πατρίς τε καὶ γένος καὶ ἀρχαὶ, οἱ δὲ οἱ λόγοι εἰσί τε καὶ ἀπὸ νέου ἔτι ἐγένοντο.

f) *Dio* in rebus Hadriani imp. lib. LXIX. pag. 794. [vol. II. pag. 1163. edit. Reimari, cuius notas consules, praecipue de voc. *Albanorum*, vti legendum docet, et de *Parasmane*,] *Confecto ad hunc modum bello Iudaico*, (a Barcocheba concito) *bellum Alanorum*, (hi sunt Massagetae,) *Pharasmanes mouit, Mediamque vexata Armenia atque Cappadocia vastauit. Post Alani, partim adducti Vologaesi muneribus, partim* φλάβιον Ἀῤῥιανὸν τὸν τῆς Καππαδοκίας ἄρχοντα φοβηθέντες, *timore Flauii Arriani, qui Cappadociae praeerat, quieuerunt.*

g) Stoicis igitur eum adnumerauit Fabric. supra in vol. III. pag. 542. *Harl.*

h) Νέος Ξενοφῶν dicitur Arrianus noster Photio, Suidae, [et Eudociae,] et Arrianus ipse se homonymum Xenophonti et Xenophontem vocare non dubitat cap. 1 et 17. libri de venatione, qui in MSS. Xenophonti inscribitur, et propterea diu neglectus iacuit, quod in eum, qui inciderent, putarent, se non librum tunc adhuc ineditum Xenophontis iunioris, sed pridem editum prisci Xenophontis de venatione librum videre. Stilo etiam μιμητὴς ἀληθῶς Ξενοφῶντος fuit Arrianus, vt agnoscit *Photius* cod. LVIII. quod de quibusdam scriptis eius, non de omnibus intelligendum. In argumentis praeterea librorum Xenophontem imitatus est: nam vt ille scripsit ἀπομνημονεύματα Socratis; ita hic libros de dissertationibus Epicteti: vt ille libros septem περὶ ἀναβάσεως Κύρου, ita hic libros totidem περὶ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου: vt ille Ἑλληνικὰ, ita hic Βιθυνικὰ, Παρθικὰ, Ἰνδικὰ, Ἀλανικά etc. vt ille Tactica librumque de venatione, ita et Arrianus, gloriatus, se a teneris cum Socratico illo Xenophonte studiose incubuisse, ἀμφὶ ταὐτὰ (ita scribendum, non ταῦτα) ἀπὸ νέου ἐσπουδακότα κυνηγέσια, καὶ στρατηγίαν, καὶ σοφίαν. Pariter enim vt ille, ita et hic, strenue functus est officio ducis bellici. Conf. *Dodwelli* diss. de aetate peripli Euxini §. 6. pag. 112 sq. [Eodem modo aemulum Xenophontis fuisse Onesicritum, docet *Diogenes Laert.* VI. 84. *Heum.*]

i) *Photius* cod. LVIII. Διὰ δὲ τὸ τῆς παιδείας ἐπίσημον ἄλλας τε πολιτικὰς ἀρχὰς ἐπιστεύθη, καὶ εἰς τὸ τῶν ὑπάτων ἀνέβη τέλος· Suidas: καὶ ἀξιωμάτων μεταλαβὼν καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ ὑπατεῦσαι, καθά φησιν Ἑλικόνιος, διὰ τὴν τῆς παιδείας δεξιότητα. *Heliconium* hunc, Byzantium, sophistam christianum, Suidas alibi [et ex eo *Eudocia* pag. 165.] testantur, Chronicon [Χρονικὴν ἐπιτομὴν,] contexuisse libris decem ab Adamo vsque ad tempora magni Theodosii. *Arriani, consulis,* mentio apud *Galenum* XI. 12. de vsu partium tom. I. edit. Basil. pag. 492.

k) *Photius* cod. XCIII. ex Arriani ipsius Bithynicis: ἐν αὐτῇ τε (Νικομηδείᾳ) γεννηθῆναι καὶ τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι, καὶ ἱερέα τῆς Δήμητρος καὶ τῆς παιδὸς αὐτῆς, αἷς καὶ τὴν πόλιν ἀνακεῖσθαί φησι, χρηματίσαι.

l) Idem *Photius* cod. LVIII. κατὰ δὲ τοὺς χρόνους Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου τοῦ πίου καὶ Μάρκου τῶ Ἀντωνίνου ἐγνωρίζετο. Idem traditum Suidae in Ἀῤῥιανός.

riſſimi *Henrici Dodwelli* m) recenſebo, ita vt illis, quae interciderunt, praefixum videas aſteriſcum: interim dolebis mecum, praeter tot Arriani monumenta periiſſe etiam huius philoſophi vitam, quam a Dione Caſſio compoſitam fuiſſe Suidas n) auctor eſt.

II. 1. ΔΙΑΤΡΙΒΩ͂Ν ʼΕΠΙΚΤΉΤΟΥ βιβλία ὀκτώ. *Diſſertationum Epicteti libri * octo,* memorati *Photio* cod. LVIII. Hi ſunt, ni fallor, *libri de Epicteti diſſertationibus,* quos ab Arriano compoſitos adfirmat *Gellius* lib. I. cap. 2. [vbi vid. not. in edit. Conradi, tom. I. pag. 46 ſq.] lib. XVII. cap. 19. Epicteti librum vocat Auguſtinus IX. 4. de ciuitate Dei, Ἐπικτήτου λόγους ipſe Arrianus, et paulo poſt ὑπομνήματα in praefatione ad Lucium Gellium. Perſuadeo enim mihi, ex his octo libris διατριβῶν ſupereſſe hodie primores quatuor, de quorum editionibus atque interpretibus dixi capite ſuperiore. *Fabric.* — Falluntur autem, qui putant, IV. libros ſuperſtites eſſe commentarium in Epicteti Enchiridion. Male perinde *Huetius* eos vocat *Arriani in Epictetum lucubrationes.* Quaeſt. Aln. lib. II. cap. 2. §. 16. pag. 112. Ibid. cap. 10. pag. 169. Arrianum vocat *explicatorem Epicteti. Heumann.* — *La Mothe le Vayer* in Iugemens ſur les Anciens principaux Hiſtoriens etc. Pariſ. 1684. pag. 77 ſq. putat, difficile eſſe iudicatu, num Arrianus illas diſputationes ante hiſtoriam de expeditione Alexandri, an poſt illam conſcripſerit. Enimuero probabilius videtur, eum, dum adhuc ab ore pependiſſet Epicteti, aut non ita multo poſt, quam ſerius, aut in ſenectute, ſcripto conſignaſſe diſputationes: praecipue quum ipſe aegre ferret, illas, ſe inuito, fuiſſe euulgatas. adde *Chaufepié* pag. 498. not. *B.* *Reiskium* in Obſeruatt. miſcell. vol. IX. tom. III. pag. 380. qui corrigit locum lib. II. cap. 24. — *Zanobi Perelli* comment. ad locum diſſ. Epictet. II. 9. de proſelytis Iudaeorum, qui poſt lauacrum ſacrum acceptum in ſocietatem ſunt recepti, (τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ᾑρημένου,) in Saggi di Diſſertazioni accadem. pubblicamente lette nella nobile Accademia Etruſca dell' antichiſſ. Città di Cortona. vol. VII. Florent. 1783. 4. Nr. III. — Nouveau Manuel d'Epictete, extrait des Commentaires d'Arrien et nouvellement traduit du Grec en François. II. voll. Pariſ. 1785. — Ex deperditis libris locum Arriani inuenit *Heeren* in Stobaei eclogis phyſicis. *Harl.*

2. * ʽΟΜΙΛΙΩ͂Ν ʼΕΠΙΚΤΉΤΟΥ βιβλία δώδεκα, *Familiarium* o) *Epicteti ſermonum libri duodecim.* Hi, vt exiſtimo, a *Gellio* lib. XIX. cap. 1. [vbi tamen vid. interpret. pag. 457. edit. cit.] vocantur διαλέξεων libri, vbi ex quinto nonnulla graece producit. Ex homilia Arriani protreptica quaedam proferuntur apud *Stobaeum* ſermone 95. pag. 521. qui alibi paſſim multa ex Arriani Epicteteis profert, [?] quorum pleraque in quatuor, quos habemus, diſſertationum Epicteti libris non exſtant. Sed de his iam in Epicteto lectorem monui.

3. * ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ΒΊΟΥ ΤΟΥ͂ ʼΕΠΙΚΤΉΤΟΥ ΚΑῚ ΤΗ͂Σ ΑΥ̓ΤΟΥ͂ ΤΕΛΕΥΤΗ͂Σ. *De vita et morte Epicteti.* Memorat Simplicius praefat. ad Enchiridion: περὶ μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀῤῥιανὸς γέγραφεν ὁ τὰς

 Ἐπικτήτου

m) In laudata diſſ. de aetate peripli maris Euxini, tom. I. Geographorum graecorum minorum Io. Hudſoni.

n) Suidas in Δίων.

o) Ita malim reddere, quam cum *Tillemontio* tom. II. Hiſtoriae imperatorum pag. 473. *harangues* ſiue orationes. [*Chaufepié* etiam p. 498. vertit *Diſcours ou Harangues.*]

Ἐπικτήτου διατριβὰς ἐν πολυστίχοις διατάξας βιβλίοις. Idem innuit *Lucianus* in pseudomante, tom. I. pag. 747. Quamquam professus iam supra sum, non penitus esse exploratum, vtrum de magistri sui vita et morte singularem librum Arrianus composuerit, vt opinati sunt Ionsius, Tillemontius, Dodwellus; an id argumentum adtexuerit libris dissertationum, familiariumue Epicteti sermonum, quod vtrumque opus communi διατριβῶν nomine complecti Simplicius videtur.

4. ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ *Manualis libellus philosophiae Epicteteae* cum * praefatione ad Messalinum, quae intercidit. Vide supra in Epicteto.

5. * ΠΑΡΘΙΚΑ ἐν βιβλίοις ιζ. *De Romanorum bellis et rebus a Traiano feliciter gestis aduersus Parthos libri XVII.* Vide *Photium* cod. LVIII. *Suidam* in Γνῶσις. *Stephanum* Byz. in Γάζακα, vbi quintum, et in Ἄτραι, vbi septimum decimum huius operis librum laudat. [*Fabr.* B. Gr. vol. IX. lib. V. cap. 38. pag. 394 sq.]

6. * ΤΙΛΛΙΒΟΡΟΥ ΒΙΟΣ. *Vita Tillibori*, latronis Asiae celeberrimi. Meminit *Lucianus* in Pseudomante tom. I. pag. 747. [tom. II. pag. 208 sq. edit. Reitzii.]

7. ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἈΝΑΒΑΣΕΩΣ ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΥ βιβλία ζ. *De expeditione Alexandri libri VII.* Attice p) scripti ad imitationem Xenophontis, cuius exstant totidem libri περὶ ἀναβάσεως Κύρου. Suidas in Πίνδαρος laudat Arrianum ἐν πρώτῃ ἀναβάσει Ἀλεξάνδρου. *Arrianus* ipse lib. VII. pag. 276. edit. Gronou. ταῦτα ἐγὼ ἀνέγραψα, ὅτι καὶ ὑπὲρ Καλάνου ἐχρῆν εἰπεῖν ἐν τῇ περὶ Ἀλεξάνδρου ξυγγραφῇ. *Photio* cod. XCI. vbi hoc Arriani opus recenset, inscribuntur τὰ κατ' Ἀλέξανδρον, ἐν λόγοις ἑπτά. *Eustathius* ad Dionys. vs. 976. Καὶ εὕρηται τοιαύτη γραφὴ παρά τε τῷ Ἰουλιανῷ [?] καὶ παρὰ Ἀρριανῷ δὲ ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου. Πολλὰ γὰρ τῶν ἀντιγράφων ἔχουσιν οὕτω. Idem ad vs. 1097. ὡς παρεμφαίνει Ἀρριανὸς ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου. *Palladius* de Bragmanibus pag. 11. Ἀρριανοῦ μέντοι τοῦ μαθητοῦ τοῦ φιλοσόφου καὶ δούλου γεγεννημένου δι' εὐφυΐαν δὲ φύσεως εἰς φιλοσοφίαν, ἐν τοῖς καιροῖς Νέρωνος τοῦ βασιλέως τοῦ κολάσαντος τοὺς ἀοιδίμους Ἀποστόλους Πέτρον καὶ Παῦλον, τούτου τὰ κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἱστορήσαντος, ὃ ἐκεκτήμην, ποιημάτιον ἀπέστειλα τῇ ἀνδρείᾳ τῆς σῆς καλοκἀγαθίας, ὑποτάξας μου τῷ ὑπομνηματικῷ κ. τ. λ. Eodem *Photio* iudice cod. XCII. nemini eorum, qui historias optime contexuerunt, postponendus est, quale quid, vel amplius etiam ipse de se adfirmat Arrianus, dum libro I. de rebus Alexandri pag. 13. non minus se numerari postulat τῶν πρώτων ἐν τῇ φωνῇ ἑλλάδι, quam Alexandrum Magnum τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις. Veritatis studiosum prae ceteris commendat *Aeneas Gazaeus* in Theophrasto pag. 23. et φιλαλήθους cogno-

p) *Arrianus* ipse in Indicis pag. 334. edit. Gronou. πάντα ταῦτα λέλεκταί μοι ἤδη ἐν τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ. Ceterum in veneta editione graeca et aliquot MSS. codicibus, quos Iacobus Gronouius euoluit, liber sextus et septimus vnum librum constituunt, et Indica, de quibus paulo post ago, occupant locum libri septimi. Sed hoc a Facio ac deinceps ab aliis recte est immutatum, licet Indica male habentibus pro libro octauo, quum sit singulare opus. Etiam in MSto codice vno Mediceo, quem reliquis praestantem omnique auro omnibus numis pretiosiorem celebrat idem Gronouius, liber septimus a sexto probe est diuisus; vtrumque vero excipit liber singularis sub titulo Ἀρριανοῦ Ἰνδική. *Fabric.* In Excerptis Peirescianis citantur Ἀρριανοῦ Ἀλεξ. . . . ια. vid. infra, lib. V. cap. 5, 9. pag. 492. vol. VI. *Harl.*

cognomentum ei tribui in libris, notat *Coelius Rhodiginus* lib. I. Antiquar. lectionum cap. 22. *Fabric.* *Arrianum limatissimi iudicii scriptorem* vocat Freinshemius ad Curtii III. 12. 15. et *acerrimi virum iudicii* ad Curtii VI. 6. 4. *Heumann.* Ex multis, qui res ab Alexandro M. gestas diuersa ratione ac fortuna exposuerunt, potissimum sequutus est et Aristobulum et vero Ptolemaeum Lagum, ὧ μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι, ait libro VI. cap. 2. atque, si historiae fidem spectes, vtplurimum praestat Curtio, qui tamen nitore et facundia illum superat: neque tamen Arrianus omnino caret et dictionis et rerum vitiis. Sed de scribendi narrandique genere, quo vsus est Arrianus, copiosius egerunt *La Mothe le Vayer* jugemens etc. pag. 60. 82 sqq. *Degoreus Whear* in Relectionibus hyemalibus sect. XII. p. 58 sqq. et *Io. Christian. Neuius* in accessionibus ad illas, pag. 105 sq. *Chaufepié* l. c. not. *C.* et *Saint Croix* in Examen critique des anciens Historiens d'Alexandre-Le-Grand. Paris. 1775. 4. pag. 22 — 28. p. 191. 197. supra in vol. III. p. 35. [et ex vers. anglica libri Santacrocii per *Rich. Clayton*. Bath. 1793. 4. p. 30 sqq. add. *Frid. Schmieder.* Not. Crit. in Arrian. specimen I. p. 8 sqq.]

Codices msstos Perusinum et quatuor Mediceos adhibuit *Iac. Gronou.* In bibl. autem *Laurent. medicea* sunt, (vt per hanc occasionem omnes Arriani libros, dissertationibus Epicteteis exceptis, in libris manu exaratis mihique notis seruatos enumerem,) auctore *Bandinio* in catal. codd. graec. sequentes codd. msti: Arriani ἀναβάσεως Ἀλεξ. libri VII. et historia indica, tom. I. pag. 443. in cod. XXXII. plut. IX. nr. 2 et 3. — De *expeditione Alex.* libri VI. (libri autem VI et VII. nulla prorsus fit distinctio neque in hoc neque in tribus aliis codd.) et separatim Ἀῤῥιανοῦ ἀνάβασις Ἀλεξάνδρου ἑβδόμη. Ἰνδική. tom. II. pag. 653 sq. in cod. I. plut. 70. — Iidem libri, ibid. pag. 669. cod. IX. plut. 70. et pag. 688. bis, cod. XXVIII. atque cod. XXX. — De expedit. libri VII. nam liber VI. a septimo hic, (vt in cod. XXXII. plut. 9.) recte disiungitur: abest vero historia indica, quod opus est singulare: in cod. XXIV. pag. 684. — Excerpta ex Arriano de expedit. tom. III. pag. 325 sq. in cod. VIII. plut. 86. — In tom. II. pag. 231. cod. IV. plut. 55. nr. 20. Arriani *ars tactica* siue de acie instruenda; in hoc cod. liber in duas diuisus est partes, quarum prior agit de exercitationibus equestribus veterum Graecorum; posterior de exercitiis veterum Romanorum: nr. autem 21. *instructio aciei aduersus Alanos.*

In bibl. *Veneta* D. Marci, cod. CCCLXIX. (catal. pag. 176.) de Alex. M. expeditione et rerum indicarum liber.

In bibl. *Mediolanensi*, instructio aciei aduersus Alanos, et de acie instruenda liber. vide nr. 11 et 12.

Neapoli in biblioth. Augustinensium S. Ioannis ad Carbonariam, ἀναβάσεων ἱστοριῶν βιβλία ζ΄. cod. bombyc. saec. XV. Ita in catal. msto codicum. Montfaucon vero in diario italico pag. 310. duo illius historiae codices recentes memorat.

Lugduni Batau. pars de expeditione Alex. cod chart. (catal. pag. 335. nr. 35) — inter codd. Vossianos cynegeticus q), nonnullis locis addita est versio latina: item periplus Maeotidis

q) In catal. MSSt. Angliae et Hiberniae, Oxon. 1697. tom. II. inter codd. Vossianos pag. 62. ita citatur „Arriani, Xenophontis iunioris dicti, Cynegeticus. De hoc auctore diximus in dissertatione de dubiis aliquot scriptoribus."

tidis paludis; ibi quidem Arriano adſcribitur. (catal. pag. 399. nr. 71.) — inter codd. Perizonianos, Arriani hiſtoria. (catal. pag. 493. nr. 6.)

Pariſiis in bibl. regia ſunt teſte catalog. *nouem* codices, qui continent libr. de expeditione Alexandri, et, vno excepto, hiſtoriam indicam, et in *tribus* codd. eſt ars Tactica.

In bibl. *Bodleiana*, Oxonii, inter codd. Barroc. (catal. pag. 10. nr. 82.) Arrian. de expeditione Alex. M. partic. Namque non procedit vltra pag. 57. edit. Vulcanii. et nr. 127. (catal. pag. 18.) de expedit. libr. I et II. ſed lib. III. vltra dimidium mutilatus; libri IV. fragmenta: inter Bodlei. codd. nr. 2283. (catal. pag. 118.) de expedit. libri VIII.

In biblioth. *Eſcorialenſi*, teſte Ant. Auguſtino, in bibliotheca etc. Tarracon. 1587. 4. nr. 141. hiſtoria Alex.

In bibl. *Bernenſi* cod. chart. ſaec. XVI. olim Bongarſii, Arrian. de arte militari, ſiue Tactica, eiusdemque expeditio aduerſus Alanos, cum aliis auctoribus tacticis graecis, de quibus multus eſt *Sinner*, in catal. codd. gr. bibl. Bernenſ. pag. 598 — 611.

In bibl. quondam *Heidelbergenſi*, auctore Sylburgio, in catal. codd. gr. nr. 256. hiſtoria Alex. — nr. 398. Arriani periplus, cum periplo ponti Euxini et Xenoph. cynegetico.

In bibl. *Auguſtana* Vindel. Arriani de expedit. Alexandri M. VIII. libri. In fine legitur adſcriptum. „Hunc codicem B. V. (h. e. Bonauentura Vulcanius,) cum ſuo contulit, et quam plurimis locis emendauit, Baſil. 1576.“ teſte Reiſero, in catal. pag. 67.

In bibl. *Gieſſenſi* ſunt notae msstae Steinheilii et Maii ad Arrian. de expedit. Alex. Indica et artem tacticam.

In bibl. *Guelferbyt.* Adolphi Vorſtii notae msstae ad Arriani hiſt. Alex.

In bibl. *Vindobonenſi* Caeſarea ſecundum Neſſelium part. V. catal. pag. 12 ſq. cod. IV. peruetuſtus et optimae notae, in fol. Hiſtoriarum libri VII. de expeditione Alex. et Ἰνδικὴ ſiue hiſtoria rerum indicarum. At multo curatius ſollertiusque disputat de hoc codice Kollarius in ſupplem. I. ad Lambecii commentar. cod. XCII. pag. 582 ſqq. et docet, ex hoc codice reliquos fere manaſſe; et in omnibus codicibus antiquis, (quibuscum bini alii Caeſarei conſpirant,) Gronou. libr. VII. pag. 290. ſuae edit. animaduertiſſe interuallum ſcripturae vacuum ſatis amplum relictum, nulla vero eius originis notitia adſcripta. In hoc quidem codice id interuallum non eſt: at fol. 125. pag. altera, plene perfecteque finita, vetuſta quidem manu, ſed a librarii diuerſa, adſcripta ſunt haec: ἐνταῦθα λείπει φύλλον α. *Hic deſideratur folium vnum.* Eiusdem alterius paginae verba vltima ſunt: εἶναι αὐτῷ πρὸς θυμοῦ ἀντὶ . . . quae ſigna in cauſſa fuiſſe videntur Kollario, cur reliqui codices, ex illo Caeſareo deſcripti, lacunam, quam odoratus eſt Gronouius, maiorem indicare coeperint. In eodem codice eſt Arriani hiſtoria rerum Indicarum, ſeparatim poſita et inſcripta Ἰνδική· de qua copioſus eſt Kollarius, et contendit, ab Arriano hoc opuſculum Ἰνδικὴ, fuiſſe inſcriptum; non, Ἰνδικά. — Ibid. apud Kollarium pag. 590 ſqq. cod. XCIII. (apud Neſſel. cod. LXXXIX. p. 145. et cod. III. pag. 158.) Arriani de expeditione Alex. M. (vbi libri non recte ſunt diſtincti, et ſeptimus cum ſexto coniunctus continuoque ordine ſcriptus,) et Indica, quae in hoc cod. falſo pro ἀναβάσεως libro ſeptimo habita eſt. — cod. XCIV. de expeditione Alex. et Indica. — In *Lambecii* comment. tom. V. in cod. CCXCII. nr. 29. pag. 533. ſunt ex Arriani periplo ponti Euxini

excerpta

excerpta nonnulla: at titulus atque principium deeſt in edit. Baſil. 1533. Froben. et in Stuckii edit. Geneu. 1577. Kollarius, (qui remittit lectorem ad Analecta tom. I. pag. 1093 ſqq. vbi ille Holſtenii dedit epiſtolam etc.) notat, fragmentum iſtud, ab Hudſono quoque in Geogr. vet. ſcriptor. min. etc. vol. I. peripli Arrianei pag. 12. neglectum, totidem ſententiis, ac multo correctius legi in Anonymi periplo ponti Euxini, ab Hudſono poſt Marcianum Heracleotam edito pag. 69.

Editiones.

Latine prius, quam graece, editi ſunt libri de expeditione Alex. M. Antiquiſſima, quae innotuit, eſt editio, interprete *Carolo Valgulio*, *Brixienſi*, absque vlla nota, in fol. ſaec. XVI. inſcriptio eſt vltimae paginae adpoſita; „Arriani hiſtorici ac philoſophi clariſſimi libri octo de rebus geſtis Alexandri Macedonis, e graeco in latinum ſermonem a *Charolo Valgulio* nouiſſime traducti: ad Bartholomaeum Liuianum Buclani ducem feliciſſimi exercitus Venetorum Gubernatorem generalem.“ vid. catal. bibl. *Pinell.* tom. II. pag. 31. nr. 2473. ibique not. cl. Morelli.

Petrus quidem *Paullus Vergerius*, Iuſtinopolitanus, qui a. 1404. doctoris lauream conſequutus eſt, in Hungaria autem tempore concilii Baſileenſis circ. a. 1428. obiit, latine vertit [r]), idque, vt ait Fabricius, de induſtria inculto ſermone, vt a Sigismundo imperatore intelligi poſſet, teſtante *Barthol. Facio*, Genuenſi, qui eam, vt barbaram, Germanis incultioribus relinquere ſe praedicat. Fabricius, quem Clement aliique omnino ſequuti ſunt, dubitat, an lucem viderit illa *Vergerii* translatio, (non minus, quam altera *Nicolai Sagundini*, Thaddaeo Vgoleto, Parmenſi, memorata,) quia nec bibliothecarum editores commemorant, neque illam ſe vsquam reperire potuiſſe teſtentur, qui Arrianum poſtea edidere, Vulcanius, Blancardus, Gronouius. Enimuero *Apoſt. Zenus* in Voſſ. diſſertaz. I. pag. 53 ſqq. multus de illa verſione, docet, eam ab Aenea Siluio de Piccolomini fuiſſe regi Alphonſo commendatam, exſtare illam, nondum typis excuſam, in cod. Vaticano, nec eſſe incomtam atque inelegantem; cuius iudicii veritatem comprobat praefatione ad Sigismundum, imperatorem, quam formulis typographicis deſcribendam curauit. — Ipſe Facius Arriani hiſtoriam in ſermonem tranſtulit latinum, et in dedicatione ad Alphonſum regem Arragoniae de Vergerii interpretatione minus benigne ſenſit. Inſcriptio autem haec eſt:

Arrianus de rebus geſtis Alexandri, latine, Bartholomaeo Facio interprete. Impreſſus eſt opera et impenſa Hieronym. de Soncino. Piſauri 1508. fol.

Vid. *Maittaire* A. T. II. pag. 188. qui trium V. D. epiſtolas, illi editioni inſertas, et ad diligentiam atque dexteritatem Facii laudandam ſcriptas, in nota maximam partem excerptas exhibuit. Ex Golphi, Pergulani, litteris intelligimus, Facii verſionem eſſe a Ludouico Odaxio emendatam; Curulus narrat in epiſtola ad Arnaldum Fenoledam, equitem Hiſpanum, ſe vna ſaepius adfuiſſe, quum Facius Nicolaum Sagondinum et Theodorum Theſſalonicenſem,

r) Vid. *Voſſium* de hiſtor. latin. lib. III. pag. 552 ſq. coll. *Zeni* diſſ. Voſſiane tom. I. p. 51 ſqq. et *Io. Dominic. Manſium* ad Fabricii B. L. med. et inf. aet. tom. VI. pag. 289 ſq. *Fabric.* infra de Photio, in vol. IX. pag. 403.

lonicensem, viros gr. et latine doctos, conueniret, et ab illis multarum rerum explanationem exquireret; sed illum, quum quartam vix partem pressisset, reliquis tribus nondum satis elimatis, morte praeuentum, opus, multis lituris abolitum et vulneribus paene confossum reliquisse; se igitur librum paene exstinctum restituisse, et, vt potuit, emendatum exscripsisse. Ita Facii interpretatio librorum VII. de expeditione et libri rerum indicarum, a Iac. Curio s. Curtulo suppleta et expolita primum Pisauris 1508. tum graecis subiecta, Basileae apud Robertum Winter 1539. 8. atque iterum separatim, apud Sebast. Gryphium, Lugduni 1552. 12. ac Bernae 1554. 8. prodiit. Illam quidem, quamquam pluribus mendis scatere, et hiatibus atque interpolationibus scriptorem deformare, ostendit Vulcanius, (qui multa melius reddidit atque adcuratius,) in sua ad Arrianum praefatione: tamen elegantem certe esse, et Facium loca nonnulla Arriani rectius, quam Vulcanium, expressisse, notauit Iac. Gronouius.

Graece primum prodiit

Arriani Historiae de ascensu Alexandri. graece. Venetiis in aedibus Barthol. Zanetti, Casterzagensis, aere vero ac diligentia Io. Franc. Trincauelli. 1535. mense Sept. 8.

Hanc editionem a *Victore Trincauellio* curatam esse, liquet ex epistola Io. Bapt. Egnatii ad Andr. Franciscum, Venet. Cancellar. 1535. data. vid. *Maitt.* A. T. tom. II. pag. 825.

Arriani de expeditione Alexandri libri octo, nuper et reperti, et quam diligentissime in lucem editi. Historiam quoque eamdem, olim quidem a Barthol. Facio latinitate donatam, nunc vero innumeris, quibus scatebat, mendis repurgatam, hic adiungi curauimus, vt et conferri a linguae graecae studiosis possit, et quid in vtraque a nobis praestitum sit, facilius adpareat. Basileae. II. vol. *Nicolai Gerbelii* praefatio ad Iac. Sturmium, in qua laudatur Io. Oporinus. 1639. 8.

Maitt. A. T. tom. V. pag. 84. et *Clement* bibl. curieuse etc. II. pag. 138. *Wedekind* von rar. Büchern pag. 218.

Ex libro primo de expeditione Alex. gr. et lat. per *B. Facium.* Tiguri 1556. vid. Catal. bibl. Bodleian. tom. I. voc. *Arrian.* pag. 76.

Prior liber lat. *Facio* interprete. Bernae in Heluetia, apud Matth. Apiarium, sumt. Io. Oporini. 1554. 8. vid. Catal. bibl. Thottianae IV. pag. 265.

Arriani (qui alter Xenophon vocatus fuit,) de expeditione Alexandri M. historiarum libri VII. Ex Bonauent. Vulcanii Brug. noua interpretatione. Ab eodem quam plurimi loci ope veteris exemplaris restituti. Cum indice copiosissimo. Alexandri vita, ex *Plutarcho, Eiusdem* libri II. de fortuna vel virtute Alexandri. a. 1575. (Geneuae) excud. Henr. Stephanus. fol.

Vulcanius graecam editionem Gerbelianam cum vetusto codice MSto, quem ab Henr. Stephano, huic Constantinopoli missum, acceperat, contulit, nouam instituit recensionem Arrianique libros edidit emendatiores, et nouam, de qua paullo ante sermo fuit, adiunxit versionem. Confer praeter *Maitt.* III. pag. 765. *Clement* Biblioth. curieuse etc. tom. II. pag. 137 sq.

Orationes

Orationes ex Arriano collectae, gr. lat. 1570. in catal. bibl. Bodleianae l. c. Enimuero non separatim editae sunt, sed cum aliis *Concionibus* seu *orationibus*, *ex graecis latinisque historicis excerptis*, — *ab Henr. Steph.* 1570. fol. — *Meursius* in edit. Aeliani et Leonis Tacticorum etc. Lugd. Bat. 1613. 4. ex Arriano proeliorum aliquot descriptiones gr. et lat. recepit.

Arriani, Nicom. de expeditione Alex. M. libri VII. et *historia indica*, gr. et lat. interprete Bon. Vulcanio, *Nic. Blancardus* e veteribus libris recensuit, versionem latinam emendauit, octo libros animaduersionum adiecit. Amstel. 1668. 8.

Conf. *Bure* bibliogr. instruct. Histoire etc. tom. I. nr. 4770. pag. 507 sq. Idem in catal. bibl. Vallerianae tom. III. pag. 124. ita citat editionem, vt *Tacticam* quoque aliaque inesse, II. voll. scribat. „Blancardus, ait Fabricius, Vulcanii editionem graeco latinam recudi curavit, qui et ipse duobus MSS. codicibus Richeliano et Gandauensi vsus est, et notas addidit haud plane contemnendas, neque dignas, [ꝑ] vt tam inhumane acciperentur a *Iacobo Gronouio* s) in *supplementis lacunarum in Aenea Tactico, Dione Cassio et Arriano*, Lugd. Bat. 1675. 12. pag. 160 sq. tamquam aliena et praecipue Vulcanio, Freinshemioque surrepta, ac nullius pretii. Nempe vir clarissimus, qui in his supplementis trium vel quatuor locorum Arriani, ex Mediceo MS. vidit rectiorem lectionem, ideo solus sapit, reliqui volitant velut vmbrae. Blancardi editioni etiam subiectus index scriptorum, ab Arriano laudatorum, qui sunt Androsthenes Callistrati Cretensis, Aristobulus, Aristus, Asclepiades, Callisthenes, Cimon, Ctesias, Eratosthenes, Euripides, Herodotus, Hecataeus, Homerus, Megasthenes, Nearchus, Onesicritus, Ptolemaeus Lagi et Xenophon. Ex his Aristobulus, Asclepiades, Callisthenes, Hecataeus Eretriensis, Megasthenes et Ptolemaeus Lagi ante Arrianum scripserant de rebus Alexandri Magni. Nearchus et Onesicritus nauigationes iussu Alexandri susceptas scriptis tradiderunt, memorati Straboni, Plinio, Curtio, Plutarcho. Ex his Nearchi paraplum ab Indis in Persicum vsque sinum, late persequitur in Indicis, (de quibus mox,) Arrianus, breuius ex Iuba Plinius lib. VI. cap. 23. hist. nat. — Post Blancardum denique idem *Iacobus Gronouius* hos Arriani libros atque Indica ex MS. Perusino et quatuor codicibus mediceis emendatos in capita diuisit et cum versione Vulcanii, MSto Augustano postea vsi, ex ipsius autographo recensita et interpolata, suisque animaduersionibus edidit."

[Inscriptio criticae huius editionis haec est:

Ἀῤῥιανȣ — *Arriani Nicomed. expeditionis Alexandri libri septem et historia indica*, ex Bonau. Vulcanii interpretatione latina, post variam aliorum industriam, ita lacunis vel cognitis, vel ignotis etiamnum et obscuris suppletis, ita auctoris in graecae linguae natiuo vsu, praestantia et facultate restituta ex plurium MSStorum et praesertim vnius optimi collatione, vt nunc demum prodire hic auctor videri debeat, opera *Iacobi Gronouii*. Lugduni Batau. Excudit Petrus Vander Aa. 1704. fol.]

Ac

s) Exstat et eiusdem *Gronouii* Epistola de Pallacopa amne, (de quo Arrianus lib. VII.) ad Io. Georg. Graeuium, Lugd. Bat. 1686. 8. aduersus Isaaci Vossii expositionem in adpendice obseruationum ad Melam. Lond. 1646. 4. Nonnulla Arriani loca illustrat etiam praeter Curtii interpretes, (Freinshemium praecipue,) *Palmerius* in exercitationibus ad scriptores Graecos.

Ac Praefationem quidem et notas viri doctiſſimi ſcatere inuectiuis in Blancardum, Freinshemium et alios viros doctos quoscumque, et magnum aliorum contemtum ac minutiarum viciſſim venditationem ac depraedicationem vbique referre, non mirabitur, qui alia illius ſcripta ſimilis farinae omnia viderit. Ad calcem operis recuſa eſt ipſius exercitatio de Pallacopa, ſiue foſſa ex Euphrate, aduerſus Iſ. Voſſium.

[Eruditas obſeruatt. in Arriani libros criticas, in quibus haud raro Gronouius refellitur, ſcripſit *Petrus Horreus* in Obſeruatt. criticis in ſcriptores quosdam graec. hiſtoricos etc. Leoward. 1736. 8. pag. 533 — 561.

Arriani Nicomed. expeditionis Alexandri libri VII. et hiſtoria indica. gr. et lat. cum annotationibus et indice graeco locupletiſſimo *Georgii Raphelii.* Accedunt *Eclogae Photii* ad Arrianum pertinentes, cum lectionibus variantibus *Dau. Hoeſchelii:* ſummaria librorum diſtincta et emendata: index rerum accuratiſſimus, nec non tabula geographica expeditionis Alexandri. Amſtelaedami 1757. 8.

Raphelius iam a. 1709. parauerat hanc admodum probabilem editionem, quam demum diu poſt illius obitum eius gener, Conrad. Arnold. Schmid, in lucem protulit. Raphelius autem textum Gronouianum reddidit adcurate caſtigatum, capitibus in minores ſectiones diuiſis. In notis potiores Iac. Gronouii animaduerſiones criticas repetiit, et difficiliora loca hiſtoricis atque grammaticis bene illuſtrauit obſeruationibus. Idem verſionem caſtigauit, et in infima ora perpetuo indicauit loca Curtii comparanda. — In Miſcell. obſeruatt. vol. IV. tom. II. pag. 270 — 272. a. 1734. iam ſcripſerat, ſe ante hos plusquam XX annos Arriani libros de expeditione Alex. praelo paraſſe, conſilium exponit, et coniecturam de loco in hiſt. indica cap. 13. nr. 6. corrupto profert. Idem *Raphelius* edidit praeclaras *Annotationes philologicas in nouum teſtamentum ex Polybio et* Arriano *collectas.* Hamburgi 1715. 8. poſtea in Belgio recuſ.

Nouiſſima editio, ex editionibus Trincauell. Stephaniana, Gronouiana, Rapheliana quodammodo concinnata, eſt Borhekiana:

Flauii Arriani Nicom. Opera, graece, ad optimas editiones collata; ſtudio *Aug. Chriſtiani Borhek*, in regia Duisburg. acad. hiſtor. et eloquentiae P. P. O. vol. I. *Expeditio Alexandri M.* Lemgou. 1792. 8. ſingulis capitibus argumentum eſt praefixum. Alter tomus comprehendet Indica, Periplum, Tactica, indices et notitiam litterar. de Alexandro iisque, qui de Alexandro M. ſcripſerunt.

Germanice expeditionem Alexandri vertit laudatus *Borhek*, Francof. ad Moen. 1792. 8. II. tom. (vid. Ien. Allgem. Litteraturz. a. 1791. 20. Allgem. deutſche Bibl. vol. 103. part. I. pag. 257.) et antea cum indica hiſtoria, et notis *Gebhard Chriſtoph. Ludouic. Timaeus*, Lipſ. atque Erford. 1765. 8. vid. Berol. bibl. vniuerſ. vol. II. part. I. In bibl. Thottiana IV. p. 351. citatur verſio hiſt. de expedit. Hamburg. 1710. 12. niſi illa ſit verſio hiſt. indicae Rapheliana.

Anglice, *Rooke*, cum notis criticis, geographicis et hiſtoricis, additis Clerici disquiſitione de Curtio, et Perizonii vindiciis Curtii, 1729. II. voll. 8. vid. *Chaufepié* lib. mem. not. C. fin. pag. 499. *Harl.*]

Gallice hi Arriani libri prodierunt interprete *Claudio Witardo* t), Parif. 1581. 4. tum *Nic. Perroto Ablancourtio* ibid. 1646. 8. praeter quam editionem in pandectis Brandenburgicis memorantur aliae tres anni 1652. 1661. 1665. [P] [Parif. 1664. 8. in cat. bibl. Bernenfis tom. I. p. 250. et in *Bure* bibl. inftruct. I. nr. 4773. p. 508. vbi forma in 12. dicitur. In cat. bibl. Bruhlianae, tom. I. p. 141. citatur I. edit. Parif. 1646. 4. cum indica hift. et edit. a. 1654. 4. cum Plutarchi vita Alex. et apophthegm. ab eodem verfis. Exemplar, Parif. 1664. 12. eft in bibl. Erlangenfi.]

Italicam verfionem eorumdem librorum vidi in 8. *Fabric.* — Effe illam *Io. Bapt. Ramufii*, Venet. 1558. ipfe fignificarat in vol. IX. B. Gr. pag. 403. — In linguam italicam translati funt libri de expeditione Alexandri, (*nuovamente* di Greco tradotto in Italiano,) a *Petro Lauro*, Modenenfi. Venet. 1544. 8. vid. *Fontanini* della eloquenza italiana pag. 612. qui addit, *questo è l' Anello* XI. *della Collana*, et *Paitoni* bibl. degli autori — volgarizzati, I. p. 130. *Freytag* in Analectis pag. 54. citat illam, *Nic. Franc. Haym* nella notizia de' libri rari p. 10. inter libros rariores refert. Paitoni vero, *non so*, inquit, *il fondamento.* Idem tamen Paitonius ex Argellato memorat: *Arriano* etc. e questo è l' undecimo Anello della collona istorica del Giolito. Verona per *Dionisio Romanzini*, 1730. 4. Exftat in catal. bibl. Bunau. I. pag. 161. in *Clement.* Bibl. cur. II. pag. 139. ex Novelle della Republ. della Lettere a. 1729. indicatur a. 1729. Et apud *Clement* et in Novelle etc. a. 1726. p. 366. atque a. 1730. pag. 172. agitur de *Lauri* verfione et editione admodum rara. *Harl.*

[Verfio *Petri Lauri* (Pier Lauro Modanefe, La Guerre di Aleffandro Magno, di Arriano da Nicomedia) repetita eft Romae per Gio. Defiderj 1793. 4.

Notarum criticarum in Arriani Nicom. de Alexandri M. expeditione libros VII. Specimen primum et fecundum. auct. *Frieder. Schmieder.* Hal. Sax. 1795. 8. *Beck.*]

In hiftoria ecclefiaftica *Socratis* lib. III. cap. 23. in latina verfione Henrici Valefii videas memorari fingularem librum (μονόβιβλον,) quem Arrianus de Alexandri vita compofuit. Sed in graeco eft ὁ Ἀνδρίας nomen corruptum; et antecedentia arguunt, ibi potius agi de Alexandro impoftore, cuius vitam fcripfit Lucianus.

8. Ἡ ἸΝΔΙΚΗ', vt *Photius* cod. XCII. et *Euftathius* ad Iliad. δ'. pag. 474. fiue vt Stephanus Byz. in Μάσσακα vocat ἸΝΔΙΚΑ', *De rebus Indicis liber vnus.* Hic, cum libris feptem de rebus Alexandri folitus edi, a clariff. viro ad Soloecistam Luciani pag. 104. et ab aliis quibusdam citatus eft pro libro octauo hiftoriae Alexandri, ita, vt Guilhelmus Stuckius u) putauerit, Indica Arriani intercidiffe. At licet et ifte liber res Alexandri perfequatur: tamen peculiariter ab auctore fcriptus et publicatus eft, ftilo etiam peculiari, Ionica fcilicet dialecto, quum feptem libri priores atticam eloquentiam referant. [quum tamen aetate eius nec Atticismus, nec Ionismus, qualem adfectabant fcriptores, in vfu foret, ait *Salmaf.* de ling. hellen. pag. 83] Quae, vtpote fatis teftata et ex lectione vtriusque operis et Arriano v) ipfo auctore, Photioque ac Stephano Byz. certa, copiofius demonftrare fuperfedeo. Vide *Blancardi* notas pag. 507 fq. [*Kollarii* fupplem. ad Lambec. comm. fupra in

 catal.

t) Vocatur quoque ab aliis *Vattier*, *Wattier*, *de Viuard.* vid. Chaufepié l. c. not. *C.* in margine, pag. 468. *Harl.*

u) In periplum ponti Euxini pag. 2. [conf. *Iac. Gronou.* not. ad Arrian. pag. 312 fq.]

v) Arrianus lib VI. pag. 270. edit. Gronouii, de Indica expeditione agens, ταῦτα, inquit, ἰδίᾳ ἀναγράψω, αὐτῷ Νεάρχῳ ἑπόμενος ὡς καὶ τήνδε ἄναφ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου Ἑλληνικὴν ξυγγραφήν. Ταῦτα μὲν δὴ ἐν ὑστέρῳ ἔσται τυχὸν εἴποτε θυμός τε με καὶ ὁ δαίμων ἄγῃ ταύτῃ.

catal. codd. msstor. laudatum.] *Nearchi Cretensis* [w]) *Paraplus* ex Arriani Indicis petitus graece et latine cum breuibus notis editus est in tom. I. Geographorum minorum Io. Hudsoni, praefixa H. Dodwelli dissertatione, qua illum, suspectum sibi et sub postremorum Ptolemaeorum tempora confictum, non ab ipso Alexandri M. aequali Nearcho compositum testatur, argumentis nescio, an coniecturis potius, ad hanc sententiam adductus. Meminit *Nearchi* praeter alios Philostratus in vita Apollonii III. 15. *Fabric.* — Conf. supra in vol. III. pag. 46. voc. *Nearchus.* Germanice vertit indicam Arriani historiam *Raphel.* Hamburg. 1710. 8. sed eius gener, *C. A. Schmid* dedit versionem locupletiorem, addito Dodwelliano examine: *Arrians indische Merkwürdigkeiten und Hannonis Seereisen.* Nebst Herrn Heinr. Dodwells Prüfung der Seereise des Nearch, und Herrn von Bougainville Abhandlung von der Seereise des Hanno und den Carthagin. Handelsplätzen, die er an der Küste von Africa angelegt hat. Mit Landcharten, auch einem Register. Brunsuic. et Guelferb. 1764. mai. 8. — italice: La navigazione di Nearco — la quale scrisse Arriano, scrittor greco, tradotta dalla sua storia di lingua greca nella Toscana, in Viaggi di *Giambatista Ramusio*, vol. I. pag. 269. edit. Iuntinae 1588. fol. teste Paitonio, loco citato: saepius autem illa itinera fuerunt edita. v. Bandini Iuntarum typographiae annales, part. I. pag. 22. Fabric. in vol. IX. pag. 402. et auctor catal. Bodleiani I. pag. 76. memorant edit. Venet. 1558. — edit. Venet. 1563. citatur in catal. bibl. Barber. I. pag. 78. *Harl.*

9. ἘΠΙΣΤΟΛῊ ΠΡῸΣ ἉΔΡΙΑΝῸΝ ἐν ᾗ καὶ ΠΕΡΊΠΛΟΥΣ ΕΥ̓ΞΕΊΝΟΥ ΠΌΝΤΟΥ *epistola ad Hadrianum imp.* (quem a Traiano, qui eum adoptauerat, *Traianum Adrianum* Augustum vocat,) *in qua periplus ponti Euxini* a Trapezunte vsque ad Dioscuriada atque inde ad Bosporum Cimmerium indeque ad Thracium et ipsam Byzantium vrbem. Hic periplus scriptus ab Arriano, Cappadociae iam praefecto, in vsum imperatoris, circa annum eius vicesimum paulo ante bellum cum Alanis, vt ostendit *Dodwellus* pag. 109. In eodem periplo testatur Arrianus, se de [p. 276] rebus pluribus sententiam suam accuratius exposuisse ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν, * *litteris latine scriptis,* quae in archiuis reconditae perierunt. Memorat illum Arriani periplum *Stephanus Byz.* in Ἀλμήνη, Ἀψίλαι, Θόανα. Respicit et in Ἀθῆναι. Neque cum *Is. Vossio* pag. 38. ad anonymi periplum ponti Euxini et Maeotidis paludis, crediderim, epitomen tantum hodie superesse. Idque recte negat *Dodwellus* pag. 160. Graece primus edidit *Sigismundus Gelenius* cum periplo maris Erythraei, periplo Hannonis, Plutarcho de fluminibus et montibus, ac Strabonis epitome, Basileae apud Frobenium 1533. 4. [textus multis in locis mancus est, et mutilus, plurimisque mendis deformatus, notante Stuckio in praefat. *Harl.*] *Latine* vertit post *Adrianum Turnebum* [in Operibus, Argentorati 1600. fol. tom. II. nr. 13.] et tum hunc ponti Euxini tum Erythraei maris, (de quo mox,) periplum graece et latine edidit commentarioque et tabulis geographicis Abrahami Ortelii additis illustrauit *Io. Guilhelmus Stuckius*, Tigurinus, Lugd. 1577. fol. [Commentarius et doctus et amplus, et praecipue ad illustrandam geographiam et historiam antiquam facit; praemissa est vita Arriani. Inscriptio autem huius editionis, cuius exemplar seruatur in bibl. Erlangensi publica, haec est:

Arriani

w) Vide *Gronou.* ad Arrian. 332. et *Berkelium* ad Steph. in Αἴτη. [Quod, notante *Plinio* H. N. VI. cap. 26. tom. I. pag. 326. nr. 2. opinatur, Arrianum in Indica hist. commenta iactitasse. Sed conf. *Gosselin* in Geographie des Grecs analysée, Parif. 1790. 4. pag. 25 sq. de *Nearcho* potissimum differentem. *Harl.*]

Arriani hiſtorici et philoſophi Ponti Euxini et maris Erythraei Periplus, ad Adrianum Caeſarem. Nunc primum e graeco ſermone in latinum verſus, plurimisque mendis repurgatus. Acceſſerunt et ſcholia, quae luculentam regionum, gentium, inſularum, oppidorum, fluminum, mercium, ceterarumque rerum memorabilium vtriusque peripli deſcriptionem continent, ex accurata veterum ac recentiorum authorum collatione. — Addita eſt praeter loca, quae ſolers Luſitanorum penetrauit nauigatio, omnium cum oppidorum, quae Danubius irrigat; tum fluuiorum, qui in eum deuoluuntur, diligens et iucunda obſeruatio. Praeterea ipſius Ponti chorographica tabula. *Io. Guil. Stuckio, Tigurino, authore* etc. Geneuae apud Euſtathium Vignon. 1577. fol. Alia exempla eiusdem editionis dicuntur edita *Lugduni apud Bartholom. Vincentium.* 1577. vid. Clement Bibl. curieuſe etc. tom. II. p. 137. Wedekind von raren Büchern pag. 217.

Periplus maris erythraei, locis pluribus a Stuckio, cui cod. mstus vel emendatius aliquod exemplar deeſſet, in graecis ex ingenio hinc inde emendatis, habet peculiarem quoque titulum, qui cum generali inſcriptione, excepta Ponti Euxini mentione, plane conſpirat, ſuamque ſatis longam praefationem, ſeu epiſtolam ad Hieronymum Manuelem, reipublicae Bernenſis quaeſtorem. Paullo ante *Rhamuſius* id opuſculum italice verterat, et notis illuſtrarat, in Viaggi, apud Iuntam 1559. item 1588. vol. II. pag. 193. et eſt prima pars peripli Arriani, teſte Paitonio loco mem. Stuckius primum induxerat in animum, vt verſionem illam in latinum ſermonem conuerteret, ſcholiisque paullo vberioribus explicaret. Poſtea graecum textum addidit. Adnotationes autem geographiae atque hiſtoriae antiquae admodum vtiles eſſe poſſunt. Ille tamen optat, vt hic periplus, qui ad multa loca in veterum geographorum atque medicorum libris illuſtranda adprime conducat, adcuratius, quam factum ſit, a doctis examinetur. *Harl.*]

Ab eo tempore graece cum Stuckii verſione inter alia Arriani ſcripta vtrumque periplum edidit atque itidem tabulam ponti chorographicam addidit *Nicolaus Blancardus,* Amſtelodami 1683. 8. [de qua edit. vide ad nr. 12.] Denique *Io. Hudſonus*, additis breuibus notis et Stuckii translatione ſeruata, praemiſſisque eruditis *Henrici Dodwelli* diſſertationibus chronologicis, ambos periplos graece ac latine recudendos dedit in geographiae veteris ſcriptoribus graecis minoribus tomo I. Oxoniae 1698. 8. In quo volumine [de quo vide ſupra, cap. de Dionyſio et al. geographis,] exſtat etiam *periplus* eiusdem *Euxini maris* et Maeotidis paludis graece primum editus ex bibl. Claudii Salmaſii, latine verſus et notis illuſtratus ab *Iſ. Voſſio*, Amſt. 1639. 4. et recuſus in Geographicis antiquis *Iacobi Gronouii*, Lugd. Batau. 1697. 4. Hunc Arriano iuniorem demonſtrat, antiquiorem Conſtantino imper. coniicit in diſſ. de illius aetate ab Hudſono praefixa, *H. Dodwellus.* Certe ex Scymno Chio, Arriano et Martiano Heracleota pleraque ſua collegit, et nominetenus meminit Xenophontis τȢ πρεσβυτέρȢ ita dicti reſpectu iunioris Xenophontis Arriani. Miſi praeterea ad eumdem praeſtantiſſimum Hudſonum tertio geographorum minorum volumini inſerendam aliam *Anonymi deſcriptionem graecam ineditam ponti Euxini,* collectam ex iisdem ſcriptoribus; ſed nonnulla vel in illis non obuia vel obſcurius aut inemendatius tradita explicantem, quam euulgare olim promiſerat *Holſtenius* in ſyntagmate geographorum graecorum, de quo *Lambecius* lib. I. commentar. de bibl. Vindobonenſi pag. 113. 114. Vide et quae de manu exaratis ex periplo Arriani excerptis tradit idem *Lambecius* lib. I. pag. 107. lib. V. pag. 153. [et quae ſupra de Hudſoni

ſoni edit. min. geogr. graec. in capite II. huius libri et vol. IV. ſunt adnotata. Italice quoque in collectione etc. Ramuſii II. fol. pag. 137. Venet. vid. catal. bibl. Tigurinae, tom. I. p. 70. — Venet. 1559. fol. in catal. bibl. Barberin. I. pag. 79. *Harl.*]

10. ΠΕΡΙ'ΠΛΟΥΣ ΤΗ͂Σ 'ΕΡΥΘΡΑ͂Σ ΘΑΛΑ'ΣΣΗΣ, *Periplus maris Erythraei* [¶] ſuperiori maris Euxini periplo adiungi in editionibus ſolitus atque Arriano noſtro vulgo tributus; ſed et cum variis nauigationum deſcriptionibus italice editus atque illuſtratus a *Io. Baptiſta Ramuſio*, Venet. [1563. in catal. bibl. Tigurinae, tom. I. pag. 70. et in catal. bibl. Barber. I. pag. 79.] 1588 fol. [x]) In ſe ipſo libellus nullas habet notas certas, quibus Arriano noſtro adſcribatur, nullius etiam veteris ſcriptoris teſtimonio, hanc ſententiam confirmante. Cum tamen in codice, quo Gelenus eſt vſus, Arriani nomen prae ſe ferat, neque certa ſint argumenta, quibus ei abiudicetur, neque illius ingenio, curioſitate atque eruditione ſit indignus, inter Arriani noſtri ſcripta ei locum dare non dubitaui. Quamquam non probo libertatem Stuckii, qui praeter MSS. codicum et editionis Gelenianae fidem huic quoque periplo praefixit inſcriptionem: ad *Adrianum Traianum imperatorem Caeſarem Auguſtum.* Quod vero argumenta, quae obiiciuntur, chronologica, non ſint tam euidentia, vt propterea alius auctor ſit nobis quaerendus, vel ex eo capias licet coniecturam, quod eadem illa, ex quibus *Salmaſius* in exercitationibus Plinianis p. 1186. edit. Pariſienſis probare voluit, eum Arriano longe antiquiorem eſſe, adſentientibus *Voſſio* lib. II. de hiſt. graecis cap. 7. et *Io. Harduino* ad Plinii lib. VI. cap. 23. eadem illa argumenta vrgentur a doctiſſimo *Dodwello* in diſſertatione de aetate et auctore peripli maris Erythraei pag. 87 ſq. vt illum Arriano fuiſſe iuniorem, atque ſub Marco ac Vero ſcripſiſſe oſtendat ac confirmet. Neque vero neceſſe eſt, *Αὐτοκράτορας*, quos donis et legationibus dicitur amicos ſibi ſeruaſſe Charibaël, Homeritarum ac Sabaitarum in Arabia regulus, de binis in imperio ſociis potius, quam de duobus ſibi ſuccedentibus intelligere imperatoribus; Traiano v. g. et Hadriano, vel Hadriano et Antonino Pio, ſiquidem et huius aetatem adtigit noſter Arrianus. Ad diuerſitatem, quam Abraham Ortelius obiicit, inter hunc periplum et deſcriptionem eiusdem orae, in Arriani Indicis occurrentem, poſſit reſponderi, Arrianum prius in Indicis ſuis oram illam deſcripſiſſe ex Nearchi, vt ipſe teſtatur, libro, deinde ex recentiore obſeruatione, quam a Nearchi illa differre nihil profecto mirum. Sed de hac re ſtatuet quisque, vt volet: mihi ad alia Arriani ſcripta eſt progrediendum. [*St. Croix* in Examen critique des Hiſtor. d'Alex. pag. 197. abnegat Arriano.]

11. * 'ΑΛΑΝΙΚΗ', ἢ ΤΑ' ΚΑΤ' 'ΑΛΑΝΟΥ'Σ, *De bello aduerſus Alanos (Hadriano Imperante geſto) liber.* Hoc bellum ipſe patrauit Arrianus, Alanosque, vt teſtatur Dio lib. LXIX. pag. 794. [tom. II. p. 1163. edit. Reimari, cuius not. conſules,] compeſcuit. Memorat 'Αλανικὴν eius *Photius* cod. LVIII. et eius fragmentum eſſe videtur *ἔκταξις κατὰ Ἀλανῶν*, *inſtructio aciei aduerſus Alanos*, quam graece ex MS. Mediolanenſi, cuius ab Emerico Bigotio apographum acceperat, cum verſione latina [¶] et notis ſuis edidit et Tacticae Arriani ſubiecit *Ioannes Scheferus*, Vpſaliae 1664. 8. pag. 69 ſqq. Scheferi editionem recudi curauit *Nicolaus Blancardus*, Amſtelod. 1683. 8.

12. ΛΟ'ΓΟΣ

x) *Theod. Haſaeus* in bibl. Bremenſi, claſſ. VI. faſc. I. pag. 169 ſqq. ſcripſit Obſeruationem ad locum peripli maris Erythraei de vocab. *Eitenediommenuthesias. Harl.*

12. ΛΟΓΟΣ ΤΑΚΤΙΚΟΣ y) Ἡ ΤΕΧΝΗ ΤΑΚΤΙΚΗ, *De acie instruenda liber*, vicesimo Hadriani, imp. anno scriptus, vt auctor ipse sub extremum testatur, et adcurate inter alia agens de exercitiis equestribus veterum Romanorum. Hunc ex eodem codice Mediolanensi, paucis, vt videtur, verbis, ab initio mutilum edidit, vertit et notis illustrauit idem Scheferus vna cum *Mauritii*, imp. libris XII. artis militaris, (de quibus suo loco dicetur.) Vpsaliae apud Henr. Curion. 1664. 8. *Nicolaus* deinde *Blancardus* Tacticam ex Scheferi editione vna cum aliis Arriani opusculis prelo iterum subiecit et iconismis quibusdam auxit, Amstelodami eo, quem dixi, anno 1683. 8. professus, (nescio quam vere, vix enim vllum huius rei in recensione libri vestigium,) se vsum codice MS. Claudii Salmasii, qui pridem Arriani Tactica legisse se testatus est, in tractatu de militia Romana. *Fabric.* [Inscriptio editionis huius haud frequentis haec est:

Ἀρριανοῦ — *Arriani ars tactica, acies contra Alanos, Periplus ponti Euxini, Periplus maris erythraei, liber de venatione, Epicteti enchiridion, eiusdem apophthegmata et fragmenta, quae in Ioannis Stobaei florilegio et in Agellii noctibus atticis supersunt, cum interpretibus latinis* [n. *Io. Scheffero, I. G. Stuckio ac L. Holstenio,*] *et notis. Ex recensione et musco Nicol. Blancardi.* Amstel. apud Iansson. Waesberg. 1683. 8.

Praeter memorata opuscula in hoc volumine reperiuntur quoque Enchiridii Epictetei paraphrasis graeca ex edit. Mer. Casauboni, et Politiani versio enchiridii latina. Praemisit Blancard. editionum, quas in singulis consuluit, catalogum. Auctor dictionarii bibliograph. historici et critici etc. Paris. tom. I. a. 1790. pag. 64. memorat edit. a. 1750. Amstelod. in 8. sed exempla priscae edit. Blancardianae nouum tantum titulum in fronte libri acceperunt. — In cod. medic. teste *Bandinio* tom. II. catal. codd. gr. pag. 231. libellus tacticus in duas diuiditur partes. vid. supra in indice codicum msst. — Tacticam gallo-francice interpretatus est *Car. Guischardus* in Mémoir. militaires, tom. II. pag. 107—156. — *Montfaucon* in bibl. Coislin. pag. 505. laudat codicem antiquum, qui continet opusculum breue de Tacticis: in quibusdam, ait, consonans cum Aeliani et Arriani Tacticis: sed diuerso prorsus ordine, ac non pauca proferens, quae a neutro illorum adlata sunt. — quae de varietate nominum hic habentur, plerumque in Arriani et Aeliani opusculis non exstant; *multaque in Arriano corrupta, ex his resarciri possunt.* idem ibidem et pag. 510. in specimine duo ex eo loca Arriani producit. *Harl.*]

13. * ΤΑ ΜΕΤΑ ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ἐν λόγοις ι. *Historiarum de rebus post Alexandrum gestis libri decem.* Memorantur a *Photio* cod. LVIII. et prolixius recensentur cod. XCII. [infra in vol. IX. pag. 404.]

14. * ΤΑ ΚΑΤΑ ΤΙΜΟΛΕΟΝΤΑ ΤΟΝ ΚΟΡΙΝΘΙΟΝ. *De rebus a Timoleonte Corinthio in Sicilia aduersus* Dionysium *gestis.* Meminit *Photius* cod. XCIII. ex ipsius Arriani Bithynicis. [vid. *Fabr.* B. Gr. vol. IX. pag. 404. XCIII.]

15. * ΤΑ ΚΑΤΑ ΔΙΩΝΑ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΝ. *De rebus gestis Dionis Syracusii aduersus eundem Dionysium secundum*, Dionysii f. tyrannum. *Photius*, vbi de Arriani Bithynicis

y) Arriani nomen inter eos, quorum scriptis vsus est *Leo*, imperator, praefigitur huius tacticis in cod. MS. de quo Lambecius lib. VII. pag. 213.

Bithynicis pag. 130. Μέμνηται δὲ ἐν ταύτῃ τῇ συγγραφῇ (ὁ Ἀῤῥιανὸς) καὶ ἑτέρων πραγματειῶν, ὧν ἡ μὲν, ὅσα Τιμολέοντι τῷ Κορινθίῳ κατὰ Σικελίαν ἐπράχθη, διαλαμβάνει· ἡ δὲ τὰ Δίωνι τῷ Συρακουσίῳ, ὅσα ἀξιαφήγητα ἔργα ἐπετελέσθη, ἡνίκα τὰς Συρακούσας καὶ πᾶσαν Σικελίαν ἀπὸ τοῦ δευτέρου Διονυσίου, ὃς ἦν παῖς τοῦ προτέρου ἠλευθέρου, καὶ τῶν βαρβάρων, οὓς ὑπὲρ τοῦ βεβαίως τυραννεῖν Διονύσιος ἐπηγάγετο.

16. * ΒΙΘΥΝΙΚΑ' ἐν βιβλίοις ὀκτώ. *Origines et Historia Bithyniae, patriae suae*, a temporibus vsque mythicis ad excessum Nicomedis, postremi regis, qui regnum suum Romanis testamento legauit, libris VIII. Vide *Photium* cod. XCIII. Meminit huius operis *Stephanus Byz.* in Ἀμαζόνιον, Ἄστακος, Βιθυνόπολις: Etymologicum Magnum in Ἀφέσιος, *Eustathius* ad Iliad. Δ. pag. 373. E. pag. 429. H. pag. 569. O. pag. 1020. *Io. Tzetzes* [?] Chiliad. III. hist. 155. vers. 987. In catalogo MSS. Scipionis Tertii apud *Labbeum* bibl. nou. MSS. pag. 385. tamquam adhuc in Italiae bibliothecis exstantia memorantur Arriani Parthica, Alanica, historiae de rebus post Alexandrum et Bithynica. [vide infra de Photio, vol. IX. pag. 394 sq.]

17. ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΟ'Σ, *De venatione liber* ad imitationem Xenophontis scriptus et supplens ea, quae in prisci Xenophontis [z]) libro de venatione desiderantur. Primus e recentioribus hunc librum, ineditum adhuc, lectitauit et quaedam illius illustrauit *Henricus Stephanus* lib. IV. schediasmatum cap. 1 sq. et lib. V. cap. 16—18. [aa]) Deinde editionem eius molitum Rigaltium, testatur Maussacus ad Plutarchum de fluminibus, cuius verba adscribam: *Arriani* Κυνηγετικὸν, *nescio, cur hactenus non vulgatum fuerit. Hoc tantum scio, illud opus ab ornatissimo et omni virtutum genere cumulatissimo Claudio Salmasio descriptum fuisse ex cod. MS. bibl. Palatinae, et huc vsque fuisse neglectum, quod Xenophontis nomen vetus illa membrana proferret, quodque, qui in eam inciderant, non animaduertissent, Arrianum etiam Xenophonta vocari. Eruditissimus Rigaltius, amicus noster, dum curaret scriptores de re accipitraria et de cura canum excudi, in animo quidem habuit* κυνηγετικὸν *illud Arriani simul edere, quod a Salmasio habebat: sed, credo, typographi eius spem fefellerunt: nam quia graecum erat, sine versione latina, quae hodierna est supinitas, noluerunt hoc opus typis mandare.* — Ab illo tempore primus graece vulgauit et eleganti versione latina *Arriani Cynegeticum* donauit *Lucas Holstenius*, Romae et Parisiis apud Cramoisium a. 1644. 4. Holstenii editionem postea inter alia Arriani opuscula repetiit *Nic. Blancardus* et Henrici Stephani obseruationes ex eius schediasmatum libris adiecit; sed et loca quaedam ipse emendauit ex graeco codice MS. quem Roma Octauius Falconerius ad eum transmiserat; tum loca quaedam versionis Holstenianae in ora libri subinde reddidit meliora. Amst. 1683. 8.

[Ex Holstenii et Blancardi editionibus ac Stephani schediasmate nouam quoddammodo instituit recensionem *Zeune* in edit. quorumdam opusculorum Xenophonteorum:

Xenophontis

z) Ita de se Xenophon iunior, siue Arrianus: ταῦτα λέξω ὁμώνυμός τε ὢν αὐτῷ καὶ πόλεως τῆς αὐτῆς (donatus ciuitate Atheniensi) καὶ ἀμφὶ ταὐτὰ ἀπὸ νέου ἐσπουδακὼς, κυνηγέσια καὶ στρατηγίαν καὶ σοφίαν. *Fabric.* — *Arriano* cuidam iuniori, Atheniensi, hunc librum adserit *Neuius* in accession. ad Whear relect. hiemal. pag. 106. *Harl.*

aa) Exstat in tomo quinto facis artium Iani Gruteri.

Xenophontis opuſcula politica, equeſtria et venatica, cum *Arriani libello* de *venatione* recenſuit et explicauit *Io. Car. Zeune*, Prof. gr. litt. Viteb. Lipſiae 1778. 8.

Arriani cynegeticum, *anglice* verſum a *William Blane*, Londini 1788. 8. cum Xenophonte. vid. ſupra, vol. III. pag. 19. *Harl.*] — Idem libellus *gallice* [bb]) verſus eſt, neſcio, quo auctore, et Pariſiis a. 1690. 12. editus cum Oppiani cynegeticis, Syneſiique epiſtola et Baſilii homilia eiusdem argumenti. [⁋] *Fabric.*

[In cod. Coisliniano CCCLXXXVII. ſaec. X. eſt tabula eorum, qui artes inuenerunt, aut in illis claruerunt: in illa, (teſte *Montfaucon* in catal. codd. bibl. Coisl. pag. 598.) dicuntur *Ariſtotelem* commentariis illuſtraſſe plures, quorum vtiliores ſint Porphyrius Phoenix, Alexander Aphrodiſ., Ammonius, *Arrianus*, Atocius etc. *Harl.*]

CAPVT XI

DE ZENOBIO, DIOGENIANO ET ALIIS PROVERBIORVM SCRIPTORIBVS.

I. *Catalogus ſcriptorum deperditorum de prouerbiis.* II. *Prouerbia edita ſub nomine Plutarchi.* III. *Zenobii.* IV. *Diogeniani.* V. *Appendix Vaticana.* VI. *Prouerbia ab Aldo edita.* VII. *Prouerbia in Heſychio.* VIII. *Suida.* IX. *Prouerbia Mich. Apoſtolii.* X. *Georgii Cyprii et Hermodori Rhegii.* XI. *Index ſcriptorum in prouerbiorum Graecorum ſcriptoribus citatorum.*

[Cum ſupplementis *G. C. Harles.*]

I.

In prouerbiis graecis [a]), ſiue congerendis ſiue exponendis multi olim operam poſuerunt ſuam, quorum ſcripta interciderunt. Ex his incertum eſt, quis deſignetur a Marcello Ancyrano apud *Euſebium* in libris aduerſus eum ſcriptis lib. I. cap. 3. vbi refert, virum quemdam e Graecis ſapientem duobus libris explicaſſe prouerbia *ἔμμετρα*, at *ἄμετρα* libris quatuor. *διὸ καί τις τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν συναγαγὼν τὰς ἀπὸ πολλῶν καὶ διαφόρως λεχθείσας παροιμίας εἰς αὐτὰς γεγραφέναι βιβλία, δύο μὲν τῶν ἐμμέτρων, τῶν δὲ ἀμέτρων τέσσαρα.* Forte intelligitur Ariſtophanes, grammaticus, cuius *ἄμετροι παροιμίαι* videntur laudari in ſcholiis graecis ad aues *Ariſtophanis*, comici, vſ. 1292.

Ὁ εἰς τὰς παρὰ Πλάτωνι παροιμίας γράψας laudatur in Anonymi libello de incredibilibus cap. IX.

Aeſchylum

bb) Vide ephemerides eruditorum Pariſienſes. a. 1690. pag. 357 ſq.

a) Quae ſaepe teſtantur initia et vero infantiam linguae atque ſapientiae, viam monſtrant, quam antiquiſſimi populi praecepta morum aut prudentiae tradiderunt, aut facta memorabilia prodiderunt, adeoque multum faciunt ad hiſtoriam ingenii humani. Atque prouerbiorum vſus frequentior eſſe ſolet apud gentes hominesque, quorum ſermo nondum excultus eſt, aut qui ingenio abundant, aut ſubtiliore philoſophandi ratione et ſapientiae arcanis nondum imbuti ſunt. Scriptores prouerbiorum veteres recenſet *Eraſmus* Adag. pag. 6. *Harl.*

Aeſchylum ἐν τοῖς περὶ παροιμιῶν citat *Zenobius* V. 85. Intelligit forte Aeſchylum, Alexandrinum, vt Meurſio etiam viſum in libro de tragoediis Aeſchyli poetae.

[*Aeſopi* prouerbia, in cod. Laurent. vid. *Bandin.* catal. codd. II. pag. 466.

Anonymi collectio prouerbiorum, ordine alphabetico: in cod. Vindobon. CXXXIII. nr. 28. Hanc prouerbiorum collectionem a Zenobii, Diogeniani, Suidae et Mich. Apoſtolii prouerbiis aliquantum differre, ideoque eorum collationem fore haud inutilem, adſeuerat *Lambecius* in commentar. de bibl. Caeſar. tom. VII. pag. 535 ſq. Aliae anonymorum collectiones in codd. Laurent. medic. teſte Bandin. in catal. codd. gr. tom. II. pag. 466. bis tom. III. pag. 203. nr. 14. et 204. nr. 18. III. pag. 430. nr. 17. etc. *Harl.*]

Antiphanis, comici, drama, παροιμίαι. Athenaeus lib. II. pag. 60.

Apollonides, Nicaenus, περὶ παροιμιῶν. Stephanus Byzantius in Τέρινα.

Ariſtides ἐν τρίτῳ περὶ παροιμιῶν. *Athenaeus* XIV. pag. 641. Vide et Apoſtolium IX. 16. [P]

Ariſtotelis inter ſcripta Laertius V. 26. memorat Παροιμίας, de quibus dixi ſupra lib. III. cap. 5. vbi et de *Cephiſodoro*, qui Ariſtotelem reprehendit, quod exiguum feciſſet operae pretium in congerendis prouerbiis, cum Antiphanes, comicus, integrum drama illis impleuerit. Ita enim intelligendus locus *Athenaei* lib. II. pag. 60.

Attalus περὶ παροιμιῶν. Heſych. in Κορίνθου. Incertum eſt, quem Attalum intelligat, plures enim fuere, vt dixi lib. III. cap. 10. [vol. III. pag. 544.] Stoicum tamen intelligi ſuſpicor.

Chryſippus, ſtoicus et ipſe philoſophus, [de quo vid. in vol. III. pag. 546 ſqq. notata,] περὶ παροιμιῶν libros duos ſcripſit ad Zenodotum, teſte *Laertio* VII. 200. Priorem laudat idem VII. 1. Citat hoc Chryſippi opus et Zenobius II. 18. III. 40. V. 32. Schol. comici ad Equites vſ. 980. Pindarique Od. 2. Iſthm. Reſpicit *Plutarchus* in limine vitae Arati.

Cleander (Κλέανδρος) ἐν δευτέρῳ παροιμιῶν, ſchol. Theocriti Idyll. 5, 21. Apoſtolius XV. 8.

Clearchus περὶ παροιμιῶν ſaepius laudatur ab Athenaeo. Vide et *Zenobium* V. 44. 47. 48. [et *Ionſium* de ſcript. hiſt. philoſ. I. 18, 2. pag. 114. edit. Dornii.]

Damo ſiue *Demo* περὶ παροιμιῶν. Plutarch. Theſeo, *Zenobius* V. 52. *Stephanus Byz.* fragmento de Dodone, Harpocrat. [in Μυσῶν λεία,] *Apoſtolius*, ſchol. comici ad Plutum, [vbi ſcribitur Δάμων et Hemſterhuſ. in nota pag. 352. multus eſt, praeſertim de ſcriptura nominis.] et Pindari ad Nem. 7. 155. *Apoſtolius* (qui XIII. 36. primum librum citat,) aliique apud *Meurſium* pag. 1352. bibl. graecae, quem, ſi placet, vide.

Didymus, Alexandrinus, tredecim de prouerbiis libros ſcripſerat ſub titulo πρὸς τοὺς περὶ παροιμιῶν συντεταχότας, teſte Helladio apud *Photium* cod. CCLXXIX. p. 865. Citatur iterum pag. 872. Vide et *Zenobium* II. 31. IV. 20. et *Tzetzam* Chil. VIII. verſu 19. Ex hoc Didymo et Tarrhaeo collecta eſſe, quae hodie habemus Zenobii prouerbia, titulus ipſe profitetur.

Mylo, ὁ Μύλων ὁ παροιμιογράφος. *Zenobio* II. 45. Conf. *Menagium* ad Laertii III. 40.

Seleucus,

Seleucus, *Alexandrinus*, περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν. *Suid.* in Σέλευκος.

Lucillus Tarrhaeus b). *Tzetzes* Chil. VIII. vſ. 19. laudat Didymum et Ταῤῥαῖον ἐν παροιμίαις. Librum primum περὶ παροιμιῶν citat *Apoſtolius* praefat. Ex hoc Tarrhaeo et Didymo collecta ſunt, quae exſtant prouerbia Zenobii, vt infra dicam.

Theaetetus ἐν τῷ περὶ παροιμίας. *Suid.* in οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον.

Theophraſtus περὶ παροιμιῶν, ά. *Laertius* V. 45. *Harpocration* in ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι, *Apoſtolius* IV. 5. VI. 36. Stobaeus. [P]

Ariſtarchum quoque et *Cleanthem* adagia ſcripſiſſe, notauit vir doctus *Andreas Schottus*; ſed ex Suida in Ὄνε πόκαι non magis probari poteſt, Ariſtarchum ſingulari opere prouerbia explicaſſe, quam *Dicaearchum* e *Zenobii* II. 15. III. 65. IV. 26. et VI. 16. vel *Philonem* e *Laertii* III. 40. Neque adeo veteris ſcriptoris locus mihi occurrit, ex quo Cleanthem de prouerbiis ſcripſiſſe conſtaret c). E latinis *Apuleii*, Platonici, liber ſecundus prouerbiorum citatur a *Chariſio* lib. II. Gramm. pag. 214.

Quae exſtant ſcripta eiusdem argumenti graeca vel integra, vel ex parte, ea hoc capite deinceps breuiter perſequar.

II. PLVTARCHI inter monumenta Lamprias memorat παροιμιῶν βιβλία β'. libros duos prouerbiorum, qui interciderunt. Graeca tamen prouerbiorum ſub Plutarchi nomine collectanea graece legit Eraſmus, citatque in praefat. ad Adagia ſua, in *feſtina lente* et alibi. Laudat etiam (ex Eraſmo fortaſſis) *Gyraldus* dialogo II. de poetis pag. 119. *Plutarchus in Paroemiarum libello, ſi modo is Plutarchi eſt.* Illa graeca Plutarchi collectanea ſibi quoque videre contigiſſe, teſtatur *Schottus* ad Zenobii Centur. I. prou. 67. ex quo loco adparet, diuerſa illa fuiſſe ab adpendice prouerbiorum Vaticana, eiusdem Schotti beneficio edita, quam ab Eraſmo tributam Plutarcho indigne fert idem Schottus praef. et pag. 311. Sed et *Vulcanius* epiſtola ad Theod. Canterum centuria III. earum, quas Gabbema vulgauit p. 714. Collectanea quaedam graecorum prouerbiorum, titulo Plutarchi edita, habere ſe eſt teſtatus. Denique a. 1701. Lugduni Bat. *Iacobus Gronouius* e codice d) Florentino graece ſub *Plutarchi*

 nomine

b) In cod. Matrit. LXXXI. nr. 60. eſt, teſte *Iriarto* in catal. codd. gr. pag. 296. alphabetum ex multiformibus litteris partim minus vſitatis, partim antiquis et obſoletis, partim denique arcanis conflatum, praefixa inſcriptione: Ταῦτα Λούκιος ὁ Ταῤῥαῖος παρατίθεται, i. e. *Haec Lucius Tarrhaeus confecit.* Idem fuit Apollonii Rhodii ſcholiaſtes, auctore grammatico vet. ad *Ariſtoph.* Nub. vſ. 397. *Harl.*

c) In cod. Coiſlin. ſunt, teſte Montfaucon. in catal. pag. 494. λέξεις τῶν παροιμιῶν. it. pag. 602. in cod. CCCXCIV. fol. 27. et p. 503. cod. CCCXLVII. fol 23. In bibl. Lugdun. ſecundum catal. p. 468. cod. MCCCCLVIII. vltra 500. prouerbia graecobarbara cum paraphraſi Warneri: ibid. multae aliae prouerbiorum arabicorum, turcicorum et perſicorum collectiones msstae recenſentur. In bibl. *Vindob.* apud Lambec. vol VII. pag. 536. nr. 28. collectio prouerbiorum a Zenobii aliorumque prouerbiis aliquantum diuerſorum ib. vol. V. pag. 14. cod. CCV. nr. 3. ſylloge ethica prouerbiorum etc. de aliis vid. ad §. ſeq. *Harl.*

d) Cod. XIII. plut. 80. nr. 13. in quo etiam nr. 14 et 18. aliae ſunt prouerbiorum collectiones, teſte *Bandin.* catal. codd. III. pag. 203 ſq. — In cod. Matrit. auctore *Iriarto*, catal. pag. 581. eſt collectio 171. prouerbiorum, a *Conſtant. Laſcari* e variis auctoribus delectorum et litterarum digeſtorum ordine. *Harl.*

nomine edidit prouerbia CXXXI. addita latina sua versione, in praef. ad tomum decimum thesauri antiq. graecarum. Ad calcem legas: Πλουτάρχου παροιμίαι, αἷς Ἀλεξανδρεῖς ἐχρῶντο. *Plutarchi prouerbia, quibus vsi sunt Alexandrini.* Gronouius suspicatur, esse potius prouerbia ab Alexandrino aliquo collecta. Certe leguntur in his pleraque minime propria Alexandrinis. Erasmus sub Plutarchi nomine quaedam adfert, quae in his Gronouianis neutiquam leguntur; at obuia sunt in adpendice Vaticana. Codice Florentino ante Gronouium vsus est vir acutissimus Alexander Morus, et ex eo quaedam produxit in notis ad quaedam loca noui foederis ad Hebr. II. 1.

III. ZENOBIVS, quem scholiastes [e]) Comici et plerisque in locis Erasmus *Zenodotum* [f]) adpellat [g]), sophista fuit, Suida teste; [P] in Ζηνόβιος, Adrianique, imp. [h]) temporibus versatus est Romae, et libris tribus scripsit epitomen adagiorum Lucilli Tarrhaei [i]), et Didymi, Alexandrini. Ζηνόβιος σοφιστὴς, παιδεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος ἔγραψεν ἐπιτομὴν παροιμιῶν Διδύμου καὶ Ταῤῥαίου ἐν βιβλίοις τρισί. Anonymus in scholiis ad Aristotelis Rhetorica lib. II. pag. 42. ὡς ὁ Κρατερός φησιν, ἢ Δοῦρις ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν παροιμιῶν Ζηνοβίου ἀπὸ τοῦ Ταῤῥαίου, ita enim legendus ille locus, et respicitur *Zenobii* II. 28. vbi Craterus et Duris laudantur. [MSSt. exstant in biblioth. Parif. publica cod. MMDCCCCXLIV. nr. 2. et tres alii in indice citantur. — in bibl. Vindobon. caesarea teste *Nesselio* in catal. part. IV. cod. CCLXXXIV. nr. 1. et cod. CCLXXXVIII. pag. 142 et 143. in *Lambecii* comment. de bibl. caesar. tom. IV. pag. 506. *Harl.*] Hanc epitomen, ordine litterarum decurrentem, sed libris tribus neutiquam distinctam graece [primum editam fuisse *Florentiae* impensis ac cura Philippi de Iunta, Florentini 1497. 4. testantur *Bandini* in Annalibus typogr. Iuntarum part. II. pag. 1. (vbi quidem vitiose excusum est MCCCCLXXXVII. sed iam correctum in meo exemplo,) et alii, a cel. *Panzero* A. T. I. pag. 427. citati: tum post Aldum] vulgauit *Vincentius Obsopaeus*, per Brubach. Haganoae 1535. 8. Ζηνοβίου ἐπιτομὴ τῶν Ταῤῥαίου καὶ Διδύμου παροιμιῶν. Latine vertit *Gilbertus Cognatus*, Erasmi per sex annos amanuensis, sub titulo: *Sylloge Paroemiarum, quas Erasmus in suas Chiliades non*

e) Schol. *Aristophanis* ad nubes, V. 133. Ζηνόδοτος δὲ ὁ τὰς Ταῤῥαίου καὶ Διδύμου παροιμίας ἐπιτεμών, Βοιωτοῖς, φησὶν etc. Conf. *Zenobii* Centur. 3. prou. 87. Sic et *Zenodotum*, grammaticum Ephesium, quem notat Ammonius in Οὐδὲν, A. Schotto obseruante. *Fabric.* *Zenodoti Philetaeri* opusc. de differentia vocum animalium, quod ex cod. Escur. edidit *Iriart.* de codd. gr. Matrit. p. 307 sqq. *Harl.*

f) Etymologici M. auctor in Οὐδὰς videtur vocare Zenobium. De variis Zenodotis dixi lib. II. cap. 2. §. 16. [vol. I. pag. 364.] quibus adde, quod ad Zenodotum, (siue aduersus Zenobium,) antiquiorem longe Zenobio nostro, libros duos de prouerbiis scripsit Chrysippus. *Laert.* VII. 200.

g) Id cur faciat, rationem reddit Adag. pag. 6. Idem Erasmus in praefat. ad sua adagia, nihil, ait, exstat de prouerbiis praeter ieiunam congeriem Zenobii, ieiuniorem Diogeniani, et hac rursum ieiuniorem Plutarchi, si modo non fallit inscriptio; tum Apostolii Byzantini copiosiorem, aut, vt verius dicam, numerosiorem aliquanto; sed omnibus his et indoctiorem et mendosiorem. Nam quod Hesychius Alexandrinus praefatione sua pollicetur, se copiosius explicaturum adagia, quae Diogenianus nuda modo recensuisset; res ipsa clamitat, non esse eiusdem auctoris prologum ac librum, quum ille copiam polliceatur, in hoc reperias omnia τοῦ παντάπασι γυμνότερα. Haec Erasmus. *Heum.*

h) Mirum hoc possit videri, cum Zenobius II. 1. et III. 68. laudet Lucianum, qui scripsit M. Antonino iam defuncto. Alia temporis nota II. 35.

i) Citatur in fragmento Steph. Byzant. in catal. Coislin. Montfaucon. pag. 286. *Harl.*

non retulit, exceptis paucis, quarum varia eſt et lectio et interpretatio. Baſil. 1559. [al. 1560.] et inter *Cognati* opera iunctim excuſa, [Baſil. 1562.] fol. Denique *Andreas Schottus,* Antwerpianus, ſocietatis Ieſu presbyter, Zenobii prouerbia cum noua verſione et notis eruditis edidit atque in centurias diſtribuit, (ſunt autem prouerbia DLII.) Antwerpiae 1612. 4. cum Diogeniano aliisque, de quibus mox. [conf. *Goetz.* memor. Bibl. Dresd. II. pag. 131 ſq. et introduct. meam in hiſt. L. Gr. tom. II. part. I. pag. 224 ſq.] Alius fuit *Zenobius*, cui Auguſtinus libros de ordine inſcripſit, a quo ad hoc argumentum ſuſcipiendum carmine inuitatus fuerat, vt refert lib. I. cap. 7. [Alius *Zenobius*, ſophiſta antiochenus, Libanii praeceptor, de quo *Reiske* peculiarem ſcripſit comment. Lipſiae 1759. 4. *Harl.*]

IV. DIOGENIANVS non videtur ſingulare opus de prouerbiis ſcripſiſſe, igitur nolim adſentiri praeſtantiſſimo Schotto, qui apud eumdem Suidam in Διογ. pro *περὶ ποταμῶν* legit *περὶ παροιμιῶν*. Sane ex Heſychii Alex. praefat. ad gloſſarium patet, Diogenianum prouerbia explicaſſe, nonnulla etiam ſine explicatione poſuiſſe: (hoc enim ſibi volunt Heſychii verba, *ἐβουλόμην δὲ αὐτὸν μήτε τὰς πλείους τῶν παροιμιῶν ψιλῶς καὶ ἄνευ τῶν ὑποθέσεων τεθεικέναι,*) in magno ſuo lexico, quo Suidas etiam gnauiter eſt vſus, et de quo alibi dixi [k]). Idem feciſſe in lexico ſuo Eudemum coniicio ex Apoſtolii V. 96. Ex hoc Diogeniani dictionario, neſcio quis, (perinde vt Schottus e Suida,) ſingulari libello paroemias collegit. Sane quem Schottus primus ex codice MS. Petri Pantini et altero Palatino cum verſione ſua et notis edidit, Zenobioque, de quo iam dixi, ſubiunxit, inſcribitur ſic: *Παροιμίαι δημώδεις* [l]) *ἐκ τῆς Διογενιανοῦ* [¶] *συναγωγῆς*. Eadem plane inſcriptio codicis caeſarei apud Lambecium lib. VII. commentar. pag. 253. [ſ. 542. edit. Kollarii.] Decurrit ordine alphabetico et complectitur prouerbia DCCLXXV. in centurias a Schotto digeſta. Vſum ſe Diogeniano MS. teſtatur Eraſmus, vti poſtea Zenobio quoque (XXVI. 63. epiſt.) ſed admodum mutilo atque inemendato. Diogenianum hunc Heracleotam ponticum fuiſſe Suidas [et ex eo Eudocia in violar. pag. 133.] refert et Hadriani, imp. temporibus vixiſſe. Mox ipſe dubitat, vtrum Heracleam Ponti an Cariae patriam habuerit? Medicum enim celebrem itidem fuiſſe ex Heraclea Albace Cariae Diogenianum. Liceat etiam addubitare de aetate. Iunior enim Zenobio videtur, et II. 98. V. 32. citat Lucianum. Fuit et *Diogenianus*, Pergamenus, quem confabulantem ſecum inducit *Plutarchus* VIII. 1. ſympoſ. Neſcio, idemne ſit *Diogenianus*, philoſophus, ex quo locum de oraculorum vanitate adfert *Euſebius* IV. 3. praeparat. *Theodoritus* X. therapeut. pag. 138. *Diogenianum* praeterea ſiue Diogenem, Cyzicenum, grammaticum, memorat Suidas, quem, ſi placet, vide. *Diogeniani* epitome *τῶν Οὐεστίνου Ἑλληνικῶν* citatur in ſcholio graeco ad Nazianzen. apud *Montfauconum* pag. 214. Diarii Italici.

V. ADPENDIX VATICANA ſiue collectio prouerbiorum CCCLIII. ſimiliter ordine litterarum decurrens, quam beneficio Scipionis Cobellucii acceptam Schottus cum verſione et notis primus edidit. Chriſtianum fuiſſe auctorem, qui illa collegit, probe obſer-

 vat

k) Vide vol. VII. lib. V. cap. 7. pag. 57. *Ruhnken.* praefat. ad Heſych. tom. II. p. X. *Villoiſon.* Proleg. in Homer. pag. 29. *Harl.*

l) Alio ſenſu *δημώδης παροιμία* apud Apoſtolium VI. 7. VIII. 8. etc.

vat Schottus, e centur. III. adagio 87. vt adeo errauerit Erasmus, si eadem sylloge prouerbiorum fuit, quam ille subinde laudat, sub nomine Plutarchi.

VI. EDITIO PROVERBIORVM ALDINA siue collectio paroemiarum alphabetica Schotto, vt opinor, haud visa, quam *Aldus Manutius* fabulis Aesopi, Phurnuto, et aliis quibusdam Venet. 1505. fol. graece subiunxit sub titulo: συναγωγὴ τῶν Ταῤῥαίυ καὶ τῶν παρὰ Σϋίδα καὶ ἄλλοις διαφόροις παροιμιῶν συντεθεισῶν κατὰ στοιχεῖον, complectitur Zenobium et prouerbia e Suida excerpta, tum ex Apostolio quaedam.

VII. HESYCHIVS in prooemio lexici, conquestus inter alia, Diogenianum paroemias non paucas sine explicatione in dictionario suo posuisse, promittit, se industria sua, vt alios, ita hunc quoque defectum suppleturum. Hodie tamen in glossario eius perpauca huius argumenti leguntur, quae sparsim suis in Diogenianum et Vaticanum adpendicem notis idem Schottus intexuit. Itaque eruditi existimant, Hesychii epitomen tantum, non integrum opus, ad nos peruenisse: qua de re cum de illius glossario acturus sum, dicam. [P]

VIII. SVIDAS longe plura prouerbia lexico suo m) inseruit eademque explicauit, ita, vt ex illo MCCCC. collegerit Schottus, quae cum versione sua et notis Zenobio, Dogeniano et Vaticanae adpendici subiecit, addito Iosephi Scaligeri stromateo prouerbiorum graecorum, versibus Hexametricis CCCCXIX. et Iambicis DCCCCXXVI. quem et ipsum versione metrica, (ita, vt versus versui respondeat,) ac subinde notis illustrauit, subiuncto toti operi indice graeco alteroque latino adagiorum. Antwerp. 1612. 4. Lucem viderat Scaligeri στρωματεὺς παροιμιῶν ἐμμέτρων, Paris. 1593. 4. et cum latina vers. ibid. 1594. apud Morellum 8. donatus a. 1584. Claudio Puteano, et recusus postea inter Scaligeri poemata, a *Petro Scriuerio* collecta et edita Lugd. Bat. 1615. 12.

IX. MICHAEL APOSTOLIVS, Byzantinus, medio saeculo decimo quinto clarus, de quo infra libro quinto dicendi locus erit, copiosissimam fecit paroemiarum συναγωγήν. Ab eo enim collecta et explicata habemus prouerbia bis mille et viginti septem, inscripta Caspari Vxamae siue Osmi, in hispania episcopo, Romae tum versanti, vbi et ipse scripsit, patria a Turcis occupata exsulans Apostolius. Horum epitomen, (explicatione fere rescisa,) edidit graece Heruagius Basileae a. 1538. 8. Eadem postea plus vice simplici recusa est cum claui Homerica Georgii Perkinsi, in 8. Integram ac pleniorem editionem promisit Robertus Constantinus, dedit *Petrus Pantinus*, cum cuius versione et notis hoc opus vndique non mediocri studio ab Apostolio collectum vidit lucem Lugd. Bat. 1619. 4. ex qua editione tres vel quatuor praeter rem fingit auctor pandectarum Brandenburgicarum n). Quaedam Apostolii emendat illustratque Reinesius lib. I. var. lect. cap. 24. Ceterum

m) Forte et aliud opus singulare de prouerbiis scripserat atque ordine litterarum digesserat. Sane hoc suspicari aliquis possit ex his verbis in Ἔρως. τέθειται δὲ ἐν τῷ περὶ παροιμίας ἐν τῷ ἐ στοιχείῳ.

n) At tamen in bibl. Wernsdorfii Dantiscani editio Lugd. 1634. 4. fuisse dicitur; (in catalogo tamen librorum Wernsdorf. patris et filii m. Sept. h. a. (1755.) vendendorum pag. 50. edit. a. 1653, non illa, venum exponitur.) ego habeo edit. cum duplici titulo, cuius interior prae se fert a. 1619. exterior autem isque plenior a. 1653. (non, an. 1654. vti per errorem typographicum in mea Introductione

rum fallitur Pantinus, quum in notis pag. 377. Apoſtolii Ἰωνιὰν nihil aliud putat continuiſſe, quam hanc ipſam συναγωγὴν παροιμιῶν. Nam in bibliothecis quibusdam adhuc ſupereſt illa Ἰωνιά, in qua (ſimiliter, vt in edito opere prouerbia,) congeſtae ſunt gnomae, apophthegmata et varia praecepta veterum ſapientum. [vid. *Bandin.* catal. codd. gr. medic. vol. I. pag. 549. et *Villoiſon* anecd. gr. tom. II. pag. 4.]

X. GREGORIVS, CYPRIVS, quoque, patriarcha CPolitanus, non omittendus, Apoſtolio antiquior, cuius paroemiae, (ſed graece tantum,) Apoſtolio Pantini ſubiectae ſunt pag. 273—281. Non adeo multa ſunt haec a Gregorio annotata prouerbia, et apud iam memoratos ſcriptores fere obuia, breuis quoque eſt, quam ſubinde addidit, expoſitio. [P] De aliis huius Gregorii ſcriptis conſulendus *Leo Allatius* de Georgiis p. 422 ſq. Guilielmus Caueus in hiſtoria litteraria ad annum Chriſti (quo floruit Gregorius) MCCLXXXIV. [Infra in vol. VI. pag. 579 ſqq. lib. V. 5. *Saxius* in Onom. II. pag. 322 ſq.]

Denique *Hermodori Regii*, ſcriptoris recentis, Adagia laudat et apud ſe fuiſſe teſtatur Cangius in gloſſario graeco.

XI. *Index Scriptorum, in Prouerbiis Graecis memoratorum, a Schotto praetermiſſus.*

A. Apoſtolium, D. Diogenianum, Pl. Plutarchum, Vat. appendicem Vaticanam, Z. Zenobium, maior numerus centuriam, minor prouerbium denotat.

Aceſias, medicus, A. II. 23.
Ἀδμήτου μέλος A. IV. 33.
Aelianus A. XII. 14. XIX. 61. XX. 58. paſſim nomine Aeliani praeterito Apoſtolius ex eius hiſtoria animalium capita integra depromſit. Loca ſubinde adnotavit Pantinus in notis.
Aeſchines, Sardianus, in Iambis A. XI. 24.
Aeſchines, orator, A. XVIII. 48. ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου A. XVI. 63. Tragicus Theocrines a Demoſthene dictus XIX. 49.
Aeſchines, Selli f. A. XVII. 34.
Aeſchylus Z. V. 70. 79. A. VI. 36. X. 38. XI. 3. XX. 65.
Αἴαντι Λοκρῷ Z. VI. 14.
Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις Z. V. 43.
Ὁ παρ' Αἰσχύλῳ Φιλοκτήτης A. VIII. 30.
Aeſchylus ἐν τοῖς περὶ παροιμιῶν Z. V. 85.
[Aeſopus, Delphis interfectus. Vat. III. 99. D. I. 64. A. II. 1 et 5. Mentio Aeſopi A. VIII. 85. ex Ariſtophanis auibus et XII. 41. vbi reſponſum, Croeſo datum. Citatur Aeſopus A. IX. 16.
(Agatho tibicen Z. I. 2. A. I. 9.
Agatho, (comicus) A. VI. 38.
(Agyrrhius poetarum mercedem accidens. ἔτος στρατηγὸς ὢν ἐν Λήμνῳ καὶ τὸν μισθὸν τῶν ποιητῶν συνέτεμε καὶ πρῶτος ἐκκλησιαστικὸν δέδωκεν A. I. 22.
Alcaeus Z. II. 18. V. 30. 61. VI. 43. A. XV. 83. ἐν κωμῳδιοτραγωδίᾳ A. I. 51.
Alcini apologus, A. I. 84. D. II. 86.
Alcmaeon A. XVIII. 56.

Alcman,

troductione in hiſt. L. Gr. tom. II. part. I. p. 552. excuſum eſt, vbi de illa Prouerbiorum ſylloge, editt. de Mich. Apoſtolio plura notaui;) edit. an. 1653. ſignata eſt quoque in catal. Thott. IV. p. 96. et in bibl. Leidenſi, teſte catal. pag. 245. ibidemque aliud exemplar, ab Iſaaco Voſſio hic illic notatum. Sola autem tituli frons mutata fuiſſe videtur. *Harl.*

Alcman, Lyricus, A. II. 54. XIV. 87.
Alexander, (forte Alexis,) ἐν αἰπόλοις Z. VI. 11.
Alexis Z. II. 17. A. XVII. 44.
Ammonius A. XIX. 82.
Amphis A. XIV. 74.
Anacharſis A. XVIII. 55.
Anacreon Z. V. 20. 81. ἐν τρίτῃ A. XVIII. 14.
Anaxandrides, ἐν πρώτῃ περὶ συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων Vat. I. 5. [¶]
Anaxarchus A. XVI. 92.
Anaximenes A. IV. 30. ἐν α΄ Ἑλληνικῶν III. 4.
Androcides, Pythagoreus, A. XVII. 33. Male editum Andocydes.
Andron, (comicus,) ἐν τρίποδι A. XVII. 25.
Andron, Halicarnaſſenſis, A. XVIII. 18.
Epiſtola, ab Antagora Boeotiis praelecta, A. V. 82.
Antigonus, Caryſtius, Z. V. 82.
Antimachus μελῶν ποιητὴς, ψεκὰς dictus D. VIII. 71. A. XXI. 4. quatuor eius hexametri de Nemeſi Adraſtea A. I. 40.
Antiphanes Z. VI. 34. A. IV. 14. XII. 2. XIX. 44. Epheſius A. VIII. 37.
Apollodorus A. XI. 76. XVIII. 23. ἐν τοῖς περὶ Θεῶν Z. V. 22.
Apollonius A. XIX. 76.
Apollonius, Macedo, A. XVIII. 45.
Apoſtolii Ἰωνιὰ A. XX. 13.
Arabes A. I. 82.
Archidami epiſtola ad Philippum A. VII. 64.
Archilochus Z. IV. 48. A. IV. 52. et in praef. et XI. 44. ἐπωδῇ Z. V. 68.
Archytas D. II. 98.
Archippi comoedia ὄνȣ σκιὰ Z. VI. 28.
Ariſtarchus, (grammaticus,) A. XVI. 60. XVIII. 22.
Ariſtides A. VIII. 16. XIII. 12.
Ariſtii Κύκλωψ, drama ſatyricum, A. IV. 7.
Ariſtoclea, Pythagorae ſoror, ſacerdos Pythia A. XVII. 86.
Ariſtophanes Z. I. 54. II. 57. 95. VI. 40. D. II. 3. III. 74. VII. 3. Vat. IV. 44. A. II. 23. 31. III. 73. 82. IV. 1. VI. 47. XII. 35. XIV. 40. 50. XV. 59. 74. 93. XVIII. 39.
ἐν Ἀμφιαράῳ A. XX. 39.
Βαβυλωνίοις Z. II. 22. A. XVII. 25.
Βατράχοις Z. III. 8.
Γεωργοῖς Z. II. 27.
Ἱππεῦσιν Vat. IV. 49.
Κωκάλῳ Z. VI. 47.
Λυσιστράτῃ Z. 55.
Νεφέλαις A. I. 51. IV. 68.
Ὄρνισι A. I. 61. VIII. 85. XVII. 53.
Πλȣ́τῳ A. VII. 22.
Πολυείδῳ A. IX. 9.
Σφηξὶ A. VII. 48.
Ταγηνισταῖς A. XV. 60.
ὅλην δὲ παροιμίαν Ἀριστοφάνης ἐν τετραμέτροις ἐκφέρει Z. I. 52.
Ariſtophanes, grammaticus, Z. III. 63.
Ariſtoteles Z. IV. 49. 83. V. 95. VI. 17. Vat. III. 4. A. V. 13. VII. 44. 72. IX. 16. XIII. 58. XVIII. 89.
ἐν α΄ περὶ δικαιοσύνης A. IX. 33.
Ἀθηναίων πολιτεία Z. VI. 29.
Λακεδαιμονίων πολιτεία Z. II. 24.
Ὀρχομενίων Vat. IV. 3.
Σαμίων πολιτεία Z. IV. 12. A. XVII. 25.
Τενεδίων A. XVIII. 28.
Περὶ Ζώων Z. IV. 52. A. II. 51. III. 39. IX. 41. X. 64. XV. 56. 93.
ἐν τοῖς προβλήμασι A. XII. 68. [¶]
ἐν ἑβδόμῳ παραδόξων A. XIV. 30. Ariſtotelis ἐντελέχεια A. XVII. 9.
Ariſtoteles, Battus, A. XVII. 43.
Ariſtoxenus Z. II. 85. Vat. I. 29.
Ariſtus, Salaminius, Z. VI. 50.
Aſclepiades Vat. I. 71. ἐν τραγῳδȣμένοις A. VI. 46. XI. 98. Epigramma A. XIX. 77.
Aſtydamas, tragicus, Morſimi fil. Z. V. 100. A. XVII. 29.
Atticiſmus A. V. 4. Athenienſium νόμος ſiue conſuetudo A. XV. 98.

Bacchyli-

Bacchylides Z. III. 25. A. III. 82. παιᾶσιν Z. II. 36.
(Bayn malos e disciplina sua emittens discipulos A. XIX. 35)
Bellerophonteae litterae A. VI. 46.
Bias, Prienensis, A. V. 58. VI. 36.
Boeotica Sphingis aenigmata A. V. 80.
Brachmanum fabula de Epope A. VIII. 85.
Cadmus Z. IV. 45.
Callias.
ἐν Ἀτελεσῇ (forte Ἀταλάντῃ) Z. IV. 67.
Callimachus Z. V. 66. A. I. 55. et in praef. et XX. 14.
Ἰάμβοις Z. I. 31.
Callipides Τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς A. XV. 39.
Callisthenes δευτέρῳ μεταμορφώσεως A. I. 79. ἐν δευτέρᾳ τῶν Περσικῶν A. XVII. 26.
Callistratus, rhetor, Athen. Z. IV. 34.
Alius Callistratus Parnytes Vat. III. 35.
Κάμων ἐν δευτέρᾳ τῶν εὑρημάτων A. XX. 29. Clementi Alex. dicitur Σκάμων.
Cantharus ἐν Μηδείᾳ A. IV. 22.
Carica Musa A. X. 85.
Cato A. X. 100.
Caucasus de Lemniis A. XI. 69.
Cephison, de qualibet re per totum diem verba facere se posse gloriatus A. XVIII. 90.
Chalcidamantis dictum (nomine tacito) A. IV. 36.
Chamaeleon περὶ σατύρων (de dramatibus satyricis) A. IV. 7. ἐν τῷ περὶ Θέσπιδος A. XV. 13.
(Chares, Thebanus, tibicen A. XX. 63.
Charondas A. VIII. 14.
Chelidon, theologus, et τερατοσκόπος A. XVII. 2.
Chilo, Lacedaemonius, A. VI. 36. 78. XIX. 48. XX. 74.
Chrestodemus ἐν Θηβαϊκοῖς A. XVIII. 42.
Chromius augur, qui Mysis siue Bulgaris imperauit A. XIII. 43.
Chrysippus Z. II. 18. III. 40. Vat. III. 36. ἐν τῷ περὶ χρησμῶν A. XIII. 68.
Cicero A. XVI. 69. de officiis Panaetium reprehendens A. in praef.
Cleander ἐν δευτέρῳ παροιμιῶν A. XV. 8.
Cleanthes A. XI. 1. [?]
Clearchus Z. V. 44. 47. VI. 29. A. VI. 36.
περὶ βίων Z. IV. 77. VI. 18.
Πέμπτῳ περὶ βίων Z. III. 41.
ἐξηγούμενος τὴν παροιμίαν Z. V. 48.
(Clitarchus XX. 22.)
Clitodemus A. VIII. 42.
Παρὰ τῷ Κωμικῷ (Aristophane) A. XVIII. 14. Alterius Comici versus A. XX. 90.
Comicorum quinque iudices Z. III. 64. Chorus comicis et tragicis eximiis datus A. I. 92. XX. 79.
Comoedia Vat. III. 66. 80. IV. 48. A. I. 92. XX. 36.
Κωμῳδικὴ χάρις A. I. 23.
Corax, Syracusius rhetor, Z. IV. 82. A. X. 64.
Corcyraei Mineruam vocant Gorgonem A. VI. 44.
Crates, Atheniensis, ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν A. XXI. 24.
Crates, comicus,
Σαμίοις Z. IV. 41.
Crates, grammaticus, Vat. II. 12. Cynicus A. XI. 58. et forte XX. 6 et 10.
Craterus Z. II. 28.
Cratinus, comicus, Z. I. 26. III. 81. V. 7. 81. Vat. I. 91. A. VIII. 80. IX. 58. XII. 70. XV. 69.
Ἀρχιλόχοις A. VII. 20.
Δραπέτισιν Z. V. 67. VI. 24. A. X. 77.
Κλεοβουλίναις Z. V. 14.
Νόμοις A. II. 48.
Χείρωσι Z. II. 66. V. 9.
Crato A. XI. 2.
Cretenses Dianam vocant Δίκτυνναν A. VI. 44.
Ctesias A. XX. 6.
Demades A. XIX. 46.
Demagoras A. II. 51.

Demetrius, Halicarnaff. Z. VI. 22.
Demetrius, Scepfius, A. I. 40.
Demo Z. V. 52. Vat. IV. 20. A. VII. 44. XVII. 28. XX. 27. ἐν πρώτῃ παροιμιῶν XIII. 36.
Democratis γνῶμαι A. II. 92. VIII. 29. X. 16.
Democritus A. V. 59. VII. 14. XII. 63. 64, 89. XIX. 10. XX. 5. 4. 9. Phyficus A. XX. 77.
Demofthenes, rhetor, Z. VI. 28. A. II. 82. XX. 4. ἐν τῷ περὶ Κτησιφῶντος A. XV. 28. XIX. 49. Demofthenes fiue Dinarchus ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνȣ ibid. 49.
Diagoras, Atheus, A. VII. 1.
Dicaearchus, Meffenius, Z. II. 15. III. 65. IV. 26. VI. 16. Vat. II. 6. ἐν τοῖς περὶ ἑλλάδος Z. V. 23.
Didymus Z. II. 31. IV. 20. A. XVIII. 40. XIX. 41.
Dinarchus fiue Demofthenes ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνȣ A. XIX. 49.
Dio, Alexandrinus, philof. Z. V. 54. A. XIX. 24.
Dio ἐν δευτέρᾳ τῆς δευτέρας συντάξεως A. XV. 3.
Dio ἐν Ῥωμαϊκοῖς A. IX. 42.
Dionis γρῦ A. VI. 51. Z. V. 54.
Δεινόλοχος Vat. IV. 27. A. XX. 5. [?]
Diogenes, Cynicus, D. IV. 98. A. IX. 59.
Diogenianus A. II. 39. IX. 39. XVI. 28. (XVII. 28.)
Dionyfius, Chalcidenfis, Z. V. 74. ἐν κτίσεσι A. XVIII. 25.
Dionyfii, Syracufani, tyranni, tragoediae, a Philoxeno contemtae, Vat. IV. 37. A. XIX. 26.
Dionyfius (Thrax) Z. V. 71.
Diotimus ἐν Ἡρακλέȣς ἄθλοις A. IX. 33. vbi tres ex illo poemate Hexametri.
Diphilus A. X. 96. XIII. 68. ἐν ἡμέραισιν Z. IV. 18.
Diphthera Iouis A. IV. 47. IX. 53. D. III. 2.
Diffocritus (nifi leg. Δημοκρίτȣ) A. VI. 19.
Dithyrambici poetae, A. VII. 16.
Dores trutinam vocant σαχάνην A. VI. 7.
Dorotheus ἐν τῇ πρώτῃ Σικελικῶν A. XX. 13.
Draco, medicus, A. VI. 32.
Duris Z. II. 26. 28. V. 64. ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ Ἀγαθοκλέα A. IX. 33. ἐν τῷ περὶ ἀγώνων A. XVII. 30. ἐν δευτέρᾳ Λιβυκῶν A. XI. 75.
Enyo Πρϐφῆτις Delphica A. XIV. 40.
Empedocles A. XIV. 84. Empedoclis inimicitia A. VIII. 21.
Epeus Z. III. 81. ἐπειὸς D. IV. 61. A. VIII. 80.
Ephefiae litterae A. IX. 39. D. IV. 78. Vat. I. 95. A. XII. 72.
Ephorus A. IV. 30. VIII. 95. IX. 33. ἐν δευτέρῳ III. 47. ἐν τετάρτῳ VI. 74. ἐν πέμπτῳ VII. 37. ἱςορεῖ ἐν τρίτῃ XV. 98.
Epicharmus Z. III. 64. IV. 40. V. 84. D. II. 47. A. I. 49. 44. 53. Τρωσίν Z. IV. 7.
Epicrates A. X. 77.
Epicurus ἔν τινι τῶν πρὸς Ἰδομενέα ἐπιςολῶν A. XVI. 95.
Epictetus IV. 63.
Epigenis, Sicyonii, tragoedia de Baccho A. XV. 13.
Epigramma in Hefiodum Vat. IV. 3.
Epigramma A. XVII. 37. XIX. 92. verfibus iambicis Z. III. 23. A. XIX. 77.
Epimenidis pellis et alia de ipfo A. VIII. 84. XIX. 37. D. VIII. 28. Vat. III. 97. vbi annos CLVII. vixiffe traditur e Theopompo.
Εὔανδρος Z. V. 78. D. VII. 28.
Εὐβοϊκὰ συγγράψαντες Z. VI. 50.
Eubulus, comicus, A. X. 29. XX. 91.
Διονύσῳ Z. IV. 66.
Κυβευταῖς Vat. II. 69.
Euclide opus non eft araneae A. X. 58.
Eudemus A. V. 96. IX. 27. XII. 9. XX. 39.
Eudoxus Z. V. 56. Vat. I. 11.
ὑποβολιμαίῳ Z. I. 1.
Euphorion A. XI. 21.
Eupolis Z. II. 57.

χρυσο-

χρυσογενεῖ Z. II. 19. IV. 2.
Euripides Z. V. 70. 72. 93. 98. Vat. I. 29. II. 57. A. II. 4. III. 15. 42. VI. 38. X. 6. 12. 94. XIII. 56. XIV. 1. 7. XVI. 29. XIX. 74. 75. [?] 82, XX. 26. 38. 92. a Promeri canibus direptus D. VII. 52. Vat. III. 43. A. XVI. 70.
σκανδοπόλης dictus D. VIII. 20. Vat. III. 86. A. XVII. 48.
Eius (siue Aristii, Philoxeniue,) Cyclops Z. II. 16. D. II. 32. A. IV. 7.
Erechtheus Vat. II. 67. ἐν Τραγῳδίᾳ Ἐρεχθειδῶν A. XIX. 98.
Medea Z. III. 4.
Phoenissae Z. II. 68,
Φοῖνιξ A. XI. 41.
Telephus Z. III. 4.
Euthycles ἐν Ἀταλάντῃ A. V. 76.
Glauco A. X. 98.
Harmodius σκολιῶν ποιητὴς D. II. 68. A. IV. 33.
Harpocratio A. II. 31.
Hegesander ἐν τοῖς περὶ ὑπομνημάτων A. II. 51.
Hellanicus Z. V. 61.
Heraclides Z. II. 84. responsio Dionysio (tyranno) data A. VI. 12.
Comicus Z. VI. 34.
Heraclides, ponticus, A. XII. 35.
Heraclitus Z. II. 19.
Hermaphroditus, (nisi nomen corruptum,) A. XIX. 80.
Hermippus
στρατιώταις Z. II. 23.
Hermodorus, Platonis auditor, Z. V. 6.
Hermogenes quintodecimo aetatis anno rhetoricam scribere adgressus A. VIII. 36.
Herodes ἰαμβοποιὸς Z. VI. 10.
Herodis, Attici, dictum ad fratrem Regillae A. XVII. 76.
Herodianus, (grammaticus,) A. XII. 50.
Herodotus Z. VI. 47. Vat. II. 7. III. 67. A. VI. 22. (VIII. 28.) XV. 59. XVI. 25. XX. 25. (XXI. 27.) ἐν τῇ πρώτῃ Z. VI. 35.
Hesiodus Z. III. 86. D. II. 32. 97. Vat. III. 3. IV. 3. A. IV. 46. VI. 28. IX. 6. XII. 88. XV. 51. XX. 13. 80. 82. Homero praelatus a Panide, rege, A. XV. 88.
Hierocles ἐν δευτέρᾳ φιλοσοφουμένων παρὰ τῶν φιλοσόφων A. VIII. 20. ἐν πρώτῃ φιλοσοφουμένων XI. 90.
Hieronymus, Rhodius, ἐν τῷ περὶ Τραγῳδοποιῶν A. XI. 41.
Hipparchion, citharoedus, Z. II. 35.
Hippeus (ἱππεύς.)
ἐν τῷ περὶ χρόνων Z. III. 42.
Hippocomus A. XVI. 41.
Hippocratis, regis, epistola ad Mindarum, ἔῤῥει τὰ καλά. D. IV. 89. A. IX. 2.
Homerus Z. I. 93. II. 87. III. 64. 94. V. 7. 68. Vat. II. 12. A. praef. et I. 51. 82. 97. II. 6. 12. III. 82. VIII. 34. 91. IX. 67. XI. 31. XII. 21. XIV. 95. XVI. 28. XVII. 12. XX. 21. 63.
Hyperides A. XVI. 2. ἐν τῷ περὶ ταρίχου πρώτῳ A. V. 8. ἐν τῷ κατ' Ἀντοκλέους A. IX. 6. forte Αὐτοκλέους. [?] Ἐν τῷ κατὰ Εὐθυνογένους δευτέρῳ XVIII. 11. forte Ἀθηνογένους.
Hypseus A. X. 18.
Ἰάλεμος Θρῆνος A. VI. 54.
Iamblichus A. IX. 72.
Ibycus Z. II. 45. D. II. 71. V. 12. A. I. 14. III. 35.
Ἰόβας (Iuba) Vat. I. 14.
Ion, tragicus, Z. V. 68.
Isaeus A. I. 47. ἐν τῷ πρὸς Καλυδῶνα V. 20. ἐν τῇ ὑπὲρ Εὐμαθοῦς εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρέσει A. VIII. 20.
Isocrates A. XIX. 41. lege Socrates, qui Θρακικῶν libros scripserat, teste Plutarcho cap. 18. parallel.
Ister A. XVIII. 23. ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῆς συναγωγῆς A. XIV. 40. ἐν τοῖς Ἀττικοῖς XVI. 1. ἐν πρώτῃ Ἀττικῶν XVIII. 77.

Lacedaemonii Dianam vocant Οὖπιν A. VI. 44.
Lacedaemoniorum chori A. III. 6. hymni VI. 56.
Leucippus A. XV. 54.
Leonides, Byzantius, A. XIX. 61.
Λευκώματα siue albi Athenis, inscribendis ciuium nominibus et negotiis Vat. I. 80.
Libanius A. XVII. 3.
Lucianus D. II. 89. V. 23. A. III. 22. 93. X. 38. (Philopseude) Z. II. 1.
μυίας ἐγκωμίῳ Z. III. 68.
Lucius, Tarrhaeus, ἐν πρώτῳ παροιμιῶν A. praef.
Lycophron A. XVII. 34. XVIII. 40.
Lycurgus A. IX. 69.
Lycurgus ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος A. VIII. 20.
Lycus, Rheginus, A. XI. 76.
Lydiorum dialectus A. V. 54.
Lysias D. IV. 77. A. V. 85. VIII. 21. ἐν τῷ περὶ ἀμβλώσεως A. II. 89. κατὰ Ἀνδρωτίωνος IV. 30. Πυθίῳ ξενίας id.
Lysimachus ἐν δευτέρῳ νόστων A. XVII. 25.
(Μάξιμος D. 46.
Maximus, Tyrius, A. XIII. 19.
Μεγαρικὴ Κωμῳδία D. III. 88. A. VI. 2.
Menander Z. II. 12. 17. III. 87. IV. 63. VI. 15. Vat. I. 64. II. 71. A. II. 4. 59. IV. 16. VII. 60. XIII. 77. XIX. 83. XX. 43. XXI. 16.
ἀνατιθεμένῃ A. II. 42. ἢ Μεσσηνίᾳ IV. 21.
ἀνδρογύνῳ A. XI. 75.
ἀῤῥηφόρῳ Z. VI. 5.
ἐγχειριδίῳ Z. VI. 75. VI. 28.
ἐπικλήρῳ α. Z. IV. 32.
ἐφεσίῳ Z. VI. 9.
Εὐνούχοις Z. V. 95.
Ἱερείᾳ Z. V. 39.
Κανηφόρῳ A. I. 92.
Λευκαδίῳ Z. VI. 13.
Λοκροῖς Z. VI. 27.
Μεσσηνίᾳ A. IV. 21 et 22.
Ὀλυνθίᾳ Z. VI. 51.
Πλοκίῳ Z. VI. 8.
συνεφήβοις Z. V. 60.
Χαλκηδονίῳ A. XII. 7.
Menecrates, Tyrius, Z. IV. 38.
Methon, astrologus Atheniensis, Vat. I. 92.
Metrodorus A. XIII. 60. [?]
Mnaseas Z. II. 67. V. 74. Patarensis Vat. II. 94. ἐν τῷ περίπλῳ A. XVII. 2.
Moschion A. X. 11.
(Moschus φαῦλος κιθαρῳδὸς A. XIII. 27.
Morsimus A. XI. 86.
Mylo ὁ παροιμιογράφος Z. II. 45.
Mylus κωμῳδιῶν ποιητὴς Z. V. 14. A. XIII. 38.
Myrtilas vates Z. II. 84.
aliis Myrtias vel Myrtides Pl. 9.
Neoclides A. XIII. 58. (alius 61.)
Nicander A. IX. 33.
Olympiodorus A. XIX. 82.
Oraculum Trophonium A. XIX. 59.
Oracula Z. II. 24. III. 42. V. 19. 74. 75. 80. VI. 3. D. II. 81. VIII. 4. 11. Vat. III. 76. A. I. 40. 79. II. 26. IV. 34. 42. V. 11. VI. 36. IX. 16. 22. 27. X. 8. XII. 74. 77. XIII. 36. 45. 46. XV. 65. 66. XVI. 95. XVII. 17. 77. XVIII. 7. 20. 93.
Orpheus a Libethriis interfectus Z. I. 79. amatus a quercu A. XI. 10. XVIII. 62.
Palaephatus A. II. 86. et nomine praeterito IV. 71. VI. 31. 32. 33. 44. 71. VII. 15. XI. 33. 57. XII. 13. 61. XIII. 8. 19. 46. 73. XIV. 49. 96. XVI. 10. XVIII. 52. 62. XIX. 64. 85. XXI. 25.
Panaetius de officiis A. praefat.
(Pases Magus D. VIII. 40. Vat. IV. 17. A. XIX. 27.
Periander, bonus medicus, malus poeta A. III. 16. alius Periander sapiens, de quo A. XX. 47.
Phallicum poema A. XX. 12.
Phalaris D. II. 50. VIII. 65. Vat. IV. 35. A. I. 60. XX. 13. Epistola ad Athenienses ib.
Phanodemus A. VIII. 42. XV. 84.
Pherecrates Z. V. 3. Vat. III. 85. A. III. 26.
μυρμηκανθρώποις Z. IV. 23.

Phere-

Pherecydes A. XX. 87.
Philarchus Z. VI. 13.
Philemon Vat. II. 93. A. I. 56. 75. X. 77. XIII. 78. 79. XVI. 50. XVII. 29. XIX. 19.
Ἥρωσιν Z. VI. 25.
Philepſius μεταξὺ τῶν δημηγοριῶν μύθους λέγων A. XX. 24.
Philiſtus A. I. 51.
Philochorus Z. V. 75. A. II. 51. XVIII. 34. XIX. 51. ἐν τρίτῃ περὶ μαντικῆς A. VII. 48. XVII. 32. ἐν τετραπόλει XVIII. 77.
Philoxeni, Cytherei, reſponſum Dionyſio datum, D. VIII. 54. Vat. IV. 37. A. XIX. 26. Dithyramborum ſcriptor A. VII. 70. Eius drama Cyclops Z. V. 45. forte et II. 16. D. II. 32.
Phocylides V. 55.
(Phryx Phrygii cantus repertor A. XIII. 27.
Pindarus Z. II. 18. V. 59. VI. 43. D. VII. 12. A. III. 30. XIV. 88.
ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους Z. VI. 49.
ἐν Νεμεονίκαις Z. V. 20.
Pittaci Apophthegmata A. III. 92. XVI. 12. 13. XVIII. 61. XX. 47. 48.
Plato, philoſophus, Z. I. 59. III. 9. 34. V. 69. 98. VI. 28. 38. D. II. 9. VI. 32. Vat. II. 70. III. 72. A. II. 32. 54. III. 19. VII. 48. VIII. 20. [¶] IX. 78. X. 50. XII. 31. (XIII. 54.) XIV. 84. XVII. 3. XVIII. 40. XIX. 69. 85. XX. 91.
(Alcibiade) D. I. 37.
ἐν τῷ περὶ ἀνδρείας (Lachete) A. I. 92.
Hippia Z. IV. 16.
Legibus A. IV. 1. ſexto A. X. 60.
Phaedone A. IV. 73.
Phaedro Z. I. 49.
Politia Z. V. 55. XIX. 55. ἐν ταῖς πολιτείαις A. XVII. 83.
Sympoſio Z. II. 19.
Theaeteto Z. V. 55.
Academia Platonis A. II. 31.
Plato, comicus, Z. II. 27. VI. 7. Vat. II. 35. Κρυφίοις Z. II. 31.
Μενελάῳ Z. VI. 17.
Πισάνδρῳ A. IV. 25.
Φάωνι A. VI. 33.
Plutarchus A. V. 30. VI. 29. XVIII. 39. ὑγιεινὰ ἀποφθέγματα IX. 38.
Οἱ Ποιηταὶ A. V. 22. 99. Ὁ ποιητὴς (Homerus) A. XX. 13.
Τὸ ποιητικὸν A. XIV. 57.
Polemo A. XVIII. 25. in epiſt. ad Diophilum Z. V. 13.
Polyidus, medicus, VI. 32.
Polyzelus ἐν Μουσῶν γοναῖς Z. VI. 50.
Praxilla D. V. 12. Sicyonia μελοποιὸς Z. IV. 21. A. IX. 81.
Procopius A. XII. 83.
Prodicus, Chius, A. XVI. 62.
Proxenus A. XI. 76.
Pyrrhichus, Cydonius Cretenſis, carminis Pyrrhichii inuentor, A. XVII. 6.
Pythagoricorum aenigmata A. XVI. 98.
Pythagoras A. VII. 72. IX. 99. X. 61. XX. 86. 87.
Pythermon auctor σκολιοῦ carminis Vat. III. 14.
Rhadamanthi iuſiurandum A. XVII. 7. Z. V. 81.
Ῥαψῳδοί. Z. V. 99.
Rufinus citharoedus Z. II. 53. Sappho Z. III. 3. Vat. III. 67.
Sappho poetria et altera Lesbia Phaonis amoribus ardens, A. XX. 14.
Sardanapali epitaphium Vat. III. 91.
Satyrica in Bacchum dramata A. XV. 13.
Scamon. Vide ſupra Camon.
Scolium carmen in pugnam ad Lipſydrium A. VIII. 81.
Simonides Z. V. 85. A. XV. 68. περὶ Αἰτύλου A. XV. 97. ἐν πεντάθλοις II. 51.
Sitias. Vide infra Tiſias.
Socrates. Vide Iſocrates.
Socrates δευτέρῳ κτητικῶν Z. V. 81. leg. Soſicrates ἐν β'. Κρητικῶν, agitur enim de Rhadamantho, Cretenſium legislatore.
Socratis, philoſophi, iuſiurandum A. XVII. 7. apophthegma XIX. 4. XX. 61.

Solon A. VIII. 14.
Solonis elegiae Z. III. 4. D. II. 99. [¶] A. IV. 53. ἐν τοῖς ἄξοσι νόμος Vat. I. 24.
dictum ad Croesum D. VIII. 51. eius *nosce te ipsum* Vat. I. 37. ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι A. IV. 51. aliud dictum XVII. 64. 82. XVIII. 27. XX. 47. Σεισάχθεια A. XVII. 32.
Sophocles Z. II. 14. 65. III. 63. VI. 19. D. IV. 75. 82. Vat. II. 49. III. 36. IV. 44. A. I. 89. II. 28. III. 28. VI. 37. 63. VII. 48. 83. IX. 45. X. 23. 97. XIII. 13. 31. 46. XIV. 10.
Αἴαντι μαστιγοφόρῳ Z. IV. 4.
Ἀντιγόνῃ Vat. I. 93.
Ἀχιλλεῖ Λοκρῷ Z. V. 98.
Ἀχιλλέως ἐρασταῖς Z. V. 98.
Ἠλέκτρᾳ A. XII. 42.
Κωμικοῖς (forte leg. Καμικοῖς) A. XV. 96.
Σατύροις Z. VI. 80.
Τρωΐλῳ A. XII. 42.
Sophron Z. II. 17.
Sosibius Z. I. 54.
Sosicrates ἐν τῇ α'. Κρητικῶν A. VII. 37. Confer supra in Socrates.
Σώστρατος ἐν β'. κυνηγετικῶν A. XI. 83.
Sotades A. VII. 55.
Staphilus Naucratites Z. V. 76.
Stasimus, poeta, A. X. 50.
Stesichorus D. VII. 14. Vat. III. 28. eius sepulcrum A. XV. 67.
Stesimbrotus A. XIX. 65.
Io. Stobaeus A. XVI. 28.
Stratis Z. II. 93. V. 35. Σκώπτων τὸν Εὐριπίδην A. XIV. 89.
Sibyllae Erythraeae oraculum Z. IV. 78.
Synesius A. XX. 44.
Lucius Tarrhaeus ἐν πρώτῳ παροιμιῶν A. praefat.
Taurus (philos.) A. II. 98.
(Teleclidis dictum A. XVIII. 1.)
Tellen tibicen Z. I. 45. reliquit παίγνια χάριν ἔχοντα A. I. 34.
Tenediorum lex de securi percutiendis adulteris D. VIII. 58.
Terpander Z. V. 9. A. XII. 70. XIII. 27.
Terpsion Z. IV. 19. A. IX. 68.
Thaletis *nosce te ipsum* Vat. I. 37. δεινὸν τὸ συνιδεῖν τὸ μέλλον A. VI. 92. ἐγγύην φεύγειν VII. 50. μικρὰ ἐλαττούμενος τὸν φίλον κακῶς μὴ λέγε XIII. 11.
Theaetetus ἐν τῷ περὶ παροιμίας A. XV. 13.
Theaeteti epigramma A. XIX. 77.
Οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφότες A. XVIII. 42.
Theano A. XVIII. 39.
Theocritus A. IX. 57. X. 15. XVIII. 71. XX. 8.
Theophrastus A. XIII. 38.
ἐν τῷ περὶ νόμων Z. IV. 36. ἱστορεῖ ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς IV. 31. ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν IV. 51. VI. 36.
Theopompus (historicus) ἐν ή. A. III. 4. ἐν γ'. Φιλιππικῶν A. VI. 74. ἐν ιγ'. VII. 37.
Theopompus Z. VI. 33. Vat. III. 97. XVII. 25. καπηλίσιν Z. IV. 44.
Thespides A. I. 53.
Thessalus, machinarum repertor A. X. 17.
Thraces Dianam vocant Βένδειαν A. VI. 44.
Thucydides Z. IV. 94. Vat. III. 4. [¶] A. III. 29. XI. 80. XVII. 24. ἐν ὀγδόῃ A. VIII. 20.
Tiberii, imp. dictum A. XIX. 18.
Timaeus Z. I. 31. IV. 79. V. 85.
Tiresias Z. VI. 15.
Tisias Z. VI. 82. male Sitias dicitur A. X. 64.
Topsius, philos. Z. V. 54. (an Terpsion?)
ὁ Τραγῳδὸς A. II. 58. III. 86. X. 57. tragicis et comicis eximiis chorus datus A. XX. 79.
Μῦθος Τραγικώδης de Alcestide A. II. 72.
Xenarchus Sophronis F. Z. V. 83. A. XVII. 15.
(Xenocratis caseus A. XVIII. 88.
Xenophon A. X. 77. (XIV. 46.) ἐν πρώτῳ Κυροπαιδείας A. XIII. 44.
Zaleucus, Locrensium legislator seuerissimus Z. IV. 10. D. IV. 94. A. VIII. 14. IX. 50.
Zenonis (Citiei) continentia A. IX. 55.
Zeno, Myndius, Z. II. 30.

[Fabricius

[Fabricius subiecerat notitiam satis amplam, scriptorum recentiorum, qui prouerbia collegerunt atque interpretati sunt. Quoniam vero admodum pauci prouerbia graeca congesserunt et exposuerunt, reliquis in alio, a nostro instituto alieno, versatis genere et sermone, quorum notitia, necessario amplificanda, plus, quam commodum ac par esset, temporis et chartae absumeret: paucorum tantummodo eorumque memorabilium laudeque dignorum, qui graeca prouerbia explicuerunt, nomina hic repetere malui. — Catalogus scriptorum de adagiis exhibetur in Nouis litterariis maris Balthici, a. 1702. pag. 51 sq. — *Io. Henr. Bartels* disp. de prouerbiorum fontibus. Wittebergae 1725. *Harl.*]

Hadr. Barlandus confecit epitomen chiliadum Erasmi, Colon. 1524. 8. Idem versus prouerbiales e Virgilio collegit, quod factum et ab Hieronymo Clocio, Val. Rotmaro etc. [☛]

Io. Antonius Berlucius edidit adagia selecta graeca et latina sub titulis magna cura dispositis, Geneu. 1632. 8. Vide *Morhofium* I. polyhist. pag. 253.

Io. Alexander Brassicanus prouerbia post Erasmum scripsit siue symmicta prouerbiorum edita Paris. 1530. apud Wechelum, et postea Erasmi chiliadibus, in locos communes digestis, adiuncta. Vide quae ad Brassicanum Erasmus lib. XXVI. epist. 63.

Isaacus Casaubonus librum de prouerbiis promittit in commentario ad Athenaeum p. 10. et in epistolis suis non vno in loco.

Gilbertus Cognatus. Vide supra §. 3. in Zenobio.

Tho. Draxe in bibliotheca sua scholastica, Lond. 1616. 8. latina, *graeca*, gallica adagia et versus gnomicos ac prouerbiales sub titulis apte disposuit. [☛]

Io. Drusius edidit prouerbiorum hebraicorum e Salomone praesertim ac Siracide collectas classes duas, cum notis. Franeq. 1590. 4. Recusus est liber hic perutilis, ad calcem adparatus sacri Waltoniani, separatim praelis iterum commissi Tiguri in folio. Habetur praeterea in tomo postremo criticorum sacrorum, qui in Anglia primum editi deinde in Belgio et Germania iterum prodierunt. Eidem Drusio debemus apophthegmata Hebraeorum atque Arabum latine reddita cum scholiis. Franeq. 1591. 4.

Desiderius Erasmus, summa cum laude in hoc genere scribendi versatus, in prima o) editione anni 1500. Paris. apud Io. Philippum Germanum adagia fere octingenta exhibet, quibus in editione anni 1506. accedunt prouerbia plus minus viginti. In editione Aldina anni 1508. fol. iam congeruntur chiliades tres, totidemque centuriae. Exstat et editio [Basil. 1515. 1520. 1539. Hagenoae 1519.] Argentoratensis a. 1517. [et aliae multae.] Luculentissima et emendatissima editio est postrema Frobeniana, complexa numerum adagiorum 4151. Haec recusa deinde sunt inter Erasmi opera tomo secundo, Basileae a. 1540. fol. Et cum Henrici Stephani annotationibus ad quaedam loca 1558. 1571. fol. Denique mutato auctoris ordine et digesta in locos communes, additis prouerbiis aliorum, Adriani Iunii, Io. Alex. Brassicani, Io. Vlpii,

o) Conf. *A. Chevillierium* de origine typographiae Paris. pag. 254. *Fabric.* *E. C. Am Ende* Versuch einer Nachricht von den ersten Ausgaben der Sprüchwörter Erasmi: in *I. G. Schelhornii* Sammlung für die Geschichte, vornehmlich zur Kirchen- und Gel. Geschichte. Nordlingae 1779. 8. pag. 399 sqq. vbi quoque de controuersia agitur, quae inter Erasmum et Polydorum Virgilium, non sine animorum contentione agitata est. *Harl.*

Vlpii, Gilb. Cognati, Coelii Rhodigini, Polydori Virgilii p), Petri Gothofredi, Caroli Bovilli, Adriani Turnebi etc. [Basileae ex officina Episcopiana, 1574. fol.] Hanouiae 1599. 1617 et 1643. fol. In hac editione duo potissimum reprehendi possunt. Primum quod parum emendata est, deinde, quod, ordine Erasmi turbato, saepius verba prima adagii non possunt intelligi, quae ad proxime praecedens respiciebant, quod hac in editione procul est reiectum. v. g. pag. 7. in prouerbio *extra calcem. Idem libro XXI.* praecesserat in Erasmo Ammianus, qui hoc ipso loco intelligitur. Sed in praesentibus editionibus praecedit locus Horatii. Epitomen chiliadum, (a quo opere Erasmum subinde *Chiliastam* vocat praestantissimus Schottus) concinnatam ab Hadriano Barlando, iam supra memoraui. Vide etiam, si placet, quae paulo post in Manutio, et Erasmum ipsum in prouerbio *Herculei labores.* In noua editione luculenta operum Erasmi, Lugd. Batau. 1706. quam Ioanni Clerico, viro doctissimo, debent studiosi, adagia Erasmi recusa sunt tomo secundo, subiectis in calce paginarum [¶] Henrici Stephani et Pauli Leopardi quibusdam, et nonnullis ipsius Clerici animaduersionibus.

Claudius Espencaeus edidit similium et adagiorum e Io. Chrysostomo centurias IV. Paris. 1569. 8.

Io. Fungeri noua prouerbiorum farrago ex optimis auctoribus, Lugd. Bat. 1585. 8.

Guil. Gentius Nouiomagus adagia quinquaginta e iure ciuili collegit, quae cum chiliadibus Erasmi prodierunt Paris. 1571. fol. et Antwerpiae [¶] cum Giselinianis. Nonnulla prouerbia, veteribus ICtis vsurpata, refert etiam *Scipio Gentilis* lib. I. parergon cap. 20.

Petrus Gothofredus. Vide supra in Erasmo.

Ianus Gruterus in florilegio Ethico politico, Francof. 1610—1611. 8. duabus partibus, quarum prior in duas separatas particulas est dissecta, exhibet praeter P. Syri ac L. Senecae sententias et graecos diuersorum auctorum μονοςίχους, cum doctis animadu. prouerbia quam plurima alphabetico ordine digesta, Anglica, Belgica ex Henr. Laur. Spigelio, Gallica e Solone Vogaeo, Gabr. Meurerio, Io. Aegidio Nucerino: Germanica e Seb. Franckio, Hispanica e Caesare Oudino. Italica denique e Io. Florido, Oriando Pescetti etc.

Adrianus Iunius nouem centurias adagiorum edidit et illustrauit, quae lucem viderunt Basil. 1588. 8. e Frobeniana officina, deinde Erasmi chiliadibus in locos communes digestis adiunctae sunt, vt supra in Erasmo dixi. [¶]

Io. Langston in poeseos graecae medulla Lond. 1679. 8. alphabeti ordine collegit versus graecos prouerbiales et gnomicos.

Adagia quaecunque ad illam diem exierunt, *Pauli Manutii* studio, (vt habet titulus,) a mendis vindicata, sublatis falsis interpretationibus, et nonnullis, quae parum ad rem faciebant. Florent. 1575. fol. Venet. 1578 et 1609. 4. Hunc laborem, concilii Tridentini auctoritate Manutio iniunctum, Gregorius XIII. pontifex, ita probauit, vt reliquas adagiorum editiones prohiberet ac condemnaret. Quamquam dubitant eruditi, an Manutius, vir longe doctissimus, sub cuius nomine editum est, reuera manum operi admouerit. Quinimo hoc diserte negari

p) Qui ante Erasmum prouerbiorum libellum edidit. Venetiis per M. Christoph. de Pensis 1498. 4. vid. *Freytag.* adpar. litter. II. pag. 1241 sqq. *Harl.*

negari video ab elegantiſſimo Mureto, quem vide ſis lib. XII. var. lect. cap. 16. Barthol. Keckermannus in praecognitis logicis pag. 157. *Illud*, inquit, *eſt memorabile, quod in Erasmi adagiis tentatum fuit non ita pridem. Namque hoc incomparabile opus cum Erasmo inuiderent Itali, alibi recuderunt, ſub alieno nomine.* Similiter Erasmi apophthegmata quoque deleto ipſius nomine edita ſunt hoc titulo Venet. 1590. et Colon. 1666. 12. *Apophthegmatum ex optimis vtriusque linguae ſcriptoribus libri VIII. Pauli Manutii ſtudio et induſtria, doctiſſimorum theologorum conſilio atque ope ab omnibus mendis vindicati, quae pium et veritatis catholicae lectorem poterant offendere.* Et haec quoque editio facta eſt pontifice maximo approbante, vt in praefat. teſtatur idem Manutius. [[?]]

Melchior Neipius Bredanus adagia aliquot congeſſit poſt Erasmum Iuniumque. Prodierunt cum Erasmi chiliadibus, Pariſ. 1571. fol. et cum Giſelianis Antwerpiae apud Plantinum.

Aloyſius Nouarinus adagia e priſcis eccleſiae doctoribus collecta digeſſit et illuſtrauit duobus in folio voluminibus. Lugduni 1637. et Veronae 1651. [[?]]

Caelius Rhodiginus eodem, quo Erasmus, tempore paroemiarum libros edere molitus eſt, ſed ab illo praeuentum ſe videns antiquas lectiones concinnauit ediditque et in his nonnullas etiam adagiones noua perfudit luce. Vide *Coelii* epiſtolam ad Erasmum poſt Gudianas pag. 117. 118. et Baelii dictionarium in Erasmo nota (CC).

Ioſephus Scaliger collectionem graecorum prouerbiorum ἐμμέτρων compoſuit, de qua ſupra §. 8. et prouerbia quaedam arabica latine tranſtulit, ab Erpenio arabice cum ſuis et Scal. notis edita, Lugd. Bat. 1614. 4. et 1623. in 8.

Andreas Schottus praeter editionem luculentam prouerbiorum graecorum, de qua ſupra §. 3 ſq. vulgauit adagia ſacra noui teſtamenti a ſe illuſtrata, Antwerp. 1629. 4. [[?]]

[*Ge. Th. Serz* vernaculo ſermone Prouerbia gr. et lat. expoſuit: *Handbuch der griech. und lat. Sprüchwörter*, L. 1792. 8.]

Henricus Stephanus praeter notas in Erasmi chiliades, de quibus ſupra in Erasmo, edidit prouerbia epigrammatica ſiue epigrammata prouerbialia.

Eberhardus Tappius adagia latina DCC. contulit cum totidem graecis et germanicis, Argentorati ap. Rihelium 1539. in 8.

Polydorus Virgilius eodem, quo Erasmus, tempore adagia congeſſit ediditque a. 1500. [Prodierunt etiam Argentor. 1509. 4. Baſil. 1521. fol. Baſil. 1541. 8. *Heum.* vide ſupra ad Erasmum. *Harl.*] Sed ſubſiſtunt intra numerum ducenteſimum, et tribus vulgata ſunt menſibus poſt primam Erasmi editionem. Vide Erasmi epiſt. XVII. 3. et XXVI. 63.

Ioannes Vlpius, Friſius, prouerbiorum farraginem congeſſit poſt Erasmum, cuius chiliadibus iuncta prodiit. Pariſ. 1574. fol.

Ioannes Vorſtius adagia noui teſtamenti illuſtrauit, Coloniae Brandenburgicae 1669. 4. edita, et ſaepius alibi, etiam cura Thomae Crenii in Belgio recuſa, etc.

Bonauentura Vulcanius graecos prouerbiorum ſcriptores iunctim edere inſtituit. Vide epiſtolas editas a Gabbema pag. 714. [[?]]

CAPVT XII (olim X)

DE DIONE CHRYSOSTOMO ET ALTERO IVNIORE, DIONE CASSIO.

I. *Dionis Chryfoftomi aetas et vita.* II. *Orationes et differtationes quae exftant LXXX. earumque argumenta.* III. *Editiones.* IV. *Scripta deperdita.* V. *Aetas et vita Dionis Caffii.* VI. *Cauffa et ratio fcribendae romanae hiftoriae.* VII. *Quantum e libris LXXX. ad nos peruenerit.* VIII. *Epitome librorum XLV. pofteriorum compofita a Ioanne Xiphilino.* IX. *Zonaras Dionem in annalibus fuis fequutus.* X. *Excerpta e Dione a Theodofio quodam.* XI. *Alia fragmenta Dionis quae exftant.* XII. *Scripta alia.* XIII. *Codd. et editiones et interpretes Dionis.* XIV. *Xiphilini.* XV. *Obiter de vita Alexandri Seueri, quae anglice prodiit, confitta a Thoma Elyoto, tamquam ex graeco Encolpii conuerfa.* XVI. *Alii Diones.*

[Cum fupplementis *G. C. Harles.*]

I.

DIO [a]), Pafîcratis f. ciuis romanus, ex equeftri familia, a patria Prufa Bithyniae vrbe [b]), *Prufaeus*, a patrono fuo, Cocceio Nerua, *Cocceianus* [c]), ob eloquentiam *Chryfoftomus* [d]) adpellatus, gracili corpore [e]), parua ftatura, magno ingenio animoque praeditus e fophifta philofophus [f]) tandem euafit, Apollonii [g]) Tyanei et Euphratis Tyrii familiaris, temporibus Neronis [h]) et Vefpafiani, quumque prius leuia quaedam argumenta [i]) declamatorio ac luxuriofo ftilo tractaffet, et non in Homerum [k]) folum, fed in philofophos [‖] etiam [l]) Socratem, Zenonem, Mufonium et alios ftrinxiffet ftilum, poftea fophiftis, quos paffim reprehendit, inuifus [m]) neque colligens difcipulos, (quamquam Fauorinum et Polemonem,

a) *Photius* cod. CCIX. [Pater eius, Paficrates, fuit, quoad vixit, princeps ciuitatis.] De auo, qui romanam ciuitatem ab imp. fuerat adeptus, vide *Dionem* orat. XLI. p. 500. *Fabric.* — *Henr. Valefius* in Emendatt. libr. II. cap. I. vitam Dionis Chryfoftomi vberius enarrando fecit mihi otium. Idem per reliqua illius libri capita, nec non libr. I. cap. 30 et 31. permulta Dionis Chryfoft. loca correxit aut interpretatus eft, aut emendauit verfionem. adde Acta erudit. Lipf. an. 1741. m. Febr. pag. 69 fq. *Harl.*

b) [ad Olympum fita, de qua *Valef.* l. c. II. 2. pag. 47 fqq. *Harl.*]

c) Idem enim hic mihi videtur cum Dione Cocceiano, quem laudat *Plinius* X. 85. epift. etfi Tillemontius et alii viri docti diftinguunt. [Ad illam Plinii epiftolam prouocat quoque *Valef.* pag. 48. et pag. 46. vbi Burm. probat hanc Fabricii et Valefii fententiam. adde *Valef.* ad excerpta Peirefciana pag. 80.]

d) *Eunapius* prooemio. Καὶ Δίων ὁ ἐκ Βιθυνίας, ὃν ἐπεκάλουν χρυσόστομον. Ita et Synefius, Photius etc.

e) *Photius* cod. CCIX. Suid. in Δίων, *Dio* ipfe diff. VII. pag. 100. XIX. pag. 260.

f) *Synefius* in Dione pag. 36.

g) *Philoftrat.* I. de fophift. pag. 492. et *Philoftratus* alter V. 10. de vita Apollonii.

h) *Dio* ipfe XXI. p. 270. XXXI. p. 344. 355.

i) Huiusmodi funt laudes comae, pfittaci et culicis: Memnon, Tempe, Troicus etc.

k) Orat. XI. de Ilio non capto, et XII. pag. 212. 213.

l) *Synefius* in Dione pag. 37 et 38. vbi memorat eius orationem perditam contra Mufonium, et alteram contra philofophos, cuius iterum mentio pag. 40. vbi Synefius teftatur in nulla Dionis oratione ῥητορείαν ἐπαφροδιτωτέραν obferuatam fuiffe.

m) *Dio* orat. XII. pag. 197. ἀλλ᾽ οὐκ οἶδα, ὅπως οὐδείς με ἀναλαμβάνει τῶν σοφιστῶν οὐδὲ ἥδονται ὁρῶντες — Ὅμως δὲ προλέγω ὑμῖν, ὅτι ἐσπουδάκατε ἀνδρὸς

monem Dionis discipulos fuisse, docet *Philostratus* I. de sophist. p. 494 et 496. II. p. 538.) ciuile ac philosophicum dicendi genus magis probauit, atque inprimis ad mores secundum praecepta stoicae sectae formandos suadendosque perspicuo, facili et amoeno sermone totum se composuit, licet in verba Stoicorum [n]) iurasse minus videatur, quam naturam ipsam et rectam rationem in consilium adhibuisse. Cum ex ephebis excessisset, Aegyptum [o]) et varias regiones eruditionis caussa adiit. Reuertens, ob libertatem loquendi et quod adsentari minus nosset [p]), tum propter amicitiam viri honesti, a Domitiano interemti [q]), de vita fere periclitatus circa a. Chr. XCIV. oraculo consulto [r]) exsulauit, nullos secum libros [s]) habens quam Platonis Phaedonem et Demosthenis orat. de falsa legatione. Ad vltimos vsque imperii rom. fines processisse patet, quod profectionis suae ad Getas, Mysos [t]) et Thracas [u]) meminit. Interfecto Domitiano milites tumultuantes compescuit graui sermone. Ab eo tempore reuocatus a Nerua, apud ipsum ac deinceps apud Traianum inprimis gratiosus fuit, ita, vt eodem cum imperatore aureo curru vectum referant Philostratus, Photius [v]) ac Suidas. Quamdiu vixerit, non constat; senium attigisse se ipse testatur non vno in loco [w]). Magistratum quoque gessit in patria, et liberos habuit minime degeneres, vt constat ex oratione XL et XLI. pag. 486 et 500. [P]

Philostratus, eloquentiam Dionis laudaturus, ait, illum fuisse quoddam veluti *ἀμαλθείας κέρας τοῦ λόγου, καὶ γὰρ καὶ ἡ πειθὼ τοῦ ἀνδρὸς οἵα καταθέλξαι καὶ τοὺς μὴ τὰ Ἑλλήνων ἀκριβοῦντας.* Idem alibi obseruat, Hippodromum [x]) et, cuius scripta adhuc supersunt, Aelianum [y]) Dionis dictionem fuisse imitatos.

II. Exstant eius λόγοι siue διατριβαὶ octoginta, eaedem, quas *Photius* cod. CCIX. (licet alio quo hodie ordine) legit. Inueniuntur sane in his quaedam μελέται ῥητορικαὶ, sed pleraeque sunt dissertationes siue tractationes breues argumenti moralis, politici ac philosophici, tum philologici quoque, siue mixti, non orationes siue declamationes. Eas singulas ordine hic a me recensitas habes, addito numero duplici, e quibus maior ordinem editionum, minor Photii respicit.

I. II. III. IV. (1. 2. 3. 4.) Περὶ βασιλείας siue λόγοι βασιλικοί. *Dissertationes quatuor de regno* siue de virtutibus regiis ad Traianum imp. quem adloquitur diss. 3. pag. 36. ὦ γενναῖε αὐτοκράτωρ et videntur scriptae non diu post reditum ab exsilio, vnde adhuc ἀλήτην, Dio se adpellat diss. 1. pag. 3. et pag. 10. ὡς γὰρ ἔτυχον ἐν τῇ φυγῇ etc. Oratio quarta clauditur elegantibus ac disertis characterismis genii auari, voluptatibus dediti atque ambitiosi.

 V. (5.)

δρὸς ἀκοῦσαι τοσοῦτον πλῆθος ὄντες, οὔτε καλοῦ τὸ εἶδος, οὔτε ἰσχυροῦ, τῇ τε ἡλικίᾳ παρηκμακότος ἤδη, μαθητὴν δὲ οὐδένα ἔχοντος. adde XIX. pag. 260. Ceterum XXII. pag. 276. negat, se rhetoricam reprehendere aut bonos rhetoras, sed tantum malos et simulatores.

n) *Synesius* ibid.

o) Dio orat. XI pag. 161.

p) Orat. III. de regno pag. 38.

q) Orat. XIII. de exsilio pag. 219.

r) id. pag. 221.

s) *Philostratus* I. de sophist. pag. 492.

t) Orat. XII. pag. 198. XXXVI. pag. 437. Confer Γετικὰ eiusdem, laudata Philostrato.

u) Orat. XIV. pag. 233.

v) *Photius* cod. CCIX. et Suid. in Δίων narrant, eum quoque leonina indutum incessisse.

w) *Dio* orat. XII. pag. 197. 199. XL. pag. 491.

x) *Philostr.* de sophist. pag. 615.

y) id. pag. 619.

V. (5) Λιβυκὸς Μῦθος, *Fabula Libyca*, qualem Alexandro Magno [z]) narratam a Diogene Cynico dixerat oratione IV. pag. 71. vbi male interpres: *fabulam illam in posterioribus recitabo.* Nam in Graeco est: *consolantes ac benigne tractantes, illis fabulam deinde recitant.* De Libycis μύθοις dixi nonnulla lib. II. cap. IX. §. 6. [vol. I. pag. 627.]

VI. (6.) Διογένης ἢ περὶ Τυραννίδος. *Diogenes siue de tyrannide.* Continet Diogenis, Cynici varia dicta et facta, quibus hominum plerorumque, tyrannorum praesertim, (p. 93 sq.) vitam naturae contrariam et difficilem sollicitamque reprehendit.

VII. (13.) Εὐβοϊκὸς ἢ Κυνηγὸς, vel *de canum venatu.* Orditur a venatoris pauperis et agricolae ad caua Euboeae, (quo adpulsum se scribit vel fingit Dio,) narratione de vita sua tenui ac simplici, nuptiisque filii, sed non minus felici et [p] honesta atque hospitali vita in deserta ac montana regione, quam opulentissimorum in vrbibus et satraparum ac regum. Deinde pag. 120 sq. subiungit de opificiis, qualia colenda sint in vrbe ad vitam facile et honeste ducendam. Aduersus publicas et venales Graecorum libidines inuehitur pag. 126 sq. ineptum non minus quam detestandum illud σωφροσύνης φάρμακον esse testatus.

VIII. (7.) Διογένης ἢ περὶ ἀρετῆς, *de virtute* sermones, dicti in Isthmiis a Diogene Cynico Corinthi.

IX. (8.) Διογένης, ἢ Ἰσθμικός. Eiusdem argumenti.

X. (9.) Διογένης ἢ περὶ οἰκετῶν, *de seruis;* Diogenis sermones cum homine sollicito, quod seruus ei aufugisset, et oraculum consulturo. Suadet autem, vt discat prius se ipsum nosse, antequam oraculum adeat, neque enim alioqui illo recte vsurum esse. Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαί σε μηδὲν δεήσασθαι μαντείας, νοῦν ἔχοντα.

XI. (10.) Τρωϊκὸς, ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι, *de Ilio non capto*, declamatio peringeniosa, dicta veluti ad Ilienses, ad eximendum inueteratum errorem, ex Homeri haustum fabulis, quem ex ipso Homero falsi conatur conuincere, et pag. 161 sq. prouocat ad Aegyptii cuiusdam sacerdotis Onuphitensis testimonium, haec et multa alia Graecorum deridentis, totamque rem e commentariis Aegyptiorum et antiquis στήλαις aliter longe enarrantis. Ante exsilium haec declamatio a Dione scripta videtur Casaubono. Laudatur a *Synesio* pag. 41. *Eustathio* ad Iliad. δ'. pag. 350. Suo Melchisedecho subiunxit *Henricus Hulsius,* Lugd. Bat. 1706. 8. De *G. Henrici Vrsini* oratione contraria, et de *Godofr. Kirbachi* dissertatione, quam Dioni opposuit, dixi lib. II. cap. 7. §. 10. [vol. I. pag. 563.]

XII. (11.) Ὀλυμπικὸς, oratio insignis, dicta in Olympiis περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ ἐννοίας, *de prima dei cognitione.* Post longius exordium, quo se prae sophistis εἰρωνικῶς deprimit et cum vlula festiue confert, ad quam conuolant auiculae, incipit pag. 199 sq. dicere de Deo et eius sensu, a natura homini insito omniumque gentium consensu, poetarum, legislatorum, [aa]) philosophorum [p] et artificum, quo imagines deorum effinxere, rem a primis

z) Eamdem hanc esse cum illa, cuius orat. IV. de regno mentio est, male videtur negare Casaubonus: nam vtrinque de voluptate sub specie mulieris se offerente agitur. Itaque et Photius obseruat, hanc Libycam fabulam orationibus de regno adnecti et cum illis cohaerere.

aa) Philosophum pag. 207. vocat προφήτην καὶ ἐξηγητὴν τῆς ἀθανάτου φύσεως; et pag. 228. quo magis

mis repetens mortalibus, quos docet ab initio ſtatim fuiſſe *πανταχόθεν ἐμπιμπλαμένους τῆς θείας φύσεως.* pag. 201. et ſpectaculo atque vſu huius vniuerſi velut myſteriis rerum diuinarum initiatos. Pag. 204. Epicureos perſtringit, deum in intermundia ablegantes. Pag. 209 ſq. elegans eſt apoſtrophe ad Phidiam, qui perelegantem ſane Iouis imaginem, deo tamen eiusque maieſtate longe indignam, compoſuerat. Non minus ingenioſa ſequitur ac diſerta Phidiae apologia. [Inter elegantiſſimas Dionis orationes numerat *Henr. Valeſius*, l. c. pag. 45.]

XIII. (12.) Περὶ φυγῆς, ſermo, Athenis dictus. Diſputat, exſilium non eſſe malum, et plerosque homines neglecta virtute addiſcere ea, quae nullius ſint vſus in vita.

XIV et XV. (64 ſq.) *Περὶ δουλείας καὶ ἐλευθερίας* diſſertationes duae, quibus docet, libertatem conſiſtere in recte agendo; et fortes, bonos ac ſapientes liberos eſſe ac nobiles, malos contra et ignauos eſſe ignobiles ac ſeruos. Porro neminem natum hominem, qui non in maioribus ſuis multos reperiret ſeruos, multos nobiles, ſi hoc illi inquirere daretur. Vide pag. 238.

XVI. (66.) Περὶ λύπης, de animi aegritudine fugienda, et fortiter ferendis rebus aduerſis.

XVII. (67.) Περὶ πλεονεξίας, aduerſus auaritiam, ſeu *immodicam plura adpetendi cupiditatem,* diſſertatio, cui elegans praemittit exordium de eo, quod res quoque notiſſimas etiam atque etiam inculcare debeant philoſophi, quia a ſcientibus quoque bona praecepta raro obſeruantur.

XVIII. (68.) Περὶ λόγου ἀσκήσεως, de dicendi exercitatione ad quemdam e proceribus romanis, qui ſenex a Dione rationem eloquentiae comparandae petierat [bb]). Suadet autem illi, e comicis poetis legere Menandrum, e tragicis Euripidem, Homerum ante omnes: ex hiſtoricis Thucydidem, Theopompum, Herodotum; ex oratoribus Hyperidem potius et Aeſchinem atque Lycurgum, quam Lyſiam ac Demoſthenem. E recentioribus Antipatrum, Theodorum, Plutionem, Cononemque. Neque praetereunda, quae ſubiungit, vt reddat rationem, quare non tantum antiquos illos, extra aleam poſitos, ſed quoque recentiores commendet pag. 257. *αἱ γὰρ τούτων δυνάμεις καὶ ταύτῃ ἂν εἶεν ἡμῖν ὠφέλιμοι, ἧ οὐκ ἂν ἐντυγχάνοιμεν αὐτοῖς δεδουλωμένοι τὴν γνώμην, ὥσπερ τοῖς παλαιοῖς· ὑπὸ γὰρ τοῦ δύνασθαί τι τῶν εἰρημένων αἰτιάσασθαι, μάλιστα θαῤῥοῦμεν πρὸς τὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν, ἢ καὶ ἥδιόν τις παραβάλλει αὐτὸν, ᾧ πείθεται συγκρινόμενος οὐ καταδεέστερος, ἐνίοτε δὲ καὶ βελτίων, φαίνεσθαι. Horum enim virtutes vel ea nobis ratione conducent, quod non legemus eos ita ſeruiliter,* [P] *quemadmodum veteres. Ex eo ſiquidem, quod dictorum aliqua audemus reprehendere, maxime fiduciam ſumimus ad conandum ſimilia. Certe et libentius ſe quis illi accommodat, quo cum comparatus non ſe credit inferiorem, ſed nonnumquam et ſuperiorem viſum iri.* Praecipue autem Socraticos conſulere iubet Dio, et

 ex

gis pii futuri ſint homines, eo minus adhibituros eſſe thuris et ſacrificiorum. *ὅσῳ γὰρ ἂν εὐσεβέστεροι καὶ ὁσιώτεροι γένησθε, τοσούτῳ ἐλάττων ἔσται παρ᾽ ὑμῖν ὁ λιβανωτὸς καὶ τὰ θυμιάματα καὶ τὰ στεφανώματα, καὶ θύσετε ἐλάττους θυσίας* etc.

bb) *Vtiliſſimam* hanc adpellat orationem *Henr. Valeſ.* pag. 54. et de Menandri comoediis earumque antiquo vſu pauca diſputat. *Harl.*

ex his, quem ſolum putat ſufficere viro, remp. gerenti, Xenophontem, eiusque orationes, hiſtoriae inſertas, imitari.

XIX. (69.) Περὶ τῆς αὐτȣ̃ φιληκοΐας, quod libentius alios auſcultet rhetoras, quam auſcultari ſe ab aliis patiatur.

XX. (70.) περὶ ἀναχωρήσεως, ſeceſſu non indigere ſapientem, alios non iuuari.

XXI. (71.) περὶ κάλλȣς, de pulchritudine virili, male in muliebrem mutata mollitiem, diſſertatio, ſiue dialogus, vt perſonis adpoſitis monſtrauit Caſaubonus.

XXII. (72.) Περὶ πολέμȣ καὶ εἰρήνης. De bello et pace, vti de aliis, plerisque diſſerere et philoſophos et rhetores; ſed philoſophos rectius.

XXIII. (73.) Ὅτι εὐδαίμων ὁ σοφός. Dialogus, quo probatur, hominem ſapientem, qui bono genio obſequitur, eumdem quoque eſſe felicem; de malis autem valere illud Homeri, quod ex omnibus animalibus nullum ſit homine miſerius.

XXIV. (74.) περὶ εὐδαιμονίας, quod plerique de aliis rebus ſolliciti verae felicitatis ſtudium negligant.

XXV. (75.) Περὶ τȣ̃ δαίμονος, dialogus, (extrema parte, vt videtur, mutilus,) de genio, vtrum extra hominem ſit et homo alius, vti qui fuerunt genii rerump. Lacedaemoniis, v. g. Lycurgus, Athenarum Piſiſtratus, Romanorum Numa, Carthaginienſium Hanno et Hannibal, Macedonum Alexander, Perſarum Darius et Cambyſes.

XXVI. (76.) Περὶ τȣ̃ βȣλεύεσθαι. De conſultatione, quod ad eam peritia rerum ſit opus.

XXVII. (77.) Διατριβὴ περὶ τῶν ἐν συμποσίῳ, vti in conuiuio et publica panegyri; ita in vita vix audiri eos, qui recta ſuadent.

XXVIII. (78.) Μελαγκόμας πρῶτος (τῇ τάξει β′.)

XXIX. (79.) Μελαγκόμας δεύτερος ſiue ἐπιτάφιος, (τῇ τάξει α′.) ambo hi ſermones, florente aetate a Dione compoſiti, (vide pag. 292.) celebrant defunctum nobilem athletam, Tito imp. carum, *Melancomam*, Iatroclis aduerſarium non minus pulcritudine, quam robore ac virtute difficilique ceſtuum certamine praeſtantem: [de quo v. *Themiſtium* p. 139. edit. Harduini.]

XXX. (80.) Χαρίδημος. Conſolatio ſuper obitu Charidemi, iuuenis egregii, anno aetatis 22. exſtincti, ad Timarchum patrem, et fratrem minorem [ꝑ] natu, patri cognominem. Inducitur autem Charidemus ipſe, paullo ante mortem oratione duplici ſuos excitans, cuius prioris argumentum petitum a miſeria praeſentis vitae veluti carceris, in quem a diis intruſi et catenae ex voluptate et aegritudine compoſitae alligati ſimus poenae loco, vtpote e titanico ſanguine omnes procreati, (pag. 300.) adeoque illis inimici, atque vnde per mortem demum liberemur. Hanc orationem mox refellit altera, quam, ait, ſe accepiſſe ab agricola quodam ἐν ἀγροίκῳ τινὶ ῥυθμῷ καὶ μέλει. In hac confertur vita cum conuiuio, in quo deorum nos excipit bonitas, conuiuarum ſtoliditas multos miſeros facit, bonos per mortem deus ad ſe vocat, potandos nectare.

XXXI. (14.) Ῥοδιακὸς ad Rhodios oratio disertiſſima, Photio vehementer et ex merito laudata, pluribus argumentis diſſuadens ſordidum et ingratum illorum [cc]) (et Atheniensium pag. 346.) morem, quo ſtatuam ſi cui recens decernerent, non ponebant nouam, ſed veteris alicuius deleta inſcriptione, iuſſu praetoris nomen nouum inſculpebant pag. 312. Confer, ſi placet, *Edmundum Figrelium* de ſtatuis cap. 28. p. 238 ſq. Ex hac oratione conſtat, Rhodios illo tempore formam reip. popularem habuiſſe pag. 328. ſub ſtratego ſeu praetore pag. 312. 332. 337. 340. 351. 353. et tributariam tenuiſſe Cariam, partemque Lyciae et alias praeterea ciuitates pag. 341. Romanis libertatem Rhodiorum reip. relinquentibus pag. 344 ſq. E legibus Rhodiorum pag. 348. commemoratur haec, quod carnifici numquam liceret ingredi ciuitatem. Diſſertationem ſuam de eo, quod malam conſuetudinem non poſſit defendere diuturnitas temporis, citat pag. 354. *Fabric.* *Henr. Valeſ.* l. c. pag. 57. omnium, ait, Dionis orationum, vt longiſſima, ita etiam excellentiſſima eſt *Rhodiaca.* Mirabilis in ea tum ſubtilitas, tum vis et copia argumentorum, vt Demoſthenem in hac parte aequaſſe merito videatur Dio. *Harl.*

XXXII. (15.) Πρὸς Ἀλεξανδρεῖς, ad populum Alexandrinum, cuius indolem, veri impatientem et ad nugas, voluptates et ſcommata pronam, pluribus verbis perſtringit, atque inprimis carpit, quod ſpectaculis, ſaltationibus et laſciuis cantibus veluti ebrii et in ſtadio indecore ſe gererent et immodicis indulgerent clamoribus plauſibusque. Vrbem ipſam pag. 372. laudat his verbis: ἡ γὰρ πόλις ὑμῶν τῷ μεγέθει καὶ τῷ τόπῳ πλεῖστον ὅσον διαφέρει τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον. Ἥτε γὰρ Αἴγυπτος ὑμῶν, τηλικοῦτον ἔθνος, σῶμα τῆς πόλεώς ἐστι, μᾶλλον δὲ προσθήκη. Sub Tito ſcripſiſſe hanc orationem, colligas ex p. 380. vbi opponit τὸν νῦν ἄρχοντα παιδείᾳ καὶ λόγῳ προσέχοντα Neroni, qui muſicus ſcitus et aurigator optimus videri volebat, atque perfectiſſimus ſaltator. De eodem Nerone pag. 383. vti de altero p. 391 ſq. In hac oratione pag. 392 ſq. Dio celebrat Theophilum [?] quemdam, virum ſapientem, qui Alexandrinorum ſtultitiam pertinaci vltus fuerat ſilentio.

XXXIII. (16.) Ταρσικὸς πρῶτος ad Tarſenſes, a quibus inuitatum ſe ad dicendum ait, dicturum ea, quae ipſi fortaſſis male ſint laturi: neque enim adulaturum illis, aut celebraturum externa eorum bona, quae ſine virtute ciuium et modeſtia nullius ſint momenti. Praecipue exagitat molles narium ſtrepitus, quos in loquendo et canendo frequentaſſe illos et indecore adfectaſſe refert.

XXXIV. (17.) Ταρσικὸς δεύτερος, ad [dd]) Tarſenſes eosdem, praetori ſuo infeſtos, et Mallotis, Solenſibus, Adanenſibus atque Aegaeenſibus exoſos, neque inter ſe concordes. Pagina 423. ἐγὼ δὲ τὸν σύμβουλον etc. *Ego vero bonum*, inquit, *ſenatorem quique dignus ſit praeeſſe ciuitati, oportere aio omnia ſimplici animo excipere*, *quae difficilia ac moleſta occurrunt*, *maxime autem conuitia et plebis iram*, *et ſimilem eſſe promontoriis, portum efficientibus, quae omnem pelagi excipiunt vim*, *interiora autem immota et tranquilla conſeruant:* *ita*

cc) De Corinthiis vide infra orat. XXXVII.

dd) Obſeruanda illorum temporum eſt conſuetudo, per quam licuit philoſophis, vel ſophiſtis, cum in aliquam Graecorum vrbem veniſſent, non ſolum de iis, quae ad mores pertinerent, pro concione verba facere, verum etiam publicis ſe immiſcere interdum negotiis, et quod e re ciuium iudicarent ſuadere. Sunt eius argumenti aliquot e Dioneis orationes. *Iſ. Caſaub.* pag. 65. ad Dion. Chryſoſt.

ita et illum expositum esse plebi, etiamsi aliquando irasci voluerit, etiamsi maledicere, etiamsi quidlibet facere: nihil autem adfici ab iis tumultibus, neque si quis laudibus extollat propterea adtolli, neque, si contumelia adfici videatur, de animi deiici magnitudine. Pagina 425. non vult, vt Tarsenses exemplo Ionum sanciant plebiscito, ne vllam ob rem magistratus adcusare liceat; at vicissim inconsultum esse docet, eos, qui remp. gerunt, temere aut ob delicta leuia exacerbare et ad iram aduersus ciuitatem impellere. *Fabric.* *Valesius* l. c. p. 63. hanc inter orationes Dionis subtilissimam habet, et maximo artificio scriptam. Idem ibidem per totum caput XIII. orationem cum illustrat emendatue, tum maxime contra Casaubonum de argumento orationis disputat. *Harl.*

XXXV. (18.) Ἐν Κελαίναις τῆς Φρυγίας, oratio dicta Celaenis, oppido Phrygiae; in qua quum praefatus esset nonnulla de habitu philosophi et coma, quod non faciant virum sapientem, laudat Celaenas pag. 433. praelata tamen illis Indorum felicitate, quos fabulatur e fontibus mellis, olei, lactis et vini potatos viuere quadringentos annos, praecipue vero Brachmanum, haurientium e fonte limpidissimo veritatis.

XXXVI. (19.) Βορυσθενιτικὸς λόγος, ὃν ἀνέγνω ἐν τῇ πατρίδι. Sermo elegans, recitatus in patria apud Prusaeos, de iis, quae in exsilio ante oppidum Borysthenitarum, (cuius res paucis perstringit,) deambulans loquutus est cum Callistrato, rei bellicae, philosophiae et artis dicendi perito, atque, vt omnes Borysthenitae, Homeri amantissimo, et cum altero [☞] quodam eiusdem oppidi ciue Rhosone. Differit autem de diuina gubernatione siue aurigatione, et de ciuitate diuina, deum hominesque consociante, per occasionem horum versuum Phocylidis:

— — πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον
Οἰκεῦσα σμικρὴ κρέσσων Νίνε ἀφραινέσης.

XXXVII. (20.) Κορινθιακὸς, sermo ad Corinthios, qui ante vndecim annos sermonibus Dionis capti statuam ei posuerant, et postea nescio ob quam criminationem iterum deiecerant, siue (sicut a Rhodiis [ee]) et Atheniensibus non raro factum,) alii consecrauerant.

XXXVIII. (24.) Πρὸς Νικομηδεῖς περὶ ὁμονοίας τῆς πρὸς Νικαεῖς. Ad Nicomedienses, (a quibus ciuitate donatus fuerat,) oratio, qua suadet, vt vel propter communes deos (pag. 475. 481.) concordiam cum Nicaeensibus colant, neque diutius cum illis de [ff]) primatu (pag. 475.) Bithyniae, vti Athenae olim et Sparta de Graeciae primatu decertent; sed potius benefaciendo ostendant, se primam ciuitatum esse, neque per dissidia dent ansam optimatibus iniuriarum impune exercendarum, aut Romanis graecanica delicta ridendi. Sufficere

ee) Supra orat. XXXI. Rhodiaca.

ff) Nicaea primatus dignitatem obtinuisse videtur sub Domitiano, vt viri eruditi colligunt e numo, in cuius altera parte legitur Νικαιεῖς πρῶτοι τῆς ἐπαρχίας. Vide Tristan. tom. I. pag. 334. Neque tamen Nicomediae, vtpote metropoli, hunc primatum negabant Nicaeenses; sed tantum eiusdem volebant et ipsi esse participes, vt vtriusque ciuitatis ille esset communis. Sed Nicaeni apud senatum romanum, contra agentibus Nicomediensibus, caussa deinde decidisse videntur: nam vt Ioannes Valens obseruat, in nullis postea numis hunc titulum sibi arrogauit Nicaea, quem passim Nicomedia Μητρόπολις καὶ πρώτη Πόντε καὶ Βιθυνίας gerit etiam in Domitiani numo apud Patin. pag. 165. et in pluribus aliis iuniorum imperatorum apud *Io. Harduinum* in numis vrbium illustratis pag. 356 sq.

oere autem debere Nicomediae, quod ſola metropolis adpelletur, primatum vero cum Nicaea habeat communem. pag. 479.

XXXIX. (22.) Περὶ ὁμονοίας ἐν Νικαίᾳ, πεπαυμένης τῆς ϛάσεως. Ad Nicaeenſes, (a quibus et ipſe adfectum ſe honore praedicat,) oratio, a Dione dicta, cum valetudine minus integra vteretur, adeoque breuior, qua eos poſt ceſſantem iam ſeditionem grauiter monet de concordia firmiter ſeruanda inter ſe. Claudit ſermonem voto ad deos, ciuitatis conditores et amicitiae ac concordiae praeſides: Εὔχομαι δὴ τῷ τε Διονύσῳ τῷ προπάτορι τῆς πόλεως, καὶ Ἡρακλεῖ τῷ κτίσαντι τήνδε τὴν πόλιν, καὶ Διὶ πολιεῖ, καὶ Ἀθηνᾷ καὶ Ἀφροδίτῃ καὶ Φιλίᾳ καὶ Ὁμονοίᾳ καὶ Νεμέσει καὶ τοῖς ἄλλοις Θεοῖς ἀπὸ τῆσδε τῆς ἡμέρας τῇδε τῇ πόλει πόθον ἑαυτῆς ἐμβαλεῖν καὶ ἔρωτα [?] καὶ μίαν γνώμην, καὶ ταὐτὰ βούλεσθαι καὶ φρονεῖν, ϛάσιν δὲ καὶ ἔριδα καὶ φιλονεικίαν ἐκβαλεῖν, ὡς ἂν ἐν ταῖς εὐδαιμονεϛάταις καὶ ἀρίϛαις ᾖ πόλεσι τὸ λοιπόν.

XL. (23.) Ἐν τῇ πατρίδι περὶ τῆς πρὸς Ἀπαμεῖς ὁμονοίας. Ad ciues ſuos Pruſaeenſes, (dicta poſt plurium annorum exſilium,) vt cum Apameenſibus vicinis, hoc deſiderantibus, et quorum portu Pruſaei vtebantur, pacem et amicitiam alant. Neruae, ſiue Traiani benignitatem praedicat pag. 490. ἀλλ' ὅμως φιλανθρωπότατος ὢν αὐτοκράτωρ καὶ συνετώτατος ἁπάντων ἔμοιγε παρέσχεν ὧν ἐγὼ ἐδεόμην, καὶ ἄλλοις ὧν ἐκεῖνοι ἐδέοντο. Domitiani tyrannis perſtringitur pag. 489 καὶ γὰρ ἦν γελοῖον μετὰ φυγὴν ἔτως μακρὰν καὶ πράγματα τοσαῦτα καὶ Τύραννον ἐχθρὸν δεῦρο ἀφικομένῳ etc.

XLI. (24.) Πρὸς Ἀπαμεῖς περὶ ὁμονοίας. Ad Senatum populumque Apameenſem, (qui miſſis legatis reditum Dioni ab exſilio gratulati fuerant eumque ad ſe inuitarant.) Oratio breuis, ſuadens amicitiam cum ſuis Pruſaeenſibus. [conf. de Apamea *Valeſ.* l. c. pag. 69. et *Burm.* not. pag. 70.]

XLII. (25.) Διάλεξις ἐν τῇ πατρίδι. Sermo breuis in patria, Pruſa, dictus, quo ait, ſe mirari, quod orationes ſuas multi tam libenter audiant, et fere ediſcant, quum ipſe nihil in his agnoſcat praeclari.

XLIII. (26.) Πολιτικὸς ἐν τῇ πατρίδι. Apologia ſiue exordium potius apologiae adverſus inimicos, qui ipſum perinde, vt Socratem olim et Epaminondam, calumniis in patria petierant.

XLIV. (27.) Φιλοφρονητικὸς πρὸς τὴν πατρίδα εἰσηγεμένην αὐτῷ τιμάς. Oratio, qua teſtatur, nihil ſibi iucundius eſſe, quam a patria amari, quae honoribus, vt patrem gg) ἄνδρα ἀγαθὸν καὶ ὅσον ἔζη χρόνον δικαίως προεϛῶτα τῆσδε τῆς πόλεως pag. 509. et matrem et fratres cognatos ac maiores, ita Dionem quoque auxerat. Diſerte autem pag. 510. teſtatur, ſibi etiam exſuli ab aliis ciuitatibus oblata ampla munera et dignitates, (confer XLI. pag. 498.) ſed prae patria nihil fuiſſe gratum nec acceptum, in qua vnice gaudet filium et patruelem et alios cognatos adoleſcentes ad laudem ſuccreſcere, et ad hanc virtute atque ſtudio conſequendam alios quoque ciues adhortatur. Epiſtola ad Neruam, imp. in extremo huius

gg) Confer, quae de patre ſuo refert XLVI. pag 518. 519 et de auo pag. 543 Filii et vxoris mentio pag. 522. filii iterum pag. 542 et 543. vbi iam remp. in patria ille gerebat. Sororis mortem commemorat XLVII. pag. 528.

huius orat. memorata, qua remitti se in patriam rogauit, cum imperatoris responsione non exstat.

XLV. (28.) Ἀπολογισμὸς, ὅπως ἔσχηκε πρὸς τὴν πατρίδα. Quod [P] post mortem Domitiani hh) ab exsilio reuocatus amicitia Neruae imp., quantum per morbum licuit, et deinceps Traiani vsus sit in patriae commodum et amplitudinem, idque vnice se quaerere, licet maleuolis aliud videatur. Pag. 515. docet, senatum Prusaeensium illo tempore constitisse ex delectis viris centum. [Quid sit διοίκησις in hac oratione, et διοικητὴς, docent *Vales.* et in nota *Burmann.* l. c. pag. 73.]

XLVI. (29.) Πρὸ τοῦ φιλοσοφεῖν ἐν τῇ πατρίδι, *antequam in patria philosopharetur:* ita enim haec oratio recte inscribitur apud Photium, dicta a Dione, antequam exsularet, ad leniendos ciuium suorum animos, quorum aliqui orto ob caritatem annonae tumultu lapidibus eum petere atque interficere et cremare aedes eius voluerunt. *Fabric.* — In editione quoque Reiskiana inscripta est oratio περὶ τοῦ φιλοσοφεῖν ἐν τῇ πατρίδι, sed in indice orationum redditur, *antequam philosophiae incumberet, in patria.* Reiske autem in notis, tom. II. pag. 212. post Casaubonum docet, orationem hanc a Dione, adhuc iuuene, scriptam esse. *Harl.*

XLVII. (30.) Δημηγορία ἐν τῇ πατρίδι. Oratio, qua se in patria purgat aduersus criminantes, quod porticum et amplam domum aedificaret ornandae ciuitati, non magis enim hoc esse tyrannicum, quam quod indueretur purpura, comam aleret barbamque. Sic nec Stagiram voluisse vti beneficio Aristotelis, qui e tenui vico felicem et nobilem ciuitatem facere volebat; et viros quosque excellentissimos Homerum, Pythagoram, Zenonem, Chrysippum, Cleanthem patria excedere maluisse, quam patriae iniurias, vt Socrates, experiri.

XLVIII. (31.) Πολιτικὸς ἐν ἐκκλησίᾳ. Oratio ciuilis, dicta a Dione ad ciues Prusaeenses, permittente Varino ii), (procuratore Bithyniae, vt videtur,) congregatos, suadensque concordiam. Hic est λόγος Ἐκκλησιαστικὸς, quem memorat Synesius.

XLIX. (32.) Παραίτησις ἀρχῆς ἐν βουλῇ, recusatio magistratus in senatu patrio. Quoniam non sibi, nec forte Prusaeensibus expediat, diutius se apud illos versari, licet non diffiteatur, philosopho dignum esse officium imperare hominibus, et philosophos optime semper remp. tractasse, quod multis exemplis docet.

L. (33.) Περὶ τῶν ἔργων ἐν βουλῇ, *de administrationibus in senatu.* Oratio, laudes senatus patrii complexa, quas ita procul esse contendit ab adulatione, vt, si falsae sint, dicentis vituperationem referre non diffiteatur. Simul etiam filii sui, tamquam in magistratu vestigia maiorum

hh) Domitianum sibi infestum habuisse et reddidisse infestiorem, testatur *Dio* pag. 512. his verbis: πρὸς δὲ τούτοις ἅπασιν ἐχθρὸν ἀνεχόμενος αὐτὸν δεῖνα, οὐδὲ τὸν δεῖνα τῶν ἴσων τινὰ καὶ δεσπότην ὀνομαζόμενον καὶ Θεὸν παρὰ πᾶσιν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, τὸ δὲ ἀληθὲς ὄντα δαίμονα πονηρὸν, καὶ ταῦτα οὐ θωπεύων αὐτὸν οὐδὲ τὴν ἔχθραν παραιτούμενος, ἀλλὰ ἐρεθίζων ἄντικρυς καίπερ ὄντα κακὸν, μὰ Δί᾽ οὐ μέλλων νῦν ἐρεῖν ἢ γράφειν, ἀλλὰ εἰρηκὼς ἤδη καὶ γεγραφώς.

ii) κράτιστον vocat pag. 530. et pag. 535. ἡγεμόνα. *Fabric.* „Varenus Rufus, ait Reiske in nota pag. 230. tom. II. praefectus Bithyniae fuit ab an. Chr. 99. ad 102. vid. *Tillemont* Histoire des Empereurs tom. II. pag. 177 et 501. Ergo circa haec tempora dicta fuit haec oratio." *Harl.*

maiorum legentis, meminit, eumque proprio [] iudicio, non patris auctoritate, remp. gerere testatur. Hic est λόγος Dionis βελευτικὸς, Synesio laudatus.

LI. (34.) Πρὸς Διόδωρον, in Diodorum, quem ita optime laudare se existimat, si ciues suos, a quibus in magistratus dignitatem euectus ille erat, praedicet.

LII. (35.) Περὶ Αἰσχύλε καὶ Σοφοκλέες καὶ Εὐριπίδε, ἢ περὶ τῶν Φιλοκτήτε τόξων. Censura et comparatio tragoediae triplicis, eiusdem argumenti, quas Aeschylus, Sophocles et Euripides composuerant super Philoctetae arcu, quem ipsi eripuit Vlysses.

LIII. (36.) Περὶ Ὁμήρε. Laus Homeri, poetae, quam H. Stephanus etiam graece praefixit luculento operi suo, quo Homerum et alios poetas principes heroici carminis exhibuit.

LIV. (37.) Περὶ Σωκράτες. Socratis, philosophi, breue encomium.

LV. (38.) Περὶ Ὁμήρε καὶ Σωκράτες. Dialogus de Socrate, quod Homeri fuerit discipulus atque imitator.

LVI. (39.) Ἀγαμέμνων, ἢ περὶ βασιλείας. Dialogus de regno, quod optime administretur, si reges sapientum, vt Agamemnon Nestoris, vtantur consilio.

LVII. (40.) Νέστωρ, siue de Nestoris magnificis dictis, quibus ad Agamemnonem et Achillem vsus ab Homero inducitur Iliad. α. vers. 260 sq.

LVIII. (41.) Ἀχιλλεὺς, de Achille, Chironis consilium temere adspernante, qui in bello prudentia potius, quam robore et celeritate vtendum esse suasit.

LIX. (42.) Φιλοκτήτης. Paraphrasis versuum quorumdam ex Philoctete Aeschyli vel Euripidis, quibus Vlysses Lemnum delatus ad Philoctetem accedit, Herculis arcum ei erepturus, sine quo Troia capi non poterat.

LX. (43.) Νέσσος ἢ Δηϊάνειρα. Dialogus de Nesso Centauro et Deianira, quomodo illa fabula ab Archilocho et Sophocle tradita recte intelligi debeat.

LXI. (44) Χρυσηΐς. Dialogus de Chryseidis descriptione apud Homerum, ex qua encomium eius nectit Dio.

LXII. (45.) Περὶ βασιλείας καὶ Τυραννίδος. Tyranni et boni regis inter se collatio, scripta ad quemdam bonum principem, siue magistratum, quem ita adloquitur pag. 588. ὁ δὲ ἀγαθὸς ἄρχων, ὥσπερ σὺ, τἀναντία ἐπιτηδεύει. []

LXIII—LXV. (46—48.) Περὶ τύχης λόγοι γ΄. Tres dissertationes de fortuna, quarum *prima* disputat, fortunam omnia posse in vita humana, *secunda* et *tertia*, peruerse ac praeter rem ab hominibus fortunam accusari.

LXVI—LXVIII. (49—51.) Περὶ δόξης λόγοι γ΄. Dissertationes totidem de gloria, quarum prima docet, vanum et plenum sollicitudinis esse studium gloriae, qua vulgo placere cupimus; altera dialogi more scripta velut inanem vmbram merito a sapientibus negligi iubet. Tertia potius agit περὶ δόξης, quatenus opinionem sonat illud vocabulum, quae inter homines vt mirifice varia, sic fallax omnis et incerta est, nisi prudentia verum bonum amplecti suaserit.

LXIX. (52.) Περὶ ἀρετῆς. Virtutem plerosque omnes laudare et admirari, paucos colere, nisi metu legum fortasse adactos et impulsos.

LXX. (53.) Περὶ φιλοσοφίας. Philoſophiam non conſiſtere in ſplendidis ſermonibus, ſed in vita et actione ſerioque ſapientiae ſtudio.

LXXI. (54.) Περὶ φιλοσόφου. Philoſophum eſſe, qui antecellat reliquos homines cognitione et vſu rerum, non quarumcunque, ſed praeclararum et vtilium ad vitam felicem atque honeſtam.

LXXII. (55.) Περὶ τοῦ σχήματος. *Habitum* philoſophi multos, rem ipſam paucos habere, licet ob σχῆμα iſtud vulgus ad illos velut ceterae aues ad noctuam aduolitent.

LXXIII. (56.) Περὶ πίστεως. Quod multis exitio fuerit, res magnas ipſis creditas inſignemque fidem in illis poſitam fuiſſe.

LXXIV. (57.) Περὶ ἀπιστίας, *de incredulitate.* Dialogus, oſtendens, quam periculoſum ſit, aliis habere temere fidem, et amicos adſciſcere: neque quicquam eſſe tam ſacroſanctum in vita, quod non perfida hominum malitia violet.

LXXV. (58.) Περὶ νόμου. Legum encomium, quod in editione graecolatina Pariſ. exhibetur, non vt reliqua cum verſione Naogeorgi, ſed cum Fed. Morelli interpretatione, cum qua ſeparatim prodierat ibid. 1598. 8.

LXXVI. (59.) Περὶ ἔθους, *de conſuetudine,* quam confert cum lege ſcripta, imo ei praefert.

LXXVII ſq. (60. 61.) Περὶ φθόνου λόγοι β΄. Dialogo priore docet, figulum figulo et alios artifices mutuo inuidere; non, genuinos philoſophos: poſteriore, philoſophi hominis humanitatem et ſtudium plures iuuandi a liuore alienum vberius perſequitur. [P]

LXXIX. (62.) Περὶ πλούτου (τῶν ἐν Κιλικίᾳ kk)). Diuitias neque gentem neque vrbem, neque hominem felicem reddere poſſe.

LXXX. (63.) Περὶ ἐλευθερίας. Pleroſque de libertate gloriari, qui, voluptatis, auaritiae aut ambitionis compedibus vincti, ſeruitutem ſeruiant.

III. *Dionis Chryſoſtomi codd. MSSti et editiones.*

[Codices MSSti, quorum equidem notitiam habui, hi fere ſunt. In bibl. *Mediceo-Florent.* teſte *Bandinio* in catal. codd. gr. tom. I. pag. 555. plut. IV. cod. XXII. nr. 4. decem orationes. — tom. II. pag. 126. plut. XXXII. cod. IV. cum Homero Dionis orat. 53. de Homero. — eadem ibid. pag. 604. nr. 4. plut. LX. cod. XIV. — ibid. pag. 352. plut. LVII. cod. XII. nr. 21. Dionis quinque *epiſtolae*, quae non occurrunt in collectione Cuiaciana, et quas Bandinius opinatur eſſe Dionis Chryſoſtomi, cuius epiſtolae ad Rufum, Euſebium et Sabinianum reperiuntur in codice MMMII. bibliothecae Pariſ. catal. tom. II. pag. 591. — in eodem cod. Medic. nr. 30. ibid. pag. 353. ſermo Troicus, quod Ilium non ſit captum. — ibid. pag. 538 ſqq. plut. LIX. cod. XXII. Μελέται ſiue orationes LXXX. praemiſſa Dionis vita et comm. de illo eiusque operibus ac de illius orationis ἰδέᾳ ſ. ſtilo, tum ſingulis ferme breui praemiſſo

kk) Verba tituli τῶν ἐν Κιλικίᾳ hic deſunt in Veneta. Contra titulum orationis vltimae, 80 ſcil. auſpicantur ibi, hoc modo conceptum: τῶν ἐν Κιλικίᾳ· περὶ ἐλευθερίας, et hoc cum Photio quoque congruit: *Reiske* in nota p. 432. tom. II. *Harl.*

praemisso argumento, in margine adposito, et scholiis antiquis hinc inde, rarius vero, adscriptis. — Eaedem, omissis tamen graecis prolegomenis, sed praemissis inter indicem et initium orationum problematibus rhetoricis *εἰς τὰς στάσεις* seu quaestiones rhetoricas, tom. III. pag. 221. plut. LXXXI. cod. II. — tom. II. pag. 568. plut. LIX. cod. XXXVII. sex orationes, nempe XI. XIII. XVIII. XIX. XXI. XXII. — ibid. pag. 646. plut. LIX. cod. XXX. excerpta ex orat. I et II. de regno.

In bibl. *Veneta* D. Marci. (catal. pag. 205 sq.) cod. CCCCXXI. orationes LXXX. et cod. CCCCXXII. oration. XXVII. et post alia scripta, iterum oratt. IX. — In Macarii Chrysocephali Ῥοδωνιᾶ, in cod. Veneto sunt pag. 19. — 30 excerpta ex pluribus Dionis Chrysost. orationibus, teste *Villoisonio* in anecdotis graec. tom. II. pag. 9. — *Florentiae* inter codd. monasterii, (*Montfaucon* in diario ital. pag. 367.) oratt. LXXX. manu Theodori Dociani, filii Simeonis, a. 1328. exaratae.

In bibl. regia *Neapolitana* in cod. chartac. saec. XV. dissertatt. septem; et in cod. chartac. saec. XVI. tres priores oratt.

In bibl. regia *Matritensi*, (teste *Iriarto* pag. 132.) cod. XXXI. fol. 272. ex orat. (LIII.) de Homero. — (pag. 394.) cod. C. fol. 126 et 136. II. oratt. de regno. — *Marinerii* versio orationis de Homero latina msta, (pag. 307.)

In bibl. publica *Paris.* (teste catal.) in codd. MDCLIII. MMCMXXIV. MMCMXXX. MMCMLVIII. MMCMLIX. MMCMLX et MMMIX. modo plures, modo pauciores insunt oratt. et in cod. MMMII. *epistolae* supra e cod. Florent. laudatae.

In bibl. *Monaco-Bauarica* cod. CXXIX. quatuor oratt. de regno, et cod. CCXLVIII. septem oratt. priores. (catal. pag. 54 et 83.)

In bibl. quondam *Heidelbergensi*, teste Sylburgio. CXVII. CCC. etc. qui, num adhuc exstent in bibl. Vaticana, equidem ignoro.

In bibl. caesarea *Vindobonensi*, *Lambecio* teste in comment. de illa, tom. VII. p. 26 sqq. cod. V. nr. 9—12. in catal. *Nesselii* part. IV. cod. CIX. p. 64 sq. — orationes XIX. et excerpta ex reliquis Dionis Chrysost. scriptis. Sed secundum *Nesselii* catal. part. IV. cod. XII. pag. 10. adhuc oratt. sed declamationes rhetoricae, et in cod. CCXXIII. ibid. pag. 121. duae orationes.

Editiones, ad has vt progrediamur, ante textum graecum promulgatum, *latinae* antiquiores sunt paucae. Princeps, sine l. et a. sed si fides habenda est *Maittairio* A. T. IV. part. I. pag. 283. et *Lairio* in specimine typogr. roman. XV. saec. pag. 132 sq. ex epistola Cardin. Senensis scripta Kal. Ian. 1469 coniicientibus, *Romana* orat. de regno ex versione *Francisci de Piccollomineis*, 1469. 4. typis Vlrici Han. sed dubitant de vrbis et anni veritate *Bure* in Bibliogr. instruct. B. L. tom. I. nr. 2354. pag. 100 sq. et *Audiffredus* in catal. edd. roman. saec. XV. pag. 31 sq. qui duas alias eiusdem versionis refert; *aliam* s. l. et a. aliisque notis in 8. vel vt alii dicunt in 4. quod opus fuisse opinatur typographi alicuius vel Veneti, vel Florentini, *aliam*, quae mera est prioris repetitio, *Bononiae* 1493. 4. per Platonem de Benedictis, typographum. — quam vltimam recenset quoque *Audiffredus* in specim. edd. italic. saec. XV. pag. 84 sq. et citat eam *Maittaire* l. c. pag. 441. et aliam edit. versionis eius-

dem lat. *Venetiis* per Platonem de Benedictis, typographum 1483. 4. — de Ilio non capto, e graeco in latin. vertit *Franciscus Philelphus*, Cremonae 1492. 4. — et cum fragmentis Petronii Arbitri, Venetiis 1499. 4. vid. *Fossii* catal. bibl. Maglebech. tom. I. pag. 617 sq. de vtraque editione, *Pinelli* catal. tom. II. pag. 176 sq. et de priore *Audiffred.* spec. edd. italic. pag. 222.

Dionis opera, graece per Dionysium Parauisinum. Mediolani. 1476. 4.

Rarissimam hanc edit. reperit Comes Anton. Simoneta in bibl. Comitis de Pembrok Londini, vt refert *Saxius* in histor. typogr. litterar. Mediol. praef. p. 4. in primis p. DLXVI. et ex eo *Bure* Bibl. instruct. B. L. tom. I. pag. 99. item *Osmont.* in Diction. typographique, tom. I. pag. 235.

Dionis — orat. de Homero, gr. cum Homero, edit. Florent. 1488. fol. vid. *Bure* l. c. pag. 204.

Διωνος — περὶ ἀπιστίας. Dionis — non temere credendum. Per *Ioach. Camerarium* latine versum, cum *Plutarchi* libello ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή. Norimbergae ap. Io. Petreium, 1531. 8. rec. cum apophthegmat. et dictis VII. sapientum gr. et lat. cum not. Leonh. Lycii, Lips. 1562. 8. vid. *Freytag.* adpar. litter. tom. III. pag. 588 sqq. — libelli II. contra tyrannidem et de gloria, gr. et lat. Lipsiae in offic. Val. Papae, (cum praef. Barth. Amantii,) 1545. 8. vid. bibl. Roloffian. I. nr. 253. pag. 46.

Orationes LXXX. graece. Apposita est in extremo libro varietas lectionum, cum orationum indice. Venetiis apud *Fed. Turrisanum.* sub signo Aldi. 8. praemissa praefat. ad Rodulphum Pium Carpensem, Cardinalem. *Reiske* in praef. ad suam edit. p. XVI. vbi laudat illam edit. *Hamberger* in zuverl. Nachr. II. p. 181. (vbi de Dione nostro agit,) et *Pinelli* (vid. catal. II. p. 176.) etc. in suis exemplaribus nullam anni significationem repererunt. Contra Fabricius noster, auctor catal. Bunauiani I. pag. 162. *Reviczky* in catalogo p. 56. editionem hanc a. 1551. adsignant. *Maittaire* in A. T. III. p. 603. habuit quidem exemplum, anni nota destitutum; sed opinatur, suo forsan exemplo ad calcem deesse aliquot plagellas. Denique in Serie dell' edizioni Aldine citantur *Dionis — oratt.* gr. apud Aldi filios, 1551. 8. et pag. 158. Dio Chrysostomus. orationes XXX. (leg. LXXX.) cum praefat. Feder. Turrisani, Venet. apud Fed. Turrisanum. gr. foliis constat 451. *sine anni indicio.* in 8. Nisi auctor illius seriei errauerit, forsan ex Aldina offic. eodem anno bis exiit Dio Chrysost. — Turrisani edit. cum Bonau. Vulcanii castigationibus fuisse in bibl. Petri Francii, notat Fabric.

Dionis, *Prusaeensis*, non temere credendum: item *Plutarchi* opusculum, quod docenda sit virtus. graece. excud. Ch. Wechel. 1549. 4. (in Thott. catal. IV. pag 82.) — Orationes V. de lege, de consuetudine, de fortuna III. gr. Paris. apud Wechel. 1533. 4. In Pinelli catal. II. pag. 176. A Maittario autem citantur *earundem orationum* editiones, graece apud Christ. Wechel. ibid. 1553. 4. et apud Andr. Wechel. ibid. 1556. 4. — latin. interprete *Renat. Guillon*, ib. 1554. 4. — oratt. septem, scil. de regno quatuor, Agamemnon, Diogenes et de consultatione. gr. apud Andr. Wechel. Paris. 1554. 4. [u]) — oratt. quatuor, scil.

[u]) Titulus quidem promittit octoginta orationes; sed liber ipse tantum continet quatuor oratt. memoratas. vid. *Maittaire* III. pag. 644. Forsan Wechel. editurus erat omnes orationes.

ſcil. de ſeruitute et libertate, vna de libertate, vna de ſeruis. gr. apud Andr. Wechel. Pariſ. 1555. 4. — orat. de Ilii captiuitate. Pariſ. apud Andr. Wechel. 1555. 4.

Dionis orationes LXXX. lat. interprete *Thoma Naogeorgo* Baſil. 1555. fol. teſte Fabricio et catal. Thott. tom. IV. p. 15. — et Venet. per Henr. Zenarum. 1585. (catal. Bodleian. I. pag. 278. et catal. bibl. Barber. I. pag. 269.)

Dionis oratiunculae quaedam, gr. latin. *Th. Naogeorgo* interprete. Pariſ. per *Henr. Stephan.* in huius Epiſtoliis, dialogis breuibus, oratiunculis, poematiis, ex variis vtriusque linguae ſcriptoribus. 1577. 8. (*Fabric.* B. Gr. XIII. pag. 622.)

Dionis oratt. IV. de regno, lat. per *Andr. Mylium.* Roſtoch. 1578. 4. — et cum fabula Libyca, graece, cum notis breuibus a *Io. Caſtlio.* ibid. 1584. 8. ap. St. Myliandr.

Dionis de regno et tyrannide oratio: gr. a *Feder. Morello* — caſtigata, ope vetuſti cod. — et eiusdem notis illuſtrata. Ex typographia Steph. Prevoſteau. Pariſ. 1589. 8. *Maittaire* III. pag. 801. — de lege oratio, latine; ex interpretatione, emendat. et coniecturis *Fed. Morelli.* Lutetiae ap. Fed. Morell. 1598. 8. — et graece cum *Fed. Morelli* notis et coniecturis. ibid. 1599. 8.

Dionis de Ilio non capto, gr. ac lat. interprete *Laur. Rhodomanno* et cum eius notis ad Q. Calabri Paralipom. Hom. Hanou. 1604. 8. pag. 134.

Dionis, diu neglecti, curam ſuſcepit *Fed. Morellus,* qui, cod. regio, ſcholiis ſtipato, nec non bibl. Ieſuitarum ac I. Foxii, graecaque edit. Veneta, cum II. codd. ab H. Steph. et Lindenbruchio collata vſus textum recenſuit Philoſtrati vitam Dionis, (quam latine vertit *Ian. Cornarius,* Baſil. 1560.) aliaque addidit, nouamque parauit editionem, inſcriptam:

Dionis orationes LXXX. cum vetuſtis codd. msstis regiae bibl. ſedulo collatae, eorumque ope ab innumeris mendis liberatae, reſtitutae, auctae. *Photii* excerptis *Syneſiique* cenſura illuſtratae. Ex interpretatione *Thomae Naogeorgii,* accurate recognita, recentata, et emendata *Fed. Morelli* opera. Cum *Iſ. Caſauboni* diatriba et eiusdem *Morelli* ſcholiis, animaduerſſ. et coniectaneis. Acc. rerum et verborum index locupl. Lutetiae, ex typographia Claudii Morelli. typis regiis. 1604. fol. — Rec. eſt haec edit. aut nouo duntaxat titulo per fraudem librarii inſtructa, ibid. 1623. fol. — Alii laudarunt hanc editionem; at Reiske, faſſus quidem, haud paucos a Morellio ſanatos fuiſſe locos, iudicat, eum Dioni perſanando eiusque interpretationi emaculandae non magis parem fuiſſe, quam Libanio edendo atque interpretando: Iſaaci tamen Caſauboni diatriben, parente ſuo digniſſimam et optimae notae animaduerſionibus refertam, praedicat.

Poſtea conſilium nouae editionis ceperunt *Guil. Piers,* collegii Emanuel's, quod Cantabrigiae eſt, ſocius, ac *Io. Chriſtophor. Wolfius.* At neuter rem perfecit. Priorem quidem voluiſſe graeca diligenter recenſere, verſionem Naogeorgi emendare ſcholiaque graeca et notas adiicere, nec imparem fore huic inſtituto, ex ſpecimine intellexiſſe ſibi viſus eſt Fabricius. Poſteriorem vero ab expoliendo Dione haud alienum fuiſſe, cognoſcimus ex eius epiſtolis ad de la Croze pag. 20 et 21. m. Ian. 1711. ſcriptis, (tom. II. theſ. epiſtolici.) Habuerat enim adnotationes neſcio cuius, ex cod. Seldeniano in Bodleiana bibl. obuio deſcriptas, quas deinde in tomo I. Anecdotorum graecorum, Hamburgi 1722. 8. p. 271 ſqq. publicavit,

vit, et valde probauit. vid. quoque eius praefat. ad Anecdota et in de la Croze thes. epist. II. pag 171 et 174. Contra Reiske in praef. eas, iudicauit, maximam partem esse malas, et auctori suo relinquendas, longeque infra Casauboni et Valesii doctrinam atque acumen subsidere. Spanhemium quoque reliquisse notas in Dion. Chrysost. ex litteris Wolfii l. c. pag. 186 et 187. discimus. — *Reiske* in tomo III. voluminis IX. obss. miscell. Amstel. p. 375 — 379. animaduersiones criticas ad orationem XXXIII. scripserat; at postea ipse in praef. pag. XXI. tamquam incultum abortum et deformem foetum repudiauit. Perfectiora autem et magis maturata, vt ipse ait, dedit in primo volumine animaduersionum ad graecos auctores, (Lipsiae 1757. 8.) in quibus omnes Dionis orationes critice pertractauit. Denique a. 1767. de nouo tractandum et recensendum idem sumsit Dionem, et textum vniuersum ita recognouit, vt animaduersiones, quas decennio ante edidisset, retractaret, locupletaret, omniaque ad edendum oratorem parata et maturata haberet. At demum post mortem viri doctissimi cura egregiae vxoris lucem vidit editio, inscripta:

Dionis Chrysostomi orationes ex recensione *Io. Iacobi Reiske*, cum eiusdem animaduersionibus, vol. I. II. Lipsiae, impensis viduae Reiskii. 1784. mai. 8. Alteri tomo subiuncta sunt Casauboni diatriba et Morelli scholia atque coniectanea.

Egregia est editio, et, quae Valesius atque Casaubonus iam adtulerant ad textum Dionis sanandum, bene sunt adhibita: nec tamen pauca Reiske futuro cuidam editori reliquit et emendanda, et vero loca difficiliora, quae multa sunt, praecipue ex mythologia atque antiquitate, ad quas Dion frequenter adlusit, diligentius explicanda, nec non ad poetarum fragmenta, quae occurrunt, sub examen vocanda corrigendaue. conf. censorem in ephem. Lipsiens. litt. a. 1784. plag. 70. atque a. 1785. nr. I. vbi quaedam is loca excutit. Quae Wesseling. atque Valckenar. in notis ad Herodotum, horumque posterior ad Euripidem passim, ac Toupius in emendationibus in Suidam atque Hesychium aliique recentiores critici contulerunt ad plura Dionis loca sananda meliusque intelligenda, iis Reiskius tum, quum parasset editionem, vti nondum potuit. Praeter ea *Gisb. Koen* ad Gregor. Corinthi metropolitam, *Lamb. Bos* in Animaduerss. in scriptores graecos, Franecker. 1715. 8. pag. 19 — 21. *Wesseling.* in Obss. var. Traiecti ad Rhen. 1740. 8. pag. 46 225 — 227. et *Io. Bernh. Koehler*, tum in Obss. philol. in loca selecta sacri codicis, Lugd. Batau. 1765. 8. tum in prolus. academ. ad orationes Dionis Tarsicas, Gottingae 1770. 4. *Frid. Iacobs* in Animaduu. in Euripid. tragoedias, Gothae 1790. m. 8. pag. 25 sq. et 39. plura oratoris nostri loca tentarunt aut exposuerunt.

Dionis orat. de Homero, gr. cum notis *Io. Davies*, praemissa est opp. Homeri, a Ios. Barnesio edit. tom. I. pag. 124. Cantabr. 1711. 4.

Dionis orat. de lege, gallice versa a *Fed. Morello*, Paris. 1598. 8. — 1608. 8. (Maittaire A. T. ind. pag. 342 sq.)

Dionis oratt. I. VII et XI. gallice versae ab anonymo in vitis oratorum graecorum, vol. II. 1751. notante Reiskio in praefat. pag. XX.

Dionis Chrys. Diogenes siue de virtute, in *Io. Patusae* Encyclopaedia philolog. vol. III. pag. 372 sqq.

Isocratis,

Isocratis, Demetrii Cydone et Mich. Glycae aliquot epistolae, nec non *Dionis Chrys. oratio* περὶ λόγε ἀσκήσεως. Partim ex cod. Helmstad. partim ex codd. Mosquens. edidit et animaduerss. adiecit *C. F. Matthaei*. Mosquae 1776. 8. — XIII. oratt. germanice vertit *Ernestina Christina Reiske* in lib. inscripto: *Hellas*, tom. I. Mitau. 1778. p. 1—100. *Harl.*]

IV. *Scripta deperdita Dionis sunt.*

Κόμης ἐγκώμιον, cui Synesius laudem caluitii opposuit.

Dissertationes siue λόγοι πολλοὶ καὶ ποικίλοι, quos negat Photius ad se peruenisse. In his fuere quaedam ex compluribus illis, quas in patria habuisse [❡] se testatur *Dio* orat. XLIII. pag. 504. Tum illa κατὰ τῶν φιλοσόφων et altera πρὸς Μεσώνιον, quas memorat *Synesius* in Dione pag. 40 et 37. Illa item, in qua laudauit Essenos, id. pag. 39. Oratio ad Prusaeenses, cuius meminit *Dio* ipse XL. pag. 487. (nisi intelligitur XLIII vel sq.) Dissertatio, quod malae consuetudini non suffragatur temporis, quo recepta est, diuturnitas XXXI. pag. 354.

Περὶ τῶν Ἀλεξάνδρε ἀρετῶν. *De Alexandri virtutibus*, libri VIII. Suid.

Ὑπὲρ Ὁμήρε πρὸς Πλάτωνα. *Pro Homero aduersus Platonem*, libri IV. Suid.

Ἐγκώμιον Ἡρακλέως καὶ Πλάτωνος. *Herculis et Platonis Encomium*, idem [mm]).

Εἰ φθαρτὸς ὁ κόσμος; *an mundus interire possit?* idem.

Γετικά· quae Dioni Cassio adscribit Suidas; sed nostro rectius Philostratus, et, qui de illis tamquam exstantibus, loquitur Antonius Bonfinius in historia Hungarica.

Oratio, in patria habita pro homine infelici, quem aduersus cognatorum tutorumque iniurias apud Prusaeenses Dio defensitauit XLIII. pag. 506.

Oratio, cui titulus Μέμνων, et altera, qua *Tempe* descripsit, atque item tertia κώνωπος ἔπαινος *laus culicis*. Synes.

Epistola ad imperatorem, Neruam, cum imperatoris responsione. XLIV. pag. 512. adde XL. pag. 487.

Auum Dionis libenter voluisse Prusaeensi ciuitati libertatem ab imperatore impetrare et ea de caussa iam ποιήσασθαι λόγον, testatur XLIII. pag. 509. Confer, quae de eodem auo suo pag. 519.

V. Dioni

mm) An pars fuit συντάξεως? *Suidas* quidem in Οὐδὲ Ἡρακλῆς πρὸς δύο Dion, inquit, *libr. II. Syntaxeos II.* ait, Herculem Idaeum Dactylum, qui Olympia instituerat, cum duobus pugilibus certantem, victum fuisse: add. Apostol. Prouerb. Cent. XV. Atqui *Reimar.* in spicilegio fragment. Dionis Cassii (tom. II. Hist. Dionis pag. 1521.) vbi illud Suidae refert, in nota, dubium, inquit, annon *Dio Chrysostomus*. Cassius enim Dio in decades quidem suos libros distribuit, sed non in συντάξεις. — praeter ea prouerbium istud, vel potius fabula illa, magis Chrysostomum sapit. A scholiaste Nicandri citatur ἐν τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης συντάξεως. vid. *Reimar.* de vita Cassii Dion. §. 2. pag. 1533. vbi Reimarum in eamdem incidisse suspicionem, prouerbium petitum esse ex orat. deperdita memorata, postea demum animaduerti. Atque Dionis Chrysost. λόγοι π΄. in συντάξεις, vt Dionis Cassii libri in Decades, distributi fuisse videntur *Reimaro* l. c. §. 16. pag. 1538. *Harl.*

V. Dioni huic Chryſoſtomo opportune ſubiungetur, licet aliquanto iunior alius huius nominis, et illius, de quo iam dixi, fortaſſis nepos, DIO CASSIVS [nn]). Hic cognomine, vt eſt apud Suidam, Photiumque, itidem *Cocceius*, ſiue rectius *Cocceianus* [oo]), e Nicaea [pp]) Bithynus fuit, genere nobili, Priſci, mechanici, conterraneus [qq]), quamquam Ioanni Xiphilino [rr]) Dionem Chryſoſtomum cum noſtro, vt videtur, confundenti, [?] a Pruſa, altero Bithyniae oppido, vocatur Pruſaeus, ſiue Pruſaenſis. [Natus eſt, (Reimaro §. 7. vbi de prima Dionis aetate vsque ad Pertinacem agit, calculos ſubducente,) A. V. C. 908. an. Chr. 155.] Patrem habuit Apronianum [ss]), qui ſub Traiano et Hadriano, imperatoribus, veluti legatus imperatoris, praefuit prouinciae Ciliciae [tt]) et Dalmatiae [uu]) quoque. Cum hoc in Cilicia verſatus eſt [vv]), poſtea in Italiam venit et cauſſas in foro egit [ww]), variosque honores geſſit, a Commodi vsque temporibus a. fere V. C. 933. a. Chr. 180. ſenator vrbis Romae [xx]), hinc a. C. 193. V. C. 946. ſub Pertinace, apud quem cumprimis gratia valuit, etiam deſignatus Strategus ſiue praetor [yy]); ad conſulatum primum euectus ſub Septimio Seuero [zz]); poſtea

nn) *Dionis Caſſii* vitam ſcriptaque plures iam perſequuti ſunt. Nam praeter *Voſſium* de hiſtor. gr. lib. II. 2. cap. 15. aliosque ab *Hambergero* Z. N. tom. II. pag. 527 ſq. et *Saxio* Onom. I. pag. 357. citatos conferri poſſunt *Degor. Whear* in Relection. hiemal. ſect. XX. pag. 81 ſq. et *Neu* in Acceſſion. ad illas relectiones p. 123 ſq. Omnium tamen diligentiam ſuperauit *Herm. Sam. Reimarus* in commentario de vita et ſcriptis Dionis, tom. II. edit. pag. 1533—1544. ex quo Fabricii narratio valde ſuppleri poteſt. Ego quoque in Introd. in hiſtor. L. Gr. tom. II. part. I. p. 255—262. de Dione, ſcriptis eius et editionibus notatu memorabilia adtuli. *Harl.*

oo) Huius meminit et Io. Tzetzes in allegorica fabularum Homericarum expoſitione: *ταύτην τὴν ῥάβδον Πλούταρχος λύτιον ὀνομάζει, Λιτοὺς δὲ Κοκκειανὸς Κάσσιος Δίων λέγει.* Fortaſſe Cocceianus dicitur ab auo ſuo materno, (ita enim mihi perſuadeo,) Dione Chryſoſtomo, de quo iam dixi. Caſticii Cocceiani mentio in veteri inſcriptione apud Fabrettum p. 255. [Plura vid. apud Reimar. l. c. §. 3 et 4.]

pp) *Dio* ipſe lib. 75. pag. 857. et *Suidas* ac Photius cod. LXXI.

qq) *Dio* lib. 74. pag. 845. D.

rr) *Io. Xiphilinus* in Epitome lib. 53. pag. 196. *λέγω δὲ τοῦτο οὐκέτι ὡς ὁ Δίων ὁ Προυσαεὺς ὁ ἐπὶ τοῦ Σευήρου καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν Αὐτοκρατόρων γενόμενος, ἀλλ᾽ ὡς Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος.* [de quo loco et confuſione vtriusque *Dionis* ac *Dinonis* vberius diſputat *Reimarus* in comment. de vita etc. Dionis §. 1 et 5. pag. 1533 et 1534.]

ss) Neſcio, quo auctore ſcribit *Voſſius* de hiſtor. gr. II. 15. Caſſium Apronianum geſſiſſe conſulatum ſexto imp. Hadriani anno V. C. 875 [876. vid. Reimar.] Nam in faſtis Caſſius Apronianus conſul legitur duodecimo anno Commodi V. C. 944. *Fabric.* Hunc *Relandus* in Faſtis ad eum annum facit Dionis parentem. At perperam. Namque incertum eſt, num ille nomen gentilicium Caſſii habuerit, et num pater noſtri peruenerit ad conſularis dignitatis faſtigium. Plura vid. apud Reimar. §. 5. pag. 1535. *Harl.*

tt) *Dio* lib. 69. pag. 788. A. 820. B. Fallitur enim *Tillemontius*, qui tom. III. hiſt. imperatorum pag. 235. edit. Pariſ. Dionis noſtri patrem ſub Commodo demum circa A. C. 183. Ciliciae praefuiſſe ſcribit. Sane pag. 820. Dio refert quidem, ſe in Cilicia audiuiſſe oraculum, Sexto redditum, cuius euentum obſeruauit ſub Commodo. Sed oraculum ipſum longe prius Sexto redditum fuerat. *Fabric.* Reimar. §. 6. non ſolum Tillemontii rationes; ſed Fabricii quoque ſententiam, patrem noſtri prouinciae Ciliciae ſub Hadriano praefuiſſe, commode refutat, et ſic concludit; „Ergo factus eſt Dio ſenator, antequam Romam veniſſet, h. e. extremo fere anno Marci A. V. 933. a. Chr. 180. vel viuente adhuc Marco, vel certe ſtatim poſt obitum eius.“ *Harl.*

uu) Lib. 49. pag. 413.

vv) Lib. 72. pag 820.

ww) Lib. 73. pag. 835.

xx) Lib. 72. pag. 818 et 827.

yy) Lib. 73. pag. 835.

zz) Lib. 76. pag. 869. [Sed ſub Seuero conſulem factum eſſe Dionem, negat *Reimar.* §. 11.]

poſtea ſub Auito praefuit Aſiae *aaa*): Pergamo ac Smyrnae ſub Macrino *bbb*): [a. C. 975. vel 976. poſt illam praefecturam abſentem conſulatu ornatum fuiſſe Dionem, ſuſpicatur *Reimar.* §. 13.] Africae, Dalmatiae, ac ſuperiori Pannoniae *ccc*) ſub Alexandro Seuero, Mammaeae fil. Denique Romae eiusdem Alexandri octauo anno V. C. 982. ſecundum conſul, anno Chriſti 228. [229.]

VI. Ad hiſtoriam ſcribendam impulſum ſe refert ſomnio, in eoque inſtituto confirmatum ſe per aliud itemque aliud ſomnium, ita vt eius fide ſomnii immortalitatem quoque promittere operi ſuo non dubitet. Βιβλίον τι περὶ τῶν ὀνειράτων καὶ τῶν σημείων, δι' ὧν ὁ Σεβῆρος τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἤλπισε, γράψας ἐδημοσίευσα κ. τ. λ. *Quum librum ddd*), inquit, *de ſomniis et prodigiis ſcripſiſſem, quorum cauſſa Septimius Seuerus principatum ſperabat eee*), *eumque editum in lucem miſiſſem ad Seuerum, illeque legiſſet, et multis atque praeclaris verbis ad me reſcripſiſſet fff*), *litteris ſub veſperam acceptis, obdormiui.* [P] *Tum dormienti mihi imperatum eſt diuinitus, vt hiſtoriam conficerem, quamobrem ea, de quibus nunc ago, (de rebus Commodi imp.) ſcripſi. Quae quum ipſi Seuero et ceteris placerent maxime, ſtatui illico cetera omnia, quae ſpectarent ad populum Rom. perſcribere: ac propterea non amplius illa ſeorſim relinquenda, ſed huic hiſtoriae viſa ſunt inſerenda, vt a principio cuncta, quousque fortuna ſineret, vno opere perſcripta relinquerem. Nam quum ego grauate hanc confectionem hiſtoriae reciperem, omninoque labori cedens eam recuſarem, iſthaec dea* (fortuna) *me confirmauit in ſomniis et recreauit, ſpemque bonam de tempore ſecuturo fecit, veluti quod ſuperſtitem hiſtoriam meam relicturum minimeque aboliturum eſſet. Quam ego deam vitae meae ſortitus ſum, vt videtur, inſpectricem, eique me propterea conſecraui.* Huic adde, quae alio loco narrat referens extrema Antonini Caracallae: Ἐμοὶ δὲ καὶ πρὶν κ. τ. λ. *Mihi vero ggg*), *antequam imperium adipiſceretur (Antoninus Caracalla,) praeſignificatum eſt, quodammodo a patre eius (Seuero) futurum, vt haec conſcriberem. Nam eo iam mortuo viſus ſum videre omnem exercitum pop. romani armatum in magna planitie, atque ipſum Seuerum illic ſedentem in colle atque in excelſo tribunali concionari apud milites, meque ante conſpectum ſtare eius, vt audirem, quae diceret. Quem quum ille vidiſſet, Huc, inquit, propius accede Dion, vt omnia, quae dicuntur, fiuntque, diligenter intelligere et perſcribere poſſis.* Hiſtoriam ſuam fere compoſuit Capuae *hhh*), quam vrbem ſeceſſum ſibi elegit, eoque, quum vacaret, diuertit, a negotiis vrbis remotus futurus. Materiam hiſtoriae ſcribendae collegit *iii*) per annos decem, in componenda vero hiſtoria alios duodecim annos inſumſit, ſcribens ea *kkk*), quae vel vidit ipſe, vel audiuit, vel legit: nonnumquam etiam ſuam interponens ſententiam, licet ab aliorum

S 2 relatione

aaa) Lib. 79. pag. 915. [id ex h. l. exſculpi poſſe, negat Reimar. §. 12.]

bbb) Photius cod. LXXI.

ccc) Lib. 49. pag. 413. et lib. 80. pag. 917. Photius cod. LXXI.

ddd) Pro Dione perperam Dionyſium hoc anno habent quidam faſti. Adde Tillemont. pag. 217.

eee) Lib. 73. pag. 828 ſq. [conf. Reimar. §. 9. pag. 1536.]

fff) Ita puto reddenda verba: πολλά μοι καὶ καλὰ ἀντεπέστειλε, non, vt interpres *et ad multa reſcripſiſſet commode.* Facile autem credo, eiusmodi ſomnium obtigiſſe Dioni, nec minus credo, ſomnium illud fuiſſe naturale, quum Dio laetus et imperatoris litteras et ſcriptum ſuum recogitans obdormiiſſet.

ggg) Lib. 78. pag. 884.

hhh) Lib. 76. pag. 860.

iii) Lib. 73. pag. 829.

kkk) Lib. 53. pag. 510.

relatione diuersam. Post consulatum suum secundum lll), in cuius temporis narratione etiam historiae suae colophonem imposuit, ab imperatore, Alexandro Seuero, Mammaeae fil. dimissus est, quia pedibus laborabat, veniamque impetrauit, vt reliquum vitae in patria exigeret, in qua, (incertum, quoto anno post,) diem videtur obiisse supremum septuagenario aut propior, aut maior, vtpote qui per quadraginta circiter annos senatoriam dignitatem gessit. [¶]

VII. Scripsit libros LXXX. Ῥωμαϊκῶν mmm) ἱστοριῶν, *Romanae historiae* ab Aeneae nnn) in Italiam aduentu, vsque ad annum V. C. 982. Christi 228. [229.] quo ipse secundum, Alexander Seuerus imp. tertium consul fuit. A Commodi praecipue temporibus ooo) testatur se singula accuratius perscripsisse, quod iis ipse interfuerit ac singula rectius perspecta habuerit. Interciderunt autem libri primores XXXIV. [praeter fragmenta, ab Vrsino et Valesio (vid. §. XI.) collecta,] cum priore parte libri XXXV. [quod tamen potius ad librum XXXVI. pertinet, notante Reimaro.] Desiderantur itidem libri triginta postremi ab LXI. vsque ad LXXX. exceptis, de quibus statim dicam, fragmentis et epitome. Et iam Xiphilini aetate ppp) desiderabatur maior pars eorum, quae de Antonino Pio et Marco Vero noster scripserat. Exstat hodie, pars posterior libri XXXV. quae incipit ab expeditione Luculli contra Mithridatem, Ponti, ac Tiridatem, Armeniae regem susceptam, anno V. C. 684. tum libri proximi integri vnus ac viginti, a XXXVI. ad LIV. Proximi quatuor admodum manci et ante Xiphilini aetatem iam contracti, a LV. qqq) ad LX. qui desinit in morte Caesaris Claudii anno V. C. 806.

VIII. Ex-

lll) Lib. 80. pag. 918. vbi Dio narrat, somnio sibi illam dimissionem deum significasse ex Iliad. λ'. vss. 163. 164.

mmm) Suidas in Δίων, ἔγραψε Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις π', διαιροῦνται δὲ κατὰ δεκάδας. Idem in ὡς ἐπίπαν. Δίων ὁ συγγραφεὺς ἐν Ῥωμαϊκῶν ιζ'. *Iornandi* cap. 2. de rebus Geticis, *Dio celeberrimus scriptor annalium.* Quamquam Iornandes videtur Dionem Chrysostomum, qui Getica scripsit cum Dione Cassio confudisse. [conf. *Reimar.* §. 16.]

nnn) *Photius* cod. LXXI.

ooo) *Dio* lib. LXXII. pag. 826.

ppp) *Xiphilinus* pag. 361. Ἰστέον ὅτι τὰ περὶ τοῦ Ἀντωνίνου τοῦ εὐσεβοῦς ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τοῦ Δίωνος οὐχ εὑρίσκεται, παθόντων τι ὡς εἰκὸς τῶν βιβλίων, ὥστε ἀγνοεῖσθαι τὴν κατ' αὐτὸν ἱστορίαν σχεδὸν σύμπασαν. Idem pag. 362. οὐ σώζεται δὲ οὐδὲ τοῦ μετὰ Ἀντωνῖνον ἄρξαντος Μάρκου Βήρου τὰ πρῶτα τῶν ἱστορουμένων, ὅσα περὶ τὸν Λούκιον, τὸν τοῦ Κομμόδου υἱόν, ὃν ὁ Μάρκος γαμβρὸν ἐποιήσατο, ἔπραξεν αὐτός, καὶ ὅσα οὗτος εἰς τὸν κατὰ Οὐολογαίσου πόλεμον ὑπὸ τοῦ πενθεροῦ πεμφθεὶς ἔδρασε. [Xiphilini tamen exemplar, si etiam is habuerit mutilum, nostris hodiernis fuit plenius. Libros praeter ea priores, saltem in nonnullis codd. Xiphilini, Zonarae atque adeo serioribus temporibus superfuisse, patet ex fragmentis in collectaneis Constantini Porphyrogen. et a Zonara seruatis ab interitu: quod Reimarus, contra Falconem disputans, pluribus ostendit docteque explanat: idem monet, Aelianum vidisse integram Dionis historiam, vid. *Reim.* pag. 1519. not. contra Falconem. *Harl.*] Addam his *Sam. Petiti* locum lib. II. obseru. cap. 3. pag. 185. „R. Dauid Gans, referens narrationem de matre, quae circa Antonini Pii tempora quinionem enixa est liberorum, laudat auctorem קאסיוס; is autem est, meo quidem iudicio, Dio Cassius, quem etiam in rebus Titi citat testem. Sed credat Iudaeus Apella, non ego: nam vides, pleraque ista paene ad verbum e Iulio Capitolino esse descripta. Adde, quod diu est, cum Dionis Cassii libri, in quibus Antonini Pii res gestae referebantur, desiderantur. Neque enim Xiphilinus, Constantinus Porphyrogeneta aut Zonaras eos habuerunt.“

qqq) Sub cuius libri initium est ingens lacuna annorum spatio ab A. V. C. 747. ad 757. quae non animaduersa Salianum decepit, notante Norisio: nec tamen X. omnino annorum esse lacunam, docet *Reimar.* §. 17. fin. *Harl.*

VIII. Exſtat etiam librorum a XXXV. vsque ad LXXX. epitome, ipſis fere Dionis verbis compoſita a IOANNE XIPHILINO, Trapezuntio, ſub imperatore, Michaele Duca, qui imperio ceſſit a. Chr. 1070. Hic *Xiphilinus*, non rrr) patriarcha CPolitanus a. Chr. 1075. 2. [¶] Auguſti vita functus sss), ſed Ioannis Xiphilini, patriarchae, fratris filius ttt), atque, ſi Mottanum Vayerum audimus, monachus CPolitanus fuit uuu), vt iam pridem ante Caueum Guil. Blanco, latino Xiphilini interpreti, fuit obſeruatum, nec librorum Dionis diſtinctiones ſeruauit, ſed ſingulis imperatoribus vvv) Τμήματα tribuit ſingula. Omiſit etiam plerumque, quod dolendum, notationem temporum per conſules, Dioni in libris, quos habemus integros, diligenter obſeruatam, nec dubitat, Dionem interdum reprehendere, cui iam obiicit, quod aduletur imperatores www), iam eum accuſat, quod, contra Polybii exemplum frequens nimis ſit in prodigiis commemorandis xxx), iam ſuper legione fulminatrice arguit mendacii yyy). Ex aliis itidem ſcriptoribus aliquando vel ſupplere, vel emendare conatur Dionem, vt ex Plutarchi parallelis zzz), Euſebio ac a) Quadrato.

IX. Praeter Xiphilinum *Zonaras* quoque in annalibus ſuis epitomen quamdam Dionis exhibere videtur; nam in imperatorum romanorum geſtis hunc vnice ſequitur, et nonnulla etiam Xiphilino omiſſa nos docet, vt iam a Voſſio b) ac Tillemontio c) obſeruatum. Non mediocriter vero ad Dionis exiſtimationem facit, quod hiſtoria romana a temporibus, quibus ille definit, ad Conſtantinum vsque longe eſt incertior perplexiorque d). *Nam Herodiani hiſtoria elegantiſſima quidem, ſed parum exacta eſt, praecipue in temporum notatione. Lampridius et reliqui, qui hiſtoriam Auguſtam ſub initium ſaeculi a Chriſto quarti compoſuere, vix digni ſunt nomine hiſtoricorum. Aurelius Victor et Eutropius nihil fere egerunt aliud, quam vt hos circa eiusdem ſaeculi extrema in compendium mitterent. Zoſimus denique, qui circa finem quinti ſcripſit, propter aetatem, qua vixit, indignior eſt fide, magisque* [¶] *propter errores, quibus vel malis ſe commentariis, vel bonis male vſum demonſtrat.* Dio contra diligenter tempora adnotauit et res ipſas cum iudicio digeſſit, ſed et accuratus eſt in deſcribendis comitiis e), conſtitutione magiſtratuum aliisque, ad ius publicum romanum

rrr) Ita Tillemontius, ne dicam de H. Stephano, G. Voſſio et aliis, quos reprehendit eo nomine Couſinus, gallicus Xiphilini interpres et *Guil. Caueus* hiſtor. litterar. ſcriptor. eccleſ. ad a. C. 1066. [vide, quos bene multos citat *Saxius* in Onom. II. pag. 188 ſq.]

sss) Ab a. 1066—1080. ſcribit Saxius l. cit. *Harl.*

ttt) *Xiphilinus* in Auguſto pag. 196. λέγω γὰρ τοῦτο οὐκέτι ὡς ὁ Δίων, ἀλλ' ὡς Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος ἀδελφόπαις ὢν Ἰωάννου τοῦ Πατριάρχου, ἐπὶ δὲ Μιχαὴλ Αὐτοκράτορος τοῦ Δούκα τὴν ἐπιτομὴν ταύτην τῶν βιβλίων τοῦ Δίωνος συντάττόμενος.

uuu) tom. I. Opp. pag. 324. edit. in fol.

vvv) Id. pag. 160.

www) Id. in Caeſare pag. 157 ſq.

xxx) Id. pag. 171. et pag. 186.

yyy) In M. Antonino pag. 366 ſq.

zzz) In Caeſare pag. 157.

a) In Antonino Pio pag. 361.

b) *Voſſius* hiſt. gr. lib. II. cap. 27.

c) *Tillemont.* tom. III. hiſt. imperator. p. 239. [adde *Reimar.* praef. ad tom. I. §. 13. p. XXI ſq.]

d) *Tillemont.* ibid. qui Dionem Herodiano iterum praefert pag. 602. nota 20. ad vitam L. Septimii Seueri et pag. 614. nota 2 et 4. in vitam Macrini. *Fabric.* Herodianum vero praefert noſtro, et multis conuitiis lacerat Dionem eiusque fidem valde imminuere, atque ambiguam reddere ſtuduit (*Schirach*) in: hiſtoriſchen Zweifeln und Beobachtungen part. I. Halae Sax. 1768. S. ab epiſtola IV. vsque ad XI. *Harl.*

e) Confer Mottanum Vayerum in iudicio de hiſtoricis tom. I. pag. 325 ſq.

num ſpectantibus, tum pompa imperatorum funebri et apotheoſi: arcanorum praeterea imperii induſtrius et gnarus obſeruator. In rebus tamen Traiani non magna fide dignum eſſe et maligno in Traiani memoriam auctore vſum, contendit *H. Dodwellus*, quem vide praelect. Cambdeniana IV. Citatur ὁ Δίων ἐν τοῖς περὶ Σευήρε a *Zonara* tom III. pag. 7. *Fabric.* — [et aliis locis. vid. *Reimar.* ad fragm. Dionis, tom. II. pag. 1527. fin. — Multorum tamen aequa et iniqua, ac dextra ſiniſtraque de noſtro iudicia collegerunt *Pope-Blount* in Cenſuris etc. pag. 194. *Hanckius* de romanar. rerum ſcriptoribus part. I. cap. 20. atque *Nicol. Carminius Falco* in prolegomenis ad Dionem ſuum cap. VI. et ego quaedam de eius fide, auctoritate ſtiloque congeſſi in Introduct. l. c. pag. 260 ſqq. Nemo tamen plenius, ſollertius adcuratiusque iudicauit, quam *Reimarus* in commentario etc. §. 19—23. vbi, adlatis quoque et interdum examinatis aliorum VV. DD. ſententiis, primum de ſtilo, virtutibus naeuisque hiſtoriae Dionis erudite aperteque diſputauit, tum Dionem in nonnullis defendit aut excuſauit: denique iudicia de Dione collegit. *Harl.*]

X. Excerpta e Dionis libris poſterioribus XIX. a *Theodoſio* quodam, qui ſe μικρὸν vocat, ſeruata et a Leunclauio graece ac latine cum Dione edita ſunt, et perinde, vt Zonaras, oſtendunt, Xiphilinum quaedam notatu digna ſicco pede praeteriiſſe, quod magis ex Peireſcianis, de quibus mox, excerptis et integris Dionis libris ſuperſtitibus patet. Quinam ſit iſte *Theodoſius*, incertum eſt, forte idem cum Theodoſio, Alexandrino, grammatico, cuius ſcholia inedita legi ad Dionyſium, Thracem. In Friderici quidem Sylburgii codice excerptorum MSS. nomen eius notatum fuit his verbis: Θεοδόσιος ὁ μικρὸς ὁ ἐρανίσας ταῦτα. *Fabric.* Sed Fabricius noſter Leunclauium ſecurius eſt ſequutus. Nulla enim eſt ex omnibus iſtis eclogis, quas, Theodoſio tribuens, Leunclauius diuerſas ſtatuit ab excerptis de legationibus, quin in continua Eclogarum de Legationibus ſerie apud Vrſinum eadem legatur, et longe plurimae in Bauarico pariter codice de legationibus inſunt: vt notauit *Schweighäuſerus* in praef. ad tom. II. Polybii pag. XXI. §. II. in quo toto a pag. XIV—XXVII. copioſe diſputat de codice *Bauarico* (in quo nomen collectoris Eclogarum nusquam memoratum vidit,) Excerptorum de legationibus, vel legatis, tum de codice et edit. Vrſini, de Theodoſianis eclogis, quas pag. XIX ſq. ſenſit ex vno eodemque codice et ex eadem Excerptorum collectione ductas eſſe, vnde depromtae erant lectiones atque emendationes ad Eclogas Vrſinianas: atque easdem ſimul cum reliquis arbitratur etiam complexum eſſe Vrſini codicem; quas quidem, iam antea in lucem emiſſas, praetermiſit Vrſinus in ſua editione. Sic in excerptis ex Dione Caſſio, quae in cod. Bauar. locum XIV. obtinent, complura ſunt in cod. Bauarico, (ante illud, quod eſt nr. XXXVIII. apud Vrſinum,) ex libris ſuperſtitibus deſumta, quae eamdem ob cauſſam praetermiſit Vrſinus. Plura vid. apud Schweighäuſ. de codd. Vrſini aliorumque late differentem. Sed de *Ioanne, CPolitano*, a quo Vrſinus, ſua excerpta, dicit, fuiſſe collecta, et de *Theodoſio Paruo*, cui codd. Schotti, Sylburgianus et Thuaneus illam tribuunt collectionem, res plane incerta eſt. Ioannes quidem iſte non eſt Ioannes, Antiochenus, ſiue Io. Malelas, (quod putabat *Reineſius* epiſt. LXVI. ad Rupertum pag. 584 ſq. ſed iam refellit Rupertus pag. 599.) quippe quum Io. Antiochenus et Io. Malelas diſerte in iis excerptis diſtinguantur. vid. *Reimar.* in comment. pag. 1543. et in praef. ad tom. I. §. 8. pag. 14. Forſan ex antiquiore codice aliud exemplar deſcripſerat *Ioannes* quidam *Conſtant.* aliud, vnde alia fluxerant, *Theodoſius* iſte *Paruus* et ſuum cui-

que

que nomen praefixerat. Iſti igitur homines librarii, non collectores eclogarum fuerant; homines alioquin ignobiles. Hinc intelligi poteſt cauſſa, cur antiquiori codici Bauarico nullius nomen ſit adſcriptum. *Harl.*]

XI. Alia excerpta e prioribus libris XXXIV. iuſſu Conſtantini, Porphyrogeniti, confecta, graece cum notis edidit *Fuluius Vrſinus* inter excerpta de legationibus, Antwerp. 1582. 4. graece et latine cum verſione ſua Dioni ſubiecit *Io. Leunclauius* pag. 919 — 932. [et in verſione ſua, latine tantum edita, Francof. 1592. 8. pag. 931 — 995.] Altera excerpta quamplurima ex prioribus et poſterioribus petita libris et eiusdem Conſtantini auſpiciis ſelecta cum verſione et notis ſuis edidit *Henr. Valeſius* in excerptis Peireſcianis de virtutibus et vitiis Pariſ. 1634. 4. pag. 569 — 769. His doctiſſimus editor pag. 770. varia fragmenta Dionis e gloſſario veteri nomico, Suida, Zonara, Cedreno, Tzetza in Lycophronem et Tzetzae chiliadibus a ſe collecta graece ſubiungit. Nonnulla excerptorum a Valeſio editorum loca illuſtrat *Iacobus Palmerius* in exercitationibus ad optimos auctores graecos. *Fabric.* De vtraque collectione et Vrſini et Valeſii, vid. *Schweighäuſer* ad Polybium praef. tom. I. pag. IX. et XII. et XVIII ſq. atque tom. II. pag. XVI ſqq. ac pag. XXVII ſqq. nec non *Reimar.* praef. ad Caſſium Dion. vol. I. pag. XIV ſq. §. 8 et 9. atque vol. II. in commentario p. 1543. Idem *Reimar.* Vrſini excerpta priorum 34 Dionis librorum in ſua editione dedit vol. I. pag. 58 — 75. cum Vrſini adnotationibus; reliquorum ſuis inſeruit locis. Peireſciana autem excerpta, quae ad libros priores 34 pertinent, reddidit vol. I. pag. 1 — 57. ſubiectis vbique Valeſii adnotatt. quae autem ad libros poſteriores ſpectant, ſuis quaeque locis inſeruit. — In *Iac. Gronouii* ſupplementis lacunarum in Aenea Tactico, *Dione Caſſio* et Arriano de expeditione Alexandri, Lugd. Bat. 1675. 8. plurimi Dionis hiatus feliciter expleti leguntur pag. 41 — 159. plerique ex cod. mediceo membranaceo, ad libri L. Dionis initium pertinentes: Pauca quaedam addita ſunt ex altero cod. medic. chartaceo.

Noua extremorum III. librorum ſupplementa reperiſſe ſibi viſus eſt *Nicolaus Carminius Falco*, preſpyter quondam et I. V. ac theologiae doctor, et metropolita eccleſiae S. Seuerinae in Brutiis vlterioribus. Is enim, reſumto Vrſini codice, in Vaticanam bibliothecam delato, cum cetera rurſus edidit, tum dimidiatos cultro verſus, ſenſum vel ſuſpenſum vel nullum relinquentes, quos omnino praeterierat Vrſinus, partim explicuit, partim certe laceratos exhibuit, ſub titulo:

Κασσιȣ — *Caſſii Dionis* romanae hiſtoriae vltimi libri tres, reperti reſtitutique ſtudio ac labore *Nic. Carm. Falconii.* — Romae 1724. 4. cum adnotatt. At enim nihil reſtitutum hic exhibetur, quod non vel Vrſinus iam vulgaſſet, vel apud Xiphilinum aut in excerptis Peireſcianis, vel in eclogis legationum productum in lucem legiſſemus. Reliqua ſunt adhuc ſcopae diſſolutae, vt ait *Reimar.* in praef. ad vol. I. §. 9. qui tamen laudandam eſſe cenſet Falconis diligentiam, quatenus eorum, quae iam habebamus, lectiones ex Vaticano iſto codice ſeu confirmaſſet, ſeu emendaſſet, idemque oſtendiſſet, qui et quanti hiatus inter ſingula intercedant. — conf. Act. erudit. 1726. pag. 435. — Idem *Falco* poſt longum temporis ſpatium edidit Dionem quaſi reſtitutum et tamquam nouum inuentum cum doctis quidem prolegomenis; at iniuſtus in Dionem, quem furem litterarium, qui integros Plutarchi libros exſcripſiſſet, atro calculo notauit. Inſcriptio operis, cuius prior tantum tomus prodiit, haec eſt:

Κυιν. Κασσίς — *Cassii Dionis Cocceiani* romanae historiae tomus primus, continens priores libros XXI. ab V. C. vsque ad a. V. C. DCX. post euersam Carthaginem et Corinthum. Nunc primum detectos, restitutos concinnatosque, et noua fere versione et perpetuis suis variorumque notis auctos studio et labore *Nic. Carm. Falconii.* — Neapoli 1747. fol. Enimvero, quae pro Dione venditantur, ex Plutarcho et Zonara verbotenus exscripta esse, docet *Reimarus* in praef. ad vol. I. §. 12—14. qui Quirini, patris purpurati et Scipionis Maffei epistolas, in quibus Falconii temeritas castigatur, vol. II. adiecit. Idem a. 1746. in epistola ad Quirinum nonnullas ad Falconis editionem animaduersiones iam scripserat: adde Reimar. vol. II. p. 1542 sq. et Beyträge zur Historie der Gelahrheit, part. III. Hamburg. 1749. p. 63. *Freytag.* in adparatu litter. tom. II. pag. 1318 sqq. et quos laudaui in Introd. in hist. L. Gr. l. c. pag. 258 sq. *Harl.*

XII. Scripserat itidem Dio noster 1) librum *de somniis et prodigiis, quae Septimio Severo imperium portenderunt*, de quo vide, quae supra §. 2. 2) De rebus Commodi imp. librum, cuius ibidem mentio facta est. 3) Librum *de rebus Traiani imperat.* τὰ κατὰ Τραϊανόν· cuius meminit Suidas. [¶] Sed haec tria opuscula non dubito ab auctore postea inserta fuisse maiori operi historiae Romanae [f]). Notat praeterea Suidas, Dionem nostrum scripsisse 4) *Persica* [g]), 5) Ἐνόδια siue, quae in itinere sibi contigerunt; (H. Wolfius legit διοδικὰ itineraria,) et 6) *Getica:* sed in Geticis lapsus memoria fuit Suidas: nam Dioni, Prusaeo, Getica tribuit *Philostratus* lib. I. de sophist. pag. 491. [pag. 487. edit. Olearii, cuius not. conferes,] ὡς δὲ καὶ ἱστορίαν ἱκανὸς ἦν συγγράφειν, δηλοῖ τὰ [h]) Γετικά. Quibus verbis Βορυσθενικὸν λόγον respici, putat Casaubonus, diatrib. I. in Dion. Chrysostomum, qui inter Dionis Chrysostomi orationes est XXXVI. Sed aliud opus fuisse, innuit *Iornandes* lib. de rebus Geticis cap. 5. *vt refert Dio, qui historias eorum* (Gothorum) *annales graeco stilo composuit,* et cap. 9. *Dio, historicus et antiquitatum diligentissimus inquisitor, qui operi suo Getica titulum dedit, regem Getis post tempora multa commemorat, nomine Telephum.* [vid. supra §. IV et VII. not. *mmm.*]

Denique Suidas inter scripta nostri refert vitam *philosophi Arriani*, quam exstare cum primis optem, licet Senecae, Bruti, Ciceronis [i]) parum aequum se praestet Dio censorem in scriptis, quae habemus: vnde vapulat Francisco Pithoeo in Pithoeanis, Iusto Lipsio [k]) aliisque.

XIII. *Codi-*

f) Enimuero libri de somniis nihil fere superest, et duobus tantum locis pag. 828. D. et 840. C. §. 16. (vbi vid. *Reimar.* et in commentar. p. 1538.) obiter tantum et paucis Seueri tangit prodigia. Si librum de rebus Traiani scripsit: praecipua eius pars in continenti illius historia hodie legi, credibile videtur Reimaro. *Harl.*

g) At enim *Falco* prolegom. cap. II. §. 23. et *Reimar.* comm. §. 1. et §. 15. (vbi scripta, Dioni tributa, enumerat,) a Suida censent, confusum esse Dionem cum *Dinone*, cuius Persica a multis veterum laudantur. — Idem *Reimar.* l. c. Ἐνόδια, suspicatur, Dioni Chrysostomo, quem per varias gentes peregrinatum esse constet, rectius competere. Enimuero noster quoque Dio fecit itinera et in praefectura sua varias vidit gentes terrasque. *Harl.*

h) Anton. Bonfinius decad. I. rer. Hungaricar. lib. II. pag. 23. *Dion, qui Getica scripsit, multo post tempore Gothos Telephum, Herculis filium, quem ex Auge, sorore Priami, tulerat, non modo Geticae, sed Mysiae quoque Europicae regem habuisse tradit.*

i) *Klotzius*, admodum iuuenis, scripsit diss. pro M. T. Cicerone aduersus Dionem Cassium et Plutarchum. Goerlitzii. 1758. 4. *Harl.*

k) Vid. *Martin. Hanckium* de Rom. rerum scriptoribus lib. I. pag. 126 sq.

XIII. *Codices MSSti et editiones Dionis Cassii.*

[De codicibus, qui admodum pauci ſuperſunt, atque editionibus verſionibusque quoniam *Reimarus* et in praefat. ad I. vol. et in commentario de vita Dionis, vol. II. p. 1542 ſq. iam intelligenter copioſeque diſſeruit: mihi eo breuiori eſſe licebit in illis enumerandis atque recenſendis.

In bibl. *Pariſina* publica teſte catal. II. pag. 389. cod. MDCLXXXIX. mendoſus, nec ſatis caſtigatus, ſub finem ſaeculi XV. ſcriptus, quo vnico vſus eſt Stephanus in excudendis Dionis Caſſii libris et ex quo reliquae editt. (exceptis eclogis Vrſini ac Valeſii atque in cod. Bauarico repertis, de quibus ſupra iam egimus,) fluxerunt vsque ad Reimarum. — In cod. MDCXC. ſaec. XVI. chartaceo, olim Mediceo, continentur libri XVIII. a triceſimo ſexto ad quinquageſimum quartum. Initium XXXVI. et finis LIV. deſiderantur: eaedemque prorſus lacunae, quae in edit. Stephani reſtant. — cod. MDCXCI. a. 1548. a Chriſtoph. Auuero exaratus, complectitur *Io. Xiphilini* epitomen: denique cod. MDCXCII. ſaec. XVI. Pompeii, Iulii Caeſaris, Auguſti et Tiberii res geſtas: Tiberii tamen dimidia fere pars deſideratur. — In cod. MCCCX. nr. 17. ſunt excerpta e Dionis hiſt. rom. ſiue potius *Xiphilini* epitome.

In cod. *Coislin.* CCCLXXI. (Montfaucon catal. pag. 375.) in S. Maximi opp. Dionis loca citantur: ſed num noſtri, an Chryſoſtomi, neſcio: clarius in lexico quodam ſ. cod. CCCXLV. pag. 471. catal.

Neapoli in bibl. S. Ioan. de Carbonario Auguſtinianorum, Dionis Caſſii cod. recens bombycinus, teſte *Montfaucon* in Diario italico, pag. 310. — In bibl. regia cod. chartac. ſaec. XV. *Xiphilini* epitome.

Romae in bibl. Vatic. cod. antiq. CXLIV. membran. praeſtans, vsque ad libri LIV. fin. — cod. DCCCCXCIII. chart. ad libri LX. fin. porrigens. Ex vtroque Reimarus beneficio Quirini primus protulit varias lectt. vid. eius praefat. ad vol. I. §. 15. et vol. II. pag. 1545 ſqq.

In bibl. *Veneta* D. Marci, (catal. pag. 195 ſq.) cod. CCCXCV. ſaec. circiter XI. a libro XLIV. initio mutilo ad LVIII. incluſiue. Atque ex lib. XLV. variarum lectionum profertur ſpecimen. — cod. CCCXCVI. ſaec. XV. continet libros, quotquot exſtant in editis.

Florentiae in bibl. Medicea, (*Bandini* catal. tom. II. p. 668 ſqq.) plut. LXX. cod. VIII. membran. ſaec. XI. hiſtor. a fragmento libri XXXVI. vsque ad L. non expletum; et cod. X. membranac. ſaec. XV. hiſtor. a libro XLII. ad LX. incluſ. libri autem LVII et LVIII. nec non libri LIX et LX. ſunt coniuncti, adeoque perpetui. Quare errauit Montfaucon, qui in ſuo catalogo pag. 377. coll. II. litt. D. ſcripſit, illum codicem deſinere in libro LVIII. — In eodem cod. eſt fragmentum vnius circiter paginae cum dimidia ex libro XXXVIII. — In cod. XLV. plut. LVII. nr. 28. in vltimo folio legitur breuiſſimum ex Dione, (noſtro ne, an alio?) excerptum de Nili adſcenſu tempore aeſtiuo. — In tom. I. pag. 254. cod. XVI. in florilegio quodam, et cod. XXVI. in Arſenii violar. pag. 549. citantur Dionis loca.

Taurini in bibl. regia, (catal. pag. 170 ſq.) libri, adhuc in editt. ſuperſtites, initio facto a libro XXXVII. in cod. LXXVI. chartac. ſaec. XVI.

In biblioth. *Eſcurial. Xiphilini* epitome a Pompeio vsque ad Alex. Mammaeae filium, de capite autem XXXVII. vsque ad LVIII. hiatus eſt: teſte *Clark.* in: Briefen von

dem — Zustande — Spaniens etc. e versione I. T. Koehleri germanica, Lemgo 1765. 8. pag. 400.

Antea, quam typis graecе excuderetur, historia Dionis, *italica* versio, a *Nic. Leoniceno* facta, lucem vidit Venetiis, 1526. 8. tum secundum Falconem et alios, a. 1532. 4. secundum Paiton. in Bibliot. degli — volgarizzati etc. (tom. I. p. 300 sq.) a. 1553. scilicet a. 1532. prelo subiecta, et m. Mart. a. 1533. absoluta editio exiit prelo: rec. ibid. 1542 et 1548. 8. *Harl.*]

Graeca. Paris. 1548. fol. per *Robertum Stephanum*, vnico eoque mendoso [l]), vt queritur, codice vsum, cum castigationibus ipsius et *H. Stephani* filii. In hac nitida editione non desunt liber LIX et LX. sed tantummodo ex libris LVII et LVIII. vnus factus est, quinquagesimus septimus, et ex LIX ac LX. itidem vnus, quinquagesimus octauus, vt [est in cod. Florent. et] obseruatum Xylandro, qui hos quatuor libros admodum vtiles ad nos peruenisse notauit. [Praefat. et castigatt. Rob. Steph. recudi fecit Reimar. vol. II. pag. 1375 sqq.]

Latinae. Cornelius Beughem in incunabulis typographicis pag. 53. memorat Dionis historiae Romanae libros XLVI. latine factos per *Franciscum Piccolomineum* — — 1489. 4. Piccolominei huius mentio in Politiani epistolis, sed versio ista mihi nunquam visa est, pro XLVI. autem puto legendum XXVI. [m]) *Antonius Teisserius* in elogiis Thuaneis tom. I. pag. 203. inter scripta edita *Arnoldi Peraxyli* primo loco memorat Dionis Cocceii Romanae historiae libros XXII. Sed eam versionem Gesnerus in bibl. pag. 92. b. a Peraxylo exspectare iubet; vtrum vnquam [P] edita sit, merito dubitat Baylius in lexico, vbi de Peraxylo agit. [*Bonifacius Bembus*, sub fin. saeculi XV. edidit *Romae* s. a. (probabiliter 1493. primo enim folio legitur epistola auctoris ad lectorem, data Romae die VII. Aug. 1493.) *Vitam Neruae et Traiani, ex Dionis reliquiis,* fol. 8. plagulis. vid. *Iac. Gronou.* in epist. claror. Belgar. ad Magliabechium tom. II. *Mazzuchelli* scrittori d'Italia, vol. II. part. II. pag. 728. cl. *Fossium* in catal. codd. editt. saec. XV. — bibl. Magliabech. vol. I. pag. 282. et *Audiffredi* specim. rom. editt. saec. XV. pag. 325.

Io. Aurispa, Netinus, Siculus, vertit Consolatoriam Philisci ad Ciceronem, ed. Paris. 1510. 8. cum Probo de interpretandis Romanorum litteris aliisque opusculis. vid. *Fabric.* ad Dion. vol. I. pag. 172. §. 122. et *Mongitor.* Bibl. Sicul. tom. I. pag. 323. — *Coelius Secundus Curio* in selectis epistolis etc. Basil. per Io. Oporin. 1553. 8. pag. 135 — 182. vertit Agrippae contra Monarchiam et Maecenatis pro monarchia aduersarias orationes ex *Dionis* libro LII. et in *Dionis* IV. orationes ac Philippicas Ciceronis scripsit commentarios. Basil. 1551. fol. — Oratt. Cic. Phil. vna cum IV. orationibus ex Dione, quas Curio vertit in latinum et explicuit, recusae sunt Basil. 1564. fol. vid. Athenas Rauricas etc. Basil. 1778. 8. pag. 292. fin. *Harl.*]

1) E *Guil. Xylandri* versione cum eius [n]) notis libri XXVI. Dionis prodiere Basil. apud Io. Oporinum 1558. fol. [o]) et Lugd. 1559. 8.

2) E

l) De hoc codice MS. Dionis qui exstat in bibliotheca regis christianissimi, vide *Antonii Pagi* criticam annalium Baronii ad a. C. 1. nr. 1. *Fabric.* — De ipsa Rob. Stephani edit. copiose differit *Freytag.* in Adpar. litter. tom. II. p. 1310 sqq.

m) Beughem. confudit *Piccolom.* versionem *Dionis Chrysostomi* orat. de regno latinam, Bononiae 1493. 4. *Harl.*

n) Vignolius Maruillius tom. I. misc. pag. 191. *Xylander savant Grec vendoit pour un peu de soupe ses notes sur Dion Cassius.*

o) In exemplo Reimari nulla anni nota additur:

2) E verſione eiusdem *Xylandri a Io. Leunclauio* emendata Francof. ad Moen. 1592. 8. apud A. Wecheli heredes. *Fabric.* — Leunclauii notas dedit recuſas *Reimar.* II. pag. 1453. vol. I. §. 6 et 10. vide de Leuncl. edit. *Harl.*

Georgius quoque *Merula* hiſtoriam de conflagratione Veſuuii montis e Dione tranſtulit, vt notauit Gesnerus: [vid. ad §. ſeq.] et Dionis Traianum *Franciſcus* Philelphus latine vertit. Vide Voſſium de hiſt. latinis pag. 602. *Fabric.* — *Alb. Frid. Melmannus*, vertit ex Dione duas Auguſti, imp. orationes, ad maritos alteram, alteram ad coelibes: ad calcem poemat. Berol. 1591. 4. — *Io. Pinus*, Toloſanus epiſcopus, dicitur decem Dionis libros a duumviratu Auguſti ad mortem Neronis vertiſſe, apud Petr. Alcyon. praef. ad libros IV. Meteorol. Ariſtotel. a ſe verſos, Venet. 1521. *Harl.*

Graecolatinae, 1) cum *Xylandri* verſione, addito Xiphilino cum translatione Blanci, Geneu. 1592. [p]) fol. apud *Henr. Stephanum*, cum eius caſtigationibus. *Fabric.* [Praeter Reimar. l. c. conf. *Freytag.* adpar. litt. II. pag. 1314 ſqq. *Harl.*]

2) Cum Xylandri verſione a *Io. Leunclauio* emendata, et *Xiphilini* epitome (ſed omiſſis reliquis, eorum tantum librorum Dionis, qui interciderunt) cum Blanci translatione caſtigata per eumdem Leunclauium, tum excerptis *Theodoſii exigui*, et excerptis de legationibus cum Leunclauii verſione, notisque ac caſtigationibus in Dionem quidem Rob. Stephani ac Xylandri: in Xiphilinum eiusdem Xylandri, H. Stephani et Frid. Sylburgii, in vtrumque Io. Leunclauii, in eclogas legationum Fuluii Vrſini. Praemiſit Leunclauius etiam chronologiam conſulumque notationem libris ſingulis ex Onufrio. Confer H. Noriſii epiſtolam conſularem. Prodiit haec eximia ſcriptoris egregii editio Hanouiae typis Wechel. 1606. fol. [*Reimar.* I. §. 6 et 10. nr. III et V.]

Noua ἔκδοσις, quam pararant *Huguetani* in Belgio (vid. Act. erudit. 1701. pag. 430.) in herba ipſa periit. [¶] *Fabric.* — De *Falconis* ſtudio et edit. iam ſupra egi. *Fabricius* noſter animum quoque adpulerat ad nouam editionem curandam, atque *Scipio Maffeius*, Marchio, qui in Iſtoria diplomatica Mantuae 1727. 4. pag. 18. nouam editionem nouamque interpretationem ſe, ſcripſerat, cogitaſſe in lucem proferre, conſilio Fabricii cognito, ſuum ſponte abiecit. Adde *Maffei* epiſtolam primam italicam ad Hieron. Lagomarſinum, Veronae 1748. 4. a *Reimaro* vol. II. edit. pag. 1549. repetitam, theſaur. epiſtol. La Crozian. tom. II. pag. 184. pag. 222. vbi Wolfius ad Iablonskium ſcribit, Fabricium curas ſuas in Dionem Caſſium, ſi Xiphilinum excipias, penitus abſoluiſſe, it. pag. 224. Tum pag. 232. a. 1729. ſcribit, Wettſtenios ſub initium anni proximi Dionem Fabricii curis recognitum operis eſſe tradituros; an. autem 1736. prodit, ob moras et cunctationes Wetſtenii, librarii ſuperciliosi,

Fabricium

tur: niſi vt praefatio data ſit *Baſileae* Cal. Nou. vnde hoc aut ſequenti anno prodierit. Additum eſt *Xiphilini* e Dione compendium, ex interpretatione Guil. Blanci Albienſis, a Xylandro emendata: cum Xylandri annotatt. in Dionem Xiphilinumque, (quas Reimar. reddidit tom. II. p. 1384.) Iidem tamen Dionis ac Xiphilini libri, qui in titulo libri graece quoque ſeorſum editi et emendati dicuntur, non editi videntur, conſilio quacumque de cauſſa interuerſo. vid. Reimar. de hac et ſequenti edit. vol. I. §. 4. vol. II p. 542. *Harl.*

p) Hoc anno 1592. ſignatum quoque eſt meum exemplar. At in catal. Bunau. I. pag. 163 ab Freytag. l. c. et Reimaro I. §. 5. et II. p. 1542. anni 1591. nota inſignitur haec editio.

Fabricium propoſito deſtitiſſe. Fabricius ipſe reliquerat tantum notas a libro XXXV. vsque ad finem libri LX. iam a. 1726. d. 7. Sept. abſolutas. conf. *Reimari* vitam Fabricii p. 203 ſq. (vbi praeterea pag. 215. et pag. 273. ab Albertio et Hemſterhuſio in epiſt. ad Fabric. duo Caſſii loca emendantur,) et praef. ad Dionem I. §. 21. pag. XXVIII.

Poſt Fabricii obitum eius gener, *Hermann Samuel Reimarus*, Prof. Gymnaſii Hamburg. curam Dionis Fabriciani ſuſcepit, et in epiſtola ad Angelum Mariam Quirinum, patrem purpuratum, Hamburgi 1746. 4. ſuum aperuit Dionis edendi conſilium, idemque ad Nic. Carminii Falconis editionem trium vltimorum Dionis locorum, ex antiquiſſimo codice reſtitutorum, animaduerſiones nonnullas adiecit. *Quirinus* in Epiſtola ad Reimarum, Brixiae 1746. 4. edita, recenſet quasdam illius emendationes et Falconem ad ſuos in Dionem labores tandem euulgandos incitat. Poſt longum temporis ſpatium, Reimarus, omnibus ingenii atque eruditionis praeſidiis et librorum aliorumque ſubſidiorum adparatu inſtructus, rem perfecit atque eam parauit editionem, quae ſuperiores multis modis ſuperaret, et aliis, in hoc litterarum genere verſantibus, eſſet exemplum. Praeter V. enim L. codd. adhibuit exemplum R. Stephani, quod Turnebi olim fuit et cui adſcriptae ſunt duorum aut trium V. D. notae. Tum collegit in ſuamque rem conuertit, quae Obadias Oddey, Anglus, edit. H. Stephani manu adleuerat, et quae Palmer. L. Bos, Hemſterhuſius, Weſſelingius aliique tam antiquiores quam recentiores critici paſſim notarant ad meliorem Dionis intelligentiam aut emendationem. Ex Vrſini et Valeſii eclogis ea, quae ad Dionem ſpectarent, delegit et repoſuit. Dionis denique fragmenta diligenter congeſſit et explicuit. Notas Fabricii, interſperſis ſuis, et nonnullis Xylandri ac Leunclauii adnotationibus, retinuit, verſionem emendauit; libros autem poſteriores ex Xiphilino doctis illuſtrauit animaduerſionibus et ſuis inſeruit locis, quae Valeſius, Vrſinus ceterique huc pertinentia reliquerunt. Ad *Xiphilinum* autem reſtituendum non modo ſuperiores conſuluit editiones, ſed etiam contulit cod. *Breslauienſem*, chartaceum quidem et recentiorem; ſed cum melioribus *Palatino*, quo vſus eſt Sylburgius, atque *Coisliniano*, cuius varr. lectiones *Montfaucon* in biblioth. Coislin. pag. 430 ſqq. adtulit, valde conſpirat. De quibus omnibus diligenter disputauit in praef. ad vol. I. ſplendidae et egregiae ſuae editionis, cuius haec eſt inſcriptio:

Των Διωνος — ἱϛοριων τα σωζομενα. *Caſſii Dionis Cocceiani hiſtoriae romanae quae ſuperſunt, volumen I. quod complectitur fragmenta librorum, cum adnotationibus maxime Henr. Valeſii; libros XXXVI—LIV. integros, cum annotatt. I. A. Fabricii ac paucis aliorum. Graeca ex codd. msstis et fragmentis ſuppleuit, emendauit, latinam verſionem Xylandro-Leunclauianam limauit; varias lectiones, notas doctorum et ſuas cum apparatu et indicibus adiecit Herm. Sam. Reimarus.* Hamburgi ſumtibus Chriſtiani Heroldi. 1750. fol. — — *Vol. II. quod complectitur libr. Dionis LV—LX. paſſim mutilos et breuiatos, cum annotatt. I. A. Fabricii et nonnullis aliorum; libros item Dionis LXI—LXXX. ex compendio Io. Xiphilini. Cum annotatt. H. S. Reimari, qui et [illegible]uis fragmenta reperta ſuis locis inſeruit, varias lectiones et annott. ſubiecit, verſionem caſtigauit; apparatum annotatt. et emendatt. cum indice graeco et latino adiunxit.* Ibid. 1752. Textum graecum excipiunt in tomo II. vtriusque Stephani, Xylandri, Sylburgii, Leunclauii Vrſinique praefatt. et adnott. ad Dionem aut Xiphilinum: *Palmerii* exercitt. ad Dionem, (ex eius exercitatt. in optimos fere auctores gr. pag. 242 ſqq.) *Lamb. Boſii* notae (ex eius animaduerſſ. ad ſcriptores quosdam

graecos,

graecos, cap. VI. pag. 26.) *Wesselingii* paucae; vberiores *Reiskii* [q]) animaduerss. tum praeter alia Reimari comm. de vita et scriptis Dionis. Conf. *Freytag.* l. c. pag. 1316 sqq. noua Acta erudit. a. 1746. pag. 321 sqq. et Relationes de libris nouis, Gottingae, tom. I. fasc. III. pag. 32 sqq. et fasc. IV. pag. 437 sqq. Cl. *Krohn* habet exemplum, cui additae sunt copiosae Reimari curae posteriores mstae.

Versiones Dionis ac Xiphilini *italicae*, praeter memoratam *Leoniceni* sunt *Franc. Baldelli*, Venet. 1562. 1567. 1584. 1585. 4. et saepius, de quibus editt. multus est *Paitoni* l. c. pag. 301 sqq. et *Pinelli* catal. tom. IV. pag. 143. — ac *Viuiani*, quae prodire coepit 1790. 4. — *Gallice* verterunt Dion. Cassium *Claud. Roserius* ex italico Nic. Leoniceni: Paris. 1542. fol. et orationes XI. *Francisc. Belleforestus*, cum multis aliis graecorum latinorumque oratt. gallice versis. Paris. 1572. fol. recus. 1588. fol. — *Germanice*, partem quandam, scil. libros XXXVI—XLIV. historiam Iulii Caesaris continentes cum permultis adnotatt. *Abrah. Iac. Penzel*, (qui, ni fallor, nouam parare dicitur editionem graecolat.) Lipsiae 1786. mai. 8. vol. I. siue, vt alter titulus habet, vol. II. sect. I. et melius, *Io. Augustin. Wagner*, Conrect. Gymnasii Martisburgensis, Francof. ad Moenum 1784—1786. IV. voll. 8. — Ineditam *Andreae Iuliani* versionem latinam ex aliis memorat *Villoison* in Anecd. gr. vol. II. pag. 226. not.

Praeter laudatos V. D. illustrarunt aut exposuerunt Dionis quaedam loca *I. H. Boeclerus*, de Maecenatis consultatione in singulari diatriba, inter eius diss. iunctim editas, Argentor. 1710. 4. tom. II. p. 710—756. — *I. Seobald. Fabricius*, Prof. Heidelberg. in libro: *C. Iul. Caesar nomismaticus*, s. diss. histor. *Dionis Cassii — selectiora commata*, C. I. Caesaris ortum, dignitates — complexa, nomismatum demonstratione illustrans. Londini 1678. 8. de quo libro, qui ad Dionem nihil adfert illustrationis, vid. *Reimar.* comm. pag. 1544. — *Philib. Bernard Moreau de Mautour* Correction de deux Passages de *Dion* lib. 59. et d'un passage de Sueton, à l'occasion d'une Medaille de Caligule, in Mem. de Trevoux, pag. 2121. m. Nou. 1728. et pag. 557. m. Mart. 1729. — *Toupius* in tom. I et II. Emendatt. in Suidam et Hesychium passim emendat illustratue loca Dionis Cassii. — *Bouhier* in Histor. acad. Paris. Inscr. tom. IV. pag. 315 sq. (version. germ.) de loco quodam lib. 53. pag. 508. num vnus tantum, si plures simul fuerunt imperatores, munere Pontificis sit functus. Cum Bouhierio facit *Elsner* in schediasmate critico pag. 160 sq. secus autem sentit *de Bimard de la Bastie* Hist. acad. Paris. Inscr. tom. XVIII. p. 571. (vid. *Reimar.* ad Dion. locum p. 712. §. 119.) Ibid. tom. V. p. 302 sqq. *de la Bastie* monet, Dionem lib. LI. p. 457. errasse, narrantem, Alexandrinos vi senatus consulti inchoasse aeram suam a die, quo Augustus Alexandria sit potitus: sed vid. *Reimar.* ad tom. I. p. 650. §. 139. — adde *Meuselii* bibl. hist. vol. I. part. I. p. 319 sqq.

XIV. *Editiones Xiphilini.*

Princeps [r]) editio est Roberti Stephani: Ἐκ τῶν Δίωνος —. *Dionis Nicaei rerum romanarum a Pompeio Magno ad Alexandrum Mamaeae, epitome authore Ioanne Xiphilino;* ex

q) Hic postea retractauit omnia, tertiis curis percensuit et Dionem cum fragmentis et Xiphilinum, notasque scripsit vberiores in vol. I. Animaduersionum ad gr. auctores, Lipsiae 1757. 8.

r) *Fabric.* in B. Gr. vol. XIII. in recens. editt. Stephan. pag. 620. tradit, ex offic. Rob. Stephani 1544. 8. prodiisse Historiae rom. scriptores graecos sex, *Xiphilinum* et Herodianum, *graece* et lat. et sex lat. scriptores hist. Aug. etc. De *graeco Xiphilino* dubito, nec Reimar. eius edition. gr. meminit.

ex *bibliotheca regia.* Lutetiae, ex officina Roberti Stephani —, regiis typis. 1551. 4. graece. ſine vlla praefatione. Ad calcem haerent variae lectiones, quae maxime reſpicere videntur Blanci verſionem. Nam eodem fere tempore *Guil. Blancus*, quum in Ge. Armeniaci cardinalis, Romae verſantis, domum receptus, Xiphilini codicem vidiſſet, eum interpretari coepit, et abſoluit 1550. anno autem ſequenti verſionem Lutetiae, ſine dubio ex officina Rob. Stephani, cuius quidem oliuam in fronte gerit, in lucem emiſit: *Dionis — epitome, Io. Xiphilino authore, et Guil. Blanco, Albienſi, interprete.* Lutetiae 1551. 4. conf. *Maittaire* A. T. III. pag. 602. not. Leunclauius (ad pag. 917. fin.) animaduertiſſe ſibi viſus eſt, Blancum ſuis in libris quaedam integriora reperiſſe, quam ea ſint, quae in noſtris leguntur. Blanci verſionem deinde recognouit Xylander in ſuo Xiphilino, latino Dioni ſubiuncto, Baſil. 1558. et Lugduni 1559. 8. cum quibusdam in Xiphilinum adnotationibus.

Dionis Caſſii, Nicaei Nerua Cocceius, *Traianus Nerua*, *Hadrianus* et conflagratio Veſeui montis ex Dione, *Georgio Merula*, Alexandrino, interprete: inter ſcriptores hiſtoriae Auguſtae latinos, *Venetiis,* in aedibus Aldi, 1516. 1519. 8. *Florent.* per her. Ph Iuntae 1519. 8. *Colon.* in aedib. Eucharii Ceruicorni 1527. fol. apud *Rob. Stephan.* 1544. 8. III. voll. etc. teſte *Reimar.* comment. l. c. *Denis* Memor. bibl. Garell. pag. 533 ſq. Haec *latina* Steph. editio eſſe videtur, cui, vti in nota paullo ante animaduerti, Fabric. graecum textum eſſe additum ſcripſerat.

Graecum Xiphil. textum cum *Blanci* verſione, ſeparatim excuſa, ex Roberti Stephani officina, 1552. 4. prodiiſſe, fides ſit penes Fabricium et Falconem. — De editt. Xylandri ac Leunclauii cum Dione iam ſupra egimus. — *Xiphil.* gr. et lat. cum Blanci interpret. a Xylandro recognita, et H. Stephani notis. Exc. H. Stephanus. (Geneuae) 1592. fol. Quam editionem curatius deſcripſit *Freytag* in adparatu litter. II. pag. 1321 ſqq. — Eſt quoque gr. et lat. in vol. II. ſcriptor. hiſtor. Aug. apud H. Stephan. 1568. 8. [s]) et inter ſcriptores hiſt. rom. minores edit. *Sylburgii,* graece, cum verſione latina Blanci emendata. *Francof.* 1590. fol. tom. III. pag. 134 ſqq. cum notis Sylburgii, qui vſus eſt cod. Palat. nec non variis lectionibus ex cod. Ge. Merulae ab Andr. Schotto miſſis, adnotatt. Guil. Xylandri, Ioach. Camerarii, Dauid. Hoeſchelii et Hier. Wolfii mstis, et aliis, quas apud Brodaeum, Turnebum, Leopardum, Stephanum, Lipſium, aliosque criticos reperit; vid. *Reimari* praef. I. §. 6 et 7. — A *Reimaro* editioni Caſſii Dionis additum eſſe *Xiphilinum*, notis illuſtratum, iam ſupra adnotatum eſt: vbi quoque *Baldelli* verſio italica, Venet. 1562. 4. 1585. 4. etc. eſt memorata.

Gallice verterunt *Anton. de Bandole*, *e latino,* additis notis et aphorismis politicis, Pariſ. 1610. 4. — *Ludou. Couſin*, ibid. 1678. 8. et Amſtelod. 1685. II. voll. 2. Balduini et Dauilae verſion. gallicas memorat Falco §. 21. — *Anglice, Maning.* Londini. 1704. 8. II. voll. *Harl.*

XV. Dionis Caſſii aetate vixit ENCOLPIVS, quo familiariſſime vſum imperatorem, Alexandrum Seuerum, teſtatur *Lampridius* cap. 17. eumque inter eos, qui Alex. Seueri vitam ſcripſerunt,

s) Huic anno adſignant ipſe Fabric. vol. XIII. pag. 620. et auctor cat. Bunau. I. pag. 163. ſed an. 1564. Fabric. et Reimar.

scripserunt, refert cap. 48. Hinc inter historicos latinos Encolpium celebrauit Vossius. At si credimus Elioto, equiti Anglo, graece scripsit, non latine. Prodiit enim anno 1549. Londini libellus Anglicanus, inscriptus: *Imago Imperii*, siue *the image of Governance*, quem in epistola ad proceres anglicanos dedicatoria e graeco sermone transtulisse se ait, *Thomas Eliotus*, eques auratus, atque exemplar graecum commodato accepisse a clarissimo quodam Neapolitano, cui nomen Pudericus. Auctorem libelli adserit [*] fuisse Encolpium, Alexandro Seuero a commentariis. *Sed Graeculi alicuius recentioris commentum libellum istum fuisse, vtcunque sane Lampridio subinde satis concordem, non dubito*, inquit *Seldenus*, in notis ad Eutychium pag. 174. At Humfredus Hody ab ipso Elioto totum scriptum suppositum et confictum suspicatur. Ita enim ille lib. I. de bibliis originalibus pag. 108. *Historia Encolpii, quam citamus, prorsus ignota est viris litteratis, neque multis inter nostrates* (Anglos), *quorum lingua sola habetur, nota, forsan vni tantum aut alteri. Ex graeco vero in sermonem anglicanum translata est, (si ipsi titulo fides,) a Thoma Elyoto, medico, et edita anno 1549. Sed non est, cur doleant viri eruditi, lingua solum anglicana historiam istam exstare. Quamuis enim ex Lampridio adpareat, exstitisse olim historiam vitae Alexandri Seueri ab Encolpio scriptam, tamen fidem dederim, non illius hanc esse, sed ab aliquo Christiano eius nomini suppositam. Neque orationes, quae in ea multae habentur, ex codice graeco conuersae sunt, sed ab ipso, crede mihi, Elyoto compositae. Scio ego hominis ingenium, et orationes confingendi morem ex aliis eius scriptis. Imo totum librum ab ipso Elyoto compositum fuisse, mihi ego facile persuadeo, quamuis praetendat, a nobili quodam Neapolitano exemplar graecum se mutuo accepisse. De historia hac plane nos alibi.* Sed fatis citius concessit vir longiore vita dignissimus anno 1707. itaque antiquitates eius Alexandrinas et alia praeclara ingenii monumenta incassum fortasse exspectamus.

XVI. Praeter *Dionem Cassium*, de quo iam dixi, et *Dionem Chrysostomum*, cuius quoque meminit *M. Antoninus* lib. I. sect. 14. et *Arrianus* Epictetearum diss. lib. III. cap. 23. fuere et alii Diones, [*Dio incertus* t), accusator Polemocratis, apud *Ciceron.* pro Flacco cap. 30.]

[*Dion*, rex Laconiae, in historia fabulosa commemoratur. vid. *Seruium* ad Virgil. eclog. VIII. 30.]

Dio, quem apud *Platonem* in Menexeno, init. Socrati Menexenus dicit, forte eligendum esse ad habendum λόγον ἐπιτάφιον, videtur diuersus esse a Dione, Syracusano, eoque, vtpote discipulo Platonis, longe antiquior. (Plura vide apud Reimarum.)

Dio Alexandrinus, academicus, princeps legationis Alexandrinorum ad Romanos, contra Ptolemaeum Auleten, ab hoc postea per dolum necatus. *Dio* pag. 98. A. *Strabo* XVII. pag. 796. *Cicero* pro M. Coelio cap. 10 et 21. a quo diuersum et antiquiorem esse puto *Dionem Alexandrinum*, quem Cicero inducit acad. quaest. lib. IV. cap. 4.

Dio Alexandrinus, philosophus, de quo *Zenob.* in Prouerb. V. 54. et *Apostolius* XIX. 24. *Suidas* tom. III. pag. 483. in τὸ Δίωνος γρῦ. (Idem videtur Fabricio etiam ab *Apostolio* XV. 3.

t) Loco Fabriciani indicis Dionum variorum recepi catalogum, quem *Reimarus* in vol. II. pag. 1533 sq. duce Fabricio nostro dedit, pleniorem. *Harl.*

XV. 3. et *Suida* in ἀδὲ Ἡρακλῆς laudari ἐν δευτέρῳ δευτέρας συντάξεως et in ſcholiis ad Nicandrum ἐν τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης συντάξεως. de qua re iam ſupra diſputare me memini. Adde indicem ſcriptorum in Prouerbiis graecis citatorum voc. *Dio*, ad cap. ſuperius.)

Dio Athenienſium legatus ad Teribazum, apud *Xenophontem* hiſt. gr. lib. IV. pag. 537. E. edit. Wechel. 1596. fol.

Dio Caſſius, Coſ. A. V. C. 1044. Chr. 291. et praefectus vrbi.

Dio Chius tibicen, primus Bacchicum ſpondeum tibia cecinit. *Athenaeus* XIV. p. 638. A.

Dio Colophonius, inter ſcriptores rei ruſticae laudatur a Varrone, Columella, Plinio.

Dio Diapyrus, Timocli, comico, memoratur apud *Athenaeum* IX. pag. 407.

Dio Epheſius, philoſophus, inſcription. apud *Spon.* pag. 126. Miſcell.

Dio Epidaurius, de quo *Pauſanias* X. pag. 820.

Dio Haleſius, apud *Ciceron.* in Verrem I. 10. II. 7. idem, qui *Siculus*, ibid. cap. 8. Q. Caecilius dictus, quod beneficio Q. Metelli ciuis romanus factus eſſet.

Dio Hipparini fil. Syracuſanus. vid. infra, *Syracuſanus.*

Dio Iatraliptes. vid. infra, vol. XIII. pag. 142.

Dio, medicus, apud Aetium et Galenum. infra, vol. XIII. pag. 142.

Dio Neapolites, aſtronomus. vide ſupra, lib. III. cap. 18. §. 21. pag. 34. vol. IV.

Dio philoſophus, neſcio quis, apud *Cicer.* epiſt. IX. 26. famil.

Dio, πραγμάτων καὶ λόγων ἔμπειρος, quem velut amicum ſuum laudat *Ariſtides* orat. aegyptiaca tom. III. pag. 558. vel edit. Iebbii tom. II. pag. 334. Iunior fuerit Dione Chryſoſtomo, adeoque ab eo diuerſus.

Dio Siculus, idem, qui *Haleſius.*

Dio Stoicus apud Ciceron. de Legg. III. 5.

Dio Syracuſanus, Hipparini filius, Platonis diſcipulus, notiſſimus ob euerſam Dionyſii iunioris tyrannidem. Vitam eius ſcripſit *Plutarchus* tom. I. pag. 958. et *Cornel. Nepos* X. vbi vid. Staueren in maiore ac minore editt. adde Reimar. et ſupra, vol. III. pag. 171. — *Dionis* Syracuſani epiſtola ad Perdiccam, graece, Venetiis 1499. Exſtat cum Platonis epiſtolis, gr. cum Syneſii et aliorum epiſtolis. Florent. 1499. conf. *Foſſii* catal. bibl. Magliabech. II. pag. 895. *Harl.*

CAPVT

C A P V T XIII

DE PLVTARCHO CHAERONENSI ET LAMPRIA

I. *Plutarchi aetas et vita.* II. *Lampriae liber de eius ſcriptis.* III. *Plutarchi vitae parallelae.* IV. *Scripta moralia ordine recenſita.* V. *Scripta deperdita.* VI. *Alii Plutarchi.* VII. *Editiones. Index ſcriptorum, a Plutarcho citatorum, longe quam in editione Pariſienſi plenior.*

[Cum ſupplementis *G. C. Harles.*]

I.

PLVTARCHVS e Chaeronea [a]) Boeotiae, philoſophus, [natus [b]), autem eſt ſecundum *Rualdum*, quem ipſe Fabricius paullo poſt laudat, *Corſinium* [c]), *Saxium* [d]), circ. A. V. C. 803. a. Chr. 50.] a Neronis temporibus ad Hadrianum vsque claruit, ſub quo iam ſenex conſtitutus eſt [e]) procurator Graeciae: conſularibus antea ornamentis auctus a Traiano [f]), quem etiam inſtituiſſe [g]), ſunt, qui referant, et Illyrio praepoſitus. Praeceptorem habuit Ammonium [h]), qui Athenis vita exceſſit. Huius magiſtri ſui et ſuam ipſius vitam Plutarchum ſparſim in ſcriptis ſuis expoſuiſſe, notat *Eunapius* [i]) in prooemio. Sed de Ammonio

a) Iuxta hanc vrbem ſepulta fuit libertas Graeciae. vid. *Iuſtin.* hiſt. IX. 3, 9—11. *Heum.*

b) Qualis fuerit philoſophus, ipſe declarat lib. de educat. liber. cap. X. Iudicium de Plutarcho et eius ſcriptis vid. in *Chr. Thomaſii* oratt. p. 421—433. *Heum.*

c) In Plutarchi vita, edit. Plutarchi libr. de placitis philoſophorum praemiſſa, pag. III.

d) In Onomaſt. litter. part. I. p. 286. vbi praeter ea, vitas, ait, parallelas ad *Soſium Senecionem* ſcripſit, qui, ſi idem eſt, atque *Caius Soſius Senecio*, Coſ. A. V. 860. adeoque Chr. 107. certiſſimam ſane claritatis eius notam ſecum adfert, etc. Nec differt *Hambergerus*, qui in: Zuverl. Nachr. tom. II. pag. 292. diem Plutarchi natalem ponit in an. Chr. $\frac{49}{50}$. *Harl.*

e) *Syncellus* pag. 349. Πλούταρχος Χαιρωνεὺς φιλόσοφος ἐπιτροπεύειν Ἑλλάδος ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος κατεστάθη γηραιός. [*Corſini* vit. §. X. de honoribus et muneribus Plutarchi plura dabit.]

f) *Suid.* [et *Eudocia* pag. 362.] μεταδοὺς δὲ αὐτῷ Τραϊανὸς τῆς τῶν ὑπάτων ἀξίας, προσέταξε μηδένα τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα ἀρχόντων παρὲξ τῆς αὐτοῦ γνώμης τι διαπράττεσθαι. Hinc Plutarchum Hypatae in Theſſalia larem fixiſſe, [male, cenſente *Corſin.* pag. XI. vitae.] coniiciebat *Sam. Petitus* II. 10. Obſeru. Archontis ſe munere functum teſtatur *Plutarchus* ipſe VI. 8. ſympoſ. pag. 693. et II. quaeſt. 10.

g) Io. Sarisberienſis V. 1. Policratici, de Plutarcho: *Fidelis in ſententiis, in verbis luculentus, et in ſacrario morum tantus arbiter, vt facile Traiani praeceptorem poſſis agnoſcere.* Ibidem epiſtolam eius ad Traianum refert, ſed quae ſuppoſita eſſe videtur, vt infra dicam. Vide *Rualdum* in vita Plutarchi cap. 15. *Fabric.* Hadriani fuit praeceptor. Sed quod ille, poſtquam erat a Traiano adoptatus, Traianus Hadrianus dicebatur; factum eſt, vt alii, nomine Traiani Hadriani decepti, perperam ſcriberent, Plutarchum fuiſſe Traiani praeceptorem: atque id fictum eſſe, pronuntiat *Corſini* in vita Plut. §. VIII. fin. poſt Tillemontium autem clarius oſtendit auctor commentarii ad Marmora Taurinenſia, part. I. Auguſtae Taurinorum, 1743. 4. pag. 210. *Harl.*

h) Vid. *Plutarch.* in Sympoſ. lib. III. quaeſt. 1. et lib. IX. quaeſt. 1. lib. de adul. diſcern. p. 70 ſq. *Harl.*

i) Eunapii verba ſunt: αὐτίκα οὖν θεσπέσιος Πλούταρχος τόν τε ἑαυτοῦ βίον ἀναγράφει τοῖς βιβλίοις ἐνδιεσπαρμένως, καὶ τὸν τοῦ διδασκάλου, καὶ ὅτι γε Ἀμμώνιος Ἀθήνησιν ἐτελεύτα οὐ βίον προσειπών. Καίτοιγε τὸ κάλλιστον αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων εἰσὶν οἱ καλούμενοι παράλληλοι βίοι τῶν ἀρίστων κατὰ ἔργα καὶ πράξεις ἀνδρῶν, ἀλλὰ τὸν ἴδιον καὶ τὸν τοῦ διδασκάλου καθ' ἕκαστον τῶν βιβλίων ἐγκατέσπειρεν, ὥστε εἴ τις ὀξυδερκοίη περὶ ταῦτα καὶ ἀνιχνεύων κατὰ τὸ πρόσπιπτον καὶ φαινόμενον, καὶ σωφρόνως τὰ κατὰ μέρος ἀναλέγοιτο, δύνασθαι τὰ πλεῖστα τῶν βεβιωμένων αὐτοῖς εἰδέναι. *Fabric.* Infra libr. IV. cap. 26. de Ammoniis variis pag. 171 ſq. vol. IV. edit. vet. putat Fabric. Ammonium, Plutarchi praeceptorem, quem Hadrianus

monio ple[illegible]unt, quia [?] interciderunt Plutarchi multa et in his liber, cui erat titulus [illegible] ἡδέως τῇ κακίᾳ συνεῖναι. De Plutarcho ipso, quae in scriptis eius superstitibus potuit indagare, non indiligenter collegit *Ioannes Rualdus* in erudito libro de Plutarchi vita, quae Parisiensi huius operum editioni a. 1624. fol. adiungi solet. Videndi praeterea *Martinus Hanckius* libro vtroque de Romanarum rerum scriptoribus cap. 12. *Decius Celer* libro de vita Plutarchi, Patau. 1617. 8. et *Ioannes Ionsius* III. 6. de scriptoribus hist. philosophicae [p. 22 sqq. edit. Dorn. vbi is vitam Plutarchi ex ipsius scriptis exponere adgreditur.] *Vossius* item libro II. de hist. graecis cap. 10. et *Tillemontius* tom. II. hist. imperatorum pag. 475 sq. [Quibus addes praeter Corsinium et Dacerium, iam memoratos, Iourn. des Scav. tom. 99. pag. 119 sqq. et tom. 71. pag. 484 sqq. *Brucker.* in histor. critica philos. tom. II. pag. 178 — 183. et adpendic. s. tom. VI. pag. 357 — 359. *Agatopist. Cromazian.*, (h. e. *Buonafede*) in historia philosophiae, italice scripta, vol. IV. edit. Venet. 1783. 8. cap. 65. pag. 316 sqq. aliosque, quos *Hambergerus* et *Saxius* ll. citatis laudarunt; et ego in Introd. in hist. L. Gr. tom. II. part. I. p. 98 sqq. memoraui. *Harl.*] Vt omittam editores vel interpretes, Xylandrum, H. Stephanum, Amiotum et A. Dacerium. Proauus Plutarchi fuit Nicarchus [k]), auus Lamprias: vxor Timoxena, filii Lamprias, Autobulus, Plutarchus et Chaeron, siue Charon [l]), filia Timoxena et fortassis [m]) Eurydice, cui, et Polliano, illius marito,

drianus Iunius ad Eunapium cum Ammonio Sacca, integro saeculo posteriore, male confudisset, diversum fuisse ab Ammonio, qui cognominatur Λαμπρειεὺς, siue, vt rectius in scholiis ad Hermogenem pag. 407. Λαμπρεὺς, e Lampris Atticae pago, et plures περὶ βωμῶν καὶ θυσίων libros, a veteribus grammaticis laudatos, conscripsit, sed *Corsinius* in vita etc. pag. VI sq. demonstrare adnititur, vnum eumdemque fuisse Ammonium, qui ab Eunapio quidem *Aegyptius*, a ceteris autem *Lamprensis* vocetur; quod ille in Aegypto quidem editus fuerit; Athenis tamen fixerit lares, ibique in Lamprensem populum, adeoque Erechtheidem tribum, adscitus fuerit. Caussa, cur ita iudicet, haec est: quia Plutarchus non solum Ammonii sui eruditionem in Symposiacis (libr. III. quaest. 1.) et alibi commendet; sed ipsum quoque de oraculis, de diuinatione, de sacris ritibus, de ludis, de Bacchi, deorumque nominibus in Symposiacis ipsis, (lib. IX. quaest. 15.) in libro de defectu oraculorum et libro de EI differentem inducat. Quare haud dubitandum esse existimat Corsinius, opera, quae ab Ammonio Lamprensi edita memorantur, posse Ammonio, Plutarchi magistro, adscribi. Immo vero probabile ipsi videtur, Plutarchum subtiliorem aegyptiarum rerum, sacrorum, deorum, rituumque cognitionem, quam ille in libro *de Iside atque Osiride* exposuit vberrime, ex Ammonii ipsius, Aegyptii virique doctissimi, fontibus hausisse, quamuis Plutarchus ipse se Aegyptum inuisisse dicat, (Symposiac. libr. V. quaest. 5.) ex quo idem *Corsinius* refutat *Dacerium*, in vita Plutarchi, (in tom. V. versionis gallicae vitarum etc.) negantem, Plutarchum fuisse in Aegypto. *Harl.*

k) Eius meminit *Plutarchus* in Antonio p. 848. Illum igitur, proauum, actiacae victoriae temporibus, h. e. A. V. C. 723. adhuc fuisse superstitem, concludit, et, patrem Plutarchi, ab auo suo, etiam *Nicarchi* nomen inditum accepisse more Graecorum, suspicatur *Corsinius* in vita Plut. pag. 2. *Harl.*

l) Filium Chaerona Bruckerus omisit, et *Suhl* in comm. supra EI in Apollinis templo, pag. 7. not. 10. suspicatur, nomen, *Chaeron*, decurtatum respexisse patriam, *Chaeroneam. Harl.*

m) Vide *Ionsium* pag. 238. licet, hoc vnde collegerit ille, nescire se fateatur *Menagius* in hist. mulierum philosophar. pag. 19. Et sane fateor, haud esse verisimilem Ionsii coniecturam; nam cum consolationem ad vxorem scriberet Plutarchus, tantum quatuor filios susceperat, nullam filiam, nisi vnam bimulam, cuius mortem ibi solatur, Timoxenam, matri cognominem. Oportuit igitur a scripta hac consolatione ad coniugalia praecepta intercessisse spatium viginti plus minus annorum, si Eurydicen Plutarchi filiam esse statuamus. *Fabric.* — Neque Ionsii opinioni subscribunt *Dornius* in not. ad Ionf. part. II. pag. 29. *Corsin.*

m rito, coniugalia praecepta inſcripſit. Patris nomen, qui apud Chaeronenſes magiſtratum geſſit, ignoratur: Socer Alexion: fratris vel ſororis filii ſiue nepotes Sextus Chaeroneus et Cornelius Fronto, qui M. Antoninum erudiuerunt: filius Frontonidis, (quae Frontonis ſoror.) atque adeo Plutarchi pronepos, Longinus [n]). Etiam Apuleius e poſteris ſe Plutarchi eſſe praedicat lib. I. metamorphoſ. Adfinitate iuncti fuere Craton, Patrocles, Firmus [o]). Amici complures, in his C. Soſſius Senecio, apud Traianum gratioſus et quater conſul, cui vitas parallelas inſcripſit, et philoſophus Fauorinus, multitudinem ſcriptorum eius aemulatus [p]). Seruum habuit Oneſimum, vt e Galeno viri docti obſeruarunt. Romae docentem audiuit inter alios L. Iunius Arulenus Ruſticus, quem deinde Domitianus ſuſtulit. Quanta quamque varia eruditione, quam libero candidoque, quam viciſſim graui ac limato iudicio et qua cognitione philoſophiae [q]), non ſophiſticae illius, ſed ad vitam comparatae, inſtructus fuerit Plutarchus, ſcripta eius abunde loquuntur, quae complura aetatem tuliſſe in tanto bonorum auctorum naufragio, arbitror, multos mecum gaudere. Sectam philoſophorum nullam ita coluit, vt non ex aliis lubenter arriperet, ſi quid verius meliusque ipſi videretur. Non ferens Stoicorum paradoxa; ſed magis etiam inimicus Epicureorum [ꝑ] irreligioſitati, in multis rebus Ariſtotelem ſequitur, Platonem in pleriſque, et in rebus difficillimis intellectu cum academicorum [r]) ſchola non infrequenter cohibet adſenſum. De Chriſtianorum [s]) rebus et dogmatis, quum toties ſe offerret occaſio, nihil ſcribere maluit, quam vel in ea, quae non ſatis noſſet, inuehi, vel ea laudare, quae videbat reiici ab omnibus et diſplicere principibus viris. Equidem ex Apoſtolicorum librorum lectione pro-

Corſin. pag. X. et *Heumannus* in diſſ. de Eurydice Plutarchi, (in fine libelli de educat. liberorum laudata,) quae ſubiuncta eſt Heuſinger. editioni illius opuſculi pag. 184. vbi plures enumerat Eurydices, in Plutarchi loco intelligit *Audatam*, natione Illyriam, quae adſcito nomine graeco poſtea vocata eſt Eurydice. *Heuſingerus* in ſubiecta diſſ. pag. 187 ſqq. de eadem, cum auget catalogum illuſtrium feminarum, quae Eurydices nomine inclaruerunt, tum ſuſpicatur, a Plutarcho innui famoſam illam Eurydicam, ex qua Amyntas, Macedoniae rex, tres filios ſuſtulit, Alexandrum, Perdiccam et Philippum, Alexandri M. patrem, ac filiam Euryonem. Vterque autem emendat atque interpretatur illius mulieris epigramma, tabulae votiuae inſcriptum et a Plutarcho ſeruatum. *Harl.*

n) Sed Fabricio errorem Sariſberienſis nominisque ſimilitudinem impoſuiſſe, docet *Corſinius* in vita §. V. p. 5. vtpote quum *M. Cornelius Fronto*, Antonini Verique praeceptor, a Capitolino, in M. Anton. (cap. 2.) A. Gellio (lib. II. cap. 26.), aliisque memoratus, a Frontone, graeco rhetore, qui, Emeſa oriundus, Athenis docuit, ibique moriens Longinum ſororis filium heredem inſtituit, certiſſime ſit diſtinguendus, adeoque Cornelius Fronto dici nequeat Plutarchi nepos. Nec Fronto, ſ. Phronto, Emiſenus, Longini auunculus, ad Plutarchi genus ſpectat. Atque *Corſini* rationes comprobat *Ruhnken.* in diſſ. de Longino, §. III. *Harl.*

o) De his ſingulis *Rualdus* cap. V et VI. [et *Corſin.* in vita §. VIII et IX.]

p) Vide, quae de Fauorino ſupra lib. III. [cap. 4. in catalogo Platonicorum, vol. III. pag. 173 ſqq.]

q) Errat, et errat vehementer, quisquis Plutarchum non recenſet inter philoſophos, inquit, *Pag. Gaudentius* lib. de philoſ. rom. cap. 32. pag. 172. conf. idem cap. 89 et 90. *Heum.*

r) Academicorum placitis eum maxime addictum fuiſſe, colligi poteſt vel ex ſeq. §. II. vbi exſtat catal. ſcriptorum Plutarchi, nr. 43. 61. 62. 69. 128. 131. 198. *Heum.*

s) *Tillemontius* tom. II. hiſt. imperat. p. 477. de Plutarcho: *Il ne parle jamais de la religion Chreſtienne, n'oſant peut-eſtre en dire du bien, et ne voulant pas en dire mal, comme S. Auguſtin le dit de Seneque. Fabric.* lib. VI. Auguſt. de ciuit. dei cap. XI. vide tamen *Vitring.* Obſſ. ſacr. lib. IV. cap. 7. §. XXI. pag. 972. *Heum.*

fecisse, quod visum Theodorito [t]), vix crediderim: nam licet praeclara nonnulla [u]) doceat de deo et rebus diuinis, et quamuis nonnulla ex eius scriptis opportune ethnicis obiectarint idem Theodoritus, Eusebius et alii veteres christiani: nihil tamen habet, quod non rationis vsus et lectio Platonis atque aliorum philosophorum ipsi potuerit suppeditare [v]). Quemadmodum vero fuerunt, qui, omnibus veterum scriptis si sit carendum, Plutarcho quam aegerrime carituros [w]) se sunt professi, vel, si omnes in mare [x]) abiiciendi sint, Plutarchum se postremo loco seruaturos adfirmarunt, vel qui solum Plutarchum cum duobus vel tribus aliis perfectae bibliothecae [y]) instruendae existimarunt sufficere: ita *Ioannes Mauropus*, *Metropolita* Euchaitensium, sub Constantini Monomachi et Comnenorum imperio clarus [z]), testatus est, si cuiquam ex omnibus ethnicorum sapientibus venia sempiternorum suppliciorum speranda restet, eam nemini magis a Christo expetere se, quam Platoni ac Plutarcho. Versus eius hi sunt:

Εἴπερ τινὰς βούλοιο τῶν ἀλλοτρίων
Τῆς σῆς ἀπειλῆς ἐξελέσθαι, Χριστέ μου,
Πλάτωνα καὶ Πλούταρχον ἐξέλοιό μοι.
Ἄμφω γάρ εἰσι καὶ τὸν λόγον καὶ τὸν τρόπον
Τοῖς σοῖς νόμοις ἔγγιστα προσπεφυκότες,
Εἰ δ᾽ ἠγνόησαν ὡς Θεὸς σὺ τῶν ὅλων,
Ἐνταῦθα τῆς σῆς χρηστότητος δεῖ μόνον
Δι᾽ ἣν ἅπαντες δωρεὰν σώζειν θέλεις. [¶]

Quos sic vtcumque transtuli:

Si quos auerni liberăre nexibus
Tibi constitutum est, Christe, non credentium,
Precibus Platonem redde ac Plutarchum meis,
Vterque quorum moribus, sententia,
Accessit ad leges Tuas quam proxime.
Quod si deum esse Te vniuersi, pridem eos
Latuit, modo hos nunc experiri gratiam
Concede, qua gratis beare omnes cupis.

[*Werns-*

t) Lib. II. Therapeut. pag. 33.

u) Vide *Eugubinum* de perenni philos. VI. 6. 7. 8 et 9. *Rualdum* in Plutarchi vita cap. 9,

v) Late disputat de religione Plutarchi *I. I. Zimmermann.* in Museo heluetico, tom. IV. partic. XV. pag. 379—423. *Harl.*

w) Confer *Gassendum* lib. III. de vita Epicuri cap. 7. *Fabric.* pag. 99. Lugdun. 1647. Enimuero *Fabricius*, et, qui eum sequitur, *Brucker.* l. c. pag. 181. *Gassendum* male antestati sunt. Gassendus enim l. c. „illud tantummodo, ait, praetermitto, nullum authorem omni memoria exstare, quem cum viro illo eximio comparandum existimem: ita videtur vbique mihi insignem morum suauitatem cum eruditione maxima testari," adnotante *Suhlio* l. m. pag. 4. not. 3. *Harl.*

x) *Theodorus Gaza* apud Artum Vigelium praefat. bibl. historicae, *Rolandus Maresius* lib. I. epist. 24. *Gabr. Naudaeus* apologia pro eruditis magiae accusatis pag. 194. *Whear* I. relect. hiemal. cap. 17.

y) *Cornelius Agrippa* III. 31. epist. et *Ouid. Patinus* epistola VI. edit. primae.

z) De quo vide infra, vol. VII. pag. 718 sq. et vol. X. pag. 133. *Harl.*

[*Wernsdorf*, prof. quondam Dantiscanus, hanc ſuo exemplari adſcripſerat verſionem:

Si, Chriſte, iuſtis a minis velles tuis
Extraneorum liberare quospiam;
Rogo Platonem mique, Plutarchum eximas.
Vterque nam dictis probisque moribus
Ab legibus quam proxime afuit tuis.
(Acceſſit ad leges tuas quam proxime.)
Si neſciant, quod vniuerſi ſis deus,
Solum benignitatis indigent tuae,
Saluare gratis qua cupis tu quoslibet.]

Reprehendunt nonnulli in Plutarcho dictionem duriuſculam [aa]); et quod in antiquitatibus Romanorum non raro lapſus ſit [bb]) linguae latinae, quam in vita Demoſthenis [cc]), et Catonis Maioris confitetur, ignoratione: Graecisque ſuis nimium tribuat [dd]) et nonnulla nunc memoriae errore [ee]), nunc, quod ipſi ita commodum et opportunum videretur [ff]), diuerſis locis diuerſimode commemoret. Quae ſingula etiamſi quis largiatur acerrimis cenſoribus, excepto eo, quod contra hiſtoriae veritatem de induſtria finxerit nonnulla [gg]), quod non temere mihi de eo perſuadeo, (non magis, quam quod in atheismum propendiſſe vir quidam doctus [hh]) ſcripſit, aliis ipſi viciſſim obiicientibus [ii]) ſuperſtitionem et frigidas [kk]) allegorias,)

aa) *Bodinus* cap. 4. methodi hiſtor. *Voſſius* de hiſtor. graecis p. 209. et *Petrus Victorius* XXIII. 21. var. lect. Vide cenſuras celebrium ſcriptorum collectas a Thoma Pope-Blount. *Fabric.* Et virtutes et vitia operum Plutarchi adducit *Alcyonius* lib. II. de exſilio pag. 154. 155. *Heum.*

bb) *Paulus Manutius* ad Cic. in epiſt. II. 1 et 5. ad Q. Fratrem. Confer *Io. Rualdi* animaduerſiones in Plutarch.

cc) In Demoſthene p. 846. et in Catone Maiore pag. 340.

dd) *Bodinus* loco laudato et *Claudius Verderius* cenſura ſcriptor.

ee) *Baelius* Lexico in Mucia, nota B.

ff) Idem in Euripide, nota O.

gg) Melch. Canus XI. 6. loc. theol. *vt vel Plutarchus ſcriptor alioqui verax in rebus Graecorum illuſtrandis et coecutire et fingere interdum etiam videatur.*

hh) *Petrus Molinaeus* de cognitione dei p. 81. *Plutarchus in Atheismum videtur fuiſſe propenſior, quippe libro in eam rem edito probare conatur, Atheismum tolerabiliorem eſſe ſuperſtitione.* Confer, ſi placet, quae infra dixi inter Plutarchi ſcripta, nr. 63. *Fabric.* Qui de deo magnifice ſentit, et prouidam dei curam (quam quidem alicubi ab eo negatam fuiſſe, nonnulli contendunt, et notauit *Baelius* in Diction. voc. Anaxagoras, not. D.) ſaepe praedicat, quod a Plutarcho factum eſſe, vberrime docuit Zimmermannus l. c., ille impietatis reus peragi nequit: quamquam a multis erroribus, Stoicorum praecipue communibus, immunem haud fuiſſe, non negandum eſt. Plura hanc in rem collegerunt et disputarunt *Cudworth* eiusque interpres *Moshemius*, (qui Plutarchum ſaepe vindicat ab Cudworthi aliorumque iniuria, multosque laudat VV. DD.) in ſyſtemate intellectuali tom. I. pag. 274. 298 ſqq. 300 ſqq. 649 ſqq. tom. II. pag. 235 ſqq. 405. et aliis locis. Praeter ea *Buddeus* in theſibus de atheismo cap. 1. §. 21. not. ** pag. 90. et *Reimmannus* in hiſtoria atheismi cap. 32. §. 2. pag. 223 ſq. aliique crimen atheismi a nomine illius depellere ſtuduerunt. Atque bene diſcernendum eſt, num libri, ex quibus alii eum temere adcuſarunt impietatis aut nimiae ſuperſtitionis, genuini ſint nec ne? et num ipſe dicat ſententiam aut aliorum recenſeat iudicia atque opiniones. Iudicii autem acie vaſtaque ſcriptorum lectione, plus, quam ingenii ſplendore Plutarchus valuiſſe videtur. De ſtilo Plutarchi vario, haud aequali, maculoſo et ſaepe obſcuro, de vitiis et virtutibus illius grauiter iudicat *Reiske* in hiſtoria ſoc. Inſcr. Pariſ. tom. XI. pag. 115 ſqq. ex interpretat. german. contra *Gedoyn*, qui ibid. tom. V. pag. 175,

allegorias,) quum longe plurima niteant in Plutarchi scriptis, nemo sanus ideo negabit, eum lectione esse dignissimum. [‡] [Leo imperator in Tacticis Plutarchi quoque auctoritatem sequutus est. vid. schol. graec. in *Lambecii* comm. de bibl. caes. Vindob. tom. VII. pag. 456. *Harl.*]

Obiisse videtur Plutarchus anno aet. circ. 70. et quarto vel quinto Hadriani, imp. circa a. Chr. CXX. quum natus esset circa decimum Claudii imp. annum, qui respondet anno Christi quinquagesimo [ll]). Sacerdotio Apollinis Pythii admodum senem functum se [h. e. explicante *Corsinio* pag. XI. solo Pythiorum festorum tempore, curatorem delectum, festis ipsis praesedisse,] testatur libro: an seni gerenda re p. p. 793. Morti vicinus somniauit [mm]), in coelum se adscendere duce Mercurio, et proxima nocte per somnium hoc ipsi quemdam interpretantem et pollicitum, fore *felicem* [nn]), h. e. moriturum.

II. Catalogum scriptorum parentis sui Plutarchi composuit *Lamprias* filius teste Suida [oo]), composuitque in gratiam amici, vt praefixa epistola testatur, licet nomen amici exciderit. Huius πίνακος siue catalogi parte vsus est H. Stephanus in sua Plutarchi editione, vulgauit eum deinde, sed extrema parte adhuc mutilum, graece et latine Dauid Hoeschelius, nescio e qua Italiae bibliotheca, Augustae Vindel. 1597. [1598.] 4. Deinde praemissus est editioni Plutarchi Francof. 1620. et inde Parisiensi graecolatinae a. 1624. fol. Quoniam vero in aliis editionibus haud exstat, et breuis est, integrum eum hoc loco exhibere volui, adposito iis scriptis, quae interciderunt, asterisco. [‡]

ΛΑΜΠΡΙΑΣ

pag. 175. languidum nec amoenum scribendi genus in Plut. operibus culpauit. Latinis verbis suam Reiske tulit aut repetiit sententiam in Animaduerss. ad graec. auctores, vol. II. pag. 119 sqq. *Harl.*

ii) *Rich. Simon* lib. I. epist. select. 22. p. 167.

kk) *Sam. Parkerus* lib. de deo pag. 22. *in libro de Iside atque Osiride, quam frigidae allegoriae.*

ll) *Dacerius*, Plutarchi mortem ante Hadriani Caesaris imperium, h. e. ante annum Chr. 117. euenisse, ideoque eum vel 62. vel 65. aetatis annos vixisse, putauit. Contra *Corsinius* §. XI. pag. XII sq. ex quibusdam Plutarchi locis ratiocinatur, eum duodeuicesimum quoque Hadriani Caesaris annum h. e. V. C. 887. a Chr. nato 134. adtigisse, adeoque annum vitae octogesimum superasse. Saxius facit cum Fabricio. *Harl.*

mm) *Artemidorus* IV. 47. Onirocrit. p. 245. ὁ Πλούταρχος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνειν ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ ἀγόμενος ἐδόκει, καὶ τῇ ἐπιούσῃ ὄναρ ἐπεκρίνατό τις αὐτῷ τὸν ὄνειρον, καὶ ἔφη, μακάριον ἔσεσθαι αὐτόν, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ εἰς τὸν οὐρανὸν αὐτὸν ἀναβαίνειν, τὴν ὑπερβάλλουσαν εὐδαιμονίαν. Ἔτυχε δὲ νοσῶν, καὶ ὑπὸ τῆς νόσου κακῶς διακείμενος, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἀπέθανε.

nn) Μακάριος et μακαρίτης vti apud Latinos *felix* et *beatus* pro defuncto. Hesych. μακαρίτης ὁ τεθνεώς, ὁ μακάριος ὁ νεκρός. Horat. lib. I. sat. 9. *Omnes composui felices, nunc ego resto.* Ammianus XXV. 3. *quem cum beatum fuisse Salustius respondisset praefectus, intellexit occisum.*

oo) Suidas: Λαμπρίας Πλουτάρχου τοῦ Χαιρωνέως υἱός, ἔγραψε πίνακα ὧν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔγραψε περὶ πάσης Ἑλληνικῆς καὶ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. Alius *Lamprias* Plutarchi auus IX. 2. sympos. alius item eius frater IX. 5. sympos. etc.

ΛΑΜΠΡΙ'ΑΣ
περὶ τῆς ἀναγραφῆς τῶν Πλȣτάρχȣ βιβλίων.

'ΕΠΙΣΤΟΛΗ'.

Οὐδ' ἄλλοτέ ποτε τῆς γενομένης ἡμῖν ἐπὶ τῆς 'Ασίας πρὸς ἀλλήλȣς συνȣσίας ἐκλαθόμενος, ȣ̓δὲ τῆς σῆς περὶ παιδείαν καὶ περὶ τȣ̀ς φίλȣς σπȣδῆς καὶ προθυμίας, καὶ νῦν εὐθέως, δεξάμενός σȣ τὴν ἐπιςολὴν, ἐγνώριστα τȣ̃νομα, καὶ ἡδιώτατα pp) διετέθην, ἐῤῥωμένον ἐπιγνȣ́ς σε, καὶ ἡμῶν μεμνημένον. καὶ ἡδέως ἐν μέρει πάλιν ἀσπάζομαί σε, καὶ τὴν γραφὴν qq), ὧν ἠθέλησας τῶν τȣ̃ πατρὸς βιβλίων ἔπεμψά σοι. ἐῤῥῶσθαι εὔχομαι.

Πλȣτάρχȣ βιβλίων πίναξ rr).

α'. Θησεὺς καὶ 'Ρωμύλος.
β'. Λυκȣ̃ργος καὶ Νȣ́μας.
γ'. Θεμιςοκλῆς καὶ Κάμιλλος.
δ'. Σόλων καὶ Ποπλικόλας.
ε'. Περικλῆς καὶ Φάβιος Μάξιμος.
ς'. 'Αλκιβιάδης καὶ Μάρκος Κορνήλιος ss).
ζ'. 'Επαμινώνδας καὶ Σκηπίων.
η'. Φωκίων καὶ Κάτων.
θ'. 'Αγις καὶ Κλεομένης.
ι'. Τιβέριος καὶ Γάϊος Γράκχοι.
ια'. Τιμολέων καὶ Παῦλος Αἰμίλιȣς.
ιβ'. Εὐμενὴς καὶ Σερτώριος.
ιγ'. 'Αριςείδης καὶ Κάτων.
ιδ'. Πελοπίδης καὶ Μάρκελλος.
ιε'. Λύσανδρος καὶ Σύλλας.
ις'. Πύῤῥος καὶ Μάριος.
ιζ'. Φιλοποίμην καὶ Τῖτος.
ιη'. Νικίας καὶ Κράσσος.
ιθ'. Κίμων καὶ Λȣ́κȣλλος.
κ'. Δίων καὶ Βρȣ̃τος.

κα'. 'Αγη-

LAMPRIAS
De scriptis Plutarchi Chaeronensis.

EPISTOLA.

Neque alias vmquam veteris illius, quae mihi tecum in Asia fuit, familiaritatis oblitus; neque in tui erga disciplinas et amicos studii ac propensionis ignarus: redditis mihi litteris tuis, nomen statim agnoui; summa adhaec animi voluptate sum perfusus, quod te valere, nostrique memoriam conseruare intelligerem. Saluto itaque te vicissim; et quam patris mei Plutarchi optasti librorum exscriptionem ad te mitto. Vale.

Librorum Plutarchi Index.

1. Theseus et Romulus.
2. Lycurgus et Numa.
3. Themistocles et Camillus.
4. Solon et Poplicola.
5. Pericles et Fabius Maximus.
6. Alcibiades et M. Coriolanus.
7. Epaminondas et Scipio. *
8. Phocio et Cato (minor).
9. Agis et Cleomenes.
10. Tiberius et Caius Gracchi.
11. Timoleon et Aemilius Paulus.
12. Eumenes et Sertorius.
13. Aristides et Cato (maior). [?]
14. Pelopidas et Marcellus.
15. Lysander et Sulla.
16. Pyrrhus et Marius.
17. Philopoemen et Titus.
18. Nicias et Crassus.
19. Cimon et Lucullus.
20. Dion et M. Brutus.

21. Age-

pp) ἐν ἄλλῳ γραφ. ἡδιαίτερον Ful. Vrsin. ἴσως, ἡδῦτ.

qq) ἴσ. ἀνκγραφὴν.

rr) Ad hunc Lampriae catalogum conf. *Ionsius* lib. III. cap. 6. Hunc tamen catalogum, qui iam Suidae aetate exstitit, ita comparatum censet cel. *Beck* in epist. suae editioni praemissa, pag. XV. vt nec eum genuinum censere posset. *Harl.*

ss) Κοριολάνος. [deest in cod. Ven.]

κά. Ἀγησίλαος καὶ Πομπήϊος.
κβ΄. Ἀλέξανδρος καὶ Καῖσαρ.
κγ΄. Δημοσθένης καὶ Κικέρων.
κδ΄. Ἄρατος καὶ Ἀρτοξέρξης.
κέ. Δημήτριος καὶ Ἀντώνιος.
κς΄. Αὐγούστου βίος.
κζ. Τιβέριος.
κή. Σκηπίων Ἀφρικανός.
κθ΄. Κλαύδιος.
λ΄. Νέρωνος βίος.
λά. Γάϊος Καῖσαρ.
λβ΄. Γάλβας καὶ Ὄθων.
λγ΄. Βιτέλλιος.
λδ΄. Ἡρακλέους βίος.
λέ. Ἡσιόδου.
λς΄. Πινδάρου.
λζ. Κράτητος καὶ Δαΐφαντος [tt]).

λή. Ἀριστομένους.
λθ΄. Ἀράτου [uu]).
μ΄. βίος τῶν δέκα ῥητόρων.
μά. Ὁμηρικῶν μελετῶν, βιβλία δ΄.
μβ΄. εἰς Ἐμπεδοκλέα περὶ τῆς ε΄ οὐσίας βιβλία ε΄.
μγ΄. περὶ τῆς [ww]) εἰς ἑκάτερον ἐπιχειρὴ [xx]) βιβλία ε΄.
μδ΄. . . . θῖ [yy]) βιβλία γ΄.
μέ. περὶ ῥητορικῆς, βιβλία γ΄.
μς΄. περὶ ψυχῆς εἰσαγωγῆς, βιβλία γ΄.
μζ. περὶ αἰσθήσεων, βιβλία γ΄.
μή. ἐκλογὴ φιλοσόφων, βιβλία β΄.
μθ΄. πόλεων εὐεργεσίαι, βιβλία γ΄.
ν΄. πολιτικῶν, βιβλία β΄.
νά. περὶ Θεοφράστου πρὸς τοὺς καιροὺς [zz]).
νβ΄. περὶ παρειμένου [aaa]) ἱστορίας, βιβλία δ΄.
νγ΄. Παροι-

21. Agesilaus et Pompeius.
22. Alexander et Caesar.
23. Demosthenes et Cicero.
24. Aratus et Artaxerxes.
25. Demetrius et Antonius.
26. Augusti Caesaris vita. *
27. Tiberius. *
28. Scipio Africanus. *
29. Claudius. *
30. Neronis vita. *
31. C. Caesar. *
32. Galba et Otho. [deest in Veneto cod.]
33. Vitellius.
34. Herculis vita. *
35. Hesiodi. *
36. Pindari. * [deest in Ven. cod.]
37. Cratetis et Daiphantis (al. Deiphanti, rectius.)
38. Aristomenis. *
39. Arati. *
40. Decem oratorum Graeciae.

(35–40: vitae)

41. Homericarum declamationum libri IV. *
42. In Empedoclem, de quinta [vv]) essentia libri V. *
43. De concertatione in vtramque partem libri V. * [?]
44. Fabularum libri III. *
45. De Rhetorica libri III. *
46. De animae introductione libri III. *
47. De sensibus libri III. *
48. Excerpta philosophorum libri II. *
49. Vrbium res praeclare gestae libri III. *
50. Politicorum libri II. *
51. Ad Theophrastum de occasione. *
52. De his, quae historiae adiacent. *
53. Ada-

tt) [Sic in cod. Ven.] ἐν ἄλλῳ, Δαιφάντου. Ful. Vrsin.

uu) πλεονάζει ἴσως.

vv) In cod. Ven. sunt nr. 101. 102. duo diuersa opuscula: Ἐμπεδοκλοῦς βιβλία δέκα, et περὶ τῆς ε οὐσίας βίβλια ε. *Harl.*

ww) ἐν ἄλλῳ, τῶν.

xx) ἴσ. ἐπιχειρήσεως ἢ ἐπιχειρημάτων. [in cod. Ven. τῆς εἰς ἑκατ. ἐπιχειρησίας.]

yy) ἴσ. μύθων. [sic plene in cod. Ven. nr. 104]

zz) [Sic cod. Venet.] ἴσ. πρὸς Θεόφραστον περὶ τοῦ καιροῦ.

aaa) ἐν ἄλλῳ, παρακειμένου Ful. Vrsin. [παρειμένης, cod. Venet.]

νγ΄. Παροιμιῶν, βιβλία β΄. [bbb])	53. Adagiorum libri II.
νδ΄. τῶν Ἀριστοτέλους τοπικῶν [ccc]), βιβλία η΄.	54. Ariſtoteleorum Topicorum libri VIII. *
νε΄. Σωσίκλης, βιβλία β΄.	55. Soſicles libri II.
νϛ΄. περὶ εἱμαρμένης, βιβλία β΄.	56. De Fato libri II.
νζ΄. περὶ δικαιοσύνης πρὸς Χρύσιππον, [ὅτι Πλάτων cod. Ven.] βιβλία γ΄.	57. Ad Chryſippi librum de Iuſtitia libri III. *
νη΄. περὶ ποιητικῆς.	58. De poetica. *
νθ΄. περὶ τῶν ἀρεσκόντων φιλοσόφοις φυσικῆς ἐπιτομῆς, βιβλία ε΄.	59. De placitis philoſophorum in phyſicis, epitomes lib. V.
ξ΄. Στρωματεῖς ἱστορικοὶ, ποιητικοὶ [ddd]), ξβ΄.	60. Stromateis (Euſebius lib. I. Euang. praepar. I. [cap. 4 et 5. quae multo contractius occurrunt in libro III. de Placitis cap. 10.]) hiſtorici, poetici, LXII. (al. LXVI.) *
ξα΄. περὶ τοῦ μὴ [eee]) εἶναι τὴν ἀπὸ τοῦ Πλάτωνος Ἀκαδημίαν.	61. Non eſſe academiam a Platone profectam. *
ξβ΄. περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Πυῤῥωνίων, καὶ Ἀκαδημαϊκῶν.	62. De repugnantia Pyrrhoniorum et academicorum. *
ξγ΄. περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας.	63. De animae, quae in Timaeo Platonis deſcribitur, procreatione.
ξδ΄. περὶ τοῦ γεγονέναι κατὰ Πλάτωνα τὸν κόσμον.	64. Mundum conditum, ex Platonis ſententia. *
ξε΄. ποῦ εἰσὶν αἱ ἰδέαι;	65. Vbi ſint ideae? * [¶]
ξϛ΄. πῶς ἡ ὕλη τῶν ἰδεῶν μετείληφεν, ὅτι τὰ σώματα ποιεῖ [fff]);	66. Quomodo idearum materia aſſumſit, vt incorporea gignat. *
ξζ΄. περὶ Σωκράτους Δαιμονίου. [πρὸς Ἀλκιδάμαντα additur in cod. Ven.]	67. De Socratis genio.
ξη΄. ὑπὲρ τοῦ Πλάτωνος Θεαγένεις [ggg]).	68. Super Platonis Theage. *
ξθ΄. περὶ μαντικῆς, ὅτι σώζεται κατὰ τοὺς Ἀκαδημικούς.	69. De vaticinatione, ſaluam eſſe eam ſecundum academicos. * Vid. nr. 128.
ο΄. περὶ τῆς [τῆς abeſt cod. Ven. nr. 71.] ἠθικῆς ἀρετῆς.	70. De virtute morum.
οα΄. περὶ τοῦ ἐν τῇ σελήνῃ φαινομένου προσώπου.	71. De facie, quae in luna adparet.
οβ΄. πότερον ὁ περισσὸς ἀριθμὸς ἢ ὁ ἄρτιος ἀμείνων;	72. Vtrum impar numerus, an par, ſit praeſtantior? *

ογ΄. εἰ 73. An

bbb) Vide ſupra, libr. IV. cap. 11. de adagiis etc. §. 2. *Harl.*

ccc) Πολιτικῶν, cod. Venet. *Harl.*

ddd) ἔνιοι δὲ ξϛ΄. [Vtrumque cod. Venet. *Corſin.* pag. XIX. ſuſpicatur, titulum eſſe mutilum atque imperfectum, et libros quoque fuiſſe philoſophicos ac phyſicos.]

eee) Περὶ τοῦ μίαν εἶναι etc. cod. Venet. et μίαν cum Stephano legerat *Ionſius* l. c. pag. 25. *Harl.*

fff) Ὅτι τὰ πρῶτα σώματα ποιεῖ tamquam peculiaris libellus ſignatur et legitur in cod. Veneto. *Harl.*

ggg) ἐν ἄλλῳ, [et ſic in cod. Venet.] Θεαγένους Ful. Vrſin.

ογ΄. εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον;
οδ΄. περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων.
οέ. περὶ ἐννοιῶν πρὸς τὲς Στωϊκὲς [hhh]).

ος΄. περὶ συνηθείας, πρὸς τὲς Στωϊκές.
οζ ὅτι παραδοξότατα [iii]) οἱ Στωϊκοὶ τῶν ποιητῶν λέγεσι.
οή. πρὸς τὴν τε Ἐπικέρε ἀκρόασιν.
οθ΄. περὶ Θεῶν.
π΄. πρὸς Κολώτην ὑπὲρ τῶν ἄλλων φιλοσόφων.
πά. ὅτι ἐδὲ ζῆν ἐςὶν ἡδέως κατὰ Ἐπίκερον.

κβ΄. πρὸς Βιθυνικὸν [Βιθυνὸν cod. Ven.] περὶ φιλίας.
πγ΄. Ἀμμώνιος, ἢ περὶ τε μὴ ἡδέως τῇ κακίᾳ συνεῖναι.
πδ΄. πῶς ἄν τις ἑαυτὸν ἐπαινέσειεν ἀνεπιφθόνως.
πέ. εἰ ἀρετὴ ἡ Ῥητορική;
πς΄. πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτε προκόπτοντος πρὸς ἀρετήν.
πζ΄. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηςηρίων.
πή. πῶς διακρίνομεν τε φίλε τὸν κόλακα.
πθ΄. περὶ τε πρώτε ψυχρε.
υ΄. περὶ βραδέως κολαζομένων, ὑπὸ τε θείε.
υά. περὶ ἀδολεσχίας.
υβ΄. περὶ ὀργῆς.
υγ΄. ὑγιεινὰ παραγγέλματα.
υδ΄. περὶ εὐθυμίας.
υέ. πηρὶ δυσωπίας.
υς΄. περὶ πολυπραγμοσύνης.
υζ΄. περὶ φιλαδελφίας.
υή. περὶ κομητῶν [kkk]) ποῖον .. καὶ Κύριον.
υθ΄. περὶ φυγῆς.
ρ΄. περὶ τε ἀκέειν τῶν φιλοσόφων.
ρά. . . . [lll]) ἀκέειν.
ρβ΄. πολιτικὰ παραγγέλματα.

ργ΄. πε-

hhh) Vid. nr. 83. in cod. Venet. *Harl.*
iii) ἴσ. παραδοξότερα. [sic in cod. Venet.]
kkk) ἐν ἄλλῳ, κομήτων Ful. Vrsin. [et in cod. Venet.]

73. An seni gerenda sit republica?
74. De Stoicis repugnantiis.
75. De communibus notitiis, aduersus Stoicos.
76. De consuetudine ad Stoicos. *
77. Stoicos, quam poetas absurdiora dicere.
78. De Epicuri auditione. *
79. De diis. *
80. Aduersus Colotem, de aliis philosophis.
81. Ne suauiter quidem viui posse, secundum Epicuri decreta.
82. Ad Bithynicum de amicitia. *
83. Ammonius, siue, non iucunde cum vitio vitam traduci. *
84. Quomodo se quis citra inuidiam laudare possit.
85. Sitne virtus rhetorica? *
86. Quomodo quis in virtute se profecisse sentiat.
87. De oraculorum defectu.
88. De discrimine amici et adulatoris. [*]
89. De primo frigido.
90. De his, qui sero a numine puniuntur.
91. De garrulitate.
92. De ira (cohibenda.)
93. Praecepta tuendae valetudinis.
94. De animi tranquillitate.
95. De inutili verecundia.
96. De curiositate.
97. De amore fraterno.
98. De cometis. *
99. De exsilio.
100. De auditione philosophorum.
101. De poetis audiendis.
102. Reip. gerendae praecepta.

103. De

lll) ἴσ. πῶς δεῖ ποιημάτων. [πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκέειν. Ven.]

ργ´. περὶ βίων. (ἐν ἄλλῳ δὲ, περὶ τὸν βίον mmmm) . . . κυβεία.)

103. De vitarum . . in alio, vitam sese habere instar lusus aleae. *

ρδ´. πῶς δεῖ τοῖς σχολαςικοῖς [σχολικοῖς, Ven.] γυμνάσμασι χρῆσθαι.

104. Qua ratione otiosis gymnasii exercitationibus vtendum. *

ρε´. ἐρωτικός.

105. Amatorius sermo.

ρϛ´. ἀποφθέγματα ἡγεμονικὰ, ςρατηγικὰ, τυραννικά.

106. Apophthegmata imperatorum, militum, regum.

ρζ´. περὶ ἰδίȣ σώματος.

107. De suo corpore. *

ρη´. συμπόσιον τῶν ζ´ σοφῶν.

108. Conuiuium septem Sapientum (Graeciae.)

ρθ´. παραμυθητικὸς πρὸς Ἀσκληπιάδην nnnn).

109. Consolatorius ad Asclepiadem. * (F. Apollonium.

ρι´. παραμυθητικὸς πρὸς τὴν γυναῖκα.

110. Consolatio ad vxorem suam.

ρια´. περὶ φιλοκόσμȣ. [φιλοκοσμίας, Ven. cod.]

111. De cultus corporis studio. *

ριβ´. τιθευτικός.

112. Nutricator.

ριγ´. Γαμικὰ παραγγέλματα.

113. Coniugalia praecepta.

ριδ´. περὶ τȣ̃ μὴ χρᾶν νῦν ἔμμετρα τὴν Πυθίαν.

114. Non reddere nunc Pythiam versibus oracula. [*]

ριε´. περὶ τȣ̃ ΕΙ τȣ̃ ἐν Δελφοῖς.

115. De EI Delphis (inscripto.)

ριϛ´. περὶ τȣ̃ κατ' Ἶσιν λόγȣ καὶ Σάραπιν.

116. De Iside et Serapide (al. Osiride.)

ριζ´. αἰτίαι τῶν Ἀράτȣ διοσημείων.

117. Causae signorum (seu prodigiorum) Arati. *

ριη´. εἰς τὰ Νικάνδρȣ θηριακά. [ρψα. Ven.]

118. In Nicandri Theriaca. *

ριθ´. Ἀριςοφάνȣς καὶ Μενάνδρȣ σύγκρισις.

119. Aristophanis et Menandri comparatio.

ρκ´. περὶ τῆς Ἡροδότȣ κακοηθείας.

120. De Herodoti malignitate (seu versutia).

ρκα´. περὶ τȣ̃ χρόνȣ τῆς Ἰλιάδος.

121. De tempore Iliados. *

ρκβ´. πῶς κρινȣ̃μεν [κρινῶμεν, Ven.] τὴν ἀληθῆ ἱςορίαν.

122. Qua ratione veram historiam discernere liceat. *

ρκγ´. ἀπομνημονεύματα.

123. Memorabilia. *

ρκδ´. Γυναικῶν ἀρεταί. (ἐν ἄλλῳ δὲ, περὶ τȣ̃ πῶς δεῖ ζῆν γυναῖκα πρὸς ἄνδρα.)

124. Mulierum virtutes, vel de officio vxoris erga maritum.

ρκε´. περὶ ζώων ἀλόγων ποιητικός. [ζ. ἀλ. ποιητικὰ, cod. Ven.]

125. De animalibus, rationis expertibus, poeticus sermo. *

ρκϛ´. διηγήσεις παράλληλοι Ἑλληνικαὶ καὶ Ῥωμαϊκαὶ (Ἐπικȣρείων ἐναντιωμάτων.) [περὶ Ἐπικ. ἐναντ. prioribus omissis, cod. Ven. sed nr. 80. περὶ παραλλήλων ἑλλην. καὶ ῥωμ.]

126. Narrationes comparatae Graecorum et Romanorum. (Epicureorum repugnantiae. *

mmmm) ἴσ. ἐοικέναι. [in cod. Venet. περὶ τȣ̃ τὸν ἐοικέναι κυβείᾳ.]

nnnn) ἴσ. Ἀπολλώνιον.

ρκζ΄. πῶς ἄν τις ὑπ᾽ ἐχθρῶν ὠφελοῖτο.

127. Qua quis ratione ex hoſtibus vtilitatem capiat.

ρκή. περὶ τοῦ μὴ μάχεσθαι τῇ μαντικῇ τὸν Ἀκαδημαϊκὸν λόγον.

128. Non aduerſari diuinationi doctrinam academicorum. *

ρκθ΄. ἐπιστολὴ πρὸς * Φαβώρινον ooo).

129. Epiſtola ad Phauorinum. *

ρλ΄. περὶ φιλίας ppp). (ἐν ἄλλῳ δὲ περὶ φίλων χρήσεως.)

130. De amicitia. * (F. de amicorum multitudine ſeu de amicorum vſu.)

ρλά. περὶ τοῦ ἐφ᾽ ἡμῖν, [εὐφημειν, cod. Ven.] πρὸς Ἐπίκουρον, σχολαὶ Ἀκαδημαϊκαί. [ſunt duo ſeparatim poſita opuſc. in cod. Ven.]

131. De iis, quae in noſtra poteſtate, academicae ſcholae aduerſus Epicurum. *

ρλβ΄. εἰ λόγον ἔχει τὰ ζῶα;

132. An bruta ratione praedita?

ρλγ΄. Πλατωνικὰ ζητήματα.

133. Platonicae quaeſtiones.

ρλδ΄. πῶς ἄν τις ἐν πράγματι φιλοπραγμονῶν δόξαν διαφύγοι.

134. Quomodo quis in negotiis curioſitatis opinionem effugiat? * [⁋]

ρλέ. αἰτίαι ῥωμαϊκαί.

135. Cauſae, ſeu quaeſtiones romanae.

ρλϛ΄. αἰτίαι βαρβαρικαί.

136. Item barbaricae. *

ρλζ΄. περὶ τῆς κεστοῦ τῆς μητρὸς τῶν Θεῶν.

137. De ceſtu matris deorum. *

ρλή. Πρωταγόρου περὶ τῶν πρώτων.

138. Protagorae de principiis. *

ρλθ΄. περὶ τῶν παρ᾽ Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν.

139. De Alexandrinorum prouerbiis. *

ρμ΄. ὅτι παραδοξότερα οἱ Ἐπικούρειοι τῶν ποιητῶν λέγουσι.

140. Epicureos abſurdiora quam poetas tradere. *

ρμά. τί τὸ συνιέναι;

141. Quid ſit intelligere? *

ρμβ΄. περὶ τοῦ οὐδὲν καὶ μηδὲν, ὅτι οὐδὲν ἐστι συνιέναι. [ſunt duo diuerſa opuſc. in cod. Ven.]

142. Nihil intelligi poſſe. *

ρμγ΄. [περὶ στοϊκῶν ἐναντιωμάτων πότερα etc. cod. Ven.] πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα;

143. Vtra animalium, terreſtriane an aquatilia, prudentiora?

ρμδ΄. Στωϊκῶν καὶ Ἐπικουρείων ἐκλογαὶ καὶ ἔλεγχοι.

144. Stoicarum et Epicurearum ſententiarum collectio et reprehenſiones. *

ρμέ. αἰτίαι τῶν περιφερομένων Στωϊκῶν περὶ ἡμερῶν.

145. Cauſae de iis, quae circumferuntur Stoicarum opinionum de diebus. *

ρμϛ΄. περὶ περιεργίας.

146. De ſuperflua ſedulitate, ſiue de curioſitate. *

ρμζ΄. περὶ τοῦ πρώτου ἑπομένου, πρὸς Χρύσιππον.

147. De prima illatione, aduerſus Chryſippum. *

ρμή. ὑποθετικὸν ἢ περὶ ἀρχῆς.

148. Admonitorium ſeu de imperio. *

ρμθ΄. πε-

149. De

ooo) [Sic in cod. Ven.] ἐν ἄλλῳ, Φαβωρῖνον, F. Vrſin.

ppp) ἴσ. πολυφιλίας. [ſic cod. Ven. ſed nr. 156. aliud opuſculum, vt *Fabric.* dedit.]

ρμθ'. περὶ τȣ̃ ἐφ' ἡμῖν [qqq]), πρὸς τȣ̀ς Στωϊκȣ́ς.
ρν'. περὶ δεισιδαιμονίας, (πρὸς Ἐπίκȣρον.)
ρνα'. εἰ πᾶσι συνηγορητέον;
ρνβ'. πρὸς Φηςίαν παραμυθητικός.,
ρνγ'. περὶ τῶν Πύῤῥωνος δέκα τόπων — — αἰτίαι καὶ τόποι.
αἰτίαι ἀλλαγῶν [rrr]).
ρνδ'. περὶ μονάδων.
ρνε'. εἰ δώσει γνώμην ὁ πολίτης προσειδὼς ὅτι [sss]) ȣ̓ πείσει;
ρνς'. περὶ δοξῶν τῶν καθ' [ttt]).
ρνζ'. αἰτίαι Ἑλλήνων.
ρνη'. αἰτίαι γυναικῶν.
ρνθ'. περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν.
ρξ'. ἀποφθέγματα Λάκωνος [uuu]).
ρξα'. ἀπορειῶν λύσεις.
ρξβ'. χρησμῶν συναγωγή.
ρξγ'. περὶ ἀλυπίας.
ρξδ'. περὶ γυμνασμάτων.
ρξε'. περὶ Ῥωμαίων τύχης.
ρξς'. περὶ τῆς Ἀλεξάνδρȣ τύχης.
ρξζ'. περὶ τȣ̃ Γνῶθι σεαυτὸν, (καὶ εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή.)
ρξη'. περὶ τȣ̃ Λάθε βιώσας.
ρξθ'. περὶ ἀταραξίας.
ρο'. περὶ ἀρετῆς (εἰ διδακτὸν ἡ ἀρετή;)
ροα'. περὶ τῆς εἰς Τροφωνίȣ καταβάσεως.
ροβ'. Ἱκέτης.
ρογ'. Φυσικὴ ἐπιτομή.
ροδ'. περὶ τῶν πρώτων φιλοσοφησάντων καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν.
ροε'. περὶ ὕλης.
ρος'. περὶ τῆς Ἀλεξάνδρȣ ἀρετῆς.
ροζ'. Ἀχιλ-

149. De iis, quae in noſtra poteſtate, ad Stoicos. *
150. De ſuperſtitione ad Epicurum.
151. An omnibus patrocinandum? *
152. Ad Pheſtiam conſolatio. *
153. De Pyrrhonis decem locis — cauſae et loci. *
Cauſae viciſſitudinum. *
154. De vnitatibus. * [?]
155. An ſit ſententia dicenda ciui, prouidenti, ſe non eſſe perſuaſurum? *
156. De opinionibus inter ſe contrariis. *
157. Quaeſtiones Graecorum.
158. Quaeſtiones mulierum. *
159. De illuſtribus viris. *
160. Apophthegmata Laconum.
161. Difficilium quaeſtionum ſolutio. *
162. Oraculorum collectio. *
163. De indolentia. *
164. De gymnaſticis exercitationibus. *
165. De fortuna Romanorum.
166. De fortuna Alexandri.
167. De illo, Noſce te ipſum et An anima ſit immortalis? (vt in aliis eſt.) *
168. De illo, Latenter viuendum.
169. De ſtatu animi imperturbati. *
170. De virtute, vel (vt in aliis) An doceri virtus queat?
171. De deſcenſu in Trophonii ſpecum. *
172. Supplex. *
173. Phyſicum compendium [vvv]). *
174. De primis philoſophis, eorumque ſucceſſoribus. *
175. De materia. *
176. De virtute Alexandri.

177. Achil-

qqq) [εὐφημῶν, cod. Ven.]

rrr) In cod. Ven. poſt τόπων ſeparatim ponuntur et alia ſequuntur:
περὶ βίων πρὸς Ἐπίκȣρον.
αἰτίαι καὶ τύποι.
αἰτίαι ἀλλαγῶν. etc. vid. nr. 183 ſqq. *Harl.*

sss) al. ȣ̓ ποιήσει.

ttt) ἴσ. καταλλήλων ἐναντίων.

uuu) Λακωνικὰ γραφ. ἐν ἄλλῳ F. Vrſ. [et Λακωνικὰ cod. Ven.]

vvv) *Corſinius* in vita pag. XVIII. ſuſpicatur, Plutarchum in hoc opus pleraque tranſtuliſſe, quae in quinque libris Placitorum expreſſiſſet. *Harl.*

ροζ΄. Ἀχιλλέως παιδεία.
ροη΄. περὶ Κυρηναίων.

ροθ΄. Ἀπολογία ὑπὲρ Σωκράτους.
ρπ΄. περὶ Σωκράτους καταψηφίσεως.
ρπα΄. περὶ γεοφάγων *www*).
ρπβ΄. διαλέξεις περὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν.
ρπγ΄. περὶ προβλημάτων.
ρπδ΄. περὶ χαρακτήρων.
ρπε΄. περὶ πόλεων κτίσεως, (καὶ Φυσικῶν ἀρεσκόντων *xxx*).
ρπϛ΄. κατὰ τί ἔνδοξοι Ἀθηναῖοι;
ρπζ΄. περὶ τῶν συνηγορούντων.
ρπη΄. τίς ἄριστος βίος;
ρπθ΄. περὶ ἡμερῶν μελετῶν Φυσικῶν καὶ πανηγυρικῶν.
ρϙ΄. περὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖς δαιδάλων Φιλολόγων *yyy*).

ρϙα΄. περὶ σκευῶν.
ρϙβ΄. περὶ εὐγενείας.
ρϙγ΄. ὁ πρὸς Δίωνα ῥηθεὶς ἐν Ὀλυμπίᾳ *zzz*).
ρϙδ΄. ὅτι ἔδοξεν Ἡρακλείτῳ πρότερον *a*) χρησιμώτερον πῦρ ἢ ὕδωρ.
ρϙε΄. προτρεπτικὴ πρὸς νέον πλούσιον.
ρϙϛ΄. πότερον τὰ ψυχῆς ἢ σώματος πάθη χείρονα.
ρϙζ΄. περὶ ψυχῆς.
ρϙη΄. εἰ ἄπρακτος ὁ περὶ πάντων ἐπέχων. [ἀπέχων cod. Ven.]
ρϙθ΄. περὶ Φιλοπλουτίας.
σ΄. περὶ σεισμῶν.
σα΄. πῶς δεῖ Λάκωνα μάχεσθαι.
σβ΄. προ-

177. Achillis inſtitutio. * [☞]
178. De Cyrenaeis, * i. e. philoſophis Cyrenaicis, duce Ariſtippo.
179. Apologia Socratis. *
180. De Socratis damnatione. *
181. De his, quae terram vorant. *
182. Diſſertationes de X. categoriis. *
183. De problematis.
184. De formis dicendi. *
185. De vrbium aedificatione, * et Phyſicorum placitis.
186. Quibus rebus clari Athenienſes?
187. De patrocinantibus. *
188. Quae optima vita? *
189. De dierum exercitationibus naturalibus et panegyricis. *
190. De artificioſis orationibus, doctisque viris apud Plataeenſes. * [vid. *Ionſius* l. c. nr. 17.]
191. De vaſis, ſeu inſtrumentis. *
192. De nobilitate.
193. Ad Dionem oratio habita in Olympia. *
194. Prius viſum eſſe Heraclito, ignem vtiliorem eſſe quam aquam.
195. Hortatoria ad diuitem adoleſcentem. *
196. Vtrum grauiores corporis an animi affectiones?
197. De anima.
198. An ſit inutilis, qui in rebus omnibus aſſenſum ſuſpendit. *
199. De cupiditate diuitiarum.
200. De terrae motibus. *
201. Quomodo Laconem pugnare deceat. * [☞]
202. Ad-

www) γραφ. γεωφγάων, [γεωγράφων forte, vid. *Ionſ.* III. 6. nr. 17.] Ful. Vrſin. [γεωφάγων cod. Venet.]

xxx) Verba haec, ſignis parentheſeos incluſa, Corſin. p. XVIII ſq. haud arbitratur per errorem irrepſiſſe in textum, quod Plutarchus in illo opere, praeter commemorationem originis et nouae veluti aedificationis quarumdam vrbium, ſimul phyſicorum placita de vrbium ipſarum ſitu natiuisque adfectionibus ſit perſequutus. In cod. Venet. ſunt nr. 207 et 208. duo diuerſa opuſcula, et diſtinguit *Ionſius* l. c. pag. 27. quem confer. *Harl.*

yyy) In cod. Ven. nr. 212 et 213. ſunt duo diverſa opuſcula. *Harl.*

zzz) Sic quoque in cod. Venet. 215. ſed iterum nr. 235. διάλεξις πρὸς Δίωνα. *Harl.*

a) ἴσ. πότερον. [vid. nr. 216. in cod. Ven.]

σβ'. προτρεπτικὴ [b]) εἰς Ἀσκλήπιον Περγαμηνόν.	202. Adhortatio ad Afclepium, Pergamenum. *
σγ'. περὶ τȣ̃ μὴ δεῖν δανείζεσθαι.	203. Foenerandum non effe.
σδ'. περὶ κυνηγητικῆς.	204. De venatione. *
σε'. πρὸς τȣ̀ς ἐξαπατᾷν πειρωμένȣς.	205. Aduerfus eos, qui fallere conantur. *
σϛ'. αἰτίαι φυσικαί.	206. Phyficae quaeftiones.
σζ'. πρὸς τȣ̀ς διὰ τὸ ῥητορεύειν μὴ φιλοσοφȣ̃ντας.	207. Ad eos, qui propter oratoriam artem non philofophantur. *
ση'. περὶ ποιημάτων [c]) τίς ἡ αὐτῶν ἐπιμέλεια;	208. De poetis, quae illorum cura. *
σθ'. τί [d]) κατὰ Πλάτωνα τέλος.	209. Quis ex Platonis fententia finis. *
σι'. ἐρωτικαὶ διηγήσεις [e]).	210. Amatoriae narrationes feu (vt alii) Ad amantes.

τὰ ἑξῆς λείπει ἐν τῷ ἀντιγράφῳ.

Cetera in autographo defiderantur, vnde e filentio huius catalogi haud licet colligere fcriptum aliquod Plutarchi non effe. [Atque mancum effe hunc catalogum, videre licet ex fequenti indice, quem e cod. Veneto defcriptum, cl. *Siebenkees*, digniffimus et cl. Profeffor in vniuerfitate Altdorfina, quum adhuc Venetiis verfaretur, mihi beneuole communicarat; quem hic typis excudi, iis, quorum intererit eum comparare cum vulgato, haud ingratum fore arbitror. Sed ordo eft diuerfus, et aliquot opufcula diuifa in plura defignantur.]

Βίοι παράλληλοι Πλȣτάρχȣ.

Θησεὺς Ῥώμυλος. . . . ων Ποπλικόλως. Θεμιστοκλῆς Κάμιλλος. Ἀριστείδης Κάττων. Κίμων Λȣ́κȣλλος. Περικλῆς, Φάβιος Μάξιμος. Νικίας, Κράσσος. Μάρκιος Ἀλκιβιάδης. Δημοσθένης, Κικέρων. Φωκίων, Κάτων, Δίων Βρȣ̃τος. Αἰμίλιος Τιμόλεων. Σερτώριος, Εὐμένης, Φιλοποίμην, Τίτος. Πελοπίδας Μάρκελλος. Ἀλέξανδρος, Καῖσαρ. Δημήτριος Ἀντώνιος. Πύῤῥος, Μάῤῥιος, Ἄρατος, Ἀρταξέρξης. Ἄγις καὶ Κλεομένης. Τιβέριος ὁ Γάϊος Γράγχος. Λυκȣ̃ργος Νȣ̃μας. Λυσάνδηρ Σύλλας. Ἀγησίλαος Πομπήϊος.

Πίναξ τῶν λόγων τȣ̃ Πλȣτάρχȣ. ἀρχὴ τῶν ἠθικῶν.

περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. περὶ παίδων ἀγωγῆς. (mentio illius infra iteratur.)

πῶς ἄν τις αἴσθαιτο ἑαυτȣ̃ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ;

περὶ τῶν ὑπὸ τȣ̃ θείȣ βραδέως τιμωρȣμένων.

πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο;

πῶς

b) προτρεπτικὸς cod. Venet. *Harl.*

c) [Sic cod. Venet. reliquis omiffis.] ποιητῶν.

d) τί τὸ cod. Venet. *Harl.*

e) ἐν ἄλλῳ, πρὸς τȣ̀ς ἐρῶντας. [fic in cod. Veneto nr. 230. fed nr. 67. occurrit titulus: ἐρωτικαὶ διηγήσεις. *Harl.*]

πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν.
πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου.
περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως.
περὶ δυσωπίας.
περὶ φιλαδελφίας.
περὶ ἀδολεσχίας.
περὶ τοῦ ἀκούειν.
περὶ πολυφιλίας.
περὶ φιλοπλουσίας.
περὶ τύχης.
πότερον τὰ ψυχῆς ἢ τὰ σώματος πάθη χείρονα;
πότερον τὸ ὕδωρ ἢ τὸ πῦρ χρησιμώτερον;
περὶ δεισιδαιμονίας, τέλος τῶν ἠθικῶν.
παραμυθητικὸς πρὸς Ἀπολλώνιον.
παραμυθητικὸς πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα.
περὶ φυγῆς.
γαλβᾶς.
ὄθων . . (an Ὄθων Othonis vita? Galba enim et Otho iunctim quoque in cod. Flor. V. plut. LV. *Harl.*)
πότερον Ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ φιλοσοφίαν ἐνδοξότεροι;
ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι.
ὑγιεινὰ παραγγέλματα.
εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον;
συμπόσιον φιλοσόφων, ἐν ἄλλῳ τῶν ἑπτὰ σοφῶν συμπόσιον.
περὶ Ἴσιδος καὶ Σεράπιδος.
γυναικῶν ἀρεταί.
γαμικὰ παραγγέλματα.
πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον.
περὶ σαρκοφαγίας βιβλία δύο.
περὶ εἱμαρμένης.
περὶ μουσικῆς.
ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον.
εἰ καλλῶς εἴρηται τὸ λάθε βιώσας;
εἰ ἀντ' ἀρετῆς ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν;
περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας.
περὶ φθόνου καὶ μίσους.
περὶ μοναρχίας καὶ δημοκρατίας, καὶ ὀλιγαρχίας.
ἐρωτικαὶ διηγήσεις.
αἰτίαι φυσικαί.
περὶ ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις βιβλία ε'.
περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς.
περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ.
περὶ Ὁμήρου.
ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή.
περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης ἢ ἀρετῆς.
περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς βιβλία β'.
πολιτικὰ παραγγέλματα.
ἀποφθέγματα βασιλέων καὶ στρατηγῶν.
λακωνικὰ ἀποφθέγματα.
περὶ παραλλήλων ἑλληνικῶν καὶ ῥωμαίων.
κεφαλαίων καταγραφή [vid. in rec. codd. ex Lambec. et Kollario notata.]
βίοι τῶν δέκα ῥητόρων, Ἀντιφῶντος, Ἀνδοκίδου, Λυσίου, Ἰσοκράτους, Ἰσαίου, Αἰσχίνου, Λυκούργου, Δημοσθένους, Ὑπερίδου καὶ Δεινάρχου. σὺν τούτοις καὶ ψηφίσματα τρία ὑπὲρ Δημοσθένους.
περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι. περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι.
περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα, ἢ τὰ ἔνυδρα.
περὶ τοῦ ΕΙ τοῦ ἐν Δελφοῖς.
περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων.
ταῦτα πάντα εὑρεθήσεις, καὶ αἱ συνόψεις τῶν κατωτέρω σημειωθέντων τῷδε τῷ σημείῳ. θ
Αὐγούστου βίος. Τιβέριος. Σκηπίων Ἀφρικανὸς, Κλαύδιος, Νέρωνος βίος, Γάϊος καῖσαρ. Βιτέλλιος. Ἡρακλέους βίος. Ἡσιόδου βίος. Κράτητος βίος. Δαΐφαντος. Ἀριστομένης. Ἄρατος.
Ὁμηρικῶν μελετῶν βιβλία δ'.
Ἐμπεδοκλέους βιβλία δέκα.
περὶ τῆς ε οὐσίας βιβλία ε'.
περὶ τῆς εἰς ἑκάτερον ἐπιχειρηστίας βιβλ. ε'.
μύθων βιβλία γ'.
περὶ Θεοφράστου πρὸς τοὺς καιρούς.
πόλεων εὐεργεσίαι βιβλία γ'.

πολιτι-

πολιτικῶν βιβλία β'.
περὶ πεπρωμένης ἱστορίας, βιβλία δ'.
παροιμιῶν βιβλία β'.
τῶν Ἀριστοτέλους πολιτικῶν βιβλία ή.
Σωσικλῆς βιβλία β'.
περὶ εἱμαρμένης βιβλία β'.
περὶ δικαιοσύνης πρὸς Χρύσιππον, ὅτι Πλάτων βιβλία γ'.
περὶ ποιητικῆς.
στρωματεῖς ἱστορικοὶ ποιητικοὶ ξβ'. ἔνιοι δὲ ξς'.
περὶ τοῦ μίαν εἶναι τὴν ἀπὸ Πλάτωνος ἀκαδημίαν.
περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Πυῤῥωνείων καὶ Ἀκαδημαϊκῶν.
περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας.
περὶ τοῦ γεγονέναι κατὰ Πλάτωνα τὸν κόσμον.
ποῦ εἰσιν αἱ ἰδέαι.
πῶς ἡ ὕλη τῶν ἰδεῶν μετείληφεν.
ὅτι τὰ πρῶτα σώματα ποιεῖ.
περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου πρὸς Ἀλκιδάμαντα.
ὑπὲρ τοῦ Πλάτωνος Θεαγένους.
περὶ μαντικῆς, ὅτι σώζεται κατὰ τοὺς Ἀκαδημαϊκούς.
περὶ τοῦ ἐν σελήνῃ φαινομένου προσώπου.
πότερον ὁ περισσὸς ἀριθμὸς ἢ ὁ ἄρτιος ἀμείνων.
περὶ ἐννοιῶν πρὸς τοὺς Στωϊκούς.
περὶ συνηθείας πρὸς τοὺς Στωϊκούς.
ὅτι παραδοξώτερα τῶν ποιητῶν οἱ Στωϊκοὶ λέγουσιν.
πρὸς τὴν τοῦ Ἐπικούρου ἀκρόασιν.
περὶ θεῶν.
πρὸς Κολώτην ὑπὲρ τῶν ἄλλων φιλοσόφων.
πρὸς Βιθυνὸν περὶ φιλίας.
Ἀμμώνιος, ἢ περὶ τοῦ μὴ ἡδέως τῇ κακίᾳ συνεῖναι.
εἰ ἀρετὴ ἡ ῥητορική;
περὶ κομήτων.
περὶ τῶν τριῶν ὀνομάτων τί κύριον;
περὶ βίων, ἐν ἄλλῳ περὶ τοῦ τὸν ἐοικέναι κυβείᾳ.
πῶς δεῖ τοῖς σχολικοῖς γυμνάσμασι χρῆσθαι.
περὶ τοῦ ἰδίου σώματος.
παραμυθητικὸς πρὸς Ἀσκληπιάδην.
περὶ φιλοκοσμίας.
τιθευτικός.
περὶ τοῦ μὴ χρᾶν νῦν ἔμμετρα τὴν πυθίαν.
αἰτίαι τῶν Ἀράτου διοσημείων.
εἰς τὰ Νικάνδρου θηριακὰ ῥψά.
Ἀριστοφάνους καὶ Μενάνδρου συγκρίσεις.
περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας.
περὶ τοῦ χρόνου τῆς ἰλιάδος.
πῶς κρινῶμεν τὴν ἀληθῆ ἱστορίαν.
ζώων ἀλόγων ποιητικά.
περὶ Ἐπικουρείων ἐναντιωμάτων.
περὶ τοῦ μάχεσθαι τῇ μαντικῇ τὸν Ἀκαδημαϊκῶν νόμον.
ἐπιστολὴ πρὸς Φαβωρῖνον.
περὶ φιλίας, ἐν ἄλλῳ περὶ φίλων χρήσεως.
περὶ τοῦ εὐφημεῖν.
πρὸς Ἐπίκουρον, σχολαὶ Ἀκαδημαϊκαί.
πλατωνικὰ ζητήματα.
πῶς ἄν τις ἐν πράγμασιν φιλοπραγμόνων δόξαν διαφύγοι.
αἰτίαι ῥωμαϊκαί.
αἰτίαι βαρβαρικαί.
περὶ τοῦ κεστοῦ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν.
Πρωταγόρου περὶ τῶν πρώτων.
περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσιν παροιμιῶν. [in cod. Florent. medic. XIV. nr. 13. plut. 80.]
ὅτι παραδοξότερα οἱ Ἐπικούρειοι τῶν ποιητῶν λέγουσιν.
τί τὸ συνιέναι;
περὶ τοῦ οὐδὲν καὶ μηδέν.
ὅτι οὐκ ἔστιν συνιέναι.
Στωϊκῶν καὶ Ἐπικουρείων ἐκλογαὶ καὶ ἔλεγχοι.
αἰτίαι τῶν περιφερομένων Στωϊκῶν περὶ ἡμερῶν.
περὶ περιεργίας.
περὶ τοῦ πρώτου ἑπομένου πρὸς Χρύσιππον.
ὑποθετικὸς ἢ περὶ ἀρχῆς.
περὶ τοῦ εὐφημεῖν πρὸς τοὺς Στωϊκούς.
περὶ δεισιδαιμονίας πρὸς Ἐπίκουρον.

εἰ πᾶσιν συνηγορητέον.
πρὸς Φησίαν παραμυθητικός.
περὶ τοῦ Πύῤῥωνος δέκα τόπων.
περὶ βίων πρὸς Ἐπίκουρον.
αἰτίαι καὶ τύποι.
αἰτίαι ἀλλαγῶν.
περὶ ταυτολογίας.
περὶ τοῦ ἀκούειν τῶν φιλοσόφων.
περὶ μονάδων.
αἰτίαι γυναικῶν.
περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν.
χρησμῶν συναγωγή.
περὶ ἀλυπίας.
περὶ γυμνασμάτων.
περὶ ἐπιθυμίας.
περὶ τοῦ γνῶθι σαυτὸν, καὶ εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή.
περὶ ἀταραξίας.
περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως.
ἱκέτης.
φυσικὴ ἐπιτομή.
περὶ τῶν πρώτων φιλοσοφησάντων καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν.
Ἀχιλλέως παιδεία.
περὶ Κυρηναίων.
περὶ ὕλης.
ἀπολογία ὑπὲρ Σωκράτους.
περὶ τῆς Σωκράτους καταψηφίσεως.
περὶ γεωφάγων.
διάλεξις περὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν.
περὶ προβλημάτων.
περὶ χαρακτήρων.
πολέων κτίσεις.
φυσικῶν ἀρεσκόντων.
περὶ τῶν συνηγορούντων.
τίς ἄριστος βίος;
περὶ ἡμερῶν μελετῶν φυσικῶν καὶ πανηγυρικῶν.
περὶ τῶν ἐν Πλαταιοῖς δαιδάλων.
περὶ φιλολόγων παρασκευῶν.
περὶ εὐγενείας.
ὁ πρὸς Δίωνα ῥηθεὶς ἐν ὀλυμπίᾳ.
περὶ τοῦ τί ἔδοξεν Ἡρακλείτῳ.
προτρεπτικὸς εἰς νέον πλούσιον.
εἰ ἄπρακτος ὁ περὶ πάντων ἀπέχων.
περὶ ψυχῆς.
περὶ σεισμῶν.
πῶς δεῖ Λακῶνα μάχεσθαι.
προτρεπτικὸς εἰς Ἀσκλήπιον Περγαμηνόν.
περὶ κυνηγετικῆς.
πρὸς τοὺς ἐξαπατᾶν πειρωμένους.
ἀπορειῶν λύσεις.
περὶ ποιημάτων.
πρὸς τοὺς διὰ τὸ ῥητορεύειν μὴ φιλοσοφοῦντας.
τίς ἡ αὐτοῦ ἐπιμέλεια;
τί τὸ κατὰ Πλάτωνα τέλος;
πρὸς τοὺς ἐρῶντας.
περὶ φιλοσόφων παρασκευῶν.
περὶ Εὐριπίδου.
πῶς κρινῶμεν τὴν ἀλήθειαν;
ὅτι ἄφθαρτος ἡ ψυχή.
διάλεξις πρὸς Δίωνα.

[Summa circiter, 235.]

οἱ ἐγκείμενοι τῷ τεύχει λόγοι τοῦ Πλουτάρχου ἠθικοί.

α. περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. τὰ ἱμάτια δοκεῖ θερμαίνειν.
β'. περὶ παίδων ἀγωγῆς. τί τις ἂν ἔχοι εἰπεῖν.
γ'. πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ. τίς τῶν ἐννῶν ὦ Σόσσιε.
δ'. περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων. τοιαῦτα μὲν ὁ Ἐπίκουρος εἰπών.
ε. πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο. ὁρῶμεν ὅτι τὸν πρᾳότατον.
ϛ'. πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν. εἰ μὲν ὡς Φιλόξενος ὁ ποιητής.
ζ'. πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου; τῷ σφόδρα φιλῷ ἑαυτόν.
ή. περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως. τὸ πέρὶ ἑαυτοῦ λέγειν.
θ'. περὶ ἀοργησίας, καλῶς μοι δοκοῦσιν ὦ Φούνδανε.

ί. περὶ πολυπραγμοσύνης, ἄπνυν ἢ σκοτεινὴν ἢ δυσχείμερον.
ιά. περὶ ἀθυμίας, Πλύταρχος. . . . εὖ πράττειν.
ιβ΄. περὶ δυσωπίας. ἔνια τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων.
ιγ΄. περὶ φιλαδελφίας. τὰ παλαιὰ τῶν διοσκύρων.
ιδ΄. περὶ ἀδολεσχίας. δύσκολον μὲν ἀναλαμβάνει.
ιέ. περὶ τῦ ἀκύειν τὴν γενομένην μοι σχολήν.
ις΄. περὶ πολυφιλίας. Μένωνα τὸν Θετταλον.
ιζ. περὶ φιλοπλῦντι. Ἱππόμαχος ὁ ἀλείπτης.
ιή. περὶ τύχης. τύχη τὰ θνητῶν πράγματα.
ιθ΄. πότερον τὰ ψυχῆς ἢ τὰ σώματος πάθη χείρονα. Ὅμηρος μὲν ἐπιβλέψας.
κ΄. πότερον τὸ ὕδωρ ἢ τὸ πῦρ χρησιμώτερον; ἄριστον μὲν ὕδωρ ὁ δὲ χρυσός.
κά. περὶ δεισιδαιμονίας. τῆς περὶ θεῶν ἀμαθείας.
κβ΄. ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι. Σορκανὸν ἐγκολπίζεσθαι.
κγ΄. πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον. Πλάτωνα Κυρηναῖοι παρεκάλυν.
κδ΄. περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς. περὶ τῆς ἠθικῆς λεγομένης.
κέ. εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. ὅτι μὲν ὦ Σύφανες.
κς΄. ἑπτὰ σοφῶν συμπόσιον. ἦ πυ προϊὼν ὁ χρόνος.
κζ΄. ὑγιεινὰ παραγγέλματα. σύ δη γλαυκὸν χθές.
κή. γαμικὰ παραγγέλματα. Πλύταρχος Πολλιανῷ.
κθ΄. περὶ τῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι. ὁ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις ὐκ ἐᾷ.
λ΄. περὶ τῆς Ἀλεξάνδρυ τύχης ἢ ἀρετῆς, λόγος ά. ὗτος ὁ τῆς τύχης λόγος ἐστιν.
λά. περὶ τῆς Ἀλεξάνδρυ τύχης ἢ ἀρετῆς λόγος β΄. διέφυγεν ἡμᾶς ὡς ἔοικε χθές.
λβ΄. περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης ἢ ἀρετῆς. αἱ πολλὺς πολλάκις.
λγ΄. περὶ τῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι. ταῦτα μὲν ὦ Κίρκη μεμαθηκέναι.
λδ΄. πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα; Τὸν Τυρταῖον ὁ Λεωνίδας ἐρωτηθείς.
λέ. παραμυθητικὸς πρὸς Ἀπολλώνιον. καὶ πάλαι σοι συνήλγησα.
λς΄. πολιτικὰ παραγγέλματα. εἰ πρὸς ἄλλο τι χρήσασθαι.
λζ΄. ἀποφθέγματα βασιλέων καὶ στρατηγῶν. Ἀρταξέρξης ὁ Περσῶν βασιλεύς.
λή. ἀποφθέγματα λακωνικά. Πασικλῆς ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεύς.
λθ΄. περὶ παραλλήλων ἑλληνικῶν καὶ ῥωμαϊκῶν. τὰς ἀρχαίας ἱστορίας διὰ τὰ παράδοξα.
μ΄. περὶ τῦ ά. ψυχρῦ, ἔστι τις ἄρα τῦ ψυχρῦ δύναμις.
μά. εἰ καλῶς εἴρηται τὸ λάθε βιώσας; ἀλλ᾽ ὐδὲ τῦτο εἰπὼν λαθεῖν ἠθέλησεν.
μβ΄. εἰ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν. πονεῖ τὸ σῶμα πεπραγμένον.
μγ΄. περὶ τῆς εἰς τὰ ἔγγονα φιλοστοργίας. ἔκκλητοι κρίσεις καὶ ξενικῶν.
μδ΄. περὶ τῦ εἰ τῦ ἐν Δέλφοις. στιχιδίοις τισιν ὐ φαύλως.
μέ. περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων. πρῶτον ἀξιῶ τὴν τῶν δογμάτων.
μς΄. περὶ σαρκοφαγίας λόγος ά. ἀλλά συ μὲν ἐρωτᾷς τίνι λόγῳ;
μζ. περὶ σαρκοφαγίας λόγος β΄. ἐπὶ τὰ ἕωλα τῆς σαρκοφαγίας.
μή. πλατωνικὰ ζητήματα. τί δή ποτε τὸν Σωκράτην ὁ θεός;
μθ΄. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. ἀετύς τινας ἢ κύκνυς ὦ Τερέντις.
ν΄. ὅτι ὐδὲ ἡδέως ζῆν ἐστι κατ᾽ Ἐπίκυρον. Κολώτης ὁ Ἐπικύρυ συνήθης.

[Summa cum ſuperioribus circ. 285. plura bis numerata ſunt.]

III. Opus Plutarchi pulcherrimum sunt *vitae* quas vocat *parallelae*, in quibus viros, virtute, rebus gestis, doctrina vel etiam fortunae ludibrio illustres Graecos cum totidem Romanis contulit et vtrorumque mores ac fata descripsit tanta industria, vt viro, praesertim in rep. versanti, vel etiam duci exercitus, (ne de aliis in praesenti dicam,) nihil possit eius esse lectione vtilius, nihil amoenius quoque propter incredibilem rerum varietatem, copiam exemplorum, iudicium denique ac probitatem scriptoris. *Agathiae* quidem scholastico hac in parte merito visus est prorsus incomparabilis; vnde in epigrammate lib. V. Antholog. p. 518. negat, vitae ipsius Plutarchi in hoc opere locum fuisse, quod Plutarchi nusquam occurrat similis, siue παράλληλος.

Σεῖο πολυκλήεντα τύπον σήσαντο Χερωνεῦ
  Πλούταρχε κρατερῶν υἷες Αὐσονίων.
Ὅττι παραλλήλοισι βίοις Ἕλληνας ἀρίσους
  Ῥώμης εὐπολέμοις ἥρμοσας ἐνναέταις.
Ἀλλὰ τεοῦ βιότοιο παράλληλον βίον ἄλλον
  Οὐδὲ σύγ' ἂν γράψαις, οὐ γὰρ ὅμοιον ἔχεις. [P]

[*Wernsdorf.* in nota msta hoc Agathiae epigr. sic reddidit latinis versibus:

Illustrem *Chaeronee* / *Boeote* *tuam Plutarche figuram*
  Ausoniae fortes constituêre viri.
Quando parallelis vitis coniungis Achiuos
  Eximios claris agmine Romulidis.
Tute tuae posses aliam non scribere vitam
  Ipse parallelam; nam similem non habes.

Harl.]

Exstant ex illo opere, quod in aliorum prius gratiam susceptum, deinde propriae vtilitatis f) et incitamenti ad virtutem causa a se produci ac continuatum profitetur:

1) Vita *Thesei*, ad Sossium Senecionem, cui videtur totum opus inscripsisse. (Vide infra nr. 39. 43.) Latine vertit hanc vitam ante Xylandrum et Cruserium Io. Lapus Florentinus. [Castelliunculus. vid. cod. Taurinens. inter latinos, p. 175. vbi tres codices recensentur, qui versiones antiquas lat. cum indice singulorum interpretum continent. Index vero interdum ab elencho Campani discedit. adde *Zeni* diss. Voss. I. pag. 87 sq. de *Aretino* interprete. *Harl.*] Gallice praeter Amiotum et Tallemantium, *Tan. Faber* Salmur. 1665. et *Andreas Dacerius* cum Anna, coniuge. Paris. 1695. et Amst. 12. additis notis. etc.

2) *Romuli*, quae citatur in Camillo pag. 146. Latine verterunt idem Lapus et Franciscus Philelphus. Gallice Dacerius.

Comparatio Romuli et Thesei pag. 37.

3) Vita

f) Plutarch. in vita Pauli Aemilii p. 255. Ἐμοὶ τῆς τῶν βίων ἅψασθαι γραφῆς συνέβη δι' ἑτέρους, ἐπιμένειν δὲ καὶ φιλοχωρεῖν ἤδη καὶ δι' ἐμαυτὸν ὥσπερ ἐν ἐσόπτρῳ τῇ ἱστορίᾳ πειρώμενον ἁμωσγέπως κοσμεῖν καὶ ἀφομοιοῦν πρὸς τὰς ἐκείνων ἀρετὰς τὸν βίον.

3) Vita *Lycurgi.* Latine vertit Lapus. Gallice Dacerius, adiunctis notis.

4) *Numae Pompilii,* quam citat Plutarchus in Coriolano pag. 233. Interpretes iidem. [Lycurgi et Numae vitas vertit *Philelphus*, ipſo teſte. vid. *Zeni* diſſ. cit. I. pag. 293.]

Numae cum Lycurgo comparatio pag. 75.

5) Vita *Solonis.* Vertit idem Lapus.

6) *Valerii Poplicolae,* quae citatur in Coriolano pag. 229. Latine idem Lapus eſt interpretatus. Gallice Dacerius.

Comparatio Poplicolae et Solonis pag. 109.

7) Vita *Themiſtoclis.* Latine vertit Lapus Florentinus. [*Guarinus* dicitur in cod. Taurinenſ. DCXLV.]

8) *M. Furii Camilli*, qui peſtilentiali lue correptus periit anno V. C. 388. octogenario maior M. Aemilio et L. Sextio Coſſ. Hanc quoque *Lapus* tranſtulit. [*Omnibono Leonicenſi* tribuitur in cod. Taurinenſ. DCXLV.]

* Comparatio Camilli ac Themiſtoclis deſideratur.

9) Vita *Periclis.* Vertit latine Lapus.

10) *Q. Fabii Maximi*, qui Verrucoſus etiam et Ouicula dictus eſt. Vertit latine Guarinus Veronenſis.

Comparatio Fabii et Periclis pag. 190. Hae duae vitae conſtituerunt olim *librum decimum* [g]) totius operis, vt patet ex his verbis Plutarchi [¶] pag. 153. Καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον δέκατον συντετάχαμεν, τὸν Περικλέους βίον καὶ τὸν Φαβίου Μαξίμου τοῦ διαπολεμήσαντος πρὸς Ἀννίβαν.

11) Vita *Alcibiadis*, de quo Nepos, Iuſtinus libro V. etc. Latine vertit Donatus [h]) Acciaiolus.

12) *C. Marcii* qui a captis Coriolis fortiſſima Volſcorum vrbe dictus eſt *Coriolanus.* Latine vertit Guarinus Veronenſis.

Comparatio Alcibiadis et Coriolani pag. 233.

13) Vita *Timoleontis*, ducis feliciſſimi. Latine vertit Antonius Tudertinus: [de cuius verſione vid. *Zeni* diſſ. Voſſ. tom. I. pag. 359 ſq.]

14) *L. Pauli Aemilii.* Tranſtulit latine Leonardus Aretinus.

Comparatio Aemilii ac Timoleontis pag. 276.

g) Certum eſt, longe alio ordine quam temporis Plutarchum olim has parallelas digeſſiſſe, nam vita Demoſth. et Ciceronis conſtituebat librum quintum; Periclis et Fabii Maximi decimum. Dionis et Bruti duodecimum. Alius quoque ordo obſeruatur in Lampriae catalogo, [etiam in cod. Ven.] alius apud Photium, alius in Graecis et Graecolatinis, alius in veteribus latinis Plutarchi occurrit editionibus. Veteres, quando hoc opus citant, duas ſimul vitas nominant, vt Laertius IV. 4. aliquid referens e vita Syllae: Πλούταρχος δέ φησιν ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ καὶ Σύλλα.

h) *Angelus* Acciajuoli dicitur. vid. Mazzucheli Scrittori d'Italia II. part. I. pag. 39. *Harl.*

15) Vita *Pelopidae*. Latine vertit Antoninus Beccaria.

16) *M. Claudii Marcelli*. Vertit Guarinus Veronensis.

Comparatio Marcelli cum Pelopida pag. 316.

17) Vita *Aristidis*, cognomento iusti. Vertit Franciscus Barbarus. [conf. *Zeni* diss. Voss. tom. II. pag. 352 sqq. vbi multa de illo Francisco, qui distinguendus est ab eius nepote, *Hermolao Barbaro*, erudite disputantur.]

18) *M. Catonis Maioris*, Censorii. Idem.

Comparatio Catonis et Aristidis pag. 353.

19) Vita *Philopoemenis*. Vertit latine Guarinus.

20) *T. Quinti Flaminii*, quae citatur in Catone Maiore p. 343. Vertit idem Guarinus.

Comparatio Flaminii et Philopoemenis pag. 381.

21) Vita *Pyrrhi*. Vertit Leonardus Aretinus.

22) *C. Marii*. Vertit latine Guarinus Veronensis.

* Comparatio Marii ac Pyrrhi desideratur.

23) Vita *Lysandri*. Vertit Guarinus Veronensis.

24) *L. Cornelii Syllae*. Vertit idem Guarinus.

Lysandri cum Sylla comparatio pag. 475.

25) Vita *Cimonis*. Transtulit Leonardus Iustinianus. [vid. *Apost. Zeni* diss. Vossiane I. pag. 50 sq.]

26) *Luculli*. Idem.

Comparatio Luculli et Cimonis pag. 521.

27) Vita *Niciae*. Vertit *Guarinus* [i]), et Alamannus Rinuccinus.

28) *M. Crassi*. Iidem.

Comparatio Crassi et Niciae pag. 565.

29) Vita *Eumenis Cardiani*. Vertit Guarinus.

30) *Q. Sertorii*. Vertit Leonardus Aretinus.

Comparatio Eumenis ac Sertorii pag. 596. [P]

31) Vita *Agesilai*, qui cum XLI. annos regnasset, annos natus LXXXIV. decessit [k]). Vertit latine Simon Grynaeus.

32) *Cn.*

i) Errauit Campanus, *Guarino* attribuens versionem, cuius auctor esset Alam. Rinuccinus. vid. *Fossii* monumenta ad vitam Alam. Rinuccini, Florent. 1791. 4. pag. 116. qui pag. 114 sqq. Rinucc. praefation. in editione Ienfoniana omissam, recudi fecit. In cod. Taurinensi lat. *Rinuccinus* disertis verbis dicitur interpres. *Harl.*

k) In edit. Campani romana loco vitae ex Plutarcho exstat laus eiusdem Agesilai ex Xenophonte, et *Antonius Tudertinus* interpres declaratur, quum

32) *Cn. Pompeii.* Vertit Antonius Tudertinus. [Hanc versionem improbat Muretus comm. in Cicer. Catil. III. 10. *Heum.* In codd. Taurinensib. DCXLII et DCXLIV. *Iacob. Angelus* dicitur interpres. adde *Zeni* diss. I. pag. 359.]

Comparatio Pompeii et Agesilai pag. 662.

33) Vita *Alexandri* Magni. [vid. *De St. Croix* Examen critiq. des Historiens d'Alexandre, Paris. 1775. 4. pag. 29 sqq.] Vertit Guarinus.

34) *C. Iulii Caesaris.* Vertit Iacobus Angelus de Scarparia.

* Comparatio Caesaris et Alexandri desideratur.

35) Vita *Phocionis.* Vertit Lapus Florentinus. [Non Lapus, sed Leon. Iustinian. vertisse dicitur. vid. *Zeni* diss. Voss. I. pag. 50.]

36) *Catonis Minoris*, Vticensis. Idem.

* Comparatio Catonis ac Phocionis periit.

37) Vita *Agidis* et *Cleomenis.* Vertit latine *Antonius Tudertinus* l), et Alamannus Rinuccinus.

38) *Tiberii* et *Caii*, *Gracchorum* fratrum. Vertit Leonardus Aretinus: [sed liberalius, multa addens a Plutarcho praetermissa. vid. *Zen.* l. c. pag. 88.]

Comparatio Gracchorum cum Agide et Cleomene pag. 843.

39) Vita *Demosthenis* ad Sossium Senecionem. Vertit idem Aretinus, et Hieron. Wolfius in sua Demosthenis editione.

40) *M. Tullii Ciceronis.* Vertit Achilles Philerus Bochus, Bononiensis. *Fabric.* In cod. Taurinens. DCXLIV. est *Leon. Aretini* prooem. in vitam Ciceron. ab ipso compilatam. *Harl.*

Comparatio Ciceronis et Demosthenis pag. 886. Hae Demosthenis et Ciceronis vitae constituebant librum παραλλήλων quintum, vt Plutarchus ipse testatur. [Vitae Ciceronis num Plutarchus sit auctor, dubitare videtur *Corradus* in Quaestura etc. pag. 378. at non dubitat *Weguelin* in: Les nouveaux Mémoires de l'Acad. royale de Berlin pour l'Année 1780. pag. 504 sq. et quae ego scripsi in Introduct. etc. II. part. I. pag. 79 sq. *Harl.*

41) Vita *Demetrii* Poliorcetae. Vertit Donatus m) Acciaiolus.

42) *M. Antonii.* Vertit Leonardus Aretinus.

Comparatio Demetrii et Antonii pag. 956.

43) Vita

quum sit *Guarinus* iunior, quod manifestum fecit *Ferdin. Fossius* in Monument. laudatis pag. 121. Rinucc. autem Plutarchi Agesilaum latine vertit, atque praefationem illius publicauit *Fossius* ibid. pag. 118 sqq. In cod. Taurin. DCXLVI. est *Rinucc.* versio vitae Agesilai. adde ipsum Rinucc. in *Zeni* diss. Voss. tom. II. pag. 208 sq. *Harl.*

l) Male huic tribuitur, monente *Fossio*, qui in monum. cit. p. 116 sqq. *Rinuccini* praefat. in Agidis et Cleomenis vitas, in editt. Romana et Veneta omissam, promulgauit: et in cod. Taurin. Alam. Rinuccin. nominatur interpres. *Harl.*

m) *Angelus Acciaj.* dicitur. vid. *Mazzuchelli* Scritt. d'Ital. I. part. I. pag. 39. de codd. vid. ibid. pag. 43. *Harl.*

43) Vita *Dionis* Syracufani, ad Senecionem. Vertit Guarinus Veronenfis.

44) *M. Bruti*, quae citatur in Caefaris vita pag. 740. et fuit cum Dione totius operis liber duodecimus, pag. 958. ἐν τούτῳ δὲ τῷ δωδεκάτῳ τῶν παραλλήλων ὄντι βίῳ. Tranflulit latine idem *Guarinus*. [in cod. Taurinenf. DCXLIII. dicitur interpres *Iacob. Angelus*.] Hifpanice Queuedo illuftrauit, vnde Belgice recufa eft.

Comparatio Bruti et Dionis pag. 1009.

Vitae extra parallelas.

45) Vita *Artaxerxis* Mnemonis pag. 1011. Vertit Lapus Florentinus.

46) Vita *Arati*, Cliniae fil. Sicyonii, Tyrannorum hoftis iurati et decies fepties praetoris Achaeorum, fcripta ad Polycratem Sicyonium ex Arato genus ducentem, cuius filios Polycratem et Pythoclem, [?] domeftico hoc exemplo ad virtutem accendere Plutarchus voluit. Latine interpretatus eft idem Lapus.

47) Vita *Galbae*. [In vita Galbae et Othonis Plutarchus multa verbotenus defcripfit ex Tacito, obferuante *Lipfio* in comm. in Tacitum pag. 484 et 490. *Heum.*]

48) Vita *Othonis* imp. Huius et fuperioris verfio latina incerto interprete in antiquis editionibus occurrit. Tranftulit Francifcus Philelphus.

49) Vita ***Homeri***, Plutarcho auctori vulgo tributa, et cum Homero atque alibi faepius edita, in editionibus Plutarchi plerisque hactenus defideratur. De ea vide, fi placet, quae dixi lib. II. cap. I. §. IV.

Euagoras, qui vitis parallelis in editione graeca Plutarchi fubiicitur, non Plutarchi eft, fed Ifocratis. Exftat et in antiquis latinis Plutarchi editionibus e verfione Guarini Veronenfis.

Hannibalis et *Scipionis* Africani vitae, quae in antiquis latinis editionibus Plutarchi exftant, a *Donato Acciaiolo* compofitae, non, vt fingit titulus, e graeco verfae funt. [vid. quae notaui in Introd. in Hift. L. Gr. II. part. I. pag. 80. *Mazzuchelli* Scritt. d' Italia I. part. I. p. 43. et errorem Campani, qui illas vitas, e Plutarcho graeco ab Acciaiolo verfas, recenfet, vberius demonftrat *Foffius* in Monumentis ad Alam. Rinucc. vitam pag. 151 fq. *Harl.*]

Perierunt autem a Plutarcho fcriptae, et iam Photii [n]), vt videtur, tempore periiffe videntur:

Vita *Herculis*, Lampr. et *Plutarch.* in Thefeo pag. 14.

Epami-

n) *Photius* cod. CCXLV. refert nonnulla e Plutarchi vitis Dionis et Bruti, Demofthenis et Ciceronis, Phocionis et Catonis minoris, Alexandri et Caefaris, Eumenis et Sertorii, Demetrii et Antonii, Pyrrhi et Marii, Arati et Artaxerxis, Agidis et Titi, quae omnes exftant. Sopater vero apud eumdem *Photium* cod. CLXI. pag. 177 fq. in decimo eclogarum libro vfus eft Plutarcho de vita Niciae, Alcibiadis, Themiftoclis, Thefei, Lycurgi, Solonis, Alexandri, Cimonis, Lyfandri, Demofthenis, Periclis, Pelopidae, Phocionis et Ariftidis: inque libro vndecimo vita Epaminondae, Dionis, Agefilai, Agidis et Cleomenis, Eumenis, Philopoemenis, Timoleontis, Arati, et Pyrrhi quae itidem omnes editae circumferuntur. At in nono praeter vitas Demetrii et Bruti, quas habemus, adhibuit vitas Cratetis, Daiphanti et Pindari, quae interciderunt.

Epaminondae, *Plutarch.* in Pyrrho pag. 387. et Lampr.

Scipionis, quam memorat *Plutarchus* in Gracchis pag. 834 et 839. [Lamprias in catal. Ven.]

Augusti, *Tiberii*, *Claudii*, *Caii Caesaris* (e qua videntur petita, quae de Iulio Cano, amicos de statu animae post mortem monente, refert *Syncellus* pag. 330.) *Neronis* ac *Vitellii*, Lampr.

Hesiodi Lampr. *Pindari.* Lampr. et Sopater apud Phot.

Cratetis Cynici, vt praeter Lampriam testatur Sopater apud Phot. et *Iulianus* orat. VI. pag. 200. et *Daiphanti* praetoris Phocensium quam allegat Plutarchus ipse de virtutibus mulierum pag. 244. vsus etiam Sopater apud Photium cod. CLXI. [?]

Aristomenis. Lampr.

Arati (poetae fortassis). Lampr.

Franciscus Petrarcha quoque testatus est, Plutarchum in vitis parallelis *Platoni* et *Aristoteli* contulisse *M. Varronem* et *Homero Virgilium*, quod vnde hauserit nescire se fatetur Rualdus in Plutarchi vita pag 66. quem de vitis Plutarchi differentem vide cap. 17 sq. 19 et 25 sq. Equidem Platonis et Aristotelis vitae in antiquis Plutarchi editionibus latinis exstant; sed scriptae a Guarino, vti vita Caroli M. ab Acciaiolo composita, et Cornelii Nepotis Atticus.

Promisit etiam Plutarchus vitam *Leonidae* Spartanorum regis lib. de Herodoti malignitate pag. 866.

Metelli in Mario pag. 423.

Plutarchi exemplo alii etiam parallela eiusmodi scripsere, vt *Amyntianus*, qui M. Antonini temporibus floruit, et Photio cod. VI. teste scripsit vitas parallelas Dionysii et Domitiani, Philippi Macedonis et Augusti imp. Nostra aetate *Antonius Varillasius* contulit Carolum V. cum Francisco I. Galliae rege, et Ludouicum XI. Galliae cum Ferdinando catholico rege Hispaniarum: *Euremonius* Alexandrum cum Caesare, Condeum Ducem cum Turennio, et Tragicos cum Cornelio Racinum. *Renatus Rapinus* comparauit inter se Ciceronem et Demosthenem, Homerum et Virgilium, Thucydidem Liuiumque: *Franciscus Blondellus* Pindarum cum Horatio, et nuper denique *Richardus* o), abbas Gallus Ximenium ac Richelium cardinales etc. *Fabric.* De consilio Plutarchi, quod in conscribendis vitis habuit, et de totius operis norma atque descriptione bene iudicat *Barton* in praef. ad Plut. vitas Demosthenis et Ciceronis parallelas pag. V sqq. edit. Oxon. *Harl.*

IV. Vt tomus prior operum Plutarchi editionum graecolatinarum vitas cum versione Herm. Cruserii, ita posterior moralia cum versione Guil. Xylandri, complectitur, hoc ordine:

50) Περὶ παίδων ἀγωγῆς siue de libris educandis, quod opusculum praeter rem spuriis accenset *Rualdus* cap. 20. vitae Plutarchi. [Spuriis quoque accensent *Muretus* var. lect. lib. 14.

o) Confer Acta erud. a. 1706. pag. 85 sq.

lib. 14. cap. 1. et, quos ille auctoritate ſua ad dubitandum permouit, *Andr. Schottus* in Quaeſt. Tullian. lib. IV. pag. 277. ac *Dan. Heinſius* in prolegom. ad ſuum Ariſtarchum pag. 683. *Heum.* — Illis accedit vir quidam doctus in bibl. critica part. III. Amſtel. 1778. 8. pag. 46. qui id opuſculum non Plutarchi, ſed hominis inepti et ieiuni eſſe cenſet. *Harl.*] Frequentiſſime ſeorſim excuſum, a variis translatum notisque illuſtratum prodiit, et cum orationibus quibusdam Iſocratis editum, vt dixi lib. II. cap. XXVI. [?] [vol. II. pag. 781. 783 ſqq.]

51) *Πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν*, ſiue de ratione audiendorum vtiliter vel legendorum poetarum pag. 14. ad M. Sedatum, liber ſcriptus in gratiam Soclari ſui et Cleandri, qui Sedati filius erat. Meminit inter Plutarchi ſcripta Sopater apud Photium cod. CLXI. In Lampriae catalogo non memorantur niſi fortaſſis nr. 101. vbi poſt librum *περὶ τοῦ ἀκούειν τῶν φιλοσόφων* in msto vacuum ſpatium eſt — — *ἀκούειν.* ſupplendum ſit *πῶς δεῖ ποιημάτων*, [in cod. Veneto clare et plene ſcriptum eſt,] vel in eod. indice nr. 208. *Περὶ ποιημάτων τίς ἡ αὐτῶν ἐπιμέλεια.*

52) *Περὶ τοῦ ἀκούειν*, ſiue, quomodo audiendi ſint, qui recta praecipiunt pag. 37. liber vtiliſſimus ad Nicandrum, iuuenem, qui iam virilem togam ſumſerat, quod fiebat initio anni duodeuigeſimi aetatis. Integer titulus apud Lampriam nr. 100. eſt *περὶ τοῦ ἀκούειν τῶν φιλοσόφων. Fabric.* — Hic liber inſcribendus erat *de recitatione.* Agitur enim in eo de veterum recitationibus, et quod in iis agendum ſit auditori. *Heum.* In cod. Ven. opuſc. *περὶ τοῦ ἀκούειν* et *πῶς δεῖ τὸν νέον ποιήματα ἀκούειν* diuerſa, et longo interuallo diſiuncta ſunt poſita, et nr. 184. *περὶ τοῦ ἀκούειν τῶν φιλοσόφων. Reiske* in animadu. ad nr. 74. laudatis pag. 112. docet, illum libr. prius editum fuiſſe, quam libr. quo animalium terreſtrium et aquatilium virtutes inter ſe contendit, vtrumque autem a ſene Plutarcho videri profectum. *Harl.*

53) *Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου*, quomodo adulator ab amico internoſci poſſit, ad Antiochum Philopappum. Sopater apud Photium cod. CLXI. Lampr. nr. 88. *Fabric.* — Hunc librum *nobiliſſimum Plutarchi opus* vocat *Freinshemius* ad Curtii VIII. 5, 6. et paullo poſt ad nr. 7. ſapientiſſimum opus. *Heum.* — Acutas plurium locorum emendationes ſcripſit *Iac. Frid. Heuſinger* in nouis miſcell. Lipſienſ. tom. X. pag. 292 ſqq. et ex inſcriptione apud Gruterum pag. 421. docet, *Antiochum Philopappum*, ad quem libellum miſit Plutarchus, fuiſſe coſ. fratrem arualem adlectum etc. de cuius genere et patria plura dabit *Wheler* in itinere in Graeciam pag. 449 ſq. *Harl.*

54) *Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ*, quomodo quis ſuos in virtute profectus ſentire queat pag. 75. *Lampr.* nr. 86. et Sopater loco laudato. Liber, Soſſio Senecioni inſcriptus disputat aduerſus Stoicorum ſententiam peccata non eſſe aequalia.

55) *Πῶς τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο*, illuſtrando dicto Xenophontis, quod ſapiens debeat ex inimicis etiam vtilitatem capere. Ad Cornelium Pulchrum. pag. 86. Lampr. nr. 127. Sopater apud Photium cod. CLXI. Hunc librum laudat Cardanus lib. III. cap. 13. de vtilitate ex aduerſis capienda. [?] De eodem argumento adeundus *Chryſoſtomus* homilia III. de Dauide et Saule tom. II. pag. 869. *Auguſtinus* lib. I. contra academicos cap. 1. *Boethius* conſolatione philoſ. lib. II. proſa 8. *Rogeri de Rabutin* liber, gallice editus, Pariſ. 1694. 12. *Io. Christophori Becmanni* exercitatio, cui titulus: *felices iniuriae.*

56) Περὶ πολυφιλίας, ſiue non eſſe expetendam multitudinem amicorum pag. 93. [vid. nr. 251. cod. Ven.] In Lampria nr. 82. memoratur liber περὶ φιλίας ad Bithynicum, et nr. 130. [vbi vid. not.] περὶ φίλων χρήσεως. Sed ab vtroque videtur hic diuerſus fuiſſe, in quo πολυφίλους confert ſcorto, quod, vt eſt apud Ennium,

Alium tenet, alii nutat; alibi manus
Eſt occupata, alii perpellit pedem,
Alii anulum dat ſpectandum a labris.

Scythae apud *Lucian.* in Toxari pag. 58. tom. II. ὅςις ἂν πολύφιλος ᾖ ὅμοιος ἡμῖν δοκεῖ ταῖς κοιναῖς ταύταις καὶ μοιχευομέναις γυναιξί. *Ariſtoteles* IX. 10. Nicomach. οἱ πολύφιλοι καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες ὐδενὶ δοκῦσιν εἶναι φίλοι. Latine vertit hunc Plutarchi librum ante Xylandrum Luſcinius.

57) Περὶ τύχης, ſiue de fortuna libellus pag. 97. refellit dictum Theophraſti, a Cicerone etiam memoratum quinto Tuſc. *Vitam regit fortuna, non ſapientia*, Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', ὐκ εὐβουλία. [*Sallier* ſcripſit obſſ. in hunc librum, in Mem. de l'Acad. — des I. et B. L. vol. X. pag. 338 ſqq. edit. Pariſ.]

58) Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, ſiue de virtute et vitio, ſiue de perpetua malorum miſeria et proborum felicitate pag. 100.

59) Πρὸς Ἀπολλώνιον παραμυθητικὸς, [ſic in cod. Ven. altera part. nr. λέ.] ſiue conſolatio pulcherrima ad Apollonium, filio orbatum. pag. 100. [vertit Alam. Rinuccin. vid. *Foſſii* monum. ad vitam A. Rin. pag. 33. ex cod. pag. 36. et 151. *Harl.*] Diuerſa ab hac eſt conſolatio, quae in Lampriae catalogo memoratur nr. 109. [nr. 142. cod. Ven.] πρὸς Ἀσκληπιάδην. *Fabric.* Hanc conſolationem Plutarchum ſuppilaſſe e Crantore, obſeruat Alcyonius lib. II. de exſilio, pag. 147. *Heum.*

60) Ὑγιεινὰ παραγγέλματα, ſiue de ſanitate tuenda dialogus, poſt Titi, imp. obitum ſcriptus, in quo colloquuntur Moſchion et Zeuxippus pag. 122. Sopater apud Phot. cod. CLXI. et Lampr. nr. 93. [[?] *Fabric.* ſcr. poſt Titi imper. obitum, vt patet ex pag. 123, 37. monente Reiskio. *Harl.*

61) Γαμικὰ παραγγέλματα, ſiue coniugalia praecepta ad Pollianum et [p]) Eurydicen pag. 138. Lampr. nr. 113. et Sopater loco laudato pag. 177.

62) Ἑπτὰ σοφῶν συμπόσιον, ſiue conuiuium VII. ſapientum pag. 146. Lampr. nr. 108. [*Meinerſ.* ſuppoſititium eſſe iudicat; ſed refutatur a cenſore Batauo. vid. quae notaui in Introd. etc. II. 1. pag. 81.]

63) Περὶ δεισιδαιμονίας, ſiue de ſuperſtitione, quod Atheismus illa tolerabilior ſit. Apud Lampriam nr. 150. [et in cod. Ven. 176. et contra Epicurum plura ſcripſit Plut.] περὶ δεισιδαιμονίας πρὸς Ἐπίκουρον. Sed videntur ſeparanda eſſe verba πρὸς Ἐπίκουρον. Ex hoc libro Plutarchum in atheismum propenſiorem fuiſſe dubito, an ſatis aeque collegerit *Petrus Molinaeus* libro de dei cognitione pag. 81 ſq. Sane atheismum quemlibet [q]) in ſe

 ſuper-

p) Hanc Erydicen Plutarchi filiam fuiſſe ſuſpicabatur Ionſius, qua de ſententia vide ſis, quae dixi ſupra §. 1. nota e.

q) *Bodinus* Colloqu. Heptaplomere MS. libro V. *Superſtitio quantacunque ſit, quouis atheismo tolerabilior eſt. Nam qui ſuperſtitione aliqua*

superstitione quacumque meliorem esse, nemo sanus dixerit: neque hoc vsquam facit Plutarchus, qui contrarium disertis verbis docet libro, quod non suauiter possit viui secundum Epicurum pag. 1101 et 1104. Quum enim et superstitio et atheismus ambae res sint pessimae et turpissimae, et superstitionis praesertim sint quodammodo innumerabiles gradus; saltem non fert Plutarchus eos, qui atheismum faciant ἀπολόγημα δεισιδαιμονίας, vt loquitur libro de discrimine amici et adulatoris pag. 66. Sunt enim genera quaedam superstitionis tam flagitiosa, vt in deum aeque iniuria sint, quam atheismus ipse, et grauius bellum etiam indicant honestati, virtuti et societati humanae, non quam atheismus vniuerse ex principiis suis deducens consequutiones omnes, malitiamque suam exserens, sed quam atheismus nonnullorum hominum, in sola speculatione falsissima acquiescentium, et naturae bonitate non admittentium, errorem hunc in actiones integrum suas influere. Ita κακοπιστίαν χείρονα τῆς ἀπιστίας pronunciauit *Epiphanius* tom. II. p. 13. et *Arnobius* lib. V. p. 151. *rectius multo, deos non credere quam tales.* adde lib. IV. pag. 148. et innumera huius [P] generis a Baelio collecta feruido sententiae Plutarchi latius etiam acceptae martyre in Cogitationibus de cometis, earumque continuatione et in Voluminibus quaestionum prouincialium.

64) Ἀποφθέγματα βασιλέων καὶ στρατηγῶν, [sic cod. Ven. nr. 78. et in altera parte λζ΄.] ad Traianum imp. pag. 172. Lampr. nr. 106. ἀποφθέγματα ἡγεμονικὰ, στρατηγικὰ, τυραννικά. Memorat et Sopater apud *Phot.* cod. CLXI, qui haec apophthegmata βασιλέων καὶ στρατηγῶν distinguit ab alio Plutarchi libro cui titulus ἀνδρῶν ἐνδόξων ἀποφθέγματα. Praefixum apophthegmatis anteloquium et opus ipsum κίβδηλον esse putat *Rualdus* in vita cap. 21. nec vmquam Plutarchi neruos vel sanguinem ne dum colorem deprehendi in illo, itaque videri vel προγύμνασμα filii Plutarchi, vel ex variis pannis consutum. [Sed iuniori Plutarcho ea adscribi non posse, docet contra Vossium ac Rualdum *Corsinius* in vita Plut. §. VIII. pag. IX. Haec et Laconica apophth. vertit *Philelphus*. vid. *Zeni* diss. Voss. I. pag. 294. *Harl.*] De Machiauello *Menagius* in Menagianis tom. II. pag. 96. *un Manuscrit des Apophthegmes des anciens de Plutarque étant tombé entre les mains de Machiavel, il en prit ce qui lui plût d'avantage, et ne croyant pas qu'une simple traduction lui fit assez d'honneur dans le monde, il entreprit la vie de* Castruccio Castracani, *et là il mit dans la bouche de son heros la plus part des bonnes choses que Plutarque rapporte des anciens.*

65) Apophthegmata Laconica ordine alphabetico digesta pag. 208. et instituta Laconica pag. 236. Lacaenarum apophthegmata pag. 240. Ἀποφθέγματα καὶ ἐπιτηδεύματα Λακωνικά. Lampr. nr. 160. r)

66) Γυναι-

qua obligatur, hunc numinis metus in officio quodammodo et naturae legibus continet, Atheum vero, qui nihil nisi testem metuit aut iudicem, ad omnia scelera procliui lapsu ruere oportet. Ac tametsi actionum humanarum praestantiam sapientissimus quisque non solum finibus ipsis metitur, verum etiam omnibus partibus et caussis, scilicet efficienti, forma, subiecto, fine: summam tamen ac praecipuam caussam omnium actionum ipso fine diiudicat. Fabric. De hac quaestione vid. Beytrag zur gel. Zeitung. tom. IV. pag. 190. De Plutarchi autem libello iudicium fert *Baelius* lib. de cometis pag. 193. vid. *Fabric.* de scriptor. de veritate relig. christianae, cap. XI. §. 4. *Heum.*

r) Erasmus in praef. ad apophthegmata, ab ipso collecta, textum putat esse librariorum manu misere corruptum et interpolatum; Xylander autem in not. ad apophth. Lacon. pag. 808. edit. Reiskii, Vossius de histor. graec. lib. II. cap. 10. pag. 209.

66) Γυναικῶν ἀρεταί· pag. 242. f. de virtutibus mulierum ad Cleam, eruditam feminam, atque, vt pag. 243. ait Plutarchus, πολλοῖς βιβλίοις ἐντυχοῦσαν. Lampr. nr. 124. ἐν ἄλλῳ δὲ, πῶς δεῖ ζῆν γυναῖκα πρὸς ἄνδρα. Huius magnam partem Polyaenus fuo ftrategematum operi inferuit. Laudat et anonymus περὶ ἀπίστων fcriptor cap. VIII. *Fabric.* *Freretus* in hift. acad. Parif. Infcr. tom. IX. p. 296. videtur id opufc. Plutarcho abiudicare. *Harl.*

67) Ῥωμαϊκά· fiue quaeftiones romanae pag. 263. quibus rationem reddit Plutarchus de variis ritibus prifcis, apud Romanos olim receptis. [De fide et num genuinae fint Plutarchi, vacillat Dodwell. in diff. ad Plut. libell. de flumin. tomo II. geograph. min. Hudfoni.] Κεφάλαια ῥωμαϊκά a Plutarcho in Camillo αἰτίαι [?] ῥωμαϊκαὶ dicuntur pag. 138. [Opp. tom. I. pag. 539. edit. Reiske.] ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ περὶ αἰτιῶν Ῥωμαϊκῶν ἐπιμελέστερον διήρηται, [vbi refspicit locum in quaeft. roman. tom. VII. pag. 92 fq. Reiske;] ita et Lamprias nr. 135. [s]) Meminit quoque Plutarchus in Romulo pag. 26. [tom. I. Opp. pag. 107. Reiske.] περὶ ὧν ἐπιπλέον ἐν τοῖς αἰτίοις εἰρήκαμεν, [Loca exftant quaeft. rom. Opp. tom. VII. pag. 101 fq. pag. 98 fq. et 148. Reisk.] et in parallelis minoribus pag. 315. ὡς ἐν δευτέρῳ αἰτιῶν. Meminiffe videtur et *Arnobius* lib. V. pag. 168. *nec myrteas fas fit inferre verbenas, ficut fuis fcribit in caufalibus Plutarchus.* Ita enim legunt nonnulli pro *Putas*, quod habent codices vetufti. Et fane *Plutarchus* pag. 268. rationem reddit, cur matronae facello bonae deae myrtum non inferrent. Sed potuit eadem tradere quoque *Butas* quidam, quem non minus atque Callimachum, Dionyfium Corinthium, aliosque αἴτια huiusmodi fcripfiffe notaui lib. III. cap. 17. [vol. III. pag. 816. Latine exftant fub nomine: *Problemata Plutarchi*, cum Problematibus Ariftotelis. vid. fupra, vol. III. cap. V. p. 355. et *Heumann.* acta philof. tom. II. pag. 110 fq. De vocabulo et poteftate αἰτιῶν et de *Buta* vid. infra in catal. editt. τῶν Ἑλληνικῶν. *Harl.*

68) Ἑλληνικά fiue quaeftiones graecae pag. 291. In Lampriae catalogo [etiam in cod. Ven.] poft αἰτίας ῥωμαϊκὰς memorantur αἰτίαι non Ἑλληνικαί, fed Βαρβαρικαί nr. 136. Memorantur tamen etiam αἰτίαι Ἑλλήνων nr. 157. [et αἰτίαι τῶν Ἀράτου διοσημειῶν deperditae. item αἰτίαι γυναικῶν.] [Ad has Plutarchi Quaeftiones Graecas Commentationem I. Helmftad. a. 1795. 4. edidit V. Cl. *Chriftian. Gottlieb Wernsdorf*, qua etiam oftendit infcriptionem, Κεφαλαίων καταγραφή, non effe ab auctore profectam. *Beck.*]

69) Περὶ παραλλήλων Ἑλληνικῶν καὶ Ῥωμαϊκῶν, fiue parallela hiftoriarum gr. et romanar. pag. 305. [vid. nr. 80. cod. Ven.] Alius cuiusdam Plutarchi multo recentioris effe ait *If. Voffius* lib. I. cap. 8. pag. 46. ad Melam, [et *Sallier*, quem iam citaui in Introd. l. c. pag. 78.] fed memorat etiam Lamprias nr. 126. διηγήσεις παραλλήλους Ἑλληνικὰς καὶ Ῥωμαϊκάς. Et αἴτια fua laudat auctor p. 315. [in codd. etiam apud Kollar. l. c. p. 565. nr. X. infcribitur συναγωγὴ ἱστοριῶν παραλλήλων ῥωμαϊκῶν καὶ ἑλληνικῶν. De Lampr. indice in cod. Ven. vid. fupra ad nr. 126. ind.] Quod vero ex numerorum ratione Voffius probare conatur,

pag. 209. et Rualdus in vita Plut. cap. 21. illos libros omnino fpurios effe fufpicantur. De apophthegm. et inftitutis Lacon. e vitis maxime Plutarchicis ad verbum paene defcriptis, adfentit, pluribus argumentis vfus, *Gierig.* in praef. ad fuam edit. *Harl.*

s) Vid. *Lambec.* in catal. Vindob. infra notato, et *Kollar.* fuppl. I. pag. 563. nr. III. atque infra in catal. editt. ad nr. 68. *Harl.*

tur, Lampriae libello titulum διηγήσεων esse intrusum, probaret aliquid, si doceret, numeros esse ab ipso Lampria, non a librario vel editore. Meminit etiam Stobaeus. [*Sellier Reflexions generales* in hunc Plut. libellum leguntur in Mem. de l'Acad. des Inscr. tom. VI. pag. 52 sq.]

70) Περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης, siue de fortuna Romanorum pag. 316. Lampr. nr. 165. multum virtuti, sed fortunae etiam plurimum debere res Romanorum disputat.

71) Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρε τύχης ἢ ἀρετῆς λόγοι ά, β', pag. 326. libri II. de Alexandri M. fortuna et virtute. Lampr. nr. 166 et 176. Cum versione Guil. Budaei Arriano de expeditione Alex. subiecti sunt in editione Vulcaniana. Duabus hisce dissertationibus, (in extremo, vt videtur, mutilis,) ostendit, non fortuna, sed virtute magnum fuisse Alexandrum. Dissertatio vna vel plures a Plutarcho praemissae de eo, quod fortuna Alexander magnus fuerit, perierunt. *Fabric.* Posteriorem lib. insipidum et a sophista quodam, priorem libellum imitaturo, confectum opus esse, iudicat *De St. Croix* in Exam. cit. *Harl.*

72) Πότερον Ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σοφίαν ἐνδοξότεροι, siue de gloria Atheniensium pag. 345. Lampr. nr. 186. κατὰ τί ἔνδοξοι οἱ Ἀθηναῖοι; Liber, initio mutilus, quo rerum gestarum potius gloria quam scriptorum Athenienses efferuntur. [P]

73) Περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος ad Cleam t), eruditam feminam. Lampr. nr. 116. περὶ τῦ κατ' Ἶσιν λόγυ καὶ Σάραπιν. [περὶ Ἴσιδος καὶ Σεράπιδος cod. Ven. nr. 55.] Frigidas in hoc libro allegorias reprehendit Samuel Parkerus de deo pag. 22. Ad hunc librum illustrandum operae pretium est conferre Laurentii Pignorii mensam Isiacam, Marshami canonem chronicum et Oedipum Aegyptiacum Athanasii Kircheri, etsi in hoc plurima sunt obelo digna, vti pluribus ostendere instituit *Iacobus Vindetus* in notis ad hunc librum, sed quae lucem publicam non adspexerunt. *Fabric.* Inscriptionem Mineruae Saitanae, in hoc libello occurrentem, enodare conatur *Hardtius* in singulari diss. Helmstadii 1722. edita. *Heum.*

74) Περὶ τῦ ΕΙ u) τῦ ἐν Δελφοῖς, p. 384. Lampr. nr. 115. siue de EI apud Delphos ad amicum, Serapionem, eumdem, ni fallor, quem poetam Atheniensem memorat Plutarchus libro proximo pag. 396. adfirmatque, poemata scribere τοῖς μὲν πράγμασι φιλοσόφως καὶ αὐστηρῶς, δυνάμει δὲ καὶ χάριτι καὶ κατασκευῇ περὶ λέξιν ἐοικότα τοῖς Ὁμήρυ καὶ Ἡσιόδυ. Et pag. 402. διὰ σῦ δὲ αὖθις εἰς φιλοσοφίαν ποιητικὴ κάτεισιν. Stoicus fuit, vt colligas e pag. 400. *Fabric.* — Vid. *Maius* iun. obss. sacr. lib. I. cap. 34. *Vokerodius* diss. de S. S. notitia inter gentes, cap. 3. §. 6 et 7. *Huetius* demonstr. euang. Prop. IV. cap. 8. §. 3. pag. 183. *Schukford* harmon. hist. tom. II. pag. 274. *Dikinson.* Delph. Phoenic. cap. 10. *Sagittarius* de oraculo Apollinis Delphico, cap. 3. §. 7. *Heum.* — Quibus addatur *Ludou. Suhlii* comm. Ueber das EI am Apollo Tempel zu Delphi. Lubec. 1780. 4. V. D. ita explicat, cum, qui introeat templum deum adoraturus, admirabundum exclamare EI, *tu es* et deum quasi respondere, *cognosce temet ipsum:* tum suspicatur, (qua me quidem in opinione haud habebit consentientem,) Ammonium, aut Platonem, aut alium philosophum id sumsisse ex libris Mosaicis. Verum secus sentit censor in ephemer. litterar. Gotting. a. 1781. plag. 33. pag. 262.

t) Vide supra nr. *66*.

u) Eustathius ad Iliad. ί. ἰστέον, ὅτι τὸ ε στοιχεῖον εἶ ἔλεγον οἱ παλαιοί, προστιθέντες τὸ ι. [Idem confirmat *Montfaucon* Palaeogr. gr. libr. IV. cap. 7. pag. 312. quod scilicet τὸ Ε olim pronuntiatum fuerit per Ει. *Heum.*] Vide et *Plutarchum* de orac. defectu pag. 426.

pag. 262. arbitrans, vel interpretationem apud Plutarchum esse tantummodo ingeniose excogitatam, quae tum demum probabilitatis quamdam habeat speciem, si τὸ εἰ post Platonis aetatem, notione dei subtilius et abstrusius sumta, nec diu ante, consona ει per simplicem litteram E exarata, scriptum existimetur; vel casu duas tantummodo illas totius inscriptionis litteras, post haec adeo religiose expositas, remansisse. Plut. autem iam senex scripsit librum: nam pag. 385. 6. liberos iam natu grandes et Neronis aetatem, (v. 11.) vt vetustate obsoletam, memorat indice *Reiskio* in animadu. ad graecos auct. vol. II. pag. 111 sq. vbi in aetates quorumdam opuscul. inquirit. *Harl.*

75) Περὶ τȣ͂ μὴ χρᾷν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν, pag. 394. Lampr. nr. 114. siue de vilitate et vitiositate versuum in plerisque oraculis, et quare oracula Pythia non amplius reddat carmine. Dialogus, quo Philinus Basilocli narrat colloquium Theonis cum Boëtho, geometra, ab Epicuri partibus stante, Zoo, Diogeniano, Serapione poeta, et interpretibus oraculorum habitum. Neque antiquioribus aetatibus omnia oracula versibus [v]) edita, neque suo tempore plane desiisse Pythiam oracula reddere versibus, diserte Plutarchus testatur pag. 403. ἔνιοι δὲ χρησμοὶ καὶ νῦν κατὰ μέτρων ἐκτρέχȣσιν. Ceterum negat Plutarchus, deum ipsum esse versuum auctorem, sed Pythiam eiusque interpretes. Deum tantum visa suggerere et animum ad futura videnda illustrare. Καὶ γὰρ εἰ γράφειν ἔδει, μὴ λέγειν τȣ̀ς χρησμȣ̀ς, ȣ̓κ ἂν οἶμαι τȣ͂ Θεȣ͂ τὰ γράμματα νομίζοντες ἐψέγομεν, ὅτι λείπεται καλλιγραφίᾳ τῶν βασιλικῶν. *Etenim si scribenda fuissent, non enuncianda oracula, non puto, nos litteras deo imputaturos fuisse, ac reprehensuros, quod elegantia regias non aequarent* pag. 397. adde p. 404. Ter mille annos viguisse Delphicum illud oraculum, scribit *Plutarchus* pag. 408. [[?]]

76) Περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, siue de oraculorum defectu pag. 408. Dialogus inter Demetrium grammaticum, Cleombrotum Lacedaemonium, Ammonium, Plutarchum, Heracleonem Megarensem, Didymum Cynicum et Philippum, dicatus Terentio Prisco. Lampr. nr. 87. Non omnia tum oracula defecisse, ex ipso Plutarcho et superiore eius libro perspicuum est, et variis testimoniis ostendit *Antonius van Dalen* libro de oraculis part. II. cap. 1. pag. 433 sqq. Sed sensim iam illa, propagato per orbem euangelio Christi dilabebantur, ac cessabant, licet haec Plutarchum [w]) ratio penitus fugerit. *Fabric.* — In hoc dialogo narratur historiola de morte magni Panis, quam falsi coarguit *Wagnerus* in Miscell. Lipsiens. tom. IV. pag. 143 sqq. item *Honoratus de S. Maria* in Reflexionibus suis criticis tom. III. diss. VII. pag. 452 sqq. acta erudit. Lips. a. 1724. pag. 183. *Weismannus* hist. eccl. tom. I. pag. 19. acta erudit. Lips. supplem. tom. VIII. pag. 331. *van Dalen* lib. mem. Pro vera habet *Huetius* demonstr. euang. prop. IX. cap. 136. §. 4. *Heum.*

77) Ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή, siue virtutem doceri posse, pag. 439. [sic cod. Ven. nr. 73.] Lampr. nr. 170. περὶ ἀρετῆς vel εἰ διδακτὸν ἡ ἀρετή. Vertit et H. Stephanus: spuriis accenset *Rualdus* cap. 20. vitae Plutarchi. Praeter rem, ni fallor, virtutem doceri non posse, disputauerat Plato in Menone. *Fabric.* — Plato ad sophistas irridendos et contundendos ironice potius disputasse videtur. *Harl.* — Epicrisin ad quaestionem hanc exhibet *Clericus* in notis ad Aeschinis dial. I. pag. 3. *Heum.*

78) Περὶ

v) Cic. II. de diuinat. *Pyrrhi temporibus iam Apollo versus facere desierat.*

w) Confer *Io. Lightfooti* opera postuma p. 158.

78) Περὶ τῆς ἀρετῆς, siue de virtute morali quod in affectuum rationabili moderatione, non exstirpatione, consistat, pag. 440. Lampr. nr. 70. [ἐπ' ἀρετῇ cod. Venet. et nr. 71. περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς.] *Fabric.* Conf. *Bayle* Diction. voc. Aquaviva, not. A. *Heum.*

79) Περὶ ἀοργησίας, siue de ira cohibenda, Fundano [x]) inscriptus liber pag. 452. quem pulcherrimum vocat *Gellius* lib. I. cap. 26. Apud Lampriam nr. 92. liber περὶ ὀργῆς [in cod. Venet. part. II. nr. θ'. περὶ ἀοργησίας etc.] memoratur. Similiter apud *Photium* cod. CLXI. e Sopatri eclogis. Vertit et Erasmus tom. VIII. Opp.

80) Περὶ εὐθυμίας, siue de animi tranquillitate ad Paccium, quem improbitas ministrorum suorum perturbauerat, pag. 464. Lampr. nr. 94. Vertit Guil. Budaeus.

81) Περὶ φιλαδελφίας, siue de fraterno amore ad Nigrinum et Quintum fratres, qui mutuo se inuicem amore prosequebantur, pag. 478. Lampr. nr. 97. Vertit et Guil. Plantius, Francof. 1574. 4. et Thomas Naogeorgus.

82) Περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας, siue de amore prolis a natura ipsa brutis animantibus, longe vero magis homini, commendata, pag. 493. Vertit et Gilbertus Longolius.

83) Εἰ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν, siue, quod vitiositas ad infelicitatem sufficiat pag. 498. Vertit et Ottomarus Luscinius. [¶]

84) Πότερον τὰ τῆς [y]) ψυχῆς ἢ τὰ τοῦ σώματος πάθη χείρονα, quod animi, quam corporis longe peiores sint morbi, pag. 500. Lampr. nr. 196. male a Rualdo pag. 38. cap. 19. vitae Plutarchi nr. 123. refertur inter ea, quae Lamprias memorat, Plutarchi deperdita.

85) Περὶ ἀδολεσχίας, siue de garrulitate pag. 502. Lampr. nr. 91. Sopater apud Phot. cod. CLXI. vertit et Thomas Naogeorgus. Praeterea Ludouicus Ruffardus, Lugd. 1554. 8. testatus, hunc librum adeo probatum viro eximio Francisco Hospitalio, vt penitus ediscendum et nunquam de manibus deponendum iudicaret.

86) Περὶ πολυπραγμοσύνης, de cuius vocabuli significatione vide Gellium XI. 16. vbi huius libri meminit. Meminit etiam Lamprias nr. 96. Memorat praeterea Lamprias nr. 146. [nr. 172. cod. Venet.] librum Plutarchi περὶ περιεργίας, quod est genus curiositatis ineptae atque inutilis, vti πολυπραγμοσύνη exitiosae ac molestae. [in cod. Venet. πῶς ἄν τις ἐν πράγμασιν φιλοπραγμόνων δόξαν διαφύγοι. in altera indicis parte nr. ί. περὶ πολυπραγμοσύνης etc.]

87) Περὶ φιλοπλουτίας, siue de diuitiarum cupiditate pag. 523. Lampr. nr. 199. A Sopatro apud *Photium* cod. CLXI. memoratur liber Plutarchi περὶ πλούτου.

88) Περὶ δυσωπίας Lampr. nr. 95. et Sopater apud *Photium* cod. CLXI. vbi inscribitur περὶ δυσωπίας λόγου, de immoderata et vitiosa verecundia, qua vel ab vtilibus aut honestis impediri, aut ad noxias et inhonestas actiones compelli nos temere patimur, pag. 528.

89) Περὶ

x) Hic fortassis *Minicius Fundanus*, pro Cos. Asiae sub Hadriano, de quo Marq. Gudius ad vet. inscript. Gruteri p. MXIV. *6*.

y) τῆς — τοῦ omittitur in cod. Venet. *Harl.*

89) Περὶ φθόνου καὶ μίσους, de odio et inuidia et vtriusque differentia, pag. 536. Vertit et H. Stephanus.

90) Περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως, siue ad Herculanum liber, qua quis ratione se ipsum citra [z]) inuidiam laudare possit, pag. 539. Lamprias nr. 84. vertit et Thomas Naogeorgus. [¶]

91) Περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων. Sopater apud Phot. cod. CLXI. Lamprias nr. 90. De sera Numinis vindicta dialogus, Cynio inscriptus et initio mutilus [aa]), in quo colloquuntur Patrocles, Timon, Olympianus et Plutarchus pag. 548. Initio pro ὁ ἐπίκουρος malim legere ὁ ἐπικούρειος. [*Erasmus* Chil. I. cent. 6. nr. 42. suspicatur, hunc librum non esse Plutarchi, ob stili diuersitatem. *Heum.*] Ceterum in hoc dialogo, siue libro, si pro diis deum rescribas, plurima inuenies, digna, quae a Christiano dicantur, vt ait Grotius pag. 128. de satisfactione Christi aduersus Socinum. Vertit et Bilibaldus Pirckeimerus. De eodem argumento conferes, vbi lubebit, Casparis Barthii aduersaria pag. 2906 sq. et Acacii Enenkelii Seianum.

92) Περὶ εἱμαρμένης, siue de fato liber, (extrema parte mutilus,) ad Pisonem, quem φίλτατον vocat pag. 568. Differit autem de fato ex mente Platonis, non quatenus οὐσία, sed quatenus ἐνέργεια est, et res non particulatim, sed καθόλου instar legis dirigit et sub certis conditionibus definit, ita, vt contingentibus et libero arbitrio locum relinquat et casui fortunaeque: tota vero diuinae subsit prouidentiae. E versione Hugonis Grotii hic liber exstat in philosophorum sententiis de fato, quas magnus hic vir congessit. Libros II. huius argumenti memorat Lamprias. nr. 56. [nr. 112. cod. Ven.]

93) Περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου [bb]), dialogus de genio Socratis p. 575. 580 sq. Lampr. nr. 67. [in cod. Ven. nr. 123. additur πρὸς Ἀλκιδάμαντα.] Vertit praeter Xylandrum Thomas Naogeorgus.

94) Περὶ φυγῆς, de exsilio aequa mente tolerando, ad amicum, qui Sardibus, patria sua, exsulabat. pag. 599. Lampr. nr. 99. Vertit et Angelus Barbatus. [¶]

95) Παρα-

z) Cicero de haruspicum responsis: *Potest quisquam vir, in rebus magnis cum inuidia versatus, satis grauiter contra inimici contumeliam sine sua laude respondere?*

aa) Secus sentit et Fabricium refutat *Wyttenbach* in initio notarum ad editionem suam huius opusculi; contra cum Reiskio suspicatur, hunc dialogum esse alterius disputationis deperditae, qua, teste Lampria filio, Epicureos oppugnarat, continuationem. Idem vocab. Ἐπίκουρον initio incommodo positum, existimat, vel cum Fabricio in ὁ Ἐπικούρειος mutandum esse, vel potius aliud nomen proprium requirendum. *Harl.*

bb) δαιμόνιον vocant itidem alii, vt Aristides tom. III. pag. 36. Apuleius *Deum*, Platone ipso praeeunte. Atque vt vel e Polluce notum est, δαίμονες graecis scriptoribus sunt spiritus etiam boni, et Platoni summus deus μέγιστος Δαίμων. Bonum angelum fuisse illum Socratis genium, praeter Plutarchum, Proclum, aliosque veteres vix dubitarunt e Christianis Ficinus, Campanella, Augustinus Steuchus et in hist. philosophica, anglice edita, Tho. Stanleius, quibus suffragatus est amicus noster, Godfridus Olearius, in pererudita diatriba de hoc argumento, edita Lipsiae 1702. Fateor tamen, verisimillimam mihi videri eorum sententiam, quibus mens prouida Socratis eius fuisse genius creditus fuit. Nam vt Plato in Timaeo, τὸ δὴ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα Θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε τοῦτο. *Dio Chrysost.* IV. de regno pag. 71. ὁ δὲ ἴδιος ἑκάστῳ νοῦς οὗτός ἐστι δαίμων τοῦ ἔχοντος ἀνδρός. [Conf.

95) Παραμυθητικὸς πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα, fiue confolatio ad vxorem, Timoxenam, morte filiolae cognominis adflictam, quam poft filios duos, vnum, natu maximum et alterum, Chaeronem, amiferat altero, poftquam nata fuiffet, anno, pag. 608. Lampr. nr. 110. Vertit et latine *Robertus Britannus.*

96) Συμποσιακῶν προβλημάτων, fiue conuiualium quaeftionum libri IX. ad Soffium Senecionem, ciuem fuum Chaeronenfem, pag. 612. Lampr. nr. 183. [nr. 105. cod. Ven.] περὶ προβλημάτων. [*Corfin.* in vita Plut. pag. IX. negat, conuiuales fermon. ante a. Chr. 90. fuiffe editos: *Reiske* in obff. II. pag. 111. putat, docetque, fcriptos effe, circa a. 120.] Octo libros memorat Sopater apud *Phot.* cod. CLXI. fed octo prioribus, qui finguli decades fingulas quaeftionum continent, (vide pag. 697 et 736.) nonum denique librum fubiunxit Plutarchus, quindecim quaeftiones et fermones, Athenis in Mufeis habitos, complexum. Citat hos libros Gellius. Macrobius quoque pleraque ex his in librum feptimum retulit fuorum Saturnalium. Decades *quinque problematum* Plutarchi ex Hadriani Iunii verfione cum eius fcholiis lucem viderunt Lugd. in 8. et in H. Stephani editione latina Plutarchi. *Fabric.* Ex libro VIII. aliquid latine vertit *Melanchthon.* Vide eius Declamatt. tom. II. pag. 766. Errare autem eos, qui libro IV. caput fextum deeffe putent, docet *Cafaubonus* ad Theophrafti char. cap. 5. pag. 50. *Heum.*

In quaeftionibus Conuiualibus colloquentes inducuntur.

Agemachus.
Agias.
Alexander, Epicureus.
Alexio, Plutarchi focer, pag. 701. D.
Ammonius, στρατηγὸς Athenis.
Antipater.
Apollonides ὁ τακτικὸς, pag. 650. F.
Apollophanes, grammaticus, pag. 684. E.
Ariftaenetus, Nicaenus, pag. 656. A.
Arifto (Ἀρίστων et Ἀριστίων fcriptum inuenio.)
Ariftodemus, Cyprius.
Athryilatus, Thafius, medicus, pag. 651. A.
Autobulus, (Plutarchi F.) cuius nuptiae memorantur, pag. 666. D.
Boethus, Epicureus, pag. 673. C.
Caefernius, Flori γαμβρὸς, 702. E.
Caius, Flori γαμβρὸς, 682. F.
Calliftratus, Amphictyonum ἐπιμελητὴς in Pythiis, 704. C. filius Leonis, 705. B. fophifta, 667. D.
Caphifus, Theonis F.
Chaeremonianus, Trallianus, pag. 641. B.
Cleomenes, medicus, pag. 694. F.
Crates, Theffalus, pag. 639. B.
Crato, Plutarchi γαμβρὸς, pag. 620. A.
Diogenianus, Pergamenus.
Dionyfius, Melitenfis, pag. 744. F.
Dorotheus, rhetor, pag. 665. A.
Empedocles, pag. 728. D. [❡]
Erato, ἁρμονικὸς, pag. 654. D. 736. 743.
Euftrophus, Athenienfis.
Euthydemus, Plutarchi συνιερεὺς, p. 700. F. Sudienfis, 657. F.
Fauorinus, philofophus.

Firmus

[Conf. fupra in vol. II. pag. 681 fq. *Maximi Tyrii* diff. 26 et 27.] Porro Socratis exemplo genios fibi adeffe gloriati funt Conftantinus, imp. apud *Ammian.* XXI. 14. ac recentiore aetate Cardanus, Campanella, Niphus, Poftellus, Hermolaus Barbarus, Io. Picus, Afcolus, Bodinique quidam amicus, tefte H. Moro in antidoto aduerfus atheismum, et Bodinus ipfe, vt traditum Francifco Pithoeo in Pithoeanis.

Firmus Plutarchi γαμβρὸς, pag. 636. A.
Florus (Μέτριος Φλῶρος p. 680. C. 626. E.) antiquitatis amans, 702. D.
Glaucias, rhetor, pag. 628. B.
Hermeias, geometra.
Herodes, rhetor. Hunc innuere videtur etiam pag. 676. C. vbi introducitur ῥητόρων ὁ μάλιϛα δοκῶν ἀναγνωσμάτων ἐντυγχάνειν ἐλευθερίων.
Hylas, grammaticus, pag. 739. E.
Lamprias, Plutarchi auus, p. 678. E. 684. A.
Lamprias, Plutarchi frater.
Lucianus pontifex Corinthi.
Lucius, Pythagoricus, Flori F. pag. 702. F. 704. B. Tyrrhenus, Moderati discipulus, pag. 727. B.
Marcion.
Marcus, grammaticus.
Maximus, rhetor.
Menephyllus, peripateticus.
Meniscus, paedotriba.
Milo, Plutarchi amicus, pag. 628. B.
Moeragenes, Atheniensis, 671. C.
Moschio, medicus, pag. 658. A.
Nestor.
Nicias Nicopolita medicus, pag. 698. A.
Nicostratus, pag. 714. A. D. 715. B.
Nicrus (Νίκρος, an pro Νικόϛρατος) Chaeroneus pag. 692. B.
Olympicus, pag. 654. B.
Onesicrates.
Patrocles, Plutarchi γαμβρός, pag. 642. C. 681. D. 700. F.
Petraeus, in Pythiis ἀγωνοθέτης.
Philinus.
Philippus, pag. 711. C. pag. 712. D.
Philo, medicus.
Φιλοπάππος, βασιλεὺς (mensae), p. 628. A.
Plutarchus.
Plutarchi pater, pag. 655. F. minime praeceps in loquendo, pag. 641. C.
Plutarchi filii.
Polycharmus.
Polycrates.
Praxiteles, ὁ περιηγητής.
Protogenes, grammaticus.
Satyrus, pag. 658. A.
Serapion, epinicia celebrans, pag. 628. A.
Soclarus, pag. 640.
Sospis, rhetor.
Sossius Senecio.
Sylla, Carthaginiensis: Σύλλας, pag. 650. A. Σύλλας ὁ ἑταῖρος, pag. 636. A.
Symmachus.
Themistocles, stoicus, pag. 626. E.
Theo, grammaticus, pag. 626. E. 728. F. ὁ ἑταῖρος, pag. 620. A.
Theonis filii.
Thrasybulus.
Thrasyllus, Ammonii F. [?]
Timo, frater Plutarchi, pag. 615. D.
Trypho, medicus, pag. 646. A. 683. C.
Tyndares, Lacedaemonius.
Xenocles, Plutarchi frater, pag. 635. A.
Zopyrio, grammaticus.
Zopyrus, epicureus, medicus, p. 653. C.

97) Ἐρωτικὸς, amatorius dialogus de honesto amore coniugali, praeferendo turpibus paederastarum libidinibus, pag. 748. Lampr. nr. 105. In hoc libro verecundiam, per alia scripta tam diligenter a Plutarcho seruatam, desiderat Rualdus in eius vita cap. XXVIII.

98) Ἐρωτικαὶ διηγήσεις, siue quinque amatoriae narrationes pag. 771. quae latine etiam versae exstant ab Angelo Politiano tom. II. Opp. Lampr. nr. 210. ἐν ἄλλῳ, πρὸς τοὺς ἐρῶντας, qui posterior titulus praesenti libro minus congruit. [duo diuersa fuisse videntur opuscula; vid. ad Lampriae indic. nr. 210. notata.] Μυθικὰ διηγήματα, vocat *Iulianus* orat. VII. pag. 227.

99) Ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι, quod maxime cum principibus viris philoſopho ſit diſſerendum, ſ. principi cum philoſopho frequentiſſime colloquendum eſſe, pag. 776. A Rualdo capite 20. vitae Plutarchi inter dubia vel ſpuria ſcripta refertur.

100) Πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον, de principe indocto, ſiue de doctrina principum p. 779.

101) Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, num ſeni et quomodo gerenda ſit reſp. ad Euphanem, amicum, aetate iam prouectum et muneribus publicis fungentem pag. 783. Lampr. nr. 73.

102) Πολιτικὰ παραγγέλματα, ſiue praecepta regendae reipublicae ad Menemachum, virum nobilem, pag. 798. [In codd. Vindobon. e Lambecio et Kollario infra in indice codd. memoratis, inſcribitur περὶ τοῦ πῶς χρὴ τὸν φιλόσοφον πολιτεύεσθαι aut πομπεύεσθαι. *Harl.*] Sopater apud *Phot.* cod. CLXI. et Lampr. nr. 102. valde laudantur a Naudaeo in bibliograph. polit. Meminit Plutarchus ipſe in limine ſcripti de vſu capiendo ex inimicis. Vertit praeter Guil. Xylandrum Nicolaus Saguntinus, cuius verſio occurrit in edit. latina H. Stephani.

103) Περὶ μοναρχίας καὶ δημοκρατίας καὶ ὀλιγαρχίας, breuis diſputatio, pag. 826. Vertit Giſbertus Longolius.

104) Περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, ſiue de vitando aere alieno, pag. 827. Lampr. nr. 203. [¶]

105) Vitae X. oratorum: Antiphontis pag. 832. Andocidis, 834. Lyſiae, 835. Iſocratis, 836. (haec quibusdam ὑποβολιμαία videtur, quia nonnulla aliter narrat, quam Plutarchus in aliis ſcriptis: vide Rualdum in vita cap. 20.) Aeſchinis, Iſaei, 839. Lycurgi, 841. Demoſthenis, 844. Hyperidis, 848. et Dinarchi 850. [In cod. Venet. nr. 81. nominum rhetorum X. indici additur: σὺν τούτοις καὶ ψηφίσματα τρία ὑπὲρ Δημοσθένους.] Conferendae cum *Photii* excerptis cod. CCLIX ſqq. ex quibus non pauca ſuppleri et corrigi poterunt. Ceterum oratorum illorum omnium fere orationes ſaltem aliquae aetatem tulerunt, quarum editionibus vita vnius cuiusque ex Plutarcho praefigi ſolet. Vide, ſi placet, quae dixi lib. II. [cap. 26.]. Plutarchi eſſe, negat *Gaddius* tom. I. pag. 175. leuibus quibusdam argumentis: [grauiora adfert argumenta *Ionſius* III. 6. nr. 4. pag. 22 ſqq. quibus euincitur, decem rhetorum vitas, quas quidem legimus, eſſe ſuppoſititias, et, ſi Lampriae catalogo fides omnino adhibenda ſit, eas, quas Lamprias tribuit Plutarcho, interiiſſe. Indignum eſſe Plutarchi opus iudicant quoque Ricard, Taylor, Ruhnken et alii, quos iam laudaui in Introduct. l. c. pag. 78 ſq. et *Reiske* in not. ad initium opuſculi tom. IX. pag. 307. opp. Plut. libellum eſſe ſuſpicatur Plutarchi cuiusdam recentioris et ignobilioris, non illius Chaeronenſis: adde eumdem in animadu. ad gr. auct. pag. 114 et 497. Demoſthenis vitam eſſe opus Vlpiani, contendit *Chapman* in obſſ. ad Vlpiano vulgo tributos ad Demoſthenem commentar. edit. Demoſth. Philipp. a Monteneyo, Cantabrig. 1731. curatae praemiſſis. *Harl.*] Memorantur a Lampria nr. 40. Vertit Robertus Britannus.

106) Ἐπιτομὴ τῆς συγκρίσεως Μενάνδρου καὶ Ἀριστοφάνους pag. 853. Lampr. nr. 119. Menandrum Ariſtophani longe praefert Plutarchus. Phrynichus vero Plutarchum reprehendit,

dit, quod vſus ſit voce attica cc) συγκρίσεως, licet conſtet, nec Dionyſium, Halicarnaſſeum, nec alios optimos ſcriptores ab illa abſtinuiſſe. Ariſtophanem aduerſus Plutarchi criminationes in ſingulari diatriba defendit Nicodemus Friſchlinus, quae comoediis Ariſtophanis cum latina Friſchlini metaphraſi, Francof. 1586. 8. editis praemittitur. [*Ricard* negat eſſe genuinum Plut. foetum l. c.]

107) Περὶ τῆς Ἡροδότȣ κακοηθείας, ſiue de Herodoti malignitate ad Alexandrum quemdam pag. 854. Lampr. nr. 120. Hoc libro vltus eſt Plutarchus ignominiam patriae ſuae Boeotiae ab Herodoto inuſtam. [Herodotum vero defendit Ricard.]

108) Περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις pag. 874. de placitis philoſophorum phyſicis, vtile et ſuccinctum compendium libris V. licet, *inſaniunt*, inquit Xylander, *qui his libris lectis ſcire ſe putant, quid de quaque in iis propoſita re ſenſerint philoſophi* dd). Lampr. περὶ τῶν ἀρεσκόντων φιλοσόφοις φυσικῆς ἐπιτομῆς βιβλία ε. nr. 59. [in cod. Ven. nr. 70. περὶ ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις βιβλία ε.] et περὶ φυσικῶν ἀρεσκόντων nr. 185. [nr. 208. cod. Ven.] et φυσικὴ ἐπιτομὴ 173. [nr. 197. cod. Ven.] Hi libri conferendi ſunt cum opere, quod exſtat ſub titulo hiſtoriae philoſophicae *Galeni*. Vnum enim idemque ſcriptum eſt, ſed neutrum integrum. Alterum vero ex altero emendari et ſuppleri poteſt, vt notauit *Io. Ionſius* [lib. III. cap. 11, 3. pag. 62. edit. Dorn.] de ſcriptoribus hiſtoriae philoſophicae [vid. quoque pag. 24 et 27. edit. Dorn. nr. 6 et 17.]. περὶ τῶν ἀρεσκόντων φιλοσόφοις φυσικῶν δογμάτων citatur ab *Euſebio* lib. XIV. praepar. pag. 747. 753. et XV. pag. 836—852. ee) *Cyrillus* II. contra Iulian. pag. 51. ἔφη γὰρ περὶ αὐτῶν ἰσχυρὸς ὢν ἄγαν [?] ὁ Πλȣ́ταρχος ἐν πρώτῳ βιβλίῳ φυσικῶν δογμάτων συναγωγῆς, et pag. 46. Πλȣ́ταρχος τοίνυν ἀνὴρ τῶν παρ' αὐτοῖς ȣ̓κ ἄσημος γεγονὼς ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῆς τῶν φυσικῶν δογμάτων συναγωγῆς. Aetium, Plutarchum et Porphyrium περὶ ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις citat *Theodoritus* II. Therapeut. *Fabric.* — Simeonis quoque liber exſtat de placitis philoſophor. vid. *Fabric.* B. Gr. V. 42. pag. 322. *Heum.*

109) Αἰτίαι φυσικαί, ſiue liber naturalium quaeſtionum pag. 931. Lampr. nr. 206. Vertit Gisbertus Longolius.

110) Περὶ τȣ̃ ἐμφαινομένȣ προσώπȣ τῷ κύκλῳ τῆς σελήνης, ſiue de facie in orbe lunae pag. 920. Dialogus, initio mutilus et hinc inde mancus, in quo colloquuntur Sylla Carthag., Apollonides, Lucius Pythag., Pharnaces, Theon, Ariſtoteles iunior, Menelaus, mathemat. et Lampr. Plutarchi frater. Meminit filius Lamprias nr. 71. [nr. 126. in cod. Ven.] περὶ τȣ̃ ἐν τῇ σελήνῃ φαινομένȣ προσώπȣ. Confer magni *Kepleri* aſtronomiam lunarem, Francof. 1634. 4. editam pag. 87. In hoc libro Antipodes eſſe, inficiatus eſt Plutarchus,

cc) Confer *Graeuii* notas ad Soloeciſtam Luciani tom. II. pag. 743 ſq.

dd) Multus eſt de hoc opere, idque Plutarcho vindicat, neque tamen ante A. V. C. 843. a. Chr. 90. exaratum cenſet *Corſin.* in vita Plut. §. 2. pag. XV ſqq. Adde tamen elegantiſſimam mihique inſcriptam epiſtolam cel. *Beckii*, huius operis editioni praemiſſam, pag. VIII ſqq. *Harl.*

ee) [Atque ex *Euſebii* praep. euang. hoc opuſc. poſſe emendari, ait *Andr. Schottus* bibl. Hiſp. tom. II. pag. 330. vid. *Mollerus* Homonymoſc. pag. 333. Sed id opus Plutarcho abiudicat, adlatis argumentis, *Ionſius* III. 6. nr. 6. cum Voſſio. *Grotius* etiam de verit. rel. chriſt. lib. I. §. 16. pag. 37. not. 16. citat *ſcriptorem*, (non, Plutarchum,) de placitis philoſophorum. — In horum libro V. cap. 1. locus aliquis emendatur a *Caſaubono* libro de Enthuſiasmo cap. 2. p. 15. *Heum.*]

tarchus, vt notauit vir illuſtris doctrinae *Iobus Ludolfus* p. 559. commentarii ad hiſt. aethiopicam ὁμοψήφους ei producens Aethiopas ſuos et veteres plerosque Chriſtianos, vt Lactantium, Auguſtinum etc.

111) Περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ, de primo frigido, ſiue prima frigoris cauſa, ad Fauorinum pag. 945. Lampr. nr. 89. [ſcript. ſub expeditione Traiani Dacica, circa a. Chr. 101.] *Fundamenta ſimilis Parmenidianae de principiis opinionis in hoc libro iacta videntur, qui videtur ex aliquo tractatu, qui Plutarchi tempore exſtabat deſcriptus et deſumtus. Habet enim non pauca et acutiora et firmiora, quam ſolent eſſe auctoris ipſius, qui ea vulgauit.* Haec Baco de Verulamia in philoſophia Parmenidis, Teleſii et Democriti pag. 238. Vertit Hadrianus Turnebus.

112) Περὶ τοῦ πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον, aquane an ignis ſit vtilior? pag. 955. Lampr. [in cod. Ven. nr. 43. et in ind. altero, κ. πότερον τὸ ὕδωρ ἢ τὸ πῦρ χρησιμώτερον;] nr. 194. ὅτι ἔδοξεν Ἡρακλείτῳ πρότερον (πότερον) χρησιμώτερον πῦρ ἢ ὕδωρ, vnde hoc male a Rualdo inter deperdita refertur cap. 19. pag. 38. Idem cap. 20. vitae Plutarchi, non valde grauibus motus argumentis, librum de aqua et igne ſpuriis accenſet.

113) Πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἐνύδρια; Dialogus de ſolertia animalium, probans, aquatilia hac in parte terreſtribus neutiquam cedere p. 959. Lampr. nr. 143. [vid. nr. 84. in cod. Ven.] Colloquuntur Autobulus et Soclarus, tum Ariſtotimus [ff]), qui χερσαῖα, ſiue terreſtria defendit, ſuffragantibus Eubioto, Ariſtone, Plutarchi ἀνεψιῷ, Aeacide Dionyſii Delphici, [☞] et Nicandro, Euthydami F. praeterea Phaedimus, pugnans pro aquatilibus, adſentiente Heracleone Megarenſi et Philoſtrato Euboeenſi, et Optatus, neutras partes praeferens.

114) Περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι p. 984. [ſic in altero ind. in cod. Ven. nr. λγ΄. et in ind. priore nr. 82.] *Gryllus* dialogus, qui rectius inſcribitur ὅτι ὁ ἥττων τῶν ἑαυτοῦ ἐπιθυμιῶν ἥττων ἐστὶ καὶ τῶν ἀλόγων ζώων, vt ait *Vauaſſor* pag. 215. de ludicra dictione. Lampriae videtur nr. 125. innui hoc titulo: περὶ ζώων ἀλόγων ποιητικός. [nr. 152. in cod. Ven. ζώων ἀλόγων ποιητικά· diuerſa opuſcula fuiſſe videntur.] Sed idem nr. 132. memorat et aliud: εἰ λόγον ἔχει τὰ ζῶα. Colloquuntur in hoc dialogo Vlyſſes, Circe et Gryllus, in ſuem μεταμορφωθείς, neque volens iterum Vlyſſis precibus humanam formam induere. Deeſt huic libro pars poſterior de prudentia et iuſtitia brutorum.

115) Περὶ σαρκοφαγίας λόγοι, ſiue diſſertationes duae, (quarum poſterior extrema parte eſt trunca,) pro ſententia Pythagorae, qui carnium eſu abſtinere iubebat, p. 993. 996. [in altero indice cod. Ven. nr. μζ΄. et in priore, nr. 60.]

116) Πλατωνικὰ ζητήματα, ſiue Platonicae quaeſtiones pag. 999. Lampr. nr. 133.

117) Περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας, ſiue de animae procreatione e Timaeo, ad filios Autobulum et Plutarchum pag. 1012. Lampr. nr. 63. Ex eodem libro excerpta, (fortaſſis a Photio) pag. 1030. Etiam Paccius a Plutarcho deſiderauerat, ſibi ſcribi περὶ τῶν ἐν Τιμαίῳ δεομένων ἐπιμελεστέρας ἐξηγήσεως, vt teſtatur noſter in limine libri de animi tranquillitate.

118) Περὶ

ff) Ἀριστόδημος pag. 959.

118) Περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων, commentarius de repugnantiis ſtoicorum dogmatum inter ſe et cum philoſophorum illorum vita, pag. 1033. Lampr. nr. 74.

119) Σύνοψις τοῦ ὅτι παραδοξότεροι οἱ Στωϊκοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσιν. Compendium commentarii, quo oſtenditur, Stoicos quam poetas abſurdiora docere, pag. 1057. Lampr. nr. 77.

120) Περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν πρὸς τοὺς Στωϊκοὺς, ſiue de communibus notitiis aduerſus Stoicos eorumque paradoxa moralia pag. 1058. et phyſica pag. 1073 ſq. Dialogus, in quo colloquuntur Lamprias, Plutarchi frater, et Diadumenus, academicus. Meminit filius Lamprias nr. 75. [⁋]

121) Ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον ſiue non poſſe ſuauiter viui ſecundum Epicuri decreta. Dialogus lectu digniſſimus, in quo colloquuntur Zeuxippus, Theo, adhuc νέοι, Ariſtoteles quidam, Ariſtodemus et Plutarchus pag. 1086. Lampr. nr. 81.

122) Πρὸς Κολώτην, ſiue aduerſus Colotae, Epicurei, librum, Ptolemaeo dicatum, quo contendebat, ὅτι κατὰ τῶν ἄλλων φιλοσόφων δόγματα οὐδὲ ζῆν ἐστιν, quod ſecundum aliorum philoſophorum decreta ne viui quidem poſſit, pag. 1105. Hic liber, ſiue dialogus, Saturnino inſcriptus, in quo colloquuntur Ariſtodemus, Aegienſis, academicus et Plutarchus, ſuperiori libro ab auctore fuit praemiſſus, vt ex eiusdem exordio perſpicue patet. Lampr. nr. 80. [et in cod. Ven. nr. 133.] πρὸς Κολώτην ὑπὲρ τῶν ἄλλων φιλοσόφων.

123) Εἰ καλῶς εἴρηται τὸ λάθε βιώσας contra dictum Epicuri [gg]), *qui bene latuit, bene vixit*, pag. 1128. Lampr. nr. 168. confer *Gaſſendum* de philoſophia Epicuri pag. 1207 ſq. et *Petrum Petitum* lib. III. Miſcell. cap. 30. [et *Alcyonium* lib. I. de exſilio pag. 139. 140. et lib. II. pag. 145. vbi et pag. 156 — 178. illum Plutarchi librum copioſe confutat. *Heum.*]

124) Περὶ Μουσικῆς, ſiue de muſica dialogus, in quo colloquuntur Oneſicrates, Soterichus, Alexandrinus, (de quo pag. 1135.) et Lyſias pag. 1131. Iam pridem eſt, quod Marcus Meibomius praefat. ad veteres muſicos teſtatus eſt, quinquaginta amplius loca, ad muſicam ſpectantia in Plutarcho reſtituere verſionesque latinam et gallicam emendare ſe poſſe.

125) Denique in hac editione anni 1620 et 1624. ſequitur cum Mauſſaci [hh]) verſione et notis, Plutarchi liber περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν ἐπωνυμίας καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων pag. 1149 — 1164. de fluuiorum appellationibus ſiue cognominibus Hydaſpe, Iſmeno, Hebro, Gange, Phaſi, Arare, Pactolo, Lycorma, Maeandro, Marſya, Strymone, Sagari, Scamandro, Tanai, Thermodonte, Nilo, Eurota, Inacho, Alpheo, Euphrate, Caico, Acheloo, Araxe, Tigride et Indo. Graece primus edidit Simon Gelenius. [⁋] Sub *Plutarchi* nomine citatur ab *Euſtathio* ad Iliad. γ'. pag. 381. et Odyſſ. τ'. pag. 1854. edit. romanae, quae loca Mauſſacum fugerunt, indicauit vero *Menagius* in amoenitatibus iuris cap. 3. ſed alterius *Plutarchi* eſſe, contendit *Iſ. Voſſius* ad Melam p. 46. et *Reineſius* III. 13. var. lectt. pag. 556. Diuerſum

gg) Neocli tribuit Suid. in Νεοκλῆς.

hh) Eiusdem Mauſſaci iudicium ſiue diſſertatio de Plutarchi ſcriptis praemittitur in his duabus editionibus tomo priori operum Plutarchi. Edidit quoque librum de fluminibus cum verſione Mauſſaci et notis Io. Hudſon. tom. II. Geographor. minor. graecorum, Oxon. 1703. 8. *Fabric.* Conf. *Bayle* Diction. voc. *Vergerius* not. S. pag. 2954. *Heum.*

Diuerſum in hoc opere ſtilum ab aliis notaſſe ſibi viſi ſunt viri quidam docti. *Parthenio* itaque, cuius amatoriae narrationes exſtant, liber ille tribuitur a *Iano Cornario* in praefat. ad Marcellum Empiricum. *Plutarchus iunior* in fragmento de fluminibus vocatur ab *Iſ. Voſſio* pag. 140. ad periplum ponti Euxini. [vid. eumdem *Voſſium* ad Melae lib. I. cap. 8 et cap. 16. ac libr. II. cap. 2. pag. 432. *Heum.*] Ab aliis *Aeliano*, ab aliis *Antonino Liberali* tributum refert Mauſſacus, qui recte, ni fallor, Plutarcho Chaeronenſi vindicat. Huic tribuit etiam Sopater apud *Photium* cod. CLXI. et vnum eumdemque eſſe ſcriptorem parallelorum minorum et libri de fluminibus, multa ſuadent argumenta. Atqui illius libri auctor ad αἴτια ſua provocat, quae Plutarcho Chaeronenſi, cur abiudicanda ſint, nemo dicet cauſam, cum αἴτια haec ſua citet Plutarchus ipſe in Romulo.

126) De *prouerbiis*, ſub Plutarchi nomine editis a *Gronouio* in praef. ad tomum decimum theſauri antiquitatum graecarum, dixi ſupra cap. XI. §. 2. *Fabric.* In indice Lampriae in cod. Venet. nr. 109. παροιμιῶν βιβλ. β΄. et nr. 165. περὶ τῶν παρ᾽ Ἀλεξανδρεῦσιν παροιμιῶν. *Harl.*

127) ***Epiſtola ad Traianum*** imp. quae latine exſtat apud Sariſberienſem lib. V. cap. 1. Policratici, non videtur mihi eſſe Plutarchi, ſed latini ſcriptoris. Nam Plutarchus quidem multo modeſtius ſcribit etiam ad longe inferiores, quando illos ad virtutem hortatur. Non ſcripſiſſet igitur tam παιδαγωγικῶς ad imperatorem, aetate ſe non minorem; et vt lector iudicet, epiſtolam ipſam, (breuis enim eſt,) ſubiungo [ii]). Et videtur ipſe de eius γνησιότητι ſubdubitaſſe Sariſberienſis, qui, epiſtolam producturus, *ea dicitur*, inquit, *eſſe huiusmodi. Plutarchus Traiano ſalutem dicit. Modeſtiam tuam, noueram, non appetere principatum, quem tamen ſemper morum elegantia mereri ſtuduiſti. Quo quidem tanto dignior iudicaris, quanto a crimine ambitionis videris eſſe remotior. Tuae itaque virtuti congratulor et fortunae meae, ſi tamen recte geſſeris, quem probe meruiſti. Alioquin te periculis et me detrahentium linguis ſubiectum iri non dubito, quum et ignauiam imperatorum Roma non ferat, et ſermo publicus delicta diſcipulorum refundere ſoleat in praeceptores. Sic Seneca Neronis ſui merito detrahentium carpitur linguis: adoleſcentium ſuorum temeritas in Quinctilianum refunditur, et Socrates in pupillum ſuum fuiſſe clementior* [?] *criminatur. Tu vero quiduis rectiſſime geres, ſi non receſſeris a te ipſo, ſi primum te compoſueris, ſi tua omnia diſpoſueris ad virtutem, recte tibi procedent vniuerſa. Politicae conſtitutionis maiorum vires tibi expreſſi, cui ſi obtemperas, Plutarchum viuendi habes auctorem. Alioqui praeſentem epiſtolam teſtem inuoco, quia in perniciem imperii non pergis auctore Plutarcho.*

Profert deinde *Sariſberienſis* capite 2 et 7. eiusd. libri et VI. 1. capitula quaedam, vt vocat, politicae conſtitutionis e libello Plutarchi, quem ait inſcribi *inſtitutionem Traiani.* Ex eodem *Nicolaus Oreſmius*, Lexouienſis epiſcopus, de mutatione monetarum cap. 22. *ait enim,* inquit, *Plutarchus ad Traianum imp. quod reſp. eſt corpus quodammodo, quod diuini numinis beneficio veluti animatur et ſummo aequitatis agitur nutu, et regitur quodam moderamine rationis.* Apophthegmata Traiano inſcripſiſſe Plutarchum, iam notaui ſupra nr. 64.

[128) *Fabricius* in vol. XII. B. Gr. pag. 264 ſqq. ex *Olympiodori* commentario, quem habuit ineditum, quaedam publicauit, quae Olympiodorus ex Plutarcho excerpſerat, et quae Fabricius

ii) Vid. *Gueuarrae* Horolog. Princip. lib. I. cap. 36. *Gaudent.* de philoſoph. Rom. cap. 89. pag. 311. Nihil prorſus videt, qui epiſtolam hanc a Plutarcho ſcriptam eſſe autumet. *Heum.*

Fabricius ex Plutarchi libris εἰσαγωγῆς περὶ ψυχῆς, (de quibus non ita multo post, sect. V. disputat,) petita esse putarat. At *Wyttenbach.* pag. 130. ad suam Plutarchi de S. N. V. editionem, ea non ex libris de anima desumta docet; sed ex commentario in Platonis Phaedonem, atque Plutarchum ipsum esse testem in Consolat. ad Apollon. p. 120. D. se scripsisse Ὑπομνήματα in Platonem. An ex libro in indice Lampriae cod. Venet. nr. 119. περὶ τοῦ γεγονέναι κατὰ Πλάτωνα τὸν κόσμον; Compara tamen censorem in bibl. philolog. tom. I. Gottingae 1770. 8. pag. 448 sq.

129) Idem tamen *Wyttenbachius* l. c. ex deperditis libris *de anima* fragmentum adfert gr. et lat. notisque illustrat, et vindicat *Plutarcho*, quod hucusque in omnibus *Stobaei*, sermon. CXIX. editionibus, etiam in prima Trincauelli, tribuitur Themistio.

130) *Fabricius* eodem tomo XII. pag. 268 sq. ex codice, quem *Io. Laurent. Moshemius* repererat Hafniae, libri Plutarchei περὶ εὐγενείας, *de nobilitate*, partem s. initium, quod laudat Stobaeus sermon. 86. (al. 84 vel 218.) graece cum notis breuibus vulgarat. Id opusculum integrum, a fine autem deficiens, ex eodem codice, cum suis et Fabricii notis castigatius dedit, atque *Arnaldi Ferroni*, Burdegalensis, regiique consiliarii, interpretationem latinam, (Lugduni apud Seb. Gryphium 1556. 8.) adiecit *Io. Christoph. Wolf* in Anecdotis graecis, tom. IV. Hamburgi 1724. 8. sub finem, adde praefat. vbi Ferronii, (qui tamen, quo vsus sit codice, pleniore quidem et rectiore, ad interpretationem suam perficiendam, non memorat,) praefatio typis renouata est. In Lampriae indice, tam excuso, quam in cod. Ven. nr. 214. legitur περὶ εὐγενείας· in cod. tamen, ex quo Wolfius opusculum foras exire iussit, rectius scriptum est ὑπὲρ εὐγενείας. Sed *Reiske* animadu. ad scr. gr. II. p. 115. negat, illud opusculum esse Plutarchi, quod vel sola ieiuna et soloeca dictio manifesto probet.

Reiskianae Plutarchi editioni, vol. X. calci adiecta sunt duo Plut. fragmenta, ex cod. Paris. MDCCCCLV. a Villoisonio edita: prius περὶ διαφόρων τοῦ ἡρωϊκοῦ μέτρου· posterius περὶ τῶν ἐν στίχοις τόμων καὶ σχημάτων καὶ παθῶν. An sumta erant ex libello nr. 126. περὶ ποιημάτων aut nr. 114. cod. Ven. περὶ ποιητικῆς; Ita quidem mihi videbatur: at intercedit cl. *Villoison.* qui in Anecdot. tom. II. pag. 85 sq. eadem fere fragmenta; mire tamen mutata aliterque posita ex cod. Veneto CCCCLXXXIII. publicauit, et, „legitur, ait, fol. 150. vers. Herodiani περὶ στίχων τῆς λέξεως opusculum, cui praemissum est hoc *Heliae Monachi* περὶ τῶν ἐν τοῖς στίχοις παθῶν, quod in multis codd. Paris. Plutarcho male tributum est."

Macarius Chrysocephalus in sua Ῥοδωνιᾷ ex variis Plutarchi opusculis plures sententias flosculosque collegit, monstrante *Villoisonio* l. c. pag. 9 sq. *Harl.*]

Plutarchi duo fragmenta alterum inscriptum: πότερον ψυχῆς ἢ σώματος ἐπιθυμία καὶ λύπη, λόγος ιζ΄. alterum εἰ μέρος τὸ παθητικὸν τοῦ ἀνθρώπου ψυχῆς ἡ δύναμις, λόγος ιη΄. e cod. Harlei. edidit *Tho. Thyrwitt*, Lond. 1773. repeti iussit cel. *I. G. Schneider* ad calcem edit. lib. de pueror. educ., Argent. 1775. pag. 65 sq. *Beck.*

Quo facilius inueniri libri singuli Plutarchi, quotquot exstant, possint, breuem eorum catalogum adieci ordine litterarum, adscripto numero, quo singulos recensui.

Abstinentia a carnibus, 115.
De aere alieno vitando, 104.
Agesilai vita, 31.
Agidis vita, 37.
Alcibiadis vita, 11.
Alexandri M. vita, 33. fortuna, 71.

Amici diſcrimen ab adulatore, 53. πολυφιλία, 56. amor fratrum, 81. prolis, 82.
Amatorius, 97. Amatoriae narrationes, 98.
M. Antonii vita, 42.
Animi deteriores quam corporis eſſe morbos, 84.
Animalia terreſtria an aquatilia prudentiora, 113.
Apophthegmata regum et ducum, 64. Laconica, 65.
Arati vita, 46.
Artaxerxis vita, 45.
Ariſtidis vita, 17.
De Athenienſium gloria, 72.
Ariſtophanis cum Menandro comparatio, 106.
Aqua an ignis vtilior, 112.
De auditione, 52.
M. Bruti vita, 44.
Bruta ratione vti, 114.
Caeſaris Iulii vita, 34.
Camilli vita, 8.
Abſtinentia a carnibus, 115.
Catonis minoris vita, 36. maioris, 18.
Ciceronis vita, 40.
Cimonis vita, 25.
Cleomenis vita, 37.
Contra Colotem, 122.
Coniugalia praecepta, 61. [¶]
Conſolatio ad Apollon. 59. ad vxorem, 95.
Conuiuium VII. ſapientum, 62.
Conuiuales quaeſtiones, 96.
Coriolani vita, 12.
Craſſi vita, 28.
De curioſitate, 86.
De Daemonio Socratis, 93.
Demetrii Poliorcetae vita, 41.
Demoſthenis vita, 39.
Dionis, Syracuſ. vita, 43.
De diuitiarum cupiditate, 87.
De educatione liberor. 50.
De EI in Delphis, 74.
Non ſuauiter viui ſecundum Epicurum, 121.
De eſu carnium, 115.
Epiſtola ad Traian. 127.
De exſilio, 94.
Eumenis vita, 29.
Fabii vita, 10.
De facie in orbe lunae, 110.
De fato, 92.
Flaminii vita, 20.
De fluminibus, 125.
De fortuna, 57. Alexandri, 71. Romanor. 70.
De fratrum amore, 81.
De primo frigido, 111.
Galbae vita, 47.
De garrulitate, 85.
Gracchorum vita, 38.
Graecae quaeſtiones, 68.
Gryllus, 114.
De Herodoti malignitate, 107.
Homeri vita, 49.
Ignis an aqua vtilior, 112.
De inuidia et odio, 89.
De ira cohibenda, 79.
De Iſide et Oſiride, 73.
Laconica apophthegmata et inſtituta, 65.
Λάθε βιώσας, 123.
De laude ſui ipſius, 90.
Luculli vita, 26.
Lycurgi vita, 3.
Lyſandri vita, 23.
De malitia, ad infelicitatem ſufficiente, 83.
Marcelli vita, 16.
Marii vita, 22.
Menandri cum Ariſtophane comparatio, 106.
De monarchia, democratia et oligarchia, 103.
Mulierum virtutes, 66.
De muſica, 124.
Niciae vita, 27.
Numae vita, 4.
De odio et inuidia, 89.
De oraculis Pythiae, 75. de oraculor. defectu, 76.
Oratorum decem vitae, 105.

Othonis

Othonis vita, 48.
Parallela minora, 69.
Pauli Aemilii vita, 14.
Pelopidae vita, 15.
Periclis vita, 9.
Philopoemenis vita, 19.
De philosophorum placitis, 108.
Phocionis vita, 35.
Physicae quaest. 109.
Pompeii vita, 35.
Praecepta coniugalia, 61. gerendae reip. 102. [?]
De primo frigido, 111.
Ad principem indoctum, 100. principibus prodesse consuetudinem philosophorum, 99.
Platonicae quaestiones, 116.
De poetis audiendis, 51.
Politica praecepta, 102.
De profectu in virtute, 54.
Prouerbia, 126.
De pudore vitioso, 88.
De puerorum institutione, 50.
Pyrrhi vita, 21.
De Pythiae orac. 75.
Quaestiones Romanae, 67. Graecae, 68. Platonicae, 116. Physicae, 109. Conuiuales, 96.
Reip. gerendae praecepta, 102.
Romuli vita, 2.
Romanae quaestiones, 67. de fortuna Romanor. 70.
De sanitate tuenda, 60.
Num seni gerenda resp. 101.
De sera numinis vindicta, 91.
Sertorii vita, 30.
De Socratis daemonio, 93.
Solonis vita, 5.
De Stoicorum repugnantiis, 118. Stoicos absurdiora poetis tradere, 119. de communibus notitiis contra Stoicos, 120.
De superstitione, 63.
Syllae vita, 24.
Symposiacae quaestiones, 96.
Themistoclis vita, 7.
Thesei vita, 1.
De animi procreatione in Timaeo Plat. 117.
Timoleonis vita, 13.
De tranquillitate animi, 80.
Valerii Publicolae vita, 6.
De virtute morali, 78.
De virtute et malitia, 58. Virtutem doceri posse, 77.
De virtutibus mulierum, 66.
De vtilitate ex inimicis, 55.

V. *Scripta Plutarchi deperdita.*

Non referam hoc loco, quae e *Lampriae* catalogo, supra a me iam exhibito, [et ex cod. quoque Veneto addito,] petere obuium est omnibus: sed tantummodo vel praeterita illi scripta, vel de quibus adnotandum aliquid occurrit, paucis memorabo, Rualdi [kk]), Ionsiique obseruatis nonnulla additurus.

Vitas Plutarchi perditas iam retuli supra §. III. fin.

Μελέται Ὁμηρικαὶ libri IV. Lampr. nr. 4. Scholia minora ad Iliad. ό. 625. Schol. ad Euripidis Alcest. vs. 1128.

De Homero libri duo. *Gell.* II. 8 sq. IV. 11. [in indice Lampriae, cod. Ven. nr. 73.]

kk) *Ruald.* cap. 19. et *Ionsius* III. 6.

Περὶ ψυχῆς εἰσαγωγῆς βιβλία γ'. apud Lampriam nr. 46. poſſit etiam verti, *de anima, introductionis libri III.* Sed iterum περὶ ψυχῆς nr. 197. [¶] Plutarchi commentarios de anima laudant Origenes V. contra Celſ. Gellius lib. I. cap. 3. et lib. XV. cap. 10. Euſebius XI. 36. praeparat. Theodoritus XI. Therapeut. [Fragm. a Wyttenbachio editum et Plutarcho vindicatum eſſe, paullo ante, ad §. IV. nr. 129. monuimus.]

Περὶ Θεοφράϛȣ πρὸς τȣ̀ς καιρȣ́ς. Lampr. nr. 51. [nr. 106. cod. Ven.] Aduerſus Theophraſti libros περὶ καιρῶν ſiue πολιτικῶν πρὸς τȣ̀ς καιρȣ́ς· de quibus dixi lib. III. cap. 9.

Περὶ παρειμένȣ ἱϛορίας βιβλία δ'. putem reddendum *de omiſſis in hiſtoria,* Lampr. nr. 52.

Commentarius quartus in Heſiodum. *Gell.* XX. 8.

Ὁπόση ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν διαφορά. *Gell.* lib. I. cap. 1.

Αἰτίαι τῶν Ἀράτȣ διοσημείων. Lampr. nr. 117. [cod. Ven. nr. 146.] Schol. Arati ſex vel ſeptem locis Plutarchum laudans, et *Euſtathius* ad Iliad. ω. pag. 1363. edit. Rom.

Περὶ ἡμερῶν. *Plutarch.* Camillo pag. 138. Confer Lampr. nr. 189.

Στρωματεῖς. *Euſebius* lib. I. praep. cap. 4 et 5. Lampr. nr. 60.

Περὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖς Δαιδάλων. *De feſto Daedalis apud Plataeenſes. Euſeb.* prooem. libri III. praepar. Vide Ionſium pag. 236. [pag. 27. Dorn. In indice L. cod. Ven. nr. 212 et 213. ſunt duo diuerſa opuſc. περὶ τῶν ἐν Πλαταίαις δαιδάλων et περὶ φιλολόγων παρασκευῶν. Inde ipſa Ionſ. adnotatio illuſtrari et corrigi poteſt.] Lampr. nr. 190.

Περὶ τȣ̃ μὴ εἶναι τὴν ἀπὸ τȣ̃ Πλάτωνος Ἀκαδημίαν. Lampr. nr. 61. Legendum cum H. Stephano περὶ τȣ̃ μίαν εἶναι etc.

Περὶ φύσεως καὶ πόνων. Sopater apud Phot. cod. CLXI.

Ἀνδρῶν ἐνδόξων ἀποφθέγματα, (ab apophthegmatibus regum et ducum diuerſa,) idem Sopater loco laudato. Itaque fortaſſis apud Lampr. nr. 159. [in cod. Ven. nr. 187.] hoc ſupplendum.

Περὶ εὐγενείας. Lampr. nr. 192. Stobaeus ſerm. 84 et 86. Confer Seldenum praefat. libri de titulis honorum. [A Wolfio editum eſſe, §. IV. nr. 130. iam ſignificauimus.]

Ὁ πρὸς Δίωνα ῥηθεὶς ἐν Ὀλυμπίᾳ. Lampr. nr. 193. intellige Dionem Chryſoſtomum, Plutarchi aequalem.

Περὶ γεωφάγων. Lampr. nr. 181. ſed H. Stephanus legit γεωγράφων.

Περὶ χαρακτήρων fortaſſis *de characteribus morum,* quales ſcripſit Theophraſtus, licet alii malint de dicendi characteribus. Lampr. nr. 184.

Πρὸς τὴν τȣ̃ Ἐπικȣ́ρȣ ἀκρόασιν περὶ Θεῶν. Ita videntur haec ex H. Stephani editione iungenda apud Lampr. nr. 78. 79. [in cod. Ven. nr. 131 et 132.]

Περὶ μαντικῆς. Lampr. nr. 69. *Stobaeus* ſerm. 8 et 58.

Περὶ φιλίας Ἐπιϛολή. *Stob.* ſerm. 63. 64. [cod. Ven. Lampr. 56.]

῞Οτι καὶ γυναῖκα παιδευτέον. *Stob.* ferm. 17. 41. 90. 93. [[?]]

Περὶ διαβολῆς, id. ferm. 20. 38. 40.

Περὶ κράτους τοῦ σώματος. id. ferm. 51.

Περὶ κάλλους. Stob. ferm. 63. 64. Quae idem alibi de amicitia et amore, quiete et diuitiis e Plutarcho repetit, nefcio an ex peculiaribus hoc titulo hauferit libris.

῾Υποθετικὸν ἢ περὶ ἀρχῆς. Lampr. nr. 148. Fortaffis haud diuerfum ab eo quod Sarisberienfis *Archigrammaton* vocat IV. 8. Policratici: *De magiftratuum moderatione librum fertur fcripfiffe Plutarchus, qui infcribitur Archigrammaton, et magiftrum fuae vrbis ad patientiam et iuftitiae cultum verbis inftituiffe dicitur et exemplis.*

VI. *Alii* [ll]) *Plutarchi duodecim.*

* Plutarchus, *Acharnenfis,* in vet. infcriptione e Creta Venetias delata, apud Scalig. in Eufebium ad annum MMCXLVII. quae inemendata legitur apud Gruterum p. CCCXVII. 1.

* Plutarchus, *Alexandrinus,* grammaticus, quem colloquentem inducit in Dipnofophifticis fuis Athenaeus.

* Plutarchus, *Antiochenus,* Syriae praefectus, Chriftianus fub Conftantino M. imp. Vide Malalam tom. II. pag. 3.

* Plutarchus, Neftorii [mm]) F. *Athenienfis,* philofophus, quem cum Iamblicho iungit et praec... Ariftotelis interpretem celebrat *Prifcianus Lydus* in Theophraftum p. 289. 291. De eo plura Suidas, et *Marinus* in vita Procli cap. 12. ad quam fi placet vide quae olim fcripfi. *Fabric.* conf. *Lambec.* de bibl. Vindob. tom. VII. pag. 93 fqq. *Harl.*

* Plutarchus, *Attici,* platonici, pater, laudatus Porphyrio in vita Plotini.

* Plutarchus, quartus poft Andream epifcopus *Byzantinus.* Niceph. VIII. 6. et Philippus Cyprius in Chronico Ecclef. graecae p. 3.

* Plutarchus, Plutarchi noftri *Chaeronenfis* philofophi filius. Huic Plutarcho iuniori vereor ne quidam libri tribuendi fint, qui parenti adfcribuntur, inquit *Ionfius* III. 6.

* Plutarchus, *Eretrienfis,* cuius praeter Aefchinem contra Ctefiph. et Demofthenem orat. in Midiam meminit Plutarchus nofter in Phocione pag. 746. 747.

Plutarchus *Iuftiniano* imp. a fecretis, quem inter rerum illius fcriptores graecos deperditos refert Nic. Alemannus praef. in Procopii hift. Arcanam.

Plutarchus *Libertus* in vet. infcript. Saguntina ap. Gruterum p. DCCCCLXXVII. 7. [[?]]

ll) *Rualdus* in vita cap. 1. tres diuerfos a philofopho Chaeronenfi Plutarchos obferuat, *Ionfius* III. 6. octo, quos h. l. notaui ftellulis adpofitis.

mm) Neftorium, huius Plutarchi patrem, *I. C. Wernsdorf.* in diff. I. de Hypatia §. 21. pag. 40. et in litteris ad me datis coniecit, eum effe, quem *Zofimus* lib. IV. cap. 18. memorat eo anno, quo Valentinianus I. mortuus eft, Athenis fuiffe facrorum antiftitem et fomnium vidiffe, quod iuffiffet Achillem heroa publicis adfici honoribus: His ex fomnio procuratis, terram atticam a terrae motu, tum graffante, feruatam effe: idque beneficium Syrianum philofophum, qui difcipulus et fucceffor Plutarchi fuit, hymno in Achillem celebraffe. *Harl.*

[Plutarchus, epiſcopus Πλαταιῶν, qui a. Chr. 459. ſubſcripſit concilio CPolitano ſub Gennadio, patriarcha, apud *Lambec.* in comment. de bibl. Vindob. caeſ. tom. VIII. pag. 891.]

* Plutarchus, ab Origene ad Chriſtianismum conuerſus et *martyr*, de quo Martyrologia 28. Iul. et *Euſebius* VI. 3. 4. hiſt.

* Plutarchus, qui *Sardicenſi* concilio ſubſcripſit circa A. C. 347. Vid. *Athanaſ.* Apologia II.

[Plutarchus quidam apud Pauſaniam I. 64. *Heum.*]

VII. *Codd. MSS. et Editiones Plutarchi.*

Codices manu exarati.

De his quoniam cl. *Wyttenbachium* in editione ſua operum Plutarchi, quae in Anglia formulis typographicis deſcripta, fauente deo, prodibit, more ſuo, h. e. erudite docteque disputaturum eſſe arbitror; paucis me hic expediam.

De codd. quibusdam *Leidenſibus* idem iam quaedam diſſeruit in praefat. ad editionem ſuam Plut. de ſera numinis vindicta, pag. XV ſqq. Sunt vero in bibl. *Leidenſi*, teſte auctore catalogi illius bibliothecae, pag. 336. nr. 57. b. de diſciplina puerorum it. pag. 389. nr. 85. idem lib. cum aliis, ex interpret. *Guarini* Veronenſis; — pag. 377. nr. 11. apophthegmata Laconica, a *Franc. Philelpho* latine reddita. — pag. 388. nr. 48. Pompeii vita, a *Iac. Angelo* lat. verſa. — Inter Voſſianos, pag. 395. nr. 2. pleraque Plut. moralia; de quo cod. gr. v. Wyttenb. l. c. — pag. 396. nr. 15. collectio ex Plut. ſcriptis ἀναμνήσεις εἶναι τὰς μαθήσεις. — pag. 398. nr. 55. apophthegmata regum et ducum; item Laconica. — pag. 400. nr. 11. prouerbia Alexandrina. — pag. 401. nr. 3. de fortuna Romanorum. — pag. 402. nr. 16. Πλατωνικὰ ζητήματα etc. — pag. 403. nr. 6. Conſolat. ad Apollonium.

In Anglia Oxonii, teſte catal. Opp. — *Weſtmonaſter.* edit. Plut. cum notis Caſauboni msstis. Codd. V. *Bodleianos* Bryanus vſurpauit, de quibus *Moſes du Soul* in praefat. ad edit. Londin. egit.

In bibl. regia *Matritenſi*, (teſte Iriarto, in catal. codd. graec. etc.) cod. LV. ſaec. XIV. continens viginti vitas parallelas. — cod. LX. eiusdem ſaeculi, opuſcula moralia, cum adnotatt. in margine ſcriptis. — cod. LXII. apophthegmata Romanorum etc. inſtituta Lacedaemon. Homeri vita. — cod. CIX. fol. 69. de fato.

In bibl. *Eſcurial.* teſte Plüer in itinerar. per Hiſpan. pag. 187 ſq. quaedam parallela in duobus codd. — de animi generatione et alia aliquot opuſcula: ſecundum *Clarkium* vero in epiſtol. de Hiſp. pag. 390. edit. germ. vitae L. Aretino interprete, tum tres adhuc codd. vitas Plut. continentes.

In bibl. *Coisliniana*, auctore *Montfaucon* pag. 414. cod. CCXVI. fol. 120 ſq. nec non pag. 574. 475—479. in S. Maximi opp. cod. CCCLXXI. fol. 11. quaedam ſententiae etc. ex Plutarcho aliisque. — pag. 430. optimus cod. CCCXIX. ſaec. X. vitae et parallela. — pag. 223. cod. CLXV. in Theod. Metochitae op. de rebus philoſ. eſt caput de Plutarcho. — In bibl. *Traiect. Moſae*, (Montpellier,) teſte Montfauc. Moralia.

In

In bibl. publ. *Parif.* tefte catal. tom. II. funt XXXVI. codd. qui moralia: XI. codd. qui vitas parallelas et decem codd. qui fragmenta continent. — ac de verfus heroici differentiis, caefuris, figuris et adfectionibus, cum multis fcriptis Plutarchi moralibus, cod. MDCCCCLV.

In bibl. *Taurinenfi* inter codd. latin. cod. DCXLIII — DCXLV. funt variae plurium vitarum *verfiones lat.* auctoribus Leonhardo Aretino, Iac. Angelo, Alamanno Rinuccino, Guarino, Donato Acciaiolo, Omnibono Leonicenfi, Lap. Caftelliunculo etc. et illorum aliorumque praefationes. — pag. 445. cod. CXX. verfio italica opufculi, quomodo adulator ab amico internofci poffit.

Venetiis inter codd. *Nanianos*, (tefte catalogo pag. 17.) cod. XXII. 16. Confolat. ad Apollonium: fragmentum.

Bononiae, de Mufica, apud Montfauc. in diar. ital. pag. 408.

Florentiae, in bibl. B. Mariae, auctore *Montfaucon* in diario italico pag. 366 fq. 1) vitae, 2) et 3) moralia opufc. 4) contra leges Lycurgi. 5) dicta fapientum ex *Plutarcho* et aliis collecta. — in bibl. Medicea, fecundum *Bandinii* catal. codd. gr. *vita Homeri*, tom. II. pag. 126. cod. IV. et 305. cod. VIII. et 329. cod. XXV. tom. III. pag. 117. LV. pag. 210. XXXII. et pag. 218. VI. — *de placitis philof.* liber fecundus, tom. II. cod. XXXVII. nr. 28. pag. 119. et liber quintus, tom. III. pag. 404. IX. — libri V. III. pag. 210 fqq. cum aliis opp. moral. et pag. 218. cod. XXX. *iidem*, cod. V. nr. 52. pag. 177. — *vitae* parallelae fex et *opufc. moralia* XXIII. tom. II. cod. IV. pag. 301 fq. et duae *vitae* cum XX. *opp. moral.* ibid. cod. V. pag. 302 fq. — *vitae* XLVIII. in tres libros diuifae, tom. II. pag. 619 fqq. cod. I. — *vitae* XIX. cum fcholiis, et *vitae* XVIII. ac *vitae* XIV. cum variis in Plutarchi laudem epigrammatibus, ibid. pag. 623 fqq. codd. III. IV et VI. — *vita Catonis* cum notis gloffisque margin. pag. 643. cod. XXIV. — *vitae* XV. tum XII. tum X. pag. 647 fqq. codd. XXXI. XXXII et XXXIV. — Otho et Galba, *vitae X. rhetorum*, *parallela* et alia 68. *opufcula*, inprimis *moralia* tom. II. cod. V. pag. 175 fqq. et III. cod. XXII. pag. 210 fqq. opufc. 32. — quinque *opufc. moral.* et *apophthegmata Laconica*, ibid. cod. VII. pag. 304 fq. — *apophthegmat.* regum etc. et *Lacon.* atque XVII. *opp. moral.* cum *parallelis* rom. ac gr. ib. cod. II. pag. 294 fq. et cod. III. nr. V. — VII. tria opp. moral. pag. 297. — *apophthegm.* regum, ib. cod. XV. 1. pag. 314. — *apophthegm. Lac.* ac *regum* et opp. duo *mor.* ib. cod. X. 24. p. 328. atque cod. XXIX. pag. 381. — Lyfiae vitam ab aliis Plutarcho, ab aliis vero Dionyfio Halic. adfcribi, notatur tom. II. in cod. LII. 1. pag. 435. et cod. XIX. 1. pag. 678. — ib. pag. 465. cod. XXIV. nr. 10. pag. 465. ex LX. Plutarchi libro; inc. ὅτι τὸ ἐν Δέλφοις εἶ τινὲς φασιν ἀνιερῶσθαι. — *de Mufica*, II. pag. 475. cod. XXIX. fol. 21. p. 486. cod. I. nr. 6. III. p. 218. cod. XXX. III. pag. 176. et in aliis. — epitome in *Timaei* de animae procreatione libr. II. pag. 486. cod. I. fol. 21. pag. 664. nr. 22. et III. pag. 218. cod. XXX. nr. IV. cum *quaeftionibus natural.* et *de fato.* pag. 265. cod. IX. fol. 45. — *de puerorum inftitut.* III. pag. 215. cod. XXV. ibid. pag. 216. cod. XXVIII. continet XVII. et cod. XXIX. XVI. *opufc. moralia.* — *de Alexandri fortuna*, fermones II. tom. II. pag. 654. iterum 669. — Excerpta ex Plut. de fortuna Alexandri, III. pag. 325 fq. cod. VIII. nr. XXV. — *Prouerbia*, quibus Alexandrini vtebantur, III. pag. 203. cod. XIII. nr. XIV. — Citatur Plut. in florilegio fententiarum tom. I. pag. 254 et in viol. comp. tom. I. pag. 549. — Apud *Benedictinos*, fecundum Montfauc. moralia et parallela.

Patauii,

Patauii, teſte *Tomaſino* in bibl. Patauin. MSSt. pag. 19. apophthegmata, a Franc. Philelpho verſa. — Vitae a diuerſis in ſerm. lat. translatae pag. 20. et pag. 22. quatuor opuſc. philoſophica. — *Romae* in bibl. *Barber.* de muſica et alia opp. philoſophica codd. CXXXV. CXXXVII et CCLXX. (vid. Introd. m. in hiſt. L. Gr. I. pag. 64.) — in bibl. *Angelica* vitae parall. (vid. ibid. pag. 66.) — In bibl. *Magliab.* Florentiae adſeruatur lib. Plut. *quomodo quis poſſit ab inimicis iuuari*, a *Io. Corſio* e graeco in latin. conuerſus, 4.

Venetiis in bibl. D. Marci, teſte catal. codd. graec. pag. 123 ſq. cod. CCXLVIII. ſaec. XV. membran. continens opera varia, cumprimis moralia, praefixo catalogo parallelorum et operum deperditorum. — pag. 125. cod. CCXLIX. ſaec. XI. in 8. membran. — ibid. in cod. CCL. eiusdem ſaec. in fol. membran. ſunt complura ſcripta moralia. — pag. 128. cod. CCLIX. ſaec. XIV. chart. in 4. Plutarchi platonicae quaeſtiones initio mutilae. — pag. 147. cod. CCCXXII. de muſica. — pag. 183. cod. CCCLXXXIV. membr. ſaec. XV. fol. vitae parallelae, et cod. CCCLXXXV. ſaec. XV. in 4. atque cod. CCCLXXXVI. ſaec. XI. vitae XXIV. ac XII. — pag. 208. cod. CCCCXXVII. chartac. in 8. ſaec. XIV. nec non pag. 274: cod. DXI. chart. in fol. min. ſaec. XII. moralia quaedam. — pag. 210. cod. CCCCXXVIII. chart. in 4. ſaec. XIV. de conſolatione ad Apollonium. — pag. 279. cod. DXXI. chart. in 4. ſaec. XIV. de placitis philoſophorum. — pag. 282. cod. DXXIII. ſaec. XV. de animae procreatione, quae in Timaeo Platonis deſcribitur. — pag. 287. cod. DXXXI. chart. in 4. ſaec. XV. vita Homeri. — In biblioth. Dominicanorum, vitae, a Demetrio incipientes, narrante Montfauc. in diario ital. pag. 47.

In biblioth. ſynod. *Mosquenſi* ſunt aliquot codd.

In biblioth. *Vindobonenſi*, teſte *Lambecio*, cod. CCLXXXXVI. nr. 4. tom. V. pag. 543. apud *Neſſel.* catal. I. pag. 392. cod. CCLXXXVII. nr. 4.) fragm. quaedam de metro heroico, aliisque nonnullis metris poeticis. — tom. VI. pag. 266. cod. XXV. nr. 2. (*Neſſel.* III. pag. 37. cod. XXVII. 3.) Ariſtotelis, *Plutarchi* aliorumque ſcriptorum graec. ethnicorum praedictiones et teſtimonia de Chriſto et chriſtiana religione; ſed vide notam Kollarii. — tom. VII. pag. 255 ſqq. cod. LXXII. (Neſſel. IV. pag. 83. cod. CXLVIII.) ſympoſiacorum libri IX. quem cod. antiquiſſimum cum editt. conferre iubet Lambecius. — cod. LXXIII. (*Neſſel.* IV. pag. 76. cod. CXXIX.) antiq. membr. XXI. opuſc. moralia. — cod. LXXIV. antiq. bonae notae. (*Neſſel.* IV. pag. 31 ſq. cod. XLVI.) XLV. opuſc. maxime philoſophica, et *Lambec.* obſeruat, in nota 1. pag. 261. libell. πότερον τὰ Ῥωμαίων πράγματα τύχῃ ἢ ἀρετῇ vulgo inſcribi περὶ τῶν Ῥωμαίων τύχης. in not. 2. περὶ τῦ, πῶς χρὴ τὸν φιλόσοφον πολιτεύεσθαι (et apud Kollar. in ſupplem. pag. 564. περὶ τῦ π. χ. τ. φιλ. πομπεύεσθαι,) vulgo ſimpliciter inſcribi πολιτικὰ παραγγέλματα· et not. 4. προβλήματα Ῥωμαϊκὰ et Ἑλληνικὰ perperam in edit. gr. lat. Operum Plut. Francof. inſcribi, κεφαλαίων καταγραφὴ, *capitulorum deſcriptio*, h. e. quaeſtionum ſolutio ſiue problematum: quum ex hoc codice manifeſte adpareat, per κεφαλαίων καταγραφὴν nihil aliud ſignificari, ac indicem capitum ſiue quaeſtionum, qui ipſi problematum libro ſeparatim praefixus eſt: vti quoque in cod. apud Kollar. l. c. pag. 563. nr. III. [vid. *Wernsdorf.* Comment. I. ad Plut. Quaeſt. Gr. pag. 7 ſq.] — pag. 263. cod. LXXV. (Neſſel. IV. pag. 25.) vitae Galbae et Othonis cum aliis opuſc. XIX. philoſophicis. — tom. VII. pag. 464. cod. CXIX. nr. 2. de muſica, vbi vid. notam Kollarii; ex *Meibomii* praefat. antiquae muſicae auctoribus praemiſſa. — *Kollarius* in

ſupplem. I.

ſupplem. I. ad Lambecii comment. inter codd. Vindobon. adhuc reperit, huc pertinentes codd. pag. 499. cod. LXXXII. nr. 2. *Plethonis* ex Diodori Sic. et *Plutarchi* Opp. (in vita Ageſilai) narratio eorum, quae pugnam Mantineam conſequuta ſunt. — pag. 544 ſqq. cod. LXXXV. membr. ſaec. XII. quem cum editt. conferendum cenſet Kollarius, item cod. LXXXVI. — cod. LXXXVII. vitae aliquot parallelae. — cod. LXXXVIII. pag. 562 ſqq. ſcripta XVIII. hiſtorica et philoſophica. — In *Neſſelii* catal. MSSt. part. IV. cod. XXVIII. nr. 4. pag. 28. ex Plutarchi opuſc. de ſyllaba EI etc. libri II. cap. II. — ibid. p. 97. cod. CLXXVI. nr. 2. de muſica. — part. V. pag. 119. cod. LX. 1. et pag. 158. cod. CXIII. aliquot vitae parallelae.

In bibl. *Noribergenſi* publica de educ. liberorum; apophthegm. de fortuna et virtute Roman. de inuidia et odio; de Alexandri fortuna virtuteue. *latine;* ſaec. XIII.

In bibl. *Bauar. Monac.* magna pars vitarum. vid. *Reiske* praef. ad vol. I. Opp. Plutarchi: pag. VII.

Neapoli in bibl. regia cod. CVIII. chart. ſaec. XV. cod. CXLI. ſaec. XIV. de muſica. — cod. CXXXVII. duo opp. philoſ. — cod. CLXVIII. chart. ſcriptus manu Io. Roſi, Cretenſis, de educat. liberorum. — cod. CLXXXIV. ſaec. XIV. opuſc. 35. philoſ. — cod. CCXXIV. ſaec. XV. epitome περὶ τῆς ἐν τῷ Τιμαίῳ ψυχογονίας.

E d i t i o n e s.

Primum paucis indicabo *verſiones* vitarum aliorumque *Plutarchi* opuſculorum *latinas*, ſaec. XV. editionibus *graecis* antiquiores.

Vitae parallelae, ſ. illuſtrium virorum vitae, a variis, n. Philelpho, Tortelio, Lapo, Donato Acciaiolo nn), Ant. Tuderdino, Guarino, Leon. Aretino et Leonardo Iuſtiniano latine verſae, et a *I. A. Campano* collectae. II. voll. *Romae* ſ. a. (probabiliter 1470.) fol. per Vdalricum Gallum: de qua rar. edit. vid. *Audiffredum* in catalogo roman. editt. ſaec. XV. pag. 37 ſq. *Foſſium* (qui repetiit praemiſſum elenchum vitarum eorumque, qui ſingulas vitas verterunt,) in catal. codd. ſaec. XV. bibl. Magliabecch. vol. II. pag. 383 ſqq. cel. *Panzer.* in Ann. typogr. vol. II. pag. 414 ſq. eosque, quos ille laudauit: *Creuennae* Catal. vol. V. pag. 245 ſq.

Vitae parall. cum epiſt. *Campani.* ſ. l. (Argentorati) et ſ. a. II. voll. fol. Hanc eſſe Romanam Hahnianam et circ. 1471. excuſam, perperam putabat *Schelhornius*, in diatriba, Cardin. Quirini libro de optimorum ſcriptor. editt. praemiſſa, pag. 56 ſqq. de ea copioſe diſputans; eius vero diuerſitatem pluribus recte monſtrauit *Audiffr.* l. c. et comprobauit *Panzer* A. T. I. pag. 77. et II. pag. 414. Exemplar cuſtoditur in bibl. publ. Erlangenſi: atque ego, ad iudicium Audiffredi caſtigandum, obſeruo: indicem vitarum earumque interpretum in tomo I. omnino excipere verba: *Plutarchi hiſtoriographi greci liber de viris clariſſimis — — — translatus, incipit,* vti Schelhorn. notarat: tum, quae Schelh. ſcripſerat, in tomo II. legi, vita *Pomponi Attici Clariſſimi viri e greco ſermone in latinum per Cornelium Nepotem translata:* quam vitam omnino quidem ſequitur: *Incipit vita Ruffi viri clariſſimi*, (quamquam in indice, ab initio voluminis I. tantum eſt exaratum, vt in priore editione, *Rufus*,) verum non eſt vita Rufi; ſed admodum breuis hiſtoria rerum romanarum

nn) Erraſſe Campanum, ſupra, §. III. iam monuimus. *Harl.*

rum ab initiis vsque ad imperat. Valentinianum, cui inscripta est. — *Venetiis* prelo exiisse opus, suspicatur *Bure* in catal. bibl. Vallerian. III. pag. 359. et pag. 361. quidam versionum codd. recensentur.

Vitae etc. *Romae* apud Conr. Sweynheym et Arn. Pannartz. 1473. fol. ex recognitione Io. Andreae. vid. *Audiffred.* l. c. pag. 130. *Panzer.* II. pag. 438. nr. 113. — — *Venetiis,* apud Nic. Ienson. 1478. fol. mai. Differt a Romana, et quarumdam vitarum versio aliis, quam in illa, adscribitur. vid. *Fossium* l. c. p. 386. *Goetz.* mem. bibl. Dresd. III. pag. 394. *Panzer.* III. pag. 135. qui multos alios laudat, de ea edit. differentes. — — *ibid.* per Io. Rigatium de Monteferrato. 1491. fol. II. voll. vid. *Panzer.* III. pag. 308. nr. 1440. inprimis cl. *Fossium* l. c. III. pag. 125 sqq. — *ibid.* per Bartholom. de Zanis de Portesio. 1469. fol. vid. *Panzer.* III. pag. 394. qui notat Denis. in Supplem. pag. 294. illam edit. ad. an. 1490. referentem. — *Romanam* edit. a. 1480. ex diario gallico, Iourn. des Scavans, a. 1684. p. 84. memorat *Maittaire* in A. T. IV. pag. 413. — — *Brixiae*, vitae, a *Guarino* in latin. conversae. 1488. fol. — vid. *Panzer.* I. pag. 250. — Parallela a *Guarino* lat. versa, cum Polybio de primo bello punico. ibid. per Iac. Britannicum. 1498. fol. vid. *Goetzii* Mem. bibl. Dresd. vol. II. pag. 103. *Panzer.* I. pag. 259. — Vitae ex graeco in latinum versae, adhibita solerti diligentia ac multis collatis exemplaribus graecis et lat. ad vnguem per — *Pyladem Brixianum* castigatae. — in fine: per Iac. Britannicum. *Brixiae* impressae. 1499. fol. vid. *Audiffredi* specim. edd. ital. saec. XV. pag. 103—105. *Mittarell.* adpend. ad catal. codd. bibl. S. Michael. Venet. pag. 374. qui vitar. et *interpretum* praemisit indicem, qui Campani indici vt plurimum respondet. adde *Panzer.* I. pag. 260. nr. 134.

E latino in *italicum* sermonem prima vitarum pars conuersa est a *Baptista Alex. Iaconello de Riete, Aquilae,* impress. ab Adam de Rotwil. 1482. fol. vid. *Panzer.* I. pag. 16. nr. I. inprimis *Audiffred.* in specim. editt. ital. saec. XV. pag. 4 sq. qui antiquiorem edit. a. 1472. ab Orlando memoratam et aliam a. quoque 1482. a Maffeio relatam, chimaericas esse pronuntiat; — add. catal. bibl. *Valler.* tom. III. pag. 362. *Mittarelli* in adpendice l. c. pag. 377 sq. qui, num Iaconellus secundam vitarum partem italice verterit, vel saltem typographicis descripserit formulis, ignorare se fatetur: Audiffredo credibile videtur, alteram partem numquam vidisse lucem. Altera quidem pars, qui foetus est *Iuli Bordoni*, Patauini, aliquoties vidit lucem. Atque *Paitoni* in Bibliot. degli autori — volgarizzati, part. III. pag. 147 sqq. illam et reliquas edd. ac versiones vitarum italicas fusius recenset: vnde notitiam illarum paucis hic simul repetam. — Altera pars, (edit. incerta,) Venet. 1516. 4. — Prima pars, correctior, recusa est Venetiis 1518. 4. — Pars I. auctior, — et II. per *Bordon.* ibid. 1525. 4. — 1529. 8. — 1538. 8. — Vitae, ital. versae a *Ludou. Dominico,* (Domenichi,) part. II. ibid. 1555. 4. — ibid. 1560. II. tom. 4. sed penes auctorem *Haym* sit fides. *Osmont.* tamen scribit, in Dictionaire typogr. tom. II. pag. 92. illam edit. reperiri apud Floncel. — versae per *Lud. Dominicum* aliosque, et collatae cum textu graeco per *M. Leon. Ghini*, cum vita auctoris, a *Thomasio Porcacchi* exposita etc. II. tom. 1566. 4. — 1568. 4. — 1569. (ap. Audiffred. l. mem. et in bibl. Erlang.) — 1570. 4. — 1582. 4. — 1587. 4. — 1607. 4. — versae a Lud. Dominico, correctae a *Francisco Sansouino.* ibid. 1570. 4. — 1563. 4. II. voll. (in fin. 1564.) — 1620. 4. — cum multis adnott. etc. Veronae 1744. 4. — separatim vita Alexandri M. Venet. 1570. 8. — Le vite di Plutarco ridotte in compendio

pendio per M. *Dario Tiberto* da Cesena, e tradotte alla comune utilità di ciascuno per *L. Fauno* in buona lingua volgare. In Venetia, per Michele Trammezzino. 1543. 8.

Hispanice versae, interprete *Alfonso de Palençia*, per Paullum de Colonia etc. *Seuillae* 1491. fol.

Problemata, lat. interprete *Io. Petro Lucensi*, sed a Calphurnio, ad fidem graeci exemplaris emendata etc. *Florentiae*, s. a. 8. vid. *Panzer*. I. pag. 430. nr. 252. — sine a. et l. nota in 4. typis Domin. Siliprandi. vid. Goetz. Mem. bibl. Dresd. III. pag. 410. Eadem esse videtur, quae sequitur, cum signaturis. — *Venetiis* typis Dominici Siliprandi, (qui artem typographicam exercebat ad a. 1475. duplex editio,) s. a. 4. saec. XV. de qua duplici editione, sine numeris et custodibus, quarum altera signaturis caret; altera illis est instructa, vid. notas cel. *Morelli* ad Pinelli catal. I. pag. 236 sq. — *ibid.* per Antonium de Strata, Cremonensem. 1488. cum *Alexandri Aphrodisei* et *Aristotelis* problematibus; lat. vid. *Mitarell.* l. c. pag. 372 sq. *Goetz*. Mem. bibl. Dresdens. III. pag. 507 sq. *Fossius* I. pag. 63. *Panzer*. III. pag. 252 sq. et pag. 498. nr. 2812.

Apophthegmata ad Traianum et *apophth. laconica*, latine, *Francisco Philelpho* interprete, *Venetiis* apud Vindelin. Spir. 1471. fol. (formam in 4. dedit libro *Bure* in catal. Valler. II. pag. 681.) vid. *Panzer*. A. T. III. pag. 71. nr. 29. *Fossius* II. pag. 387. — sine l. et a. aliisque notis typographicis, saec. XV. charactere romano. 4. vid. cl. *Morell.* ad Pinelli catal. tom. I. pag. 234 sq. — et cum *Philelphi* orationibus aliisque opusculis, s. a. et loco. 4. (probabiliter *Mediolani* circ. a. 1481.) vid. *Saxii* hist. typogr. Mediol. pag. CCXXI. DLXXXIII. et DCXIV. *Panzer*. II. p. 43. nr. 200. et *Fossium* l. c. II. p. 330 sq. vbi p. 331. alia eorumdem Philelphi oration. et opusculorum ed. *Venetiis*, 1491. 4. recensetur. In *Bünau*. catal. I. p. 166. citatur alia edit. Venet. 1492. fol. — alia edit. Apophth. *Brixiae*. 1488. 4. *Panzer*. I. pag. 250. nr. 50. — Apophthegm. a *Fr. Philelpho* traducta, cum Hesiodi Theogonia, lat. hexametris *Ferrariae* per Andr. Gallum. 1474. 4. (Maitt. IV. pag. 333.) — apophthegmata è graeco in latin. versa, a *Franc. Philelpho.* Dauentriae per Richard. Pafraet. 1499. 4. vid. *Panzer*. I. pag. 366. nr. 131.

De virtutibus mulierum, traductio per *Alamanum Ranutinum* oo), ciuem Florentinum. *Brixiae* typis Bonini de Boninis de Ragusia. 1485. 4. vid. *Panzer*. I. p. 246. nr. 22. — ibid. probabiliter, per Bernard. Misintam, sine anni nota, (1497.) 4. *Panzer*. I. pag. 258. nr. 111. *Zeni* Differt. Vossiane. tom. II. pag. 209.

Praecepta connubialia, et *de virtutibus morum*, cum Cleomede, et Dionis atque Aristidis oratt. de concordia; latine reddita a *Carolo Valgulio*. *Brixiae* per Bern. Misintam, 1497. 4. *Panzer*. I. pag. 257. nr. 102.

Opuscula quaedam *Alamanno Ranucino* interprete, *Brixiae* 1488. fol. *Panzer*. I. p. 250. nr. 53. *Audiffredi* in specim. edd. ital. saec. XV. pag. 159. nr. IV. formam libri in 4. designat.

oo) Sic quidem excusum est; sed intelligendus *Rinuccinus*. vid. cl. *Morell.* ad Pinelli catal. V. pag. 252. et *Audiffred.* Specim. editt. italic. saec. XV. pag. 146. *Fossi* monumenta ad Alamanni Rinuccini vitam contexendam etc. Florent. 1791. 4. pag. 150.

De differentia inter odium et inuidiam, cum Cenſorino, Cebete etc. lat. ſine vllis notis typograph. 4. — alia editio, *Bononiae.* 1497. 4. vid. *Foſſium,* I. pag. 511 ſqq. *Panzer* I. pag. 234. nr. 231. — inprimis *Audiffr.* ſpecim. editt. ital. ſaec. XV. pag. 112 ſq. — item cum aliis opuſc. *Venetiis* per Bernard. Venetum de Vitalibus. a. 1500. 4. *Panzer.* III. p. 477. nr. 2646.

Amatoriae narrationes, interprete *Angelo Politiano,* ſine l. et a. (niſi pars ſit Politiani Operum:) atque verſio illa ineſt quoque in Politiani Opp. *Venetiis* ap. Ald. Manut. 1498. fol. — et *Florentiae,* opera et impenſa Leon. de Arigis de Geſoriaco. 1499. fol. vid. *Mitarelli* adp. pag. 373 ſq. et *Foſſium* II. pag. 390 ſqq.

De liberis educandis, interprete *Guarino*, cum *Petri Paulli Vergerii* op. de ingenuis moribus, *Xenoph.* de tyrannide opuſc. a Leonardo Bruno Aretino lat. verſo, *Baſilio* etc. Florent. ſ. a. 4. — vid. *Audiffr.* l. c. pag. 380. et 424 ſq. aliud exemplar, ſ. a. et l. ſed mancum. vid. *Foſſium* II. pag. 782 et 831. — cum *Hieronymo* de officiis liberorum etc. ſine l. et a. vid. *Goetz.* l. c. III. pag. 409 ſq. — Brixiae 1485. 4. vid. *Mitarelli* adpend. pag. 473. *Audiffredi* ſpec. edd. ital. etc. pag. 148 et 151. — cum Vergerio, et *Baſilio* de liberal. ſtudiis. Brixiae 1495. ap. *Audiffr.* l. c. pag. 172.

De breuibus clarorum nominum inter ſe contentionibus a Plutarcho *collectis, a Guarino in latinum conuerſis,* per Boninum de Boninis. *Brixiae* 1485. 4. vid. *Pinelli* catal. I. p. 237. nr. 1353. et *Audiffred.* ſpecim. ital. verſion. ſaec. XV. pag. 146.

Editiones graecae, et graecolatinae pp).

Κέβητος πίναξ. Βασιλείου τοῦ μεγάλου λόγος —. Πλουτάρχου περὶ παίδων ἀγωγῆς. Ξενοφῶντος ἱερῶν. graece. ſine l. et a. nota, in 8. at ſaec. XV. exeunte, aut XVI^mo^ auſpicante, eodem charactere, quo Zachar. Calliergius vti ſolebat, Romae, aut, quod placet *Panzero* V. C. III. pag. 500. Venetiis. vid. *Foſſium* I. pag. 507. *Pinelli* catal. I. pag. 234. cum nota Morelli.

Iunctim prodierunt primum: *Opuſcula* (moralia qq)) LXXXXII. gr. cura et emendatione *Demetrii Ducae, Cretenſis;* quibus praemittitur Aldi Pii Manutii epiſt. In calce: *Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Aſulani ſoceri.* m. Martio MDIX. (1509.) fol. vid. *Bandini* catal. codd. gr. Medic. vol. II. pag. 506. In biblioth. Leidenſi eſt exemplar cum V. L. et coniecturis Donati Ianoctii. — Aldus inſcripſit edit. Iacobo Antiquario Peruſino, et epiſtola ita clauditur: *Libuit heic ſubiungere hendecaſyllabos, quos, quum veni ad te Mediolanum, luſiſti ex tempore, prae ſummo gaudio aduentus noſtri, vt faciant et hi fidem mutui amoris noſtri:*

Aldus

pp) De editionibus pluribus iam diſſerui in Introduct. in hiſt. L. Gr. quae omnia repetere nolo.

qq) Vt *moralia* prius edita ſunt, quam vitae parallelae; ſic pleraque illorum etiam ante vitas ſcripſiſſe videtur Plutarchus.

Aldus venit en, Aldus ecce venit,
Noſtrum ſinciput occiputque noſtrum,
Mel, ſal, lac quoque, corculumque ſolus,
Graios altera et altera latinos
Qui apprendendo manu reduxit omnes
In verum modo limitem, ſuperbos
Victores ſuperans Olympiorum.
Nunc, o nunc Iuuenes vbique in vrbe
Flores ſpargite, vere namque primo
Aldus venit en, Aldus ecce venit.

Τȣ̃ σοφωτάτȣ Πλȣτάρχȣ παραλλήλων —. — *Plutarchi parallelum,* (ſic) *Vitae Romanorum et Graecorum quadraginta nouem,* (graece. addito *Xenophontis* Ageſilao et *Iſocratis* Euagora.) In calce ſeu folio 344. — *Florentiae in aedibus Philippi Iuntae.* Anno — M.D.XVII. (1517.) die XXVII. m. Auguſti. fol.

Haec princeps habetur vitarum editio: (ordo autem vitarum differt ab eo, qui in editt. Aldina et hodiernis regnat.) Et tamen Iunta in epiſtola dedicatoria, (quam etiam *Bandini* in Annal. typogr. Iuntarum, tom. II. pag. 122. recudi fecit,) *ad Marcellum Virgilium* [rr], reip. Florentinae a ſecretis, a quo codicem caſtigatiſſimum commodatum ſe accepiſſe gratus profitetur, *hoc*, ait, *auſim affirmare, qui has Plutarchi vitas* nuper excuſas *legerit; ſcatebant enim ante plurimis mendis, et ideo multis locis non poterat verus elici ſenſus* etc. et paullo poſt: *ſanauimus tuo exemplari tot vulnera, vt, ſi ipſe Plutarchus reuiuiſcat, non aliter ſe ſcripſiſſe videatur.* Neque vero antiquiorem vitarum editionem graecam quisquam reperire potuit. Verba igitur illa Iuntae non de graecis editionibus; ſed de latinis tantum verſionibus accipienda videntur. In qua ſententia confirmatus ſum iudicio Reiskii, qui in praefatione ad primum volumen Opp. Plutarchi de editionibus vitarum claſſibusque diligenter late disputauit, et pag. XV ſq. Iuntae epiſtolam quoque typis repetendam curauit. Reiske vero tres conſtituit claſſes vitarum graecarum editt., vnde reliquae fluxerunt, Iuntinam, Aldinam et Stephanicam.

Plutarchi, quae vocantur *Parallela*, ſiue vitae illuſtrium virorum graeci nominis ac latini. — *Venetiis*, in aedibus Aldi et Andreae Soceri. 1519. fol. graece.

Vid. *Maittaire* A. T. II. pag. 333. qui partem epiſtolae *Franciſci Anſulani* ad Petrum Bembum dedicatoriae praemiſit. Integram reddidit illam *Reiske* l. c. pag. XXI ſq. Muſurus, qui probabiliter moderatus eſt editionem, auctoritatem codicum Venetorum ſequutus, aut interdum ingenio indulgens, multa quidem dedit emendatiora et pleniora; interdum tamen lectiones Iuntinae edit. praeſtantiſſimas mutauit cum aliis deterioribus. Ordinem autem vitarum quarumdam confudit, qui ab editore Baſileenſi eſt reſtitutus. Reiske etiam p. XXIV ſqq. planum teſtatumque fecit, ex eadem officina Aldina eodem anno geminas Plutarchi vitarum, easque inter ſe diuerſas prodiiſſe editiones, quarum vetuſtior cum Iuntina magis conueniat, quam iunior. Aldina autem edit. fons eſt vulgatae noſtrae Plutarcheae orationis.

rr) De quo multus eſt *Bandini* in Annal. typogr. Iuntin. I. pag. 38 ſqq. Is etiam in editione Plutarchi curanda operis praefuiſſe videtur.

Ex Aldino igitur exemplo manarunt editiones graecae *Vitarum Basileenses*, apud Froben. [ss]) 1533. curante *Sim. Grynaeo,* (de quo vide Athenas Rauricas. Basil. 1778. 8. p. 69 sqq.) et ex officina Frobenii ac Nic. Episcopii 1560. fol. In Bebeliana tamen edit. corrector interdum ab Aldina discessit, et vitas quasdam in verum reduxit ordinem. vid. *Reiske* pag. IX. XIII. ac XXVII.

Parallelorum comparationes, separatim a Vitis impressae. Paris. 1567. 4. vid. *Bodlei.* catal. II. pag. 337.

Moralia, Basil. gr. apud Froben. 1542. fol. (exemplar cum V. L. et emendatt. viri docti est in bibl. Leidensi, teste catal. pag. 165. nr. 128.) ibid. *Moralia* ex *Xylandri* recensione. 1574. fol. gr.

Plutarchi Chaeron. quae exstant opera, cum latina interpretatione. Ex vetustis codicibus plurima nunc primum emendata sunt, vt ex *Henr. Stephani* adnotatt. intelliges: quibus et suam quorumdam libellorum interpretationem adiunxit. *Aemilii Probi* de vita excellentium imperatorum liber. (Geneuae.) Anno 1572. excudeb. *Henr. Stephanus.* 8. XIII. voll. scripsit Reiske: (ita, vt sena volumina graeca oratio; totidem alia, latina interpretatio, postremum denique praefationes et adnotationes indicesque impleant.)

Nitida est editio, quam optimam iudicat *Casaubonus* de enthusiasmo cap. 2. pag. 15. Contra de eadem editione non magnifice sentit Xylander in praefat. ad tom. II. Francf editionis. Grauius de ea tulit iudicium Reiske in praefat. pag. XIII sq. XXVIII sqq. et animadversion. vol. II. pag. 116 sq. Fluxit ea quidem ex Basileensi edit. et insequentium facta est basis: multa vero, siue ex libris, siue ex coniectura, bene mutata sunt et correcta; sed multa quoque temere sunt ingesta; neque codices, qui essent aut vbi prostarent, sunt indicati. Ex Iuntino exemplo interdum reuocatus est ordo vitarum; at deteriores quoque lectiones reductae. etc. adde *Freytag.* Analecta pag. 900 — 902. Thesaurum bibliothec. tom. II. pag. 65. In bibl. Leidensi, (catal. pag. 150. nr. 164.) exemplar est manu Claudii Boscheti Mesiriaci notatum: ibid. pag. 226. nr. 163. est tom. II. vitar. cum adnotatt. Mureti marginalibus.

Textus igitur, a Stephano constitutus, propagabatur in editt. *Francofurtensibus*, 1) apud A. Wechelii heredes, Claudium Marnium et Io. Aubrium a. 1599. fol. duobus voll. quorum prius vitas graece, cum versione *Cruserii* et notis eiusdem Cruserii, Xylandri, atque H. Stephani; posterius Moralia cum Xylandri versione et notis, notasque H. Stephani et varias lectiones exhibet [tt]). — 2) 1605. fol. graece, apud Wechel. quam elegantem et emendatam dicit Fabricius. — 3) 1620. graece et cum latina interpretatione *Herm. Cruserii, Guil. Xylandri.* Acc. nunc primum libellus eiusdem (Plutarchi) de fluuiorum montiumque nominibus, cum versione *Maussaci*, et doctorum virorum notis, et libellis variantium lectionum ex MSS. codd. diligenter collectarum, et indicibus accuratis: in officina Dan. ac Dauid. Aubriorum et Clement. Schleichii. II. voll. fol. Bibliopolae quidem in epistola dedicatoria multa tumida

ss) In aliis exempl. est palma Bebelii, atque in catal. Bunau. I. pag. 165. et aliis dicitur excusa per *Andr. Cratandrum et Io. Bebelium*, — lat. Basil. 1531. et apud Bebel. 1535. fol.

tt) In catal. Thottiano tom. IV. pag. 19. Edit. Opp. omnium gr. et lat. interpr. Cruserio et Xylandro *Heidelbergae* 1599. fol. II. voll. citatur.

tumida turgidaque fcripferunt, fed nihil, quod ad intelligentiam confilii, fubfidiorum, et rationis edit. pertineret. At quantum intelligo, eft tantum edit. anni 1599. (quam ad manus non habeo,) exceptis paucis iis, quae in titulo iam declarantur, acceffiffe, recufa typis luculentis. Variae lectiones fingulis tomis, vltimo loco, adnexae et eae, quas Vulcobius Aldinae fuae marginibus adfcripferat, (de quibus vid. *Reiske* praefat. pag. XXV. in primis pag. XXXIV. etc.) et aliae vndecunque corrafae; quam farraginem, maxime Vulcobonianam, Reiske vocat miferam et pudendam, cuius magna pars cum purgamentis ad fterquilinium deferenda fit, et plura culpat.

Eadem *Francof.* editio prodiit quoque Parifiis, ita vt verfus et paginae refponderent, et vna eademque effe videretur editio:

Plut. omnia, quae exftant, gr. et lat. ex interpretat. Herm. Cruferii et Wilh. Xylandri, cum notis doctorum virorum, variantibus lectionibus ex MSS. codd. et indic. ex recenfione *Phil. Io. Mauffaci.* Parif. typis regiis, apud focietatem graecarum editionum 1620. fol. in qua edit. acceffiffe, fcribit Fabricius, vitam Plutarchi, a Io. Rualdo enarratam cum eiusdem in loca Plutarchi fiue σφάλματα infigniora 72. animaduerfionibus. — *Hambergerus* e catal. bibl. de Boze, et auctor catal. *Barber.* II. pag. 225. aliique referunt edit. Parif. apud Ant. Stephanum 1624. fol. cuius tantum titulus renouatus fuiffe videtur. Hanc tamen *vitiofam* effe, notat *Crenius* Animaduerff. part. II. 12.

Parif. edit. 1624. bafis facta eft fplendidae Londinenfis:

Plut. vitae parallelae, cum fingulis aliquot, graece et lat. Adduntur variantes lectiones ex MSStis codd. veteres et nouae, doctorum virorum notae et emendationes, et indices accuratiffimi. Recenfuit *Aug. Bryanus*, tomi V. Londini ex offic. Iac. Tonfon et Io. Watts. vol. I. 1729. II. III. IV. 1723. V. 1724. 4. mai.

Bryanus tamen, d. VI. April. 1727. mortuus, excufis tantum vitis vna cum notis, quas ad duo priora volumina concinnarat, et relictis ad paginas voluminis tertii priores XVII. notis, ex V. codd. Barocc. librisque aliquoties correxit textum, faepius tamen id fecit in notis, latinam quoque emendauit verfionem. Reliquorum librorum ad mentem ipfius edendorum, et praefandi curam fufcepit *Mofes du Soul*, qui in adnotatt. ad III. IV. et V. volumina notas fuas M. D. S. fignauit. Sed de fplendida hac editione plura leges in nouis actis erud. a. 1733. m. Sept. pag. 385 fqq. vbi quaedam in vita Catonis maioris excutiuntur, (quando vero p. 388. edit. Bafil. a. 1535. laudatur, in anni nota fignoque errorem ab operis fuiffe commiffum arbitror:) in *S. I. Baumgarten* Nachrichten von merkwürd. Büchern, VIII. pag. 504 — 509. in Iourn. des Sçav. tom. 105. pag. 246 fqq. et in Reiskii praefat. pag. XXIV. XXX fqq. vbi de virtutibus et peccatis vitiisque illius edit. aperte iudicatur.

Reiske Animaduerfionum fuarum ad graecos auctores maximam voluminis *fecundi* partem, (Lipfiae 1759. 8.) confecrauit Plutarchi operibus, more fuo emendandis. Atque incredibilem linguae graecae peritiam et raram fagacitatem ingeniique acumen non minus, quam mentem ad loca, etiam fana, aut quae iufta interpretatione rectius meliusque explicentur, cupide audaciusque curanda fecandaue, procliuiorem in illo fuiffe, nemo negabit. Neque vero gloriae atque meritis viri praeftantiffimi aliquid his detractum effe volo. Sed quando p. 116. fcribit, fe vti editione Bafilienfi Plutarchi, vitarum quidem a. 1523. ex offic. Bebelii, opufc.

autem

autem a. 1542. curata: de veritate anni vitarum 1523. paene dubito: Fabricius quidem edit. eiusdem anni laudarat; at iam Heumannus in ſuo exemplari correxerat numerum, ſcribendo 1533. addita nota, ſe ipſum illam habere editionem, et ego illius anni notam a pluribus indicatam reperi. Aliis igitur inquirendum relinquo, num editio quoque a. 1523. reuera exſtet.

Poſtea Reiske, ab bibliopola inuitatus, nouam editionem curare inſtituit:

Plutarchi Chaer. quae ſuperſunt omnia, graece et lat. principibus ex editionibus caſtigauit, virorumque doctorum ſuisque annotatt. inſtruxit *Io. Iac. Reiske.* Lipſiae impenſis Gotth. Theoph. Georgii. 1774—1782. XII. voll. mai. 8. V. voll. implent vitas cum notis Bryani aliorumque integris. Reiskii autem notae ſunt vna cum Palmerii Rualdique animaduerſion. fini ſubiectae: voll. V. continent opera philoſophica cum notis Xylandri, Stephani et Reiskii ab alio viro docto texto ſubiectis: nam morbus diuturnus et denique mors (d. XIV. Aug. 1774.) impediuerunt virum doctum bonumque, quo minus opera illa philoſophica, quorum plurium contextus valde vitioſus corruptusque, et ad exercendum ingenium criticum plenus adhuc eſt, eadem diligentia percenſeret, promiſſamque et textus et editionum criticam concinnaret hiſtoriam. Nullis quidem vſus eſt codd. ſed ex primis editionibus et ingenio multa loca, praecipue in vitis emendare ſtuduit. Duo vltima voll. comprehendunt vtiles plenosque in Opp. Plut. indices.

Reiskianam recenſionem in vitis Plut. fecit baſin, veteres editt. atque interpretationes denuo diligenter contulit, nouamque curauit editionem, et breuibus eruditisque notis, (in vitis tamen Ciceronis et Demoſthenis ex Bartoni exemplo paullo copioſioribus,) inſtruxit cl. *Hutten:*

Πλουταρχος. *Plutarchi* Chaeronenſis, quae ſuperſunt omnia. Cum annotatt. variorum adiectaque lectionis diuerſitate, opera *Io. Georgii Hutten*, philoſ. Mag. et ſcholae Anatol. Tubing. Rectoris. vol. I—VI. graece. Tübingae 1791—1794. 8. Reliqua volumina, in quibus deſideratur Reiskii cura et ſollertia, liberalius recenſenda adhuc editurus eſt vir doctus. — *Wyttenbachius*, Bernas, Profeſſor Amſtelod. iam a multis annis in noua Plutarchi Opp. editione, recenſione atque interpretatione verſatus, qui eius deſcriptionem ac ſpecimen dedit in bibl. critica vol. III. part. I. Amſtelod. 1787. 8. pag. 1—32. et part. II. pag. 106 ſqq. operam abſoluiſſe, et integrum ſuum mstum atque adparatum, Oxonium, vbi noua editio ſubiiceretur prelo, iam miſiſſe perhibetur.

Latinas verſiones ſaec. XV. editas iam ſupra enumeraui. Sequitur, vt e Fabricio et latinas et alias operum Plut. interpretationes, quae ſequentibus ſaeculis ſunt formulis typographicis deſcriptae, paucis indicem earumque notitiam, quantum fieri poteſt, amplificem.

Sunt igitur *latinae*, (add. ad editt. opuſculor. ſingulares not.)

Opera. II. voll. Francof. 1500. fol. (quae tamen editio dubia videtur *Maittaire* A. T. IV. pag. 740. quia non reſciuit, Francofurti illo tempore libros eſſe impreſſos.) — *Parallela*, lat. per *Guarinum* e graeco traducta: vna cum Aem. Probi vitis exc. imperat. Argentor. 1506. 4. — Pariſ. 1514. fol. edita eſſe *Plut. opera*, ſcripſit *Maittaire* A. T. II. pag. 255. et in nota ex Badii praefatione, auctore Cheviller, quaedam adducit: at inſunt tantummodo *vitae parall.* ex interpretatt. Lapi aliorumque a Ger. Vercellano correctis, et in calce legitur: *in Chalcographia Aſcenſiana, idib. Nou. MDXIIII.* Badius vero vitam Euagorae *Iſocrati*, vi-

tam

tam Pomponii Attici *Cornelio Nepoti* et huic, siue, vt tunc temporis putabatur, *Aemilio Probo* vitas reliquas reddidit: Inscriptio voluminis haec est: *Vitae Plut. Chaeron. post Pyladen Brixianum longe diligentius repositae cum Aemilii Probi vitis.* — *Censorin.* de die natali, *Cebetis* tabula, latine interprete Odaxio, Patauino, tum nouo praefixo titulo, *Plutarchi* opusc. (philosophica) in calce: in aedibus Ascensianis. (Paris.) MDXIIII. (1514.) Interpretes, quorum praefationes singulis libris sunt praefixae, nominantur *Politianus*, *Nicol. Sagundinus*, *Carolus Valgulus*, Guil. Budaeus, (cuius prologi scripti sunt in libr. de tranquill. animi Romae 1505. in libr. de fortuna rom. Paris. 1503. de placitis autem philosophorum, ibid. 1502.) *Quarinus*, *Alam. Ranutinus*, *Raph. Regius* (cuius praefat. in Apophthegmata scripta est Patauii 1507.) *Ioannes Regius*, (cuius praefat. ad lib. an brutis ratio insit, exarata est Patauii 1488.) adde Hummel. supplem. bibl. librorum rarior. pag. 202 sq.

Plut. opuscula. de garrulitate. de auaritia. Quomodo poterit quis ab inimicis aliquid commodi reportare. Eiusd. de modo audiendi. Ex *Luciano*, Demonactis philos. vita. Omnia per eximium *Richardum Paceum*, Angliae oratorem, elegant. versa. Venetiis per Bernard. de Vitalibus. 1522. 4. add. infra ad nr. 59.

Vitae ex variorum interpretatione uu) Lapi Acciaioli etc. Paris. 1521. 1558. fol. Basil. 1542. fol. Lugd. 1548. II. voll. cum praefat. *Hieron. Gemusaei.* 1550. fol. et 1554. fol. *Moral.* Lugduni 1542. voll. II. 8.

Vitae e versione *Hermanni Cruserii*, (quae interpretationi Xylandri ob elegantiam et facilitatem praefertur,) Basil. 1564. 1573. fol. cum not. Cruser. Xylandri et Stephani. Campis. 1561. III. tom. et Lugd. 1566. 12. tribus vol. — Ethica s. moralia opp. interprete *Hermanno Cruserio*, I. C. Basil. ap. Thom. Guarinum. 1573. fol. conf. *Io. Fabricii* hist. bibl. Fabricianae, tom. III. pag. 65 sqq. est tom. alter Opp. Plutarchi.

Epitome vitarum Plutarchi latine concinnata a *Dario Tiberio Caesenate*, Ferrariae 1501 Paris. 1547. 1557. 12. Geneu. 1590. 12. et Basil. ap. Oporin. 1541. 4. — Auct. ap. Iac. Stoer. 1573. 1597. 12. (vid. Thes. bibliothecal. tom. I. pag. 363.) Similis epitome prodiit sub titulo bibliothecae historicae Arti Vigelii. Francf. 1626. 8. — Vitae opus in mediocrem formam contractum. Lugduni 1548. II. voll. vid. Thes. biblioth. I. pag. 162 sq.

Plutarchus, *Guil. Xylandro* interprete, cum eius notis doctis et maximam partem criticis. Heidelbergae 1561. fol. Basil. 1579. 8. sex voll. et totidem ap. Wechel. Francof. 1592. 8. — vitae parallelae, Basil. 1512. — Francof. ap. Io. Saurium. 1606. 8. III. tom. et moralia ibid. 1603. et 1619. 8. III. tom. Basil. 1570. fol. — moral. tomus III. Opp. Lugd. ap. Gryphium. 1551. 8. vid. *Maittaire* A. T. ind. voc. *Plutarch.* — Notae Xylandri in Plut. prodierunt Basil. 1561. fol. *Mor.* interpr. *Cornerio.* ibid. 1554. ap. Isingrin. fol.

Plutarchi

uu) Erasmus XXVI. 60. epist. *Quae portenta deprehenduntur in his, quae verterunt Itali ex vitis Plutarchi? In his quae vertit* (ex Aristotele et Theophrasto) *Theodorus Gaza, vir sine controuersia summus, multa reprehendit Trapezuntius, quae castigauit admonitus. Id mihi Romae narrauit, qui Gazae fuit a secretis, tantum abest, vt existimem, me nusquam esse lapsum. Quin et in his quae vertit Budaeus, possum aliquot manifestos lapsus ostendere. Fabric.* Add. quae notaui in Introd. in hist. L. Gr. I. pag. 103. *Harl.*

Plutarchi vitae ex verſ. Cruſerii et Moralia ex variorum interpretatione apud *H. Stephanum* ſex volum. 1572. 8. ſubnexis ad calcem notis Cruſerii, Xylandri et H. Stephani.

Parallela minora vertit etiam *Guarinus*, apophthegmata regum et Laconica *Raphael Regius*, an brutis ratio inſit, *Io. Regius*, quaeſtiones graecas *Petrus Lucenſis*, de Iſide et Oſiride et de oraculorum defectu *Hermolaus Barbarus*. De fortuna Rom. de tranquillitate animi, de placitis philoſophor. *Guilelmus Budaeus*, libros de placitis philoſophor. *Ianus Cornarius*, de mulierum virtutibus *Alamannus Rainutius* (*Rinuccinus*,) Florentinus, Brixiae 1488. 4. de fato et conuiuio VII. ſapientum, de primo frigido, de procreatione animi in Timaeo Platonis, de defectu oraculor. de fluuiorum et montium nominibus *Adr. Turnebus*, in ſecundo tomo oper. *Adr. Turnebi*, Argent. 1600. fol. nr. VI – X. vid. *Freytag*. Adpar. litter. tom. III. p. 690 ſq. Reliquos ſingulorum librorum interpretes ſupra ſuis quosque locis annotatos videbis. [[P]] adde codd. Taurinenſes, Foſſii cat. III. p. 384. et Alamanni Rinucini vita p. 114. ac p. 151.

Gallicae vv). Plutarchus, *Iacobo Amioto* interprete, qui MSS. codices graecos contulit, vt adparet ex Plutarcho graeco, manu eius notato, quem hodie ſeruant patres oratorii Pariſ. et in locis difficilioribus conſuluit Turnebum. Prodiit Pariſ. 1559. 1565. vitarum verſio: fol. et mor. 1575. fol. — Opp. 1572. fol. 1567. et 1574. 8. ww) ſeptem voll. et 1579. fol. II. voll. 1582. med. 8. 1594. 8. IV. voll. — it. per Iac. Stoer, 1593. II. voll. med. 8. — Vitae Plut. Lauſannae 1573. fol. cum iconibus et vitis Hannibalis ac Scipionis, a *Car. de l'Ecluſe* verſis. Geneu. 1613. 8. quatuor voll. et Pariſ. 1604. 8. IV. voll. et moral. 1645. fol. 1616. fol. IV. voll. 1645. fol. Laudant hanc verſionem ex merito *H. Stephanus* praef. ad apologiam pro Herodoto, *T. Faber* ad Luciani Timonem tom. I. pag. 1054 ſq. *Vauaſſor* de ludicra dictione pag. 266 et 457. *Rol. Mareſius* in epiſt. pag. 105 ſq. et 360. *Menagius* in Menagianis tom. II. pag. 105 ſq. vbi verſio et Amiotus valde culpantur. Operae pretium quoque eſt de hac interpretatione conſulere *Huet*. de interpret. pag. 300. edit. Stadae, *Colomeſiique* bibl. ſelectam cap. 20. Opp. pag. 326. et *Rich. Simonis* epiſtolas ſelectas tom. I. pag. 167 ſq. Patiniana pag. 27. Theſaurum bibliothecal. tom. I. Noribergae 1738. 4. pag. 364 ſq. *Amioti* verſionis naeuos exponit *Meziriacus* in diſſ. de arte vertendi, ſ. de la Traduction. Atque in Sorberianis pag. 2. dicitur Amiotus in verſione Plut. erraſſe, vbi non conſuluerit Turnebum. — *Maittaire* in A. T. tom. V. part. I. in indice pag. 161. praeter editiones verſionis Amyoti iam citatas memorat alias, quas adtingere tantum lubet: *Moralia* Plutarchi, Pariſ. 1572. fol. 1574. 8. — ap. Vaſcoſan. et Fed. Morel. ibid. 1574. — per Fed. Morel. ibid. 1581. 1597. — per Franc. Steph. vol. I. 1581. vol. II. 1582. vitae, per Cl. Morel. 1619. et moralia 1618. ibid. fol. — editionem Pariſ. a. 1544. a Callio citatam, ſpuriam, aut per errorem typographicum quaſi ortam eſſe docet *Maittaire* tom. III. part. I. pag. 368. not. — Opera — par I. Stoer et Sam. Creſpin. 1610 — 1614. II. tom. (in catal. bibl. Bodlei. II. pag. 336.) — *Amyoti* verſio vitarum recuſa eſt et emend. cum obſſ. Abb. *Brotier*, cum tabb. aen. Pariſ. 1783 — 1785. tom. V. Pari modo ſe editurum eſſe promiſit reliqua opuſcula Plutarchi, in XXIV. volum.

Vies

vv) De gallicis verſionibus Opp. Plutarchi v. *Fresnoy* catal. hiſtor. pag. 80 ſq. *Heum.*

ww) Conf. Diction. bibliogr. hiſtoriq. et critique des Livres rares, tom. II. Pariſ. 1790. 8. p. 417. vbi quoque aliae editt. tam textus, quam verſionum vna cum pretiis, ſaepe immenſis, enumerantur.

Vies de Themiſtocles, Camillus, Pericles, Fabius Maximus, Alcibiades, Caius Marcius, Timoleon, Paul Emile, par *George de Selve.* Pariſ. apud Vaſcoſan. 1543. fol. 1547. 8.

Vitae parallelae e verſione Abbatis *Tallemantii*, Pariſ. 1665. octo volum. 8. Bruxell. 1667. 8. In multis Amiotum potius, quam graeca habuit ante oculos, vnde Boilauius Deſpraeus:

> *Mepriſons de Senlis le Poëte Idiot,*
> *Le fade traducteur du françois d'Amiot.*

Tables geographiq. pour les vies — Plut. par *Lubin*, ſur la Traduct. de — Tallemant. Pariſ. 1672. 8.

Caſpar quoque *Bachetus Meziriacus,* vir doctiſſ. qui emendationes Plutarchi promittit in notis ad epiſtolas Ouidii pag. 249. nouam gallicam Plutarchi verſionem eſt molitus, obſeruatis in Amioti verſione **) bis millenis amplius erroribus. [¶]

Andreas Dacerius cum coniuge doctiſſima nouam gallicam Plutarchi et accuratiorem de graeco concinnatam verſionem dedit cum notis. Pariſ. et Amſt. 1695. 12. *Dacier.* addidit animaduerſſ. hiſtoricas et criticas, quibus Plutarchi loca partim ex ipſo, partim e codd. emendauit atque illuſtrauit: addiditque ſupplementa comparationum deperditarum. vid. Acta erud. Lipſ. a. 1695. pag. 359. Cleric. bibl. A. M. tom. XVI. pag. 190. — rec. Pariſ. 1721. 4. tom. I — VIII. vid. Iourn. des Sçav. tom. 71. pag. 3 ſqq. et 380 ſqq. et 485 ſqq. — Amſtel. 1723. voll. IX. (al. 1724. X. voll. 12.) — et 1735. voll. X. in 8. conf. Theſaurum bibliothec. tom. I. pag. 365. — Edit. 1721. et ſeq. tamquam ſupplementum addi, et ſeparatim quoque ſolent Les Vies des Hommes illuſtres omiſes par Plutarque etc. trad. de l'Anglois de *Thomas Rowe,* par *François Bellenger.* Pariſ. 1734. 4. vid. Diction. bibliogr. l. c. pag. 418. Hannibalis vita verſa eſt a Daciero; ſed Aeneae, Tullii Hoſtilii, Ariſtomenis, Tarquinii, Priſci, Bruti, Gelonis, Cyri et Iaſonis vitae expoſitae a *Th. Rowe* et verſae a *Bellenger.* cuius vid. praefat.

xx) Colomeſius bibl. ſelect. pag. 42. *Aprés Amiot eſt venu Claude Caſpar Bachet Seigneur de Meziriac de l'Academie Françoiſe qui eſtoit eſtimé tres ſavant aux belles lettres, et le premier homme de ſon temps pour la connoiſſance de la fable. Ce Gentilhomme ajant envoyé à l'Academie un diſcours de la traduction apres y avoir loué l'eſprit le travail et le ſtile d'Amiot, pretend montrer qu'en divers paſſages jusqu'au nombre de deux mille ce grand traducteur a fait des fautes tres groſſieres, dont il donne pluſieurs exemples. Ce diſcours n'eſt pas imprimé mais par les Commentaires de M. de Meziriac ſur les Epitres d'Ovide l'on voit bien qu'il n'accuſe pas Amiot ſans fondement. C'eſt ce que nous decouvrions encore mieux par ſa nouvelle verſion de Plutarque, s'il plaiſoit à Meſſieurs ſes enfans la publier.* Rich. Simon I. epiſt. ſelect. pag. 170. *I'ay appris qu'on avoit trouvé dans les papiers de ce judicieux Critique la Vie d'Alexandre le Grand avec ſes notes ſur la traduction d'Amiot, la Vie de Theſée, de Fabius Maximus et de Numa avec des notes, la Vie de Iules Caeſar ſans notes, des remarques ſur la Vie d'Alcibiades, la vie de Romulus et la comparaiſon de Theſée avec Romulus ſans notes. Fabric.* Plura vide in *Baillet* Iugemens des Savans. tom. II. Amſterd. 1725. 4. pag. 428 ſqq. In *Niceroni* memoriis etc. ex verſione Baumgartenii tom. IV. pag. 221 ſqq. Amyoti vita eſt enarrata et multae edd. verſionis Plutarchi indicantur, [illegible] et Fabr. notitia ſuppleri poter[illegible]

Riccard commodam opufculor. *moralium* verfionem francogallicam confecit et publicauit Parif. 1783—1790. XII. tom. in mai. 12. et adfirmauit, fe confuluiffe codd. biblioth. Parif. atque in animaduerff. ad vitas X. graecorum oratorum faepius correxit Plutarchum.

Anglicae. Ven. *Brüggemann*, qui fpeciminis loco et tamquam prodromum maioris, eiusque vtiliffimi operis, nuper edidit A View of the englifh editions, translations and commentaires of M. T. Cicero, with Remarks, Stettini 1795. 8. mihi roganti plenum editionum verfionumque anglicarum Plutarchi opufculorum catalogum beneuole mifit: quem, quod ad interpretationes pertineat, et quoad noftro refpondeat inftituto, hic dabo.

The gouemaũce of good helthe by the mofte excellent phylofopher Plutarche, the mofte eloquent Erafmus beynge interpretoure. Imprynted by me Robert Wyer. (fine anni nota.) 12. Ratcliffe habuit editionem cum epiftola, data Londini ipfis Kal. Ian. M.V.C.XIII. (h. e. 1613.) vid. Typographical Antiquities: or an hiftorical account of the origin and progrefs of Printing in Great Britain and Ireland — begun by the late *Iofeph Ames* — confiderably augmented — by *William Herbert* —. London. 1785. 4. vol. I. p. 379.

Howe one may take profite of his enmyes, translated out of Plutarche. in fine — London — by Thom. Berthelet. fine anni nota. 8. vid. *Herbert's* Typogr. Antiq. vol. I. pag. 426.

The preceptes of — Plutarche, for thee perferuacion of good healthe. Londini, in offic. Richardi Grafton. 1543. 12. *Herbert.* l. c. pag. 519.

Plutarch's Lives, from the French of Amyott by Sir *Tho. North.* London printed by Th. Vautrollier. 1579. fol. (*Herbert* vol. II. Lond. 1786. p. 1071.) — ibid. by Rich. Field. 1595. fol. (*Herbert* vol. III. Lond. 1790. pag. 1809.) — rec. Londini 1603. 1612. 1631. 1657. 1676. fol. edit. a. 1657. moderatus eft Io. Selden, et adiecit annos mundi atque chriftianae aerae, aliasque notas chronologicas atque hiftoricas. vid. *Ant. Wood* Athenae Oxon. vol. II. pag. 184. Critical Review, m. Febr. 1771. pag. 137.

Plutarch's Morals, translated into Englifh by *Philemon Holland.* London. 1603. rec. ibid. 1657. fol.

Of the benefit we may get by our Ennemies, a Difcourfe written originally in the Greek by *Plutarchus*, and translated into Latin by Dr. *Io. Rainolds* — — Of the Difeafes of the Mind and Body, written in Greek by the faid *Plutarch*, and put into Latin by the faid D. *Rainolds.* Both treatifes were translated from Latin into Englifh by *Henry Vaughan*, printed in his Olor Ifcanus. A Collection of fome felect Poems. Londini 1650. 1651. 8. vid. *Ant. Wood* Athen. Oxon. vol. II. pag. 926.

The Worthies of the World: or, the Lives of the moft heroic Greeks and Romans compar'd; by that learned and great Hiftoriographer *Plutarch of Cheronea.* Englifhed and abridged according to the Directions of *Photius*, Patriarch of Conftantinople in his Bibliotheca fol. 245. by Dau. Lloyd. Lond. 1665. 8. vid. *Wood* l. c. vol. II. pag. 884.

Plutarch's Lives translated from the Greek by feveral Hands. Londini 1683. 8. V. voll. — rec. ibid. 1688. 1693. 1700. 1703. 1710. 1714. 1716. — Lond. 1727. 8. VIII. voll. et 1749. IX. voll. in min. forma. — *Plutarch's* Lives in fix volumes, translated from the Greek.

Greek. with notes explanatory and critical, from *Dacier* and others. To which is prefixed the Life of Plutarch, written by *Dryden*. London. Tonſon. 1758. 8. — rec. Edinburgi ap. Hamilton. V. voll. 1758. 1763. 1774. in 12. — et Londini ap. T. Becket. 1770. 12. VIII. voll. Haec interpretatio a Dryden aliisque facta nomine multorum errorum atque inaequalitatis valde adcuſatur in Monthly Review, m. Ian. 1771. pag. 1. adnotatur tamen, in edit. a. 1758. a viro quodam erudito caſtigata, multa eſſe correcta.

Plutarch's Morals: translated from the Greek by ſeveral Hands. Londin. 1684. 8. V. voll. — rec. Londin. 1691. 1694. 8. — quarta edit. correctior. ibid. 1704. 8. V. voll. — rurſus reuiſa et a variis erroribus purgata quinta edit. ibid. 1718. 8. V. voll. Interpretes fuerunt *Matth. Morgan*, qui praefatus eſt, *Thom. Creech*, *Georg. Tully*, *Eduard Hinton*, *Thom. Hoy*, *Simon Ford*, *Maur. Wheeler*, *Io. Hartcliffe* etc.

Plutarch's Morals, by way of abſtract, done from the Greek. Lond. 1707. 8.

Plut. Lives abridged by Mr. *Gildon*. Lond. 1710. 1713. 1718. 8.

I. Cheke's latin translation of *Plutarch*, de ſuperſtitione, translated into Engliſh by *William Elſtob*, rector etc. adiuncta *Chekii* vita, a *Stype* ſcripta.

Plutarch's Treatiſe of Iſis and Oſiris, translated into Engliſh by *William Baxter*. Squire in praefat. ad ſuam illius libri verſionem cum textu graeco. Cantabr. 1744. 8. laudat Baxteri emendationes in textum graecum admiſſas; ſed interpretationem reprehendit.

Plut. Lives abridged, from the original Greek, illuſtrated with Notes and Reflections, and embelliſhed with Copperplates. London. Newberg. 1762. in 18. VII. voll. vid. Monthly Review. vol. 35. pag. 310.

Plut. Lives, translated from the Original Greek, with Notes critical and hiſtorical, and a new Life of *Plutarch*. By *Iohn Langhorne* DD. and *William Langhorne*, M. A. VI. voll. London apud Eduard et Car. Dilly. 1770. 8. — rec. 1774. 1778. 8. VI. voll. vid. Monthly Review, Ian. 1771. pag. 1—9. et Febr. pag. 111—121. Notae criticae et hiſtoricae ſunt ex editione Dacierii fere mutuae ſumtae.

Plutarch's Treatiſe upon the Diſtinction between a Friend and a Flatterer: with Remarks. By *Thom. Nortimore.* Esq. M. A. F. S. A. London. Payne. 1793. 8. Laudatur in Analytical Review for May 1794. pag. 88—91.

Italicae. Vitae nonnullae a Baptiſta Alex. Iaconello Retenſi translatae. Anno 1482. fol. et Venet. 1518. 4. *Fabric.* *Vitarum* verſiones iam ſupra, quum de edd. ſaec. XV. agerem, e *Paitonio* recenſui. Hic eodem duce, qui de ſingulis copioſius differit, (III. pag. 161 ſqq.) verſiones opuſculor. philoſoph. italicas, breuiter perſequar. — Opuſcoli Morali, di Plutarco. — tradotti dal *Marc' Antonio Gandino* et da altri letterati etc. II. tom. Venet. 1598. 4. — 1614. 4. — correct. 1625. (apud *Osmont*, Diction. II. pag. 93. ſcriptus eſt a. 1624.) fol. — nonnulla opuſcula. Venet. 1543. 8. — XI. opuſc. ibid. 1569. 8. — aliquot opuſcula, ibid. 1549 et 1559. altera pars, interprete *Io. Tarchagnota*, ibid. 1548. 8. et 1560. 8. — 1567. 8. — Opp. mor. interprete *Ludou. Domenichi*. Luccae 1560. 8. — Dialogo — circa l' avertire de gli animali quali ſiano piū accorti ò li terreſtri, ò li marini. etc. e lat. in ital. conuerſus. Venet. 1545. 15.8. 8. — Le Piacevoli ed ingenioſe queſtioni di Plutarcho, trattate

in varii et diversi conviti di raro intelleto de la Grecia etc. recens verf. a *Petro Lauro*, Venet. 1551. 8. — De educat. liberorum, graece, lat. ital. et germanice. ab *Ioach. Stuppio*, Francof. 1599. 8. — Il trattato di Plut. dell' amor de' Genitori verso i figliuoli. interprete *M. Iulio Ballino*, Venet. 1564. (1565.) 8. — Ammaestramenti matrimoniali di Plutarco — tradotti — da *Marc' Antonio Gandino*. Venet. 1586. 4. — Ragionamento di *Plut.* sopra l' Ascoltare altrui secondo Virtù, tradotto dal *Ang. Mar. Ricci*, in libr. Tre fondamenti di vera Sapienza. Florent. 1731. — della civile instituzione, e lat. in ital. per P. Q. R. Trevigi 1502. 8. — Apophthegmata versa a M. *Io. Bern. Gualandi.* Venet. 1565 — 1566 et 1567. 4. — versa a L. M. B. ibid. 1543. 8. Pars apophthegmatum inserta est sententiarum collectionibus, de quibus vid. Paitoni pag. 170 sqq. — Opuscoli scelti, tradotti dal Greco. Veronae 1783. 4. — Moral. opp. versio prodire coepit Romae 1790. 4. tom. I.

Germanicae. De his, quoniam iam egi in Introd. in hist. L. Gr. I. p. 102. plures vero tam antiquiores quam recentiores et vitarum et opusculorum philosophic. recensuerunt anonymus in: Beyträgen zur critischen Historie der deutschen Sprache etc. part. IX. Lipsiae 1734. 8. p. 230 sqq. *Schummel* in: Uebersetzer-Bibliothek. Wittebergae et Zervestae 1774. 8. p. 55 sqq. et *(Slüter)* in: vollständige Sammlung aller Uebersezzungen der Griechen und Römer. Francof. et Lipsiae 1785. 8. pagg. 81 sqq. nolo hic omnes, praecipue singulorum opusculorum repetere interpretationes, et, vt tempori chartaeque parcam, in paucarum acquiescam commemoratione. *Vitas* (neque tamen, omnes,) e latinis versionibus germanice reddidit *Hieron. Boner.* in fronte: M. D. XLVII. (1547.) in calce: Gedruckt in der loeblichen Statt Colmar durch Barptolomeum Grieninger, vnd vollendet — im jar nach Christi-Geburt. M. D. XLI. (1541.) fol. *Fabricius* memorat editt. Argentor. 1534. (quae etiam fuit in bibl. Thottiana,) 1555. fol. — *Guil. Xylander*, et absoluit *Ionas Löchinger.* Francof. ad Moen. 1580. fol. et ibid. 1616. fol. — Melius verterunt et animaduersionibus illustrarunt M. *Io. Christoph. Kind*, et alii, Lipsiae 1745 — 1754. VIII. tom. in 8. ac *Gottlob Benedict. de Schirach.* Berolin. 1776 — 1780. VIII. voll. 8. — Etwas zur Kenntniss der grossen Männer nach Plutarch etc. von *G. A. Tittel.* Karlsruhe 1784. 8. (sunt Fabius, Cl. Marcellus, vterque Scipio, Flaminius, Aem. Paullus, M. Cato, C. Marius, Sulla.) — *Moralia* interprete M. *Herz.* Argentor. 1535. fol. — interprete *Eppendorf.* ibid. 1551. fol. — Selecta opusc. philos. vertit *Nüscheler*, Tiguri 1768 — 1774. IV. tom. 8. — Moralische Abhandlungen, vertit *Io. Friedr. Sal. Kaltwasser.* Francof. ad Moen. 1783 — 1795. VI. voll.

Belgicae. *Vit.* ex versione Amyoti per S. G. S. Delft, (Delphis) 1644. fol. — De Levens van Doorlucht Grieken en Romeinen door Plutarchus. Amstelod. vol. I. 1789. 8.

Hispanicae. Octo vitae a Plutarcho scriptae ex versione *Ioannis Castro de Salinas*, Colon. 1562. fol. et moralia interprete *Didaco Gratiano de Aldrete*, Compluti 1542. fol. Salmanticae 1571. fol. — Vita Numae Pompilii, cum adnot. per *Ant. Cotta.* Barcellonae 1693. 8.

Vitae per *Franciscum de Euzinas*, Argentor. 1551. fol. [†] [edit. saec. XV. iam supra est memorata.]

Progredior ad editiones versionesque singulorum opusculorum, quae in meam venerunt notitiam, omissis tamen interpretationibus et iis, quas supra iam commemoraui, et germanicis, quas Schummel ac reliqui enumerarunt. In persequendis autem opusculis philosophicis

ſophicis ſequor ordinem, quem Fabricius in §. IV. tenuit, et qui eſt in altero tomo Opp. Plutarch.

Valerius Maximus. Exempla quatuor et viginti nuper inuenta ante caput de ominibus. *Plutarchi* parallela, addita propter materiae ſimilitudinem: cum epiſtola *Antonii Francini*, Varchienſis. Florent. apud Iunt. 1517. 8. et 1526. 8. — Venetiis per Melchior. Seſſam et Petrum de Ravanis. 1523. 8. vid. *Bandini* Annal. typogr. Iuntarum, part. II. pag. 124 ſq. — *Catonis* et *Phocionis* vita, lat. per *Nannium*, Louan. ex officina Rutg. Reſcii. 1540. — *Cicer.* vita, lat. per *Leon. Aretinum.* Colon. 1506. 4.

Ex *Plutarchi parallelis;* Ageſilai et Pompeii vita. graece. apud Anton. Augerellum, ſub ſigno D. Iac. Pariſ. 1544. 8.

Plutarchi, Demoſthenis et Ciceronis vitae parallelae, nunc primum ſeparatim editae. Graeca recenſuit, latine reddidit, notis illuſtrauit *Philipp. Barton,* A. B. Oxonii, e typogr. Clarendoniano. 1744. 8. Baſis eſt edit. Francof. a. 1599. ſed auctoritate vel editoris alicuius, vel msti Bodlei. vel variarum lectionum, quas, e duobus msstis deſumtas, exhibent exemplaria impreſſa, hinc inde correcta. Vide de nitida hac editione noua acta erudit. Lipſ. 1752. pag. 531. Imagines Demoſthenis et Ciceronis, ex archetypis Richardi Mead aeri inciſae, de quibus multus eſt Barton in praef. pag. XII ſqq. abſunt a meo exemplo. Bartoni notae recuſae ſunt in Plutarcho Reiskiano, vol. IIII. et excerptae in edit. Hutten. — De *Plutarchi* ac *Rapin.* compar. Demoſthenis et Ciceronis v. *Baillet* Iugem. des Scav. tom. II. pag. 11. 12. ac *Menagii* iudic. tom. VIII. pag. 297 ſqq. 300. edit. in 4.

Vita *Numae*, gr. e Plutarcho ſeorſim in vſum auditorii ſui recenſuit D. *Wilh. Chr. Iuſt. Chryſander.* Rintelii 1753. 8.

Vitae parallelae *Themiſtoclis* et *Camilli; Alexandri* et *Caeſaris* in vſum iuuentutis, indice copioſo illuſtratae a *Ludou. Adolph. Baumann,* gr. cum indice graeco. — lat. Halae 1761. 12. — Eaedem, ad optimas editt. expreſſae, ſelectisque variorum notis illuſtratae. In vſum iuuenum etc. curauit *K. H. Ioerdens,* Berolin. 1788. mai. 8.

Plutarchi Theſeus et *Romulus*, *Lycurgus* et *Numa Pompilius.* recenſuit, explicauit indicibusque neceſſariis inſtruxit *Ern. Henr. Georg. Leopold.* graece. Lipſiae 1789. mai. 8. Eſt noua quodammodo recenſio et erudita editio, adhibitis melioribus editionibus aliisque ſubſidiis; notae criticae ſunt ſeiunctae ab hiſtoricis ac grammaticis. Pari ratione, ſtudio diligentiaque ab eodem viro docto editi ſunt,

Plutarchi Marius, Sulla, *Lucullus*, et *Sertorius.* rec. explicauit chronologia rerum memorab. indicibusque — inſtruxit *E. H. G. Leopold.* graece. ibid. 1795. mai. 8.

Plutarchi Demoſthenes et *Cicero* — cum adnotatt. variorum adiectaque lectionis diuerſitate et indicibus neceſſariis *Io. Ge. Hutten.* Tubingae 1795. 8.

Opera philoſophici argumenti yy) ſecundum ordinem et numeros ſupra, §. IV. memor. ſeparatim prodierunt:

50) *De*

yy) Opuſcula de diſcrimine adulatoris et amici; de vtilitate capienda ab inimicis; de tuenda bona valetudine; de doctrina principum; de philoſophi disputationibus; vtrum grauiores ſint animi morbi, quam corporis: an bene lateat viuens; de cupiditat. diuitiarum, lat. interprete *Deſiderio Eraſmo.*

50. *De educatione aut institutione liberorum,* quod opusculum, parentibus potius et magistris, quam pueris scriptum, quia olim peruersa ineptaque ratione in scholis explicabatur, adeo frequenter est editum, et interdum notis puerilibus commaculatum potius quam illustratum, vt plenum editionum catalogum neque vellem neque possem promittere. — cum praefatione *Phil. Melanchthonis,* (scripta m. Mart. 1519.) graece: in calce: apud Euchar. Ceruicornum, sexta die mens. Iulii. Colon. 4. — latine, *Guarino* interprete Colon. in aed. Eucharii, 1525. 8. — per *Nicol. Sophianum*, Venet. 1544. 8. — *Io. Metzlero* interprete, vna cum *Luciani* dialogis amatoriis IV. Hagenoae, 1527. 8. — gr. apud Io. Soter. 1530. 8. — graece. Paris. apud Wechel. 1529. 1547. et 1566. ex edit. Melanchth. 4. — ibid. apud Guil. Morel. 1561. 4. — gr. et lat. ibid. apud Benenat. 1577. 4. — gr, edit. Mel. Francof. 1574. 4. et *Guil. Plantii* versio, ibid. eod. anno. — emendatius, gr. cum interpret. lat. et scholiis *Sufridi Petri*, Leouardiensis, lat. ac gr. linguae Prof. in acad. Erphordiensi. Basileae per Io. Oporin. 1561. 8. — gr. et lat. interprete *Suffrido Petro.* Colon. Io. Gymnic. 1578. 8. — cum Isocratis oratt. ad Demonicum, ad Nicoclem, Nicocles. graece. Witeberg. excud. Zachar. Lehmann. 1585. 8. — Eadem opuscula, gr. et lat. Francof. impensis *Iohannis* Bibliopolae. 1606. 8. — de educat. liber. ex graeco sermone in lat. conuersus, tertio recognitus et emendatus a *Petro Riuandro*, Goerlit. exc. Ambr. Fritsch. 1572. 8. — Libelli aliquot formandis tum iuuentutis moribus, tum linguae graecae, latinae, gallicae et germanicae vtilissimi. opera et studio *Iohannis Cherpontii*, (epist. dedic. is scripsit d. III. Dec. an. aet. XXIII. in Xenodochio Geneuensium.) apud Eustath. Vignon. 1581. 12. vid. supra vol. II. pag. 783. — de educat. liberor. gr. lat. gallice et germ. in IV. columnis, adiuncta analysi saepius inutili et puerili, auctore *M. Theodoro Vietore*, in Marpurg. acad. graec. litter. Professore. Lichae Solmeiorum. 1598. 8. Iunctim quoque, gr. lat. ital. gallice et germanice edidit *Georg. Ioach. Stuppius*, Gelhusanus, Francof. 1599. 8. adde Draudium pag. 1025. — e recensione *Francisci Fabricii*, emendatissime et nitidis luculentisque typis edit. studio *M. Io. Blocii.* graece. Magdeburg. 1619. 4. — Compendium moralium praeceptionum — (insunt *Plutarch.* de puerorum educat. *Luciani* Cupido, Hercules Prodici e *Xenophonte*, *Isocratis* ad Demonicum, epistola de studiis litt. principe puero dignis. orat. ad Nicoclem, Nicocles, *Agapetus* de regiis offic.) gr. et lat. cum scholiis margin. — recensuit *Martin Hayneccius.* Lipsiae 1612. 8. — Gnomae selectiores ex *Plut.* opusc. de pueror. educ. *Isocr.* ad Demon. oratione, it. ex Hesiodi et Homeri scriptis. gr. et lat. Hauniae 1654. 8. — *Plut.* de educ. cum versione et scholiis *Francisci Fabricii.* Antwerpiae 1663. 8. — ex *Georgii Syluani* editione. Londini 1685. 12. — gr. et lat. cum indice analytico adornato a *Io. Henr. Rapp.* Argentorati 1663. 8. — Fasciculus graecus, opera *Wilhelmi.* gr. et lat. Heidelbergae 1678. 8. — auctior opera *Schudt.* Francof. ad Moen. 1702. 8. (vid. supra vol. II. pag. 784. et 783. vbi quaedam aliae indicatae sunt editt. leuio-

Erasmo. Basil. 1514. 4. — Eadem opuscula, additis sequentibus; de cohibenda iracundia, de curiositate, de vitiosa verecundia, eodem interprete. in *Erasmi* Opp. tom. IV. pag. 1 sqq. vid. *Bünau.* catal. I. pag. 165. — Opuscula sedulo vndequaque collecta et diligenter recognita, ac in vnam faciem bellatule compressa. In offic. Ascensiana. (1521. ad X. Cal. Iul.) vid. *Hirschii* Millenar. I. nr. 134. — opuscula omnia, vndequaque collecta et diligentissime iam pridem recognita. Basil. in offic. Cratandri. m. Sept. 1530. 8. vid. *Hirschii* millenar. IV. nr. 614.

leuiores.) — ex recenſione et cum notis *Olai Heſychii.* gr. et lat. Lipſiae 1705. 8. — *Plutarchi* bina opuſcula, alterum, de puerorum educatione, in vſum tironum; alterum, de ratione audiendi, in vſum prouectiorum, gr. et lat. cum notis haud ſpernendis. Breslau. 1738. 12. — graece et germ. atque cum notis haud eruditis *Io. Caſp. Keydel.* Quedlinburg. 1738. 8. — de educ. liber. graece cum notis germanicis, et *Iſocratis* tres orationes notis germanicis illuſtratae a *Io. Chriſt. Clemanno.* Hamburg. 1745. 8. — de liberorum educatione et de audiendis poetis, *Iſocratis* oratt. tres, *Heſiodi* opera, et *Theognidis* ſententiae, a M. *Chſtph. Kretzſchmar.* gr. Dresdae et Lipſiae 1750. 8. — ac Lipſiae 1776. 8. — gr. et cum duplici verſione lat. notisque puerilibus *M. Chriſt. Iunckeri,* Lipſ. 1719. et ſaepius, praeter meritum. — — Subtilitate tamen critica et eruditione praeſtat ſuperioribus edit. *Heuſingeriana:*

Plutarchi de liberorum educatione commentarius, cum noua interpretatione latina et adnotationibus *Chriſt. Aug. Heumanni.* Editionem curauit, *Guil. Xylandri* ſuasque obſſ. addidit *Iac. Frid. Heuſingerus.* Acc. indices locupletiſſimi. Ienae 1749. 8. ſub finem adiectae ſunt V. L. partim ex editione Francof. partim a Wolfio communicatae; et ex aliis editionibus, quas Iſ. Voſſius poſſedit, deſcriptae. Index Rappii, emendatior et auctior, eſt repetitus.

Critica doctaque editio eſt:

Πλȣτάρχȣ περὶ τῆς τῶν ἐλευθέρων παιδῶν ἀγωγῆς. Accedunt bina eiusdem *Plutarchi* et *Marcelli Sidetae* medici fragmenta. graece. Recenſuit *Io. G. Schneider.* Argentor. 1775. 8. Vſus eſt vir cl. cod. Auguſtano et ſuperiorum editorum, praecipue Heuſingeri ſubſidiis litterariis, quorum ope et iudicii ſui acumine textum denuo recenſuit, emendauit et in notis docte expoſuit. Fragmenta duo *Plutarchi* ſunt ex editione Londinenſi repetita et hinc inde a *Schneidero* emendata atque illuſtrata. — *Fragmenta* autem illa *Plut. duo edidit*, (ex cod. msto, qui inter Harleianos in muſeo Britannico adſeruatur, nr. 5612.) *Thomas Tyrwhitt,* Londini, typis Guil. Bowyer, 1773. 8.

Plutarch. — graece ex recenſione *A. Kallii.* Hauniae et Lipſiae. 1774. 8. *Kallius* quidem notas et indicem editionis Heuſinger. maxime contraxit; noua tamen quaedam adtulit ornamenta.

Plutarchi de educ. liberor. liber, graece et latine. Variorum notas adiecit, ſuasque animaduerſſ. immiſcuit *Thomas Edwards,* LL. D. in vſum ſtudioſae iuuentutis. Cantabrig. 1791. 8.

Vid. Monthly Review, m. Iul. 1793. pag. 257—264.

Heuſingeri copiis notisque et indice vſus eſt *I. C. G. Bährens,* in ſua editione, Halae Saxon. 1790. 8. — Idem *Plutarchi* libellum *germanice* vertit, notisque inſtruxit, ibid. 1786. 8. — M. *Chr. Wilh. Kindleben* eumdem lib. in germanicum tranſtulit ſermonem. Lemgou. 1779. 8. — Nouiſſima edit. eſt, quam curauit M. *Chr. Gottfr. Dan. Stein,* Lipſiae 1793. 8. Textui ſubiectae ſunt variae lectiones veterum librorum et editorum et manu exaratorum, quos laudarat Reiske: commentarius autem, doctus quidem, at mole laborans, eſt ſeparatus.

51. *De ratione audiendorum vel legendorum poetarum.* — lat. per *Gent. Heruetum.* Aureliae 1536. 8. liber adiectus eſt *Herueti* Orationibus. — cum libello de vita Homeri, a *Guil. Xylandro*, gr. et lat. Baſil. apud Oporin. 1566. 8. Haec editio, admodum rara, et ad quam Xylander in edit. Opp. ſaepe prouocat, futuris editor. commendanda eſt. — Quomodo iuueni poemata audienda ſint. gr. et latine, interprete *Hugone Grotio* et cum *Baſilii* libro ſimilis argumenti: praemittitur Io. Stobaei Florilegio. Pariſ. 1623. 4. — de vſu Graec. poet. gr. lat. Pariſ. 1633. 4. — cum notis *Georgii Weiſſii.* Ienae 1672. 8. — cum notis (aut potius notarum mole,) *Chriſtiani Güntheri.* Lipſiae 1689. 8. — *Grotii* editionem libelli et *Plutarchi* et *Baſilii* cum illius interpretatione et adnotationibus recudi fecit, ac variantes lectiones notasque adiecit *Io Potter.* Oxon. e theatr. Sheld. 1694. 8. — cum interpretatione *Hug. Grotii* et notis *Ioan. Potteri*, gr. et lat. Glasguae apud Foulis. 1753. 12. — Melior et correctior eſt editio *Krebſiana:* —. gr. et lat. ex interpretatione Xylandri. Recenſuit, emendauit, animaduerſionibus, (ſane eruditis et copioſis,) illuſtrauit *I. Tob. Krebſius.* Lipſiae 1746. 8. — et ſecundis curis recenſitum, emendatum, multisque animaduerſionibus illuſtratum edidit Lipſiae 1779. mai. 8.

53. *Quomodo adulator — internoſci poſſit*, liber verſus a *Io. Laurentio* Veneto, Romae 1514. 4. — etiam ab *Erasmo.* Baſil. apud Froben. 1516. 4. Venetiis 1518. 8. Argentor. 1516. 8. Baſil. 1520. 4. et tom. VIII. Opp. — de diſcrimine amici et adulatoris, graece a *Chriſt. Aug. Kriegel,* cum eius, Xylandri aliorumque (Gesneri, Iac. Frid. Heuſingeri, Reiskii,) notis, lectionis varietate et indice vocc. graec. Lipſiae 1775. 8. — *Gallice* ab Antonio *du Saix.* 1537. 8. — Commentat. criticam in hunc libellum ſcripſit *Iac. Fr. Heuſinger*, Guelferb. 1751. 4.

55. Πῶς τις — ὠφελεῖτο, ſiue *de vtilitate ex inimicis capienda*, graece ex offic. Rutgeri Reſcii. Louan. 1531. 8. — gr. et lat. in *Caſp. Dornauii* Amphitheatro ſapientiae Socraticae, tom. II. pag. 104 ſq. — Vertit etiam *Erasmus* loc. et annis paullo ante nr. 53. citatis, et *Io. Rainoldus*, Lond. 1619. 12. — gallice vertit *Ant. du Saix.* 1537. 8.

57. Plut. περὶ δυσωπίας καὶ περὶ τύχης. gr. et lat. cum animaduerſſ. Reiskii, Salmaſii et Xylandri. Varias lectiones duorum codd. Mosquenſ. et ſuas animadu. adiecit *Chriſt. Frid. Matthaei.* Acc. Plut. fragmenta quaedam. Impenſis Chr. Rüdigeri, typis vniuerſitatis Mosquenſis. 1777. 8. — *Sallierii* tres notae criticae in lib. de fortuna, in Mem. de Litterat. de l'acad. des Inſcr. vol. X. pag. 338 ſqq.

59. *Oratio conſolat. ad Apollonium*, graece. ſine vlla nota, ſaec. XVI. 8. vid. *Pinelli* catal. tom. II. pag. 233. — Latine per *Steph. Nigrum.* Baſil. 1520. 4. — lat. vertit *Io. Leunclauius*, apud Oporin. 1593. 8. [zz])

60. *De*

zz) Plurium libellorum verſiones latinae iunctim editae ſunt ſupra in indice edd. latinar. et in collectione ſequenti: *Plut.* de tuenda bona valetudine; vtrum grauiores animi morbi, quam corporis; num bene dictum ſit Λάθε βιώσας; de cupiditate diuitiarum, interprete *Erasmo;* Orat. conſolat. ad Apollonium, interprete *Nigro;* de exſilio, interpr. *Angelo Barbato;* de ſera numinis vindicta et vitanda vſura, interprete *Pirckheymero;* de not. Pythagorae interprete *Melanchthone.* Baſil. apud *Io. Froben.* 1513. 4. *Maittaire* II. pag. 314. adde not. nr. 50. praemiſſam.

60. *De tuenda valetudine.* gr. ex offic. Io. Loei. Antwerp. 1546. 8. Vertit Erasmus, cum aliis opusc. etc. vid. notam ad nr. antec. — Basil. 1520. 4. et tom. VIII. Opp.

61. *Praecepta coniugalia.* gallice versa a *Steph. de la Boetie.* Paris. 1572. 8.

62. *Conuiuium VII. sapientum;* gr. Paris. apud Vascosan. 1574. 4. — graece et lat. et *de superstitione,* lat. *Guil. Plantio* interprete. Lugd. apud Seb. Gryphium. 1552. 8. (*Maittaire* A. T. III. pag. 612. scripsit: *interprete Planco.* At vitiose, credo, nomenque rectius scripsit Fabric. qui tantum versionem *Guil. Plantii,* Francof. 1574. 4. citat, et auctor catal. Bodl. II. pag. 336. vbi memoratur edit. Paris. 1566. 4. *Guil.* enim *Plantius,* s. *Plancius* fuit medio saec. XVI. medicus gallicus et plura e graeco latine vertit. *Ioannes* autem *Plancus,* e superiore Palatin. ortus, et an. 1628. mortuus, varia habuit fata in variisque scholis docuit litteras, sed, quantum scio, nec vertit, nec edidit vllum graecum latinumque auctorem.) — *Danielis Clasenii* commentarius prodiit Magdeburg. 1649. 4. — *Turnebi* lat. versio exstat in eius Opp. tom. II. nr. 6. quod opus esse Adr. Turnebi postumum, patet ex praefatione *Odonis Turnebi,* Lutet. Paris. 1566. scripta.

63. *De superstitione* libell. et *Demosthenis* orat. funebris. — gr. et lat. cum integris notis Reiskii, Sallierii, Taylori, Wolfii et Xylandri: denuo recensuit, varias lectiones trium codd. mstor. et suas animadu. adiecit *C. F. Matthaei.* Mosquae 1778. 8. Conf. bibl. criticam Amstel. vol. II. part. I. pag. 124 sqq. — *Gallice* vertit *Tanaquill. Faber,* et cum notis, etiam criticis, et cum diss. de Romuli vita edidit Salmuri 1666. 12.

Multo plura praeſtitit Schweigh. in noua praeſtantique editione, ſaepe in hoc capite, et in Introd. in hiſt. L. Gr. II. part. I. pag. 148. a me laudata, et inſcripta: Ἀππιανὸς — *Appiani* Alexandrini *romanorum hiſtoriarum quae ſuperſunt*. Nouo ſtudio conquiſiuit, digeſſit, ad fidem codd. msstorum recenſuit, ſuppleuit, emaculauit, varietatem lectionis adiecit, latinam verſionem emendauit, adnotationibus variorum ſuisque illuſtrauit, commodis indicibus inſtruxit *Ioann. Schweighäuſerus*, Argentoratenſis, graecc. et oriental. litter. in vniuerſitate Argentorat. Prof. *vol.* I. II. III. Lipſiae apud Weidmanni heredes et Reich, typis Lorenzii et Schüleri, Argentorati 1785. 8. *Schweigh.* vero, quod lectiones Valeſianas in fragmentis Peireſcianis neglexerat, eas, errore cognito, in ephem. litterar. Argentor. dedit cum criſi, et ſuum

s) Iouius elog. viror. doctorum pag. 28.

ſuum ſingulis locum adſignauit. Quae quoniam haud ita multae ſunt, ephemerides autem illae in paucorum manibus erunt, eas h. l. inſerere haud incommodum videtur.

„In praef. editoris ad nouam edit. pag. XV. med. poſt verba: *adnotationibus ſuis illuſtratos*, adde: Rectius autem Valeſius, quam Vrſinus, ne ea quidem fragmenta, quae in Peireſciano codice ex his Appiani libris, qui integri ad nos peruenerunt, exhibebantur, negligenda putauit; ſed ea cum vulgatis contulit, et diſcrepantes codicis lectiones, quarum ſunt complures optimae notae, ad calcem adnotationum ſuarum *pag.* 125. hoc titulo, *variae lectiones in Appianum* ſeparatim adiecit. *In libro de rebus Hiſpan.* vol. I. p. 110, 55. *in ipſo contextu, pro διὰ δὲ lege διὰ δὴ, et in nota infra text. ſcribe,* vulgo διὰ δὲ, rectius cod. Peireſc. *Pag.* 111, 68 ſq. *in contextu lege:* Τορβολήτας, οἱ γείτονές εἰσι Ζακανθαίων ἀνέπεισε τῶν Ζακανθαίων παρὰ οἱ καταβοᾶν. *Et in nota infra textum ſcribe:* Tria verba ἀνέπεισε τῶν Ζακανθαίων quum deſiderarentur in msstis noſtris et impreſſis, percommode dedit cod. Peireſc. *Pag.* 112, 79. *in contextu lege:* κατὰ τῶν Ζακανθαίων καὶ Ζακανθαίων μετεπέμπετο πρεσβ. *Et infra text. adde hanc notam:* Lin. 79. Repetitum nomen Ζακανθαίων ante μετεπέμπετο dedit cod. Peireſc. *In adnotatt. ad libr. de rebus hiſp.* adnot. ad p. 105. lin. 73. (vol. III. p. 205.) *poſt verba, conſtanter* Ἀσδρούβας, *adde:* ſic et cod. Peireſc. monente Valeſio in variis lect. *Adnot. ad pag.* 107, 7. (vol. III. pag. 207.) poſt verba, *ſic ex Suida dedi,* adde: eodem modo cod. Peireſc. in fragm. de virtut. et vitiis, ex quibus hunc locum decerpſit Suidas. *Ead. adnot. poſt,* παιδοῖ *caret Suidas, adde,* cum eodem cod. Peireſc. *Adnot. ad p.* 109, 40. (vol. III p. 211.) *poſt, dedit Med. adde,* et Peireſc. *Adnot. ad pag.* 110, 59. vol. III. p. 215.) *poſt verba,* libri diremerunt Vat. A. et Med. *adde,* et cod. Peireſc. *Pag.* 203. *in nota infra textum ad L.* 51. *poſt verba,* αὐτοῦ *Vat. Med. adde* αὐτοῦ ex cod. Peireſc. refert Valeſ. *In adnot. ad libr. de B. Hannib. Adn. ad pag.* 266, 42. (vol. III. pag. 366.) *poſt verba* ἡττημένων *Vat. A. et Med. adde:* ſic et cod. Peireſc. *In libro de rebus Punicis vol.* I. pag. 452. *in nota infra text.* ad L. 48 *poſt verba,* emendauit Küſter, *adde:* Rectius cod. Peireſc. διὰ τὸ ἀγεώργητον προηφαγέντων. *Ead. pag.* lin. 48. *in contextu lege* θησαυρούς τε μεγάλους χρημάτων· *et infra text. adde notam hanc:* lin. eadem vocabulum μεγάλους adieci ex cod. Peireſc. *Ead. pag. in not. infra text. ad L.* 51 ſq. *poſt verba:* παμπ. αὐτὴν ἀσθ. *Suid. adde,* et cod. Peireſc. *Pag.* 453. lin. 55. *in contextu poſt verba* τεκμηρ. *tolle reliqua, et ſic repone:* τεκμηριωσῶ recte dedit Suidae edit. Mediol. cum cod. Peireſc. *Pag.* 472. *in nota text. ad L.* 78. *poſt Aug. Ven. adde,* et Peireſc. *Ead. pag. in nota ad L.* 81. *poſt Aug. Ven. rurſus adde,* et Peireſc."

Verſiones Italicae praecipue eius, quam e lat. verſione Candidi *Braccius* confecit, editiones ſunt ſatis numeroſae, quas *Paiton.* in Bibl. degli autori antichi gr. e lat. volgarizzati, tom. I pag. 69 ſqq. curate lateque recenſet, ego vero paucis indicabo. B. Carthag. Syrum, Parthicum et Mithridat. italice verſa ab *Alex. Braccio, Romae* apud Euchar. Silber, alias Franck. 1502. fol. — *Florentiae* apud Iuntam, 1519. 8. et 1526. 8. bella ciuilia, — et ibid. apud hered. Phil. Iuntae. 1520. 8. ac 1531. 8. bella externa. — Eadem *Venet.* per Gregorium de Gregori. 1524. 8. II. tom. — 1526. II. tom. — B. externa. *Venet.* 1528. — B. ciuil. ibid. 1531. 8. — Ciu. et externa. Venet. 1538. 8. II. tom. ibid. 1542. (in fine, 1543.) et 1544. (in fine, 1542.) 8. — Eadem, ſed multo emendatiora: acc. verſio belli hispanici a Paullo Manutio probabiliter facta, *Venet.* apud Ald. III. part. 1545. 8. et 1551. 8. — *Venet.*

 per

per Balthaſ. Conſtantin. 1545. 8. II. tom. (vid. *Freytagii* Analecta litteraria etc. p. 32.) — *ibid.* per Barthol. Ceſanum, 1550. 8. et 1555. 8. II. partt. — ibid. 1553. 12. II. tom. — correcta a *Ludou. Dolce*, Venet. 1554. 12. II. partt. — auct. additis B. Illyr. Hisp. et Hannibal. interprete *Lud. Dolcio.* Venet. 1559. 12. (vid. *Clement.* p. 436.) — e graeco ſermone translati libri Appiani a *Ruſcellio*, exceptis libris B. Ciu. a Braccio verſis. Venet. 1563. 1567. (in fine 1566.) 1575. 1584. 8. III. partt. — B. externa, Veronae 1731. et B. ciuil. 1732. 4. Eſt Braccii et Dolcii verſio. — Romae 1791. et 1792. II. tom.

Hiſt. bell. ciuil. *hispanice* Valent. 1522. — Alcalae. 1536. fol. vid. *Clement.* l. c.

Gallice, auct. *Claudio Seyſſelio*, archiepiſcopo Taurinenſi, Lugd. 1544. fol. Pariſ. 1552. fol. Sed eius verſio minus laudatur ab Huetio et Baillet. vid. Goetzii Mem. bibl. Dresd. II. pag. 68 ſq. — interprete *Mereſio*, Pariſ. 1659. fol. — Hannibal. per *Ludouicum Tagaut*, Lugd. 1559. 12. Iberica et Hannibal. per *Philippum de Avenelles*, Pariſ. 1650. Conf. *Chriſtoph. Hendreichi* Pandectas Brandenburgicas.

Germanice vertit notisque illuſtrauit *Fr. W. Ionath. Dillenius*, Francof. ad Moen. 1793 ſq. 8. *Harl.*

A multis obſeruatum eſt, *Appianum* in hiſtoria ſua, qua Romani praecipue imperii amplitudinem, incrementa ac militarem diſciplinam adcuratius perſequitur, quamque ideo viro militari vtiliorem, quam ciuili eſſe adfirmat *Conringius* [t]), ad verbum multa hauſiſſe e Polybio, Plutarcho [u]), aliisque, vnde *alienorum laborum fucum* adpellat *Ioſephus Scaliger* ad Euſebii nr. 2021. et *Caſpar Barthius* de Appiano lib. VIII. Epidorpidon pag. 136.

> *Legas, monebo, cautior vagum auctorem,*
> *Clepit ſubinde verſa dicta maiorum.*

Iohannes tamen Freinshemius ex his ipſis furtis alium potius quam Appianum fuiſſe hiſtoriae huius ſcriptorem ſuſpicatur, miro ſane argumento in notis ad Flori IV. 10. 4. *Exſcriptor Plutarchi, qui Appiani nomine fertur, nam Plutarchi coaetaneus, ne ſi voluiſſet quidem, furta tam inſignia potuiſſet impune facere.* Forte non plus ſoliditatis hoc videbitur habere argumentum, quam illa Ioſephi Scaligeri ad Euſeb. nr. 2140. qui fabuloſa quaedam cum in libris Appiani deprehendere ſibi videretur, ea ab alio, neſcio quo, adtexta exiſtimabat. *Multa huiusmodi fabuloſa adtexta ſunt illi libro Appiani, vt mediocriter docto conſtare poteſt.* Addit tamen: *Quod ſi non aſſuta ſunt, valde infantem in hiſtoria Appianum fuiſſe neceſſe eſt.* Franciſcus quoque Balduinus lib. I. de inſtitut. hiſtoriae p. 87. cum obſeruaſſet, bene multa e Plutarchi

t) De prudentia ciuili cap. 14.

u) Ex Parallelis Plutarchi libros Appiani magna ex parte deſcriptos eſſe, obſeruat *Hottomannus* in comm. ad *Cic.* orat. pro lege Manil. cap. 18. vbi quoque idem Hottom. fatetur, a ſe verſionem Appiani latinam magno ſtudio eſſe inſtitutam: ſed quo illa abierit, neſcio. Attamen famam Appiani a nomine crimineque furti plagiique abunde eſſe vindicatam a *Schweighäuſero* tom. III. edit. pag. 910 et alibi, ſupra iam monuimus. Idem *Schweigh.* in disp. I. ſect. VI. §. V. pag. 58 ſqq. fontes diligenter aperuit, ex quibus Appianus in ſingulis libris hauſit, et quos ipſe indicauit: tum idem pag. 77 ſqq. oſtendit, qua ratione Appianus ſcripta aliorum in ſuum conuerterit vſum. *Harl.*

Plutarchi Craſſo in Appiani Parthicis repeti, id factum coniicit, non ab ipſo Appiano, qui Plutarchi fuerit aequalis, ſed a librariis ſupplendae in illius commentariis lacunae. Per exempla quidem innumera oppido patet, his, qui religioni ſibi neutiquam ducunt alios exſcribere, non minus frequens eſſe, imo frequentius ſcriptores ſuae aetatis compilare, quam vetuſtiores. [P]

CAPVT XV

DE PHLEGONTE, ARTEMIDORO ETC.

I. *Phlegontis aetas.* II. *Scripta quae exſtant.* III. *Scripta deperdita.* IV. *Liber de Nilo, tributus Phlegonti a Menagio. ibid. Teſtimonium de eclipſi admiranda ſolis.* V. *Index ſcriptorum, a Phlegonte citatorum.* VI. *Artemidori Daldiani aetas.* VII. *Eius Onirocritica.* VIII. *Editiones* IX. *Alii Artemidori.* X. *Scriptorum in Artemidoro citatorum index.* XI. *De Aſtrampſychi Onirocriticis.* XII. *De Achmete, ſcriptore eiusdem argumenti.* XIII. *Alii ſcriptores de ſomniis.*

[Cum ſupplementis *G. C. Harles.*]

I.

PHLEGON [a]), Trallibus, Lydiae ciuitate, natus, Hadriani [b]) imp. libertus fuit, non Auguſti, vt quibusdam viſum eſſe Suidas [c]) prodidit. Certe chronicon ſuum ad extrema Hadriani tempora vsque ad Olymp. CCXXIX. a. Chr. 140. produxiſſe Phlegontem, teſtatur idem Suidas, vt in re manifeſta libenter abſtineam aliis argumentis certiſſimis, quae in medium adtulere viri eruditi, Meurſius [d]), Voſſius, Salmaſius. Vtrum vero a patrono ſuo dictus quoque fuerit *Aelius Phlegon*, vt vocari eum video a *Naudaeo* quaeſt. 2. Iatrophil. pag. 43. vel *Phlegon Hadrianus*, vt e lectione codicis Palatini in *Spartiani* Seuero cap. 20. idem Salmaſius coniicit, dubium valde eſſe et magis idoneo teſtimonio, quam librarii fortaſſis hallucinatione indigere exiſtimo. Neque probare poſſum *Meurſii* emendationem, qui apud *Phlegontem* cap. 10. de mirabilibus reponit nomina *Marci Plautii* et *Sentii Augurini*, quos ait conſules fuiſſe anno XVIII. Antonini Pii, Chriſti CLVI. quo pacto veriſimile eſſet, ad

a) Alius *Phlegon*, cuius meminit S. Paulus apoſtolus, Rom. XVI. 14. Memoratur et *Attius* quidam *Phlegon*, Quintillae pater, in veteri inſcriptione apud Gruter. p. DCLXXI. 6. vt Meurſio iam obſeruatum. *Aelium Maurum*, Phlegontis noſtri libertum, citat *Spartianus* in Seuero cap. 20.

b) *Spartianus* in Hadriano cap. 16. *Vopiscus* in Saturnino, cap. 7. *Photius* cod. XCVII.

c) Priorem notitiae, quam Suidas de Phlegonte dederat, partem vsque ad verba ἐπιτομ. Ὀλυμπιον. ἐν βιβλίοις β'. exſcripſit *Eudocia* pag. 422. ita tamen, vt omitteret vocc. οἱ δὲ Ἀδριανοῦ φασιν, ἱστορικός. De *Phlegonte* vide quoque *Bayle* in Diction. tom. III. voc. *Phlegon*, p. 709 ſqq. *Pagium* in critic. Baron. ad a. Chr. 136. §. 8. p. 141. tom. II. ed. Luc. *Fabr.* B. Gr. lib. V. 38. de Photio, nr. 97. vol. IX. pag. 405. *Saxii* Onom. I. pag. 305. *Harl.*

d) *Meurſius* in limine notar. ad Phlegontem, *Voſſius* lib. II. de Hiſt. Graec. cap. 11. *Salmaſius* ad Spartiani Hadrian. cap. 15.

e) *Publius Plautius* dicitur in codicibus Iulii Obſequentis cap. 90. *Fabric.* In textu gr. edit. Franzii, cuius not. v. pag. 72. eſt Μάρκου Πλαυτίου. *Harl.*

ad M. Aurelii vsque imperium aetatem productam a Phlegonte. Sed haud dubie apud Phlegontem deletis verbis καὶ Σέξτε Καρμινίε reliqua iungenda, et legendum: Μάρκε *) Πλαυτίε Ὑψαίε καὶ Μάρκε [¶] Φελβίε Φλάκκε, qui consules fuere anno vrbis DCXXIX. ante Christum CXXV. Qui vero cum Augurino consul fuit anno Christi 156. male vocatur in Onufrii fastis *M. Plautius Sylvanus*, quae res Meursio fraudi fuit: nam e veteri inscriptione apud *Gruterum* pag. CXXVIII. 5. constat, adpellatum esse *M. Ceionium Siluanum*, vt notauit *Norisius* in epistola consulari *f*), vel certe *Iulium Siluanum*, vt est in alia inscriptione veteri, quam e Gudiana collectione edidit Cuperus in epistola ad Almelouenium, Fastis huius viri clariss. Consularibus praemissa. Idem Meursius male inter falsa habere jubet, quod *Phlegon* cap. 13. mirabilium ex Apollonio, grammatico, scribit, Tiberio propter vrbes Asiae, quas terrae motu deletas suo sumtu restaurauit, colossum in foro Romae dedicatum positis infra singularum vrbium statuis. Quin imo eius rei non modo memoria in numis exstat, sed si acutam *Laur. Theodori Gronouii* *g*) coniecturam sequimur, etiamnum hodie superest marmorea colossi illius basis.

II. Scripta Phlegontis haec ad nos peruenerunt:

1) Περὶ θαυμασίων *h*) *de mirabilibus* liber, S. Hieronymo in Habacucum et Suidae in Φλέγων memoratus, sed initio mutilus.

2) Περὶ μακροβίων liber *de* *i*) *longaeuis*, Italis maxime, qui centum et amplius annis vixerunt, ibidem Suidae memoratus, et ex αὐτῶν τῶν ἀποτιμήσεων, siue commentariis censualibus ab auctore excerptus, in cuius extrema parte quaedam desiderari videntur. Carmen Sibyllinum, quod post Phlegontem cap. vlt. refert etiam *Zosimus* lib. II. cap. 6. metaphrasi latina donauit *Politianus* cap. LVIII. Misc. illustrant *Petrus Taffinus* libro de anno saeculari et *Is. Vossius* cap. IX. de Sibyllinis oraculis, qui parum verisimiliter Phlegontem ipsum carminis huius facit auctorem.

3) Περὶ τῶν Ὀλυμπίων, *de Olympiis* fragmentum: siue praefatio, vt coniiciebat Salmasius *k*), praefixa a Phlegonte libris Ὀλυμπιονικῶν. Hanc graece praemissam quoque habes praeclarae Pindari editioni Oxon. 1697. fol. [¶]

Edita sunt haec *Phlegontis* opuscula graece ex antiquissimo Palatino codice a *Guilelmo Xylandro* primum vna cum Antigoni et Apollonii mirabilibus et M. Antonino, et latina versione separatim excusa, Basil. 1568. 8. apud Thomam Guarinum. Deinde cum eiusdem Xylandri versione et *Ioannis Meursii* notis, in quibus consulum praecipue nomina, in libro de mirabilibus memorata, cum fastis Siculis et Capitolinis contulit ac subinde emendauit

f) Tom. XI. thesauri Antiqu. Rom. Graeuiani pag. 453.

g) Vide *Laur. Theodor. Gronouii* obseruationes ad marmoream basin ab Antonio Bulisono Neapolitano primum editam tom. VII. thesauri antiq. graecar. pag. 448 sq.

h) Alios scriptores huius argumenti habes supra lib. I. cap. 22. §. 4. et lib. III. cap. 27. §. 8.

i) De eodem argumento scripsit postea *Lucianus*, vt infra suo loco dicam, [et *Henr. Meibom.* in epist. de Longaeuis Helmstad. 1664. rec. in Franzii edit. Phlegontis, pag. 151 sqq. *Harl.*]

k) *Salmas.* ad Spartian. Hadriano cap. 16. adde not. Meursii.

dauit. [Lugd. Bat. 1620. 4. in duobus exemplis bibl. Leidens. (catal. pag. 255.) sunt quaedam manu adscripta rec. a *Lamio*, in tom. VII. opp. Meursii.] Tum libellum de mirabilibus et alterum de longaeuis *Iacobus Gronouius* ex Meursii editione recudendum dedit tomo VIII. thesauri antiquitatum graecarum, notis Meursii per singulas paginas statim substratis. Fragmentum de Olympiis exstat tomo IX. *Fabric.* Nouissima editio est: *Phlegontis Tralliani* opuscula graece et lat. e recensione Io. Meursii. Accesserunt eiusdem et Guil. Xylandri animaduerss. — Iterum edidit, animaduerss. indicesque (vberrimos, in quibus de hominibus, vrbibus terrisque, de quibus in Phleg. opusculis sermo est, copiosius agitur, item res verbaque explicantur,) adiecit *I. Ge. Frid. Franzius.* Halae Magdeb. 1775. 8. — Admodum pauci superesse videntur codices mssti, in quibus *Phlegontis* opp. occurrant. In bibl. *Laurent. Medicea,* teste *Bandinio* catal. codd. gr. tom. II. col. 290 sq. in cod. I. plut. LVI. nr. II. occurrunt capp. quaedam de variis argumentis, auctoris anonymi, e gr. de fontibus, paludibus, et fluminibus, quotquot mirabilia in se ipsis habent, et in fine multa de Nili inundatione differuntur, tum de mulieribus fortibus artisque bellicae scientibus; quaenam domus propter mulieres sint euersae; quinam fratres vel amici mutua sese caritate dilexerint; de fabulosis, quae apud poetas feruntur, deorum dearumque metamorphos. porro, vbi quisque Graecorum sepultus fuerit, et quid ipsius tumulo sit superscriptum; de Homeri atque Hesiodi vita atque certamine. Horum opusculorum auctorem, adnotante *Bandinio,* Lucas Holsten. in scheda msta putabat, esse Phlegontem Trallianum, addita obseruatione, ex illo codice alia ab Henr. Stephano, alia a Cantero esse publicata. Bandinus tamen animaduertit, ea esse valde diuersa ab opusculis Phlegontis editis. Hinc arbitratur, ea vel alterius historiographi, vel saltem ex Phlegonte contracta. De lib. de Nilo ipse Fabr. postea quaedam adnotauit. Alia tamen num ad libros Phlegontis deperditos, quorum plenum catalogum non dedit Suidas, (addit enim καὶ ἄλλα,) sint referenda, an, quod lubentius putem, alii auctori adsignanda, altioris esse videtur indaginis. — In cod. *Coislin.* (Montfauc. catal. codd. bibl. Coisl. pag. 283.) in fragm. Stephani Byz. citatur locus ex Phlegontis Olympiade IV. — Codex *Palat.* ex quo Xylander suam parauit editionem, num in bibl. Vatican. illatus sit, nescio. *Harl.*

III. *Scripta Phlegontis deperdita.*

1. Ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν συναγωγὴ de Olympionicis et rebus per orbem terrarum gestis vsque ad extrema Hadriani imp. siue Olympiadem [l]) CCXXIX. 1. libri XVI. ad Alcibiadem quemdam, vnum ex stipatoribus Hadriani imp. Vide Suidam in Φλέγων et Photium cod. XCVII. qui legit primores huius operis libros quinque, desinentes in Olympiade CLXXVII. Citatur hoc opus, quod cum magna veteris historiae et chronologicae rei iactura intercidit, ab Origene, Eusebio, Stephano Byz. aliisque. Reprehendit in illo Photius

l) Quoniam annus primus Olymp. CCXXIX. Imp. Hadriano emortualis fuit, et Photius Phlegontis ipsius verbis testatur, hunc chronicon suum perduxisse μέχρι τῶν Ἀδριανῦ χρόνων, hinc malo adsentiri *Petauio* XIII. de doctrina temp. ad annum P. I. 4850. quam viro doctissimo *Antonino Pagi*, qui ad a. Chr. 136. nr. 8 pro certo tenendum adfirmat, Olympiadem CCXXIX. apud Suidam integram includi, non vero excludi oportere.

tius inter alia intempestiuam φιλοπονίαν et φιλοτιμίαν circa oracula, quam in his etiam, quae exstant, Phlegontis scriptis obseruare licet.

2. Ὀλυμπιάδες βιβλίοις η΄. Opus eiusdem m) argumenti libris VIII. Suid.

3. Ἐπιτομὴ Ὀλυμπιονικῶν ἐν βιβλίοις β΄. Suid. Pro hac epitome Phlegontis eruditissimus Reinesius n) male habebat Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴν, a *Scaligero* ad calcem Chronici Eusebiani graece editam, atque, vt multa suadent, ab eodem ipso Scaligero e veterum scriptis singulari studio congestam, etsi Meursius, G. Io. Vossius et alii passim [?] eam pro veteri scriptore in testimonium citant. Vide si placet quae dixi lib. II. cap. 15.

4. Ἔκφρασις Σικελίας. Descriptio Siciliae. Suid.

5. Περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἑορτῶν βιβλία γ΄. Libri III. de festis Romanorum id.

6. Περὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ τόπων καὶ, ὧν ἐπικέκληνται, ὀνομάτων. *De locis illustribus vrbis Romae eorumque nominibus.* Suid.

7. *Libri de vita Hadriani imp.* ab ipso imperatore scripta, et sub Phlegontis nomine edita. *Spartianus* in Hadriano cap. 16. *Famae celebris Hadrianus tam cupidus fuit, vt libros vitae suae scriptos a se libertis suis litteratis dederit, iubens, vt eos suis nominibus publicarent. Nam Phlegontis libri Hadriani esse dicuntur.* Vitam Hadriani citat idem Spartianus cap. 7. Ex hac quoque petita videtur Hadriani epistola, quam e *Vopisci* Saturnino cap. 8. repetit *Petrus Crinitus* XII, 10. de honesta disciplina. [vid. *Bayle* l. c. art. A. et B. et C.]

Miror Phlegonti etiam tribui librum *de Nilo* in Menagii notis ad Laertii Thaletem lib. I. sect. 37. *Vetus scriptor anonymus forte Phlegon Trallianus in tractatu* περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως, *qui manuscriptus seruatur in bibliotheca Veneta, et cuius exemplum mecum communicauit Mericus Bigotius, eiusdem et ipse meminit his verbis:* Θαλῆς ὁ Μιλήσιος εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν φησὶ διὰ τοὺς ἐτησίας γίνεσθαι τὴν ἀναπλήρωσιν. Πνεῖν γὰρ αὐτοὺς ἐναντίους τῷ ποταμῷ, καὶ τὰ στόματα κεῖσθαι κατὰ τὴν πνοὴν αὐτῶν. Τὸν μὲν οὖν ἄνεμον ἐξ ἐναντίας πνέοντα κωλύειν τὴν ἔκβασιν τοῦ ποταμοῦ ἐμπίπτειν εἰς τὴν θάλασσαν. Τὸ δὲ κῦμα προσπίπτον τοῖς στόμασι καὶ ὑψηλὸν ὄν, αἴτιον ἀνακόπτειν τὸν ποταμὸν καὶ ἀναπλήρωσιν οὕτως φησὶν γίνεσθαι τοῦ ποταμοῦ. Eadem fere leguntur in libro de Nilo, qui sub Aristotelis nomine ex veteri tantum versione exstat in antiquis latinis philosophi editionibus. Sed plane iisdem verbis incipit Anonymus περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναπληρώσεως, quem cum Aristotelis et Theophrasti quibusdam scriptis primus graece vulgauit *H. Stephanus* a. 1558. 8. et graece atque latine Herodoto subiecit Iungermannus ac post eum Galeus. Neque dubito, hunc ipsum esse breuem illum libellum, quem manu exaratum a Bigotio Menagius accepit.

IV. In christianorum scriptis nihil est Phlegonte nostro celebratius propter memoratam in Chronici sui libro XIII. ad Olymp. CCII, 4. Tiberii XVIII. singularem illam eclipsin, qua

Dies diem quaesiuit, intremuit solum. [?]

Verba

m) *Salmasius* ad Spartian. cap. 16. putat, *Phlegontis* Πραχθέντα πανταχοῦ siue Chronica libris VIII. alterius argumenti fuisse ab Olympiadibus libris XVI. Sed liber XIII et XIV. Chronicorum ab Origene, Eusebio etc. citatur.

n) *Reines.* epist. ad Hofmannum pag. 585.

Verba Phlegontis, teſtatur, adferre ſe, Euſebius apud *Syncellum* pag. 325. τῷ δ' ἔτει (Petauius XII, 21. doctrin. temp. legit τῷ β'. ἔτει, vt ſemel eſt apud Philoponum pag. 89. in Hexaem. ſed eadem pagina bis deinde legitur τετάρτῳ) τῆς σβ'. Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωσμένων πρότερον, καὶ νὺξ ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας °) ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι. Σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν τὰ πολλὰ Νικαίας κατεστρέψατο. Haec de admiranda illa, quae Chriſto patiente contigit, ſolis obſcuratione intelligenda eſſe, ne dubitarunt quidem veteres *Iulius Africanus* apud Syncell. pag. 322. *Origenes* II. contra Celſ. pag. 80 et 96. *Euſebius* apud Syncell. pag. 325. *Hieronymus* in Chronico, *Oroſius* VII, 4. *Ioannes Philoponus* II, 21. et III, 9. in Hexaem. *Ioannes Malalas* tom. I. Chron. pag. 310. et auctor Chronici Alex. vt Maximum ad epiſtolam ſeptimam Dionyſii pſeudo-Areopag. Syncellum aliosque iuniores omittam. Et quamquam chronologicis quibusdam difficultatibus permoti viri quidam doctiſſimi de alia eclipſi loqui Phlegontem exiſtimarunt, vt praeter *Keplerum* p) in eclogis Chronicis, *G. I. Voſſius* II, 10. harmoniae euangelicae et *Sam. Basnagius* ad a. Chr. XXIX, 30 ſq. et XXXIII. nr. 118. non tamen vsque adeo exploratae mihi videntur illorum rationes, vt non malim veteribus adſentiri, quum certiſſimum ſit, Phlegontem etiam alia de rebus Chriſti et Iudaeorum Chronico ſuo inſeruiſſe. *Origenes* tractatu XXIX. in Matth. *Si autem oportet et de temporibus aliquid dicere, dicimus, quoniam in Chronicis Phlegontis cuiusdam dicitur, ſi tamen et hunc debemus quaſi vera dicentem de templo ſuſcipere, quoniam circa quadrageſimum annum a quintodecimo anno Tiberii Caeſaris facta eſt deſtructio Ieruſalem, et templi, quod fuit in ea.* Idem lib. II. contra Celſum pag. 69. Φλέγων μέν τοι ἐν τρισκαιδεκάτῳ ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ οἶμαι τῶν Χρονικῶν καὶ περί τινων μελλόντων πρόγνωσιν ἔδωκε τῷ Χριστῷ, συγχυθεὶς ἐν τοῖς περὶ Πέτρου, ὡς [¶] περὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐμαρτύρησεν, ὅτι κατὰ τὰ εἰρημένα ὑπ' αὐτοῦ τὰ λεγόμενα ἀπήντησε.

o) Si haec ſunt Phlegontis verba, fallit nos Africanus, qui apud *Syncell.* p. 322. refert, Phlegontem ſcripſiſſe, quod eclipſis contigerit in plenilunio, et a ſexta hora in nonam duraverit. Φλέγων ἱστορεῖ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος ἐν πανσελήνῳ ἔκλειψιν ἡλίου γεγονέναι τελείαν ὥρας ἕκτης μέχρις ἐννάτης. Sane πανσελήνου non meminiſſe Phlegontem, diſerte teſtatur *Origenes* 35. in Matth. de Eclipſi hac diſſerens. *Et Phlegon quidam in Chronicis ſuis ſcripſit, in principatu Tiberii Caeſaris hoc factum, ſed non ſignificauit, in luna plena hoc factum.*

p) Keplerum impugnat *Huetius* in demonſtrat. Euangel. pag. 49. Voſſium *Io. Frickius*, diſſ. de tenebris tempore ſalutiferae paſſionis Orbi ſuperfuſis Lipſ. 1692. Vide et quae de loco Phlegontis diſputant *Scaliger* ad Euſeb. pag. 185. 186. *Tillemontius* ad vitam Chriſti nota 35. *Pagi* ad a. Chr. 32. nr. 13. *Baelius* in lexico, vbi de Phlegonte, in longa nota, D. et *Hugo Ferrandus* reflex. ſur la relig. Chrétienne tom. I. pag. 321 ſq. etc. *Fabric.* *Theoph. Sigfr. Bayerus* editurus erat opuſc. de eclipſi, quae, Chriſto in crucem acto, facta eſſe creditur, teſte epiſtola eius ad de la Croze, in theſauro epiſtol. La Croziano tom. I. pag. 14. vbi, nego, inquit, talem fuiſſe eclipſin, aut a Sinis memorari. Non abhorreo ab ea opinione, quam haud ſcio fuiſſe alterius cuiusquam, eclipſin, a Sinis memoratam, eam eſſe, quam *Phlegon* dicitur prodidiſſe, Tiberio imperante factam etc." *Harl.*

V. *Index scriptorum a Phlegonte citatorum* [q]).

Agatharchides ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν ἱϛοριῶν. De Longaeu. cap. 2.
Anacreon. id. cap. 4.
Antigonus Carystius. Mirabil. cap. 28.
Antisthenes, peripateticus. id. cap. 3.
Apollodorus ἐν τοῖς χρονικοῖς. Long. cap. 2.
Apollonius Dyscolus. Mirabil. cap. 11. Grammaticus. id. cap. 13. 17.
Callimachus. id. cap. 4.
Clitarchus. id. cap. 4. 5.
Craterus. id. cap. 32.
Dicaearchus. id. cap. 4. 5.
Dorotheus ἐν ὑπομνήμασιν. Mirabil. cap. 26.
Eumachus ἐν περιηγήσει. id. cap. 18.
Herodotus. Longaeu. cap. 4.
Hesiodus. Mirabil. cap. 4. 5.
Hieron, (Meurs. legit Heron) Alexandrinus siue Ephesius. id. cap. 2.
Hippostratus περὶ Μίνω. id. cap. 30.
Homerus. id. cap. 11.
Megasthenes. id. cap. 33.
Oracula. Mirabil. cap. 3. et 10. Longaeu. cap. 4.
Theopompus, Sinopensis, περὶ σεισμῶν. id. cap. 19.

VI. Phlegonti subiiciam eiusdem aetatis auctorem ARTEMIDORVM, Daldianum, vna cum aliis quibusdam scriptoribus Onirocriticis. *Artemidorus* ille, Hadriani et Antonini Pii temporibus vixisse se, innuit lib. I. cap. 28. pag. 26. et cap. 66. pag. 55. vt Rigaltio iam obseruatum. Daldianus, quam Ephesius, maluit vocari, licet paterno genere Ephesius, materno Daldianus esset, vt Daldiae siue Daldidi, oppido Lydiae alioqui obscuro, nomen aliquod ex se foeneraretur. En eius verba lib. III. cap. vlt. pag. 193. ex quibus intelliges plura etiam alterius argumenti scripsisse: τὰ μὲν δὴ χρειώδη, Κάσσιε Μάξιμε, τοῖς βιβλίοις καθὼς προσῆκεν ἐξ ὁλοκλήρου πάντα ἀποδέδοται. Τὴν δὲ ἐπιγραφὴν μὴ θαυμάσῃς, διότι Ἀρτεμιδώρου Δαλδιανοῦ καὶ οὐχὶ Ἐφεσίου ἐπιγέγραπται, ὥσπερ πολλὰ τῶν ἤδη εἰς ἄλλας πραγματείας πεποιημένων μοι βιβλίων. Τὴν μὲν γὰρ Ἔφεσον συμβέβηκε καὶ αὐτὴν δι' ἑαυτὴν περιώνυμον εἶναι, καὶ πολλῶν ἀξιολόγων κηρύκων τετυχηκέναι. Δαλδία δὲ (Suidae codicibus Δαλδίς) πόλισμα Λυδίας καὶ οὐ σφόδρα ἐλλόγιμον διὰ τὸ μὴ τοιούτων ἀνδρῶν τετυχηκέναι ἄγνωϛον τὸ μέχρι εἰς ἐμὲ μεμένηκε. διὸ θρεπτήρια ὄντα μοι πατρίδι πρὸς μητρὸς, ταῦτα ἀποδίδωμι αὐτῇ. Ephesius tamen vocatur a Luciano in Philopatride libro IV. capite 74. illum solum praedicat felicem Artemidorus, ᾧ μηδὲν μέτεϛι κακοδαιμονίας, qualis [?] est mortuus. Hinc Epicureum nonnulli voluerunt coniicere. [vid. supra, vol. III. p. 600.] Sed idem plane aliis etiam pronunciatum, vt Soloni illi ad Croesum. Et ab Epicureo quiduis potius exspectes, quam diuinationem tam sollicitam e somniis, ex auium inuolatu, et ex manus lineamentis [r]), Stoico philosopho [s]) digniorem. Philosophum

q) De quibus copiose differit *Franzius* in ed. sua pag. 177 sqq in indice primo. *Harl.*

r) Praeter Onirocritica, quae exstant, scripsisse Artemidorum etiam οἰωνοσκοπικὰ et χειροσκοπικὰ, testatur Suidas, [et ex eo *Eudocia* in Violar. pag. 74.]

s) Fuit etiam gener Musonii, philosophi stoici, docente *Plinio* lib. III. epist. 11. qua tota Artemidorum laudat. Immo Plinius paullo post diserte dicit, Artemidorum fuisse *adsectatorem Musonii. Heum.* — Ad Plinii epistolam vide interpretes, inprimis Catanaeum, de Artemidoro et Musonio. Sed Fabric. paullo post in sect. IX. nostrum distinguit ab Artemidoro, Musonii genero. Atque de aetate Artemidori, quem etiam laudabat Lucianus, *Gesnerus* in diss. de aetate et auctore Philopatris §. IX.

ſophum Suidas quoque adpellat, ipſe vero ſe nec rei medicae, phyſicaeue nec rerum humanarum demonſtrat fuiſſe imperitum.

VII. Exſtant huius Artemidori libri quinque de ſomniis, quorum *duo* primi Onirocritica ſiue diuinationem e ſomniis per claſſes rerum de quibus obtingunt ſomnia perſequentes in illuſtris cuiusdam viri *Caſſii Maximi* gratiam ſcripti eique dicati ſunt, quem initio libri IV. p. 197. *κράτιϛον* appellat, atque alibi a virtute ac ſapientia celebrat. [vid. paullo poſt, not. *v*.] Liber *tertius* ad eumdem Maximum miſſus eſt ſub titulo *Φιλαλήθους ἐνοδίου*, atque paralipomena quaedam eiusdem argumenti complectitur. *Quartum* filio cognomini inſcripſit Artemidorus noua itidem paralipomena de ſomniis interpretandis continentem. Atque hi ſunt quatuor libri *Ὀνειροκριτικῶν*, quae ſcripſiſſe Artemidorum, Suidas refert. Qui enim in editionibus ſubiungitur *quintus*, itidem filio dicatus, continet *ὀνείρων ἀποβάσεις*, ſiue narrationes ſomniorum prope centum cum eorum euentibus. Bene de hoc opere *Voſſius* lib. de philoſophia cap. V. §. 50. *Rem ſi ſpectes, nihil eo vanius. Sed vtilis tamen eius lectio erit ob tam multa, quae admiſcet de ritibus antiquis et ſtudio humanitatis.* Iulio Scaligero quidem iudice in lib. I. Ariſtot. de plantis pag. 121. *vix dici poteſt, quam ridiculus plerumque ac plane ſomnians ſit. Non ille, quae contigerint aliquando, quaeque eum ad modum forte obſeruata ſint, potius deducere videtur ad praeceptiones, quam praeſcribere vel deo vel naturae, quibus artibus ſomniorum lex ſit mortalibus edicenda. Tum ſparſim ac confuſe omnia: quae ſolus ac primus Augerius* [t]) *noſter hic ad artem redegit ſubtiliſſimis inuentis.* Artemidorum noſtrum cum *Ariſtandro*, Telmiſſenſi, celebri Alexandri M. ſomniorum interprete [u]), memorat *Lucianus* in dialogo, cui titulus Philopatris tom. II. pag. 775. [tom. III. pag. 608. edit. Reitzii, vbi vid. not. M. du Soul et Gesneri.] Artemidorus ipſe praefat. libri I. teſtatur, ſe non modo ſcriptores huius argumenti, quoscunque nanciſci potuit, diligenter comparaſſe omnes et euoluiſſe; ſed quoque [P] per plures annos, in Graecia, Aſia et Italia inſulisque maximis et populoſiſſimis eſſe verſatum, vt de pluribus edoctus et plurimis diuinatoribus conſultis ſomniorum rationes quam perfectiſſime perſcribere valeret. Nec dubitat adfirmare, quod a Numine ad hoc ſuſcipiendum ſingulariter permotus ſit impulſusque pag. 197. *Ἐπειδὴ κατὰ δαίμονα καὶ τὴν τοῦ κρατίϛου Κασσίου Μαξίμου σπουδὴν προετράπην ὀνειροκριτικὰ βιβλία ποιήσασθαι*: et clarius pag. 161. vbi monet lectores, ne, quae ipſis ſuperflua videantur, e libris ſuis eradant, vel de ſuis addant, ſed potius propria ſcripta componant. *Θεὸν ἐπόπτην καὶ φύλακα πάντων νομίζοντες Ἀπόλλωνα, ᾧ πειθόμενος ἐγὼ πατρίῳ ὄντι Θεῷ εἰς τήνδε τὴν πραγματείαν προῆλθον πολλάκις με προτρεψαμένῳ, μάλιϛα δὲ νῦν ἐναργῶς ἐπιϛάντι μοι, ἡνίκα σοι ἐγνωρίσθην, καὶ μονονουχὶ κελεύσαντι ταῦτα συγγράψαι. Οὐδὲν οὖν θαυμαϛὸν τὸν ἐν Δαλδίᾳ Ἀπόλλωνα, ὃν μύϛην καλοῦμεν ἡμεῖς πα-*

§. IX. Sed *Valeſius* emendatt. libr. III. cap. IX. pag. 90. coniicit, Artemidorum vixiſſe principatu Diui Marci, *Bernardus* vero in epiſtola ad Reiskium temere adligat eius aetatem temporibus Conſtantini: qua de re iam diſputaui in Introduct. in hiſt. L. Gr II. parte I. pag. 117 ſq. adde *Baylium* in Dict. v. *Artemidore*, vol. I. p. 362 ſqq. *Harl.*

t) Augerium Ferrerium intelligit in libro de ſomniis, quem cum ſcriptis Hippocratis, Galeni et Syneſii eiusdem argumenti edidit Lugd. 1549. apud Tornaeſ. forma minore.

u) De quo vid. *Eudocia* pag. 75. *Harl.*

τρώω ὀνόματι, ταῦτά με προτρέψασθαι τῆς σῆς ἀρετῆς καὶ σοφίας προνοούμενον. Καὶ γὰρ εἶναί τινα Λυδοῖς προξενίαν πρὸς Φοίνικας v), *οἱ τὰ πάτρια ἡμῖν ἐξηγούμενοι φασίν.*

VIII. [Codices mssti ſunt in biblioth. *Veneta* D. Marci duo, ſaec. V. (vid. catal. codd. graec. pag. 131 ſq.) — in bibl. *Laurent. Medic.* (*Bandin.* catal. codd. gr. III. col. 387. ſq.) cod. VIII. plut. 87. et Band. adnotat, *Tollium* in codicis integumento ſcripſiſſe, ſe 1687. menſ. Oct. contuliſſe hunc codicem cum Rigaltii editione, vt hinc ederet emendatiorem. Band. vero addit, ſe multas lectiones, ab editione Rigaltii diſcrepantes, praecipue circa diuiſionem et numerum capitum in praemiſſis fabulis animaduertiſſe. — In *M. Britannia* in bibl. *Bodleiana* nr. 2945. (cat. MSS. pag. 152.) ex cod. *Nafri* arabicus, continens ſomniorum interpretatt. ex *Artemidoro*, quem ſaepius citat, aliisque conſarcinatas. — In bibl. *Cantabrig.* collegii Caio Gonuilenſis nr. 950. cod. gr. Artemidor. de interpret. ſomniorum. — In bibl. *Edu. Bernardi* inter libros gr. cum ſcriptis codd. collatos etc. nr. 4707. Artemidorus. — *Neapoli* in bibl. S. Ioan. de Carbon. etc. cod. recens bombycin. vid. *Montfauc.* diar. italic. pag. 311. *Harl.*]

Graece primum editi ſunt libri quinque *Artemidori* ab Aldo w) a. 1518. 8. x)

Latine vertit *Ianus Cornarius,* phyſicus Francofordienſis, Baſil. 1537. y) 8. apud Froben. [In Maittaire A. T. III. pag. 300. rectius citatur: Baſil. 1539. 8. per Hier. Froben. et Nic. Epiſcop.] et Lugd. 1546. 8.

Graece et *latine*, retenta Cornarii verſione, licet non vsque quaque optima, recudi fecit *Nicolaus Rigaltius,* Pariſ. 1603. 4. additis eruditis notis, in quibus hinc inde laudat emendationes Iſaaci Caſauboni. De titulis vero capitum obſeruat pag. 10. *Hic ſemel notandum, quod ſaepiuscule in his libris obſeruari poſſit, imperitos librarios ineptis titulis cohaerentia capita disiunxiſſe.* Subiecit idem Rigaltius Onirocritica *Aſtrampſychi*, *Nicephori CPol.* et *Achmetis*, de quibus infra §. XI ſq. [In catal. bibl. *Leidenſis* pag. 246. nr. 30. citatur edit. cui *Iſ. Voſſius* hic illic adſcripſit quaedam.]

Artemidori editionem a *Grutero* promiſſam teſtatus eſt *Iſ. Caſaubonus* epiſtola 33. ad Frid. Lindebrogium ſcripta a. 1595. Noſtra aetate nouam huius ſcriptoris *ἔκδοσιν* moliebatur *Iacobus Tollius*, qui loca perpauca Artemidori tangit in fortuitis ſuis. [vid. paullo ante de cod. Florent. notata.] Plura emendauit et illuſtrauit *Lambertus Bos,* Franequeranae academiae

v) Num itaque *Caſſius* iſte magiſtratum gerebat in Phoenicia? Ita videntur haec Artemidori verba ſuadere. Phoenicium odoratus etiam eſt accuratiſſimus *Tillemontius* tom. II. hiſt. imperator. pag. 732. [adde *Baylium* l. c. lit. *C.*]

w) Caue credas Lindenio et Merklino, qui in opere de ſcriptis medicis referunt, praeter libros quatuor de ſomniis editos etiam eſſe ab Aldo libros II. eiusdem Artemidori de auguriis ac manuum inſpectione (*οἰωνοσκοπικὰ* et *χειροσκοπικὰ*) graece a. 1527. 4. Hoc obſeruatum etiam Baelio in Lex.

x) De editt. ac verſionibus plura leges cum in *Clement.* Bibl. curieuſe etc. tom. II. pag. 150 ſqq. vbi pag. 152. copioſe memorat verſiones gallicam, cum diuinationibus *Auguſt. Niphi,* Lugd. 1609. 8. et Pariſ. 1664. 8. atque italicam *Petri Lauri*, Venet. 1542. et 1547. 8. tum *Melch. Lud. Widekind* ausführl. Verzeichn. von raren Büchern, part. I. pag. 221 ſqq. vbi quoque verſio german. Argent. ſ. a. in 8. et Lipſiae 1666. 8. indicatur. *Harl.*

y) Hic anni error eſt, forſan typographi. *Harl.*

demiae lumen, in [?] obſeruationibus criticis miſcellaneis, Franequerae a. 1707. 8. editis cap. 21 ſqq. caſtigatis etiam variis Cornarii interpretis erroribus. *Fabric.* [*Io. Henr. Valeſius* in libro I. Emendationum cap. 17 — 22. emendat tum verba graeci textus, tum verſionem Cornarii: et Burmann. in notis quaedam adiicit. — *I. Iac. Reiske* in Animaduerſſ. ad graecos auctores, vol. V. pag. 627 — 722. critice perſequitur Artemidori libros. — *Toup.* in emendatt. in Suidam et Heſychium, *Doruill.* in comm. ad Charitona hinc inde plura emendant loca etc.]

Verſiones Artemidori *Gallicas, Anglicas, Italicas* [z]), *Germanicas* et *Hiſpanicas* libenter praetereo, quia fere non ſunt ſincerae, ſed fruſtra incaſſum intercedente et per Apollinis reuerentiam hoc deprecante auctore [aa]) vel mutilae vel variis modis interpolatae. Eas petat qui velit ex Hendreichii pandectis Brandeburgicis, qui tamen, vbi de hoc ſcriptore agit, non eſt valde accuratus. Quis enim vidit libros eius de Auguriis et de manuum inſpectione? quis tres editiones Venetas Artemidori graecas in 4. a. 1518. 1527. 1529.? Quis hiſpanicam Lugd. 1609. additis Auguſtini Niphi octo libris diuinationum! Sane, quae in indice hiſpanico proſcribitur editio Artemidori illius anni Lugdunenſis, (quemadmodum prohibentur in eodem indice omnes lingua vernacula quacunque editae,) Gallica eſt, (non Hiſpanica,) additis *Auguſtini Niphi* diuinationum libris. Prodiit et *Artemidorus gallice* Lugd. 1596. 12. et epitome per *Carolum Fontanum*, Lugd. 1555. 8. Pariſ. 1566. forma minore. [*germanice* aliquoties. vid. *Schummelii* Ueberſetz. Bibl. pag. 98. Beyträge zur kritiſch. Hiſt. der deutſchen Sprache, part. IX. pag. 206. *Harl.*]

IX. *Alii Artemidori.*

Artemidorus *Ariſtophanius*, grammaticus, cuius περὶ δωρίδος et γλώσσας ὀψαρτυτικὰς laudat Athenaeus. [Carmina quaedam, cum Theocrito ſunt in cod. Coislin. CCCLI. in Montfauc. catal. p. 518.] Gloſſas opſartyticas Suidas quoque memorat, qui Pſeudo-Ariſtophanium adpellat in Τιμαχίδας et Ἀρτεμίδωρος, vbi conſule notas doctiſſimi Neocori. *Fabric.* [Ad hunc forſan referenda eſt enarratio ſuper collectione bucolicorum poematum, in cod. Pariſ. MMDLI. nr. 28. (teſte catal. II. pag. 520.) et in Medic. Flor. teſte *Bandin.* catal. codd. gr. tom. II. pag. 210. et fortaſſe in cod. Mediolan. vid. Fabr. B. Gr. vol. III. pag. 777.]

Artemidorus, *Aſcalonita*, grammaticus, quem περὶ Βιθυνίας ſcripſiſſe teſtatur Stephanus Byz. in Ἀσκάλων. Hunc male cum *Epheſio* geographo Voſſius pag. 143. de Hiſt. Graec. confundit. Veriſimilior, quamquam incerta, coniectura eiusdem *Voſſii* pag. 143. vbi cum Ariſtophanio coniicit eumdem eſſe, vel *Meurſii* in Biblioth. graeca, qui cum Artemidoro Capitone.

Artemidorus *Capito*, grammaticus, ſub Hadriano imp. clarus, qui iunctis cum Dioſcoride Alexandrino operis Hippocratem olim recenſuit, non parum ſibi in eo licere ratus, vt Galenus haud vno loco conqueritur. Vide, quae notaui infra in indice ſcriptorum, a Galeno laudatorum. [et *Villoiſon.* in anecdot. gr. tom. II. pag. 136 ſq. not. 1.] Huius neſcio, an ſuperioris Artemidori, grammatici, λέξεις citat Erotianus in Λάσιον.

Artemi-

z) De italicis v. *Paitoni* bibl. degli autori volgarizz. tom. I. pag. 130 ſq. *Harl.*

aa) Artemidor. lib. II. extrem.

Artemidorus, *Cnidius,* Theopompi F. *Strabo* XIV. pag. 656. rhetor et litterarum graecarum doctor, is ipse, qui libellum insidiarum indicem Iul. Caesari, Idibus Martiis in curiam eunti, frustra obtulit. *Plutarch.* Caesare p. 783. *Zonaras* tom. I. p. 491. edit. Paris. [P]

Artemidorus, *dialecticus,* qui contra Chrysippum scripsit. *Laert.* IX. 53.

Artemidorus, *Ephesius,* geographus, Straboni, Plinio et Stephano Byz. saepius laudatus, claruit circa Olymp. CLXIX. adeoque ducentis circiter annis Artemidorum, Daldianum, aetate antecessit, cum quo eum aliud agens confundit Gesnerus vir praestantissimus in bibl. *Geographiam* complexus fuit Artemidorus *vndecim libris,* quorum epitomen scripsit *Marcianus Heracleota,* vt dixi supra [tom. IV. pag. 613 sq.] libro IV. cap. 2. §. 10. [In bibl. *Leidensi* inter Scaliger. codd. nr. 61. catal. p. 342. est aliquid ex Artemidori geographicis.] Citatur etiam a *Diodoro Sic. Porphyrio* de antro Nymphar. pag. 233. *Constantino* de administrando imp. pag. 23 sq. et *Athenaeo,* qui praeterea *Artemidori Ephesii,* (nescio an huius,) Ἰωνικὰ ὑπομνήματα laudat III. pag. 111. Conf. *Meursium* in Bibl. Graeca et *Vossium* de Hist. Graecis. Fragmenta huius *Artemidori* pleraque collegit ad calcem Marciani *Hudsonus* tom. I. Geographor. Graec. minorum. *Fabric.* In fragm. Steph. Byzant. in cod. Coisl. CCXXVIII. in *Montfaucon.* catal. codd. bibl. Coisl. pag. 288. fragment. de *Dora* vrbe adfertur ex *Artemidori* epitome decima prima, et in nono γεωγραφουμένων idem haberi, additur. — In catal. bibl. *Leidensi* pag. 197. citantur *Artemidori,* (s. Marciani et aliorum,) *geographica,* gr. per *Dau. Hoeschelium,* Augustae Vindelic. 1600. 4. cum notis msstis Isaaci Vossii. *Harl.*

Artemidorus, *Erasistrateus.* Vide infra, in Artemidoro, Sidensi siue Sidete.

L. Artemidorus in vet. inscriptione apud *Sponium* pag. 117. Misc. Vide et *Rossi* siue *Rubei* memorias Brixianas pag. 94. edit. secundae.

Artemidorus *Musonii,* philosophi gener, philosophus et ipse, amicus Plinii iunioris, quem vide lib. III. epist. IX.

Artemidorus *Parianus.* Senec. lib. I. nat. quaest. cap. 4. *Fabric.* Hic probabiliter is quoque est, cuius dogmata astronomica secundum ordinem recenset idem *Seneca* quaest. nat. VII. 13. *Harl.*

Artemidorus *pictor.* Martial. V. 41. Nescio an alius IX. 22.

Artemidorus praefectus vrbis, Theodorico rege. Cassiodor. lib. I. variar. epist. 42 sq.

Artemidorus *pugil.* Infra in Artemidoro Tralliano.

Artemidorus *Sidensis,* Erasistrati sectator, medicus, laudatus Coelio Aureliano, et diversus ni fallor ab Artemidoro Capitone, de quo supra.

Artemidorus *Tarsensis,* grammaticus. Strab. XIV. pag. 675.

Artemidorus *Trallianus* pugil, de quo *Pausanias* II. Eliac. et *Martialis* VI. 77. *Loensis* V. 10. Epiphyll.

Incertum, cuius Artemidori *Elegiae* περὶ ἔρωτος laudantur in Eratosthenis catasterismis cap. 31. *Artemidori* συναγωγὴ in scholiis ad Aristoph. Vespas V. 1164. *Artemidorus,* quem inter scriptores *de pyramidibus* refert *Plinius* XXXVI. 12. nisi Ephesium alibi laudatum intelligit, qui in opere geographico potuit, vbi de Aegypto disserebat, pyramides quoque describere. [P]

X. *In-*

X. *Index ſcriptorum ab Artemidoro citatorum.*

Compoſitus ad paginas editionis Rigaltianae.

Alexander, Myndius, 58. 90. 152.
Antipater ὀνειροκρίτης, 240.
Antipho, Athenienſis, 103.
Apollodorus, Telmiſſenſis, 73.
Apollonius, Attalenſis, 33. 175.
Archaeus, 112.
Archelaus, 114.
Ariſtander, Telmiſſenſis, 30. 73. 217.
Ariſtarchus ἄριστος ὀνειροκρίτης, 216.
Ariſtophanes (grammaticus) ἐν τοῖς εἰς Ἀριστοτέλην (περὶ ζώων) ὑπομνήμασι, 103.
Ariſtoteles, 14. de animalibus, 103. 214.
Artemon, Mileſius, 7. Eius libri XXII. de ſomniis, in quibus συνταγαὶ καὶ θεραπεῖαι ἀπὸ Σαράπιδος δοθεῖσαι, 142.
Callimachus, 251.
Demetrii Phalerei libri quinque de ſomniis, 142.
Dionyſius, Heliopolites, 152.
Euenus ἐν τοῖς εἰς Εὔνομον ἐρωτικοῖς, 12.
Euripides, 237.
Gemini Tyrii libri III. de ſomniis, 142.
Heraclides Ponticus, 239.
Heſiodus, 237.
Homerus, 1. 6. 199.
Lycophron, 239.
Melampus, 114.
Menander, 102.
Nicoſtratus, Epheſius, 10.
Panyaſis, Halicarnaſſeus, 10. 55. 124.
Parthenius in elogiis, 239.
Phoebus, Antiochenus, 7. 90. 229. 241.
Pindarus, 91.
Theognis, 32. 56.
Xenocrates, Aphrodiſienſis, 114.
Xenophon, 56.

XI. Artemidoro Rigaltius ſubiecit ASTRAMPSYCHI Onirocriticon ſiue monoſticha iambica graeca centum et vnum de ſomniorum ſignificatione, digeſta ordine litterarum, cum latina proſaria verſione *Ioannis Opſopoei* bb). Aſtrampſychus Magi Perſae nomen eſt, vt e Laertii prooemio patet ſect. 2. et Suida in Μάγοι cc). Sed hic Aſtrampſychus quidam iunior eſſe videtur. *Non admodum vetus auctor eſt*, inquit Rigaltius, *vt ex charactere ſcribendi, item ex neglectu moduli ſyllabarum apparet.* Suidas eius meminit his verbis: Ἀστράμψυχος, ὃς βιβλίον ἰατρικὸν εἰς ὄνων θεραπείαν πεποίηκε, καὶ Ὀνειροκριτικόν. Sed et ſingulos verſus Onirocritici ſparſim per totum lexicon ſuum protulit, nomine auctoris, vt ſaepe ſolet, praeterito. *Fabr.* *Suidas* voc. Γελῶν καθ᾽ ὕπνους, tom. I. p. 471. citat verſum onirocriticum, quem, Küſter. notat, depromtum eſſe ex Aſtrampſycho, et, quia in antiquiſſimo cod. Pariſ. deeſt, in altero autem ad marginem ſcriptus, a recentioribus Suidae inſertum eſſe; idem de omnibus aliis verſibus onirocriticis, qui paſſim apud Suidam leguntur, putat eſſe dicendum. *Harl.* Verſus LXXV. collegit, (e Suida ni fallor,) et auctoris nomen ſe [410] fugere profeſſus, iambis latinis donauit *Hadrianus Iunius* lib. I. animaduerſ. Roterod. 1708. 8. cap. 18. dd) Ex *Iunii* editione graece illos et latine exhibuit *Iulius Caeſar Bulengerus* lib. V.

bb) *Obſopoei* Oracula etc. prodierunt Pariſ. 1599. 8. de qua edit. it. de Aſtrampſycho multus eſt *Freytag.* in adpar. litter. tom. III. p. 92 ſqq. *Harl.*

cc) Hinc colligo, hoc non eſſe verum auctoris nomen, ſed eum adſumſiſſe nomen perſicum Magi, quia Magi ſomnia interpretabantur. *Heum.*

dd) *Ioach. Camerar.* edidit Ἐπιγράμματα ἑλληνικὰ τῶν παλαιῶν ποιητῶν καὶ ἐπιτάφια. *Epigrammata veterum poetarum — cum epigrammatis Ioach.*

lib. V. de ratione diuinationis cap. 5. Emendauit deinde et Astrampsycho restituit *Iosephus Scaliger*, e cuius recensione legitur ad calcem oraculorum veterum graece et latine cum notis editorum a *Ioanne Opsopoeo*, et nostra aetate a *Seruatio Gallaeo*, Amstel. 16.9. 4. Rigaltianam editionem sequutus est *Io. Meursius* capite vltimo mantissae, libro de luxu Rom. Hagae Com. 1605. 4. Hafniae 1631. 4. subiectae *ee*), et castigationes quasdam addidit, e Suida maxime et qui Astrampsychi vestigiis passim insistit, NICEPHORO *ff*), CPolitano patriarcha, cuius siue *Nicephori Gregorae gg*), Ὀνειροκριτικὸν κατὰ ἀλφάβητον versibus iambicis 146. e duobus MSS. regiae bibl. vno et If. Casauboni altero subiunxit idem *Rigaltius* cum latina sua versione prosaria. Nonnullos *Astrampsychi* versus male prouerbiis accensuere Erasmus et Hadr. Iunius. Simile Onirocriticon *Germani Patriarchae* CPol. MS. exstat quoque in bibl. Caesarea Vindobonensi. Adi *Lambecium* lib. V. pag. 237 sq. [*Nessel.* catal. cod. theol. pag. 333.] *Astrampsychi* ad Ptolemaeum sors, qua interrogati vel interrogantes diuinant, MS. fuit in bibliotheca Cardinalis a S. Angelo, teste *Labbeo* pag. 168. bibl. nou. MSS. *Fabric.* Infra in libr. V. cap. 45. vol. X. pag. 490. scripserat Fabr. quaedam, quae huc pertinent. „*Astrampsychi* astrologia persica MS. memoratur in *Iosephi Scaligeri* epistolis LX. LXIII. LXVII. LXVIII. atque habuit Cangius ex cod. Colbertino, Ἀστραμψύχου λαξευτήριον. Incipit: Πτολεμαίῳ Ἀστράμψυχος ἱερεὺς καὶ βίβλων ἐπισφραγιτὴς ἰδίῳ δεσπότῃ χαίρειν. Sequitur in eodem codice eiusdem θεωρία τῶν ἀστέρων. Deinde ἀρχὴ σὺν θεῷ πυθαγορικοῦ *hh*) λαξευτηρίου ἤτοι τοῦ Ῥαβουλίου οὕτω περιλεγομένου Περσιστί.“ De eius astrologia persica et forte, atque de Laxeuterio aliisque codicibus Venet. Florent. ac Vindobon. plura sunt adnotata supra in vol. IV. pag. 150 et 152. — Add. *Io. Fabricii* historiam biblioth. part. V. pag. 259 sq. *Harl.*

XII. Iunxit praeterea *Rigaltius* Artemidoro suo Onirocritica, graece ante inedita, et Aegyptiorum *ii*), Indorum, Persarumque de somniorum significatione sententias exponentia, auctore ACHMETE, siue Achamete, F. Seirim *kk*), qui Mamunis πρωτοσυμβούλου Caliphae Babylonii interpres somniorum fuisse creditur circa a. Chr. 820. *ll*) Ea circa a. Chr. 1160. latine vertit *Leo Thuscus*, dicauitque Hugoni Etheriano, itidem Thusco. Confer eius specimina quaedam apud *Barthium* XXXI. 14. aduers. Transtulit etiam italice *Tricassus*

Ioach. Camerarii et Iac. Micylli, Basileae, ex offic. Heruag. Basil. 1538. 8. In illis exhibentur, (notante *Fabricio* in B. Gr. vol. XIII. pag. 495.) inter alia, pag. 138. onirocritica adiuncta, onirocriticis *Astrampsychi* fine auctoris nomine praemissis. In hac autem Camerarii editione sunt versus LXXXIV. *Harl.*

ee) Hanc mantissam omisit *Graeuius*, qui *Meursii* librum de luxu Rom. recudendum curauit tom. VIII. thes. antiqq. rom. — Centum *Astrampsychi* cum *Hieronymi Wolfii*, (qui Suidae historica interpretatus est,) latina versione vulgauit *Herman. Germbergius* cum XIV. centuriis prouerbiorum, collectis e Suida, et vtraque lingua editis, Basileae 1583. 8. *Harl.*

ff) Vid. infra, vol. VI. pag 299 sq. *Harl.*

gg) De quo vide infra, lib. V. cap. V. vol. VI. pag. 300 sqq. *Harl.*

hh) Hinc *Astrampsychi* coelum pythagoricum adpellat Cangius.

ii) Cap. 2. laudatur Συρβαχὰμ ὁ ὀνειροκρίτης τοῦ τῶν Ἰνδῶν βασιλέως. Cap. 3 Βαράμ ὁ ὀνειροκρίτης Σαανισὰν βασιλέως τῶν Περσῶν. Cap. 4. Ταρφὰν ὁ ὀνειροκρίτης τοῦ Φαραὼ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων.

kk) Cap. 45 ὄναρ ἐθεάσατο ὁ πρωτοσύμβουλος Μαμοῦν — ἀπέστειλε πρὸς τὸν ὀνειροκρίτην Σειρὰμ.

ll) Exemplo, quod est in bibl. *Leidensi*, Vossius hic illic adnotauit quaedam. vid. catal. pag. 154 et 246. *Harl.*

fus Mantuanus. Denique e msto Sambuci codice vertit *Ioannes Leunclauius*, ediditque lati e, sed sub falso, vt ipse postea in annalibus Turcicis agnouit, *Apomasaris* nomine, et aliquot capitibus mutilum. Francof. 1577. 8. mm) Versionem Leunclauii Rigaltius suppleuit, graeca vero addidit e duobus mstis codicibus bibl. regiae Paris. sed vtroque ἀκεφάλῳ, ita, vt inscriptio et caput primum desideretur, quod e msto Vindobonensi supplet *Lambecius* lib. VII. pag. 263 sq. nn) Inscriptio haec est: Βιβλίον ὀνειροκριτικὸν ὅπερ συνῆξε καὶ συνέταξεν Ἀχμὲτ υἱὸς Σηρεὶμ ὁ ὀνειροκρίτης τῦ πρώτυ συμβύλυ Μαμῦν. Absoluitur opus capitibus CCCIV. quorum septimum [ℙ] ex Apomasare esse depromtum, idem *Lambecius* obseruat pag. 274. neque pag. 269. adsentitur Rigaltio, qui haec Onirocritica ex Arabico Achmetis oo) Arabis medici versa existimabat, cuius *libros septem de re medica* habuisse se testatus est Ianus Antonius Saracenus notis ad Dioscoridem. Equidem *Mamunus* ille Cedreno, Zonarae, Elmacino et continuatori Theophanis etc. celebratus, in cuius gratiam opus de somniis Achmetis scripsisse putatur, graecae linguae haud erat ignarus. Sub *Achmetis* huius nomine *Astrologica* quoque occurrunt MSS. in bibliothecis, et laudantur a Meursio in glossario Graecobarbaro. [vid. supra, in vol. IIII. pag. 147 sq.] *Onirocritica* insuper gallice vidisse lucem Paris. a. 1581. 8. atque deinde germanice edita esse, testis in pandectis Bran-

 denbur-

mm) Vide *Clement* Bibl. curieuse etc. tom. I. pag. 430. vbi de argumento et auctore libri in not. 54. fusius agitur. Ibid. pag. 35. memoratur versio *ital. Tricassi Cerasari.* Venet. 1546. 8. Add. *Widekind* de libr. rarior. I. p. 17 sq. et p. 153.

nn) S. col. 561 sqq. edit. Kollarii, qui in nota multus est de auctore et libello. Suspicatur autem, Arabem, ac religione Muhammedanum, fuisse hunc auctorem, idque vel sola eius nomina atque cognomina adtestari. Tum, opus ipsum, ait, in quinquaginta capita diuisum, dubium non est, quin ab hoc nostro Graeco sit diuersum; quam etiam ob rem vehementer mihi quoque eorum probatur sententia, qui existimant, opus hoc ex *Achmete, Apomasere* aliisque gentilium scriptorum operibus a christiano quodam scriptore, qui diu post vixerit, esse collectum. — Christianum autem graecum illum esse, arbitror, *Simeonem Sethum*, siue *Sethi* filium, medio saeculo XI. florentem, arabici idiomatis peritum, et ab eiusmodi Arabum somniis non abhorrentem.“ In eodem tomo recensentur col. 577. cod. CXXXXIV. et col. 585. cod. CXXXXV. atque col. 586 sq. cod. CXXXXVI. *Achmetis, filii Sereim Oneirocriticon.* Ex postremo Io. Leunclau. id opus primus latine vertit atque edidit. Lambecius autem adnotat, *Apomasari* hoc Oneirocriticon ibi propterea adtribui, quia capiti septimo de resurrectione mortuorum ex disciplina Persarum nomen *Apomasaris* expresse additum est hoc modo: ἐκ τῶν Περσῶν περὶ ἀναστάσεως, Ἀπομάσαρος. Hinc, iudicat, aliquem perperam colligere, *Apomasarem* totius *Oneirocritici* auctorem esse, ideoque in capite primae paginae instar tituli generalis rubricate scripsisse ἀπομάσαρος, quum reuera hoc nomen non nisi ad solum *caput septimum* pertineat. Ex quatuor illis codd. Caesareis, cum edit. Rigalt. collatis, *Tollius*, vt in quarta itineraria epistola sua pag. 100. scribit, omnes in ed. Rigalt. obuios hiatus expleuit, et, se inde plura, quam mille, immo bis mille menda sustulisse gloriatur. Id opus apud Tollii ex fratre filios, Henninius ad illam Tollii epist. pag. 118. adnotat, exstare, forsan aliquando edendum: quod tamen consilium improbat Kollarius, col. 563 sqq. Hinc inde tamen inepti libelli supersunt codd. e gr. *Neapoli* in bibl. Augustinensium S. Io. ad Carbonariam nr. 43. cod. bombyc. saec. XV. mutilus ab init. *Achmetis* ὀνείρων διάσκεψις. — *Leidae* inter codd. quondam Vossianos, in catal. pag. 389. nr. 49. Achmetis Oneirocritica, auctiora Rigaltianis. — In bibl. publ. *Parisina* sunt duo codd. nr. 2511. (in quo etiam insunt *Nicephori* oneirocritic. versibus iambicis; *anonymi* oneirocrit. breue, cuius auctor res futuras e lunae cursu diuinari posse contendit, et alius *anonymi* oneirocrit. ordine alphabetico digestum,) et cod. MMDXXXVIII. sub finem saec. XV. exaratus. *Harl.*

oo) Diuersus Achmet, medicus, filius Abramii, nepos Chaletis. Vide Lambecium lib. VI. pag. 126 sq. et lib. VII. pag. 265 sq.

denburgicis Hendreichius. Cangius vero refert, in codice regis chriſtianiſſimi 1845. inſcribi Ὀνειροκρίτην Συρὶμ, et alio ordine, quod ſpectat ad ſeriem capitum, et ſecus etiam in contextu ac in edito legi. Forte collectum opus hoc graecum eſt ex Achmete, Apomaſare et aliis a chriſtiano quodam graeco, qui diu poſt vixit. Confer Cangii gloſſarium in Μαμὲν. Sane chriſtiani ſcriptoris eſſe nemo qui vel primam paginam graecam legerit ambiget. Exſtat vero *arabice* etiam in bibliotheca regia Pariſ. nr. 1034. huiusmodi liber de ſomniorum interpretatione diuiſus in quinquaginta capita, de quo *Herbelotus* in bibliotheca orientali, vocabulo *Sirin*. *Thomam Morum* maximam partem alphabeti ſui compendiarii propheticorum iconismorum ex hoc Achmete compoſuiſſe, notat *Laurentius Lundius* in limine bibliothecae ſuae graecae. *Fabric.* Etiam *Peganius*, h. e. *Knorr de Roſenroth* in comment. in Ioannis Apocalypſin exſcripſit Achmetem. vid. *Clement* Bibl. cur. I. p. 430. not. — Add. *Caſiri* bibl. hiſpan. arab. tom. I. p. 401 ſq. *Bayle* Dict. voc. *Achmet*. *Saxii* Onom. II. p. 104 ſq. — *Iac. de Rhoer* in Otio Dauentr. pag. 338 ſqq. contulit lection. varr. codicis. *Harl.*

XIII. Hippocratis et Ariſtotelis ſcripta de ſomniis ſuo loco recenſui: exſtat quoque *Syneſii* liber et in eum *Nicephori Gregorae* ἑρμηνεία; et *Manuelis Palaeologi* Onirocriticum MS. Cangio laudatum, atque onirocriticum pſeudepigraphum *Danielis* prophetae ad regem Nabuchodonoſorem, de quo Labbeus bibl. nou. MSS. pag. 122. ne tangam, quae de hoc argumento diſputarunt *Cicero* libris de diuinat. *Chalcidius* p. 344 ſq. *Macrobius* in ſomnium Ciceronis, aliique: et inter recentiores Cardanus, Augerius Ferrerius, Iulius Caeſar Bulengerus, Caſpar Peucerus etc. Longe plures autem perierunt, quorum breui catalogo praeſens caput concludam.

Alexander Myndius, Artemidor. I. 69. II. 8 et 71.

Antipater, Artemidor. IV. 64.

Antiphon, Athenienſis, *Tertull.* cap. 46. de anima, *Artemidor.* II. 14. et *Fulgentius* I. Mythol. fabula de Daphne, Suidas in Ἀντιφῶν, *Cicero* de diuinat. I. 20. et cap. 51. II. 70. et *Seneca* IX. controuerſ. Confer *Ionſium* pag. 328 ſq. [ꝑ] *Fabric.* *Menag.* ad Diog. Laert. II. §. 64. *Fabr.* B. Gr. vol. II. pag. 752. not. *f.* nr. 2. vbi plura de illo ſomniorum coniectore leges. *Harl.*

Apollodorus Telmiſſenſis ἀνὴρ εὐλόγιμος. *Artemidor.* I. 82.

Apollonius Attalenſis cuius librum ſecundum citat *Artemidor.* I. 34. III. 28.

Ariſtarchus, ἄριστος ὀνειροκρίτης. id. IV. 25.

Ariſtander Telmiſſenſis. Lucianus Philopatride et *Artemidor.* IV. 26. e quo loco conſtat, eum Alexandri M. aetate fuiſſe.

Ariſtodemus ſiue Ariſtophon. *Tertull.* cap. 46. de anima.

Artemon. id. et Fulgentius loco laudato. *Euſtath.* ad Iliad. π'. [ſchol. cod. Ven. a Villoiſon. editi, ad Iliad. π'. 854. περὶ ὀνείρων] Mileſius patria fuit et libris XXII. ſomnia expoſuit. Vide Artemidor. II. 49. laudat et lib. I. cap. 2.

Caſſium Maximum cui Artemidorus libros ſuos dicauit inter ὀνειροκριτικῶν ſcriptores refert Ionſius pag. 329. quo teſte vel argumento neſcio.

Cratippus.

Cratippus. Tertull.

Demetrius Phalereus libris V. Artemidor. II. 49.

[*Dio Cassius*, de quo supra suo loco §. 6 et 12.]

Dionysius, Heliopolites, *Artemidor.* II. 71.

Dionysius, Rhodius. *Tertull.* cap. 46. de anima.

Epicharmus etiam summum apicem inter diuinationes somniis extulit cum Philochoro Atheniensi. id.

Geminus, Tyrius, libris III. *Artemidor.* II. 49.

Hermippus, Berytensis, quinione voluminum. *Tertull.*

Nicostratus, Ephesius. *Artemidor.* lib. I. cap 2.

Panyasis, Halicarnasseus, περὶ ὀνείρων libri II. *Suid.* *Artemidor.* lib. I. cap. 2. et 66. lib. 2. cap. 35.

Pappi, Alexandrini, ὀνειροκριτικά. Suid. [et *Eudocia* pag. 361.]

Philochorus, Atheniensis. Tertull. et Fulgent.

Phoebus, Antiochenus, *Artemidor.* lib. I. cap. 2. II. 8. IV. 50 et 67.

Serapion, Ascalonites. Tertull. et Fulgentius I. Mythol.

Strato. Tertull. [?]

[De scriptoribus onirocriticis vid. *Hadr. Iunium* in Animaduerss. lib. I. cap. 18. *Heum.*]

CAPVT XVI (olim XIV)

DE CLAVDIO PTOLEMAEO

I. *Ptolemaei aetas.* II. *Eius Geographia.* III. *Magna Syntaxis et in eam Theonis commentarii.* IV. *Tetrabiblus et in eum anonymi graeci scholia, Porphyrii siue Antiochi Isagoge et Procli Paraphrasis.* V. *Ptolemaei Carpus, et de electionibus.* VI. *Canon Regum.* VII. *De apparentiis fixarum.* VIII. *Pars prior huius libri iamprimum graece edita, vna cum versione Bonaventurae Vrbini. Editio alterius partis Petauiana e MS. emendata ac suppleta.* IX. *De analemmate.* X. *Hypotheses planetarum.* XI. *Planisphaerium.* XII. *Harmonica.* XIII. *De iudicandi facultate et animi principatu.* XIV. *Scripta Ptolemaei deperdita et suppositītia.* XV. *Alii Ptolemaei.* XVI. *De globis caelestibus veterum et similibus instrumentis astronomicis.*

[Cum supplementis *G. C. Harles.*]

I.

CLAVDIVS PTOLEMAEVS, Aegyptius, Pelusiensis [a]), (Arabibus inde *Elfelusi*,) diuersus non modo a regibus Aegypti hoc nomine, cum quorum aliquo nonnulli [b]) eum confuderunt, sed etiam a Ptolemaeo [c]), mathematico siue astrologo, qui Galbae adsiduus comes adfuit teste *Plutarcho* in Galba, pag. 1063. et cum Othone imperatore in Hispania versatus superfuturum eum Neroni pollicitus est, vt narrat *Tacitus* lib. I. hist. cap. 22. Noster sub M. Aurelio Antonino [d]), floruit, teste Suida [et Eudocia pag. 366.] atque ipse libro

a) Pelusiensis dicitur in inscriptione harmonicorum editionis Antonii Gogauini, etiam tetrabibli codices quidam praeferunt nomen Κλαυδίου Πτολεμαίου τοῦ Πελουσιέως. Effigiem Ptolemaei dat *Boissardus* parte III. imag. p. 310. *Fabric.* Vide *Gassendum* in vita Peirescii, lib. V. p. 332. *Heum.* — et *Weidleri* histor. astronom. pag. 177. qui locum citat de habitu corporis et moribus Ptolemaei, et ex Peirescio notat, in codice quodam Almagesti latine versi, Ptolemaeum nominari *Pheludiensem.* — *Theodorus Meliteniota*, magnus Sacellarius magnae ecclesiae CPolit. scripsit tribiblon astronomicam syntaxin, adhuc ineditam, cuius prooemium et caput primum ex biblioth. Is. Vossii edidit ac latine vertit *Is. Bullialdus* ad calcem Ptolemaei de iudicandi facultate et animi principatu Paris. 1663. 4. et ex eo repetiit *Fabric.* infra, lib. V. cap. 33. vol. IX. pag. 198 sqq. Ibi pag. 212 sqq. agit de Claudio Ptolemaeo eiusque libris *magnae constructionis.* Scribit vero, *Claud. Ptolemaeum* natum esse in *Thebaïdis* vrbe, *Ptolemaïde*, *Hermii* adpellata, Aelii Antonini, rom. imperatoris, aequalem, et primas in omnibus partes obtinuisse. De Ptolemaeo eiusque opp. et arabicis commentatoribus, ex arabica philosophorum bibliotheca longum locum arabice ac lat. exhibuit *Casiri* in bibliotheca arabicohispana, tom. I. pag. 348 sqq. *Harl.*

b) *Isidorus* III. 25. Originum. Albumazar, Simon Grynaeus praef. ad magnam σύνταξιν. Servius quoque in 3. Eclogam Virgilio antiquiorem perperam facit nostrum Ptolemaeum, vt notatum Vossio IV. de Hist. Gr. [cap. 17. pag. 481 sq. vbi quaedam is notauit de Ptolemaeo, sed nomen male scripsit Ptolomaeus.]

c) Seleucum eius loco nominat *Suetonius* in Othone cap. 4

d) *Iacobus Gothofredus* ad veterem orbis descriptionem a se editam pag. 9. *Ex Ammiano vno XIV. 4. colligo, Marci imp. temporibus Saracenorum nomen primum innotuisse: quare cum Ptolemaeus eorum meminerit, et quidem primus, hinc adparet, eum sub Antonino Pio non scripsisse, quod tamen hactenus creditur.* Non dicit tamen Ammianus, tunc primum innotuisse Saracenos; et Saracenorum mentio apud *Plinium* VI. 28. Dioscoridem etc. Vide *Salmasium* ad Solin. p. 484 sq. edit. Paris. Meminit Saracenorum etiam Targum, (non Onkelosi, vt Scal. ad Euseb. pag. 17.) sed Hierosolymitanum Gen. XXXXVII. 25. Verum

libro VII. magnae syntax. p. 167. testatur, se obseruationes astronomicas [P] instituisse Alexandriae, (vnde Alexandrinus Suidae aliisque adpellatur,) secundo anno Antonini imp. (Pii, qui respondet anno Christi 139. [e]) in cui proximum incidit etiam obseruatio aequinoctii verni, de qua lib. III. pag. 62.) post obseruationes Hipparchi anno CCLXV. *Olympiodorus* [f]) vero in Phaedonem Platonis testatur, Ptolemaeum hunc in Canobi Pteris [h. e. loco editiore et in illa aedium parte, quae Serapidi consecrata erat, vid. *Raidel* pag. 4.] per quadraginta annos habitasse, et inuentas a se astronomicas conclusiones ac demonstrationes columnis illic positis curasse insculpendas. Canon autem Ptolemaei notat, Antoninum Pium regnasse annos XXIII. vnde ei superstitem fuisse Ptolemaeum constat [g]). Dici non potest, quantum ei omnes fere mathematicae disciplinae debeant, sed hoc optime patet ex eius scriptis, quae iam recensebo.

II. ΓΕΟ-

rum hoc recentius longe est, et Turcas quoque nominatim memorat Gen. X. 2. vt omittam alia per illam paraphrasin inepta et Talmudicas fabulas resipientia, quae notauit *Io. Morinus* Exercitat. bibl. pag. 345. sq.

e) Secundum tabulam VII. (in cod. arabico Naniano, teste *Assemano*, in Catal. codd. MSSt. orient. bibl. Nanianae, italice scripto, Patauii 1792. 4. pag. 106.) a. Chr. 132. add. *La Lande* l. c. pag. 156. *Harl.*

f) *Menag.* ad Laertii I. 109. *Fabric.* In vrbe Canopo fuit templum Serapidis, more Aegyptiorum in loco editiore exstructum. Atque Serapidis amore ita capiebatur Claud. Ptolemaeus, vt omnia opera sua, litteris mandata, illi dedicaret numini: cuius dedicationis exemplar olim fuit inter MSSta Eduardi Bernardi, Angli. vid. catal. MSSt. Angliae et Hiberniae, tom. II. part. I. nr. 7397. Ex Haly commentariis et Luc. Gaurici praef. ad Ptolemaei Almagestum, Basil. 1551. notat *Raidel* l. c. Ptolemaeum vita decessisse ann. LXXVIII. natum. *Harl.*

g) Hinc *Saxius* in Onom. litter. I. pag. 314. (vbi plures citantur, qui de nostro Ptolemaeo egerunt,) concludit, Ptolem. iam quidem circa a. C. 125 et 139. fuisse clarum, sed Antonino Pio superstitem, circa a. 161. adhuc floruisse. Qui vero de Ptolemaeo eiusque meritis scientiaque, tam geographica quam mathematica, plura scire cupit, (neque enim nos historiam matheseos componimus,) eum ablegamus ad *Montuclae* historiam matheseos tom. I. part. I. lib. V. nr. III et IV. p. 286 — 309. *Io. Frid. Weidleri* historiam astronomiae cap. VII. §. 13. pag. 176 sqq. *Io. Christoph. Heilbronneri* historiam matheseos vniuersae pag. 343 sqq. qui etiam de commentatoribus, veteribus aeque ac recentioribus, codd. msstis etc. passim agit; tum ad *de la Lande* Astronomie, tom. I. edit. II. Paris. 1771. 4. pag. 155 sqq. (qui certe in lingua gallica secundum vsum et popularium suorum consuetudinem scripturam *Ptolomaeus* in nota *a*. defendit;) et ad *Estève* Histoire generale et particuliere de l'Astronomie, tom. I. Paris. 1755. 12. capp. XV et XVI. pag. 166 sqq. qui capp. XIX ac XX. admodum pauca notauit de interpretationibus arabicis. In *Nachrichten* von dem Leben und den Erfindungen der berühmtesten Mathematiker, in alphabetischer Ordnung, part. I. pag. 224 sqq. pauca adtulit auctor. — In *Bailly* historia antiq. astronomiae, e lingua gallica in germanicam translata, tom. II. Lipsiae 1777. 8. de Ptolemaei placitis, animaduersionibus historicis obseruationibusque passim, pag. 156. 159. 188. 226. 340 sq. agitur. Probabiliter tamen copiosius de Ptolemaeo disseruit idem ille in Histoire de l'Astronomie moderne etc. Paris. 1779. II. voll. (vid. ephem. litter. Gotting. a. 1780. nr. 76.) Sed librum ad manus non habeo. — In primis digna est commemoratione laudeque *Georgii Martini Raidelii* comm. critico litteraria de Claudii Ptolemaei geographia, eiusque codd. tam msstis, quam typis expressis. Norimbergae 1737. 4. vbi in cap. 1. plura de Ptolemaeo, in his supplementa quaedam ad hoc Fabricii caput reperies. — Comparanda quoque sunt, quae *I. G. Hager* in Geographisch. Büchersaal, vol. II. part. IV. nr. V. pag. 284 sqq. et part. V. de Ptolemaeo eiusque libris, inprimis geographia, collegit. — Ego quoque in introd. in histor. L. Gr. II. part. I. pag. 143 sqq. de Ptolemaeo, praecipue pluribus editionibus iam multa occupaui, quae omnia hic repetere nolo. *Harl.*

II. ΓΕΟΓΡΑΦΙΚΗ͂Σ ὑφηγήσεως, *Geographiae libri VIII.* quod opus promittit libro II. magnae ſyntaxeos cap. vlt. vnde aduerſus Franciſcum Barocium III. 3. Coſmographiae recte obſeruauit *Io. Baptiſta Ricciolus* VII. 10. Geographiae reformatae, eumdem eſſe magnae ſyntaxeos et geographiae ſcriptorem: tum vero Iulium Maternum, qui a *Ptolemaeo* lib. I. Geogr. cap. 8. citatur, diuerſum fuiſſe a Iulio Firmico Materno, qui ſub Conſtantino M. de aſtrorum iudiciis ſcripſit ad Lollianum. Docet porro Ptolemaeus ipſe lib. I. cap. 19. ſe his libris ſequutum eſſe opus geographicum *Marini*, Tyrii, non diu ante editum; ſed in plurimis emendaſſe ac ſuppleuiſſe, tum locorum poſitioni numeros longitudinis ac latitudinis, prouinciis vero terminos, quibus ad quatuor plagas orbis terrarum circumſcribuntur, adſignaſſe. Meminit praeterea Hipparchi, Maënis Titiani, Timoſthenis, Diodorique Samii, et, quorum itinera Marinus notauerat, Septimii Flacci ac Diogenis cuiusdam Theophilique ac Philemonis mercatoris et Dioſcori.

Tabulas geographicas, Ptolemaei mentem preſſe ſequutus, delineauit *Agathodaemon*, mechanicus Alexandrinus [h]), incertum, an idem cum Agathodaemone, grammatico, ad quem nonnullas Iſidori Peluſiotae epiſtolas habemus, licet de hoc non dubitet *Voſſius* lib. de Philologia cap. XI. §. 23. Sed non leuis error auctoris pandectarum Brandenburgicarum, qui has Agathodaemonis tabulas confundit cum tabulis Peutingerianis, a Marco Velſero editis. [P]

[Primum de *codd. msstis* quorum notitiam Raidelio, per totum cap. II. pag. 9—19. et cap. III. de codd. latinis pag. 20—26. multos copioſius recenſenti, magnam partem debeo, paucis agam.

In bibl. caeſarea *Vindobonenſi* praeſtantiſſimus cum antiquis tabb. graecis ſeruari dicitur. vid. *Neſſel.* catal. codd. part. V. pag. 3. Multo diligentius et fuſius de hoc cod. a. 1454. ſcripto, et adhuc comparando, disputauit *Kollarius* in ſupplem. I. ad Lambecii comment. nr. LXXXIX. col. 568—576. et comparauit cum cod. *Coislin.* a Montfaucon. laudato.

Praeſtantia par eſſe fertur cod. membran. in bibl. *Veneta* D. Marci, vbi alius quoque eſt chartac. cum XXII. tabb. de priore vid. etiam catal. codd. gr. Ven. pag. 185 ſq. vbi praeter ea lectiones quaedam variae ſunt exſcriptae: de poſteriore ibid. pag. 278. — *Venetiis* quondam fuit in bibl. Caroli Grimaldi cod. mutilus, teſte *Montfaucon* in Diario ital. p. 40. — In bibl. S. Michael. *Venet.* cod. gr. fol. max. cum ſcholiis Nicephori Gregorae. vid. *Mitarelli* bibl. codd. monaſterii S. Michaelis etc. col. 974. — *Bononiae* in bibl. canonicor. regular. (*Heilbr.* pag. 559. §. 62.)

Florentiae vidit idem *Montfaucon* (in diario ital. p. 368.) cod. membran. ſaec. XV. — In bibl. *Laur. Medic.* cod. chart. ſaec. XIV. in 4. IX. plut. 28. geogr. libri VIII. ſine tabulis, (teſte *Bandinio* catal. codd. gr. vol. II. col. 19 ſq.) — cod. XXXVIII. plut. 28. membr. ſaec. XIV. (*Bandini* l. c. pag. 64.) — cod. XLII. chart. ſaec. XV. in 4. ſcriptus manu Demetrii 1445. (*Bandin.* l. c. pag. 66.) — cod. XLIX. membran. ſaec. XIV. cum tabulis geographicis et ſubſcriptione in fine libri octaui: ἐκ τῶν Κλαυδίου Πτολεμαίου γεωγραφικῶν βίβλων

h) De quo vid. *Raidel* pag. 7 ſq. et cel. *de Murr* in Memorab. biblioth. public. Noribergenſ. et Altdorf. part. II. pag. 86 ſq. *Harl.*

βίβλων ὀκτὼ τὴν οἰκεμένην πᾶσαν Ἀγαθὸς Δαίμων (fic) Ἀλεξανδρεὺς μηχανικὸς ὑπετυπώσατο. (*Bandin.* l. c. col. 71 fq.) — In cod. XXI. plut. X. (*Bandin.* I. pag. 489.) funt duo difticha graeca, adfcripto nomine, Πτολεμαῖος, fubiecta interpretatione graeca: et alia duo eiusdem epigrammata in cod. XIX. tom. II. pag. 582. fin. — *Neapoli* in bibl. S. Seuerini, (Heilbr. pag. 548.)

Romae in bibl. *Vaticana*, cod. gr. quem Petrus Bembus olim poffedit; idem forfan, quem Goetzius, Lipfienfis, cum edit. Parif. contulerat: et ex Heidelberg. biblioth. duo codd. in eamdem bibl. illati videntur Raidelio pag. 14. qui alius, quod *Romae* erat, exemplaris msti, manu Gemifthi, philofophi, correcti et emendati, et quo vfus erat *Domitius Calderinus* in curanda edit. romana a. 1478. facit mentionem. adde *Heilbron.* pag. 538. §. 3. et pag. 542. §. 9. pag. 545. §. 19. pag. 546. §. 26.

In bibl. *Coisliniana* exftitit cod. XIV. aut XV. faec. quem *Montfaucon* in catal. illius bibl. pag. 611 fqq. plurimi aeftimauit et varias illius lectiones diligenter collectas exhibuit.

In biblioth. quondam regia *Parif.* tefte catalogo, in codd. MCCCCI. (nondum collato, cum tabb. geogr. ab Agathodaemone expreffis,) MCCCCII. MCCCCIII. MCCCCIV. MCCCCVII. MMXXVII et MMCCCCXXIII. modo omnes libri octo, modo feptem, modo pauciores; plurimi vero carent tabb. geograph.

In biblioth. *Leidenfi*, tefte catal. pag. 341. nr. 41. b. inter codd. a Scaligero legatos, edit. Ptol. Parifina 1546. in omni pagina a Scaligero multum notata.

In *Britannia*, tefte *Bernardo*, in catal. MSSt. Angliae et Hiberniae cl. I. part. I. nr. 721. Geograph. cum fcholiis Nicephori Gregorae. — inter libros Seldeni nr. 3367. cum adfperfis hinc illinc ad marginem arabicis, et nr. 3375. quibus duobus codd. vfus erat Io. Grauius, conferendo illos cum edit. Bertiana. — nr. 3785. inter Bodleian. defcriptio Arabiae, ex Ptolem. defumta, gr. et lat. prelo parata: — inter libros Sauilian. nr. 6605. cod. cum Sauil. notis. — inter graecos codd. Ifaaci Voffii olim fuerunt duo nr. 2325 et 2395. (in catalogo MSSt. codd. quos feruabat olim If. Voffius, Colomefii operibus, a Fabricio, Hamburgi 1719. editis, fubiuncto, pag. 864. nr. 214. memorantur Ptolemaei geographica et pag. 851. nr. 52. harmonicorum libri tres.) — inter libros Ed. Bernardi cod. nr. 7417. — tom. II. part. II. nr. 280. memorantur excerpta ex Ptol. geograph. de Hibernia, ex cod. Petri Bembi defumta, et alia nr. 424.

In bibl. fenatoria *Lipfienfi* feruatur edit. Parif. 1546. cum notis msstis *Goetzii*, fenatoris olim Lipf. et variis lectionibus, ab illo ex codd. Barberino, Vaticanis ac Palat. excerptis, quarum fpecimen dedit *Raidel.* pag. 18 fqq.

De *latinarum* verfionum codd. nifi omnibus, faltem quibusdam verba faciam. *Iac. Angelus*, Florentinus, primus vertiffe, faltem interpretatiorem abfoluiffe videtur: Eman. quidem Chryfoloras iam inchoarat, neque tamen perfecerat verfionem. De *Angelo* eiusque interpretatione lat. vid. *Iul. Nigri* bibliothecam fcriptorum Florentinor. pag. 43. et *Raidel.* pag. 20 fqq. — Cod. MSt. eft in bibl. *Leidenfi*, (vid. Catal. pag. 372. inter Voffianos codd. nr. 57.) atque in *Taurinenfi* bibl. (vid. Catal. codd. latin. pag. 113. cod. 493.) in bibl. *Romana S. Petri.* vid. Heilbron. pag. 547. §. 31. — *Florent.* in bibl. Dominican. (*Heilbron.* pag. 559. §. 61.) item in *Anglia*, fecundum catal. fupra laudatum tom. I. part. II. nr. 2178. (et *Raidel.* p. 25 fq.) inter codd. Mariae Magdalenae; inter codd. collegii Etonenfis nr. 1905.

inter codd. Is. Vossii nr. 2395. (in Leid. biblioth. in praesentia exstantes,) inter libros Rob. Burscough. nr. 7699. in bibl. *Leid.* inter Vossianos libr. duo codd. pag. 372 et 374. — In bibl. *Noribergensi* publica cod. de quo v. *Raidel.* pag. 24. et cel. *de Murr* Memor. bibl. publ. Noriberg. tom. I. pag. 250 sq. — *Noribergae* in bibl. *Ebneriana* cod. lat. praestantissimus, post ann. 1470 scriptus, cum tabb. geographicis XXVII. quas Nicolaus Donis s. Germanus, Monachus Benedictinus, Reichenbachensis, sub Friderico III. imperat. 1470. florens, correxit, nomina locorum graecorum latine reddidit, situmque et magnitudinem insularum indicauit. Diuersus autem est ille Nicol. Donis a Nicolao Cusano et Nicolao Hahn, quibuscum a multis V. D. est confusus. vid. *Raidel.* sect. IV. pag. 26 — 33. et ex eo, additis quibusdam obseruationibus, cel. *de Murr* l. c. tom. II. pag. 81 — 90. — *Raidel.* memorat quoque cod. *Treuirensem* et cod. *Fich ti*, *Patauii*, ac *Venetum* bibl. monast. Canonicor. regular. S. Antonii. Adde de *Raidelii* libro Acta erud. Lips. a. 1738. pag. 653 sqq.

Ad *editiones* progredior Geographiae, cuius versio latina diu ante graecas editiones, prelo saepius exiit. De illis ego in Introduct. in hist. L. Gr. l. c. pag. 144. iam vberius disserui, atque *Raidel.* quoque cap. VI. pag. 39 sqq. *Hager* l. c. *de Murr* in Memor. bibl. Norimbergensium etc. *Fossius* in catal. bibl. Magliabech. vol. II. pag. 413 sqq. de editt. antiquis copiosi fuerunt. Cel. *Panzer* in Annal. typogr. editt. saec. XV. suo quamque loco plenius iudicauit, pluresque, qui singulas memorarunt, laudat viros doctos.

Princeps est edd. *Claudii Ptolemaei Cosmographia*, ex versione Iac. Angeli, (hinc inde emendata,) *Vicentiae* ab Hermanno Leuilapide, (alias, Lichtenstein) Coloniensi, impressa, 1475. fol. vid. *Panzer.* III. pag. 507. — lat. ex emendatione *Domitii Calderini*, (qui lat. interpretationem cum vetustissimo codice, manu Gemisthi emendato, contulit et correxit;) *Romae.* Arnoldus Buckinck, (quem Raidel pag. 43. et Murr Arnoldum Pannarz fuisse opinantur, Hager tamen pag. 312. Pannarz, suspicatur, fuisse typographum, et Buckinck chalcographum,) impressit, cum tabb. aen. XXVII. 1478. fol. vid. *Panzer* II. p. 471. *Schwarz* de origine typographiae, exercit. III. obseru. IV. pag. 359 sq. in illius opusc. academ. a me Noribergae 1793. 4. editis. *Murr* in notitia — Geogr Franc Berlinghieri, pag. 15 sqq. *Fossium* V. C. loco cit. col. 414 — 416. — libri VIII. e graeco in latinum translati a Iac. Angelo et cum castigationibus Hieron. Manfredi, Petr. Boni, Galleoti Martii, Collae Montani, extremam manum imposuit *Philippus Beroaldus.* — Cosmogr. impressa opera Dominici de Lapis, ciuis Bononiensis. Anno MCCCCLXII. (potius LXXXII. (1482.) Bononiae, cum tabb. 27. fol. vid. *Panzer.* I. pag. 215. *Audiffred.* specim. edd. ital. saec. XV. pag 12 sq. Secundum *Murr* b. Breitkopf arbitrabatur, typo hetam ponere voluisse M.CCCC.LXLI. (1491.) — Suspecta et vero falsa est editio *Romae* 1482. fol. apud *Nic. Hahn* s. Gallum, gente germanum, quam in membrana se vidisse in bibliotheca Abr. Hinckelmanni testatus quidem est Fabricius cum aliis: sed illud exemplar postea in bibliothecam Io. Chr. Wolfii illatum, fuisse editionem *Vlmensem*, Nicolai *Donis* nomine in Nicolai *Galli* conuerso, docuit *Raidel* pag. 46. adde *Panzer* pag. 480 — *Vlmae* vero prodiit Ptol. Geographia. — *Opus Domini Nicolai Germani secundum Ptolemaeum. Anno* MCCCCLXXXII. (1482.) — impressum *Vlme per* — *Leonardum Hol.* fol. mai. — Textui subiectae sunt tabulae XXXII. ligno insculptae a *Io. Schnitzer de Arnsheim:* (*de Arnissheim* scripsit nomen suum.) Quinque autem tabulae a Nicolao Donis additae sunt. vid. *Raidel* pag. 46. *Panzer* III. p. 535 sq. et

quos

quos ego citaui in Introd. l. c. pag. 145. Quaedam exemplaria ſunt membranae impreſſa: textus autem, qui purior atque incorruptior eſſe dicitur, in multis locis diſcrepat ab edit. Romana, a. 1478. In Vindobon. bibliotheca Caeſarea cuſtoditur exemplar, multis adnotationibus *Io. Schoneri*, quibus et textus et tabulae emendantur, margini adſcriptis. — Ab illa parum aut nihil differt altera *Vlmenſis* editio, *opera et expenſis Iuſti de Albano* [i]) *De Venetiis. Per prouiſorem Io. Reger.* 1486. mai. fol. vid. *Panzer* III. pag. 536. *Mittarellium* in adpend. libr. ſaec. XV. ad Biblioth. MSS. monaſt. S. Michael. Venet. pag. 387 ſqq. *Raidel* pag. 49. animaduertit, eodem quoque anno praeter Geographiam omnia *Opera Ptolemaei* ibidem fuiſſe excuſa. — Libri octo cum tabb. 27. ex edit. romana a. 1478. hinc inde, vt videtur, emendati prodierunt *Romae*, arte ac impenſis Petri de Turre. 1490. fol. mai. vid. *Panzer* II. pag. 499 ſq.

Initio ſequentis ſaeculi excuſa eſt Geographia emendata et cum textu graeco collata: additis figura de proiectione ſphaerae in plano, ſ. planiſphaerio, et tabulis nouis aliisque adpendicibus, opera *Marci Beneuentani*, monachi coeleſtini, et *Io. Cottae*, Veronenſis. *Romae* 1508. mai. fol. de qua rara editione, et quod in calce Planiſphaerii ſignatur a. 1507. (quae tamen eadem eſt editio,) fuſius diſſerui in Introduct. l. m. pag. 146 ſq. adde *Raidel* pag. 50 ſqq. *Hager* pag. 326 ſqq. *de Murr* l. c. pag. 20 ſqq. de his et aliis. — cum tabb. et vniuerſi figura, ex verſione Angeli, curante *Bernardo Syluano*, Venetiis, per Iac. Pentium de Leucho. 1511. fol. reg. vid. *Freytagii* Analect. litter. pag. 730. *Raidel* et *Hager*, (qui etiam ſequentes recenſuerunt edd.) locis cit. — Illam *Angeli* verſionem caſtigauit *Io. Müllerus*, Regiomontanus, adnotatt. in Ptolem. geographiam, Argentor. 1625. — *Geographiae opus*, *nouiſſima* (Io. Phileſii) *traductione*, (quae ab Angeli verſione multum differt, et ſaepe eſt barbara,) *e Graecorum archetypo caſtigatiſſime preſſum*, etc. (curante *D. Iac. Eslero,*) in calce: *Argentinae*, vigilantiſſima caſtigatione induſtriaque *Iohannis Schotti*, 1513. fol. mai.

Io. Werneri noua translatio *primi libri Geographiae Cl. Ptolemaei* cum paraphraſibus et annotatt. 2) libellus de quatuor terrarum orbis in plano figurationibus. 3) locus quidam ex fine ſeptimi libri Geographiae Cl. Ptolemaei ſuper plana terrarum orbis deſcriptione, a priſcis inſtituta geographis, noua translatione, paraphraſi et annotatt. explicatus etc. Noribergae 1514. fol. vid. *Heilbronneri* hiſtor. math. pag. 513 ſq. — Introductio geographica *Petri Apiani* in doctiſſ. Verneri annotationes. — Acc. translatio noua primi libri geographiae *Cl. Ptolemaei* — authore *Vernero* (et rel. quae in ſuperiore edit. exſtant.) Ingolſtadii 1533. fol. in bibl. Erlangenſi.

Cl. Ptolemaeus auctus — cum tabulis vett. ac nouis. Argentorati, induſtria Io. Schotti. 1520. fol. curante *D. Georg. Vbelio,* qui textum edit. Argentor. a. 1513. recudendum fecit, verſionem tamen Phileſii frequenter emendauit. In *Freytagii* anal. litter. pag. 730. error typogr. a. 1620. loco a. 1520. eſſe videtur: idem cum Raidelio pag. 58. errauit, Vbelium e verſione lat. Ringmanni Phileſii a. 1511. (loco 1513.) recudendum curaſſe textum. — *Argentorati* typis et impenſis Io. Grieningeri, *cum Neotericorum perluſtrationibus*, curante *Laurentio Phriſio*, 1522. fol. cum tabb. XXVII. antiquioribus et XX. recentioribus. In hac edi-

 tione

i) Hinc Vlmae habuit bibliopolium.

tione ad tertiam Africae mappam famosum istum de Palaestina locum, qui Serueto postea tamquam atrox crimen imputabatur, iam exstare, monui in Introd. l. c. pag. 149. Atque ex sequenti editione, in qua in aduersa parte tabularum geographicarum et quidem tab. 41. de terra sancta post tabulam modernam Asiae minoris, pariter leguntur, ex superiore forsan editione repetitae, animaduersiones, Seruetum a crimine illo defenderunt *Hager* p. 335 sq. et *Io. Mart. Pastorius* in collatione editionis Argentinensis Geographiae Cl. Ptolemaei, cum illa, cuius Michael Seruetus auctor est; ad illustrandum locum historiae modo dicti Serueti, a — Moshemio conscriptae, in Miscellan. Lipsiens. nouis, vol. X. part. II. pag. 274 — 282. Inscriptio autem editionis, quam Pastorius quoque paucis describit, haec est:

CLAVDDI (sic, nota alterius I. litterae D. inscripta) *Ptol. geographicae enarrationis libri octo, Bilibaldo Pirkeymhero interprete. Annotationes Ioan. de Regiomonte in errores commissos a Iac. Angelo in translatione sua.* cum tabb. mai. fol. — Post litteram Q. ante indicem Ptolemaei, legitur: *Argentoragi*, (sic,) *Ioan. Grieningerus communibus Ioh. Koberger impensis excudebat*, a. M.D.XXV. (1525.) mai. fol. cum tabb. L. minus venuste ligno incisis. Exemplar huius edit. quum in manibus habeam, equidem, cur Raidel pag. 59. et Hager l. c. (qui quidem priorem vt plurimum presse sequitur,) scripserint, prodiisse illam edit. *Basileae*, diuinare nequeo. Pirkheym. praefatio scripta est Noribergae 1524.

Tandem *graece* ex cod. Theobaldi Fettichii, medici Ingolstadiensis, *Ptolemaei geographiae* libri VIII. sine versione latina et sine tabb. geographicis, curante *Desiderio Erasmo* prodierunt *Basileae* typis Hier. Frobenii et Nicolai Episcopii, 1533. 4.

Ptol. — libri VIII. ex *Bilibaldi Pirkheymeri* translatione, sed ad graeca et prisca exemplaria a *Mich. Villanouano* k) iam primum recogniti. Adiecta insuper ab eodem scholia, quibus exoleta vrbium nomina ad nostri saeculi morem exponuntur etc. (cum L. tabb.) Lugduni, ex officina Melchior. et Casp. Trechselii, fratrum. 1535. mai. fol.

Haec est famosa et admodum rara editio, (quam Seruetus iterum *Viennae in Gallia*, alii, *Lugduni*, (Lyon) 1541. fol. multo emendatiorem et nonnullis locis mutatam prelo fratrum Trechseliorum, sumt. Hugonis a Porta, bibliopolae Lugdunensis, exire iussit,) de qua eiusque auctore praeter *Raidel* pag. 61. aliosque, ab illo et a me in Introd. l. c. pag. 151 sq. laudatos, copiose differit *Hager*. l. m. pag. 334 — 354 et de altera edit. pag. 358 sq.

Nouam Ptolem. versionem lat. confecit *Io. Nouiomagus* l), a Io. Ruremundano, *Coloniae* 1540. 8. excusam. — tabulae geogr. a. 1546. 8. accesserunt. vid. *Hager* p. 356 sqq.

Pirkheymeri et Serueti versionem emendauit et primum librum suis ac Werneri adnotatt. illustrauit, reliquis autem libris addidit explicationes, ex Plinio, Strabone aliisque auctoribus inter se collatis desumtas, *Sebast. Münster*, Basil. ex offic. Henric. Petrina, 1540. fol. cum L. tabb. ligno incisis. Sunt exemplaria, quae in inscriptione, (folio illius tantum probabiliter mutato,) habeant a. 1541. alia, a. 1542. — *Münsteri* editio, a superiore tamen non nisi typis et dedicatione diuersa, excusa rursus prodiit ibidem 1545. fol. — et auct. atque emendat.

k) H. e. *Mich. Serueto*, qui Villanouae in Arragonia a. 1509. natus est.

l) *Io. Neomagi* (sic quoque scribitur,) lat. versionem laudat *Cunaeus* orat. XIV. pag. 265.

emendat. Basil. 1552. fol. vid. *Hager* pag. 361 sqq. et indic. librorum rariorum bibl. vniuersitatis Budensis, part. II. pag. 242.

Altera editio *graeca* lucem vidit Paris. apud Christian. Wechel. 1546. 4. Exemplar huius editionis, cum codd. MSSt. collatum, in bibl. publ. Lipsiensi custodiri, supra in enumeratione codd. iam adnotatum est.

Geographia Cl. Ptolemaei — olim a Bilibaldo Pirckheimero translata at nunc multis codd. gr. collata, pluribusque in locis ad pristinam veritatem redacta, a *Ios. Moletio*, mathematico. Addita sunt in primum et septimum libr. amplissima eiusdem commentaria etc. cum LXIIII. tabb. Venet. 1562. 4.

De hac edit. quae etiam est in bibl. Erlang. acad. multus est *Hager* pag. 374 sqq.

Tabulae geographicae ad mentem Ptolemaei restituti a *Gerhardo Mercatore*, Colon. 1578. fol.

Editiones versionis lat. Basileenses, a. 1582 et 1584. et Romana 1590. (in catalogo scriptorum vett. mathematicor. ab Eduardo Bernardo confecto, et a Fabr. in superiore vol. repetito, vbi forsan scribendum erat 1490.) sunt dubiae. — *Ptolemaei* Geographiae libri VIII. (ex versione Pirckheymeri, a Serueto et Moletio emendata,) cum tabb. geogr. a Gerh. Mercatore restitutis, (curante *Arnoldo Mylio*, Coloniensi senatore et typographo.) Coloniae Agripp. typis Godofr. Kempensis. 1584. fol.

Cl. Ptol. Geographiae libri VIII. (ex versione Moletii,) cum commentario *Io. Ant. Magini*, (qui in primum librum conscripsit commentarium satis amplum, in reliquis autem libris Moletii notas vel omisit vel contraxit.) II. tom. cum tabb. XXVII. veteribus et XXXV. nouis. *Venetiis* ap. heredes Sim. Galignani de Karera 1569. 4. — rec. vitiis tamen, quae in superiore edit. multa sunt, typographicis correctis, *Colon.* per Petr. Keschedt. 1597. 4. et, secundum catal. bibl. Oizelianae, part. II. pag. 118. nr. 8 et 9. Bononiae 1608. atque 1617.

Cl. Ptolemaei — Geogr. libri VIII. *graecolatini.* Latine primum recogniti et emendati, cum tabb. geographicis, ad mentem auctoris restitutis, per *Gerardum Mercatorem:* iam vero ad graeca et lat. exemplaria a *Petro Montano* iterum recogniti, et pluribus locis castigati etc. Francof. 1605. fol. — Alia exemplaria habent subscriptionem: *sumtibus Cornelii Nicolai et Iodoci Hondii*, Amsterd. 1605. sed vna eademque est editio, folio tituli tantum mutato. In bibl. publ. Wittebergensi est exemplar, cui *Bosius* in margine plura adscripsit, in primis id cum Bocharto studiose contulit. — Eadem editio est repetita, gr. et lat. cum notis *Gerardi Mercatoris*, cum tabb. geogr. et castigatione *Petri Bertii*, 1618. fol. Lugduni typis Isaaci Elzeu. sumt. Iodoci Hondii, qui tabernam habuit librariam et Amstelaedami et Francofurti ad Moenum. Hinc illa editio citatur excusa modo Lugduni Bat. modo Francof. et Amstelaedami: sed vna eademque est. Bertius adscripsit varias lectt. e cod. Palatino.

Eadem editio integra est inserta, (separatim quoque venditur,) tomo primo operis tam cari, quam rari inscriptique:

Theatrum geographiae veteris, duobus tomis distinctum, edente *Petro Bertio* Beuero —. *Tomus prior, in quo Cl. Ptol. Alexandr. geographiae libri VIII. graece et latine.*

 Graeca

Graeca ad codd. Palatinos collata, aucta et emendata sunt: latina infinitis locis correcta. *Tomus posterior*, in quo itinerarium *Antonini* imperatoris terrestre et maritimum et *Burdegalense*, tabula *Peutingeriana* cum notis Marci Velseri etc. edente *P. Bertio.* Amstel. 1619. mai. fol. vid. *Baumgartenii* Nachrichten von einer Hallischen Biblioth. tom. I. p. 458—471. Vbi in nota pag. 465 sq. quaedam adnotatt. quas pristinus possessor, Cellarius, manu quondam adscripserat, paucis referuntur.

Tabulae geographicae *Ptolemaei*, (a Ger. Mercatore) emendatae, seorsim quoque eodem anno in fol. a Iod. Hondio et postea 1730. sunt recusae. *Raidel* cap. XI. pag. 78. agit de insignioribus variationibus tabularum geograph. ad Ptolemaei mentem confectarum, laudatque *Hauberi* epitomen historiae tabularum geographicarum, Vlmae 1724. 8. et supplementa, 1727.

C. Ptol. Arabia, ope cod. MS. vetustissimi ac praestantissimi innumeris locis emendata a *Io. Grauio*, gr. et lat. Londini 1650. 4. — rec. in scriptor. geogr. vet. min. tom. III. Oxon. 1712. 8. nr. 4. vbi etiam est *Ptolemaei* tabula longitudin. et latitud. vrbium insignium, gr. et lat. ex cod. MS. Theonis, gr. et lat.

Nouam editionem parauerant *Is. Vossius*, (vid. eius notas ad Melam pag. 72. 77. 86. 105. etc.) atque *Iac. Gronouius*: et *Ed. Bernardus* Ptol. geogr. inserere destinauerat vol. XIII. corpori scriptor. vett. mathematicor. sed ad exitum res a nullo illorum perducta est. vid. *Raidel* cap. XII. pag. 80 sqq. Pariter *Doederleinus*, theologus Ienensis, quum adhuc in Altdorfina litterarum vniuersitate doctrinam profiteretur theologicam, multum diligentiae operaeque insumserat, Geographiae Ptolemaei emendandae et illustrandae. Atque mihi, Altdorfi eum inuisenti, monstrarat suas opes litterarias, et multas, quas excogitarat atque conscripserat, emendationes, quas, quantum memini, omnino ingeniosas acutasque esse cognoueram. Verum alia negotia aliique labores eum ab instituto consilioque Ptolemaei edendi auocasse videntur. Nec leuis est labor, cui suscipiendo perficiendoque, *Mannertus* V. Cl. in hoc litterarum genere diu diligenter versatus, si quis alius, par esse videtur.

Io. Stobnitzae, Poloni, introductio in Ptolemaei Geographiam. Cracouiae sine anni nota, per Florianum Vnglerium. (vid. *Ianozki* Nachricht von den in der Zaluskischen Bibl. sich befindenden raren polnisch. Büchern, part. IV. pag. 124.) — rec. ibid. per Hieron. Vietorem, 1519. 4. — *Io. Dryandri.* 1535.

Gallicam versionem mstam se habere in membrana testatus est *Anton. Verderius* in bibl. gallica pag. 191.

Primus Geographiae liber, vna cum opusc. de Sphaera et de sole ac luna in linguam *Lusitanicam* translatus est a *Petro Nunez.* Lisboae 1537. fol. Exemplar est in bibl. Guelferb. vid. *Hager.* pag. 354 sq.

De versionibus *italicis* earumque editionibus egerunt Raidel et Hagerus l. c. plenius tamen *Paitoni* in Bibl. degli Autori — volgarizzati, tom. IV. pag. 121 sqq. Valde libera interpretatio est *Francisci Berlinghieri*, Florentini, Geographia, carmine etrusco conscripta: *Geographia di Francesco Berlinghieri*, Fiorentino, in terza rima et lingua toscana distincta, con le sue tavole in varii siti et provinci *secondo la Geographia et distinctione de la tavole di Ptolemeo.* In calce: Impresso in firenze per *Nicolo Todescho*, (Nicolaum Alemannum,

Laurentii

Laurentii Alemanni filium,) et emendato dallo auctore. fol. cum XXXI. tabb. geographic. (inter an. 1481 et 1482.) De quo libro v. *Paitonius* l. c. inprimis *Raidel* pag. 75 sq. et cel. *de Murr* in singulari libello, f. *Notitia libri rarissimi Geogr. Franc. Berlinghieri* etc. Norimbergae 1790. in 8. vbi quoque a pag. 15. antiquissimas versionis lat. editiones persequitur.

Sequuntur versiones *italicae Petri Andreae Mattioli* cum additamentis e Sebast. Münstero et tabb. geograph. curante *Iac. Castaldo.* Venet. 1548. 8. (et secundum bibl. Aprosianam ex versione Wolfii pag. 232. ibid. 1555. sed dubitant Wolf, Raidel et Hager.) — *Hieron. Ruscelli*, Venetiis 1561. mai. 4. cum XXXVI. tabulis. (de qua edit. multus est *Hager* pag. 366 — 374.) — rec. ibid. 1566. 4. II. tom. — rec. et a *I. Malombra* correcta, cum Moleti et Ruscelli expositionibus, Venet. 1573. 4. (in fronte libri, a. 1574. in calce vero a. 1573. signatus est.) — *Rusc.* emendata et amplificata a *Iosepho Rosaccio*, Venet. 1598. 4. 1599 4. — Patau. 1621. altera autem pars habet numerum an. 1620. fol. — *Leonardi Cernoti*, addito commentario *Io. Ant. Magini.* II. tom. Venet. 1597. fol. in parte posteriore; in parte autem priore, (cuius inscriptio, absoluto opere, excusa videtur,) 1598.

Inter codd. msst. *Abr. Hinckelmanni* nr. 72. versio geographiae *persica* fuisse dicitur cum figg. minio accurate notatis; cod. transiit in bibl. *I. Cph. Wolfii, Heilbr.* p. 581. nr. 177. — Teste auctore quodam arab. in *Casiri* bibl. arab. hisp. I. pag. 349. *Alchindus* Ptol. geographiam *arabice* ac *syria* : vertit. — Quosdam libros maioris minorisque molis, in quibus Ptolem. geographica quaedam explicantur aut notantur, laudaui in Introd. pag. 157 sqq. *Harl.*]

Laudat hoc opus *Marcianus Heracleota*, in initio Peripli, testatus, se profecisse ἐκ τῆς Γεωγραφίας τοῦ θειοτάτου καὶ σοφωτάτου Πτολεμαίου. *Stephanus Byz.* in Χαρακμῶβα ἀξιόπιστος δ᾽ ἀνὴρ περὶ τὰ τοιαῦτα, σπουδὴν γὰρ ἔθετο ἱστορῆσαι ἀκριβῶς τὰ τῆς Ἀραβίας. *Ammianus*, (qui Ptolemaeum libenter sequitur,) XXII. 8. *vt Eratosthenes adfirmat et Hecataeus et Ptolemaeus aliique huiusmodi cognitionum minutissimi scrutatores. Agathemer.* I. 1. cap. 6. Τοῦ τεχνικοῦ Πτολεμαίου διεξιόντος, ὅσα τῇ γεωγραφίᾳ σαφέστατως διέθετο οὐχ ἁπλῶς, οὐδ᾽, ὡς ἄν τις εἴποι, ἐξ οἰκείας γνώμης ἢ δόξης, ἀλλὰ ταῖς τῶν παλαιοτέρων καὶ ἔτος ἐπακολουθῶν παραδόσεσι καὶ τῶν μὲν τὰ δόξαντα ἀληθῆ εἶναι, ὡς καὶ αὐτὰ πράγματα ὑποβάλλουσιν ἐπιβεβαιῶν. Idem cap. 8. ὡς παρὰ τοῦ τεχνικοῦ Πτολεμαίου μανθάνομεν. *Iornandes* de rebus Geticis cap. 3. *De hac* (Scanzia Insula) *in secundo sui operis libro Claudius Ptolemaeus, orbis terrae descriptor egregius, meminit*, dicens etc. *Io. Philoponus* IV. 5. ad Hexaëmeron: Ὅσοι δὲ τῶν Γεωγράφων γεγόνασιν ἀκριβέστεροι, ὧν ἐστὶ καὶ Πτολεμαῖος καὶ Πάππος etc.

A recentioribus Geographis obseruatum est, gradus longitudinis et latitudinis in Ptolemaeo vt plurimum fallere, in locis praesertim, longius a regione, qua versabatur, dissitis. Confer *Is. Vossium* cap. 16. de Nili origine, et *Iobum Ludolfum* commentar. ad hist. Aethiop. pag. 91. Quin in ipsius Alexandriae designatione non mediocriter aberrasse, notauit Chazelius, astronomus et mathematicus, e societate regia Paris. vt didici ex *Bernardi Lamii* adparatu geographico ad harmoniam euangelicam pag. 273. Sed et numeri in codicibus editis passim male sunt expressi, et nominatim in Bertiana Ptolemaei editione multos errores animaduertit *Io. Grauius* consulto MSto Ptolemaei codice Seldeniano, e quo descriptionem Arabiae excerpsit et Abulfedae descriptioni Arabiae subiicere voluit. *Christophoro Cellario*,

lario, viro de veteri geographia praeclarissime promerito, suspectus est ipsius industriae nomine Ptolemaeus; *mirari enim subit, vnde Aegyptius disiunctissimarum rerum tam certam, vt prodit, notitiam acceperit. Aeque enim in remotissimis, quo vix dum homines adierant, copiosus est, nec dubius, vt in propinquis et cognitissimis.* Non minus de eo conqueritur *Paulus* Merula praef. in geographiam, causatus, plurima magno auctori scripta esse ab auditu et ex incerta aliorum fide, multa item, quae aliis nominatissima, negligenter in iis omissa, multa sequiorem nacta esse stationem, et extra verum locata situm, multa dubiam adepta nomenclaturam, infinita [❡] non suis tributa populis vel regionibus, plurima denique cum ab aliis tum ab seipso et alibi dictis dissentientia. Salmasius pag. 1186. ad Solinum de Ptolemaeo: *Nomina vrbium quasi recentia et extantium vbique recenset, quae iampridem esse desierunt. Saepe vetus ac recens eiusdem oppidi vocabulum velut vrbium diuersarum appellationes posuit. Interdum vrbes, iampridem extinctas et euersas, cum nouis commemorat, quae in eorum locum successere, aliquando eodem, aliquando alio loco positae. Persepolin inter regias Persidis numerat, quam ab Alexandro euersam fuisse nec post illa tempora vnquam resurrexisse, omnibus auctoribus id asserentibus, constat.* Plures Ptolemaei errores Ortelius ac Gerhardus Mercator, alios Philippus Cluuerus; alios Marcus Velserus in rerum Augustanarum libris, alios alii adnotarunt. In Scotiae descriptione satis accuratum esse, nisi quod loca quaedam magis sita sint versus septentrionem, notatum Guil. Nicolsono in bibl. Scotica. [Add. *Raidel* pag. 5 — 8. *Conr. Mannert* Geographie der Griechen und Römer part. I. Noriberg. 1781. 8. pag. 128 — 184. Ex *Theodosio Tripolita* multa hausisse dicitur Ptolem. vid. *Heilbronn.* pag. 291 sq. *Harl.*]

III. ΜΕΓΑ'ΛΗ ΣΥ'ΝΤΑΞΙΣ ΤΗ~Σ 'ΑΣΤΡΟΝΟΜΙ'ΑΣ *Syncello* pag. 206. Suidae ΜΕ'ΓΑΣ 'ΑΣΤΡΟΝΟ'ΜΟΣ. *Magnae constructionis*, siue, vt Abulpharaius pag. 47. aliique Arabes vocant, *Almagesti* m) libri XIII. complexi demonstrationes de motibus siderum et vniuersae sphaerae coelestis ratione, post obseruationes *Aristylli, Timocharidis* pag. 164. *Metonis*, *Euctemonis* ac praecipue *Hipparchi* pag. 62. quem ἄνδρα φιλόπονον καὶ φιλαλήθη vocat pag. 59. *Prodierunt* graece cum *Theonis*, Alexandrini, qui sub Theodosio seniore imp. vixit, commentariorum libris XI. Basileae 1538. fol. n) *Pappi* enim, quem laudat Eutocius in Archimedem de circuli dimensione pag. 49. *Ammonii*, qui libros Ptolemaei astronomicos Damascio exposuit teste Photio cod. CLXXXI. pag. 213. et aliorum veterum ἐξηγήσεις o) interciderunt. *Arabicam* versionem Mohamedis, filii Alhasami, Tusini, ineditam memorat *Labbeus* Bibl. nou. MSS. pag. 251. 258. 256. p) *Persicam* pag. 253. confer biblio-

m) Nomen hoc constat arabico articulo *al*, et graeco vocabulo μέγιστος. Scilicet liber hic titulum gerit *magnae s. maximae syntaxeos*. Obseruauit hoc etiam *Gatackerus* aduers. postum. cap. 35. pag. 788. *Heum.*

n) Ptolemaeum *Simon Grynaeus*, et Theonem *Ioach. Camerarius* ediderunt. v. meam Introduct. l. c. pag. 153. *Harl.*

o) Non omnes *Pappi* expositiones perierunt vid. codd. Florent. paullo post memoratos. Atque in ed. graeca Basil. 1538. a Grynaeo curata, legitur in addito *Theonis* comment. Πάππου Ἀλεξ. ὑπόμνημα εἰς τὸ πέμπτον τῆς Συντάξεως. vid. *Weidleri* bibliograph. astronomicam, pag. 17. *Harl.*

p) Conf. supra in vol. IIII. pag. 213.. Auctor arabicae philosophor. bibliothecae, in *Casiri* bibl. arab. hisp. I. p. 348. prodit, Arabem, *Ben Hatem Alnairizi* Almagestum illustrasse commentariis; alios autem Ptolemaei opus in epitomen redigendum curasse, vt *Mohamad Ben Giabar Albatenium*,

bibliothecam orientalem *Bartholomaei Herbeloti* pag. 101. b. qui codicem arabicum Almagesti cum commentariis MSS. euoluit in bibl. christianissimi regis. *Hebraica* versio seruatur Vindobonae in bibl. Augustissimi imperatoris nr. 56. Et *Averrois* epitome ex Arabico hebraice versa per *R. Iacob. Antoli* a. Chr. 1231. ibidem nr. 124. [q]) *Latinus* codex MS. ex arabico a. 1230. versus exstat Oxoniae in collegio omnium animarum. [In bibl. *Veneta* D. Marci, (teste catal. codd. latin. pag. 140 et 141. sunt duo codd. qui continent epitomen Almagesti, a *Georgio de Peurbach* et a *Io. de Künigsberg* s. *Regiomontano*, (qui ex arabica *Geberi* expositione multa sumsisse dicuntur,) compilatam. — Alium cod. latin. circa aet. Friderici II. imperatoris, habuit *Peirescius*. vid. *Gassendum* in vita Peirescii ad a. 1636. lib. V. pag. 332. *Weidler*. pag. 178 sq. (vbi quoque versio lat. *Gerardi Cremonensis* et cod. mstus Noriberg. memoratur,) et pag. 205. Liber *Geber* in Almagestum, a *Gerardo* ex arab. in latin. versus cod. *Florentiae* in bibl. Dominicanor. (*Heilbr*. pag. 557. §. 59.) — Excerpta ex syntaxi astron. *persice* in bibl. quadam Angliae. (*Heilbr*. pag. 645.) *Harl.*] Codex *graecus*, ante annos 200. pulcherrime exaratus, Londin. in bibl. archiep. Cantuariensis, ex quo emendationem quamdam Petauii firmat *Seldenus* in adparatu Chronolog. ad Epochas marmoreas Arundelianas pag. 236. Alius codex *graecus* cum prolegomenis et graecis ad marginem scholiis [ꝑ] fuit in bibl. Caroli de Montchal, teste Labbeo pag. 189. — [In bibl. *Veneta* D. Marci sunt, teste catalogo codd. graec. codices CCCII et CCCIII. (cui praemittuntur prolegomena, quae *Diophanto* tribuuntur, libris IV et VI. in margine adiectus est *Theonis* commentarius, et quintum librum subsequitur commentarius integer,) codd. CCCX. CCCXI. CCCXII et CCCXIII. cum prolegomenis. — In bibl. elector. *Bauar. Ptol.* Almagestum et *Theonis* in Ptol. astronomica. — In bibl. *Leidensi*, teste catal. pag. 339. — In bibl. *Dominican. Florent.* Almag. cum vita Ptolemaei, (*Heilbr*. pag. 558. nr. 31.) — in bibl. S. Mariae etc. *Florent*. (id. pag. 559. §. 61.) — in bibl. Medicea Laurent. *Florent*. (teste Bandin. catal. codd. gr. II. pag. 9.) cod. I. plut. 28. prolegomena; (et in hoc quidem codice Theonis et Pappi nomen nonnullis prope finem capitibus praefigitur,) et Ptolemaei syntaxis, in libros

batecnum," *Abilrihan Albikuni Khurezmitam*, auctorem canonum geographiae; et *Cuschiar Labani*, filium *Algili*, tabularum astronomicarum conditorem. — De *Auerroe* vid. Heilbronner pag. 460 sq. — In bibl. *Escurial*. teste *Casirio* l. c. exstat cod. CMIX. litteris cuphicis exaratus, quo continentur *Almagesti* liber V. VI. VII. VIII et IX. arabice redditi, et in cod. CMX. eiusmodi codex, in quo insunt Almagesti libr. X—XIII. arabice versi, iique integri cum suis tabulis; praeterea libri VII. caput primum cum IV. capitibus libri VIII. — In bibl. *Cantabrig*. Almag. arabice, charactere hebraico, (Heilbr. p. 632. §. 379.) — In bibl. *Paris*. quondam regia, (catal. I. nr. 1107.) cod. qui complectitur *Mohieddini Ben Iahia Ben Abi Schaker*, Hispani, commentarium, qui laudatur. — In bibl. *Leidensi*, (catal. p. 458. nr. 680.) versio arabica συνταξεως e graeco iussu imperatoris Almamonis siue Mamounis facta, cum figg. De *Mamun*. vid. *Lambec*. de Bibl. Vindob. VII. pag. 570 sqq. De *Almamone*, (a. Chr. 827.) qui Almagestum iussit *arabice* verti, vid. *Heilbron*. p. 407. *La Lande* pag. 161. — it. de *Geberi* s. *Gebri*, Arabis, expositione et edit. Noriberg. a Petreio a. 1533. 4. cum instrumento primi mobilis *Petri Apiani* curata, *Heilbr*. pag. 427. et pag. 428. iterum de *Maimun*. Add. *Asseman*. Globum cod. arab. Musei Borgiani pag. XIV sqq. XXV sqq. XXVII. *Harl.*

q) Exstat quoque in bibl. *Taurinensi* versio hebraica, item compositio in librum Almagesti, per filium *Resched Pium*, h. e. Auerrois, figurae cum notis marginalibus, et in alio cod. compendium Almagesti ex arabico hebraice ab eodem *Iac. Antoli* conuersum. vid. *Wolfii* bibl. hebr. vol. I. pag. 20. et vol. IV. pag. 952. *Harl.*

libros XIII. diuisa et in eod. codice nr. VI. *Theonis* in Ptolemaei magnae constructionis libros II. priores commentarius. — in cod. XVIII. eiusd. plutei (ib. pag. 35 sq.) est *Theonis* expositio magnae constructionis s. commentar. in libr. I. II. III. (qui est notandus, quoniam a nonnullis ignoratur,) IV. VI. *Pappi* schol. in libr. V et VI. (qui pariter multis incognitus fuit.) — cod. LXX. plut. 46. cum aliis opp. Ptolemaei, (catal. II. pag. 70.) — cod. XXII. plut. 89. cum figg. geometricis et scholiis marginal. (catal. III. pag. 414.) — In biblioth. S. Ioan. *Patauina* liber Almagesti fol. (vid. *Tomasini* biblioth. Patauin. pag. 31.) — in bibl. *Vaticana*, teste *Heilbron.* pag. 538. §. 3. — In bibl. *Bodleiana*, syntaxis magna, lib. XIII. lat. et perpetuis comment. illustrati per *Io. Raescl.* (*Heilbr.* p. 597. §. 241.) et supra, vol. IV. pag. 213.

In bibliotheca publ. *Paris.* in codd. CCCCLIII. MMCCCLXXXIX — MMCCCXCV. et quidem in plerisque libri XIII. in paucis tantum prolegomena. Cod. MMCCCIX. *Theodosii* libr. II. comment. in libros II. Ptol. magnae construct. cod. autem MMCCCXCVI. insunt *Theonis* comm. in quatuor priores libros, alius a Theone diuersi adparatus ad magnam construct. et canones expeditos et anonymi prolegomena commentariorum in Ptolem. libros.

In bibl. *Vindobon.* (teste *Nesselio* part. IIII. pag. 13. nr. 12.) ex libro magnae construct. septimo et octauo expositio canonica asterismorum hemisphaerii etc. quam, notante Nesselio, *Petrus Victorius*, quia in cod. Florent. eam sine vlla Ptolemaei mentione reperit expositioni Hipparchi in Arati et Eudoxi phaenomena subiunctam, perperam Hipparcho Bithyno tribuit et cum tribus Hipparchi libris edidit. — Ibid. pag. 118. cod. CCXX. nr. 2. et in *Lambecii* comm. tom. VII. col. 201. nr. 2. anonymi cuiusdam antiqui auctoris praeparatio in Ptol. magnam constructionem. gr.

In cod. CXXXXII. membran. scripto a. 1336. bibl. regiae *Neapolitanae μαθηματικῆς συντάξεως* libri XIII. et in cod. membr. scr. a. 1558. Ptol. syntax. libri XIII. tum *Theonis* et aliorum mathematicorum prolegomena et *Barlaami* lib. quomodo ex Ptol. syntaxi curatius possit deprehendi solis eclipsis, s. ἡλιακὴ ἔκλειψις. vid. etiam *Labbeus* pag. 203. bibl. nou. MSS. de *Barlaami* opus. Est quoque Barl. op. in cod. CCCX. Veneto D. Marci, (catal. pag. 145.) — In bibl. *Bodleiana*, *Ptol.* syntaxis collata cum MSto et notis H. Sauilii illustrata, item Sauilii adnotata ad *Theonis* comment. in Ptol. syntaxin: *Sauilii* adnott. ad II. priores lib. syntax. *Heilbr.* pag. 620. *Harl.*

Latine vertit *Georgius Trapezuntius* r), sed, vt solet, fere parum accurate parumque fideliter, Venet. 1515. s) et 1525. [al. 1527.] fol. et cum aliis t) Ptolemaei, Basil. 1541. fol. et

r) *Naudaeus* in libro, qui inscribitur considerations politiques sur les coups d'estat pag. 358. *La mort de Regiomontanus fut plus tost un crime des enfans de George Trapezonze, les quels faschez de sa mort et croyant que Regiomontanus en estoit cause pour avoir trop librement remarqué une infinité de fautes dans la traduction latine de l'Almageste de Ptolemée faite par le dit Trapezonze, ils se resolurent enfin de lui rendre la pareille et de la traiter plus tost à la Grecque qu'à la Romaine.* Vide et Allatium lib. de Georgiis pag. 378. vbi ex Nic. Perotti iudicio traditur Trapezuntius non latinum, sed barbarum multisque locis mendacem fecisse Ptolemaeum, nec in Trapezuntii ad Ptolemaeum commentariis quicquam esse alicuius duntaxat momenti, quod non sit a Theone Ptolemaei expositione subtractum. *Fabric.* vid. *Heilbronner* pag. 497 sq. *Harl.*

s) In hac edit. perrara non est versio *Georgii Trapez.*

et recensente *Erasmo Oswaldo Schrekkensusio.* Tubing. 1551. fol. [vid. *Weidleri* hist. astron. pag. 179.] — Tum Paris. 1556. 8. Dilucida et breui epitome latina maiorem lucem Almagesto adtulerunt *Ioannes Regiomontanus* *) et *Georgius Purbachius*, Basil. 1543. fol. cum praefatione Hieronymi Gemusaei. — Librum primum Almagesti graece cum versione sua et commentariis separatim edidit *Erasmus Reinhold*, Salfeldensis, Witeb. 1549. 8. et 1569. librum I et II. latine Paris. 1556. 8. Liber septimus syntaxeos Ptolemaei *graece* cum *versione gallica* prodiit: Etat des etoiles fixes, au second siècle par Cl. Ptolemée, comparé à la position des mêmes etoiles en 1786. avec *le texte grèc et la traduction françoise* par Mons. l'Abbé *Montignot*, Chanoine de Toul. Argentor. 1787. 4. conf. censuram in ephem. Goetting. litter. eiusdem anni. MSt. quod Bessarion habuit, est in bibl. Sen. Noribergensi. — Eiusdem libri septimi caput I. germanice ex graeca lingua a *Fischero*, capp. autem II. III et IV. a *Bode* ex gallica Montignoti interpretatione, sed liberius, versa sunt in libro, astronomis perquam vtili, et inscripto: *Claudius Ptolemaeus*, Astronom zu Alexandrien, im 2ten Jahrhundert, Beobachtung und Beschreibung der Gestirne, und der Bewegung der himmlischen Sphäre. Mit Erläuterungeu, Vergleichungen der neuern Beobachtungen, und einem stereographischen Entwurf der beyden Halbkugeln des gestirnten Himmels für die Zeit des Ptolemaeus, von *I. E. Bode*, Königl. Astronom etc. Berolini et Stettini. 1795. 8. In introd. paucis differit Bode de Ptolemaeo, eius Almagesto, praecipue libro septimo, et tempore obseruationis. Montignoti versionem in nonnullis locis aberrare a sensu Ptolemaei, animaduertit. (pag. 7.) Comparat la Lande hist. astron. part. I. §. 324. *Flamsteed* hist. coel. britannic. tom. III. vbi de Ptolem. obseruatt. agitur, et alios. Reliqua pertinent ad astronomiae peritos. Huc forsan quoque pertinet: *Sacratissimae astronomiae Ptholomaei liber diversarum rerum — tractans compendiose de diuersis rebus. — — ductu Petri Lichtenstein, Coloniens.* Venet. per Io. Bapt. Sessam. 1509. 4. — *Neapoli* prodiit *Ptol.* magnae composit. liber I. 1588. et lib. *secundus* ex lat. interpretat. *Io. Bapt. Portae.* 1605. 4. — *Ferdin. de Corduba* commentaria in Almagestum Ptolem. s. a. ex Antonii bibl. hisp. I. pag. 286. citat *Scheibel* in astron. bibliographie, part. I. pag. 5. qui pag. 61. de *Io. Glogouiens.* epitome, Cracou. 1506. 4. agit. *Harl.*

Nn 2 *Georgii*

Trapez. sed versio Ptol. Almagesti latina, ex arabica facta. vid. *Scheibels* Astron. Bibliogr. part. I. pag. 78. *La Lande* l. c. artic. 368. Georg. Trap. versio per *Luc. Gauricum* emendata prodiit Venet. 1527. et ibid. apud Luc. Ant. Iuntam, 1528. fol. vid. *Scheibel* pag. 103 sq. et pag. 126. de alia editione cum Isagoge Io. Nouiomagi. Colon. 1536. fol. *Harl.*

t) Cetera sunt: Tetrabiblus ex versione Camerarii, Carpus ex Iouiani Pontani translatione: Fixarum significationes ex edit. Leoniceni, subiunctis Procli hypothesibus astronom. posit. e versione G. Vallae. *Fabric.* Eadem continentur in edit. Schrekkensus. quae in *Weidleri* bibliogr. astron. p. 21. dicitur prodiisse *Basileae* 1551. adde *Weidleri* histor. astron. p. 366 sq. inprimis *Scheibel* l. m. part. II. pag. 2 sqq. De hypothes. *Procli*, qui interdum dissentit a Ptolemaeo, vid. infra Fabr. in vol. VIII. p. 518. lib. V. cap. 26. §. VIII. *Harl.*

u) De hoc eiusque fatis et scriptis vid. *Heilbron.* pag. 500 sqq. qui edd. Almagesti Venet. 1496. et Noriberg. cura D. Erasmi Flockii, 1550. quoque memorat; atque in bibl. Hulsiana tom. IV. part. I. pag. 123. bis occurrit edit. Regiomontani, Venet. 1496. add. *Kästneri* Anfangsgründe der Astronomie, 315. Multus est de illa edit. Veneta, *Mittarelli* in adp. libror. saec. XVI. col. 391 sqq. atque *Scheibel* in astron. Bibliographie part. I. pag. 38 sqq. et pag. 150. de *Regiomontani* commentar. lib. XIII. in Ptol. Almagest. Norib. 1550. fol. *Harl.*

Georgii Trapezuntii Isagogen in Almagestum Ptolemaei graece scriptam et in biblioth. Augustana atque Scorialensi pridem obuiam memorat *Leo Allatius* pag. 379. de Georgiis. *Nicolai Cabasilae* in librum tertium exstat inter graecos Theonis commentarios pag. 131. [vid. *Heilbronner* pag. 488. In CCCX. cod. *Veneto* D. Marci, (catal. gr. codd. pag. 145.) sunt commentaria Theonis, Pappi, et *Cabasilae*, vt habentur, in edit. Basileensi 1538. quae ex cod. Bessarionis emanauit, exceptis iis, quae in libro V. Theonis nomen prae se ferunt. Cabasilae commentarium in libr. III. excipiunt alia *eiusdem*, sine alia inscriptione. *Harl.*] *Alanus* in anti-Claudiano I. 1. pag. 18.

Diuitis ingenii vena Ptolemaeus inundans.
Deuectus superas curru rationis in arces.
Colligit astrorum numeros, loca, tempora, cursus.

Damascio in vita Isidori apud Photium cod. CCXXXXII. pag. 562. Ptolemaeus dicitur ὁ ἄριστος ἡγεμὼν τῆς ἀστροθεάμονος ἐπιστήμης. Vide et Procli hypothesin astronomicarum positionum, *Bedam* de natura rerum cap. 47. siue potius scholion in illud caput tom. II. Opp. pag. 38. *Isidorus* III. 25. Orig. *In vtraque lingua diuersorum quidem sunt de astronomia scripta volumina, inter quos tamen Ptolemaeus, rex Alexandriae,* (error hic est iam supra a me notatus,) *apud Graecos habetur praecipuus; hic etiam et canones instituit, quibus cursus astrorum inueniatur.* Etiam Ioanni Heuelio, Hipparcho nostrae aetatis, Ptolemaeus audit *scientiae astronomicae plane primus quasi conditor, qui Hipparchi aliorumque* [P] *obseruationes, additis etiam propriis, in formam deduxit, ac luculentas rationes, atque ita omnem doctrinam de sole, luna, deque tum inerrantibus tum errantibus stellis in Almagesto suo complexus est, quam non solum Alexandrini, sed omnes Arabes et Latini longa temporum serie etiam retinuerunt.* — [*Io. Garcaei* astrologiae methodus in qua secundum Ptolemaei doctrinam exactiss. facillimeque genituras iudicandi ratio traditur etc. Basil. 1546. fol. vid. *Scheibel* part. II. pag. 90 sqq.] — *Io. Mabillonius* in itinere germanico pag. 49. [pag. 54. edit. Fabric.] exhibet Ptolemaei effigiem, a se repertam in veteri codice, ante annum 1240. scripto, dioptram manu tenentis et sidera contemplantis. Dioptram enim referre potius, quam tubum opticum, a recentioribus demum ingeniis repertum, iampridem viri docti obseruarunt.

IV. ΤΕΤΡΑΒΙΒΛΟΣ ΣΥΝΤΑΞΙΣ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΗ. *Quadripartitum* siue *quatuor libri de apotelesmatibus et iudiciis astrorum*, ad *Syrum* v).

[Primum codd. huius, et, vt tempori chartaeque parcam, sequentium opusculorum msstos paucis memorabo, opera Heilbronneri libr. cit. inprimis vsurus.

In bibl. Caesarea *Vindobon.* teste *Lambecio*, commentar. vol. VII. col. 187 sqq. cod. chart. antiq. XXXXVII. nr. 4. (et in *Nesselii* catal. part. IV. pag. 103. nr. 4.) quadripartita compositio, sed in hoc cod. imperfecto sunt tantum capita XXI. et prooemium est scriptum πρὸς τινα Σύρον ἑαυτοῦ φίλον in editione autem Camerarii legitur πρὸς Σύρον ἀδελφόν. Tum adiuncta sunt capitibus multa *diagrammata astrologica*, quae in editis libris non exstant.

v) Schol. graec. Προσφωνεῖ τῷ Σύρῳ ὁ Πτολεμαῖος τὸ βιβλίον, πρὸς ὃν καὶ τὰς ἄλλας αὐτοῦ πάσας πραγματείας προσεφώνησεν. Λέγουσι δέ τινες, ὡς πέπλακεν αὐτὸ τὸ τοῦ Σύρου ὄνομα. Ἄλλοι δὲ, ὅτι οὐ πέπλακεν, ἀλλ' ἰατρὸς ἦν οὗτος ἀχθεὶς καὶ διὰ τούτων τῶν μαθημάτων.

ſtant. Praeter ea capiti primo ſiue Ptolemaei prooemio praefixa eſt alterius cuiusdam anonymi antiqui auctoris graeci praefatio hiſtorica de Cl. Ptolemaei aetate, et de aſtrologiae iudiciariae antiquiſſimis apud Graecos ſcriptoribus, quam praefat. breuem Lambec. graece cum ſua verſione lat. exſcripſit. — (in eod. cod. teſte *Neſſelio* pag. 104. nr. 10. ſunt ex eodem Ptolem. opere excerpta quaedam. — In eod. vol. col. 208. cod. LI. nr. 4. (et in *Neſſelii* catal. l. c. pag. 110.) Ptol. *Harmonicorum* libri III. — In eod. vol. col. 485. cod. CXXV. nr. 10. (in *Neſſelii* catal. part. IV. pag. 12 et 13.) *Ptol. explanatio, ordinatio et methodus vſualis canonum aſtronomicorum expeditorum*, ſequitur, (notante Kollario,) *Ptol. de hypotheſibus planetarum*, et nr. 9. *Theonis expoſitio in Ptol. canones aſtronomicos expeditos.* — In *Neſſelii* catal. part. IV. p. 63. in cod. CVIII. nr. 2. *Ptolemaei* et aliorum *apotelesmatica.* — ibid. pag. 91. cod. CLX. nr. 1. *Ptol. de hypotheſibus errantium.*

In bibl. *Leidenſi*, (teſte catal. pag. 340. nr. 2. et p. 341. nr. 39.) inter codd. legatos Scaliger. *Ptol.* *φάσεις* inerrantium ſiderum. (pag. 343. nr. 61. inter codd. Voſſianos,) ex Ptolemaeo et aliis. — (pag. 364. nr. 18.) Alapra tractatus Ptolemaei, liber quartus, qui nouem capitibus conſtat, de planetis. *german.* — (pag. 365. nr. 27.) Ptolem. de imaginibus ſuper facies ſignorum. — (pag. 395. nr. 70 et 10.) *Harmonicorum* *τῶν εἰς τρία* etc. cum ſigg. tonorum atque nr. 10. cum nonnullis emendatt. in margine. — In catal. codd. Voſſ. ſubiuncto *Colomeſii* opp. a Fabricio editis, pag. 811. nr. 52. Ptol. *Harmon.* libri III. et nr. 53. *Porphyrii* in Ptolem. harmonica commentarius.

Pariſ. in bibliotheca publica, teſte catal. tom. II. ſunt *tetrabiblon* ſiue de iudiciis aſtrorum in codd. MMCCCLXIII. MMCCCCXXV. MMDIX. *Carpus* in codd. MMXXVII. MMCLXXX et MMDIX. *capita de promtis canonibus* in codd. MDCXLII. MMCCCXCVII. — *de adparentiis et ſignificationibus inerrantium* in cod. MMCCCXC. — *de hypotheſibus planetarum* in codd. CCCCLIII et MDCXLII. — *planiſphaerium* in cod. MMCCCXC. — *harmonica* in codd. MMCCCCL — MMCCCCLIII. MMCCCCLVI. MMCCCCLVII. MMCCCCLIX. MMCCCCLXI. in his adiuncti ſunt cod. MMCCCCL. *Theonis* in Ptol. mathemat. conſtructionem commentarii, et codd. MMCCCCLVI ac MMCCCCLVII. *Porphyrii* comm. in Ptol. harmonica. — *Ptolem. de parallelis* in cod. MMCCCCLXXXIX. — *de iudicandi facultate*, in codd. MDCXLII. MMCCCLXIII. MMCCCXC. — *tabulae longitudinis et latitudinis vrbium inſigniorum*, in cod. MMCCCIC. — Excerpta in cod. MMCLXXX. — tetraſtichon heroelegiacum, quod Ptolem. tribui ſolet, in cod. CCCCLIII.

In biblioth. *Vaticana* apud *Heilbronner*, (duce Montfaucon in biblioth. bibliothecarum MSStorum,) pag. 537 ſq. Ptol. de periodis lunae. — aſtronomica, mathematica et geographica. *Theonis* in mathemat. Ptolemaei, anonymi in eadem expoſitiones. — pag. 542. *Ptol.* quadripartitum cum *Procli* commentariis. — pag. 545 §. 19. *Ptol.* de aſtronomiae imaginibus. — In biblioth. Archiuii Baſilicae S. Petri, Romae, *Ptol.* mathematica, gr. et *Theonis* comment. — *Venetiis* in Muſeo Car. Auantii, *Ptol. canones*, (Heilbr. pag. 561. §. 74.) — In bibl. *Eſcorial. Ptol.* mathematica commentaria; eiusdem breues regulae; calculationes motus lunae et ſtellarum; opera quaedam alia, nendum edita. (*Heilbr.* pag. 569. §. 117.) — *Pariſ.* in bibl. monaſterii S. Germani etc. *Ptol.* opera quaedam, (*id.* pag. 578. §. 163 et 165.) — Inter codd. *Rauchin*, conſiliarii, *Ptol.* de motibus coeli, latine. (id.

 pag. 582.

pag. 582. §. 183.) — Inter codd. de *Mesme*, *Ptol. astronomia.* (id. pag. 584. §. 189.) — in bibl. *Mazarini*, *Ptol. expositio proprietatum parallelorum.* (id. ibid. §. 188.)

In bibl. *Bodleiana*, *Ptol.* tetrabiblos. (*Heilbr.* pag. 592. §. 223.) — hypotheses planetarum et Theon. in tabb. προχείρες bis. (id. pag. 595. §. 236.) lib. de compositione astrolabii, translatus ex sermone arab. in latinum: aera 1185. (id. pag. 600. §. 256.) — Centiloquium cum vetere commentario, it. Quadripartitum, *Haly* in quadripartitum Ptol. (id. pag. 602. §. 258. pag. 603. §. 260. pag. 604. §. 264.) — centiloquium, Haly expositio illius et glossae in Quadripartitum, Ptol. instructio, (pag. 607. §. 275. 278 et 279.) — *Ptol.* hypoth. planetarum, eiusdem ordinatio τῶν προχείρων κανόνων et Theonis in eosdem canones atque λογικὴ ἔφοδος, (pag. 609 et 610. §. 289.) — Ptol. opera, planisphaerium, (pag. 612. §. 296. pag. 613. §. 300.) — phases stellarum fixarum, (pag. 614. §. 307.) — Centiloquium cum comment. et tabulis Hosein, pars Almagesti, arabice. (p. 616. §. 313.) — Hypotheses planetarum, canones cum *Theonis* comment. et λογικῇ ἐφόδῳ, sectionibus IV. gr. (ib. § 316.) — Anonymus in Ptol. de iudiciis astrorum et *Porphyrii* introductio: adparentiae stellarum fixarum, et prognostic. coll. cum exemplari Vaticano. *Ptol.* introd. in canones, initium; *Ptol.* Quadripartit. (pag. 616 — 618.) — *Ptol.* opticorum sermones V. ex arabico latine redditi; *Sanilii* versio lat. partis Almagesti, et commentariorum *Theonis* et *Cabasilae*, voll. III. (pag. 619.) — *Ptol.* de hypothesibus lat. (pag. 620.) — *Theonis* paradosis in canones Ptol. cum scholiis, graece. (*Heilbr.* pag. 621.)

Oxonii in bibl. acad. *Ptol.* Almagestum ex arabica lingua in latinam versum, it. lat. cum figg. — *Haly* Glossae in Quadripartit. — *Ptol.* opus quadripartit. et Centiloquium cum comment. in istos libros. (*Heilbron.* pag. 624 et 625.) — *Geber* in *Ptol.* (pag. 626. § 339.) — *Ptol.* canones, gr. (ibid. §. 343.) — *Cantabrigiae* in bibl. acad. *Ptol.* Quadripartit. cum comment. *Haly;* centiloquium cum eiusdem comm. (pag. 632. §. 376.) — In aliis bibl. in *Anglia*, *Ptol.* canon. cum *Theonis* introd. logica, item *Heraclii* comm. in Ptol. canones gr. comm. (qui liber emendate scriptus, rarus et ineditus dicitur, *Heilbr.* p. 656. §. 409.) — *Bredon* expositio super quaedam capitula Almagesti; — *Ptol.* de eclipsibus, coniunctionibus planetarum, et orat. de Ptol. hypothesibus etc. (pag. 642 et 643.) — *Ptol.* phases etc. gr. (pag. 644.)

Florentiae in bibl. Laurent. Medic. (teste *Bandin.* cat. codd. graec.) tom. II. col. 10 sqq. cod. I. plut. 28. *Ptol.* hypothesis stellarum errantium. — eiusd. adparentiae stellarum fixarum earumque significationes. — eiusd. de iudicandi facultate. (postrem. op. est quoque in cod. XII. nr. 4. (pag. 23.) et cod. XLVII. §. 4. (pag. 70.) — cod. VII. (col. 16 sqq.) *Theonis* expositio in Ptol. canones, (vbi Bandin. adnotat, et ex prooemii principio efficit, *duo* extare Theonis syntagmata εἰς τὲς προχείρες Πτολ. κάνονας. Prius constat libris V. et habetur in cod. medic. XII. eiusdem plutei; posterius (f. λογικὴ ἔφοδος) in hoc cod. septimo, et in cod. Veneto D. Marci cod. CCCXV. catal. pag. 146. vbi accensetur ineditis, nec non in duobus codd. Vindobon. et alibi, vti iam hinc inde vidimus in hac codd. enumeratione, adde ad §. VI. de cod. Ven.) — *Ptol.* declaratio et ordinatio promtorum astronomiae canonum et hypothesis stellar. errantium; eadem opusc. in cod. XII. (pag. 17 sqq. pag. 23 sq.) cod. XLVI. (pag. 68.) cod. XLVII. (pag. 70.) — cod. XII. (pag. 21.) *Theonis* memor. comment. in Ptol. canones f. λογικὴ ἔφοδος: (de quo libro copiosus est Bandin.) et nr. VI. vti in cod. XXVI.

cod. XXVI. h. plut. alterum eiusdem ſyntagma: cod. XLVIII. 2. (pag. 70 ſq.) — *Ptol. Tetrabiblos*, cod. XVI. nr. 11. (pag. 34.) cod. XX. nr. 4. cum anonymi expoſitione quadripartiti. (p. 38.) cod. XXXXIII. nr. 1. (p. 66.) — Centiloquium, ſ. Κάρπος, cod. XVI. nr. 13. (pag. 34.) — cod. XX. nr. 2. et nr. 3. anonymi commentarius. (pag. 38.) — fragmenta. (pag. 68. nr. 1 et 2.) — Harmonic. cod. XXIX. plut. 58. nr. 19. et *Porphyrii* commentarius nr. 20. (pag. 474 ſq.)

Neapoli in bibl. regia. *Ptol.* Καρπος, cod. chart. ſaec. XVI. — *Porphyrii* comment. in Ptol. harmonica prooemium, cod. chart. ſaec. XVI. — Apotelesmat. libri IV. cum Porphyrii et anonymorum duorum expoſitione, cod. membr. ſaec. XV. — Harmon. libri III. cod. ſaec. XIV.

In bibl. *Bauar. Monaci* de muſica libr. III. cum Porphyrii introduct. (catal. pag. 61. cod. CLIV et CLVIII.) et almageſtum, cod. CLVII. ibid. — declaratio — τῶν πρoχείρων τῆς ἀστρονομίας. (pag. 67. cod. CLXXIII.) — duodecim mathematica Ptolem. opuſcula. (p. 81. cod. CCXXVII.)

Patauii in muſeo Triuiſani, Harmonica cum Porphyrio. — *Auguſtae Vindel.* bis Harmon. cum enarr. Porphyrii. — *Gulferbyti* in bibl. ducali, Harmonica.

Turini in bibl. regia, adparitiones ſtellarum etc. cod. CCXXXIV. (catal. pag. 318.) — Harmon. cod. CCXXXI. (catal. pag. 316.) — Quadripartitum. cod. CCLXXXVIII. (catal. pag. 386.)

Venetiis, in bibl. D. Marci, teſte catal. in cod. CCCIII. Expoſitio in tetrabiblon et Fructus ſ. Κάρπος. — in cod. CCCXIV. Quadripartitum cum expoſitione anonymi et Porphyrii Iſagoge, item Fructus, de expeditis canonibus, de iudicandi facultate et de hypotheſibus planetarum cum *Theonis* proleg. in magnam ſyntaxin: — cod. CCCXV. *Theonis* comm. in canones Ptol. ſ. λογ. ἔφοδος. (add. ad §. VI. de cod. Ven.) — in cod. CCCXVIII et CCCXXI. Harmonica cum *Porphyrii* comment. — in cod. CCCXIII et CCCXIV et DXCIV. Quadripartitum, Κάρπος et de hypotheſibus planetarum. — in cod. DXCIII. *Porphyrii* comm. in Harmonica. Acceſſit, teſte *Villoiſon.* in Anecdot. gr. tom. II. p. 284. Fructus cum expoſitione Achmetis. — *Venetiis* in biblioth. S. Michaelis, Harmonicorum libri III. gr. cum *Porphyrii* comment. et *Ptol.* inerrantium ſtellarum ſignificationes, per *Nic. Leonicum* e graeco translatae, it. Excerpta ex Ptol. libris in op. Aſtrolabii. vid. *Mittarelli* bibl. codd. illius monaſterii col. 973 ſq. et col. 75. idem col. 1127. memorat cod. *Ptol.* delle Predizioni aſtrologiche lib. IV. tradotti dalla Greca nell' Italiana favella. *Harl.*]

Graece primum editi a *Ioachimo Camerario* w), cum verſione ſua duorum priorum librorum et praecipuorum e reliquis locorum, Norimb. 1535. 4. Hinc cum verſione *Phil. Melanchthonis*, qui in praefat. ad Erasmum Ebnerum, ſenatorem Norimbergenſem, teſtatur, ſe editionem Camerarii multis mendis purgaſſe, tum numeros in locis apheticis tam graeci quam latini textus emendaſſe. Baſil. 1553. 8.

[Plenior

w) V. indic. libror. rar. bibl. Budenſis, part. II. pag. 241. *Harl.*

[Plenior eſt inſcriptio: *Cl. Ptolem.* de praedictionibus aſtronom. cui titulum fecerunt Quadripartitum, gr. et lat. libr. IV. *Melanchthone* interprete, (qui duo poſter. libr. vertit.) Eiusd. Fructus libror. ſuorum, ex verſione *Iouiani Pontani.* (lat.) Baſil. per Io. Oporinum. — *Caſiri* in bibl. arabico-hispanica tom. II. pag. 346 ſq. copioſe recenſet cod. litteris cuphicis exaratum, qui continet arabicam verſionem librorum Ptol. *Quadripartitum* et *Fructus* inſcriptorum. Animaduertit, arabicam illam verſionem plurimis in locis a contextu graeco diſſentire, et omittere infinita; ex illa autem verſione deſumtam eſſe antiquam noſtram latinam, multis modis barbaram et ab ipſo arabico mire discrepare autographo. Prior vero pars non continet veram Quadripartiti interpretationem, ſed illius tantum modo compendium, quod *Thabetus* olim edidit. (Thabetus tamen apud *Caſir.* I. pag. 387. vbi de illo agitur, compendium libri *primi* feciſſe dicitur.) Alii praeter ea Arabes aliis caſtigatiorem dederunt verſionem Quadripartiti. *Caſiri* praecipue laudat interpretationem *Abrahami Ben Alſalat*, quam *Honainus*, Iſaaci filius, emendauit. (vid. quoque *Caſirum* vol. I. p. 349.) commentariis vero illuſtrarunt *Omarus Ben Farkhan*, ſ. *Pharkhan Abrah. Ben Salat*, *Alnairizius* et *Albategnus*, (qui etiam alios exornarunt libros,) item *Ali Ben Redhuan*, cuius commentarium latine editum teſtatur Cardanus. *Harl.*]

Latine pridem verterat *Aegidius Tebaldinus* ſiue latino-barbare ex hiſpanica verſione, Alfonſi, Caſtellae regis, iuſſu ex Arabico [x]) confecta. — [*Latina* verſio Quadripartiti et centiloquii ſ. Καρπȣ, cum Haly comment. ex arabico facta, prodiit *Venetiis* per Erh. Ratdolt. 1484. 4. (vid. *Foſſii* catal. bibl. Magliab. tom. II. pag. 419 ſq. *Panzer* A. T. III. pag. 204. et quos ille laudat,) atque cum multis aliorum opuſculis, ibid. per Bonet. Locatellum, 1493. fol. vid. *Panzer* ibid. pag. 332. inprimis *Mitarelli* in adpend. libr. ſaec. XV. col. 389 ſqq. — Quadripartiti libr. IIII. de inerrantium ſtellarum ſignificationibus, lib. I. (interprete Nic. Leonico,) et Centiloquium (Io. Iouiano Pontano interprete,) cum Hermetis et aliorum opuſculis, (ex ſuperiore edit. probabiliter repetitis,) lat. additi ſunt *Iulii Firmici Materni* Aſtronomικῶν libr. VIII. per *Nicol. Pruckneruni* — ab innumeris mendis vindicatis. Baſil. per Io. Herwagium. 1551. fol. adde *Scheibel* aſtron. Bibl. part. II. p. 1 ſq. *Harl.*] — Vertit et *Antonius Gogaua*, Louan. 1548. 4. Patauii 1658. 12. Pragae 1610. 12. Commentario illuſtrauit *Hieron. Cardanus* prioribus II. libris Camerarii, poſterioribus Gogauae verſione ſeruata, Baſil. 1554. fol. [y]) 1579. fol. Lugd. 1555. 8. et in Cardani Opp. [cura *Car. Sponii*, Lugd. 1663. fol. tom. V. pag. 93 ſq. vid. *Freytagii* adparat. litter. III. pag. 725 ſq. *Harl.*] — *Georgii Vallae* commentarius, anno 1502. editus, nihil aliud eſt, quam latina verſio ſcholiorum graecorum; ſiue exegeſeos ieiunae *Demophili* in tetrabiblon, quae cum *Porphyrii* ſiue *Antiochi* Iſagoge graece et latine, addita *Hieron. Wolfii* verſione, lucem vidit Baſil. 1559. fol. In his ſcholiis Dorotheus citatur pag. 48. 110 et 139. Cleopatra pag. 88. Porphyrius, philoſophus, pag. 169.

x) *Selden.* vxor Hebr. pag. 342. Ceterum de Alphonſi regis cura in promouenda Arabica Quadripartiti verſione, vide, ſi placet, *Nic. Antonium* in Bibl. veteri Hiſpana tom. II. pag. 55. vel acta erud. a. 1697. pag. 302. Viderit porro Gaſſendus, qui in philoſophia Epicuri, vbi contra aſtrologos diſputat tom. II. pag. 501. contendit, tetrabiblon indignum eſſe Ptolemaei genio et ſubdititium. Equidem Io. Pico iudice lib. I. contra Aſtrologos p. 285. Ptolemaeus *malorum* ſiue apoteleſmaticorum eſt optimus. *Fabric.* Adde *Weidler.* pag. 181 ſq. et *Heilbronner* pag. 349. *Harl.*

y) Vid. *Scheibel* l. c. part. II. pag. 15 ſqq. et pag. 98 ſqq. de ſeq. edd. *Harl.*

pag. 168. Meminit et auctor Petosiridis ac Necepso pag. 112. *λέγει δὲ παλαιὸν τὸν Νεχεψὼ* (ita leg. pro *χεψὼ* vt pag. 112.) *καὶ Πετόσιριν, οὗτοι γὰρ πρῶτοι τὸ δι' ἀστρολογίας ἐξήπλωσαν προγνωστικόν.* [conf. supra in vol. IV. pag. 148 sqq.] Paraphrasin tetrabibli, a [?] *Proclo* concinnatam, graece edidit *Melanchthon*, Basil. 1554. 8. z) Graece et latine cum versione sua *Leo Allatius*, Lugd. Batau. 1654. 8. Locum Ptolemaei e codice graeco MS. in collegio corporis Christi Oxon. feliciter restituit Seldenus p. 35. ad marmora Arundeliana. *Haly Heben Rodoan*, Arabis, commentarium laudat Cardanus cum Demophilo latine editum.

V. ΚΑΡΠΟ'Σ siue *fructus librorum suorum*, centum aphorismis astrologicis, ad eumdem Syrum. Graeca et latinam *Io. Iouiani Pontani* aa) versionem edidere *Ioachimus Camerarius* et *Phil. Melanchthon* vna cum tetrabiblo. Exstat et versio latina ex *Arabico* facta et post editionem Venetam [1483 et] 1493. fol. saepius edita. [Centum *Ptol.* sententiae, lat. per *Pontanum*, cum Pontano de rebus coelestibus et de luna. Venet. in aedib. Aldi et Andr. Soceri. 1519. 8. (vid. *Scheibel* astr. Bibl. I. pag. 89.) — Tum centum sententiae, interprete *Georgio Trapezuntio*, cum *Luc. Gaurizii* orat. de inuentione, vtilitate et laudibus astronomiae. Romae. 1540. 4. vid. meam Introd. l. m. *Harl.*] — Ex graeco versio *Georgii Trapezuntii* cum commentariis Basil. 1550. etc. *Arabicum* codicem memorat *Labbeus* Bibl. MSS. pag. 256. [vid. ad §. anteced.] Cum commentariis *Persicis Nasirodini Thusii* fuit inter codices manu exaratos, quos Iac. Golius ex Oriente secum adtulit bb). Vlmae 1674. 12. latine prodiit astrologia aphoristica, in qua aphorismi astrologici Ptolemaei, Hermetis, Ludouici de Rigiis, Almansoris, Cardani et Anonymi. Prodiit etiam Ptolemaeus *de electionibus*, Venet. 1509. latine.

VI. ΚΑΝΩ'Ν ΒΑΣΙΛΕ'ΩΝ, *recensio chronologica regum* a Nabonassoro Assyriorum, Medorum, Persarum, Graecorum et Romanorum vsque ad Antoninum Pium, memorata *Georgio Syncello* p. 207 sq. 261. 264. 326. aliisque et inde ex parte restituta a *Iosepho Scaligero* III. Isagog. Canonum p. 291. integrius e codice D. Oueralli edita a *Setho Caluisio* in Isagoge chronologica p. 97. [add. Ioh. Behm Chronol. manud. Frf. 1619.] Postea e *Theonis* cc) Alexandrini commentariis *εἰς τοὺς προχείρους κανόνας* vulgata graece et latine a *Dionysio Petauio* ad calcem rationarii temporum saepe recusi, quem vide etiam lib. IX. thesauri temporum cap. 58. Hinc *Io. Bainbridgius* edidit cum libro Ptolemaei de hypothesibus planetarum, Lond. 1620. 4. [cum aliis

z) Conf. *Lambecii* comment. vol. VII. pag. 190 sqq. apud quem *Allatii* edit. citatur 1635. per vitium forsan typogr. v. Introduct. meam l. c. pag. 154 sq. *Harl.*

aa) Haec lat. versio vna cum *Pontani* adnotatt. exstat in tomo III. Pontani Operum, pag. 2601 — 2878. *Heum.* — *Io. Iou. Pontani* commentariorum in centum Cl. Ptol. sententias libri II. Basil. apud Andr. Cratander. 1531. 4. vid. *Scheibel* l. c. pag. 109. *Harl.*

bb) Cod. gr. Venet. cum expositione *Achmetis* supra in codd. notitia memoraui. — Ex versione illius, (qui plene scribitur *Abugafar, Ahmed F. Iusuf F. Ibrahim,*) translatum fuit centiloquium in linguam *hebraicam:* cuius cod. est in bibl. Leidensi inter MSSt. Scaliger. teste catal. pag. 404. nr. 14. In *Casiri* bibl. cit. I. pag. 372. cod. illius arab. exstat, et nomen quoque scribitur *Ahmad Ben Ioseph. Harl.*

cc) In cod. *Veneto* CCCXXV. (catal. pag. 150.) est primum *Nicephori Gregorae* expositio psiphophoriae eclipsis solaris ex Ptolemaei syntaxi et deinceps ex expeditis canonibus; tum sequitur *expositio in exped. canones Ptolem.* vbi initio cod. fusius differitur de auctore opereque, et adnotatur, hanc expositionem non esse Theonis, sed iunioris cuiusdam astronomi; hanc esse clariorem, Theonis autem obscuriorem etc. — in cod. CCCXXVIII. est quoque anonymi expositio in canones Persarum. *Harl.*

aliis opusc. vid. Pinelli catal. tom. I. pag. 328.] Denique *Henricus Dodwellus*, collatis praeter editos codicibus MSS. If. Vossii, (a quo integriorem edendum canonem Ptolemaei promiserat G. Vossius, pater, pag. 140. de scient. mathem.) Sauilii, Visserii edidit cum variis lect. et notis, adiectisque aliis fastis graecis recentioribus fragmentisque e *Theonis* et *Heraclii*, imp. commentariis in Πρόχειρες Ptolemaei κανόνας, subiecit dissertationibus suis Cyprianicis, Oxon. 1684. 8. et 1685. fol. Brem. 1690. fol. et Amst. 1700. fol. Suidas de *Triboniano* Sidete, qui Iustiniani, imperatoris, aetate floruit: ἔγραψεν ἐπικῶς ὑπόμνημα εἰς τὸν Πτολεμαίου κανόνα. Videtur etiam *Demophilus*, siue quisquis auctor scholiorum graecorum in tetrabiblum p. 65. commentarium promittere in canonem astronomicum [?] Ptolemaei: Ταῦτα γὰρ ἐν τῷ κανόνι μαθησόμεθα. Suidas inter scripta Ptolemaei nostri etiam refert πρόχειρον κανόνα. [conf. *Paulli* locum supra in vol. IV. pag. 139 sq.] Fidei canonis huius mathematici circa annos regum Babyloniorum detrahit *Hermannus Conringius* in aduersariis chronologicis de antiquis Asiae et Aegypti dynastiis cap. 12. dd) Et sane fatendum est, numeros annorum haud satis constare, et varie corrumpi potuisse, Theonis quoque commentaria esse interpolata a Christiano, qui Iulianum dicit parabatam. In canone Aegyptiaco Ptolemaeus annos regum non a vero die eorum natali, sed a Thoth vago, qui postea pro vsu ciuili adligatus est sub Augusti imperio diei XXIX. mensis Augusti, numerat, vt obseruatum *Antonio Pagi* ad a. Chr. 69. nr. 3. [Inprimis de hoc Canone egerunt *Freretus*, Remarques sur le Canon astronomique, qui se trouve dans les Manuscrits de Théon d'Alexandrie — Mém. de l'Acad. d. Inscr. T. XXVII. p. 121 sq. et german. in: Abhandlungen und Auszügen der kön. Akad. d. Inschr. in Classen gebracht, Alte Gesch. Asiens, I. B. p. 393 sq. — atque *I. S. Semler* Historische und critische Erläuterung des sogenannten Canons des Ptolemaeus, in: Sammlung von Erläuterungsschriften zur allgem. Welthistorie, III. B. (Hal., 1750.) p. 103 sq. *Beck.*]

VII. ΦΑ'ΣΕΙΣ 'ΑΠΛΑΝΩ͂Ν 'ΑΣΤΕ'ΡΩΝ ΚΑΙ` ΣΥΝΑΓΩΓΗ` 'ΕΠΙΣΗΜΑΣΕΙΩ͂Ν, *de apparentiis et significationibus inerrantium* per vniuersum annum. Eiusmodi quatuor parapegmata inter se diuersa exstant Ptolemaei nomine, vt notauit Iac. Visserius cap. 6. de Macedonum et Asianorum anno solari.

Primum solum genuinum est, in quo φάσεις, suo tempori congruentes, ex proprio calculo exhibet Ptolemaeus, ἐπισημασίας ex veterum tabulis atque obseruationibus *Aegyptiorum*, *Caesaris* (in Italia) *Calippi* Cyziceni (330. annis ante Christum in Hellesponto) *Cononis* Samii, (270. ante Christum, in Italia et Sicilia) *Democriti*, Abderitae, (in Macedonia et Thracia, 430. ante Christum) *Dosithei*, Coloniensis, (Coloni prope Athenas, ante Christum 200.) *Euctemonis*, Atheniensis, (Athenis, in Cycladibus, Macedonia, Thracia, 432. ante Christum annis) *Eudoxi*, Cnidii, (36?. ante Christum, in Asia, Sicilia et Italia,) *Hipparchi*, Bithyni, (in Bithynia, 130. ante Christum annis) *Metonis*, Atheniensis, (432. ante Christum, in Cycladibus, Macedonia, Thracia, Athenis) *Metrodori*, Scepsii, (80. ante Christum, in Italia ac Sicilia) *Philemonis* (MS Φίλωνι habet. nisi Philippi, vel Euctemonis legendum p. 64. Vranolog. edit. Amstel. pro Philemon.) et *Philippi*, Medmaei, (in Peloponneso. Locride ac Phocide, 340. ante Christum annis). Hoc integrum latine edidit a se versum *Federicus Bonauentura*, Vrbinas, cum notis, Vrbini 1592. 4. [vid. *Scheibel.* part. I. pag. 205. — lat. ex interpret.

dd) Atque in Actis erud. Lips. Supplem. tom. IX. pag. 399 sqq. *Heum.*

terpret. *Nic. Leonic.* Florent. per her. Phil. Iuntae. 1525. 8. cum quibusdam Ouidii poemat. vid. *Bandini* Annal. Iuntinae typogr. part. II. pag. 197. — antea in tomo II. edit. *Ouidii* Aldinae, Venet. 1515. 8. vid. *Scheibel.* aſtron. Bibliogr. I. pag. 82. *Harl.*] — Partem, eamque ipſam admodum mutilam ac deprauatam in Vranologio ſuo graece cum verſione ſua vulgauit 38. annis poſt *Dionyſius Petauius*, Pariſ. 1630. fol. Recuſum eſt *Petauii* Vranologium Amſtelod. (titulus quamvis praeferat Antwerpiam) 1703. fol. Huius parapegmatis exemplar integrum graecum ab Henr. Sauilio ſibi communicatum fuiſſe, Vſſerius teſtatur. Suidas [P] quoque inter Ptolemaei ſcripta memorat περὶ φάσεως καὶ ἐπισημασιῶν ἀςέρων ἀπλανῶν βιβλία β'.

Secundum parapegma faſtorum libris Ouidio antiquiores editiones ſubiiciunt, in Petauii quoque Vranologio comparet, traditurque e graeco Ptolemaei translatum eſſe a *Nic. Leoniceno.* Sed Scaligeri, Petauii aliorumque ſententia falſo ad Ptolemaeum refertur, cum ſit rhapſodia, ex variis parapegmatibus nullo iudicio conſuta (confer Petau. VII. 5. diſſ. ad Vranolog.) et forte, vt Vſſerius ſuſpicabatur a Leoniceno ipſo ex Ouidio et aliis ſcriptoribus latinis congeſta. *Fabric.* Ex Columella eſſe contextum, contendit *Pontedera.* vid. quae notaui in Introduct. l. m. pag. 155 ſq. *Harl.*

Tertium et breuius et nullius plane momenti anno Chriſti 1345. Aſtrologicae ſuae ſummae inſeruit *Ioannes Eſchenden.*

Quartum ſubiectum habetur Iſagogico aſtrologiae Ptolemaei ex Arabico *ab Abrahamo de Balmes* conuerſo, quod non aliud eſt, ac Gemini Rhodii Iſagoge in phaenomena, de qua libro III. dixi. [P]

VIII. Cum Ptolemaei liber huius argumenti genuinus, quem *Federicus Bonauentura* vna cum apologia [ee]) ſua pro Theophraſto atque Alexandro, Aphrodiſeo, latine cum notis edidit, ille ipſe in manus meas peruenerit graece beneficio doctiſſimi atque amiciſſimi collegae mei, *Io. Frid. Winckleri*, qui cum cum ante aliquot annos Oxoniae verſaretur ex codice Sauiliano deſcripſit, operae pretium exiſtimaui, partem priorem, quae graece nunquam lucem vidit, hoc loco vna cum verſione Bonauenturae integram ſubiungere, poſterioris vero partis, quam in Vranologio Petauius edidit, tantum annotare ea, quibus locis codex iſte vel plenior eſt, vel a Petauiana editione recedit. [P]

[Ego vero illum librum, a Fabricio hic editum, ſi vita ſiuerit, nec lectoribus erit ingratum, in Supplem. tomum coniiciam. *Harl.*]

IX. ΠΕΡΙ' ἈΝΑΛΗ'ΜΜΑΤΟΣ, *De analemmate* ex editione *Frid. Commandini*, Rom. 1562. 4. Hunc librum nondum vidi: ſed coniicio, eum parum diuerſum eſſe a planiſphaerio Ptolemaei, de quo infra §. 11. et quod legi ex eiusdem Commandini editione, ibi memorata. *Fabric.* [In catal. Pinelliano, tom. I. pag. 321. in vno volumine compacti ſunt illi duo libri, diuerſe inſcripti: *Ptolem.* planiſphaerium, cum commentar. *Fed. Comman-dini,*

Oo 2

ee) Titulus integer libri eſt: Fed. Bonauenturae, Vrbinatis, pro Theophraſto atque Alexandro, Aphrodiſienſi, de vero tempore ortus atque occaſus Orionis Apologia tribus libris diſtincta, in qua de ſpeciebus ortus et occaſus ſiderum ex Ptolemaei ſententia latiſſime agitur, multaque loca veterum poetarum, medicorum ac philoſophorum et praeſertim Homeri, Hippocratis, Heſiodi, Ariſtotelis, Arati, Hipparchi, Galeni, Theophraſti, Alexandri, Virgiliique enarrantur ad Clariſſ. mathematicum Io. Antonium Maginum, Patauium.

dini, et Iordani planifphaerium, Venet. Aldi fil. 1558. 4. (quae ed. etiam fuit in bibl. Hulfiana, tom. II. pag. 456.) — et *Ptol.* liber de analemmate, cum comment. Fed. Commandini, Romae P. Manut. 1562. 4. (in ead. quoque bibl. Hulfiana, tom. II. pag. 355.) *Harl.*]

X. ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΩΝ ΠΛΑΝΩΜΕΝΩΝ, *De hypothefibus planetarum liber* latina verfione et formis mathematicis illuftrates a *Io. Bainbridge*, Lond. 1620. 4. Codex pulcherrime fcriptus fuit in bibl. Caroli de Montchall, tefte *Labbeo* pag. 189. Bibl. nou. MSS. [alius exftat in Bibl. Vindob. vid. *Lambecii* comm. VII. pag. 486. ibique not. Kollarii.] Ptolemaeum optimum aftronomorum in fecundo libro ὑποθέσεων laudat *Simplicius* in II. de coelo comment. 33.

XI ἍΠΛΩΣΙΣ ἘΠΙΦΑΝΕΙΑΣ ΣΦΑΙΡΑΣ, PLANISPHAERIVM *ad Syrum*, libellus, Suidae memoratus, latine tantum exftat, translatus ex Arabico Maslemi, Tolofae a. 1544. *Rudolpho Brugenfi* interprete. [vid. *Heilbron.* pag. 456.] Emendauit *Marcus*, monachus coeleftinus Beneuentanus, ad calcem geographiae Ptolemaei. Rom. 1508. fol. Editus etiam eft a Io. Valdero cum praefatione Rudolphi Burgenfis ad Theodoricum Platonicum vna cum Arato, Procli fphaera, planifphaerio Iordani et aliis quibusdam, Bafil. 1536. 4. et cum commentariis Frid. Commandini Venet. 1558. 4. fed quae in meo exemplo defiderantur. [vid. ad §. IX.] Hipparchum hac in parte fequutus eft Ptolemaeus, vt docet Synefius de dono Aftrolabii ad Paeonium pag. 310. *Fabric.* — Inter codd. orientales bibl. *Leid.* eft, (fecundum catal. pag. 454. nr. 133.) Abul Hafan Ben Hafan Ben Heithem de motu fphaerae ex Ptolemaeo. — *Italica Herculis Bottrigari* verfio, cum multis correctionibus, explicationibus etc. Bononiae 1572. 4. v. *Paitoni* bibl. laud. tom. IV. pag. 131. *Harl.*

XII. ἉΡΜΟΝΙΚΩΝ, *Elementorum Harmonicorum libri III.* Equidem *Ionfius* pag. 114. *Io. Meurfii* veftigiis pag. 185. ad Nicomachum infiftens, contendit, auctorem horum librorum effe nefcio quem Ptolemaeum Philadelphum, Pythagoricum. Sed Pythagoricum auctorem non effe, fatis ex ipfo opere patet, in quo Archytas et alii Pythagorici diligenter confutantur, eorumque fententia non minus libere ad examen reuocatur, quam Ariftoxeni, Eratofthenis et Didymi. Neque Bedae auctoritas me mouet, qui in mufica theorica tom. I. opp. pag. 346. Ptolemaeum Philadelphum, philofophum pythagoricum, commemorat: nam pofterioribus temporibus plures Ptolemaeum noftrum confuderunt cum rege Aegypti huius nominis, vt Ifidori hifp. Albumafaris et aliorum exemplis fupra demonftraui. Apud *Nicomachum* lib. II. pag. 36 manualis Harmonici nomen Ptolemaei non videtur effe ab ipfo Nicomacho, fiquidem Ptolemaeum noftrum aetate anteceffit; fed ab eo, qui e Nicomacho excerpta nobis dedit, vt Marco Meibomio obferuatum; neque enim opus Nicomachi, quod ad librum praefertim fecundum adtinet, ad nos integrum peruenit. Porro *Macrobius* lib. I. cap. 19. in fomnium Scipionis folum Ptolemaei nomen habet, non, Ptolemaei Philadelphi, Pythagorici: [?] *Nam Ptolemaeus in libris tribus, quos de Harmonia compofuit, patefecit caufam* etc. Sic Caffiodorus quoque libro de mufica, et libris eiusdem argumenti locis compluribus Boethius, et in fcholiis ad Hefiodum p. 185. Io. Protofpatharius et p. 275. Io. Diaconus. Hos Ptolemaei libros tres primus latine vertit *Antonius Gogauinus* ff), Grauienfis,

ff) Vid. *Lambec.* comm. VII. col. 203. *Harl.*

viensis, Venet. 1562. 4. cum Aristoxeni libris eiusdem argumenti et Aristotelis fragmento de obiecto auditus ex Porphyrii ad Ptolemaeum commentariis. Post saeculi non integri spatium in illustrando hoc opere versatus *Io. Keplerus*, mathematicus praestantissimus, adpendice ad lib. V. harmonicorum pag. 249. (Lincii Austriae 1619. fol.) testatus, se Ptolemaei libros III. habere graece MStos cum commentariis Porphyrii, philosophi profundissimi, itidem graecis ab initio vsque ad lib. II. cap. 7. dignosque sibi semper visos, qui graecolatini integri exirent in publicum. *Eaque de causa*, inquit, *ante annos decem coepi in latinum sermonem illos vertere, quae versio processit vsque ad medietatem codicis Porphyriani. Quo minus vlterius pergerem, impedimento mihi fuit loci mutatio etc. At vero, cum ante annum proposuissem, meos harmonicorum libros V. edere, momentum ingens videbam situm in comparatione mei operis cum Ptolemaico, praesertim libri mei V. cum vltimis capitibus libri III. Ptolemaei, quorum tria extrema nihil habent, nisi lemmata siue titulos a Ptolemaeo. Itaque, reluctante genio, proposui solum partem decerpere operis seipso mutili, quae maxime ad meam materiam faciebat. Quem ad finem verti librum Ptolemaei III. a capite 3. ad finem, et tribus vltimis lemmatibus inanibus suos textus ex principiis astronomiae Ptolemaicae, et ex mente auctoris, quanta potuit fieri dexteritate subieci, et denique commentarios adieci, quibus Porphyriani defectus commentarii suppletur, et inuenta Ptolemaica cum meis comparantur, et discrimen ostenditur inter Ptolemaei symbolismos et meas demonstrationes legitimas, vnde infirmitas et imperfectio symbolismorum illorum, et causa potissima huius rei, scilicet falsitas principiorum astronomiae Ptolemaicae patescit.* Postea editione Ptolemaei in aliud tempus reiecta tantum capitum libri III. titulos recenset, confertque cum locis harmonici sui operis, quibus vel meliora vel eadem melius tradiderit. Idem in notis ad Mysterium Cosmographicum (Francof. 1621. fol.) pag. 49. *Frustra has causas ex Ptolemaei musicis exspectatas a me esse lector ipse dicet, si quando auctores hi cum meis notis edantur, Deo vitam prorogante.* Post Keplerum iisdem libris manum admouit *Marcus Meibomius*, vir doctissimus et vtriusque linguae pariter ac veteris musicae peritus. Qui sic in litteris datis ad *Marquardum Gudium* 14. Cal. April. 1667. *Ptolemaeus non minus abstrusiori musicae eruditione quam reliquis scriptis clarus ob styli obscuritatem, vtpote* [❡] *Aegyptius, explicatorem hactenus non inuenit, et interpretem harmonica litteratura non instructum, cuiusmodi fuit Gogauinus, qui futilem versionem Venetiis edidit, merito deterrere potuisset. Illum iam ab eo tempore, quo musicorum veterum vtrumque volumen prodiit, explicatum difficilibus locis et sexcentis restitutum adseruo. Porphyrii in Ptolemaei harmonica commentarium habeo, vsque ad secundi libri caput octauum. Vltima Ptolemaei verba, in quae Porphyrius commentatur, sunt:* πλὴν καθόσον τοῦτο μὲν τῶν ὅρων ἕκαστος ἴδιον ἔχει τὸ αἴτιον. ἐπὶ δὲ τῶν τόνων ἕπωνταί πως. *Porphyrii vltima sunt:* ὥστε τὸ ἀρπηχθὲν ἐφαρμόζον, τῇ διαστάσει μέλος πῇ μὲν ἀπόλιπον πῇ δὲ ἀπολαμβάνον ἑτερότητα τοῦ ἤθους ποιεῖν. *Scire velim, num codex tuus sit magis integer?* Sed quae vel Keplerus vel Meibomius in Ptolemaeum commentati sunt, lucem hactenus non viderunt. Loca quaedam ex his libris graece producit *Ismael Bullialdus* ad Theonem, vsus codice MSto regis Galliae. Denique libros tres integros ex vndecim codicibus MSS. graece cum versione sua perspicua et notis vulgauit Angliae decus, *Io. Wallisius*, Oxon. 1682. 4. recusos tomo tertio operum Wallisii, ibid. 1699. fol. in quibus *Porphyrii* quoque ad Ptolemaeum commentaria (non integriora, quam in codice M. Meibomii)

et Manuelis Bryennii harmonica cum Wallisii versione occurrunt [gg]). Libri tertii capita tria postrema non sunt Ptolemaei, sed addita a *Gregora*, vt docet scholion, quod in duobus MSS. initio capitis 14. Wallisius reperit: Τὸ παρὸν κεφάλαιον καὶ τὰ ἐφεξῆς ἴσεον, ὡς ἀπὸ πάντων παλαιῶν βιβλίων λείπουσιν, οὐκ οἶδα δι' ἣν αἰτίαν. Ὁ μέντοι σοφώτατος Γρηγορᾶς ἐπιστήσας τὸν νοῦν τῇ τῶν κεφαλαίων ἀκολουθίᾳ τὸ ἐνδέον ἀνεπλήρωσε προσηκόντως ἔκ τε τῶν διαφορῶν τῶν ἐμμελειῶν καὶ ἐκ τῶν οὐρανίων κινήσεων. Ἔοικε δὲ, ὅτι μέχρι τοῦ παρόντος κεφαλαίου ἐλθὼν ὁ Πτολεμαῖος τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο, πρὶν προσθεῖναι καὶ τὰ ἐφεξῆς κεφάλαια, ὅσα ἐν τῷ πίνακι προέθετο. Ὁποῖον δὲ καὶ Ἀριστείδης ὁ Ῥήτωρ ἐπεπόνθει. Τὸν μὲν γὰρ τελευταῖον τῶν ἱερῶν λόγων αὐτοῦ τελειῶσαι οὐκ ἔφθασεν οὐδ' ἐκεῖνος, ἐτελεύτησεν γὰρ πρότερον νόσῳ χρησάμενος ἀπροσδοκήτῳ. Ὅπερ δὲ καὶ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ τὴν ἑξαήμερον γράφοντι συνέβη. Πρὶν γὰρ αὐτοῦ τὸ κατὰ σκοπὸν ἐπιθεῖναι τέλος, ἐτελεύτησε καὶ αὐτὸς, ἀνεπλήρωσε δ' αὐτὴν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ Γρηγόριος Νύσσης. Παραπλήσιον δὲ καὶ ὁ Γρηγορᾶς ἐπὶ τοῦ παρόντος πεποίηκε βιβλίου, συνθεὶς ἐκ τῆς ἑαυτοῦ διανοίας τὰ λείποντα κεφάλαια τρία. Gregorae exemplo Wallisius et ipse locum suppleuit graece, lib. II. cap. 14. Videntur etiam postrema capitis 12. libri XIII. a Gogauino non lecta, scholion continere a verbis vsque, οἱ δὲ βαρύτεροι τοῦ δωρίου. *Barlaami* monachi refutatio trium capitulorum, quae addita sunt ad harmonica Ptolemaei, MSta occurrit in bibl. regis Christianissimi teste *Labbeo* pag. 117. [¶] [*Gregorii*, qui Euclidis quoddam scriptum musicum Ptolemaeo nostro tribuere maluit, sententia refutata est supra in vol. IV. pag. 80. §. XII. *Harl.*]

XIII. ΠΕΡῚ ΚΡΙΤΗΡΊΟΥ ΚΑῚ ἩΓΕΜΟΝΙΚΟΥ͂, *de iudicandi facultate et animi principatu* libellus, in quo processum iudicii intellectus non ineleganter describit. Graece cum versione et notis suis primus edidit *Ismael Bullialdus*, Paris. 1663. 4. Recusus est eodem anno latine Hagae Comitis, ibidem in 4. additis eiusdem Bullialdi notis breuibus ac Renati Cartesii Opiniones, (1. de animae specie intellectui impressa, 2. corpus non sentire, sed animam, et 3. de speciebus ab obiectis, emissis): subnexis itidem *Francisci Laurentii*, (Du Laurens,) solutionibus aliquot quaestionum adfinis argumenti, (1. vtrum aliquid sit in intellectu, quod prius non fuerit in sensu, 2. quid primum in scientiis quaerendum sit, et quis adsequendae veritatis modus habeatur, 3. de rei simpliciter sumtae proprietatibus, 4. quod necessario aliquid existat, et illud vnicum sit, adeoque deus primo et maxime ab intellectu cognoscatur.) Apographum e graeco codice bibliothecae regis Galliae descriptum exstat in Iohannea bibliotheca huius vrbis Hamburgensis.

XIV. Scripta

gg) Conf. Acta erud. Lips. a. 1683. p. 77. *Porphyrii* comment. in duo Ptolemaei Harmon. libros et *Man. Bryennii* expositio sunt in codd. Vindob. vid. *Lambec.* VII. pag. 168 sqq. cum Kollarii nota, (vbi quoque de Bryennii commentario, ab *Antonio de Albertis* in latinum sermonem verso, pluribus agitur,) pag. 203 sq. p. 462 sq. p. 465 sq. adde *Nessel.* catal. part. IV. pag. 119. et *G. I. Vossium* de scient. mathem. cap. 22. §. 4. In bibl. *Pinelliana*, teste catal. tom. III. pag. 360. fuerunt II. codices saec. XVI. in quorum altero sunt *Ptol.* Harmonicorum libri III. cum scholiis ineditis, graece; in altero; *Porphyrii* comment. in Harmon. Ptol. graece, fol. vbi adnotat cl. Morellius; „in operis inscriptione pro *Porphyrii* nomine, quod verissimum olim erat, *Bryennii* nomen est a recentiore manu scriptum. Porro commentarius, quemadmodum in edit. Wallisii, haud vltra caput secundum libri VIII. procedit.“ *Harl.*

XIV. Scripta Ptolemaei deperdita haec apud veteres memorantur:

Περὶ μετρήσεως μονόβιβλος, in quo demonſtrauerat Ptolemaeus, non plures poſſe eſſe dimenſiones, quam tres. *Simplicius* in I. de coelo.

Μηχανικῶν libri III. Suid. in Πτολεμ.

Ὀπτικὴ πραγματεία. Heliodorus Lariſſaeus in opticis, Simpl. in I. de coelo.

Περιήγησις, *Tzetz.* hiſt. 396. et v. 100.

Περίπλους, Steph. Byz. in Λούγδουνα. Sed periplus iſte et Periegeſis forte non diuerſa fuere ab opere Ptolemaei geographico, quod habemus.

Περὶ ῥοπῶν βιβλίον. *Eutocius* ad Archimed. lib. I. Ἰσοῤῥοπικῶν. *Simplicius* in IV. de coelo.

Στοιχεῖα. *Simplicius* in I. de coelo.

Libri duo ὑποθέσεων. *Simplic.* in II. de coelo, comment. 33.

Suppoſiti ſunt *libri tres magici*, quos Ptolemaeo tribuit Trithemius. Confer Naudaei apologiam pro viris doctis, magiae accuſatis pag. 290.

Libri de anulis, *et libri aſtrologici ad Ariſtonem.* vide *Io. Picum* pag. 284. operum. [?] [*Archimedis* de ſpeculis comburentibus opuſc. in Archimede Maurolyci male tribuitur Ptolemaeo. vid. ſupra in vol. IIII. pag. 178. *Harl.*

XV. Iam alios quoque nonnullos accipe *Ptolemaeos* ingenii laude celebres.

Ptolemaeus, Ageſarchi F. Megapolitanus ſcripſerat hiſtoriam Ptolemaei Philopatoris, cuius librum III. citat *Athenaeus* X. pag. 425. Idem opus laudatur XIII. pag. 577 ſq. et in *Clementis Alex.* protreptico pag. 29. et ab *Arnobio* VI. pag. 193. Confer Voſſium et *Theodori Canteri* var. lect. II. 2. Apud eumdem *Athenaeum* VI. pag. 251. eruditus interpres laudat Euphantum in quarto hiſtoriarum Ptolemaei, ſed in Graeco eſt: *Euphantes libro quarto hiſtoriarum ſcripſit*, *Ptolemaei tertii paraſitum* etc.

Ptolemaeus, *Alexandrinus*, cognomento *Pindarion*, Ariſtarchi diſcipulus, grammaticus, de quo Suid.

Ptolemaeus *Ariſtonici*, grammatici, pater, grammaticus et ipſe, de quo Suid.

Ptolemaeus, *Aſcalonita*, de quo vti de ſuperioribus duobus dicam in grammaticis. [vid. infra, in libr. IV. cap. 33. §. 5. pag. 515.]

Ptolemaeus, aſtrologus, a Claudio noſtro Ptolemaeo diuerſus; comes Galbae imp. de quo ſupra hoc capite §. 1.

Ptolemaeus, Alexandrinus, cognomine *Chemnus*, Photio cod. CXC. et Suida in Ἐπαφρόδ. atque Πτολεμ. dicitur Ptolemaeus Hephaeſtionis, ſiue quod Hephaeſtionis fuerit filius, vel, vt *Ionſio* pag. 14. viſum, praeceptor aut pater. *Tzetzae* Chil. VIII. v. 388. audit Ptolemaeus Hephaeſtion, perinde vt Apollonium Molonis alii vocarunt Apollonium Molonem. Ex libris Ptolemaei, itidem grammatici, Traiano imperante clari, libris ſeptem περὶ τῆς εἰς πολυμαθίαν καινῆς ἱστορίας Tertullae eruditae foeminae dicatis excerpta ſeruauit Photius cod. CXC.

cod. CXC. Eadem in ſcriptoribus hiſtoriae poeticae cum A. Schotti verſione et eiusdem atque Hoeſchelii notis recudi curauit, et Apollodoro, Cononis narrationibus, Parthenio et Antonino Liberali adiunxit *Tho. Galeus*, Pariſ. 1675. 8. [cum Conone et Parthenio edidit gr. et lat. cum notis e Galei edit. *Teucher*. Lipſiae 1793. 8. vid. Intoduct. meam etc. II. part. I. p. 110 ſq. *Harl.*] Hos ipſos libros eſſe, quos παραδόξȣς ἱςορίας Suidas vocat, Voſſio facile adſentior. Idem Suidas praeterea, ait, hunc Ptolemaeum ſcripſiſſe Σφίγγα drama hiſtoricum, et Ἀνθόμηρον ſiue poema, ad Homeri exemplum compoſitum libris XXIV.

Ptolemaeus, chirurgus. *Celſ.* VI. 7.

Ptolemaeus, Cytherius, poeta, qui poema epicum ſcripſerat de herba Aegyptia pſalacanthe. Suid. [¶]

Ptolemaeus, grammaticus, Ἐπιθέτης, ſiue, vt Euſtathio adpellatur, Ἐπίθετος dictus, quod praeceptore ſuo, Hellanico, grammatico, Agathontis, qui Zenodotum, Epheſ. audiuerat, diſcipulo, relicto, Ariſtarchum ſequutus eſt. Scripſerat, Suida teſte, περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πληγῶν et commentarium in Odyſſeam.

Ptolemaeus, Euergetes, Aegypti rex, Ariſtarchum, grammaticum, audiuit et ſcripſit ἱςοριῶν, (quae Athenaeus ὑπομνήματα adpellare videtur,) libros XXIV. Vide *Voſſium* lib. I. hiſt. graec. lib. I. cap. 18. pag. 118. et cap. 21.

Ptolemaeus, haereticus, ἀπάνθισμα τῆς Οὐαλεντίνȣ σχολῆς, vt vocatur S. Irenaeo praefat. libror. aduerſus haereſes. Eius epiſtolam ad Floram ſeruauit *S. Epiphanius* XXX. 7. Huius potiſſimum Ptolemaei Valentinianismum, ab Irenaeo et Tertulliano impugnatum, obſeruat *H. Dodwellus*, quem vide diſſ. ad Irenaeum pag. 318 ſq.

Ptolemaeus *Hephaeſtionis*. Vide paullo ante Ptolemaeum Chennum.

Ptolemaeus *Lagi*, Aegypti rex, qui res Alexandri ſcripſit, de quo dixi lib. III. [cap. II. vol. III. pag. 50.]

Ptolemaeus, *medicus* Eraſiſtrateus. *Coel. Aurel.* III. 8. chronicar. paſſion. Incertum, aliusne ſit medicus Ptolemaeus, Galeno laudatus et Aetio.

Πτολεμαῖος ὁ Μενδήσιος τὰ Αἰγυπτίων ἀνέκαθεν ἱςορῶν *Syncell.* pag. 64. Ptolemaei huius, *Mendeſii* ſacerdotis, Tatiano, Iuſtino, Tertulliano et Cyrillo Alex. laudati, librum περὶ χρόνων citat Apio apud *Clementem Alex.* I. Strom. pag. 320. et *Euſebium* X. 12. praep. Neque valde antiquior fuerit hic Ptolemaeus Apione, ſiquidem idem ſit, quem ἐν πρώτῳ περὶ Ἡρώδȣ τȣ͂ βασιλέως laudat Ammonius in Ἰδȣμαίοι. Ita quidem doctiſſimus *Voſſius* II. 5. hiſt. graec. Magis tamen inclino in eam ſententiam, Ptolemaeum Aſcalonitam ab Ammonio intelligi, quem et alibi laudat, et qui Herodis Aſcalonitae ciuis fuit.

In Morerii lexico pro Ptolomée, *Medecin*, lege *Mendeſien*.

Ptolemaeus *Naucratites*, ſophiſta, cognomento *Marathon*, Herodis Attici auditor, ſed qui ad Polemonem magis orationem ſuam conformabat. De eo *Philoſtratus* lib. II. de Sophiſt. pag. 591 ſq. Eius cum Heraclide Lycio contentionem refert idem pag. 608.

Ptolemaeus, *Peripateticus*, cuius meminit Porphyrius in Plotini vita. Vtrum diuerſus fuerit a Ptolemaeo, Aſcalonita, dubitare me memini lib. III. [¶] [cap. VIII. vol. III. pag. 504. vbi tamen vide, quae adnotaui. *Harl.*]

Ptolemaeus

Ptolemaeus cognomento *Pindarion*. Vide ſupra in Ptolemaeo Alexandrino.

Ptolemaeus, *Platonicus*, qui ſcripſit in Timaeum Platonis, teſte Proclo.

Ptolemaeum Philadelphum, regem, *Platonis* ſectatorem vocat S. Hieronymus praef. ad quaeſtiones hebr. in Geneſin, in eo quidem, quod et ipſe inſtar Platonis vnum deum colendum eſſe duxit.

Ptolemaeus Philadelphus, philoſophus pythagoricus, quem *Beda* lib. de muſica, et ex eo *Meurſius* pag. 185. ad Nicomachum atque *Ionſius* pag. 114. memorat, nullus fuit. Harmonicorum enim quae ille Ptolemaeus dicitur ſcripſiſſe, auctor fuit Claudius noſter Ptolemaeus, vt ſupra §. 12. demonſtraui.

Ptolemaeenſis Philadelphus inter Dipnoſophiſtas colloquens ab Athenaeo inducitur; ſed is a patria Ptolemaide Phoeniciae ita dicitur, vt Antiochus Ptolemenſis apud Marcellinum comitem in chronico. Itaque Ionſius male Philadelphum Ptolemaicum adpellat; a Ptolemaide vero Aegypti dicuntur potius Ptolemaitae, vt notauit *Ez. Spanhemius* diſſ. IX. de vſu numism. pag. 912.

Fuit et recens quidam ſcriptor *Claudius Ptolemaeus*, nobilis Senenſis, cuius libri ſex epiſtolarum italice ſcripti exſtant, quarum ſelectas gallice tranſtulit *Petrus Vidal*, Toloſanus, Pariſ. 1572. 8. Praetereo *Ptolemaeum Lucenſem* circa A. C. 1300. clarum ſcriptorem chronici, quod laudat Ioannes Gerſon de ſtatu eccleſiae V. et N. T. [Eius *annales* ab a. 1060. ad a. 1303. prodierunt Lugduni 1619. 8.]

XVI. Quum geographos ſupra cap. 2. perſequerer, adnotaui nonnulla §. 10. de tabulis ſiue chartis veterum geographicis, de quibus varia etiam obſeruata eſſe video *Petro Bertio* in praefatione ad Ptolemaei geographiam. Lubet igitur in praeſenti, vbi de aſtronomorum principe, Ptolemaeo, mihi ſermo fuit, ſimiliter pauca quaedam ſubiungere de veterum ſphaeris globisque coeleſtibus et aliis eiusmodi inſtrumentis aſtronomicis, quibus interim vtetur lector, donec oriatur alius me eruditior, qui ſatisfaciat Iacobi Bernardi [hh]) deſiderio, vt hiſtoriam globi plenius atque exactius deſcribat. De obſeruationum quidem coeleſtium antiquitate praeclara ſunt, quae disputauit magnus *Gaſſendus* [*] praefat. ad vitam Tychonis Brahei. Adtigit hoc argumentum etiam *Iaquelotus* diſſ. I. de exiſtentia Dei aduerſus Atheos cap. 22. Sed in praeſenti vnus mihi erit ſcopus propoſitus, veterum in efformandis coeleſtis machinae imaginibus et inſtrumentis aſtronomicis induſtriam breuiter perſtringere.

Vt ab Hebraeis initium ſumam, ſuſpicari quis poſſit, regem Salomonem in templo ſuo duas illas inſignis molis columnas ideo ſtatuiſſe, vt ſingulis illis imponeret ſphaeram ſiue globum, vt vocatur 3 Reg. VII. 16. qui ſeptem erat circumdatus circulis ſiue totidem planetarum orbitis. id. 17. Confer 2 Paralip. III. 16. Equidem vti ſanctum tabernaculum, ita templum quoque referebat imaginem vniuerſi, vnde ἐκμαγεῖον παντὸς κόσμου adpellatur ab auctore

hh) Nou. Reip. litterar. a. 1699. tom. II. p. 471. *Quelques perſonnes curieuſes ſouhaiteroient que quelcun fit l'hiſtoire du globe, à peu pres comme on a fait celui du calendrier, en montrant, qui en a été le premier inventeur, et quels ont été les progres. Que ſi ce plan eſt trop difficile à remplir, on voudroit ſavoir du moins, qui eſt le premier inventeur des globes celeſte et terreſtre.*

auctore Chronici Paschalis pag. 77. In hoc per adytum siue sanctum sanctorum, in quo manna gratiae, atque lex et Aaronis virga, prouidentiae diuinae symbola erant, et Deus super cherubim adparebat, designabatur ii) coelum νοητὸν, in quod ingressus est Iesus. Hebr. IX. 12. 24. VI. 19. 20. Sanctum siue media pars erat, coelum visibile et ἅγιον κοσμικὸν, vt vocatur ab apostolo Hebr. IX. 2. atrium denique, quod animalibus pariter et hominibus sacris profanis patens erat sub dio, denotabat orbem terrarum. Mensa cum duodecim panibus, totidem signa Zodiaci, quae mensa quoque Isiaca Aegyptiorum videntur significari. Mensa autem ipsa terram innuit, quae duodecim signis ambitur. Vide, si placet, *P. Fabrum* III. semestrium pag. 408. Candelabrum cum septem lampadibus referebat septem planetas: quatuor cortinarum colores, et ara quadrilatera, quatuor elementa. In libro Sapientiae IX. 8. non modo templum vocatur μίμημα σκηνῆς ἁγίας coelestis, vti apostolo Hebr. VIII. coelum ἀληθινὴ σκηνὴ, sed cap. 18. v. 24. auctor libri Sapientiae etiam in ornatu pontificis maximi fuisse adfirmat ὅλον τὸν κόσμον, quod disertius explicans *Philo* lib. de somniis pag. 463. testatur, cum iussum χιτῶνα ἐνδύεσθαι τοῦ παντὸς ἀντιμίμημα ὄντα οὐρανοῦ, ἵνα συνιερουργῇ καὶ κόσμος ἀνθρώπῳ καὶ τῷ παντὶ ἄνθρωπος. Lib. de profugis p 364. ἐνδύεται δ' ὁ μὲν πρεσβύτατος τοῦ ὄντος λόγος, ὡς ἐσθῆτα τὸν κόσμον, γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ πῦρ καὶ τὰ ἐκ τούτων ἐπαμπίσχεται. Etiam *Iosephus* III. Antiq. Iud. 9. p. 86. de vestitu pontificis maximi loquens, singula eius εἰς ἀπομίμησιν καὶ διατύπωσιν τῶν ὅλων facta esse obseruat. [¶]

Ab Hebraeis ad alios descendere iuuat. In Achillis clypeo κόσμου μίμημα a Vulcano insculptum narrat *Homerus* Iliad. Σ. v. 478 sq. vsque ad extremum libri, ad quem locum confer allegorias Homericas Heraclidis pag. 467 sq. et qui Homerum imitantur, Euripidem Electra v. 455 sq. Nonnum Dionysiac. XXV. v. 381 sq. De Heliotropio in insula Syro meminit *Homerus* Iliad. O. v. 403.

Circulum 365. cubitorum in Osymanduae epitaphio monumento ab Aegyptiis constructum et ad gradus annui cursus solis haud dubie respicientem memorat *Diodorus* Sic. lib. I. f. 46. euersum ac disiectum a Cambyse.

Sphaeram primus composuit *Atlas*, teste eodem *Diodoro* lib. III. pag. 193. obliquitatem signiferi addidit Anaximander, signa in eo Cleostratus. Vide *Harduinum* ad Plinii Hist. II. 8. tom. I. pag. 148. *Menagium* ad Laert. pag. 70. et *Lambecium* prodromi Hist. litterar. pag. 132. vbi et de Musaeo, quem primum σφαῖραν ποιῆσαι scripsit Laertius in prooem. quo de loco dixi lib. I. cap. 16. [adde *Weidleri* histor. astron. I. 3. pag. 3 sq. it. §. 8. pag. 7 sqq. de sphaerae inuentione vel emendatione, de Nausicaa, Alcinoi filia, Musaeo Orpheoque: et *Heilbronner* de eodem argumento p. 77 sq. 80. 93. 102. multisque aliis locis, quae in indice voc. *Sphaera* reperies demonstrata. Ego enim nolo hic extrauagari. *Harl.* Ad omnem h. l. conferri etiam possunt *M. G. Herrmanni* Prolegg. ad Enchiridion Mythologiae vernaculo sermone scriptum, vol. III. quod astronomicos mythos Graecorum continet.]

Zonarum

ii) Confer Philonis et Iosephi loca apud *Grotium* in Matthaeum XXVII. 51. *Clementem Alex.* V. Strom. pag 563. *Cosmam Indicopleusten* lib. I. pag. 115. II. pag. 134 sq. III. pag. 163. 173 sq. V. pag. 197. 200 sq. VII. pag. 297. IX. pag. 309. 311. *Menasseh ben Israel* in Conciliatore ad Exod. XX. 3. [*Triller* ad versionem suam, *Hug. Grotii Leidenaer Christus*, pag. 472.]

Zonarum auctor Parmenides, vt ex Posidonii testimonio obseruauit *Scaliger.* ad Manil. pag. 320.

De sphaera Callippi Cyziceni, Eudoxi Cnidii, Autolyci Pitanaei et Sosigenis consulendus *Simplicius* ad Aristotelem de coelo lib. II. comment. 46.

Billari sphaeram, quam expugnata Sinope abstulit Lucullus, memorat Strabo XII. p. 546.

Pythagoras sedens et baculo sphaeram monstrans occurrit in numismate Samiorum. Confer *Laur. Begeri* spicilegium Antiquitatis pag. 11. qui pag. 10. illustrat etiam Amorginorum numum, in quo Apollo cum sphaera et circino.

De gnomone et sciothere, quem ad obseruanda aequinoctia et solstitia inuenit Anaximander, vide *Salmas.* ad Solin. pag. 623 sq. et *Menagium* ad Laert. lib. I. sect. 119. et lib. II. sect. 1. Ab hoc diuersa horologia solaria, Metonis inuentum; *Scal.* ad Manil. pag. 229. *Gassend.* tom. V. Opp. pag. 376. 380. *Iustus Rycquius* cap. 38. de capitolio.

Archimedes non modo librum scripserat περὶ σφαιροποιΐας, quem laudat Carpus apud Pappum prooemio libri VIII. sed etiam ipse composuit sphaeram vitream, qua miro artificio lunae solis et quinque errantium motus illigauit. Dixi de hac sphaera lib. III. cap. XXII. [vol. IV. pag. 185. vid. *Cicer.* de N. D. II. 34. ibique Dauisii not.]

Eratosthene auctore, in porticu Alexandrina sub Ptolemaeo Philometore posita sunt armillae ac regulae ad notandos quotidie motus coelestes, vt iam notatum *Gassendo* tom. V. Opp. pag. 378. [*]

Globum coelestem primus videtur construxisse stellis in eo notatis *Hipparchus.* Vide *Plinium* lib. II. Hist. cap. 26. *Synesius* quidem de dono Astrolabii pag. 310. testatur, Hipparchum primum docuisse σφαιρικῆς ἐπιφανείας ἐξάπλωσιν, siue globosae superficiei complanationem, in figurae diuersitate proportionem rationum conseruando eamdem, quod artificium postea in planisphaerio suo exposuere Ptolemaeus, Iordanus etc. Idem Synesius auctor est, Hipparchum illum παμπάλαιον solos sedecim ἀστέρας in instrumento suo disposuisse, quo contenti fuerint etiam Ptolemaeus eiusque διάδοχοι. Adde *Gassendum* tom. V. Opp. pag. 378 sq. qui pag. 375. Eudoxum putat esse primum, qui partim Aegyptias, partim graecas imagines siderum repraesentari in globo solidaue sphaera curauit, et pag. 379. Hipparchum hypotheses tabulasque astrologicas idoneas primum condidisse, quemadmodum postea fecit Ptolemaeus, qui omne genus obseruationum de planetarum motu et fixarum siue e veterum monumentis collegit, siue propria industria emendauit aut addidit, vt hoc ipso capite demonstraui. Eudoxi sphaeram descripsit Aratus, vt Hipparcho pridem notatum fuit.

In Demetrii Poliorcetae chlamyde intextum erat εἴκασμα τοῦ κόσμου καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν φαινομένων, teste *Plutarcho* in Demetrio pag. 909. S. Menippus in pileo suo duodecim Zodiaci signa intexta circumferebat, teste Suida in Φαιός.

Posidonii philosophi sphaeram celebrat Cicero II. cap. 34. de natur. Deor. *cuius singulae conuersiones idem efficiebant in sole et luna et in quinque stellis errantibus, quod efficitur in coelo singulis diebus et noctibus.*

Sphaerae κρικωτῆς siue armillaris meminit *Varro* apud Gellium III. 10. quem si placet vide.

Aſtris nomina impoſita ex quintuplici ratione, vt docet Scholiaſtes Arati ad v. 27. *ἀλλὰ πέντε αἰτίας εὐλόγως τίθενται τῆς ἀςροθεσίας, ἢ γὰρ καθ' ὁμοίωσιν τὄνομα τῶ ἄςρω, ὥσπερ ὁ σκορπίος· ἢ κατὰ πάθος, ὡς ὁ κύων· δοκοῦσι γὰρ ἐπὶ τῇ ἐπιτολῇ τοῦ κυνὸς λυττᾶν οἱ χερσαῖοι κύνες· ἢ μυθικῶς, ὡς ἡ μεταβληθεῖσα Καλλιςὼ εἰς ἄρκτον. ἢ κατὰ τιμὴν, ὡς οἱ διόσκουροι δίδυμοι; ἢ διορισμοῦ καὶ διδασκαλίας χάριν, ὡς τὰ πολλὰ τῶν ζωδίων.* Honoris cauſſa ſideribus adſcripta Ariadne, coma Berenices, Caeſaris aſtrum, anima Antinoi etc. Sic ex Perſarum ſententia Orion erat Nimrod *ἀποθεωθείς*. *Chronicon Paſchale* pag. 36. *Iuſtinus Martyr* pag. 67. *τί γὰρ λέγομεν τὴν Ἀριάδνην καὶ τοὺς ὁμοίους αὐτῇ κατηςερίσθαι λεγομένους;* Homilia V. *Clementin.* §. 17. *αὐτίκα γοῦν Ζεὺς κατηςέρισεν Καλλιςὼ* etc. *Iam ergo Iupiter* [?] *Calliſtonem ſtellam fecit, quae vocatur vrſa minor, quamque Cynoſuram adpellant nonnulli. Neptunus in coelo collocauit Delphinum, Amphitrites gratia: et Orionem ex Euryale in Minois filia natum, propter natum Euryalem aſtris donauit. Bacchus coronam Ariadnae, Iupiter aquilam, qua in rapiendo Ganymede vſus fuerat, ipſumque Ganymedem in Aquarii honore conſtituit, ac taurum honorauit ob Europam. Quin et Caſtorem, Pollucem ac Helenam, Ledae gratificans, ſtellas fecit, et Perſeum propter Calliſtonem, Virginem, quae et Dice, ob Themin, Herculem propter Alcmenam.* Similiter noſtra aetate aſtronomi illuſtres ſideribus intulere Ioannes Heuelius *ſcutum Sobieſcianum*, Gothofredus Kirchius *Pomum imperiale, Gladios electorales Saxonicos*, et *ſceptrum Brandenburgicum*, vt videre licet in Actis erud. a. 1684. pag. 397. et a. 1687. pag. 452.

A diuerſis gentibus diuerſa nomina ſideribus data et diuerſae imagines impoſitae fuerunt. Sic alia nomina aliaeque imagines ſiderum apud Aegyptios, alia apud Chaldaeos, Perſas, Indos, alia apud Graecos, alia apud Arabes [kk]) denique. Vide *Scaligerum* ad quintum Manilii pag. 335 ſq. *Gaſſendum* tom. V. pag. 375. *Salmaſium* praef. ad lib. de annis Climacter. *Tho. Hyde* in hiſt. religionis Perſarum pag. 390. *Georgium Paſchium* in inuentis nouantiquis pag. 552. editionis ſecundae, *Iac. Gaffarellum* in curioſitatibus inauditis et *Philippum Caeſium* in Coelo aſtronomico poetico. Hinc vanitas innoteſcit aſtrologiae apotelesmaticae, quatenus ex nominibus naturam ſiderum et effectus colligit. Praeſtat tamen vetera ac recepta ſemel nomina graeca imaginesque aſtrorum retinere, quam cum Ioanne Baiero [ll]) et

kk) De his conſule *Aſſemanni* globum coel. cufico-arabic. paullo poſt memor. pag. V. VIII et IX. *Harl.*

ll) *Gaſſendus* in vita Peireskii ad an. 1628. *Quum exemplum coeli Chriſtiani a Ioanne Bayero affecti et a Iulio Schillero* (Auguſtae Vindel. 1627.) *confecti adlatum fuit, commendauit quidem Peireskius pietatem, qua illi vulgatis planetarum nominibus ſubſtituerunt propria Adami, Moyſis, aliorumque patriarcharum: indideruntque duodecim ſignis apoſtolorum vocabula et aſteriſmis ceteris aliorum ſanctorum rerumque religioſarum nuncupationes, praeter figuras recens confectas conditaque noua de iis carmina: ſed inſtitutum non comprobauit peruertendi confundendique quicquid coeleſtis notitiae a memoria vsque antiquiſſima reſperſum eſt in omnes libros. Quamquam ſerio non timuit, ne propterea aſtronomi vniuerſam illam aſtrorum nomenclaturam immutarent, quoniam illico peruiderent, nihil ſe inde adiutari, turbari vero plurimum. Addebat peruetuſtos illos ſchematiſmos ſiderum, tametſi profanos nihil officere chriſtianae pietati, quum et ipſe olim obſeruaſſet Vercellis huiusmodi imagines a mille et ducentis annis fornici impreſſas. Denique optare, vt quae ſolers manus nouas iſtas calauerat, Vercellenſes illas ſua antiquitate commendabiles expreſſiſſet.* — *Io. Heuelius* prodromo Aſtronom. pag. 110. *Licet Bayerus et ex eo Schillerus multo plures, quam Tycho,*

et Iulio Schillero ſanctos [¶] vel cum Erhardo Weigelio mm) inſignia principum ſubſtituere, ne tota ratio aſtronomiae perturbetur et omnia omnium ſuperiorum aſtronomorum ſcripta inutilia reddantur. Magis ferendum eſt, et ſi fortaſſis parum vtile vel neceſſarium, Wilhelmi Schickardi, viri cetera praeſtantiſſimi, inſtitutum, qui in Aſtroſcopio ſuo, veteribus nominibus et imaginibus ſeruatis, nouas ex ſacris indidit ſignificationes, vt ei v. g. Gemini ſint Iacob et Eſau: Piſces, duo illi, quibus Chriſtus quinque millia virorum pauit etc. Mutauit tamen et ipſe pleraque, dum pro Boote v. g. ſuggerit Nimrodum, pro Hercule Simſonem, pro Caſſiopea Bathſebam ac ſimilia. Video etiam, ſimile quid iam pridem in mentem veniſſe Bedae, presbytero, qui in carmine, quod incipit, *Mira prorſus paganorum et ſaeua dementia* tom. I. pag. 417. duodecim ſigna zodiaci in ſenſum chriſtianum trahit. Sic fuere iam olim, qui dies hebdomadae a planetis nollent denominari, quod haereſibus etiam adſcripſit Philaſtrius cap. CXI., ſed ſuaderent ea, (ita Campanella in tractatu de Monarchia Hiſpan.) a ſeptem ſacramentis adpellari, et menſes a duodecim apoſtolis, quod factum videre eſt in faſtis ſacris *Ambroſii Nouidii Fracci,* dicatis Paulo III. pontifici, et elegiaco carmine ad Ouidii imitationem compoſitis. Rom. 1547. 4.

Neronis praecipua coenationum rotunda, quae perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur. *Sueton.* Nerone cap. 31.

Σφαῖραν καλάμȣ, ſiue ex culmis aheneis, *πρὸς τὸ τȣ̃ παντὸς μίμημα πεποιημένην* memorat *Lucianus* in Nigrino tom. I. pag. 21. *Galenus* XIV. de vſu partium tom. I. edit. Baſil. pag. 522. *ὥσπερ γὰρ οἱ τὰς τῶν πλανωμένων ἀςέρων περιόδȣς μιμέμενοι διά τινων ὀργάνων αὐτοῖς ἀρχὴν κινήσεως ἐνδόντες* etc. Porphyrius de anima ad Boethum Sidonium apud *Euſeb.* XI. 28. praeparation. [¶] *ἄνθρωπος ἐπενόησεν ἐπὶ γῆς συνόδȣς τῶν ἑπτὰ κατὰ τῶν κινήσεως δημιȣργῆσαι διὰ μηχανημάτων τὰ ἐν ȣ̓ρανῷ μιμȣ́μενος.*

[Huc quoque referendus eſt globus, late deſcriptus atque illuſtratus in libro huius ſententiae. *Globus caeleſtis cufico-arabicus Veliterni muſei Borgiani a Simone Aſſemano*, LL. OO. in ſeminario Patauino profeſſore, *illuſtratus;* praemiſſa eiusdem *de Arabum aſtronomia* diſſertatione et adiectis duabus epiſtolis cl. *Ioſepha Toaldi*, in Gymnaſ. Patau. P. P. aſtronomiae, Patau. 1790. 4. Eſt ille globus compoſitus a. Chr. 1225. *Harl.*]

In numis frequentiſſimum eſt. imperatores a Caeſare vsque, regesque ac principes cum globo in manu conſpici, poteſtatis denotandae cauſſa. Interdum etiam cum globo duplici, vt imperium ſignificetur in orientem et occidentem, v. g. in numo Commodi apud *Rubenium,*

Tycho, et Keplerus ſtellas exhibuerunt, nihilominus reliquis omnibus minime fidendum, quum nullum plane fundamentum longitudinis et latitudinis indicauerint. Atque ideo penitus mihi perſuadeo, quod maximam partem fixarum, exceptis Tychonicis, non niſi nudo oculo rudiori Minerua tantum delineauerint. — — Figurae Bayeri nihil amplius praeſtant, quam quod totum coeleſte negotium perturbent, et quod omnes ſtellae, quae in globis ad ſiniſtram ſunt conſtitutae, ad dextram adpareant. Bayerus enim ordinem ſtellarum inconſiderate plane inuertit, ex quo catalogi omnium auctorum confunduntur; etiam lectores perturbantur, cum nullam ſtellam debito nomine, ſed per litteras tantum, quod taediosiſſimum, denominat. Confer eumdem Hevelium introductione in firmamentum Sobieſcianum pag. 10 ſq.

mm) Vide acta erud. a. 1688. p. 451. et *Georgii Paſchii* inuenta nouantiqua p. 544 ſq. edit. ſecundae.

nium, LI. 51. vel cum triplici, vt Europae, Afiae, Africae imperium denotetur. Ita in numo Augufti apud eumdem XV. 18. Idem *Rubenius* victoriam fphaerae coelefti infiftentem exhibet X. 13. quemadmodum Romam deam cum hafta et orbe in manu, LXIII. 15. Etiam in imaginibus imperatores fiue fculptis fiue pictis, conftat, globum manu geftare. [In *Oifelii* thefauro numism. antiquior. tab. XV. plures nummi, cum fymbolo globi, occurrunt et in commentario pag. 74 fq. explicantur. Sic in nummo I. Hadrianus, imperator, mulierem, in dextrum genu prolapfam, et *orbem* fiue *fphaeram* fuftinentem, dextra porrecta fubleuare conatur. — In nummo II. Iul. Caefaris, a L. Muffidio cufo, *globus terrarum*, fiue *fphaera* cum gubernaculo nauis, cornu copiae, caduceo et apice pontificali. In nummo III. Augufti, *orbis terrarum* inter duos oleae ramos, (ad pacem vniuerfalem defignandam.) In nummo IV. Didius Iulianus togatus, dextra *orbem* tenet. In nummo V. Commodus dextra, et in num. VI. Gordianus finiftra manu tenet *orbem*. In nummis globus, tamquam confecrationis infigne, aliquoties occurrit, vid. eumdem *Oifel.* tab. 102 et 105. 106. In denario gentis Cocceiae, Afia, Europa, Africa *tribus globis* leguntur infcriptae, apud *Spanhem.* de V. et Pr. N. tom. II. pag. 213. Et fic, fi opus effet, plura exempla poffent adduci. *Harl.* Collegit iam plurima *Rafchius* in Lex. Num. tom. II. part. I. p. 1460 fq. *Beck.*] De fculpta imagine locus eft infignis Ammiani XXV. 10. *Nam et Maximiani ftatua Caefaris, quae locata eft in veftibulo regiae, amifit repente fphaeram auream formatam in fpeciem poli, quam geftabat.* De Iuftiniani ftatua equeftri Codinus et Suidas: καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν ἐμπεπηγότος τοῦ σταυροῦ ἐν αὐτῇ. Confer *Marqu. Freherum* in notis ad Petrum de Andlo II. 6. et *Chriftophori Becmanni* notitiam dignitatum illuftrium IV. 4.

In palatio *Farnefiano* Romae exftat ftatua Herculis circa Commodi imp. tempora, vt videtur, fculpta, fuftinentis globum coeleftem, fideribus infignitum, de quo adfcribam haec *Francifci Bianchini* in hiftoria vniuerfali, ex antiquis monumentis confirmata, Rom. 1699. 4. pag. 369. *Nel palazzo Farnefiano in Roma fi conferva una ftatua anticha d'Ercole, da pochi bene obfervata, abbenchè fia uno de piu cofpicui monumenti di antichità, percioche foftiene il globo celefte, che dal fito delle coftellazioni rifpetto a punti de' folftizi e degli equinozi fi conofce lavorata à tempi di Commodo, intorno à quali fù lavorata, fi come ci fece avvertire il celebre Aftronomo Regio fignor Caffini nell' offervarla, che ei fece l'anno 1695. quando ci portammo unitamente à vedere quel nobile monumento di antichità. Mifurio il luogo della prima di ariete, il quale cadeva nel decimo grado del fegno che porta lo fteffo nome. L'occhio del Toro fi vede collocato 40. grado lontano dal principio di cancro con fituazione affai proffime alla offervata dal Tolemeo in quel fecolo de gli Antonini in cui crediamo lavorata la ftatua. E il capo dell' uno de due Gemelli che precede detto Polluce ed Ercole, non tocca il punto del tropico eftivo, ma viciniffimo è à toccarlo, e dimonftra di rimanere circa al 29. grado di ♊, la deve à an noftri e paffato ab 19. del fegno fequente. Richiederebbe un trattato à parte quella ingegnofa fcoltura, e forfe un giorno l'otterrà per fodisfazione de gli eruditi.* Singularem de globo hoc differtationem pollicetur auctor praeftantiffimus p. 571. [¶] *Fabric.* In Novelle di Firenze, a. 1743. pag. 625. eft *Ioan. Bianchi* defcriptio globi antiqui cum litteris graecis. vid. *Mazzuchelli* gli Scrittori d'Italia, vol. II. part. II. p. 1146. nr. XLVII. 1. *Harl.* Atlas Farnefianus marmoreus, infigne vetuftatis monumentum, commentario Io. Bapt. Pafferii illuftratus, in tomo III. Thefauri gemmarum antiquarum Aftriferi, auct. I. F. Gorio, Flor. 1750. fol. *Beck.*

In

In numo Iuliae Moeſae, quae Iuliae Domnae Seueri imp. vxoris ſoror fuit, vniuerſa duodecim ſigna Zodiaci eleganter expreſſa cernuntur apud *Patinum* introd. in numism. cap. XVII.

In anthologia epigrammatum lib. V. p. 516. legitur epigramma *εἰς μινσώριον ἔχον τὰ δώδεκα ζώδια*, ſiue in menſam, in qua planetae deſcripti cum duodecim ſignis in zodiaco:

Ἀργύρεος πόλος οὗτος, ὅπη Φαέθοντα σελήνη
Δέρκεται: ἀντιτύπων πιμπλαμένη φαέων.
Ἀπλανέες δ᾽ ἑκάτερθε, καὶ ἀντιθέοντες ἀλῆται
Ἀνδρομένης γενεῆς πᾶσαν ἄγουσι τύχην.

Videndus etiam Leontius de compoſitione ſphaerae, et Proclus ac Beda libellis de ſphaera. Suidas in *Ξηρόλοφος*, vbi memoratur *θέσις ἀστρονομικὴ λϛ΄. ἔτη διαρκέσασα* poſita ſub imp. Seuero. *Syneſius*, Paeonio, muneris loco, Aſtrolabium offerens, aſtronomiam pag. 309. vocat *προσεχὲς πορθμεῖον τῆς ἀποῤῥήτου θεολογίας*, *congruentem traiectum ad reconditam theologiam*. Aſtrolabium vero ipſum *ἄγαλμα πάγκαλον τοῦ κοσμικοῦ πλάτους*, cauum ex argento, a Syneſio excogitatum: *διανοίας μὲν ἔργον ἐμῆς ὅσα μοι συνευπόρησεν ἡ σεβασμιωτάτη διδάσκαλος*, (Hypatiam intelligit,) *χειρὸς δὲ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς εἰς δημουργίαν ἀργύρου τῆς ἀρίστης*. Huic aſtrolabio ſtellas diuerſarum ſex magnitudinum ſuo quasque loco inſeruit, addiditque ſolido auro *διὰ χρυσοῦ στερεοῦ* deſcripta in vacuis locis ſub circulo antarctico poſita duo epigrammata, quorum vnum ita ſonat:

Οἶδ᾽ ὅτι θνατὸς ἐγὼ καὶ ἐφάμερος, ἀλλ᾽ ὅταν ἄστρων
Ἰχνεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας,
Οὐκ ἔτ᾽ ἐπιψαύω γαίης ποσὶν, ἀλλὰ παρ᾽ αὐτῷ
Ζηνὶ διοτρεφέος πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

Alterum ipſius eſt *Syneſii*, atque ita ſe habet:

Ἡ σοφίη στίβον εὗρεν ἐς οὐρανὸν, ὢ μέγα θαῦμα,
Καὶ νόον ἐξ αὐτῶν ἦλθεν ἐπουρανίων.
Ἠνίδε καὶ γυρὰ σφαίρας ἐπιτάσσετο νῶτα
Ἶσα δὲ κύκλα τομαῖς οὐχ ὁμαλαῖσι τέμε.
Σκέπτεο τείρεα πάντα πρὸς ἄντυγα τῆς ἔπι Τιτὰν
Νύκτα ταλαντεύει καὶ φάος ἐρχόμενος.
Δέξο ζωδιακοῦ λοξώσιας, οὐδέ σε λήσει
Κλεινὰ μεσημβρινῆς κέντρα συνηλύσεως.

Confer *Bedam* in libello de aſtrolabio tom. I. opp. pag. 394 ſq. [?]

Neſcio, an hoc loco referam illud Choſrois, ab imp. Heraclio euerſum, mirandum certe, etſi non magis forte huc ſpectans, quam illud Salmonei. Ita vero de Chosroe *Io. Tzetzes* Chiliad. I. hiſt. 66.

Ἐν τοῖς ὀρόφοις οὐρανὸν ἔχων τεχνητευθέντα
Ἐξ οὗ βρονταὶ καὶ κέραυνοι μηχανητοὶ καὶ ὄμβροι
Ἑστιωμένων πρέσβεων ἐῤῥήγνυντο πρὸς θάμβος.

Fertur etiam Sapor, rex Perſarum, machinam coeleſtem mirandi artificii habuiſſe, atque vt ad recentiora tempora deſcendam, Gaiaſadinus, Turcarum imp. Friderico imperatori

tentorium

tentorium misit, mira arte ita instructum, vt sol et luna, in eo facti, cursum suum recte obseruarent, et horae tam noctis quam diei recte indicarentur, vt e Trithemii chronico Hirsaugiensi notauit *Spondanus* ad a. Chr. 1232. Vicissim Ferdinandus I. imp. ad Solimannum misit globum coelestem insignem argenteum, cuius meminere Iouius ac Sabellicus. His adde, quae *Cardanus* sub extremum libri XIII. de subtil. *Hinc soles, astra lunaque ementito coelo, quae Nicolaus Siccius vir splendidissimus omnique scientiarum nobiliorumque artium genere eruditus, repraesentauit coram Philippo II. Hispaniarum principe. Vidimus solem sideraque in sereno collucentia, latentia atris nubibus, hebetata candidis, motum cum sidere ac cum tempore repraesentationis fabulae congruentem. Ibi saphiros, chrysolithos verasque pyropos lumina vitreis abscondita dodecaedris icosaedrisque natiuo vitri colore mentiebantur. Edidit scena tonitrua, quum etiam naues velut in mari ferre ac fluctuari videres.*

Ansam hinc sumsit vir egregius atque ingeniosus, *Ioannes Valentinus Andreae* in apologis suis manipulo I. Apologo 10. Campanellae libellum, quo monarchiam vniuersalem, tot millium sanguine iam constantem chimaeram, Philippo, Hispaniae regi, ominari voluit, eiusque irritum consilium hoc modo adumbrandi: *Thomas Campanella, insignis artifex, Archimedeae machinae aemulatione automa monarchicum fabricauit, quo motus solis ab occidente orientis ingeniose repraesentaretur, idque* Philippo II. Hispano etc. cunctarum gentium pio parenti, inter totius orbis monarchas potentissimo, Numine Dei electo ad sparsa imperia congreganda etc. *dedicauit. Iucundum vtique spectaculum, quum Galliae, Germaniae, Italiae, Angliae et persimiles rotulae sese mutuo insigni artificio exciperent, et puniceum illud solare corpus supra horizontem eleuarent. Id opus, indico auro fulgidum et Morphei penicillo varie* [?] *pictum, cum ad Magnum Mundi Monarcham Albani et similium aliquot ministerio deferretur, quum importunum mare Anglicum vix euasisset, nescio quo infelici casu rheda, qua vehebatur, in medio Belgii corruit, opusque inaestimabilis pretii perfregit. Qua ministrorum negligentia supra modum irritatus Philippus, cum frustra occidui orbis artifices implorasset, iusto dolori decentique pudori aliquamdiu indulgens, tandem in summi artificis Dei sapientissima machina acquieuit.*

Sinensium obseruatorium regium Nanquinense vna cum instrumentis sphaera, globo, quadrante, sextante etc. antiquis et longe praestantioribus nn) nouis, Iesuitarum industria additis descriptum, videre est in Ludouici de Comitibus memoriis de regno Chinensi parte I. pag. 91 sq.

De obseruatorio insigni Parisiensi christianissimi regis consules *Baptistam du Hamel* in historia regiae scientiarum academiae lib. I. sect. IX. et *Peraultum* ad Vitruu. lib. I. cap. 2.

Ex iis quae recentiorum ingenia in hoc genere elaborarunt, celebranda sunt inprimis Tychonis Brahei admiranda instrumenta, quibus ad obseruationes coelestes vsus est, et quae singulari volumine in fol. pulcherrime ligno descripta exstant. Tychonem etiam vicit Iohannes Heuelius, cuius machina coelesti, siue opere, duobus in folio voluminibus instrumenta eius astronomica describente, nihil vmquam perfectius et admirabilius sol adspexit. Vtriusque

nn) In his est globus astrifer 2000. librarum, quem vel puer nullo negotio versat, et ad omnem altitudinis graduum adtollit. Vide *Leibnitii* nouissima Sinica pag. 154.

que Tychonis et Heuelii induſtria quoque factum eſt, vt longe plura hodie ſidera numeremus et longe accuratius noſcamus quam aſtrologi veteres.

Idem Tycho praeter alia globum coeleſtem ex orichalco condidit diametro ſex pedum, in cuius horizontis ambitu haec verba aureis litteris inſculpi curauit: *anno a Chriſto nato MDLXXXIII. regnante in Dania Friderico II. hunc coeleſti machinae conformem globum, in quo affixa octauae ſphaerae ſidera coelitus organis deprehenſa ſuis quaeque locis ad amuſſim repraeſentare, errantiumque ſtellarum per haec apparentias peruestigare decreuit, coelo terrigenis qui rationem eam capiunt mechanico opere patefacto TYCHO BRAHE O. F. ſibi et poſteris F. F.*

In praegrandem ſphaeram duplicem, Ptolemaicam alteram, alteram Copernicanam, a *Guilelmo Blaeu* conſtructam, legi poſſunt epigrammata bina *Caſparis* Barlaei tom. II. poem. pag. 284 [⁋] *Fabric.*

[In biblioth. Leidenſi ſunt duo globi, coeleſtis et terreſtris, varietate colorum diſtincti, maximae formae, per *Guil. Blaeuw*, et duo alii, minoris formae, per *Guil. Ianſſonium Blaeuw:* duo alii recogniti atque auctiores facti per Lotharium Zumbach de Koesfeld: Planetolabium, neceſſario adparatu inſtructum, inuentore eodem Zumbach: inprimis ſphaera automatica, ſ. armillaris Copernicana, per Thraſium adornata, quam diſperſam et collapſam in ordinem redegit et auxit *Bernard Cloeſius*, cuius figuram et deſcriptionem et reliquorum globorum notitiam vid. in Catal. bibl. Lugdun. Bat. pag. 499 ſq. *Harl.*]

Sphaera mobilis inſignis, oblata regi Galliae Ludouico XIV. a Martinoto et Hayo celebratur in ephemeridibus Pariſienſibus a. 1701. pag. 364. et in Dombenſibus ſiue Triuultinis eiusdem anni pag. 358. et a. 1707. pag. 82 ſq.

Globos coeleſtes et terreſtres admirandae magnitudinis ac ſtructurae vidit recens aetas *Anglicanum* [oo]), comitis de Caſtello Maine, *Gottorpienſem*, auctore [pp]) Adamo Oleario, *Norimbergenſem* Erhardi Weigelii [qq]) [rr]) *Auguſtanum* Chriſtophori Treſleri et Pariſienſes [ss]) Vincentii Coronelli, diametro quindecim pedum, oblatos regi Galliae a Cardinali Eſtraeo. Praetereo planiſphaeria Pardyeſii, Caſſini [tt]) Fabri [uu]), Inſulani [vv]) etc.

De *Georgii Chriſtophori Eimmarti*, aſtronomi Norimbergenſis, ſphaera armillari trium fere pedum altitudine, tota ex orichalco, ſecundum hypotheſin Copernici ita compoſita, vt omnes

oo) Vincentius Coronelli epitome coſmographica lib. III. acta erud. 1694. menſe Iulio p. 333.

pp) Olear. Perſiſche Reiſe-Beſchreib. pag. 626. *Io. Dan. Maior* in genio errante F. b. ſeq. *Morhofii* poemata p. 514. et *Georgii Paſchii* inuenta nouantiq. pag. 555 ſq.

qq) Weigel. idea Matheſ. vniuerſae p. 75 ſq. et 81.

rr) In bibl. publ. *Noribergenſi* viſitur praegrandis globus terreſtris diametri trium pedum noribergenſium, a *Io. Schonero*, primo Gymnaſii norici profeſſore matheſeos, Bambergae 1520. perfectus; (ab eodem Schonero editi ſunt *Globi ſtelliferi*, ſiue ſphaerae ſtellarum fixarum vſus et explicationes Norib. 1533. 4. vid. *Weidler.* hiſt. p. 337 ſq. *Scheibel.* aſtron. Bibliographie, part. I. pag. 115 ſq. et pag. 36. de edit. Opp. mathematic. Schoneri. Norib. 1561. fol.) tum globus terreſtris et coeleſtis Blaeuorum. vid. *de Murr* Memorab. biblioth. Noribergenſ. tom. I. p. 5 ſq. In eadem vrbe ab heredibus Hommanian. et aliis artificibus [vt Klingero] conficiuntur globi maiores minoresque. Globi a *Lowitzio*, Prof. quondam Gottingenſi, conſtructi, magnam nacti ſunt auctoritatem. Ita in aliis biblioth. paſſim conſpiciuntur, et a variis artificibus confecti ſunt globi diuerſi ambitus, magnitudinis et pretii. *Harl.*

ss) Ephemerides Pariſ. a. 1704. pag. 1040 ſq.

tt) Ephemerid. Pariſ. 1681. pag. 252.

uu) id. a. 1702. pag. 263.

vv) id. 1700. pag. 140.

omnes ac ſinguli planetae virtute ſolius cochleae perennis promoti, quisque periodum ſuam in propria orbita decurrat, vide *Wagenſeilii* librum de Norimberga pag. 155.

Cornelii Drebelii quoque, acutiſſimi Germani, organum perpetui motus haud praetereundum, quod his verbis laudat *Ioannes Daniel Maior* in genio errante cap. VIII. *Perſpicaciſſimus vero etiam Drebbelius ille machinarum varii generis inſolentiorum machinator inſignis, poſt Archimedem fere vnicus, auſus eſt elaborato a ſe liquore ſpiritaoſo mirabile opus agitante ſimulacrum vniuerſi per artem effingere, in eoque ob arcanum conſenſum ſpiritus iſtius cum aethere, non minus planetarum ſphaeras atque circuitus quam anni, menſium, dierum, horarum, menſuras ac differentias Iacobo primo, magno Britanniae regi, exhibere.* Eamdem admirandam machinam eleganti epigrammate celebrauit magnus *Hugo Grotius* p. 320. poematum. De *Adolphi Balduini* ſole artificiali, perpetuo [¶] mobili, vide Ephemerides Pariſ. a. 1682. pag. 68. et de, neſcio cuius, artificis machina duplici, quae exſtant Pariſiis in Bibl. regis Galliae, quarum altera eclipſis cuiusque locus et magnitudo, altera motus ſitusque planetae cuiusque in coelo qualem ſecundum ſyſtema Copernici, tempore quouis deſiderato habuit vel habebit, facile ad oculum monſtrari poteſt.

Tuborum ſiue teleſcopiorum vſum, quorum ope tot veteribus incognita recens aetas in ſideribus obſeruauit, alii Iacobo Metio ww), vel Galilaeo de Galilaeis, alii, vt Petrus Borellus, Zachariae Ioannidi f. Iohnſen, Zelandio xx) tribuunt, alii denique Cornelio, quem iam memoraui, Drebbelio, vel Io. Baptiſtae Portae aut Rogero Baconi yy). Sane Hieronymus quoque Fracaſtorius in Homocentricis p. 18. notauit, *maiora omnia videri et propinquiora ſi quis perſpiciat per duo ſpecilla ocularia altero alteri ſuperpoſita*, quod congruit invento Euſtachii Diuini, relato in transactionibus philoſophicis anglicanis tom. I. pag. 626. De Gerberto autem, qui inter pontifices romanos Syluestri II. nomine clarus eſt, apud *Ditmarum*, Merſeburgenſem, lib VI. Chronici pag. 399. in edit. Leibnitii ſcriptorum veterum Brunſuicenſium, legas, eum optime calluiſſe aſtrorum curſus diſcernere et horologium feciſſe *conſiderata per FISTVLAM quadam ſtella nautarum duce.* Cum eiusmodi fiſtula ſiue tubo imaginem Claudii Ptolemaei, ſidera contemplantis, in vetuſto codice reperit V. C. Ioannes Mabillonius, vt ſupra §. III. fin. iam adnotaui, ſed vitris inſtructas fuiſſe illas veterum fiſtulas, non conſtat, quas fortaſſe alii rectius accipiunt pro dioptris zz), vitro vacuis, quibus et ipſis viſum iuuari propter radios oculi, in vnam rem intentius collectos, perinde vt tuba ſtentorea vocem, notum eſt. Sed tempus iam eſt, vt miſſis hiſce, ad telam noſtram pertexendam redeamus. [¶]

ww) *Voſſ.* de ſcientiis Math. p. 201. *Menagii* origines gallicae in lunettes de Galilée, *G. Paſchii* inuenta nouantiqua pag. 523 ſq. *Wotton* reflect. upon ancient and modern learning chap. 15.

xx) *Petrus Borellus* de vero teleſcopii inuentore. Hagae Comit. 1655. 4.

yy) Plura leges in *Weidleri* hiſtor. aſtronom. cap. XV. §. 16. pag. 436 ſqq. Iam *Tiang Hengh* circ. a. Chr. 164. tubum in ſpeculandis aſtris adhibuiſſe fertur: illum autem Europaeórum tubis ſimilem fuiſſe, negat *Gaubilius* in hiſt. aſtron. Sinenſium. vid. *Heilbronner.* p. 353. *Harl*

zz) Confer *Vignolii Maruilli* miſc. hiſtorico litter. tom. I. pag. 157. et *H. Vagetium* de microſcopiis et tubis vitro carentibus. *Fabric.* — Facile poterat haec particula capitis augeri, ſi aut *Herſchelii*, *Schroeteri*, *Bodii*, et aliorum recentia in aſtronom. merita laudare, aut *Montuclae* Hiſt. Math., *Baillyi* Hiſt. aſtron. *Landii* et aliorum libros conſulere, placuerit; ſed ea nemo hic deſiderabit. *Beck.*

CAPVT.

CAPVT XVII (olim XV)

DE PAVSANIA ET POLYAENO

I. *Pausaniae Cappadocis aetas et alii hoc nomine.* II. *Scripta quae exstant.* III. *Deperdita.* IV. *Eorum, quae exstant editiones et MSSta.* V. *Index scriptorum, a Pausania citatorum.* VI. *Polyaeni scriptoris aetas et eo nomine plures alii. Eius Strategemata.* VII. *Codd. et editiones.* VIII. *Deperdita scripta.*

[Cum supplementis *G. C. Harles.*]

I.

PAVSANIAS, Caesareensis Cappadox, non diuersus, vt videtur, ab eo, quem ἀπὸ τῆς Συρίας σοφιστὴν vocat *Galenus* [a]) III. 14. (edit. lat. 10.) de locis adfectis, vbi se cum eo Romae loquutum esse testatur. *Constantinus* vero *Porphyrog.* lib. I. them. 2. pag. 12. vocat Pausaniam Damascenum. [vid. ad §. III. 2.] Auditor fuit Herodis Attici [b]); ipse discipulos habuit Aelianum [c]), de quo infra, et Aspasium [d]). Quod addit Philostratus, Pausaniam vnum fuisse τῶν τοῦ Κλεψυδρίου μετεχόντων, ex alio eius loco in vita sophistae Adriani pag. 582. [pag. 555. edit. Olearii,] intelligitur, nimirum fuisse illum vnum ex decem Herodis Attici auditoribus familiarioribus [e]), qui praeter lectiones, quas communes omnibus habebat, audiuerunt eum stato tempore ad clepsydram dicentem. Ita enim [P] intelligenda verba ἐπεσιτίζοντο τῇ εἰς πάντας ἀκροάσει κλεψύδραν ξυμμεμετρημένην, quae vt multa alia haud cepit latinus interpres. Quoniam vero hoc interioris admissionis auditores monuerat Herodes τὸ μηδὲ τὸν τοῦ πότου καιρὸν ἀνιέναι, ἀλλὰ κἀκεῖ τι ἐπισπουδάζειν τῷ οἴνῳ, hinc factum, vt illi τοῦ κλεψυδρίου participes teste Philostrato vocarentur per iocum διψῶντες, vt quibus ob auscultationis vel studii adsiduitatem esset interim sitiendum. Herodis Attici saepius mentionem facit Pausanias, etsi, quod mireris, numquam eum [f]) praeceptorem suum adpellat:

a) Galeni verba sunt: Παυσανίας οὖν ἀπὸ τῆς Συρίας σοφιστὴς εἰς Ῥώμην ἀφικόμενός ποτε τοὺς μικροὺς δύο δακτύλους τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς καὶ τοῦ μέσου τὸ ἥμισυ δυσαισθήτους μὲν ἔσχεν τὸ πρότερον, ὕστερον δὲ καὶ ἀναισθήτους, κακῶς θεραπευσάμενος ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. Ἐπεὶ δὲ ἐγὼ θεασάμενος αὐτὸν ἠρώτων etc. Eumdem hunc esse Pausaniam cum nostro non dubitat Ionsius pag. 16. de scriptoribus hist. philos. Sane noster in Syria per aliquod tempus versatus esse videtur, et Stephanus Byz. Syriaca ἐθνικὰ diligenter e Pausania repetit, testatus quoque, eum de Antiochia librum scripsisse. [vid. locum infra in §. 3. nr. 2. citatum.] Alius fuit *Pausanias*, medicus, cui Empedocles Physica sua inscripsit, *Laert.* VIII. 60. Huius Pausaniae vna cum Empedocle mentio apud Galen. libro et capite 1. Therapeut. Alius *Pausanias*, medicus, iunior, ad quem scripsit Alexander Magnus, teste Plutarcho in eius vita pag. 689. Alius *Pausanias*, Lacedaemonius, historicus, cuius περὶ Ἑλλησπόντου, Λακωνικά, χρονικά, περὶ Ἀμφικτυόνων, περὶ τῶν ἐν Λάκωσιν ἑορτῶν memorat Suidas [it. Eudocia pag. 350], idem forte, cuius *Tactica* laudant Arrianus et Aelianus. [*Pausaniae* cuiusdam *proëdri* oraculum in Trallibus inuentum: in cod. Laurent. vid. Bandin. catal. I. p. 534.] Omitto *Pausaniam*, belli Medici fulmen, de quo Thucydides, Nepos etc. et *Pausaniam*, interfectorem Philippi Macedonis, de quo Iustinus. *Pausaniam* denique, cognomento λάκκον, de quo Gnathaenae iocus apud *Athenaeum* XIII. pag. 578.

b) *Philostr.* 2. de Sophist. pag. 590. [pag. 594. edit. Olearii, cuius notam consules] *Suid.* in Παυσαν.

c) *Philostr.* pag. 619. [pag. 625. Olear.]

d) *Suid.* in Ἀσπάσ.

e) Hunc Paus diuersum fuisse a Pausania Philostrati, opinatur Goldhagen in praefat. ad vers. germ. *Harl.*

f) Sic nec Platonem Aristoteles, nec Socratem Plato. *Sylburg.*

adpellat: testatur autem in Achaicis p. 574. Herodem in vxoris defunctae memoriam Odeum magnificum Athenis exstruxisse, idque se in Atticis non memorasse, quia, quum illa scriberet, hoc nondum fuisset aedificatum. Eliaca priora pag. 375. adfirmat, se scripsisse anno post coloniam Corinthum deductam 217. Corinthum instaurauit Iulius Caesar anno postremo vitae, vrbis 710. his adde 217. habes annum vrbis 927. M. Aurelii Antonini 14. qui respondet anno Christi 174. [g]) Sed eo tempore iam aetate prouectum fuisse, credibile est, et iam sub Antonino Pio claruisse, quoniam lib. I. pag. 14. Hadriani imp. quoque faciens mentionem, eum sua aetate imperium gessisse scribit, καὶ κατ' ἐμὲ ἤδη βασιλέως Ἀδριανοῦ τῆς τε ἐς τὸ θεῖον τιμῆς ἐπὶ πλεῖστον ἐλθόντος, καὶ τῶν ἀρχομένων ἐς εὐδαιμονίαν τὰ μέγιστα ἑκάστοις παρασχομένου. Iter fecit non per Graeciam modo Macedoniamque et Italiam, sed per maximam etiam Asiae partem ad oraculum vsque Iouis Hammonis. Etiam in Palaestina versatum se fuisse et Iordanem ac mare mortuum vidisse, testatur. Declamator fuit promtus et ingeniosus, etsi, Cappadocum more [h]), male pronunciaret, neque [i]) dictionis elegantia aut luce satisfaceret delicatis Atticistarum auribus. Grammaticum quoque eruditum et rerum non ignarum humanarum, sed superstitiosum quandoque ac credulum scripta testantur. [Et tamen ad historiam artis antiquae cognoscendam auctor est vtilissimus. Vide sis, quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. tom. I. pag. 181 sq. *Harl.*] Obiit Romae admodum senex, vt Philostratus auctor est. [¶]

II. Exstat huius, vt cum viris doctis mihi persuadeo, Pausaniae, (licet praestantissimus Gesnerus Pausaniam Laconem maluerit auctorem,) Ἑλλάδος περιήγησις, *Descriptio Graeciae,* summo studio persequens tum alia ἀξιομνημόνευτα, tum templa praecipue et aedificia insignia, statuas, festa, imagines, ludos, donaria et quaecumque in locis singulis spectatu et scitu digna sese offerebant. Vere quoque notauit *Abraham Loescherus,* a Pausania referri status rerump. imperiorum successiones, regum familias et res praeclare gestas, etsi in prioribus illis, quae dixi, plus, vt videtur, operae posuerit *scriptor, vt inter doctos constat, accuratissimus* [k]): *Accuratus ad fastidium vsque statuarum, diis dedicatarum, enarrator* [l]). Complectitur autem hoc opus

I. Ἀττικά [m])· in quibus sunt λόγοι Ἀττικὸς, Σαλαμίνιος, Μεγαρικὸς et adpendicis loco Ὠρωπικός.

II. Κορινθ-

g) Ita quoque *Saxius* in Onom. I. pag. 321. quem vide. adde *Sylburgii* not. in fine p. 493 sqq. edit. Francof. de Pausaniae vita scriptisque. *Harl.*

h) Hinc epigramma, Kühnio etiam laudatum, ex Antholog. lib. II. pag. 250.

Θᾶττον ἔην λευκὰς κόρακας πτηνάς τε χελώνας
Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον Ῥήτορα Καππαδόκην.

Rarius alata testudine, rarius albo
Inuenias coruo Rhetora Cappadocem.

i) *Philostratus* pag. 590. 591. [p. 594. Olear.] Confer Sylburgii ad Pausaniam obseruationes p. 921 sq. edit. Lips. Abraham Loescherus in praef. *Quamquam autem multa esse non negarim, quae aut tenuiter a me aut minus eleganter sint dicta, tamen in tam abrupta et concisa, qua inuolutus est Pausanias, sententiarum breuitate, in tanta verborum obscuritate, in tanta etiam rerum ambiguitate, venia esse dignum, non odio aut calumnia puto.*

k) *Laur. Begerus* tom. I. Thesauri Brandenb. pag. 284.

l) *Petrus Faber* III. semestr. pag. 52.

m) Auctor ipse συγγραφὴν Ἀτθίδα vocat p. 231 et 574. edit. Lips. et 251.

II. Κορινθιακά· in quibus λόγος Κορινθιακὸς, Σικυώνιος [n]), Φλιάσιος, Ἀργολικὸς, Ἐπιδαύριος, Αἰγιναῖος, Τροιζήνιος.

III. Λακωνικά· quae auctor ipse Σπαρτιατικὲς λόγες adpellat pag. 462. edit. Kühn.

IV. Μεσσηνιακά· quibus adpendicis loco subiiciuntur λόγος Ἀσιναῖος, Μεθωνικὸς, Πυλικός.

V. et VI. Ἠλιακῶν α. β'. In quibus multa etiam de ludis Olympicis, et in Eliacis posterioribus λόγος Λετρειναῖος, quem Pausanias ipse memorat pag. 412. Male Simlerus adfirmat, a Stephano laudari librum XI. Pausaniae Ἰλιακῶν.

VII. Ἀχαϊκὰ, in quibus λόγος Ἀχαϊκὸς, Δυμαῖος, Πατρεὺς, Φαραῖος, Ἀργυραῖος, Αἰγειραῖος.

VIII. Ἀρκαδικὰ, in quibus λόγος Ἀρκαδικὸς, Μεγαλοπολιτικὸς, Μεθυδριεὺς, Φιγαλεὺς, Τεγεατικός.

IX. Βοιωτικὰ, in quibus λόγος Πλαταϊκὸς, Θηβαϊκὸς, Ὀρχομένιος, Χαιρωνεύς.

X. Φωκικά.

Hoc opus Pausaniae, adscripto librorum numero passim a Stephano Byzantino citatur, vt ex indice scriptorum, a Stephano laudatorum, quem supra [vol. IV. p. 656.] exhibui, patet. Et pleraque leguntur etiam hodie in illis, quos Stephani codices designant libris. Si in aliis aliquando leguntur, vt quae Stephanus in Σκοτινὰ ex Pausaniae decimo laudat, exstant in libro tertio, malim equidem corruptos Stephani codices caussari, quam cum doctissimo Kühnio mihi persuadere, quod Stephanus λόγες minores in Atticis et Corinthiacis computauerit, atque adeo Λακωνικὰ pro decimo λόγῳ recte habuerit. [☞]

III. Scripta deperdita Pausaniae sunt:

1. Opus, in quo de rebus Asiaticis, Syriacis, Phoeniciis egerat Pausanias, et cuius librum sextum videtur citare Steph. Byz. in Μαριαμμία, et quod respicit idem in Γάββα, Γάζα, Δᾶρος. Confer *Vossium* II, 14. de hist. graecis, et *Sylburgium* in notis ad Pausan. pag. 941. edit. Lips. [pag. 501. edit. Francof.]

2. Pausanias ἐν τῷ περὶ Ἀντιοχείας. Steph. in Σελευκόβηλος [o]). *Tzetzes* Chil. VII. hist. 118. ὡς Παυσανίας γράφει μὲν ἐν Ἀντιοχείας κτίσει. *Stephanus* Seguierianus p. 329. edit. Berkelii: Παυσανίας δὲ ἐν τῇ τῆς πατρίδος αὐτὲ κτίσει. [Scripsisse igitur videtur Syriae antiquitates, et forsan pars fuit superioris libri.]

3. Declamationes siue μελέται *Philostratus* II. de sophist. pag. 591. [594. Olear.]

4. Περὶ Συντάξεως liber. Suid. [Eudoc. pag. 353.]

Qq 3 5. Προβλη-

n) Σικυωνίαν γραφὴν vocat *Pausanias* pag. 230. adde 219.

o) Hunc tamen *Pausaniam Damascenum*, quem Constantinus imperator laudat loco in §. 1. init. citato, et quem auctor chronici Alexandr. vocat pag. 94. τὸν σοφώτατον χρονογράφον, a nostro *Pausania* distinxisse videtur *Holsten.* in not. ad Steph. Byz. etc. in nouis misc. obseruatt. Belgic. tom. II. pag. 123. *Harl.*

5. Προβλημάτων βιβλίον α. Suid. [et Eudoc. l. l. vbi Paufanias dicitur σύγχρονος Ἀριςείδȣ.]

6. Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγή· opus copiofum noftri, an alterius Paufaniae, laudatum *Photio* cod. CLIII. fcholiaftae Apollonii ac Thucydidis, [VI. cap. 28.] et Euftathio ad Homer. [vid. *Küfter* ad Suid. III. pag. 62.]

IV. *Codd. mssti et editiones Paufaniae.*

[*Codd. mstos*, vt de his pauca adferam, *quatuor* chartac. bibl. publ. *Parifienfis* memorat Kühnius in praef. ad fuam edit. fed eos, notat, parum aut nihil diftare ab Aldino exemplari, vnde Veneta edit. eft expreffa: et totidem quoque, alio quidem ordine, numerantur in lat. MSSt. vol. II.

In bibl. *Laurent. Florent.* (tefte *Bandinio* catal. codd. gr. tom. II. pag. 306 fq) Plut. LV. cod. X. membr. faec. XV. Paufaniae libri X. cum notis in margine, et cod. XI. membr. faec. XV. Romae manu Io. presbyteri Rhofi Cretenfis a. 1485. nitide fcriptus. Citatur *Paufanias* in violar. compof. *Bandin.* I. pag. 549.

In biblioth. *Veneta* D. Marci, cod. CCCCXIII. fecundum catal. codd. gr. pag. 200. — *Romae* in bibl. Angelica cod. chartac. faec. XIV.

Neapoli in bibl. Auguftinenf. S. Ioann. ad Carbonariam, cod. bombyc. faec. XV. Paufaniae Ἑλλάδος περιήγησις. — *Matriti* in bibl. regia, primus tantum liber, isque mutilus. vid. *Iriarte* catal. pag. 120 fq.

In bibl. *Heidelbergenfi* quondam fuit codex, tefte Sylburgio. — In bibl. *Auguftae Vindelic.* exftat cod. tefte *Reifero* in indice MSStor. bibl. Auguftanae, pag. 68. nr. 29.

In bibl. Caefarea *Vindobon.* funt, (tefte *Kollario*, qui multus eft de Paufania, eumque iure laudat, in fupplem. I. ad Lambecii comment. pag. 593 fqq.) duo codd. alter, cod. XCV. chartac. faec. XVI. cum bonis fchol. marginal. alter, cod. XCVI. a. 1500. fcriptus, ab initio mutilus ex fuperioreque cod. probabiliter defcriptus. Vtrumque memorat quoque *Neffelius* in catal. codd. Vindob. part. V. pag. 47. nr. 23. et pag. 98. nr. 51. Prioris V. L. acceperat cl. *Facius* ad edit. fuam ornandam. Idem V. D. vfus eft V. L. cod. *Mosquenfis*, ex alio veteri exemplo defcripti, cuius tamen lectio cum Aldina faepius congruit. — In bibl. *Vinarienfi* funt obff. msstae ad Paufaniam.]

Editiones hae funt:

Graeca Aldi Manutii, fingularum paginarum fummis marginibus argumentum cuiusque adfcriptum habens. Venet. 1516. fol. per Marcum Mufurum, Cretenfem, epifcopum paulo poft Ragufinum, qui Iano Lafcari librum infcripfit, *opus*, vt vere Aldus, *antiquae raraeque eruditionis thefaurum continens.* Hac editione, multis animaduerfionibus MSS. *If. Cafauboni* referta, vfus eft Kühnius. Fuerat illa *Ioannis Bourdelotii*, qui et ipfe notas in Paufaniam promittit in animaduerff. ad Lucian. tom. I. pag. 549. 789. et alibi.

Latinae. [*Paufaniae defcriptio Atticae;* Myrfilius; Porcius Cato; Archilochus; Philo de temporibus; Metafthenes; Xenophon de aequiuocis; Sempronius; Fabius Pictor; Antonini

tonini itinerarium; Berosus; Manetho. Venetiis, per Bernardin. 1498. 4. vid. *Maittair.* A. T. IV. pag. 667.] — Attica et Corinthiaca ex versione *Domitii Chalderini*, Veronensis, a Io. Oporino emendata Basil. 1541. 4.

Pausanias integer ex interpretatione *Abrahami Loescheri*. Basil. 1550. fol. Dicatus est liber Ioanni Iacobo Fuggero, neque p) graeca adiuncta habet, notas quoque nullas Loescherus addidit, exceptis paucis in margine coniecturis. [Vsus vero est cod. gr. vide de Sylb. edit. infra notata]

Romulo Amasaeo q) interprete, qui librum inscripsit Alex. Farnesio Cardinali in epistola, data Romae 1547. 8. Prodiit et Florent. 1551. apud L. Torrentium, fol. et Basil. 1557. 8. Lugd. 1559. 12.

Ex Amasaei versione per *Frid. Sylburgium* recognita, Francof. typis Wech. 1624. 8.

Stephani Nigri obseruationes in Pausaniam memorans Gesnerus respicit eius dialogos, Mediol. 1517. excusos, de quibus praestantiss. Kühnius praef. in Pausan. *Praeter dictum codicem mecum etiam communicati* [?] *sunt dialogi Stephani Nigri a Cl. Nicasio Diuionensi, viro ad litteras prouehendas maxime strenuo. In eo libro reperi totius Pausaniae compendium, et vnius alteriusque loci variam lectionem: quamuis alias mendosa quaeuis sedulo vitet auctor ille, vt Vlysses Sirenum cantus et Circes pocula.*

Graecolatinae: 1. ex *Guil. Xylandri* recensione, qui Aldinam editionem graecam plurimis in locis emendauit, et notas quoque, sed quae initio Eliacorum priorum deficiunt, addidit. Adiuncta est separatim Amasaei versio latina, a *Friderico Sylburgio* plurimis locis emendata, vna cum eiusdem Sylburgii notis, indicibus locupletiss. et dissertatione de grammaticis Pausaniae anomaliis: tum descriptio Graeciae e Strabonis epitome, Ptolemaeo ac Plinio, cum adnotationibus eiusdem Sylburgii, in quibus pag. 505. (edit. Lips. pag. 918.) etiam habetur *Cyrianoris Sophopaeds* Sylburgio, sciscitanti, communicata explicatio numerorum siue notarum in geographia Ptolemaei, ex qua patet, numeros ibi minutorum in gradibus longitudinis et latitudinis constare quinariis, ita, vt ex duodecim quinariis velut totidem partibus assis, compleatur vnus gradus sexaginta, vt vulgo numerantur, minutorum, Francof. 1583. fol. apud haeredes Andreae Wecheli. *Fabric.* Sylburgius, post Xylandri mortem, editionem absoluit, atque in epistola dedicatoria, quae textum graecum excipit, pag. 376 sq. profitetur, se vsum esse duobus Pausaniae exemplaribus, aliquot in locis emendatis. Eorum alterum fuit Ioachimi Camerarii: alterum accepit a Zacharia Vrsino, cui Xylander eum codicem a typographo Io. Oporino acceptum donarat. In hoc posteriore agnoscebat Sylburg. multa Io. Hartungii manu adnotata. „Eo ipso libro, ait idem Sylburg. in sua versione vsus fuerat Abrah. Loescherus, qui, vt plerasque Hartungii notas fuerat sequutus, ita quasdam illis non adspernandas adiecerat." Praeterea fatetur Sylburg. a se ea, quae in eruditissimis aduersariorum, commentariorum, animaduersorum, nouarum lectionum et emenda-

p) Emendanda itaque bibliotheca selecta Io. Clerici tom. XI. pag. 153.

q) Sylburgius in epist. dedicat. comperi eam (n. *Amasaei* versionem cum graeco textu collatam,) ait, quam plurimis in locis, non tam Graecum Latino, quam Latinum Graeco mutuam sanationis operam praestare: vnde coniicio, Amasaeum in sua versione, praeter sagacissimum iudicii acumen, msstos etiam codices, impressis emendatiores, ad manum habuisse. *Harl.*

emendationum libris Adr. Turnebus, Dionyſ. Lambinus, Adrian. Iunius, Guil. Canterus, et Paullus Leopardus in hoc auctore menda deprehenderant, diligenter et conquiſita eſſe, et ſuo quaeque loco poſita. Denique laudat operam Io. Opſopoei, qui illi editioni corrector praefuit. — Verſioni *latinae* ſubiunctae ſunt Sylburgii notae in Romuli Amaſaei verſionem, quibus partim mendoſa aut ſuſpecta excutiuntur, partim obſcura vel ambigua explanantur: Loeſcheri quoque verſio interdum comparatur. Textui autem *graeco* in fine adhaerent Sylb. notae in Pauſaniae verba, maximam partem criticae: Amaſaei quoque et Loeſcheri lectiones adferuntur aut examinantur. *Harl.*

2. Hanouienſis a. 1613. fol. ſuperiorem ex aſſe referens, niſi, vt verſionem latinam per ſingulas paginas r) adiunctam exhibeat, typis itidem Wechelian.

3. Lipſienſis 1696. fol. nitida et perquam emendata, quae ſuperiorem totam continet, ſed ita, vt variis nominibus praeſtet, quia non modo in capita diuiſa eſt et argumenta libris praefixa habet, notasque Sylburgii et Xylandri cuiuis paginae ſubſtratas, [praemiſſis ſuperiorum editorum atque interpretum praefationibus,] ſed et textum graecum a praeclaro viro *Ioachimo Kühnio*, Argentoratenſis tum academiae lumine, caſtigatiorem, cum eruditis ipſius animaduerſionibus. Vſus eſt Kühnius, vt iam dixi, Aldina editione, a Caſaubono paſſim notata: voluit etiam conferre quatuor codices MSS. Bibl. regiae Pariſ. ſed iisdem illos cum Veneta editione morbis laborare comperit.

[Nouiſſima, eaque critica et praeclara editio eſt: Παυσανιυ — *Pauſaniae Graeciae deſcriptio. Graece. Recenſuit ex codd.* (Vindobon. et Mosquenſi.) *et aliunde emendauit, explanauit Io. Frider. Facius*, (Prof. graec. et latin. linguar. in Gymnaſio Coburgenſi, qui antea iam in aliquot proluſionibus ſpecimina ingenii et futurae editionis dederat egregia,) Lipſiae, tom. I. 1794. tom. II. 1795. 8. tom. III. proxime lucem adſpiciet. *Harl.*]

Quamplurima Pauſaniae diligenter ac fuſe illuſtrat *Io. Meurſius* variis in ſcriptis, et *Palmerius* Exerc. ad auctores graecos pag. 357—442. *Fabric.* [Multa alia, in quibus Pauſaniae loca modo emendantur, modo explicantur, ſcripta iam excitaui in Introd. l. c. pag. 182 ſqq. quae hic repetere nolo. Illis add. *L. Voelkel* über den groſſen Tempel und die Statue des Iupiters zu Olympia; eine Erläuterung der Beſchreibung des Pauſanias, Lipſiae 1794. min. 8. et *Siebenkeeſii*, Prof. Altdorfini, doctiſſimum libellum eiusdem argumenti, germanice ſcriptum. Noribergae 1795. min. 8.

Gallice verterunt Pauſaniam Blaſius Vigenerius; laudatur verſio *Gedoyn*, cum obſſ. et figg. Pariſ. 1731. 4. II. voll. conf. Iourn. des Scav. tom. 94. p. 426. et tom. 95. p. 178 ſqq.

Italice Alfonſus Bonacciuoli, Mantuae 1593. (in *Pinelli* tamen catal. tom. IV. pag. 148. edit. a. 1594. occurrit.) 4. conf. *Paitoni* bibliotheca etc. tom. III. pag. 101.

Germanice, Goldhagen, Berol. et Lipſ. 1766. 8. II. voll. cum animaduerſſ. *Harl.*

V. Nihil in praeſenti reſtat, quam vt indicem ſcriptorum, a Pauſania citatorum, ſubiungam, in quo concinnando ſuam mihi operam praeſtitit *Chriſtophorus Wolterek*, Glückſtadienſis,

r) Fallitur igitur vir doctus tom. XI. Bibl. ſelectae pag. 154.

diensis, a quo praeter alia expositionem locupletissimam siglarum, in numis et aliis veteribus monumentis ocurrentium, Vrsati et aliorum quorumque collectionibus longe pleniorem studiosos exspectare iubeo. [¶]

Index Scriptorum, quos in sua Graeciae descriptione Pausanias commemorat,

Concinnatus ad paginas editionis Lipsiensis a *Christophoro Wolterek*, Glückstadiensi.

Aeschylus. 6, 35. f. 68. f. 611. in. 807. in. Euphorionis filius. 166. in. 676. m.
 ἐς Γλαῦκον. 754. in.
 ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. 156. in.
Aeschyli Satyri. 141. m.
 statua. 49. in.
Agis, Amphiptolemi filius, poeta. 124. f.
Alcaeus ἐν προοιμίῳ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα. 817. f.
 ἐν ὕμνῳ τῷ ἐς Ἑρμῆν. 574. in.
Alcman. 244. in.
 ἐν ᾄσματί τινι. 276. f.
 ἐς τοὺς Διοσκούρους ᾆσμα. 99. in.
 ἐς Φαένναν καὶ Κλῆταν. 254. f.
Alexander Pleuronius. 162. in.
Amphionis musica. 720. f. vide etiam *Minyas.*
Anacharsis. 53. in.
Anacreon, Polycrati familiaris. 6.
 Teius πρῶτος κατὰ Σαπφὼ τὴν Λεσβίαν τὰ πολλὰ ὧν ἔγραψεν ἐρωτικὰ ποιήσας. 59. in.
Anaximenis τὰ ἔπη τὰ ἐς Ἀλέξανδρον οὔ μοι πιστά ἐστιν Ἀναξιμένη τὸν ποιήσαντα εἶναι. 497. in.
Anaximenes Historicus τὰ ἐν Ἕλλησιν ἀρχαῖα καὶ ὅσα Φίλιππος καὶ Ἀλέξανδρος εἰργάσατο, συνέγραψεν ἅπαντα. 465. f. 496. in. γράφει βιβλίον ἐς Ἀθηναίους, καὶ ἐπὶ Λακεδαιμονίους ὁμοῦ καὶ Θηβαίους συγγραφὴν λοίδορον. 496. f.
Androtion ἐν τῇ συγγραφῇ τῇ Ἀτθίδι. 470. in. 815. m.
Anonymi versus 551. f. 612. f.
Anonymus ἐν καταλόγῳ τῶν γυναικῶν. 273. f. (Hesiodus)
 ὁ τὰ ἔπη τὰ ἐς Εὐρώπην ποιήσας. 721. in.
Antagoras, Rhodius. 6. [¶]
Antimachus. 781. m.
 ἐπιστρατείαν Ἀργείων ποιήσας ἐς Θήβας. 649. in. 650. m. 651. in.
Antiochus Syracusanus, ὁ Ξενοφάνους ἐν τῇ Σικελιώτιδι συγγραφῇ. 824. in.
Antiquitatum et rerum in singulis locis memorabilium interpretes. 133. m. 431. f. 630. in. 669. f. in. 669. f. 716. m.
Aratus, Solensis, familiaris Antigono. 6.
Archilochus. 866. f. 876. f.
 ἐν Ἰάμβῳ. 547. f.

Areus ἐν τοῖς ἔπεσιν. 239. f.
Aristarchus ὁ τῶν ἐν Ὀλυμπιάσιν ἐξηγητής. 428. in. m.
Aristeas, Proconnesius. 58. in.
 ἐν τοῖς ἔπεσιν. 392. m.
Aristophanes, com. 385. m.
Aristotelis, Stagiritae, statua. 462. m.
Asius Phocus, poeta. 125. m. 178. m. 282. f.
 Amphiptolemi filius, Samius, ἐν τοῖς ἔπεσιν. 530. in. m.
 ἐν τοῖς ἔπεσιν. 420. f. 599. in. 755. f.

Bacis, Boeoticus vates. 828. f.
Bacidis, poetae, χρησμοί. 344. f. 345. in. 744. m. 832. m. 878. f. 879. m.
Bias Prienensis. 857. m.
Boeo ποιήσασα ὕμνον Δελφοῖς. 809. f. 810. in.
Byzis Naxii inuentum. 398. in.

Calades, legislator. 20. m.
Calaenus. 729. m.
Calliphonis, Samii, pictura. 864. in.
Callippus, Corinthius, ἐν τῇ ἐς Ὀρχομενίους συγγραφῇ. 765. m. 788. m.
Carcinus, Naupactius, auctor carminum Naupactiorum. 898. in.
Chaldaei philosophi. 360. in.
Charon, Pythei filius. 897. f. 898. in.
Chersiae, Orchomenii, ἔπη. 788. m.
Chilon, Spartanus. 857. m.
Choerilus, Atheniensis, δρᾶμα ποιήσας Ἀλώπη. 34. f.
Chrysippus, Solensis. 39. f. 74. f.
Cinaethon, Lacedaemonius, ἐγενεαλόγησε ἔπεσι. 119. in. 282. f. 707. m.
Cleobulus, Lindius. 857. m. [P]
Cleon Magnes. 806. f.
Clitodemus τὰ Ἀθηναίων ἐπιχώρια ἔγραψεν ὁ ἀρχαιότατος ἐν τῷ λόγῳ τῷ Ἀττικῷ. 834. in.
Commentarii rerum gestarum. 29. m.
 Eleorum. 263. f. 460. f.
 Thebanorum. 745. m.
Corinna fatidica. 748. f.
 ἡ μόνη ἐν Τανάγρᾳ ᾄσματα ἐποίησε. 753. in. infra in Meleager.
Creophilus ἐν Ἡρακλείᾳ. 283. in.
Crius vates. 238.
Ctesias ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Ἰνδούς. 751. m.
Cypria carmina. 246. f. 284. in. 862. f. 863. m. 874. in.

Dates, Medus, ἐν λόγοις, οὓς εἶπε πρὸς Δηλίους. 867. f.
Demodocus. 255.
Diogenes, Sinopensis, Cynicus. 115. in.

Ennius, poeta. 862. m.
Eoeae magnae, carmen (Hesiodi) 114. f. 146. m. 170. m. 282. m. 508. in. 771. f. 783. f. 794. in. 874. m.
Eperastus, Eleus, vates, versus in eum. 494. in.
Ephialtis, oratoris, monumentum. 75. in.
Epigramma in Agamemnonis scutum. 425. m.
Aiacem. 425. in.
Alcmenae thalamum. 731. m.
Apollinem et Musarum chorum. 423. in.
Aristocratem, lapidibus obrutum. 355. in.
Atlantem coeligerum. 423. m.
Auream phialam, ab Atheniensibus et sociis dicatam. 398. f.
Cassandrae violationem. 425. f.
Ceruam torquatam. 620. m.
Chilonem, Patrensem. 461. f.
Clecetae statuam. 504. in.
Cleosthenem. 476. f.
Cornu copiae, a Miltiade dicatum. 499. in.
Cydiae, Atheniensis, clypeum. 849. f.
Damarchum, pugilem. 471. m.
Dearum iudicium. 425. m. [?]
Equum. 448. in.
Epaminondam. 741. m.
Euergi donaria. 398. m.
Foeminam quandam. 422. m.
de Galatarum spoliis. 31. m.
Helenae et Aethrae abductionem. 425. in.
Herculem. 445. f.
Herophilem, Sybillam. 827. m.
Hesiodum defunctum. 787. m.
Hieronis dona, Olympiae posita. 687. f.
Homeri statuam. 857. f.
Iouis statuam. 397. f. 435. m. 438. f. 439. f. 444. f.
Iphidamantem et Coontem. 425. m.
Laodices peplum. 607. f.
Lyci victorias. 484. m.
Lysandri statuam, a Samiis dicatam. 459. f.
de Macedonum spoliis. 31. f.
Marpessae repetitionem. 422. m.
Medeae nuptias. 422. l. 423. in.
Mendaeorum donum. 450. m.
Mercurium. 425. m.
Metaphum. 282. in.

Epigramma in Oebotam, ſtadiodromum. 565. m.
Oenomai domus columnam. 428. f.
Olympicorum ludorum corruptores. 430. m.
Onatae opera. 688. in.
Phidiae opera. 397. f.
Phidolam. 484. m.
Philonem. 474. f.
Philopoemenem. 706. m.
Polydamantem. 596. in.
Phytali ſepulcrum. 89. f.
Pythocritum. 487. m.
Theopompum. 476. in.
Timonis ſtatuam. 379. in.
Tripodem Herculis. 814. in.
in Venerem. 423. in.
in Victoriae clypeum. 398. f. [P]
Epimenides, Cretenſis. 635. in.
Gnoſius, ἔπη ἐποίει. 35. in.
Euanorides, Eleus, ἔγραψε τὰ ὀνόματα ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Νεμέᾳ νίκῃ. 471. in.
Euclus, Cyprius, vates. 828. f. 832. m. 858. in.
Eumantis, vates. 317. m.
Eumelus. 114. in. 119. m.
Amphilyti filius, ὃς καὶ τὰ ἔπη λέγεται ποιῆσαι, φησὶν ἐν τῇ Κορινθίᾳ συγγραφῇ (εἰ δὴ Εὐμήλου γε ἡ συγγραφή). 110. m.
Ἆισμα προσόδιον ἐς τὸν Ἀπόλλωνα ἐδίδαξεν. 287. m.
ἐν τῷ προσοδίῳ τῷ ἐς Δῆλον. 361. m. 427. in.
Εὐμολπία ποίησις, vide infra, Muſaeus.
Euphemus, Chalcidenſis. 162. in.
τὰ ἐς τὴν Λαοδίκην ἐποίησεν. 864. m.
Eupolis, comicus. 127. in.
Euripidis ſepulcrum honorarium Athenis. 6. ſtatua. 48.

Genealogiarum auctores. 99. m. 119. in. 282. m. 707. m.
Gitiadas, faber aerarius et poeta, ἐποίησε ᾄσματα Δώρια καὶ ὕμνον εἰς τὴν Θεόν. (Mineruam) 250. f. 255. in.
Gorgias, Leontinus. 494. f. 495. in. m. 842. in.

Hecataeus, Mileſius. 275. m. 283. m. 606. in. 696. in.
Hegias, Troezenius. 5. m.
Hellanicus, hiſtoriographus. 118. f. 147. m.
Hermeſianax Colophonius. 493. f.
ὁ τὰ ἐλεγεῖα γράψας. 23. m. 566. in. 567. f. 623. f. 781. m.
Herodotus, Halicarnaſſ. 12. f. 81. f. 103. in. 145. m. 157. f. 181. m. 371. in. 447. in. 845. f. 884. f.

ἐν

ἐν ἐπιστρατείᾳ τοῦ Μήδου. 878. f.
ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Κροῖσον. 207. m.
ἐν τῇ Λυδίων συγγραφῇ. 275. f.
ἐν τῇ συγγραφῇ. 883. m. f.
Herophanes, Troezenius. 191. f.
Herophile, Sibylla. 825. 727. eius ὕμνοι ἐς Ἀπόλλωνα. 826. in. 827.
Heſiodi ſtatua. 763. in.
ἔπη μαντικά. 772. in. [¶]
Heſiodus. 6. 58. m. 125. m. 132. f. 171. f. 446. m. 768. m. 771 ſq. vbi de genuinis eius ſcriptis. 786. f. 813. m.
ἐν ἔπεσι τοῖς εἰς τὰς γυναῖκας. 8.
ἐν Θεογονίᾳ. 68. f. 634. f. 762. in. 781. m.
ἐν καταλόγῳ γυναικῶν. 103. in.
Hieronymus, Cardianus. 23. f. 24. in. 33. f. 44. in.
Himeraei ᾠδή. 864. m.
Hippias. 443. in.
Hippocratis, medici, donum. 803. in.
Homerus. 6. 30. in. 33. f. 52. m. 54. m. 69. in. 76. f. 90. in. 92. in. m. 119. f. 125. in. 126. m. 138. m. 139. in. 140. f. 143. m. 160. m. 162. m. 166. in. 168. m. 172. m. 183. in. 189. f. 197. in. 207. f. 211. in. 259. m. 261. f. 264. m. 265. f. 266. in. 273. f. 275. m. 277. f. 278. in. 280. f. 284. f. 293. f. 301. m. 319. f. 349. in. 353. in. f. 355. m. 359. in. 363. m. 371. m. 372. f. 380. m. 393. m. 400. in. 411. in. 426. m. 440. m. 441. f. 446. m. 465. in. 510. in. 516. f. 518. f. 522. m. 531. m. 535. f. 574. in. 577. in. 585. m. 590. f. 591. m. 594. in. 598. f. 602. m. f. 603. f. 604. m. 613. f. 632. f. 635. in m. 640. in. 645. m. 648. in. 651. m. 660. f. 667. m. 676. in. 677. in. 683. m. 697. m. 702. m. 707. m. 729. m. 743. f. 748. f. 749. in. 754. in. 756. m. 761. in. 766. f. 768. in. 770. f. 781. in. 788. in. 794. m. 803. f. 805. f. 806. in. 811. in. 812. in. m. 813. f. 824. in. 839. f. 852. in. 857. f. 858. in. 859. f. 861. f. 863. m. f. 871. f. 873. in. 874. m. 876. f. 881. m. 883. m. 891. in.
ἐν Ἰλιάδι. 117. m. 221. in. 253. m. 348. f. 354. f. 372. m. 387. f. 402. f. 516. m. 650. in. 667. m. 680. in. 684. in. 745. m. 748. in. 782. f. 793. m. 831. m. 860. m. 864. in. 871. m. 893. f.
ἐν Ὀδυσσείᾳ. 30. f. 146. m. 257. in. 280. f. 281. in. 660. m. 698. in. 720. f. 721. f. 776. m. 796. m. f. 806. m. 859. m. 860. m. 868. in. 871. in.
ἐν ὕμνῳ τῷ ἐς τὴν Δήμητρα. 354. m.
εἰς τὸν Ἀπόλλωνα. 893. f.
ἐν ποιήσει τῶν ἐν ᾅδου. 40. f.
Hyperochus, Cumanus. 828. in. [¶]

Ibycus, poeta. 125. m.
Ilias parua. 862. f. vide Machaon.
Indorum magi. 760. in.
Ion, Chius, ὕμνον Καιροῦ πεποιημένος. 413. in.
ποιήσας τραγῳδίαν, ἐν τῇ συγγραφῇ. 532. in. f.

Iophon, Gnossius τῶν ἐξηγητῶν χρησμὸς ἐν ἑξαμέτρῳ παρέχετο. 84. m.
Isocrates. 43. m.

Lamia Sibylla. 825. f.
Lesbia, poetria. 636. in. (Sappho)
Lescheus Pyrrhaeus ἐν Ἰλίῳ Περσίδι. 860. f. 861. in. m. f. 863. in. 864. in. f. 865. in. m.
Leuceas poeta ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἐξηγητὴς ἐν ἔπεσιν εἴρηκεν. 33. m.
Linus ποιήσας τὰ ἔπη. 154. in. 634. f. 766. m. 767. m.
Lyceas. 153. m. 161. in. 164. f.
Lycion. 199. in. vide tamen Kuhnii notam.
Lycurgus. 19. f. 207. m. f. 242. f. 248. m. 249. f. 703. f. 252. m. Alius Lycurgus τοῦ πρώνακτος. 256.
Lycus, Pandionis filius, vates. 44. 281. f. 282. m. 283. f. 328. m. 828. f.
Lysis, Tarentinus, Pythagoreus. 735. m.

Machaon ὁ τὰ ἔπη ποιήσας τὴν μικρὰν Ἰλιάδα. 278. m.
Melampus, Amythaonis filius. 150. m.
Melampus, in eum Hesiodi poema. 771. f.
Melanopus, Cumanus ἐς Ὦπιν καὶ Ἑκαέργην. 392. m.
Meleager τὰ ἔπη ποιήσας τὰ Κύπρια. 284. in.
Mimnermus ἐλεγεῖα ἐς τὴν μάχην ποιήσας τὴν Σμυρναίων πρὸς Γύγην τε καὶ Λυδόν. 766. in.
Minyas, poesis. 866. m. 868. in. 874. m. infra in Prodicus.
ἔχει ἐς Ἀμφίονα κοινῶς καὶ ἐς τὸν Θρᾷκα Θάμυριν. 721. m.
Mulierum illustrium catalogus. (Hesiodi) 273. f.
Musaeus. 61. m. 813. m. 828. f.
Musaei ἔπη, εἰ δὴ Μουσαίου καὶ ταῦτα. 34. f.
ἔπη, δοκεῖν μοι πεποίηκεν Ὀνομάκριτος, καὶ ἔστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως, ὅτι μὴ μόνον εἰς Δημήτερα ὕμνος Λυκομήδαι. 53. in.
ὕμνος Λυκομίδαις ποιηθεὶς ἐς Δήμητρα. 281. m.
χρησμοί. 820. f. [P]
Μουσαίῳ Ἀντιοφήμου προσποιοῦσι τὰ ἔπη Εὐμόλπια. 809. in.
Myron, Byzantius, ποιήσας ἔπη καὶ ἐλεγεῖα. 721. in.
Prienensis τὸν πόλεμον τῶν Μεσσηνίων ἐν λόγῳ πεζῷ ἐποίησεν. 293. m. f. 294. in.
Myso. 86. in. Chenensis. 857. m.

Ναυπάκτια ἔπη. 118. f. 282. m. 897. f. Vide supra in Carcinus.
Nicias, Nicomediensis. 257. f.
Νόστοι, poesis. 868. in. 870. in. 872. f.

Oedipodia carmina. 722. in.
Olen ἐν Ἥρας ὕμνῳ. 140. f.
Olen, Lycius, ἐν Εἰλειθυίας ὕμνῳ. 42. m. 762. in.
ἐν ὕμνῳ τῷ ἐς Ἀχαΐαν. 392. m.
Oleni vaticinia. 809. f.
Onomacritus. 53. in.

Διονύσῳ συνέθηκεν ὄργια. 676. m.
ἐν τοῖς ἔπεσιν. 664. f. 781. m.
Oraculum. 189. f. 210. m. 224. f. 301. f. 307. f. 308. f. 327. m. 337. f. 342. f. 360. m. 379. m. 380. f. 390. f. 474. f. 533. m. 588. 599. f. 612. m. 616. m. 648. in. 738. f. 744. m. 746. in. 785. in. 799. m. 812. f. 840. in. 857. f. 894. m. vide etiam Pythia et Sibylla.
Orpheus. 34. f. 180. m. 261. f. 446. f. 745. in. 505. m. 762. in. 768. m. 769. 813. m. 873. in.
Orphei ὕμνοι. 90. m. 770. f.

Pamphus. 92. m. 94. in. 762. in.
πρῶτος ᾖσεν ἐς χάριτας. 780. f.
Ἀθηναίοις τοὺς ἀρχαιοτάτους ὕμνων ἐποίησεν. 577. m. 767. in.
ἐν τοῖς ἔπεσιν. 672. in. 773. in.
Panyafis ὁ Πολυάρχου, πεποιηκὼς ἐς Ἡρακλέα ἔπη. 817. f.
ἐν τοῖς ἔπεσιν. 731. f. 871. in.
Peleades poetriae. 828. m.
Periander. 53. m. 857. m.
Perfaeus, Zenonis auditor. 130. in.
Phaennis, fatidica. 828. m.
ἐν τοῖς χρησμοῖς. 833. m.
Phemonoe, Delphica vates. 809. f. 812. f. 828. m. [P]
Philiftus. 34. in. Archomenidis filius. 438. f.
Philoxenus, Poeta familiaris Dionyfio. 6.
Phoenix Ἰάμβων ποιητής. 23. m.
Phrynichus ὁ Πολυφράδμονος, ἐν δράματι Πλευρῶνι. 874. f. 875. in.
Pindarus. 99. m. 283. f. 355. in. 525. m. 741. m. 743. f. 753. in. 754. in. m. f. 755. m. 758. m. 768. in. 810. f. 852. f. 858. f.
ᾆσμα ποιήσας. 20. m.
ἐν ᾄσματι. 274. m. 455. m.
ἐν ᾠδῇ. 412. m. 592. f. 835. in.
ἐς Ἄμμωνα ὕμνος. 741. f.
ἐς Ἄνδρα Ὀλυμπιονίκην ᾆσμα. 397. f.
ἐς Ἀντιόπην. 5. m.
ἐς Ἀφαίαν θεάν. 180. f.
ἐς Θήβην τε καὶ ἐς Δία. 436. m.
ἐς Περσεφόνην ὕμνος. 755. m.
Pifander, Camirenfis. 199. f. 640. f.
Pififtratus, Homericorum verfuum collector. 594. in.
Pittacus, Mytilenaeus. 857. m.
Plataici belli fcriptores. 437. f.
Plato. 76. in. Ariftonis filius. 360. in. 564. in. 857. m.
Polybius Lycortae filius. 616. in. 663. m. 675. m. 691. m. 698. m.
συνέγραψε ἔργα Ῥωμαίων, καὶ ὡς Καρχηδονίοις κατέστησαν ἐς πόλεμον. 663. m.
Polycrates, Athenienfis, rhetor. 495. m.

Polymne-

Polymneftus Colophonius *ἔπη Λακεδαιμονίοις ἐς Θαλήταν ποιήσας.* 35. m.
Pratinae Satyri. 141. f.
Praxilla. 239. in.
Proclus, Carthaginienfis. 159. m. 368. m.
Prodicus, Phocaenfis, *εἰ δὴ τȣτȣ τὰ ἐς τὴν Μινυάδα ἔπη.* 363. m.
Pronomus, tibicen, *ᾆσμα πεποίηκεν τοῖς ἐν Εὐρίπῳ Χαλκιδεῦσι.* 735. in. eius cantica. 345. f.
Pyrrhon, Piftocratis filius. 514. m.
Pythia. 149. f. 171. m. 309. f. 479. in. 686. f. 832. in. [P]

Rhianus, Benaeus, *τὸν πόλεμον τῶν Μεσσηνίων ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησεν.* 293. m. f. 294. in. 315. m. 323. m.
 Cretenfis. 281. f.
Rhodii poetae verfus. 139. f.

Sabba Sibylla. 828. in.
Sacadas *τὸ αὔλημα τὸ Πυθικὸν πρῶτος ηὔλησεν ἐν Δελφοῖς.* 162. m. 487. m. 814. in.
Sacadae carmina. 345. f. ftatua. 768. in.
Sappho, Lesbia. 59. in. 767. in. *τὰ ἔπη τὰ Σάπφȣς.* 71. in.
 ἐς Ἔρωτα. 762. in.
Sibylla. 126. m. 543. m. 820. f. 821. in. 825. f.
Simonides *τῇ Κυνίσκᾳ τὸ ἐπίγραμμα ἐποίησεν.* 222. f.
Simonidis elegi. 715. in. 866. in.
 Epigramma in Philonem. 474. f.
Socrates. 53. in. 76. m.
Solon. 38. in. 41. f. 857. m. 894. in. m.
Solonis *ἐλεγεῖα.* 97. m.
Sophocles. 69. in. 89. m. eius ftatua. 48.
Stefichorus, Himeraeus. 162. in. 714. f.
 τὴν παλινῳδίαν ἐποίησεν. 260. m.
 ἐν Γηρυόνῃ Δίϊ. 602. in.
 ἐν τοῖς ἔπεσεν. 731. f.
 ἐν Ἰλίȣ Περσίδι. 862. m. 865. m.

Telefilla, poetria. 157. in. m. 194. m.
Thales, Milefius. 35. m. 857. m.
Thamyris. 767. f. vid. Minyas.
Thebais, poema. 729. m.
 de Adrafti fuga. 650. in.
 de Parthenopaei percuffore. 746. m.
Theodorus, tragoedus celeber. 90. in.
Theopompus, Damafiftrati filius. 229. f. 496. f.
Thesprotis, poefis. 624. m.
Thucydides. 55. f. 498. m.
Timothei, Milefii, carmen, Perfae infcriptum. 701. m.

Tisias, insignis orator. 495. in.
Tyrtaeus. 312. m. 313. f. Atheniensis ludimagister. 316. f. 319. 323. f. eius ἐλεγεῖα. 294. m. 315. m.

Xenocles, Sophoclis filius. 89. m.
Xenophon. 9. f. [*]

VI. Pausaniae, *scriptori elegantissimo, quemque omnes merito, qui sunt historiae et antiquitatis graecae studiosi, carum habent* [s]), subiungam eiusdem aetatis scriptorem, POLYAENVM [t]), patria Macedonem, qui vtrum ipse aliquando militauerit, non satis constat [u]): Rhetor certe fuit et genus vitae forense sequutus [v]), durante aduersus Persas Parthosque [*] bello [w]), dum aetate iam prouectus castra sequi non valeret [x]), ad impp. M. Antoninum et

s) *Guil. Canterus* lib. VI. nou. lect. cap. 1.

t) Polyaeni complures in veterum scriptis celebrantur, vt 1) *Polyaenus, Lampsacenus*, mathematicus, Athenodori discipulus, Epicuri familiaris, eique adsensus est, totam geometriam esse falsam, de quo meminit Epicurus ipse apud *Theonem* in progymnasm. pag. 19. *Cic.* IV. acad. quaest. cap. 33. et I. de fin. cap. 5. *Plutarchus* contra Colotem, vbi male πολύδινον legitur pro πολυαῖνον in editione Aldina pag. 969. *Laertius* lib. X. sect. 24. et forte etiam lib. II. sect. 105. vbi vide notas elegantissimi Menagii. Meminit huius Polyaeni etiam Anonymus vitae Aristotelis auctor, latine editus a Nunnesio. 2) *Polyaenus Atheniensis*, historicus, cuius mentio apud Eusebium in Chronico et inde in Chronico Alexandrino siue Paschali. 3) *Polyaenus, Sardianus*, sophista, quem sub primo Caesare, Caio, h. e. sub Iulio Caesare floruisse, Suidas auctor est, et scripsisse λόγους δικανικοὺς, καὶ δικῶν ἤτοι συνηγοριῶν ὑποτυπώσεις et triumphi Parthici s. de triumpho Parthico, per P. Ventidium reportato, libros tres. 4) *Iulius Polyaenus*, cuius epigrammata quaedam graeca exstant lib. I. anthologiae. 5) *C. Iulius Polyaenus*, qui cum Claudio Optato duumuiratum gessit Corinthi, imperante Nerone, vt ex numis obseruarunt viri docti. Vide Io. Vaillanti tom. I. de numis Coloniar. p. 171 sq. 175 sq. 6) *Claudius Polyaenus*, Claudii Caesaris, vt videtur, libertus, de quo *Plinius* lib. X. epist. 75. 7) *Polyaenus, legatus Bithyniae*, eiusdem Plinii aequalis, cuius meminit idem lib. VII. epist. 6. [*Polyaenus martyr*, cuius vita in cod. Vindob. apud *Lambecium* in comment. vol. VIII. col. 425. et in Actis SS. mense Aug. tom. III. p. 547. nr. 3 et 4. exstat. *Harl.*]

u) Is. Casaubonus quidem in dedicatione Polyaeni sui ad Mornaeum: *Polyaenus,* inquit, *scriptor antiquus, elegans, acutus, eruditus, et quod ad rem facit, haudquaquam* ἀπειροπόλεμος: *sed qui vtramque militiam sagatam et togatam sequutus est:* nempe hoc collegit Casaubonus ex Polyaeni prooemio, in quo, postquam Antonino et Vero victoriam aduersus Parthos et Persas fuisset auguratus, subiungit: Ἐγὼ δὲ Μακεδὼν ἀνὴρ, ἔχων πάτριον τὸ κρατεῖν Περσῶν πολεμούντων δύνασθαι, οὐκ ἀσύμβολος ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ γενέσθαι βούλομαι. Ἀλλ' εἰ μὲν ἤκμαζέ μοι τὸ σῶμα, καὶ στρατιώτης πρόθυμος ἂν ἐγενόμην Μακεδονικῇ ῥώμῃ χρώμενος. Ἐπεὶ δέ μοι προήκουσαν τὴν ἡλικίαν ὁρᾶτε, οὐ μὴν οὐδὲ νῦν ἀστράτευτος παντάπασιν ἀπολειφθήσομαι. Ἀλλὰ τῆς στρατηγικῆς ἐπιστήμης ἐφόδια ταυτὶ προσφέρω, κ. τ. λ. Sed non necessario ex his verbis sequitur, Polyaenum militasse, vt probe obseruauit doctissimus *Baelius* in dictionario historico critico tom. III. pag. 2465. [s. pag. 768. edit. nouiss. vbi pauca dedit de nostro aliisque Polyaenis.]

v) *Polyaenus* praefat. libri VIII. ὅτι προαιρέσει βίου καὶ λόγου δικανικοῦ χρώμενος οὐκ ἀμελῶς συγγράφω ὅσαγε etc. Et praefat. lib. II. καὶ ταῦτα σχολὴν οὐκ ἄγων, ἀλλὰ καὶ δίκας ἐφ' ὑμῶν λέγων. *Suidas:* Πολύαινος· Μακεδὼν, Ῥήτωρ.

w) Circa A. C. 163. vel 164.

x) Ex verbis Polyaeni in praefat. lib. I. tantum colligas, eum, quum haec scriberet, excessisse annum aetatis quinquagesimum. Hic enim terminus legitimae militiae, et immunitatem a militia iam praestabat annus quinquagesimus. Vide *Stewechium* ad Vegetii lib. I. cap. 4. et *Lipsium* ad Taciti I. Annal. cap. 17.

et L. Verum, perſpicuo et eleganti ſtilo conſcripſit ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΙΚᾺ ΒΙΒΛΊΑ ὈΚΤῺ, *libros octo de ſtrategematis* y) *illuſtrium belli ducum* plus quam trecentorum, Graecorum quidem libris ſex prioribus, Perſarum aliorumque Aſiaticorum libro ſeptimo, denique octauo Romanorum et foeminarum illuſtrium. Liber ſextus et ſeptimus non integer ad nos peruenit, ita, vt ex ſtrategematis DCCCC. quae deſcripſerat Polyaenus, non plura nobis reſtent, quam DCCCXXXIII.

VII. [*Codicum MSStorum* notitiam, more ſueto, praemittam. In cod. *Vindobon.* XXVI. nr. 12. caput decimum nonum, de nauali praelio ex Leonis imperatoris tacticis, excipit adpendix, continens, vt ait *Lambecius* in commentar. de bibl. Caeſarea vol. VI. col. 275 ſq. (in *Neſſelii* catal. part. III. cod. XXIX. nr. 12. pag. 42.) *ſtrategemata quaedam naualia ex Polyaeni ſtrategematum libris VIII. ſed verbis aliquantum diuerſis, excerpta. — Prima duo ſtrategematum Cononis exempla exſtant apud Polyaenum lib. I. pag. 77 et 79. edit. Caſaub.* Sed credas caue, eſſe inedita *Polyaeni* ſtrategem. naualia. Sunt enim probabili ratione excerpta a Leone, mutatis verbis, maximam partem, ſecundum Polyaenum, verbis nec graecis compoſita; in his aliquot ſtrategemata naualia. Alia vero confirmant Caſauboni et Maaſuici emendationes; alia conducere poſſunt ad ſananda Polyaeni loca adhuc vitioſa. Illa autem fragmenta ex iſto codice primus edidit interpres Polyaeni germanicus nouiſſimus part. II. poſt praefat. pag. XIII — XXXII. cum verſione germanica notisque criticis.

In biblioth. *Veneta* D. Marci Polyaeni libri VIII. cod. CCCCXIV. membran. 4. manu Mich. Apoſtoles (Ἀποςόλης) Byzantii exaratus. vid. catal. codd. MSSt. gr. pag. 200.

In biblioth. Ambroſ. *Mediolani* cod. teſte *Montfaucon.* in diario ital. pag. 15. et pag. 311. alius recens bombyc. *Neapoli* in biblioth. S. Ioannis de Carbonaria.

Romae in biblioth. Barberin. cod. ſaec. XIII.

In biblioth. Laur. Medic. *Florent.* (teſte *Bandinio*, in catal. codd. gr. II. p. 293.) cod. I. plut. LV. nr. 13. vbi liber octauus mutilus eſt in fine, vt in edit. Caſaub. et ex libro VI. deſunt plurima. Hunc cod. (cuius lectt. varias acceperat et quarum auxilio multa correxit Polyaeni

y) Ab Anonymo ſcriptore de Incredibilibus cap. XI. laudatur Πολύαινος ἐν τοῖς ϛρατηγικοῖς. Et *Polyaenus* ipſe teſtatur, ſe ϛρατηγικῆς ἐπιϛήμης ἐφόδια hoc opere imperatoribus exhibere. Sed mox ipſe explicat, ὅσα τῶν πάλαι γέγονε ϛρατηγήματα etc. Atque in codd. MSS. inſcribuntur ϛρατηγηματικὰ βιβλία vel βιβλία τῶν Πολυαίνε ϛρατηγημάτων. [quam poſteriorem inſcriptionem ex cod. Cantabrig. et interprete reſtituit *Maaſuic.* in nota ad prooemium p. 1. ei tamen videtur duplex fuiſſe libri titulus, ϛρατηγικὰ et ϛρατηγήματα, vel ab ipſo auctore, vel ab aliis, vtroque nomine operi congruo.] Etiam Frontini libri, qui hoc argumentum ante Polyaenum, ſed latina lingua tractauit, in codd. MSS. quibusdam titulum *ſtrategicon* prae ſe ferunt, etſi auctor ipſe in praef. libr. primi ſatis diſerte profitetur, ϛρατηγηματικὰ ſe tradere, et in praef. libr. IV. demum excuſat ſe, quod hic poſtremus potius exhibiturus ſit exempla *ſtrategicon*, quam *ſtrategematicon.* Viciſſim Iſ. Caſaubonus reprehendit errorem Suidae, tradentis Aeneam, qui ϛρατηγικὰ ſcripſit, compoſuiſſe ὑπόμνημα περὶ ϛρατηγημάτων. Nimirum *ſtrategica* vocantur, quatenus experientia, virtute ac diſciplina duces officio ſuo ſatisfaciunt, *ſtrategematica* vero, quum arte quadam deluditur hoſtis ac praeuenitur, quam partem egregiam calliditatis attingit etiam *Valerius Max.* lib. VII. cap. 4. Ex recentioribus diligentiſſime obſeruauit Ioannes Holderus, a quo ſex Chiliades Strategematum collectas memorat *Ioſias Simlerus* in biblioth. Ioannis Baptiſtae Belli. Polyaenus gallicus, prodiit Pariſ. 1651. 8.

Polyaeni loca Maasuicius,) in vniuersum praestare Cantabrigiensi, exemplis firmauit M. *Georg. Frider. Kronbiegel* in diss. de dictionis Polyaeneae virtutibus et vitiis, Lipsiae 1770. 4. pag. 5 sq. — *Polyaenus* citatur in florilegio sententiar. et in violar. composit. teste *Bandin.* I. pag. 254 et 549.

Cantabrigiae in colleg. S. Trinit. cod. DXV. (teste catal. MSSt. Angliae et Hiberniae, p. 100.) Hunc codicem iam excusserant Io. Pricaeus, Is. Vossius, et Gronou. a quo V. L. accepit iisque primus vsus est Maasuic. vid. huius praefat. et de eius auctoritate pretioque egit *Kronbiegel* l. c. pag. 6 sq.

Leidae in biblioth. publ. inter MSSt. Vossian. sunt V. L. in Polyaenum ex cod. Cantabr. et Io. Pricaei, manu Patricii Iunii, secundum catal. pag. 402. nr. 8.

In biblioth. *Coisliniana*, in cod. CCCLXXI. qui continet *S. Maximi* opera quaedam, aliquoties citantur Polyaeni loca, teste Montfauc. catal. pag. 171 sqq.

In biblioth. public. *Parisiensi*, codd. quatuor, MDCLXXXVI. MDCLXXXVII. MDCLXXXVIII et MDCCLXXIV. nr. 7. *Harl.*]

Primus hoc opus *latine* vertit *Iustus Vulteius*, vix duodeuiginti annos natus, et vsus membranis passim corrosis atque exesis, non raro tamen integrioribus, quam fuere codices, quos vel Is. Casaubonus postea vel Maasuicius habuit. Post parentis sui mortem latine Polyaenum ex Iusti versione primus edidit *Hermannus Vulteius*, Basileae apud Io. Oporinum a. 1550. 4. [de qua versione vid. *Kronbiegel* l. c. p. 8.] Praefationem transtulit *Antonius Antimachus.* Ex latina hac translatione profluxit Italica interpretatio *Nicolai Mutoni*, Venet. [1551. scripta quidem est praef. d. XV. Oct. 1551.] 1552. 8. [et ex lingua graeca *italice* vertit *M. Lael. Carrani.* Venet. 1552. 8. vid. *Paitoni* biblioth. tom. III. pag. 181 sq.] Primus ex vnico codice, parum emendato, quem magno aere sibi comparasse testatur, descriptum castigatumque *graece* vulgauit et notas addidit *Isaacus Casaubonus* [z]), Lugduni 1589. 12. apud Io. Tornaesium. Versio autem in illa editione adiecta non est Casauboni, vt legas in biblioth. curiosa Halleruordiana, [F] sed Vulteii, a Io. Tornaesio locis quibusdam interpolata, quae etiam separatim recusa est Lubecae a. 1601. 4. et Francof. 1661. 12. Deinde *Pancratius Maasvicius*, rector scholae Delphensis, beneficio Iac. Gronouii nactus collationes codd. MSS. Florentini et Cantabrigiensis, editionem Casaubonianam recensuit, seruataque veteri, qualem in eadem repererat, versione, notas Casauboni nouasque suas singulis paginis subiecit, luculentisque typis ita descriptum Polyaenum vulgauit Lugduni Bat. 1690. 8.

[Textum, a Maasuicio constitutum, reddidit, interpretationem emendauit, et indicem adiecit graecum *Samuel Mursinna.* Berolini 1756. 8.

Versiones *italicae* iam sunt paullo ante memoratae.

In linguam *Franco-gallicam* translatus est *Polyaenus* cum Frontino, notisque illustratus, Paris. 1743. 12. III. tom. — In linguam *germanicam* a M. *Io. Christoph. Kindio*, cum notis, Lipsiae 1750. 8. et melius ab *anonymo*, Francof. ad Moen. 1793. tom. I. et a. 1794. tom. II.

z) Casaubon. quantum sibi laboris in emendando Polyaeno et curanda sua editione sustinendum fuerit, in praefat. multis verbis praedicat. *Harl.*

tom. II. 8. cum doctis notis tum criticis, tum maxime geographicis. Suum tamen Aesculapium adhuc exspectat Polyaenus, atque Valckenar. Wesselingius, Abreschius, Heringa, Pierson aliique tam in commentationibus criticis, quam in notis ad suas editiones, item interpres ille germanicus et Kronbiegel in diss. laudata, (qui praeterea de formulis dicendi, quibus vsus est Polyaenus, et de imitatione Herodoti, praecipue Thucydidis, quos Polyaenus sibi tamquam praecipua in scribendo proposuit exempla, docte lateque disseruit,) iam permulta loca sanarunt, aut tentarunt, aut sunt interpretati. *Harl.*]

Loca quaedam Polyaeni emendat *Paulus Fermat*, senator Tolosanus, in litteris ad Ranchinum, quas exhibet *Bachetus* in adpendice ad Diophantum p. 43 sq. Testatur autem, hoc se facere ope codicis graeci MS. optimae notae auctorum rei militaris, in quo auctor quidam [aa]) παρεκβολῶν, quem idem *Fermatus* ex Io. Meursii glossario *Heronem* esse suspicatur, strategemata plurima Polyaeni, suppresso eius nomine, transscripsit. *Io. Georgius Graeuius* nouam quoque Polyaeni editionem sperare nos iusserat. Plura Polyaeni exemplaria cum codice *Io. Pricaei* et aliis MSS. collata exstant in biblioth. *Isaaci Vossii*, quam post eius mortem constat perlatam fuisse Lugdunum Batauorum. [vid. catal. biblioth. Lugdun. Batau. pag. 182. nr. 207 et 208.] Praeter graecum codicem, quo ad editionem suam est vsus, aliud Polyaeni MS. memorat *Is. Casaubonus* in notis ad Aeneam Tacticum pag. 1767. quod vtendum postea ei concesserat Iacobus Bongarsius. Polyaenum, vtpote Macedonem, in historia romana parum fuisse versatum, notauit *Io. Clericus* tom. XIX. biblioth. vniuersalis pag. 459. atque adparet ex eo, quod nec accurate et valde ieiune strategemata Romanorum ducum libro octauo adtingit, neque Frontini libros eiusdem argumenti eu lusse videtur, neque adeo latinam linguam calluisse. [vid. quae scripsi in Introduct. ad histor. L. G. tom. I. pag. 160 sq.]

VIII. Composuit et alia Polyaenus noster: nam ex eius *de republica Macedonum* libro profert nonnulla *Ioannes Stobaeus* sermone XLI. et Suidas auctor est, ipsum scripsisse περὶ Θηβῶν et τακτικὰ βιβλία γ'. Denique, nisi morte praeuentus est, scripsit etiam ἀξιομνημόνευτα de rebus fortiter ac prudenter gestis ab imp. M. Antonino et L. Vero: hoc enim facturum se pollicetur in praefatione ad librum VI. [P]

aa) Editus est Parif. 1693. fol. Vide quae dixi lib. III. cap. 24. [vol. IV. pag. 238 et 246.]

CAPVT

CAPVT XVIII (olim XVI)

DE LVCIANO SAMOSATENSI

I. *Vita Luciani a Burdelotio composita, additis a me notis.* II. *Scripta Luciani recensita ordine litterarum, cum variis obseruationibus.* III. *Luciani editiones.* IV. *Alii decem hoc nomine.* V. *Occasio hallucinationis eorum, qui Philostrati libros de Apollonii vita Luciano tribuerunt.* VI. *Index scriptorum a Luciano memoratorum.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

LVCIANVS *natione Syrus fuit, vrbe Samosata* [a]), *quae iuxta Euphratis confluenta sita est, circa Traiani tempora videtur natus* [b]), *quum Epictetus, illud virtutis exemplar, esse desineret. Patris ignoratur conditio, sed tamen, vt adpareat, eum ex hoc genere hominum fuisse, qui in extrema paupertate morientes non multum heredem adiuuant. Nam quum deliberandum esset de futura Luciani filii conditione, videretque patrem suum et vxoris fratrem eximios audire statuarios, ne deliberauit quidem, vt videretur cunctatus, sed statim fortunae statuariae filium addixit: qui, nescio an ingenii bona indole* [c]), *an fato quodam, artis statuariae desertor efficitur, et ad meliorem frugem se recipit, atque statim vt sibi reliquam aetatem a statuaria procul habendam decreuit, meliora pollicitus, rei familiaris inopia, relicta Samosata, vbi leuioribus studiis instructus fuerat, Antiochiam petiit, vt caussis dicendis* [d]) *operam* [P] *daret; sed, quum non illi ad mentem succederet causidicinae conditio, videntur-*

a) *Lucianus* quomodo scrib. historia tom. I. edit. Amst. pag. 619. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμὴν πατρίδα τὰ Σαμόσατα. in Scytha tom. I. pag. 597. τοὺς Σύρους ἡμᾶς. In reuiuiscentibus tom. I. pag. 400. πατρὶς δὲ τίς; Σύρος, ὦ φιλοσοφία, τῶν Εὐφρατιδῶν. Porro Luciani nomen iam Λυκῖνος effertur, iam Λουκιανός.

b) Suidas ait, Lucianum fuisse ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραϊανοῦ καὶ ἐπέκεινα. Confer tamen *Vossium* II. 25. de Hist. Graecis. *Fabric.* De *Luciano* plures scripserunt: ipse in somnio, *Photius* in bibl. cod. CXXVIII. *Suidas* h. v. *I. I. Brucker* hist. crit. philos. tom. II. pag. 615. in bibliograph. classica, vol. II. pag. 104. Tum praeter *Cognatum*, (in Luc. opp. Basil. 1563. 8.) *Bourdelotium* et *Zwingerum* in edit. Basileensi, *Vossius* de hist. graec. lib. II. cap. 15. *Ionsius* de script. hist. philos. lib. III. cap. 10. §. 6. *Bayle* in Diction. in voc. Perriers, Apelles et Brachmanes; *Tillemont* in hist. imperat. tom. II. part. II. art. 29. p. 707 sqq. *Henr. Dodwel.* in diss. de Isidoro Characeno, in Hudsoni geographiae veteris minor. script. graecis, vol. II. p. 62 sqq. *La Croze* in Miscellan Berolin. societ. regiae, part. I. pag. 27 sq. et pauci alii, quorum narrationes et iudicia maximam partem repetiit, suamque addidit sententiam *I. Fr. Reitz.* in edit. Luciani, tom. I. pag. 41—64. ad quos breuitatis caussa lectores ablegamus. Secundum Reitzii rationes Lucianus vixit ab anno 120—200. Falli igitur, putat, Bourdelotium, quod statuat, Lucianum Epicteto mortuo demum esse natum. Lucianum tamen, idem docet, vixisse aliquamdiu post Epictetum, quin ad Commodum peruenisse illum, cum Solano ad tom. I. pro merc. cap. 12. pag. 721. contendit. Sed plura vide apud viros laudatos. *Saxius* in Onom. I. pag. 322. eum floruisse circa a. Chr. 174. notat. *Harl.*

c) Ipse causam refert, quod nimis duriter ab auunculo suo, a quo sculptoriam siue statuariam discere debebat, exceptus fuisset. Vide *Luciani* somnium tom. I. pag. 4 sq.

d) In reuiuiscentibus tom. I. pag. 406. ἐγὼ γὰρ ἐπειδὴ τάχιστα ξυνεῖδον ὁπόσα τοῖς ῥητορεύουσι etc. *Ego vero cum primum intellexi, quam improbae res caussidicos necessario comitentur, nimirum fraus, mendacium, temeritas, vociferatio, conflictatio, aliaque infinita, haec equidem, vt par erat, declinaui, et ad tua bona me conferens, o philosophia, reliquum vitae curriculum, tamquam ex procella et tempestate in tranquillum portum appulsus, sub tua tutela viuere expetiui.*

dereturque nominis illustrior gloria futura, si rhetoricam, qua plurimum pollebat, profiteretur; vt illa notesceret, varias animo concepit peregrinationes et suscepit. Iuuenis in Galliam e) *profectus auditorum frequenti corona et laudem meruit et retulit: ex Gallia Macedoniam* f) *petiit, vbi variis dissertationibus perfectissimum dicendi robur exponebat, quales sunt:* Herodotus, Scytha, Harmonides. *Sed quum videret, rhetores inductionibus et fallaciis diuitias et cetera, quae prima mortales putant, potius sibi quaerere, quam verae virtutis mercedem, ea relicta, philosophiam* g) *adgressus est, in qua quid profecerit, est incredibile memoratu. Sed tamen ipsi etiam philosophi plus diuitiis, quam philosophiae parentabant, auditores inuicem sibi aut vellebant aut vellicabant, et ciuitates, quibus fucatam ostentabant philosophiam, factionibus infestabant. At Lucianus non fuco cum fucatis, non factione cum factioso, sed cum strenuo, virtute, cum modesto, pudore,* [⁋] *cum innocente, abstinentia* h) *certabat,*

e) Apologia pro mercede conductis tom. I. p. 493. ὁπότε κατὰ θέαν τῦ ἑσπερίυ ὠκεανῦ καὶ τὴν Κελτικὴν ἅμα ἐπιὼν ἐνέτυχες ἡμῖν (Sabinum adloquitur) τοῖς μεγαλομίσθοις τῶν σοφιστῶν ἐναριθμυμένοις. Eloquentiam et Atticam dicendi suauitatem in Luciano praedicat *Photius* cod. CXXVIII.

f) *Lucianus* Herodoto tom. I. pag. 575. Sed et in *Ionia* et *Achaia* audisse se scriptores, historiam belli Parthici (a. Chr. 165. gesti) recitantes, testatur lib. quomodo historia scribenda tom. I. pag. 611. Confer eius bis accusatum tom. II. pag. 232.

g) Moralem potissimum, cuius argumenti sunt pleraque eius scripta. Ita cum Socrate existimabat, reliquam philosophiam vniuersam parum ad nos pertinere, certe parum esse vtilem, nisi ad vsum vitae referatur. In conuiuio philosophor. tom. II. pag. 648. ὡς ὐδὲν ὄφελος ἦν ἄρα ἐπίσασθαι τὰ μαθήματα, εἰ μή τις ἄρα καὶ τὸν βίον ῥυθμίζοι πρὸς τὸ βέλτιον. Neque philosophiam ex solis libris, sed et ex consuetudine cum honestis hominibus hauriendam ratus, prope verum esse duxit, quod multi dicerent, ὅτι τὸ πεπαιδεῦσθαι ἀπάγῃ τῶν ὀρθῶν λογισμῶν τὺς ἐς μόνα τὰ βιβλία καὶ τὰς ἐν ἐκείνοις φροντίδας συνεχὲς ἀφορῶντας, *eruditionem a recto sensu bonisque institutis abducere istos, qui solos libros eorumque sensa adsidue spectarent.* Ceterum Epicuro se fauisse, indicat in Pseudomante: et a graeco scholiaste diserte fuisse τῆς Ἐπικύρυ αἱρέσεως traditur, licet ex scriptis eius tantum non omnibus rectius collegeris, eum perinde, vt, cuius vitam scripsit, Demonactem philosophiae non vnam speciem siue sectam peculiariter coluisse. tom. I. pag. 859. φιλοσοφίας δὲ εἶδος ἓν ὐκ ἀποτεμνόμενος, ἀλλὰ πολλὰ ἐς ταυτὸ καταμίξας ὐ πάνυ τι ἐξέφαινε, τίνι αὐτῶν ἔχαιρεν. **Fabric.** Atque *Fabricius* supra in volum. III. pag. 520. adnumerat Lucianum philosophis cynicis, pag. autem 605. epicureis; sed vide, quae ego ad vtrumque locum notaui. *Hornius* quoque libr. V. histor. philos. p. 275. eum facit scepticum. Scepticum fuisse Lucianum, Photio adsentitur quoque *Morhofius* lib. I. Polyhistor. cap. VI. pag. 28. sed, (vt Fabric. vol. IX. B. Gr. lib. V. cap. 38. p. 415. bene scripserat, cuius verba hoc loco reponam commodiore,) derisor licet, atque poetae Horatii exemplo nullius addictus iurare in verba magistri vbique adparet: tamen *eclectici* potius in eius scriptis inuenio vestigia; quam Pyrrhonii philosophi. Neque scepticum fuisse probant, hi versus, dubito, an ipsius Luciani,

Λυκιανὸς τάδ' ἔγραψε, παλαιά τε μωρά τε εἰδώς·
Μωρὰ γὰρ ἀνθρώποις καὶ τὰ δοκῦντα σοφά·
Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακριδὸν *) ἐστὶ νόημα·
Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάσῃς, τῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Haec scripsit Syrus ille antiquaque stultaque doctus:
Stulta etenim sunt huic, quae sapere ille putat.
Communis stat nulla homini sententia certa:
Quod tu miraris, rideat alter idem.

Geminum illud *Plinii* IX. 17. epist. ***quam multos putas esse, quos aeque ea, quibus ego et tu capimur et ducimur, partim, vt inepta, partim vt molestissima offendunt. — Demus igitur alienis oblectationibus veniam, vt nostris impetremus.***

h) In reuiuiscentibus tom. I. pag. 400. μισαλαζών εἰμι, καὶ μισογόης, καὶ μισοψευδὴς καὶ μισότυφος

*) Menagius legit διακριτόν.

tabat, semper ingenio vt conditione liber, tandem [i]) *sub Diuo Marco Aegypti procurationi praepositus, et suo et amicorum nomine innotuit. Qui mendaciis suis inuicem credunt, Christianum* [k]) *fuisse arbitrantur* [l]), *suppositititiorum prauitate decepti. Ipsa de morte Peregrini narratio satis euincit errorem. Nec sanior eorum opinio, qui a canibus laceratum* [m]) *adseuerarunt. Nam senio, vel, quod verius est, podagra* [n]) *nonagenarius obiit.* [F]

Haec de Luciano post Gilberti Cognati et Iacobi Zwingeri industriam vir acutissimus Ioannes Burdelotius, cuius verbis vsus, in additis notulis loca, ex quibus ista hausta sunt, indicaui. Quod autem addit, eumdem Lucianum obiisse *superstite vnico filio, qui summus sophista fuerit Iuliani tempore, et ad quem huius imperatoris exstat epistola*, parachronismus est, quum a Marci Aurelii obitu ad primum annum Iuliani imp. intercedat spatium annorum

τυφος — φιλαλήθης δὲ καὶ φιλαπλοϊκὸς καὶ ὅσα τῷ φιλεῖσθαι συγγενῆ. Arrogantiae, imposturae, mendacii et fastus sum osor — amator veritatis, honestatis, sinceritatis et eorum quaecunque amore digna sunt omnium.

i) Apologia pro mercede conductis tom. I. cap. 11 et 12. pag. 486. 491 sq. [Enimuero se integrae prouinciae gubernandae praefectum fuisse, non scribit; sed spem tantum habere, fore, vt integra gens fidei ipsius committatur, aut actiones aliae principales, l. c. praecipue cap. 12. pag. 721 sq. tom. I. edit. Reitz. declarat. Dum vero ibid. prodit, se sibi non minimam aegyptii imperii partem habere mandatam, iudicia dare et ordinem adhibere illis decentem, eorumque, quae aguntur dicunturque, omnium commentarios scribendos curare, litigantium orationes moderari et decreta principis, quam disertissime possit et adcuratissime, cum fide maxima conseruare ac publice tradere ad futuri temporis perpetuitatem reponenda et ideoque mercedem multorum talentorum accipere ab imperatore: inde id colligi potest, illum actuarium siue graphiarium fuisse ac procuratorem partis Aegypti. vid. *Reitz.* de aetate etc. Luciani pag. LXV sq. qui concludit, dignitatem ac grauitatem personae, quam sustinuit, haud leui esse indicio, vitae eum fuisse compositae, laboriosae et ad magna aptae. *Harl.*] Longe iuniorem facit *H. Dodwellus* in diss. de Isidoro Characeno §. 5. quam si placet vide tom. II. Geographor. minorum Hudsoni.

k) Confer *Baronium* ad a. Chr. 171. nr. 7. et *Tillemontium* Hist. imperatorum tom. II. p. 709. Παραβάτην vocat scholiastes graecus ad lib. de morte Peregrini tom. II. pag. 45. quasi qui a Christi sacris ad ethnicos recessisset, (idem refert Volaterranus:) οὐκ ληρεῖς, ὦ κατάρατε, κατὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, ὃς καὶ τούτου ἕνεκεν ἀθανάτῳ σε παραδώσει κολάσει ὡς παραβάτην καὶ τὰ ἡμέτερα διασύροντα. Eidem scholiastae ad sacras historias Lucianus alludere videtur tom. I. pag. 31. εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς ὁ γόης ἔοικεν ἁγίους προφήτας διαπαίζειν et p. 32. εἰς τὴν Ἀαρὼν ῥάβδον ὁ παιγνίμων διαπαίζει. Et eadem pag. τάχα ὁ κενολόγος εἰς Μωυσέα καὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν διαστᾶσαν κρειττόνων ἐπιπνοίᾳ ἐπισκώπτων αἰνίττεται. tom. II. pag. 39. εἰς τὸν Ἰωσὴφ αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ. Sed in plerisque his auctorem scholiorum fugit ratio, vt eruditus editor probe obseruauit. Ab Atheismi crimine Lucianum absoluit *D. Io. Philippus Treunerus* in diss. de *Theologia Luciani*, Ien. 1697. 4. *Fabric.* adde *Reitz.* l. c. pag. 64. et quae scripsi et quos laudaui in Introd. in hist. L. Gr. I. pag. 183. *Harl.*

l) Vid. *Gesneri* disp. de aetate etc. Philopatridis §. 20 sq. *Harl.*

m) Suidas in Λουκ. Nimirum sollemne fuit multis, horrenda mortis genera comminisci de iis, quorum dogmata improbassent. Confer, quae de Epicuro idem Suidas in Ἐπίκ. et quae de *Zoilo* notaui lib. II. cap. 7. [vol. I. p. 560. et de morte *Euripidis*, vol. II. pag. 235 sq.]

n) Podagra laborasse Lucianum, colligitur ex iis, quae in laudem Podagrae scripsit tom. II. pag. 804 sq. 822 sq. Ita Agrippinum Paconium refert Stobaeus solitum, rerum, quae ipsi aduersae accidissent, encomia componere, si quidem febriret, febris; si notaretur infamia, infamiae; si exsularet, exsilii. *Fabric.* Podagra tamen eum periisse, *Reitz.* pag. 66. non audet adfirmare cum Bourdelotio, et, licet, inquit, id non absimile vero sit, si ipse auctor est tragopodagrae. — — Sed ad aetatem prouectam supra octoginta annorum peruenisse, satis certum est. *Harl.*

rum amplius CLXXX. Equidem in Iuliani epiſtolis tricesſima ſecunda inſcribitur *Λουκιανῷ σοφιστῇ*, et tota abſoluitur his verbis: *Καὶ γράφω καὶ ἀντιτυχεῖν ἀξιῶ τῶν ἴσων. Εἰ δὲ ἀδικῶ συνεχῶς ἐπιστέλλων, ἀνταδικηθῆναι δέομαι τῶν ὁμοίων παθῶν.* Sed, vtrum iſte Luciani Samoſatenſis vel nepos fuerit, (quos auorum nomine frequentius, quam parentum adpellabant, licet nec hoc inauditum fuiſſe Antiſthenis exemplo pateat,) vel pronepos, vel vtrum vlla cum cognatione adtigerit, neutiquam conſtat: nam filium quidem non fuiſſe, certos nos facit temporum ratio. Meminit Luciani noſtri etiam *Lactantius* lib. I. cap. 9. *Non enim iſta Lucilius narrat aut Lucianus, qui diis et hominibus non pepercit, ſed hi potiſſimum, qui deorum laudes canebant.* Latinae ſe linguae vtcumque peritum fuiſſe, teſtatur lib. de errore in ſalutatione tom. I. pag. 501.

II. Scripta Luciani haec ad nos peruenerunt, quae ordine litterarum digeſſi, adſcriptis paginis editionis Amſtelodamenſis, [et a. 1678. 8. et Reitzianae a. 1743.]

1. *Ὄνειρος ἢ ἀλεκτρυών*, dialogus, quo Pythagoras in gallum transformatus Micyllum e ſomnio excitatum diuitiarum vanitatem et paupertatis ſorte ſua contentae commoda edocet. tom. II. pag. 158—185. [tom. II. pag. 702—750.] Vertit *Iacobus Micyllus*, et ad calcem operis aurei *Mich. Neander*. Lipſ. 1577. 4.

2. *Ἀλέξανδρος ἢ ψευδομάντις*, de vita et praeſtigiis atque impoſturis Alexandri cuiusdam Paphlagonis Abonotichitae, qui ſe vatem et diuinum aetate Luciani ferebat. tom. I. pag. 746—783. [tom. II. pag. 207—265.] Ad Celſum, Epicureum, eumdem, vt videtur, cui Origenes libros illos octo egregios oppoſuit. [Duo autem Celſos epicureos agnoſcit Origenes, pag. 8. contra Celſum: alterum ſub Nerone, alterum ſub Hadriano natum, qui ad Commodi vsque tempora vitam facile produxerit, quo imperante hic liber ſcriptus eſt. Illorum poſteriorem hic deſignari a Luciano, *Moſes du Soul* in not. pag. 206 ſq. docet. De aetate Celſi male ſenſiſſe *Dodwellus* in diſſ. Iren. II. pag. 215. etc. et in notis ad fragm. Phil. Sidetae videtur. M. V. la Croze, l. c. *Harl.*] Alexandri oraculum tamquam Sibyllae iactatum, quod exſtat p. 754. et incipit *Εὔξεινου πόντοιο*, bene illuſtrat *Lambertus Bos* in diatribis ad noui foederis loca pag. 36. 37. Mentio huius libri apud Socratem III. 22. Hiſt. Vertit *Eraſmus*.

Ἀληθῶς ἱστορίας libri II. vide *ἱστορίας*. [P]

3. *Ἁλιεὺς ἢ ἀναβιοῦντες.* *Piſcator, ſiue reuiuiſcentes.* Dialogus, qui *βίων πράσει* recte ſubiicitur tom. I. pag. 389—421. [tom. I. pag. 570—619.] In hoc enim philoſophi, quos altero dialogo ſubhaſtatos Lucianus finxerat, in vitam reuocati et poenas a Luciano repetituri introducuntur. At hic Parrheſiades, (iſtud enim nomen ſibi adſciſcit pag. 400.) ad philoſophiam audacter prouocat, et accuſante Diogene cauſſam ſuam dicit, profeſſus, ſe non antiquos illos philoſophos, ſed ſuae aetatis et philoſophiae dehoneſtamenta perſtrinxiſſe, qui veterum illorum aſſumtam perſonam referrent peſſime et indigniſſime, *ὀργιλώτεροι μὲν τῶν κυνιδίων ὄντες, δειλότεροι δὲ τῶν λαγωῶν, κολακευτικώτεροι δὲ τῶν πιθήκων, ἀσελγέστεροι δὲ τῶν ὄνων, ἁρπακτικώτεροι δὲ τῶν γαλῶν, φιλονεικότεροι δὲ τῶν ἀλεκτρυόνων.* Itaque a philoſophia et philoſophis veteribus abſolutus, in ius vocat nouos, et poteſtatem accipit philoſophaſtros, quos praefixa hamo auri particula piſcatur, cauterio inurendos.

4. Ἀλκυὼν

4. Ἀλκυὼν ἢ περὶ μεταμορφώσεως. *Halcyon* siue *de transformatione* dialogus breuis, quo Socrates Chaerephontem, occasione auditae halcyonis de mutatis in aues mulieribus quaerentem, monet, nihil diis esse ἀδύνατον, et in rerum natura pleraque nos latere. tom. I. pag. 167 — 172. [tom. I. pag. 176 — 184.] Latine vertit *Augustinus Dathus*, Senensis. Non Luciani videtur esse hic dialogus, sed *Leondis*, academici. Vide, [infra Lambecii iudicium in not. cod. Vindobon. et] quae dixi lib. III. [cap. III. pag. 108.] inter scripta, Platoni supposita nr. 3. *Luciani quidem prorsus non esse, tum dictio lenta et oscitans, tum sententiarum leuitas et argumentorum frigus et delirationes arguunt satis*, inquit Marcilius, nimis meo iudicio deprimens hoc scriptum, licet a Luciani, quod fateor, genio alienum. [Atque praeter clara alia testimonia M. du Soul vix credibile videtur, Lucianum de vi et potentia deorum tam recte sensisse et tam magnifice loquutum.] Exstat et graece ac latine in dialogis Luciani selectis, Augustoriti Pictonum editis.

Ἀναβιοῦντες. Vide paullo ante, Ἁλιεύς.

5. Ἀνάχαρσις ἢ περὶ Γυμνασίων, dialogus Anacharsidis et Solonis de ratione et vsu vel abusu gymnasiorum. [s. potius *exercitationum*.] tom. II. p. 269 — 298. [II. p. 883 — 922.] Vertit Vincentius Obsopoeus.

6. Πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον, ad indoctum °) multos libros coëmentem. tom. II. pag. 378 — 395. [III. pag. 99 — 125.] Vertit *Anastasius* quidam. In Iani Nicii Erythraei Eudemia pag. 253. exstat epigramma, quod Lucianei libri argumentum non iniucunde repraesentat: [¶]

Scriptorum totis famosa volumina terris
Colligis, et pluteis das, Charopine, tuis.
Quid tibi cum libris, quorum nec nomina saltem
Nec titulos promta voce referre queas.
Quosque sinis, multo conspersos puluere blattis,
Et gratas auidis muribus esse dapes?
Nam nullam tangis, sed tamquam sacra profanus
Non digna metuis collutulare manu.
Numne times, fias tractandis forte libellis
Doctior, aut stolidus sis stupidusque minus?
Hoc caue te moueat; sic est tibi crassa Minerua,
Proficere vt valeant plus, mihi crede, sues.

7. Ἀποκηρυττόμενος, *Abdicatus*. Declamatio pro filio, medico, qui, ob sanatum patrem receptus, deinde, quod furentem matrem sanare non posset, denuo abdicatur. tom. I. pag. 708 — 730. [II. pag. 159 — 186.]

Ἀπολογία περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ etc. Vide Μισθῷ.

8. Ἁρμονίδης,

o) De tali homine agit etiam *Isidor. Pelus.* lib. I. epist. 127 et 399. *Heum.* — Aduersus indoctum — sermo Latine. Acc. Ph. Melanchthon. declamationi: necessarias esse — artes dicendi. Hagenoae per Io. Secer. 8. *Harl.*

8. Ἁρμονίδης, *Harmonides.* Epiſtola, qua erudito amico vel patrono offert ſcripta ſua Lucianus, in vno illo, omnium calculos laturum ſe non dubitans: veluti Timotheus tibicen Harmonidi diſcipulo [r]) ſuaſit, vt, ſi ab omnibus Graecis laudari vellet, nobilioribus placere ac probari ſe elaboraret. tom. I. pag. 585 — 590. [I. pag. 850 — 858. Vertit *Vincentius Obſopoeus.*

9. Περὶ ἀστρολογίας, Aſtrologiae diuinatricis qualecunque elogium ac commendatio. tom. I. pag. 847 — 856. [II. 360 — 373.] Vertit *Erasmus. Fabric.* Hic libellus ſcriptus eſt dialecto ionica, quae, quamuis non vbique cernatur obſeruata, a Moſe du Soul et Reitzio plerumque reſtituta eſt. Illum autem libellum M. du Soul foetum eſſe Luciani genuinum cenſet; contra Kuſterus et Wieland in ſua verſione abiudicant eum Luciano. Gesnerus vero, (pag. XXI. epiſt. ad Reitzium, tom. I.) de aſtrologia, inquit, opuſculum imbecilli hominis et ſuperſtitioſi, non igitur Luciani; niſi tamen imitatione et velut παρῳδίᾳ ridere voluit ſuperſtitioſum aliquem ſcriptorem, quod etiam ionismi adfectatio oſtendit. *Harl.*

Βίος Λουκιανοῦ. Infra Ἐνύπνιον.

10. Βίων πρᾶσις, *Vitarum auctio* [q]). Dialogus, quo Mercurius Iouis iuſſu hominibus venum exponit veluti ſub haſta philoſophos, Pythagoram, Diogenem Cynicum, Ariſtippum Cyrenaeum, Democritum et Heraclitum, Socratem, Epicurum, Chryſippum, Ariſtotelem et Pyrrhonem, (quem Πυῤῥίαν codices Luciani vocant). Singulorum dogmata et quorumdam dicta quoque et facta, vt ſunt ad deridendum aptiſſima, ſeligit et naſo ſuſpendit. tom. I. pag. 370 — 388. [I. pag. 541 — 569.] Vertit *Martinus Bolerus. Fabric. Gallice* vertit notisque illuſtrauit anonymus: *Les Philoſophes à l'encan.* Pariſ. 1690. 8. addidit is finxitque, Lucianum imitando, dialogum, in quo philoſophos, a Luciano omiſſos, Antiſthenem, Cratetem, Platonem, Zenonem, Thaletem lectori propinat deridendos. vid. Acta erud. Lipſ. a. 1692. Menſ. Mart. pag. 130. *Harl.*

Περὶ Γυμνασίων. Supra, in Ἀνάχαρσις.

11. Δημώνακτος βίος. Vita et apophthegmata *Demonactis*, Cyprii, philoſophi eclectici, non diu ante defuncti. tom. I. pag. 857 — 872. [II. pag. 374 — 396.] Vertit *Vincentius Obſopoeus.* Laudat Eunapius in prooemio. [⁋] [*Moyſes du Soul* in init. notarum vindicat hunc libellum Luciano.]

12. Δημοσθένους ἐγκώμιον, Encomium Demoſthenis, tom. II. pag. 685 — 708. [III. pag. 490 — 527.] Vertit *Philippus Melanchthon* et in ſua Demoſthenis editione *Hieron. Wolfius. Fabric.* Haec laudatio a Marcilio, la Croze, ab anonymo in Miſcell. obſſ. in auct. Mens

p) Qui Philippo Maced. regnante vixit, de vtroque vide interpretes ad initium. *Harl.*

q) Inepta verſio. Verte *ſectarum philoſophicarum auctio.* Βίος enim h. l. ſignificat *inſtitutum certae ſectae*, ſiue *vitae genus*, quod haec vel illa ſecta ſequitur. *Heum.* Adde eumdem in Poecile, tom. II. pag. 8 ſqq. Gesner tamen in longa nota *Leopardum*, in Emendatt. 14. *mancipia* vertentem βίους refutando, *vitae rationem et profeſſionem* interpretatur βίον, ita tamen, vt ſatyrica proſopopoeia hic vitae et inſtituta ponantur vt perſonae; et ex gr. βίος Πυθαγορικὸς fit perſona omnium, qui ſe dicunt Pythagoricos. Atque Ienſius, vitas philoſophorum hic ſumi pro ipſis philoſophis iam iudicauit. *Harl.*

Menſ. Mai. et Iun. vol. II. tom. III. pag. 368 ſqq. Reitzio aliisque indigna Luciano propter ſtilum, adfectatione plenum rudemque, habetur. Gesner in nota, „ſi Lucianus, ait, auctor eſt huius libelli, quod in neutram partem facile confici poſſe arbitror, prior pars ſatirica eſſe videtur, in laudatores ineptos, magno conatu magnas nugas vel poeticas vel ſolutae orationis agentes. Altera pars autem, quae ex Macedonicis depromta commentariis fingitur, digna Luciano, et maximo quouis ingenio. Hinc tumidum illud et plus fere quam ſophiſticum dicendi genus etc.“ *Hieron.* autem *Wolfius*, qui id opuſculum initio operum Demoſthenis publicauit, iam obſeruauit, cap. 29. (in priſcis editt. ſed in edit. Reitz. ſub finem cap. 34.) vbi Parmenionis prima fit mentio, aliquid deeſſe: at enim tantum fuit transpoſitio, (in libro, vnde reliqui, qui exſtant, omnes deriuati ſunt, duobus foliis aequalibus vel paginis eiusdem folii perturbatis:) quam ſuo ordini reddere inſtituit auctor obſeruatt. miſc. laudatus; ſed vidit quoque *Moyſ. du Soul* (not. pag. 515 ſq.) capp. 34. 35. 36. 37. eſſe reducenda et poſt cap. 29 ſqq. ponenda, vbi nunc leguntur. Id etiam tentauit *I. M. Gesnerus*, adhuc ſuperiorum pericula ignorans, et in Chreſtomath. ſua gr. Lipſiae 1731. nr. 14. locum male transpoſitum in ſuam repoſuit ſedem priſtinam. vid. eius notam in edit. Reitzii pag. 511 ſq. 514 ſq. *Harl.*

13. Περὶ τȣ̃ μὴ ῥαδίως πιςεύειν διαβολῇ, de non temere credendo calumnias. Liber lectu dignisſimus. tom. II. pag. 396 — 431. [III. pag. 125 — 161.] Vertit *Philippus Melanchthon*, cuius verſio exſtat tom. II. Declamat. pag. 749 ſqq. *Rudolphus Agricola*, [Auguſt. Vind. 1529. 8.] Louan. 1530. 8. et *Adrianus Marius Nicolaius*. [*Io. Caſel.* Hemſtad. 1595. 4.] Edidit etiam *Iacobus Tollius* cum notis, Lugd. Bat. 1677. 12. quae in editionibus Luciani Amſtelodamenſibus ſingulis ſunt paginis ſubiunctae. Gallice vertit Antonius Crappier. Lugd. 1551. 8.

14. Διάλεξις πρὸς Ἡσίοδον, *Diſſertatio cum Heſiodo*, ſ. quod Heſiodus ſine magna cauſa ſe iactet laurum a Muſis accepiſſe. tom. II. pag. 486 — 490. [III. pag. 240 — 246.] Vertit *Vincentius Obſopoeus*.

15. Ἐνάλιοι Διάλογοι, *Dialogi Marini* XV. 1) Doridis et Galateae, 2) Cyclopis et Neptuni, 3) Alphei et Neptuni, 4) Menelai et Protei, 5) Panopes et Galenes, 6) Tritonis, Amymones et Neptuni, 7) Noti et Zephyri, 8) Neptuni et Delphinum, 9) Neptuni et Nereidum, 10) Iridis et Neptuni, 11) Xanthi et Maris, 12) Doridis et Thetidis, 13) Neptuni et Enipei, 14) Tritonis et Nereidum et Iphianiſſae, 15) Zephyri et Noti. tom. I. pag. 238 — 261. [I. pag. 288 — 327.] Latine vertit *Iacobus Micyllus*, primum dialogum *Eraſmus*. Ex his 2, 4, 5, 8, 9, 10, 11, 12, 14. occurrunt graece et latine in dialogis Luciani ſelectis, Auguſtoriti Pictonum editis. 1620. 8.

16. Ἑταιρικοὶ Διάλογοι, *Dialogi meretricii* XV. quibus mulierum vitia et laſciui mores perſtringuntur. tom. II. pag. 515 — 557. [III. pag. 280 — 325.] Vertit *Iacobus Micyllus*. Νεκρικȣ̀ς et ἑταιρικȣ̀ς Luciani λόγȣς lectos ſibi teſtatur Photius cod. CXXVIII.

17. Διάλογοι Θεῶν, *Dialogi Deorum* XXVI. r) 1) Promethei et Iouis, 2) Cupidinis et Iouis, 3) Iouis et Mercurii, 4) Iouis et Ganymedis, 5 et 6) Iunonis et Iouis, 7) Apollinis et

r) Qui legerit hos dialogos, cognoſcet, cur Lucianus dictus ſit irriſor deorum et atheus. Etſi irriſor deorum eſſe poteſt, qui non eſt atheus. *Heum.*

Vulcani, 8) Vulcani et Iouis, 9) Neptuni et Mercurii, 10) Mercurii et Solis, 11) Veneris et Lunae, 12) Veneris et Cupidinis, 13) Iouis, Aesculapii et Herculis, 14 et 15) Mercurii et Apollinis, 16) Iunonis et Latonae, 17) Apollinis et Mercurii, 18) Iunonis et Iouis, 19) Veneris et Cupidinis, 20) Dearum iudicium per occasionem pomi Paridis, 21) Martis et Mercurii, 22) Panos et Mercurii, 23) Apollinis et Bacchi, 24) Mercurii et Maiae, 25) Iouis et Solis, 26) Apollinis et Mercurii. Hos dialogos, ridendis Graecorum diis eorumque criminibus exagitandis comparatos, latine vertit [[*]] *Iacobus Micyllus.* 12, 19, 21, 24. Erasmus. tom. I. pag. 185—251. [I. pag. 204—287.] Ex his 3, 7, 8, 12, 13, 14, 16, 18, 19, 21, 24, 25 et 26. exstant graece et latine in dialogis selectis, Augustoriti Pictonum editis.

18. Νεκρικοὶ Διάλογοι, *Dialogi Mortuorum* XXX. [qui praeter nouitatem venustatemque hoc sibi habent proprium, quod ad mores magis spectant. Mortuorum dialogos Fontanellus, Lucianum imitatus, gallice edidit elegantissimos. vid. M. du Soul.] 1) Diogenis et Pollucis, 2) Croesi, Plutonis, Menippi, Midae et Sardanapali, 3) Menippi, Amphilochi et Trophonii, 4) Mercurii et Charontis, 5) Plutonis et Mercurii, 6) Terpsionis et Plutonis, 7) Zenophantae et Callidemidae, 8) Cnemonis et Damippi, 9) Simyli et Polystrati, 10) Charontis et Mercurii, Menippi, Charmolichi, Lampichi, Damasiae, 11) Cratetis et Diogenis, 12) Alexandri, Annibalis, Minois et Scipionis, 13) Diogenis et Alexandri, 14) Alexandri et Philippi, 15) Achillis et Antilochi, 16) Diogenis et Herculis, 17) Menippi et Tantali, 18) Menippi et Mercurii, 19) Aeaci, Protesilai, Menelai et Paridis, 20) Menippi et Aeaci, Pythagorae, Empedoclis et Socratis, 21) Menippi et Cerberi, 22) Charontis et Menippi, 23) Plutonis, Proserpinae et Protesilai, 24) Diogenis et Mausoli, 25) Nirei, Thersitae et Menippi, 26) Menippi et Chironis, 27) Diogenis, Antisthenis, Cratetis et pauperis, 28) Menippi et Tiresiae, 29) Aiacis et Agamemnonis, 30) Minois et Sostrati. tom. I. pag. 262—324. [I. pag. 328—454.] Vertit *Iacobus Micyllus.* Dialogum 15. 14. *Ottomarus Luscinius.* 3, 7, 8, 9, 11, 13, 17, 18, 21, 22, 24, 25, 26. *Erasmus.* 16, 12, 6. *Petrus Virunius.* 10. *Martinus Bolerus.* [De version. *Aurispae* et *Lilii Castellani* vid. in notit. codd. Flor. et Taurinens. *Harl*] Leguntur etiam omnes excepto 16 et 28. cum noua versione in dialogis selectis, Augustoriti Pictonum editis, sed alio ordine, hoc nempe: 2, 4, 5, 7, 9, 11, 18, 21, 22, 23, 8, 24, 29, 15, 6, 17, 30, 1, 13, 12, 20, 10, 27, 3, 14, 19, 25, 26.

Dialogus *Virtus Dea*, in qua Mercurius et virtus colloquuntur, latine exstat tom. II. pag. 864. 865. [III. pag. 706 sq.] ad Luciani imitationem ab erudito aliquo scriptus, vt dialogi mortuorum, gallice ante aliquot annos editi ab ingeniosissimo Fontenello.

Dialogos Luciani selectos libris II. atque vna cum his Timonem cum latina versione emendata et ad calcem libri subiecta edidit *Guil. Dugardus*, Lond. 1677. 12. Anglice etiam prodiere selecti dialogi cum Luciani vita, auctore *Fr. Hickesio.* Oxon. 1634. 4.

19. Δίκη φωνηέντων, *Iudicium vocalium*, siue ingeniosa fictio actionis litterae Σ contra litteram T, accusantis illam de raptu et vi, quod exspolietur ab eadem omnibus vocabulis, quae per geminum T efferri debebant. tom. I. pag. 45—50. [I. pag. 82—98.] Vertit latine *Martinus Bollerus*, cuius versio [[*]] vulgo exstat. Praeterea *Coelius Calcagninus*, qui subiecit ex suo ingenio apologiam litterae T, qua criminationes litterae Σ acute diluit. Basil.

1539. 8.

1539. 8. [et in Calcagnini Opp. Basil. 1544. fol. pag. 218 sqq.] Exstat etiam in amphitheatro Socratico *Casparis Dornauii*, tom. I. pag. 680.

Διόνυσος. Vide infra, Προσλαλιά.

20. Δὶς κατηγορούμενος ἢ δικαστήρια, *bis adcusatus*, siue *tribunalia*, actio aduersus Polemonem, Dionysium Heracleensem, Aristippum, Diogenem Cynicum, Pyrrhonem et Lucianum, quod pristinas vitae suae rationes reliquissent. tom. II. pag. 211 — 238. [II. pag. 791 — 836] Vertit *Iac. Micyllus.*

21. Περὶ τῶν Διψάδων, προσλαλιά. De *dipsadum* natura, quorum ictus inexplebilem sitim adfert. tom. II. pag. 481 — 486. [III. pag. 234 — 240.] Vertit *Vincentius Opsopoeus.* Effigiem dipsadis ex veteri codice MS. Nicandri exhibet *Lambecius* lib. VI. pag. 294. et *Nesselius* parte III. post pag. 8.

22. Δραπέται. *Fugitiui.* Philosophiae querela ad Iouem de pseudophilosophis: et sumptae de fugitiuis seruis, sub splendido philosophorum nomine homines decipientibus, poenae, tom. II. pag. 592 — 606. [III. pag. 365 — 384.] Vertit *Bilibaldus Pirkheimerus.* Sub initium huius dialogi mentio Peregrini, qui se ipsum in flammas coniecit. Confer infra nr. 62. *Fabric.* — Bourdelot. et Marcilius dubitant, hunc dialogum esse Luciani, sed Küstero nihil esse in illo indignum videtur Luciano, siue stilum spectes, siue rem ipsam. *Harl.*

23. Εἰκόνες, Imagines, quibus Pantheam Abradatae Xenophontei coniugi cognominem, et Auidii Cassii, vt viro doctissimo M. V. la Crose videtur, vxorem effert, eiusque pulchritudinem depingit ac virtutes praedicat: tom. II. pag. 1 — 16. [II. pag. 459 — 484.] Vertit *Vincentius Obsopoeus.*

24. Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων, siue superioris scripti Apologia, qua non satis laudasse se Pantheam, nedum adulatorum more nimiis encomiis onerasse contendit. tom. II. pag. 16 — 31. [II. pag. 484 — 507.] Vertit idem Obsopoeus. *Fabric.* Pag. 481 sqq. edit. Reitz. ex Iensio longus vocabulorum, quae in Luciano occurrunt, sed in H. Stephani thesauro L. Gr. frustra quaeruntur, catalogus est subiectus. *Harl.*

25. Περὶ τοῦ ἐνυπνίου, ἤτοι βίος Λουκιανοῦ. *De Somnio, siue vita Luciani.* Narrat, sibi, quum iuuenis, a patre statuariae destinatus et ab auunculo, a quo artem discere debebat, plagis sub auspicium statim acceptus esset, lacrumis indormienti visam per somnium accedentem ad se statuariam et παιδείαν siue eruditionem, quarum vtraque, vt Herculem olim virtus ac voluptas inuitauerit, vt altera relicta sibi potius adhaereret. At Lucianum, spreta statuariae oratione, eruditionem sectatum, et illi deinceps assidue adhaesisse. tom. I. pag. 1 — 12. [I. pag. 1 — 23.] Vertit *Iacobus Micyllus.* Legitur et cum alia versione in dialogis Luciani selectis, Augustoriti Pictonum vulgatis.

26. Ἐπιγράμματα, *Epigrammata XXX.* ex Anthologia collecta variis interpretibus. Et ἔρως δραπέτης *amor fugitiuus*, poemation doricum, quod inter Moschi Idyllia legitur, ab aliis tributum Luciano et [P] in Amst. edit. editum cum metaphrasi latina *Bon. Vulcanii.* tom. I. pag. 834 — 845. [tom. III. pag. 674 — 692.] In Bourdelotii editione alia occurrit amoris fugitiui metaphrasis auctore incerto, quae incipit: *Perdiderat natum genitrix.* Paulo liberius expressit etiam *Laurentius Gambara*, Brixianus, optime, si quid iudico, *Dauid*

Withfordus. Hetrusco carmine *Nicolaus de Oddis.* Epigramma primum, quod incipit: Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψε refert etiam *Photius* cod. CXXVIII. Vicesimum tertium, quod incipit: Ἑλλάδα νικήσασαν, imitatus est Ausonius hoc tetrasticho:

> *Lais anus Veneri speculum dico, dignum habeat se*
> *Aeterna aeternum forma ministerium.*
> *At mihi nullus in hoc vsus, quia cernere talem,*
> *Qualis sum, nolo, qualis eram, nequeo. Fabric.*

Primum edidit Reitzius epigrammata XXXIV. in his quaedam sunt, quae aliis interdum adtribuantur aut declarentur ἄδηλα. Tum idem Reitzius ordinem epigrammatum, in edd. Luciani admodum perturbatum, ad Anthologiae seriem reuocauit, atque Grotii versionem et varietatem codicis Vaticani et aliorum, a D'Orville cum aliis epigrammatibus acceptas, addidit. Denique XIII. epigrr. olim omissa, at in codd. Luciano adscripta, cum Grotii versione, et vnum ex cod. Vatic. cum versione Doruillii, notisque illius aliorumque et suis adiecit. Add. supra in vol. IV. pag. 480. adnotata. *Harl.*

27. Χάρων ἢ Ἐπισκοποῦντες. *Charon siue contemplantes.* Dialogus, absolutus et elegantissimus, in quo summa seueritas coniuncta est cum vrbanitate, quo Charon, ex inferis ad homines, concedente Dite et accepto vnius diei commeatu, profectus, Mercurio comite, montes congestos inscendit variaque contemplatur vana et stulta mortalium, potentum praecipue, consilia et actiones coecas. Auscultat et Solonem, sapienter cum Croeso colloquentem. tom. I. pag. 341 — 361. [I. pag. 487 — 527.] Vertit *Petrus Mosellanus.*

28. Ἐπιστολαὶ Κρονικαί. *Epistolae Saturnales* tres, vna pauperis ad Saturnum, petens, vt opes aeque inter homines diuidantur; altera Saturni ad pauperem, suadens, vt sua sorte contentus viuat. Tertia diuitum ad Saturnum, de pauperum immodestia querentium. tom. II. pag. 619 — 632. [III. pag. 401 — 417.] Pauperi huic nomen Lucianus imposuit ἐγὼ τῷ Κρόνῳ χαίρειν, Κρόνος ἐμοὶ τῷ τιμιωτάτῳ χαίρειν. Confer *Sam. Petiti* Obseruationes lib. I. cap. 9. Vertit *Erasmus.*

29. Ἑρμότιμος ἢ περὶ αἱρέσεων, *Hermotimus* [s]), siue de secta philosophiae eligenda dialogus, scriptus a Luciano, XL. annos nato (pag. 514. itaque pag. 552. τηλικοῦτος ὢν malim reddere *tanto ingenio quum sis,* quam *aetate tam grandis*) et Hermotimo, Menecratis F. (pag. 543.) qui Stoicis se forte in disciplinam tradiderat, exponens, quam difficilis haec res sit, quod, quum multae sint sectae, eligi optima non possit, nisi ab eo, qui omnium integrum fecisset experimentum: (confer *Sextum Empiricum* pag. 467. contra mathemat.) hoc vero vita ipsa hominis sit longius, et acre iudicium requirat, praeterea incertum sit, vtrum quisquam philosophorum ad eam, quam profitetur, ducat felicitatem, [495] quum in verbis omnes et nugis versentur, et communem vitam viuere praestet. tom. I. pag. 504 — 570. [tom. I. pag. 739 — 831.] Vertit *Vincentius Obsopoeus. Fabric.* In hoc dialogo Lucianus talem agit scepticum, vt neget, veritatem posse inueniri, adeoque prorsus non esse philosophandum. *Heum.*

30. Ἐρω-

s) Conf. quae de illius dialogi argumento etc. diss. de vita Luciani, tom. I. pag. LVII et LX. scripserunt *Dodwell.* et *La Croze* apud Reitz. in *Harl.*

30. Ἔρωτες, *Amores*, ad Theomneſtum tom. I. p. 873 — 912. [tom. II. p. 397 — 458.] dialogus obſcoenus, quem *Ariſtaeneto* tribuit Burdelotius incerta coniectura. [Etiam Küſterus et I. M. Gesnerus, quod ſtilus huius libelli nimis ſophiſticus et adfectatus a Luciano valde diſcrepet, negant, Lucianum eius eſſe auctorem: M. du Soul ambigit. Certe, ſi Luciani opus ſit, iuuenile illi videtur eſſe, priusque ſcriptum, quam Lucianus facilem, quem in eo miramur, et verſatilem ſtilum eſſet conſequutus. Inſtitutum ipſum pro rei atrocitate ſatis culpari non poteſt. *Harl.*] Colloquuntur Charicles Corinthius et Callicratides Athenienſis. Verſio Anonymi lectorem curioſum ſaepiſſime decipit, iudice eodem Burdelotio. *Fabric.* Lat. cum Euſtathio de Ismeniae amoribus. Lugd. Bat. 1618. 8. pag. 297 ſqq. *Harl.*

31. Εὐνοῦχος, *Eunuchus* ſeu *Pamphilus*, dialogus, in quo occaſione Fauorini, qui per Εὐνοῦχον ἀπὸ Κελτῶν et Βαγώαν perſtringitur, ſalſe diſputat Lucianus, vtrum philoſophus eſſe eunuchus poſſit. tom. I. pag. 840 — 846. [tom. II. pag. 350 — 359.] Vertit *Erasmus.* [vid. *Philoſtrat.* vit. Sophiſt. I. 8. ibique Olear. coll. Reitzio ad noſtrum dial. pag. 356. et M. du Soul pag. 358.]

32. Ζεῦξις ἢ Ἀντίοχος, *Zeuxis ſiue Antiochus*, Adlocutio Luciani ad Macedones, qua indignatur, orationem ſuam nuperam ab ipſis tantum laudatam propter παραδοξολογίαν et nouitatem, perinde vt Zeuxidis Hippocentaurum, vel Antiochum Soterem, qui, duce Theodota Rhodio, elephantorum ope, a Gallis victoriam reportauerat. tom. I. p. 577 — 584. [tom. I. pag. 838 — 850.] Vertit *Vincentius Obſopoeus.*

33. Ζεὺς ἐλεγχόμενος. Dialogus, quo probatur, ſi Iupiter et dii fato ſint obnoxii, vt dicunt poetae, nullam eſſe religionem. tom. II. pag. 117 — 127. [tom. II. p. 626 — 641.] Vertit *Vincentius Obſopoeus. Fabric.* Dialogus hic caute legendus. Manifeſta enim ſemina impietatis continet, inquit *Muretus* comment. in *Cicer.* Catil. III. cap. 8. *Heum.* — Gesner. vero in epiſtola ad Reitzium, „*Iupiter*, ait, *confutatus*, et alter ille *tragoedus* multum mihi videntur ad euertendam ſuperſtitionem et fidem diis illis abrogandam contuliſſe. Referendi hi libelli ad apologias pro religione chriſtiana, in quantum harum princeps fere eſt argumentum, deſtruere ſuperſtitionem et cultum deorum." — Totus libellus ex verſione *Vincent. Obſopaei* recuſus eſt, et animaduerſionibus polemicis, ad interpretationem et emendationem nihil conferentibus, oneratus, huius ſententiae: *Luciani Samoſatenſis* Ζεὺς ἐλεγχόμενος, *vbi prouidentia diuina, cultus gentilium cum ipſis diis, fatumque ſtoicum a Luciano eluditur, ex quo triplex impietas, hydra atheismi, papismi idololatria, praedeterminatismus Reformatorum deducitur. Auctore M. Io. Wilh. Peterſen,* Lubecenſi. Gieſſae Haſſor. 1674. 4. vid. *Gesneri* not. ad initium huius dialogi. *Harl.*

34. Ζεὺς Τραγῳδός. *Iupiter Tragoedus*, Damidis Epicurei de Diis eorumque prouidentia a Timocle Stoico male confutata tom. I. pag. 128 — 157. [II. p. 642 — 701.] Vertit *Vincentius Obſopoeus. Fabric.* Locum quemdam in cap. 42. pag. 690. n. Μηνὶ pro Μήνῃ corrigit cum Solano etiam *Le Blond* in Hiſt. de l'Acad. des Inſcr. vol. 42. Pariſ. 1786. in comment. *de deo Luno*, h. e. *Menſe*, cuius cultus, ex Phrygia ortus, peragrauit Aſiam minorem etc. In nummis quoque ὁ Μὴν occurrit. *Harl.*

35. Περὶ τοῦ Ἠλέκτρου ἢ τῶν Κύκνων, praefatio de Electro ac Phaëthonte et Eridani Cygnis [t]). tom. II. pag. 369 — 372. [III. pag. 87 — 99.] Vertit *Vincentius Obsopoeus.*

36. Ἡρόδοτος ἢ Ἀετίων, *Herodotus siue Aëtio.* Praefatio ad sophistas, rhetoras et historicos, in Macedonia, (Thessalonicae forte,) congregatos, qua, specimen aliquod ingenii editurus, optat, se eadem fortuna apud eos vti, qua Herodotus historicus cum historias suas in Olympiis praelegeret, vel Aëtio pictor, quum amores Roxanis et Alexandri M. a se depictos, in iisdem Olympiis inspiciendos daret. tom. I. pag. 571 — 576. [I. pag. 831 — 838.] Vertit *Vincentius Obsopoeus.*

37. Θεῶν Ἐκκλησία, deorum concilium super indignis, in coetum ipsorum receptis, qui per decretum eiiciuntur. tom. II. pag. 709 — 717. [III. pag. 527 — 538.] Vertit *Vincentius Obsopoeus.* [¶]

38. Περὶ Θυσιῶν, *de Sacrificiis* dissertatio, qua contendit, Graecorum Aegyptiorumque et aliarum gentium sacra, et quae de diis eorumque vita, et sacrificiorum ac nidoris desiderio garriunt poetae, et credit vulgus, non seriam confutationem mereri, sed Heraclitum aliquem, qui illorum inscitiam deploret, vel Democritum, qui rideat amentiam. tom. I. pag. 361 — 371. [I. pag. 525 — 539.] Vertit *Erasmus.*

39. Ἰκαρομένιππος ἢ ὑπερνέφελος, dialogus, quo Menippus vana hominum studia et philosophorum insanientem sapientiam ridet. tom. II. pag. 186 — 210. [II. pag. 751 — 790.] Vertit *Erasmus.*

40. Ἱππίας ἢ βαλανεῖος, praefatio, de balneo Hippiae, non veteris illius, Platoni [u]), Apuleio et aliis memorati; sed alterius, qui Luciani aetate vixit et in omni genere disciplinarum excellens fuit. tom. II. pag. 354 — 359. [III. pag. 66 — 74.] Vertit *Vincentius Obsopoeus.*

41. Πῶς δεῖ Ἱστορίαν συγγράφειν, *quomodo Historia scribenda sit*, liber ad Philonem, quo Milesium quemdam, tum Creperium Calpurnianum Pompeiopolitam, Callimorphum, medicum hastatorum legionis sextae, philosophum Corinthium Antiochianum Hieronicem Apollinis, Demetrium Sagalassensem Pisidium aliosque ineptos illa aetate belli Romanorum cum Parthis, a. Chr. 165. commissi, scriptores perstringit, tum docet, historicum alienum esse debere a rationibus encomii et inuectiuae, nec voluptati consulere alii lectorum, nisi quae ex veritate consequatur, neque in rebus nihili copiosiorem praecipuas transuolare, sed prudentia ciuili et eloquentia instructum reique militaris peritia, res, prout gestae sunt, diligenter inquisitas et in commentarios prius relatas, narrare libere, perspicue, grauiter, non paucis illis, ad quos scribentis amor, odium, metus et spes forte spectat, sed omnibus, et posteris praecipue. tom. I. pag. 600 — 639. [II. pag. 1 — 69. Vertit *Iacobus Micyllus.* Lucianus pag. 618. promittit, se in alio opere ostensurum, prooemia quaedam historiarum esse, vulgus lectorum

t) Non est praefatiuncula orationis alicuius, habitae a Luciano in iudicio, priusquam, rhetoris, siue caussidici, persona deposita, induisset sophisticam, vt Th. Marcilius putabat; sed, iudice Gesnero, est προσλαλιὰ, ceteris similis, tota sophistica. *Harl.*

u) Vt etiam *Olearius* ad Philostrat. pag. 495. opinabatur, refutatus a Moyse du Soul ad Luciani locum, ab init. pag. *66. Harl.*

lectorum latentia. Nisi respicit alterum locum pag. 635 sq. quod mihi non videtur. *Fabric.* Sed dissentit *Keitzius* de vita Luciani tom. I. pag. LI. nam, non video tamen, ait, commodiorem alium locum, vbi hoc egerit Lucianus, quam in eodem tractatu, *quomodo historia* etc. a §. 52—56. vbi prooemiorum virtutes, absentiam, exempla prodit, nisi dicas, promissum eius, §. 24. verbis, ὡς ἐν ἄλλοις δείξομεν, comprehensum, spectare illius prooemia, aliis dialogis praefixa. *Harl.*

42. Ἀληθῶς ἱστορίας, *Verae Historiae libri II.* hoc est fictae narrationes, (velut Iambuli cuiusdam vel Ctesiae,) de iis, quae Luciano contigerunt in portentosa nauigatione per mare, insulas, aërem et lunam, tum in ceto ingenti, quo cum naui integra haustus est, denique postquam ex hoc mire euasisset, quae vidit apud inferos in campis Elysiis, in insulis impiorum, in Oniropoli, atque apud Bucephalos et Onosceleas. [♈] tom. I. pag. 639—692. [tom. II. pag. 70—141.] In calce secundi libri promittit Lucianus plures libros de iis, quae sibi in terra contigerunt. Sed forte et hoc finxit tantum, non reuera praestitit. Illi duo libri latine versi sunt a *Iacobo Micyllo.* Miror doctissimum Sirmondum, qui p. 248. ad Sidonium ex hoc Luciani scripto, quasi vere hoc contigisset, annotat, Laidem in vxorem ductam a Diogene, cynico.

43. Κατάπλους ἢ Τύραννος, *Cataplus siue Tyrannus*, dialogus, quo Megapenthes, Lacydae filius, tyrannus, inter alios a Charonte ad inferos deduci fingitur, sed vnus maxime inuitus, et postea cum ad Rhadamanti vocaretur iudicium, multis inustus repertus maculis, poenaeque loco, suadente Cynisco philosopho hoc consequutus, vt, quum alii defuncti ex poculo obliuionis bibant, hic vnus perpetuo crucietur memoria amissarum opum et potentiae. tom. I. pag. 422—443. [I. pag. 620—656.] Vertit *Petrus Mosellanus.*

Κρονικαὶ Ἐπιστολαί. vide supra, Ἐπιστολαί.

44. Τὰ πρὸς Κρόνον, de Saturno et Saturnalibus dialogus. tom. II. pag. 607—613. [tom. III. pag. 385—392.] Vertit *Erasmus.*

45. Κρονοσόλων. Leges s. legislator saturnaliorum. tom. II. pag. 613—618. [III. pag. 393—401.] Vertit *Erasmus.*

46. Κυνικὸς siue commendatio vitae cynicae. tom. II. p. 717—727. [III. p. 539—551.] Vertit *Tho. Morus.*

Λούκιος, vide infra, ὄνος.

47. Λεξιφάνης, siue dialogus, quo inepti adfectatores obscuri sermonis suauiter deridentur. tom. I. pag. 819—839. [II. pag. 317—350.] Vertit *Iacobus Micyllus.* Ceterum non esse Pollucem, Onomastici scriptorem, quem hoc scripto tangit Lucianus, probe docet *Hemsterhusius* prolegom. ad praeclaram suam Pollucis editionem. p. 30. *Fabric. Athenaei* opus derisum esse, suspicatur M. du Soul. *Harl.*

48. Μακρόβιοι, siue catalogus graecorum regum, principum, philosophorum, historicorum, oratorum, poetarum et grammaticorum, qui aetatem quam longissime produxerunt. tom. II. pag. 465—476. [III. pag. 209—228.] ad Quintillum. Vertit *Vincen-*

tius Obsopoeus [v]). Alter liber de longaeuis Romanis ad eumdem Quintillum (quem promisit §. vlt.) vel intercidit, vel a Luciano non est scriptus. Vide pag. 476. *Fabric.* Adsensus est Fabricio *Maius* in not. ad fin. pag. 229. Reitz. idem tamen illum defectum, notat, ex parte supplere posse *Phleg. Trallianum*, *Plin.* VII. 48. ac *Valer. Max.* VIII. 7 et 13. ex recentioribus *Zwingerum* in theatro vitae hum. vol. XVII. lib. II. pag. 2455 sqq. et *Iul. Barbaranum* in officina s. promtuario rerum electar. tom. I. tit. 22. pag. 297 sqq. edit. Venet. 1569. *Harl.*

49. Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, *de mercede conductis potentiorum familiaribus*, s. de vili ac misera conditione eorum, (eruditorum praecipue ac philosophorum, confer tom. I. p. 35.) quibus, mercede conductis, in opulenti cuiusdam familia est viuendum, ad Timoclem philosophum [w]), qui illud vitae genus amplexurus erat. tom. I. pag. 444—480. [II. pag. 651—704.] Vertit *Erasmus.* [¶]

50. Ἀπολογία περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, *Apologia pro mercede conductis* ad Sabinum, philosophum et ipsum atque amicum suum, siue libellus, quo probat, ad se non spectare, quae superiore libro disseruit, licet aetate prouectus (ἐν γήρᾳ ὑστάτῳ pag. 486.) sub imperatore remp. susceperit tractandam, (procurator, vt videtur, in Aegypto constitutus a M. Antonino imp. vide §. 1.) Vertit *Petrus Mosellanus*, non vsque quaque feliciter, notante Bourdelotio. tom. I. pag. 481—494. [I. pag. 704—724.]

51. Μένιππος ἢ Νεκυομαντία, *Menippus siue Necyomantia*, dialogus Menippi, ex inferis redeuntis, et Philonidae, cui ille narrat, quomodo ad inferos a mago Mithrobarzane deductus fuerit, quaeque ibi viderit, et decretum, aduersus diuites apud inferos conditum. Quod vero Tiresias Menippo in aurem susurrat, optimam vitam esse τῶν ἰδιωτῶν, hoc pag. 339. [x]) perinde vt pag. 327. 505—554. nolim intelligere de vita *priuatorum*, sed *illiteratorum*, qui philosophis a Luciano opponuntur, difficiles nugas magno cum fastu tractantibus. Confer tom. I. pag. 410. 515. 516. 566. Sic pag. 580. de pictura loquens ἰδιώτην se vocat Lucianus, h. e. pingendi rudem. Sic et vocabulum istud accipitur Act. IV. 13. Vertit latine *Tho. Morus.* tom. I. pag. 324—340. [I. 455—486.] Cum alia versione exstat in dialogis selectis, qui prodierunt Augustoriti Pictonum. *Fabric.* *M. du Soul* in notis pag. 455—476. putat, plura occurrere in hoc opusculo, quae maturum iudicium minime sapiant, et scriptorem arguant, aut a Luciano diuersum, qui illius libellum legisset, aut certe Lucianum

v) Argumentum, a *Clerico* bibl. anc. et mod. tom. XXII. pag. 226. (vbi *I. H. Maii* editio recensetur,) ex ipsa somnii commemoratione ductum, auctorem non esse Lucianum, sed forte *Aristidem*, cuius superstitio nota sit, nimis imbecillum esse, quod vel ipso primo libellorum Luciani refutetur, *I. M. Gesner* statim in limine notarum iudicat. De altercatione, quae fuit inter Herodem Atticum et Quintillios fratres, tum Graeciae praefectos, copiosus est M. du Soul. *Harl.* — Hunc Luciani libellum se locupletasse insigni accessione, scribit *Freinshemius* comment. ad Curt. VI. 5, 3. sed non prodiit in lucem accessio illa Freinshemiana. *Conringius* diss. de biblioth. Augusta pag. 250. obseruat, a Luciano omissum esse Agesilaum; *cuius*, inquit, *annos vel e Xenophonte potuisset discere. Heum.*

w) Quis fuerit ille Timocles, stoicusne an alius, incertum est. vid. M. du Soul ad cap. 2. pag. 654. *Harl.*

x) Pag. 484. edit. Reitz. vbi quidem Hemsterh. non plane dissentit a Fabricio; nolit tamen hic priuatam vitae rationem penitus excludi. *Harl.*

Lucianum ipſum iuniorem et nondum ſubacti ad has res iudicii. Immo vero priore loco, „ſcripſerat, ait, *Menippus* inter alia Νεκυίαν· *Diogen. Laert.* pag. 162. D. Vide, an hanc malis *Menippi*, quam *Luciani* opus eſſe. Quamquam haec ficta; ſciendum tamen, fuiſſe iis temporibus, qui magiae ſerio darent operam. vid. *Tacit.* Annal. II. 27." Sed diſſentire videtur Hemſterhuſ. nam ad loc. poſter. fatetur, ſe illud frigus orationis, quod M. du Soul animaduertiſſe ſibi viſus eſt, haud ſentire. *Harl.*

52. Μυίας ἐγκώμιον ingenioſa *muſcae deſcriptio et laudatio*, tom. II. pag. 372—377. [III. 91—99.] quae cum aliis huius argumenti legitur etiam graece et latine in *Caſparis Dornauii* Amphitheatro ſapientiae ſocraticae iocoſeriae, Hanou. 1619. fol. tom. I. p. 117 ſq. Vertit, ni fallor, *Vincentius Obſopoeus. Fabric.* Num Obſop. qui Macrobios vertit, Muſcae laudationem in ling. lat. tranſtulerit, equidem neſcio. Sed *Chriſtph. Hegendorphini* verſio lat. cum encomio ebrietatis prodiit Hagenoae, 1526. 8. — lat. *Beraldo* interprete, cum Plutarcho de exſilio, lat. Lutet. apud Gormont. 1517. 4. *Harl.*

Νεκυομαντία. Vide paulo ante, Μένιππος.

53. Νέρων ἢ περὶ τῆς ὀρύχης τοῦ ἰσθμοῦ. *Nero ſiue de Iſthmi, quam Nero molitus eſt, perfoſſione*, dialogus inter Menecratem ac Muſonium. tom. II. pag. 798—804. [III. 636—643.] Luciano argumentis non plane inuictis abiudicat *Iac. Micyllus*, qui latine vertit: [item *Marcil.* et *Geſnerus:* quos v. in notis ad Luciani loc. init. nec exſtat hoc opuſcul. in edit. Florent. *Harl.*] Mentio illius a Nerone incaſſum tentatae perfoſſionis apud *Suetonium* in Nerone cap. 19. et *Dionem* LXIII. pag. 722. Ante Neronem hoc idem fruſtra conati ſunt rex Demetrius, Iulius Caeſar et Caius Caligula. Confer *Nic. Bergierium* lib. IV. de publicis imperii Rom. viis ſect. 47. tom. X. theſauri antiq. rom. pag. 534. et *Io. Baptiſtam Ricciolum* geographiae reformatae lib. I. cap. 16. [¶] *Fabric.* — *Philoſtrat.* in vita Apollon. IV. pag. 162. cum notis. *Harl.*

54. Πρὸς Νιγρῖνον Ἐπιστολή. *Ad Nigrinum, philoſophum Platonicum, epiſtola.* tom. I. pag. 19. [I. pag. 37. 38. Philoſophicam hanc disput. Lucianus paullo poſt aduentum ſuum Romae ſcripſiſſe videtur M. du Soul, quem vide. *Harl.*]

Νιγρῖνος, ἢ περὶ φιλοσόφου ἤθους. *Nigrinus, ſiue de philoſophi moribus* dialogus, quo Nigrini tum de probis tum peruerſis, (quales multorum eo tempore Romae,) hominum ac philoſophorum moribus ſermones referuntur. tom. I. pag. 20—44. [I. pag. 38—82. vbi adtextus eſt ſuperiori et inſcriptus, Ἑταῖρος, Λουκιανός.] Vertit praeter Benedictum *Iacobus Micyllus.*

55. Περὶ οἴκου, [*de oeco:* nam non tota domus, ſed pars illius, *oecus*, hic laudatur.] Vtrum pulchra domus magis adiuuet, an impediat dicentem. tom. II. pag. 451—456. [III. pag. 190—207.] Poſterior pars incipit pag. 457. Vertit *Iac. Micyllus.*

Ὄνειρος, vide ſupra Ἀλεκτρυών.

56. Λούκιος ἢ ὄνος. Metamorphoſis in aſinum. tom. II. pag. 76—117. [II. pag. 567—625.] Vertit *Vincentius Obſopoeus.* Argumentum petitum ex *Lucii Patrenſis* y) λόγοις μεταμορ-

y) De quo vid. infra, in vol. VI. pag. 828. et vol. IX. pag. 416. *Harl.*

μεταμορφώσεως, de quibus *Photius* cod. CXXIX. Meminit iterum cod. CLXIX. Imitatus eſt latinus ſcriptor Apuleius, cui fortaſſis inde Lucii praenomen a quibusdam datum. Confer *Salmaſii* prolegomena ad Solinum. *Fabric.* — *Gesnerus* in limine notarum adſentitur Photio, eo inclinanti, e Lucii Patrenſis ampliore narratione hanc breuiorem a Luciano contractam, adſperſis hinc inde iocis, quibus non ſerio iſta narrari oſtenderet: tum ſuſpicatur, Apuleium ſequutum eſſe pleniores Lucii libros cum tota illorum ſuperſtitione. Contra *Wielandus* ad verſionem ſuam negat, Lucianum furatum eſſe ſuum aſinum ex Lucii Patrenſis λόγοις et reddidiſſe breuiorem, nulla illius facta mentione. Immo vero putat, Lucium non exſtitiſſe; et teſtimonium de eo apud Photium a ſeriore ſcriptore, qui perſonae, a Luciano fictae, ſuam adſignaret fabulam, eſſe profectum. Alii viciſſim iudicant, Wielandum nullam habuiſſe rationem Apuleii aequalis metamorphoſeon, quae tamen e longiore quodam libro romanenſi, qualis Lucii liber perhibetur fuiſſe, hauſtae videantur. — Latine vertit *Poggius*. vid. huius Opp. Baſil. 1538. fol. p. 138. et de Poggii Opp. edit. *Stolle* in Nachricht von den Büchern — in der Stoll. Bibl. vol. II. pag. 43 ſqq. *Harl.*

57. Περὶ Ὀρχήσεως. *De ſaltatione* eiusque virtutibus ac vitiis et praeſtantia aduerſus Cratonem cynicum. tom. I. pag. 783 — 818. [II. pag. 265 — 316.] Vertit *Vincentius Obſopoeus.* Multos ante ſe de hoc argumento ſcripſiſſe, teſtatur *Lucianus* pag. 798. tangit id praeter Athenaeum etiam *Plutarchus* IX. vlt. ſympoſ. E recentioribus *P. Faber* lib. I. cap. 12. Agoniſt. *Meurſius* II. 12. Miſc. Lacon. et in Orcheſtra tom. VIII. theſauri antiq. graecar. *Fabric.* Vir quidam doctus, qui in ephem. litterar. Gottingenſ. a. 1790. plag. 174. de verſione Wielandiana iudex ſedit, abnegat Luciano librum illum de ſaltatione; ſaltem habet iſtum pro ieiuna mythologicorum pro ſaltatore mimico argumentorum nomenclatura, Luciani ingenio minus apta. *Harl.*

58. *Palinurus.* Dialogus Palinuri et Charontis de nautarum vita, quam Palinurus, Aeneae nauta, miſeram, Charon aliis feliciorem eſſe diſputat. Latine occurrit tom. II. pag. 846. [tom. III. pag. 693 ſqq.] ad imitationem, vt videtur, Luciani, a neſcio quo, compoſitus.

59. Περὶ παρασίτου, ἤτοι ὅτι τέχνη ἡ παρασιτική, ironica laus *artis paraſiticae* in dialogo Tychiadis cum Simone paraſito. tom. II. pag. 239 — 269. [II. pag. 836 — 883.] Vertit *Vincentius Obſopoeus.* Legitur hic liber graece et latine etiam in *Caſp. Dornauii* Amphitheatro ſapientiae ſocraticae tom. II. pag. 113.

60. Πατρίδος ἐγκώμιον, *laus patriae*, tom. II. pag. 477 — 481. [III. pag. 229 — 234] Vertit *Vincentius Obſopoeus. Fabric.* — *Huetius* in praep. euangel. propoſ. IV. 51. pag. 94. exiſtimat, hunc dialogum eſſe Luciano antiquiorem. *Harl.*

61. Περὶ πένθους, *de luctu*, i. e. de eo, quod mortuos inepte vulgus proſequatur immenſo luctu, pretioſis exſequiis, ludis, coenis ac monumentis. tom. II. pag. 299 — 307. [II. pag. 922 — 934.] Vertit *Eraſmus.*

Περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ. Vide ſupra in Διαβολή. [ʃ]

62. Περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς. *De morte Peregrini,* cynici philoſophi, Pariani ex-Chriſtiani, qui ſenex ſe ipſum poſt Olympia celebrata a. Chr. 169. *) die 16. Iulii in Arpina, quae

z) A. C. 165. id factum eſſe, notat M. du Soul pag. 356. indeque ratiocinatur, Lucianum ſcripſiſſe hunc libr. ante L. an. aetatis. *Harl.*

quae viginti ſtadiis Olympia diſtabat, conſcenſo rogo, ſpectantibus omnibus combuſſit [aa]), epiſtola ad Cronium tom. II. pag. 556 — 591. [III. pag. 325 — 364.] Vertit *Vincentius Obſopoeus*. Notis illuſtrauit *Tan. Faber*, Pariſ. 1653. 4. quae in editionibus Amſtelodamenſibus per ſingulas paginas Luciani verbis ſubſtratae ſunt. Non integrum ad nos perueniſſe hunc libellum, contendit idem *Faber* p. 559 et 566. [bb]) Peregrinum, a Chriſtianis reiectum, innuit Lucianus pag. 570. quod de idolothytis comediſſet, hoc enim ſibi volunt verba [cap. 16. pag. 341. vbi vid. not. in edit. Reitzii]: *ὤφθη γάρ τι ὡς οἶμαι ἐσθίων τῶν ἀποῤῥήτων.* Varias hinc inde in Chriſtum et Chriſtianos effutit blasphemias [cc]) pag. 565 ſq. et per *νομοθέτην πρῶτον* Chriſtianorum pag. 567. [dd]) videtur intelligere Iohannem euangeliſtam, qui in euangelio et epiſtolis vnus maxime omnium commendat illam de qua Lucianus *ἀδελφότητα*. Quae pag. 587. [pag. 361. Reitz.] de vulture ex rogo Peregrini euolante leguntur, iis cum doctiſſimo *Lemonio* [ee]) vix crediderim perſtringi acta martyris Polycarpi. Viderint etiam alii, num ad imitationem S. Ignatii fecerit Peregrinus, quod pag. 588. [pag. 362. vbi vid. not. Gesneri,] traditur ante mortem omnibus ferme celebrioribus ciuitatibus epiſtolas miſiſſe *διαθήκας* ſiue praecepta, admonitiones et leges. Fuit haec ſententia *Pearſonii* in vindiciis Ignatii parte I. pag. 6. [cap. 2. pag. 261. edit. Clerici.] Meminit huius libelli ſiue epiſtolae Suidas in *Λουκιανός*. De *Peregrino* conſule *Valeſium* ad Ammiani XXIX. 1. *Fabric.* De lapſibus Luciani in enarranda hac hiſtoriola iam multus eſt *Moyſ. du Soul* in notis. De aetate autem Peregrini et anno, quo in ignem ſponte inſiliit, ſe ipſe concrematurus, in alia omnia transierunt V. D. Sed, ne extrauager, ad Bruckerum, Gesnerum, inprimis Wielandium, aliosque bene multos et ſupra in vol. III. pag. 523 ſq. in catalogo Cynicorum, et in Introd. in hiſt. L. Gr. I. pag. 189. memoratos ablego. *Harl.*

63. *Πλοῖον ἢ εὐχαί*, *nauigium ſ. vota.* Dialogus ſtolida hominum vota perſtringens exemplo amicorum nauigantium, quorum alius opes, alius potentiam et imperium, alius voluptates ſibi expetebat, in quorum nullo tamen vera felicitas conſiſtit. tom. II. pag. 491 — 515. [III. pag. 247 — 279.] Vertit *Iac. Micyllus.*

64. *Προμηθεὺς ἢ Καύκασος.* *Prometheus* ſiue *Caucaſus.* Dialogus breuis, quo Prometheus Mercurio et Vulcano diluit crimina, ſibi obiecta, propter quae iuſſu Iouis Caucaſo ab illis adfigendus erat. tom. I. pag. 173 — 184. [I. pag. 185 — 204.] Vertit *Ottomarus Luſcinius.* Legitur et cum alia verſione in dialogis ſelectis, Auguſtoriti Pictonum editis.

65. *Πρὸς τὸν εἰπόντα, Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις.* *Ad eum qui dixerat, Prometheus es in oratione:* quod dicterium alio ſenſu recipit, alio reſpuit ac retorquet, ſe vero characterem ſcribendi e comoedia et dialogo mixtum ſectari profitetur, tom. I. p. 13 — 19. [I. p. 23 — 37. ſcripta eſt haec oratio poſt annum Luciani quadrageſimum: illa vero Lucianus fautores quosdam ſuos, ſolam in eius ſcriptis nouitatem laudantes, monet, non tam nouitate exempli, quo comoediam cum dialogo coniunxerat, laudem ſe captaſſe, quam ex ipſis ſalibus

 ac

aa) Vid. cap. 35 ſq. ibique interpr. *Harl.*

bb) Pag. 333. ſed refutatus eſt a Gesnero et M. du Soul. *Harl.*

cc) Cap. 11 ſq. pag. 333 ſqq. coll. notis M. du Soul. *Harl.*

dd) Pag. 337. cap. 13. vbi vid. M. du Soul et reliquos interpretes. *Harl.*

ee) i. e. *Steph. le Moyne* in diſſ. de Polycarpo, Variis ſacris praefixa, vid. Gesneri not. pag. 325. *Harl.*

ac totius operis concinnitate formaque, notante M. du Soul pag. 23. *Harl.*] — Vertit *Iacobus Micyllus.* [¶]

66. Προσλαλιὰ ἢ Διόνυσος. *Praefatio* ſ. *Bacchus*, ſ. de Bacchi exercitu muliebri, ab Indis praeter meritum contemto. tom. II. pag. 360 — 364. [III. pag. 74 — 82.] Vertit *Vincentius Obſopoeus.*

67. Προσλαλιὰ ἢ Ἡρακλῆς. *Praefatio* ſ. *Hercules*, de Hercule gallico. tom. II. pag. 365 — 368. [III. pag. 82 — 92.] Vertit *Erasmus.*

68. Ῥητόρων διδάσκαλος, *rhetorum praeceptor:* de vera et falſa eloquentiae ratione. tom. II. pag. 308 — 325. [III. pag. 1 — 28.] Vertit *Bilibaldus Pirkheimerus.* Hoc libello Iulium Pollucem perſtringi, cuius graecum Onomaſticon habemus, auctor eſt graecus Luciani ſcholiaſtes. Sed vide, quae aduerſus hanc ſententiam diſſeruit Pollucis editor Hemſterhuſius in prolegomenis pag. 31 ſq. qui Dioſcoridem, quemdam rhetorem illius aetatis, a Luciano exagitari exiſtimat.

69. Σκύθης ἢ πρόξενος. *Scytha ſiue Hoſpes.* Adlocutio ad binos nobiles diſertiſſimosque Macedonas, (Theſſalonicenſes, vt ex pag. 597. coniicit Marcilius incerta ſuſpicione,) quibus innotuiſſe ſe Syrum adeoque peregrinum, et probari non minus gaudet, quam Anacharſis, olim a Toxari, ciue ſuo, introductus in amicitiam Solonis, in quo vno totas iam habebat Athenas, totam Graeciam. tom. I. pag. 591 — 599. [I. pag. 859 — 872.] Vertit *Vincentius Obſopoeus.*

70. Συμπόσιον ἢ Λάπιθαι, *conuiuium ſ. Lapithae.* Conuiuium philoſophorum Hermonis epicurei, ſtoicorumque Zenothemidis ac Diphili, Cleodemi peripatetici, platonici Ionis, Alcidamantis cynici, grammatici Iſtiaei, rhetoris Dionyſiodori et Dionici medici in Chaereae, Ariſtaeneti F. nuptiis coena exceptorum, qui poſt ineptias varias et contentiones tandem Lapitharum inſtar inter ſe miſere digladiantur. tom. II. pag. 633 — 655. [III. p. 418 — 451. conf. *Alciphron* III. ep. 1. ibique Bergler. nr. 1.] Vertit *Erasmus*, ſaepe alienus ab auctoris mente, vt notatum Bourdelotio.

71. Περὶ τῆς Συρίης Θεοῦ. *De Syria Dea,* ſiue matre Deûm eiusque templo et ſacris. tom. II. p. 656 — 684. [III. p. 451 — 490.] Vertit *Iacobus Micyllus.* Scriptus eſt hic liber dialecto ionica, et Luciano hinc abiudicatur a *Petro Iurieo* in hiſt. critica rituum iudaicorum, gallice edita, [et a *I. M. Gesnero* in ep. ad Reitz. init. a *Weſſelingio* ad Herodot. III. 155. pag. 276. nr. 53.] Sed Arrianus quoque, cum reliqua attice ſcripſiſſet, nonnulla, (vt Indica,) ſcripſit ionice. De dea Syria conſulendus praeter laudatum Iurieum *Seldenus* ſyntagm. II. de diis Syris cap. 2. Quae de arca Deucalionis pag. 661. et columba pag. 676. a Luciano traduntur, illuſtrat *Octauius Falconerius* in diſſ. ad numum Apameenſem tom. X. Antiq. graecar. pag. 678. [¶]

72. Τίμων ἢ Μισάνθρωπος. *Timon* [ff]) *ſiue Miſanthropus*, dialogus, quo Timon poſt inuectiuas in Iouem, quod contemtum ſui ipſius non vlciſcatur, queritur, ſe prae liberalitate,

ff) De *Timone* philoſopho vide ſupra in vol. II. libro II. cap. 24. p. 673 ſq. adnotata: quibus quaedam hic addam. *Du Resnel* ſcripſit Recherches ſur Timon le Miſantrope, in Mem. de l'Acad. Pariſ. des Inſcr. vol. XIIII. p. 74 ſqq. Mem. De patria *Timonis* diſſentiunt V. D. vid. notas ad cap. 49. pag. 162.

tate, ex diuite egenum redditum: Iupiter, a Mercurio monitus, iubet, Plutum cum thesauro ad Timonem accedere, Plutus recusat, iterumque iussus ire claudicat, licet a Dite, quoties mittitur, et cum sese recipit, aduolare celerrime et aufugere rapidissime consueuerit. Denique deductus ad Timonem, labore, robore, fortitudine et sapientia stipatum, ab hoc aegre recipitur ingenti thesauro effosso. [vid. cap. 40. pag. 151. ibique Iensium.] Mox Timo ipse quantum mutatus ab illo. A Philiade adsentatore, a Gnathonide parasito et Demea rhetore, Thrasycleque philosopho, tum Blepsia Lachete ac Gniphone adulationis perfidiaeque et cupiditatis poenas repetit. Ita totum hoc scriptum perstringit ineptam diuitiarum cupiditatem, peruersos diuitum mores, profusionem, luxum, asperitatem, fastum, auaritiam, denique diuitias ipsas, indignis fere obuenientes, et improbos adsentatores. tom. I. pag. 51—167. [I. pag. 98—175.] latine vertit *Erasmus*. Cum notis separatim edidit *Lambertus Barlaeus*, Lugd. Bat. 1652. 8. et emendatius *Tan. Faber* cum notis, Paris. 1655. 4. [*Fabri* laborem et artem criticam valde laudat *Hemsterh.* in not. pag. 139. Ille tamen aliquoties refutatur ab eodem et Iensio. *Harl.*] Vtriusque animaduersiones in editionibus Amstelodamensib. comparent, Barlaei quidem singulis subiectae paginis, Fabri ad prioris voluminis calcem. Legitur et cum alia versione in dialogis selectis Luciani, editis Augustoriti Pictonum. [*] *Fabric.* Hoc opusculum, ait *M. du Soul* init. not. qui cum *Aristophanis Pluto* contulerit, palmam, si mecum sentiat, huic nostro multis de caussis deberi, facile concedet. Neque tamen Lucianus mores colloquentium vbique seruauit. Sic Hemsterh. (qui eruditiss. notas in hunc conscripsit dialogum,) pag. 174. animaduertit, talia Lucianum adscripsisse Thrasycli, quae recentioribus philosophis prius conuenirent, quam iis, qui Timonis aetate vixerunt. *Harl.*

73. Τοξάρις ἢ Φιλία. *Toxaris seu amicitia.* Dialogus, quo Toxaris Scytharum, Mnesippus autem Graecorum in amicitia fidem praedicat. tom. II. pag. 32—75. [II. pag. 507—567.] Vertit *Erasmus*. Prodiit etiam separatim Antwerp. 1547. 4. Gallice *Blasius de Vigenere* transtulit vna cum Platonis Lyside et Laelio Ciceronis. Paris. 1579. 4. Ante eum *Claudius Puteanus*, professor linguae gallicae in academia Louaniensi, Antwerp. 1563. 4.

74. Τραγοποδάγρα siue drama breue, quo podagrae, velut deae alicuius, potestas et vis celebratur. [add. not. pag. 644. et Reitz. praefat. pag. 56c.] tom. II. pag. 804—823. [III. pag. 643—664.] Carmine vertit *Ioannes Sinapius* cuius metaphrasin seruauit etiam Burdelotius in sua editione et Caspar Dornauius amphitheatro sapientiae socraticae. tom. II. pag. 196. *Fabric.* In edit. Reitzii insertae sunt *Erasm. Schmidii* obss. ineditae. *Harl.*

75. Tragopodagrae in Luciani edit. subiicitur ὠκύπους, s. *celeripes*, alterum dramation, quo Podalirii ille et Astasiae filius, podagricos non impune ridens, sed et ipse postea a podagra misere prostratus, inducitur. tom. II. p. 823—833. [tom. III. p. 664—673. Sed *M. du Soul, Gesner.* et *Guietus* hoc poema frigidum, inficetum Lucianoque indignum, atque ab aliquo Tragopodagrae imitatore scriptum esse iudicant.] Vertit carmine praeter *Iacobum Micyllum*, cuius metaphrasin Burdelotius quoque seruauit, *Adrianus Chilius*, Antwerp. 1533. 8. Confer, si placet,

pag. 162. et *Tanaquil Fabrum* cap. 1. animaduerss. in Timonem, in calce tom. I. edit. Reitzii, vbi is quoque inquirit in tempus, quo vixerit Timon, et in annum, quo haec acciderint, quae a Luciano finguntur. *Harl.*

placet, *Iacobi Balde* ſolatium podagricorum, Monachii 1661. 12. et *Gerhardi Feltmanni* librum de dea Podagra, Brem. 1693. 8.

76. Τυραννοκτόνος, *Tyrannicida*, ſiue declamatio, probans, quod ex intentione, licet non ex verbis legis, praemium tyrannicidae debeatur ei, qui, tyrannum occiſurus, filium eius, non minus crudelem, et a quo pater totus pendebat, transfoderat, gladio in vulnere relicto, quo pater tyrannus poſtea, filio mortuo ſuperueniens, ſe ipſum interemit. tom. I. pag. 693 — 707. [II. pag. 141 — 158.] Vertit et ei contrariam declamationem latinam, non minus diſertam, oppoſuit *Eraſmus*.

Τύραννος. Vide ſupra, Κατάπλους.

77. Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσηγορίᾳ πταίσματος. *Apologia pro lapſu inter ſalutandum*, ad Aſclepium ſiue Aeſculapium, quem pag. 503. φίλτατον vocat et pag. 501. ἄρχοντα, cui, cum χαῖρε *Salue* dicere mane debuiſſet, dixerat ὑγίαινε *Vale*. Scripta a ſene, vt patet e verbis ληρεῖν ὑφ᾽ ἡλικίας. tom. I. pag. 495 — 503. [I. pag. 724 — 738.] Vertit *Iacobus Micyllus*.

78. Φάλαρις πρῶτος, καὶ δεύτερος, ſiue declamationes duae, prior Phalaridis nomine, ad Delphos taurum ſuum aeneum dono mittentis et ſeueritatem ſuam excuſantis, altera ſacerdotis Delphici, recipiendum eum eſſe ſuadentis. tom. I. pag. 730 — 740. [II. p. 187 — 207.] Meminit Photius cod. XII. 8. Vertit *Vincentius Obſopoeus*. Legitur etiam apologia Phalaridis, ab *Andrea Arnaudo* ſcripta, in *Caſp. Dornauii* amphitheatro ſapientiae ſocraticae. tom. II. pag. 18. [P]

79. Φιλόπατρις. *Philopatris, ſeu qui docetur.* Dialogus Triephonis et Critiae, chriſtianum dogma de SS. Trinitate pag. 770 et 774. ita proterue ridens, vt ſimul de ſententia Chriſtianorum illius aetatis teſtimonium ferat non inficiandum. Sunt, qui hunc dialogum eſſe putent ſcriptoris, Luciano antiquioris. Mihi vero cauſa eſſe nulla videtur, cur Luciano non tribuatur, licet fatear, in aliis eius ſcriptis non obſeruari tantam chriſtianismi peritiam, quo argumento illum Luciano abiudicat *Huetius* pag. 61. demonſtrat. euangel. At enim victoria illa de Perſis, in extremo dialogi memorata, quid vetat, quare non ſit eadem, de qua Marcus Antoninus et L. Verus triumpharunt a. Chr. 166? Confer *Georgii Bulli* defenſionem fidei Nicaenae ſect. 2. cap. IV. §. 11. *Dodwellum* de iure laicorum ſacerdotali pag. 284. [atque diſſ. Cypr. XII. §. 24.] et *Blondellum* pag. 228. de epiſcopis et presbyteris. Quoniam vero pag. 770. Paulum apoſtolum, qui Tarſis natus erat, exagitat ſub nomine *Galilaei*, hinc *Antonius Pagi* a. Chr. LVI. nr. 3. recte colligebat, Chriſtianos non demum a Iuliano dictos fuiſſe ethnicis per contemtum Galilaeos. Per τὴν εὐχὴν ἀπὸ πατρὸς pag. 779. orationem dominicam Lucianus intelligit, vt recte notatum Rigaltio ad Tertull. ſed per πολυώνυμον ᾠδὴν ſuperadditam, non exiſtimauerim, notari clauſulam, *quia tuum eſt regnum*, vt perſuaſum *Ioanni Gregorio* cap. 38. obſeruationum, ſed δοξολογίαν quamdam et carmen euchariſticum, qualis eſt v. g. hymnus Clementis Alexandrini. In hoc dialogo pag. 769. iuratur per deum ignotum Athenienſium: νὴ τὸν ἄγνωστον τὸν ἐν Ἀθήναις. *Fabric.* Auctor titulum fecit Φιλόπατρις, *patriae amans*, *der Patriot*, vti Φιλόπολις dicitur *vrbis amans*. vid. *Perizon.* ad Aelian. III. 26. [adde *Gesneri* notam pag. 584.] De hoc dialogo vid. opinio *Wollii* in eius notis ad *Blakwalli* criticam N. T. pag. 539 ſq. Hunc dialogum ſaeculo II.

contra

contra Montaniſtas ſcriptum eſſe, contendit *Nonnenius* in Kohlii gel. Zeitung. 1743. p. 638. et in Miſcell. Groning. tom. IV. pag. 329 ſqq. *Heum.* — *Nic. Nonnen* diſſ. critica de Luciano, ſiue quisquis auctor dialogi, Montaniſtas traducente, prodiit Bremae 1743. 4. — Illum autem dialogum alii, vt Th. Marcil., Gesner, (qui Blondelli, Fabricii aliorumque argumenta in diſſ. ſua verecunde docteque examinauit,) M. du Soul, Reitz, Huetius, Clericus etc. ſpurium habuerunt, alii cum *Fabricio*, qui in ſalutari luce euangelii cap. VIII. p. 193 ſq. variorum, in alia omnia abeuntium, opiniones ac iudicia collegit, vindicare eum ſtuduerunt Luciano. vid. quae notaui in Introd. in H. L. Gr. I. pag. 187 ſq. et pag. 200. Conf. quoque Bibl. Angl. tom. XIV. pag. 524. — In indice Romae, 1664. iuſſu Alexandri VII. pontif. max. dialogi *Peregrini* et *Philopatris* prohibentur. *Harl.*

80. Φιλοψευδὴς ἢ ἀπιςῶν, *Philopſeudes ſiue incredulus.* Dialogus Tychiadis et Philoclis, quo ſpectra et magorum praeſtigiae ridentur. tom. II. pag. 326 — 353. [III. 29 — 65.] Vertit *Thomas Morus.*

81. Χαρίδημος ἢ περὶ κάλλȣς. *Charidemus ſ. de pulcritudine.* Pulcritudinis laus et commendatio tom. II. pag. 781 — 797. [III. pag. 618 — 635.] Vertit *Iacobus Micyllus.* Luciani haud eſſe videtur viris doctis, [etiam *I. M. Gesnero* in not. pag. 619.]

Χάρων, vide ſupra, Ἐπισκοπȣ̃ντες.

82. Ψευδολογιςὴς ἢ σολοικιςής. [*Pſeudoſophiſta ſeu ſoloeciſta.*] Siue de ſtribligine graeci ſermonis, obſeruata in oratione pſeudoſophiſtae cuiusdam, qui ſibi belle ac pure loqui videbatur. tom. II. pag. 728 — 762. [III. 552 — 583.] Vertit *Iacobus Micyllus.* Notis illuſtrauit *Io. Georgius Graeuius.* Amſt. 1668. 8. cuius obſeruationes in editt. Luciani Amſtel. per ſingulas paginas ſunt ſubſtratae. In his pag. 753. merito laudatur *Paulus Leopardus,* vir in his litteris praeſtantiſſimus, qui commentarios in hunc librum ante Graeuium ſcripſit. Vide eum II. 17. Miſc. [ ] [Hunc dialogum Luciani eſſe, negarunt *la Croze*, *Reitz.* aliique. vid. not. pag. 552.]

83. Ψευδολογιςὴς ἢ περὶ τῆς ἀποφράδος, *Pſeudologiſta ſiue de nefaſto,* aduerſus Polyeuctem [gg]), ſophiſtam, quem recte ſe ἀποφράδα ac deteſtandum propter peſſimos mores adpellaſſe demonſtrat. tom. II. pag. 432 — 450. [III. pag. 161 — 189.] Vertit *Iacobus Micyllus.* Confer *Suidam* in Ἀποφράς.

Ψευδομάντις. Supra in Ἀλέξανδρος.

Ὠκύπȣς. Vide ſupra in Τραγοποδάγρα. [adde infra in indice ſcriptor. a Luciano memor. voc. *Lucianus.*]

III. *Codd.*

gg) In *Polieuctum* eſſe ſcriptum, e Suida in Ἡνίοχος et in Πολίευκτος, aliqui ratiocinantur; ſed error patet ex eo, quod titulo adiiciunt ſcholiaſtes liberque Voſſianus et editor Florent. verba κατὰ Τιμάρχȣ, quod confirmarunt quoque la Croze, M. du Soul, Gesner ac Reitz. ex cap. 27. vide notas ad hoc caput pag 183. et ad primum caput pag. 161. Hinc in exemplo Re[illegible]no eſt inſcriptio Ψευδολογιςὴς ἢ π. τ. ἀποφρ. κατὰ Τιμάρχȣ. *Harl.*

III. *Codd. mssti et editiones Luciani.*

[Primum *codd. msstos*, quorum notitiam acquirere potui, paucis indicabo: *Montfauconi* bibl. biblioth. MSSt. quia dux, non femper certus, ab aliis agnitus eft, hic exfcribere non lubet.

Vaticanos tres codd. infpexit *Io. Maffon;* de quibus vid. *Reitzii* praefat. ad tom. I. pag. XVIII fq.

Neapoli in bibl. regia cod. chartac. faec. XIV. *Luciani* dialogi. — tum cod. chartac. faec. XIV. *Luc.* de Herodoto; eiusdem Zeuxis fiue Antiochus, Harmonides, pro eo, qui inter falutandum verbo lapfus erat, Fugitiui. — *Ibidem* in bibl. Auguftinenf. ad Carbonar. *Luc.* de faltatione, cod. chart. faec. XV. — Timon et dialogi mortuorum, cod. membran. faec. XIII.

In biblioth. *Mutinenfi, Luc.* quaedam cod. faec. X. membran. vid. *Montfauc.* diar. ital. pag. 33.

Florentiae in biblioth. *B. Mariae, Luc.* libr. octoginta, cod. perantiquus faec. X. fed farcitus plerumque manu recentiore, et cod. membr. rec. *Luc.* Opp. incipiunt ab Hippia, definunt in Halcyonem, tefte *Montfauc.* l. c. pag. 368. — In bibl. *Laurent. Medic.* tefte *Bandinio*, catal. codd. gr. tom. I. p. 509. cod. chart in 4. XIII. plut. XI. *Luc.* XVIII. opufc. et nr. XXII. fragm. Pifcatoris. — tom. II. pag. 137 fqq. cod. papyrac. faec. XIV. fcholiis nonnullis marg. adfperfis, XIII. plut. 32. nr. 1 — 39. dialogi 35. praeterea dial. mortuorum deorum, marini et meretricii. — cod. chart. faec. XVI. in 4. Phalaris vterque. — Pag. 206. cod. XLVIII. Plut. XXII. chart. in 4. faec. XV. dialogi XIIII. deorum dial. marin. XI. mortuor. VII. — Pag. 331. cod. chart. in 4. faec. XV. X. plut. LVII. varia opufc. 57. — Pag. 343. cod. VI. plut. 57. cod. chart. in 4. faec. XV. opufc. 44. — Pag. 354. cod. XIII. plut. 51. membr. in 4. faec. XIII. cum fchol. marg. opufc. 43. — Pag. 378. cod. XXVIII. plut. 57. chart. in 4. faec. XV. cum fchol. marg. opufcc. 78. praemiffa eft breuis Luciani vita: dialogorum autem ordo ab editis eft diuerfus. De non temere credendo calumniis in cod. infcr. eft περὶ ἀγνοίας. — Pag. 381. cod. XXIX. chart. in 4. faec. XV. dial. deorum 24. marini 15. mortuorum 30. Menippus et Charon. — Pag. 421. cod. chart. faec. XVI. fol. Tyrannus, Menippus et mortuorum dial. XXX. ordine tamen ab editis aliquantum diuerfo. — Pag. 423. cod. XLV. chart. faec. XV. in 4. Tragopodagra, Ocypus cum argumento, Cynicus et de dea Syria. — Pag. 425. cod. XLVI. chart. faec. XV. in 8. fermones 17. dial. mortuor. 30. marini 15. deorum 25. — Pag. 433. opufcula varia. — Pag. 487. cod. I. plut. 59. nr. 43. et tom. III. pag. 207. cod. XVII. nr 7. plut. 80. ac pag. 263. plut. 85. nr. 29. inter Platonis opp. in vtroque codice tomi III. Halcyon. — cod. X. plut. 91. nr. 20. foloecifta. — *Lucianus* citatur in Florilegio fentent. tom. I. pag. 254.

Venetiis in bibl. *D. Marci*, fecundum catal. pag. 209. cod. CCCCXXVII. chart. faec. XIV. in 8. Epiftolae faturnales, de non temere credendo calumniae et patriae encomium. — pag. 211. cod. CCCCXXXIV et CCCCXXXV. membran. plurima Luciani opera. — p. 212. cod. CCCCXXXVI. chart. faec. XIV. in 4. plurimi dialogorum. — pag. 215. cod. CCCCXXXVIII. chart. faec. XIV. in 8. Phalaris I et II. — pag. 232. cod. CCCCXLV. chartac. faec. XV. in 8. Iupiter tragoedus et confutatus, fomnium et Icaromenippus. —

pag. 278.

pag. 278. cod. DXVII. chart. saec. XIV. in 8. de non temere credendo calumniae et Alexander s. Ψευδομάντις. — In cod. *Macarii* 'Ροδωνιά, sunt plura excerpta ex Luciani operibus. vid. *Villoison* Anecdota gr. tom. II. pag. 10.

Ibid. in bibl. *S. Michaelis*, teste *Mittarellio*, in catal. codd. pag. 694. cod. *Sophista* a *Melanchthone* lat. versus; eiusdem dialogi versionem, a *Guarino* factam, exstare, memoratur ibidem. — dial. Charontis et Mercurii, ex versione *Aurispae.* adde pag. 85. — De versione *Aurispae* et variis codd. vid. *Mazzuchelli* Scrittori d' Ital. vol. I. part. II. pag. 1280.

In biblioth. *Taurinensi* regia, test. catal. codd. latinorum pag. 291. cod. DCCCCXLII. membr. saec. XV. *Luciani* verae historiae libr. II. atque dialogus Charontis, Mercurii, Menippi etc. a *Lilio Castellano* latinitate donati.

In bibl. *Leidensi* inter legatum Perizon. teste catal. pag. 494. nr. 6. in 8. sunt mstae variae lectiones in Lucianum ex cod. *Reginaldi Poli*, cardinalis et Achillei archiepiscopi Cantuariensis; item excerpta ex *Chstphori Longolii* Luciano cum MSS. collato.

In biblioth. publ. *Parisiensi* sunt permulti codd. qui modo plura, (praecipue cod. MMDCCCCLIV. in quo sunt 76. opuscula Luciani, cod. MMDCCCCLVII. MMMX. cod. MMMXI. in quo 74. opusc. cod. MMMXII. qui 18. libell. continet. cod. MMMXXXVII. cum 10. opusc.) modo pauciora complectuntur Lucianea, quae omnia repetere foret molestum. vid. catal. tom. II. ind. voc. *Lucianus.* — Cod. *Colbertin.* bombycin. scriptus MCCCLXXXII. et continens opera Luciani. vid. *Montfauc.* palaeogr. gr. pag. 73. — In bibl. *Coisliniana* teste Montfaucon in catal. vbi aliquoties, pag. 514. 517. 575. fit Luciani mentio, sunt pag. 519. epigr. in Anthol. msta Leonardi Philarae, vulgo Villeret, Atheniensis, — pag. 490. in Lexico msto est collectio vocabulorum (λέξεων χρησίμων) apud Lucianum. Eiusmodi collectio in cod. *Ant. Eparchi.* vid. *Fabr.* B. Gr. vol. IX. pag. 485.

In bibl. regia *Matrit.* cod. XXIV. apud *Iriart.* pag. 104. 105 et 108. in Anthol. pauca Luciani epigrammata. — pag. 165. cod. XLIX. fol. 112. *Luc.* Tyrannicida. — pag. 450. cod. CXIV. *Luciani* epigr. in Veneris statuam, quod sub eius nomine non exstat. — In bibl. *Escor.* teste *Plüero* in Itiner. per Hispan. pag. 180. *Luc. Philopatris*, (in Clarkii epistol. germ. per Koehlerum versis, forsan rectius legitur *philosophi*,) Opuscula.

In bibl. *Vindobonensi* in cod. I. vol. VII. in comment. *Lambecii* inter opera Platonis nr. 22. pag. 6 sq. recensetur *Halcyon;* sed Lambecius illum dialogum negat esse Platonis aut Luciani; contra cum Phauorino apud Diogenem Laertium et cum Nicia Nicaensi apud Athenaeum tribuit cum *Leoni* academico. adde *Nesselii* catal. codd. part. IV. pag. 17. vbi quoque p. 70. in cod. CXIV. chart. antiquo sunt varia Luciani opuscula. — p. 75. in cod. CXXIII. et pag. 146. in cod. CCCII. nr. 3. nonnulli dialogi. — pag. 93. in cod. CLXV. fragmenta quaedam.

In *Anglia.* Moses du Soul codd. Oxon. Barocc. et Bodlei. iam contulit, eosque in praef. Reitz. pag. XIV. paucis descripsit. In catal. codd. MSSt. Angliae et Hiberniae indicantur inter Barocc. nr. 56. — in cod. Bodlei. CXXXVI. XIV. dial. mortuorum. — in cod. MMCCLXXXX. nr. 11. quinque dialogi. — *Cantabrigiae* in biblioth. coll. S. Trinit. (tom. I. part. III. pag. 102.) A Dialogue of *Lucian.* — in colleg. S. Benedicti, (ib. p. 143.) *Luc.* de amicitia, traductus. — In bibl. eccl. *Westmonasteriensis*, (tom. II. p. 27.) Asinus

 Luciani:

Luciani: eiusdem quaedam lat. — inter codd. *Vossian.* (pag. 60.) ſcholia antiqua in omnia Luciani opp. — In bibl. *Norfolciana*, Londini, (pag. 80.) dialog. Charontis et Mercurii per Leonard. Aretinum verſus. — *Luc.* orat. de calumnia. — Inter codd. *Thomae Gale* (pag. 189.) collectanea varia in Lucianum, et variae lectiones in eumdem.

In bibl. elect. *Bauar. Monac.* in gr. cod. CCXXVIII. encomium patriae Luciani.

In bibl. acad. *Gieſſenſi I. H. Maii* notae msstae ad Luciani opp. Amſtel. 1687. et additamenta ad ſuam edit. de Longaeuis.

In bibl. *Auguſtae Vindel.* hiſtor. vera et Timon. in alio cod. *Luciani* quaedam.

In bibl. *Heidelbergenſi* fuerunt quondam *Luc.* opp. cum ſcholiis, et in alio cod. in 4. opuſc. 83. — De cod. quem de Wit, poſtea van der Mark poſſederunt, et Ienſius contulit, vid. *Reitzii* praefat. pag. XV.

Sequitur, vt *editiones* et graecas et latinas primum omnium, aut plurium, dein quorumdam ſingularium librorum perſequar.

Princeps eſt dialogorum *Florentina*, 1496. fol. ſine nomine typographi. graece. Cui editioni ſi additus dicitur *Philoſtratus*, is error inde ortus videtur, quod in nonnullis exemplaribus edit. Philoſtrati, quae apud Iunt. demum Florentiae 1517. excuſa eſt, vno volumine ſimul compacta fuit. vid. *Maittaire* A. T. IV. part. I. p. 65. not. cel. *Panzer* A. T. vol. IV. pag. 312. nr. 198. qui in vol. I. pag. 425. cum Philoſtrato prodiiſſe principem Luciani editionem ſcripſerat, et alios laudarat V. D. adde *Bandin.* catal. codd. gr. Laurent. Medic. vol. II. col. 335. et cl. *Foſſium* in catal. — biblioth *Magliabech.* tom. II. col. 104 ſq. E prelo Iuntino exiiſſe putat Maittaire; at dubitat *Bandini* in Annal. typogr. Florent. II. pag. 257. et vero id falſum videri, docet *Audiffred.* in ſpecimine — edd. italicarum ſaec. XV. p. 350 ſqq. vbi copioſe diſſerit de illa edit. quae quamquam a vitiis typogr. haud immunis eſt, tamen praeſtare poteſt codicis msti vicem, iudice *Reitzio*, qui in praefat. ſua ad Lucianum potiores recenſet editiones.

Venetiis ex officina Aldina bis exiit *Lucianus* cum Philoſtrato, et Calliſtrati deſcriptionibus, primum a. 1503. ſed peſſime habitus [hh]); dein longe cultior 1522. fol. graece, e cod. curante Aſulano, quae poſterior, licet ipſa ſaepe vitioſa, fundus eſt plurimarum, quae ſubſequutae ſunt, editionum, neglecta Florentina, in locis haud paucis meliore. vide, quae de his aliisque edd. animaduerti in Introd. l. c. pag. 190 ſqq.

Luc. opera, gr. *Haganoae* per Io. Secer. 1526. 8. II. voll. vid. *Maittaire* A. T. II. pag. 676. [ii]) — *Ibid.* gr. exc. per Petrum Brubachium, 1535 8. II. voll. — *Venetiis*, gr. cura *Antonii Francini*, apud Iuntam. 1535. 8. II. voll. quae editio, licet aliquoties interpolata, tamen Florentina parum inferior dicitur a Reitzio.

Baſileae quinquies prodierunt *Luciani opera*, 1) palma Iſyngrinii, graece 1545. 8. II. voll. [kk]) In catal. Pinell. tom. III. pag. 285. notatur, deeſſe dialogum de morte Peregrini.

hh) In catal. bibl. Burmanni II. fuit exemplar cum MSS. collatum.

ii) In bibl. Burmanni II. fuit, teſte catal. p. 41. exemplar cum msstis collatum.

kk) Praefatus eſt *Io. Ribittus*, Lauſannae III. Cal. Mart. 1545. vid Theſ. bibliothec. I. p. 207. atque de edit. ſq. et aliis rarior. *Luciani* edd. *Baueri* biblioth. libr. rar. I. pag. 310 ſqq.

grini. — 2) 1555. gr. quae quidem edit. preſſe ſequuta eſt priorem, et vero illius vitia auxit; aliquot tamen locis meliorem exhibet lectionem, notante *Reitzio* in praef. pag. III. — 3) apud H. Petri 1563. 8. IIII. voll. Verſio lat. graecis adiuncta varios agnoſcit auctores: argumenta ſunt *Iacobi Micylli;* denique notae *Gilberti Cognati*, quibus accedunt ad libros plerosque *Io. Sambuci* adnotationes, quas Reitzius vocat pueriles: cum *Iac. Zwingeri* narratione de vita et ſcriptis auctoris. — Haec editio repetita eſt 4) 1602. (teſte editore Bipontino: in catal. autem Burmann. I. pag. 209. Baſil. 1604.) et 5) 1619. apud Seb. Henricum Petri, 8. IV. voll. — Inter ea prodierunt *Luc.* opera, graece, *Francofurti*, 1546. 8. II. tom. quam edit. haud omnino ſpernendam duxit Reitzius. — noua recognitione, vt habet titulus, emendata, graece: per Petrum de Nicolinis de Sabio, impenſis Melchior. Seſſae. cum indice copioſo, *Venetiis*. 1550. in 8. II. voll.

Tum plenior curata eſt editio gr. ac lat. *Pariſiis* a. 1615. fol. cum Micylli argumentis, verſione variorum et adnotationibus breuibus et eruditis *Io. Bourdelotii*, adhuc iuuenis, ad calcem voluminis coniectis et Thomae Guerino, quem ICtorum principem vocat, dicatis: tum notis antea ineditis *Theodori Marcilii* ad quaedam Luciani loca, et ſelectis *Gilberti Cognati*. Elegans eſt haec editio, quam Bourdelotius ait ſe emendaſſe, collatis non modo editionibus, ſed II. MSS. bibl. regis Galliae et variis lectionibus codicis Thomae Linacri et Florentini. At Tan. Faber ad Luciani Timonem cap. 1. negat, ſe mirari ſatis poſſe illius impudentiam, qui auſus ſit poſteris imponere, profeſſusque, editionem illam Pariſienſem in forma maxima e MSS. codd. regiae bibliothecae expreſſam eſſe. Idem Bourdelotius teſtatur, ſe nouam Luciani verſionem adfectam habuiſſe.

Caſtigata eſt et a vitiis typotheticis purgata Philippoque Mornaeo inſcripta ed. gr. et lat. a *Io. Benedicto*, *Salmurii* 1619. 8. II. voll. ita curata, vt is et verſionem variorum interpolaret, et vero ipſum contextum graecum, (vt in praef. adfirmauit,) vel ex collatione variorum antiquorumque codicum, vel ex proprio iudicio emendaret. Verum id eſſe, et nonnulla probe ab ipſo emendata, quamquam Reitzius agnouit; maluit tamen, vt is iudicaſſet, vbi codicibus ducibus, vbi ſolo iudicio fuerit vſus: nec Reitzio videtur Benedictus, ad veram lectionem ex msstis reſtituendam, operam impendiſſe iuſtam.

Vitioſiſſima editio eſt, quae *Graeuiana* dicitur, quae quidem nouis Gronouii et Graeuii aliorumque notis et ſcholiis graecis eſt ornata; at non modo ex codd. qui ibid. indicantur, nihil in contextu graeco habet reſtitutum, ſed in graecis quoque et latinis, maxime in notis et ſcholiaſte mendis obruta eſt typographicis, *Amſtelodami* apud Blaeu. (cur. Clerici) a. 1687. 8. II. voll. [ll]) cum *Io. Benedicti* (vt verbis vtar Fabricii,) verſione, et Anonymi *ſcholiis graecis* [mm]), tum primum ex If. Voſſii codice cura Ioh. Clerici editis, quae, ſeparatim deſcripta, ſingulis tomis adnectuntur. Praeterea ſingulis ſubſtratae paginis in hac editione comparent

 notae

ll) Conf. *Stollii* Nachricht. von den Büchern — in der Stoll. Bibl. vol. I. pag. 777 ſqq.

mm) Collector horum ſcholiorum, minime contemnendorum, licet hinc inde lacunoſorum inemendatorumque, Chriſtianus eſt, vt variis locis ipſe indicat. Non valde antiquum eſſe, licet antiquiſſimum vocet *Franciſcus Iunius* in catalogo pictorum pag. 12. conſtat ex eo, quod tom. I. pag. 34. laudat Magiſtri Grammaticam, ad Thomam Magiſtrum reſpiciens. Adde tom. II. pag. 40.

notae integrae Bourdelotii, et ineditae antea, neque adeo frequentes *Aeg. Menagii* [nn]), *Francisci Guieti, Iac. Tollii.* Praeterea quae ad libros Luciani singulares adnotarunt *Tan. Faber, Io. Georg. Graeuius* et *Lamb. Barlaeus*, selectae quoque Cognati, Sambuci etc. et quae in exercitationibus ad optimos scriptores graecos [[?]] de Luciani locis quibusdam monuit *Iac. Palmerius a Grentemesnil.* Argumenta quoque Micylli praefixa libris singulis, et in calce tomi vtriusque notae antea ineditae ad Lucianum virorum doctissimor. Io. Georgii Graeuii et Iac. Gronouii. Si iterum (pergit Fabric.) curanda Luciani editio sit, danda erit opera, vt Graeca emendatius excudantur, versio hinc inde emendetur, nec omittantur *Io. Brodaei* atque *Pauli Leopardi* praeclarae ad Luciani loca non pauca obseruationes, quae obuiae sunt in lampade artium Gruteriana. Denique ratio habebitur lectionum Lucianearum *Io. Iensii*, viri atticarum elegantiarum callentissimi, in quibus multa Luciani feliciter emendauit ope editionis antiquae Florentinae, multis eruditam lucem ex ingenio ac doctrina sua adtulit. Lucem viderunt illae *lectiones* Hagae Comitis 1699. 8. *Fabric.*

Haec et plura praestita deprehendes in locupletissima et hucusque optima editione, cuius haec est inscriptio:

Λουκιανȣ — *Luciani Samosatensis opera: cum noua versione Tiberii Hemsterhusii et Io. Matthiae Gesneri, graecis scholiis, ac notis omnium proximae editionis commentatorum, additis Io. Brodaei, Io. Iensii, Lud. Kusteri, Lamb. Bosii, Hor. Vitringae, Io. de la Faye, Ed. Leedes aliisque ineditis, ac praecipue M fis Solani et I. M. Gesneri, tom. I. cuius priorem partem summo studio curauit et illustrauit Tiberius Hemsterhusius. Ceteras inde partes ordinauit, notas suas adiecit Io. Fredericus Reitzius.* — tom. II et III. omissa nominis Hemsterhusiani mentione Amstelod. sumt. Iac. Wetstenii, 1743. 4. — Post aliquantum temporis, quod Wetstenius metu, ne mole operis cresceret pretium eoque emtores deterrerentur, commotus facere noluit, demum alio loco, aliusque sumtu prelo subiectus accessit, *Index verborum ac phrasium Luciani, siue Lexicon Lucianeum, ad editiones omnes, maxime nouissimam Wetstenianam concinnatum a Car. Conr. Reitzio*, (fratre Ioannis Friderici,) Traiecti ad Rhenum, ex typographia Hermanni Besseling, bibliopolae. 1746. 4. — *Solanus*, Britannus, multum operae et temporis nouae Luciani recensioni atque editioni consecrarat, et non modo codd. omnesque fere editiones, (de quibus vid. in praefat. Reitzii, p. XIV.) contulerat; sed etiam a. 1708. m. Febr. specimen futurae editionis publici fecerat iuris. vid. eius notam ad Luciani Hermotimum cap. 77. pag. 820 sq. At consilium caruit exitu, et ab eo emendatum atque illustratum Luciani exemplum, versione etiam castigata, a. 1720. et tribus annis post, additamenta quaedam acceperunt bibliopolae Wetstenii, et ab his deinceps Hemsterhusius, (qui a. 1720. primum parandae editioni operam manumque admouit, et post decem annos, ab a. 1730. quo incepit Lucianum prelo committere, vsque ad 1736. plagulas absoluit vndeseptuaginta,) ac Reitzius, ad quem bibliopolae, tarditate operis et Hemsterhusii commoti, rem detulerunt, vt parem diligentiae celeritatem adhiberet. Ita, subsidiis, quae et ad manus erant,

et

nn) Quem quidem ex notis *Fr. Guieti* msstis sua omnia habuisse, sibi persuadet Reitzius in praefat. pag. V. Nec mirum: Menagium enim plagiariis in primis adscribendum esse, docuit, eodem Reitzio monente, *Frid. Otto Menken* in Nouis miscell. Lipf. vol. I. part. I. 1742. pag. 122 — 137. in duabus Plagiariorum decadibus. *Harl.*

et poterant parari, collectis, Reitzius reliquas partes recensuit, aliorumque notis suas, Hemsterhusianis diuitiis copiisque eruditionis graecae haud quidem pares, nec tamen spernendas, adiecit; Gesnerus vero confecit versionem laude dignissimam multasque adspersit adnotationes. Sed Reitzius praecipue non omnino satisfecit censori suo, acuto sane doctoque, qui haud pauca reprehendit, et ipse praeclaras interspersit obseruatt. in nouis actis erudit. Lipsiens. a. 1745. m. Maio, pag. 241—258. in cuius fine censor, erit fortasse, inquit, qui boni publici caussa Lucianum et emendatiorem et notis inutilibus minus laborantem et indicibus necessariis dabit. Reitzius vero, illa censoris acerbitate commotus, paucis modeste respondit in sua defensione, praefationi fratris sui ad lexicon Lucianeum subiuncta, atque ex verbis initii, „licet iocos, a *ferio* forsan homine in me iactatos, facile feram“ cognosci potest ab eo fuisse *Ernesti*, (ad cuius nomen voc. isto *serio* adlusisse videtur,) censorem suum habitum aut compertum. Ernesti autem respondit in censura lexici Lucianei, in iisdem actis a. 1747. m. Iul. pag. 405 sqq. Sed hac lexici censura Reitzius iunior exacerbatus non solum nominis sui vindicias scribere voluit; sed litteras quoque Menkenii, hac de controuersia ad ipsum scriptas, belgice vertit, et actis diurnis siue holland. Büchersaal, m. Sept. 1749. (vid. *Fr. Stosch* schediasma de libris rarioribus pag. 17.) inserendas curauit: quod aduersariorum suorum iram magis exacuit. vid. *Strodtmanni* nouam litter. Europam, (das neue gelehrte Europa,) part. I. pag. 11 sq. Adde, quae de lite ista et querelis V. V. D. D. scripsi in Introduct. l. c. pag. 192. vbi in nota quoque animaduerti, *Valcken.* in diatribe Euripid. p. 288 sq. adfirmasse, et partim exemplis probasse in II et III. Opp. voluminibus centena, quae corrigenda essent, fuisse relicta.

Luciani Opp. gr. et lat. cum notis selectis, (siue potius Hemsterhusii aliorumque contractis aut excerptis,) cura *I. P. Schmidii.* Mitau. 1776—1780. VII. voll. 8. [Non ea editio ad finem perducta est.]

Λουκιανος. Luciani Samosatensis Opera. Graece et lat. ad editionem Tiberii Hemsterhusii et Io. Frederici Reitzii accurate expressa. Cum varietate, lectione et annotationibus. Studiis societatis Bipontinae. Biponti. ex typographia societatis. 1789—1793. X. voll. Editio Hemsterhusio-Reitziana ita est typis nitidis recusa, vt singulis voluminibus notae et V. L. a contextu separatae in fine adiicerentur. Primo volumini praeter I. Fr. Reitzii syllogen de aetate, vita scriptisque Luciani praemissa est notitia editionum litteraria, quam nos quidem valde locupletauimus. [Volumini X. quod et Indices habet, non Lexicon, additae sunt p. 123 sq. Variae Lectt. codd. Paris. a Belino de Ballu collatorum.]

Latinae quaedam versiones. Aliae postea indicabuntur.

Scripta *Luciani* pleraque, ab *Erasmo* et *Th. Moro* oo) translata, et ab *Erasmo* recognita. *Paris.* 1500. fol. et apud Ascensium. 1514. 4. Basil. 1514. 4. Quae Luciani vertit Erasmus, (vertit autem admodum iuuenis; vnde graecae linguae ignoratione saepe peccare, notauit *Palmerius.* vid. notas ad tom. I. edit. Amstel. pag. 474.) leguntur etiam tomo primo *Erasmi* Operum, Basileae olim, iterumque Amstelodami recusorum. Sunt autem haec: *Saturnalia, Cronosolon, epistolae saturnales, de luctu, abdicatus, Icaromenippus, Toxaris, Pseudomantis, Gallus, Timon, pro tyrannicida, de mercede conductis, dialogi amatorii*

XVIII.

oo) Qui transtulit Cynicum, Menippum, Philopseud. etc. in *Mori* Opp. Francf. 1689. fol.

XVIII. *Hercules gallicus*, *Eunuchus seu Pamphilus*, *conuiuium s. Lapithae, de sacrificiis et de Astrologia.* — *Basileae.* 1514. 4. — *Florent.* per her. Phil. Iuntae. 1519. 8. — *Basil.* ap. Frobenium. 1521. fol. vid. Baumgarten Nachrichten von merkw. Büch. X. p. 110 sq. — *Lugduni* apud Sebast. Gryphium. 1534. 4. — Dialogi, *Moro* interprete. Basil. 1517. 4. — Louanii, 1566.

Luciani opera: de veris narrationibus, de Asino, philosophorum vitae, Scipio, Tyrannus, Scaphidium, Palinurus, Charon, Diogenes, Terpsion, Hercules, Virtus dea, in Amorem, Timon, de calumnia, laus Muscae. In calce: *Venetiis* per Iof. Bapt. Sessam. Anno Domini MCCCCC. (1500.) 4. *Panzer* A. T. III. pag. 476.

Luciani — dialogi duo, Charon et Tyrannus. — *Petro Mosellano*, Protegensi, interprete. In fine: *Hagenoae* ex acad. Anshelmiana, m. Oct. MDXVIII. (1518.) 4. — *Fugitiui* et *Rhetor*. ibid. 1520. 4.

Manium Luciani omnes dialogi. — *Erasmo Roterodamo* interprete: *Pontico Virunio: Ottomaro Luscinio.* Vitarum dein, seu philosophorum auctio, *Luciani* dialogus, *Nycholao Beraldo* interprete. Querela item virtutis, e *Luciano*, Carolo Aretino traductus nuper dialogus. *Argentorati* ap. Io. Schottum. 1519. 4.

In *Maittaire* A. T. II. citantur *Dialogi aliquot lat.* Paris. ap. Rob. Stephanum. 1526. 8. et cum scholiis *Nic. Buscod.* ibid. 1530. 1532. 1533. 1536. 8. 1548. 8.

Luciani Opp. quae quidem exstant, omnia, e graeco sermone in latinum, partim iam olim diuersis autoribus, partim nunc demum per *Iac. Micyllum*, quaecunque reliqua fuere, translata: cum argumentis et adnott. eiusdem passim adiectis. *Francof.* ap. Christian. Egenolphum. 1538. fol. — ibid. 1543. fol. — *Paris.* ex offic. Mich. Vascosani. 1546. fol. — Lugduni 1549. fol. Aliae edd. et versiones in indice editt. opusculor. *Luc.*

Reliquas edd. tum textus graeci tum versionum latinarum siue plurium, siue singulorum opusculorum secundum temporis ordinem, quantum commode fieri poterit, persequar.

Luciani dialogi sex, latine (Charon, Timon, Palinurus et Charon, Scipio, Charon, vitarum auctio, ex versione Rinuccii pp) Aretini, Scipio tamen ex versione Io. Aurispae:) *Romae.* 4. s. a. sed circa an. 1470. — 1472. ap. *Ge. Lauer.* si ex charactere siue typis coniectura duci potest. v. *Audiffred.* catal. rom. editt. saec. XV. p. 409. cel. *Panzer* A. T. II. p. 523.

Dialogus maior Charon, lat. s. l. et a. forsan ex versione Rinuccii Castilionensis. *Panzer* A. T. IV. pag. 155.

Luc. de veris narrationibus, latin. *Lilio Castellano.* Neapoli per Arnoldum de Bruxella. 1475. 4. vid. *Maittaire* IV. pag. 348. — de praecedentia Alexandri, Annibalis et Scipionis, lat. redd. a *Io. Aurispa.* sine loci et typogr. nota. 1482. 4. (*Pinelli* catal. III. p. 290. *Panzer.* IV. pag. 29.)

Luc. de veris narrationibus, ex *Lilio Castell.* versis et *Diodorus Siculus.* Venetiis. per Philipp. Pincium Mantuanum. 1493. fol. lat. vid. *Panzer* III. p. 341. *Pinelli* catal. III. p. 288.

Luc.

pp) *Fossius* in Monumentis ad Alamanni Rinuccini vitam contexendam Florent. 1791. 4. p. 153. probabiliter, ait, *Rinuccino* tribuitur, quod *Rinuccii* est, mera nominis similitudine.

Luc. de veris narratt. de asino aureo; philosophorum vitae; Scipio; Tyrannus; Scaphidium; Palinurus; Charon; Diogenes; Terpsion; Hercules; virtus dea; in Amorem; Timon. *Venet.* per Sim. Beuilaquam. 1494. 4. lat. vid. *Bünau.* catal. I. pag. 175. *Panzer* III. pag. 357. *Bauer* notit. de libr. bibl. ad S. Vdalr. II. pag. 263. Exempla tamen differre videntur. vid. *Audiffred.* rom. editt. saec. XV. pag. 409. et quae ego notaui in Introd. I. c. p. 190. not. vbi quoque de edit. lat. forsan haud diuersa, edente *Benedicto Bordone*, (*Venet.* 1494. 4.) egi [qq]. — Eadem. *Mediolani* per Mag. Vldericum Scinzenzeler. 1497. 4. (vid. Introd. I. c. pag. 193. *Panzer* II. pag. 83.)

Dialoghi duo: Tyrannus. Interlocutores: Charon; Mercurius; Rhadamantus; Magapentes; Cinifcus; Micillus; Mortuus; Lucerna; Lectus. edit. peruetusta, sine vlla nota typographica; sed litteris rudibus, impolitis, distortis et inaequalibus, indice *Mittarellio* in Adpendice libr. saec. XV. col. 252.

Luc. Palinurus. Scipio romanus, carmina heroica in Amorem; Asinus aureus. *Bruti* et *Diogenis Cynici* epistolae. lat. (cum dedicat. *Gellii Bernardini Marmitae.*) *Auenione.* Impensa Nicolai Lepe, ciuis Auinionensis. 1497. 4. *Panzer* I. pag. 98. Cat. *Bün.* I. p. 175.

Censorinus — tab. *Cebetis*, *dialogus Luciani*, (interpr. Car. Aretino,) *Epictet. Basilius*, *Plutarchus* de inuidia et odio. *Bononiae* per Benedictum hectoris bononiēsis (sic) viribus. — lat. Anno M.CCCC.LXXXXVII. (1497.) fol. vid. *Audiffredi* editt. ital. saec. XV. pag. 112. *Fossii* catal. bibl. Magliabech. I. col. 512 sq.

Luc. Asinus aureus, interprete *Poggio.* (Vlmae.) ex off. Lud. de Hohenwang. s. l. et a. *Panzer* III. pag. 546.

Luc. Tyrannus et philosophorum vitae. s. l. et a. 4. *Panzer* IV. pag. 155.

Luc. dialogus, quomodo solus nudus per Acheronta transuehi potest etc. — edente *Paulo Niauis*, s. l. et a. (Lipsiae,) 4. *Leich* de orig. et increm. typographiae Lipsiensis, pag. 104. *Panzer* I. pag. 506.

Luc. de vitis philosophorum. *Lipsiae*, per Iac. Thanner. 1498. 4. — 1499. 4. *Panzer* I. pag. 490 et 496.

Epistolae gr. elegantissimae; *Luciani* saturnalia et epistolae saturnales. graece. Louanii. 1500. 4. vid. *Askew* bibl. pag. 55.

Timone comedia del Conte Mathe Maria Boyardo C. de Scandiano traducta de vno Dialogo de Luciano etc. stampata in Scandiano per Peregrino di Pasquali etc. 1500. 4. *Panzer* III. pag. 5. Deinceps rec. saepius. vid. *Paitoni* biblioth. v. *Lucianus.*

Luc. Icaromenippus. gr. et lat. ex interpret. *Erasmi Roterod.* *Eiusdem* Menippus s. Necromantia, gr. et lat. vers. a *Theod. Moro.* *Eiusd.* vitar. auctio, gr. et lat. ex interpr. *Nic.*

qq) In catal. quidem Schweyer. Venet. 1794. p. 12. citatur *Luc.* de veris narratt. et alia, edente Benedicto Bordone. Venetiis, Simon Beuilaqua. 1494. 4. et in *Lairii* indice librorum etc. Senonis 1791. 8. part. II. p. 194. citatur: *Luc.* varia opera in latinum translata, edente *Benedicto Miniatore.* Venet. per *Sim. Beuilaquam.* 1494. d. 25. Aug.

Nic. Beraldi. Exc. Theodor. Martin. 4. ſine loco et die. vid. *Menken.* catal. part. I. p. 106. Probabiliter Louan. circa 1520.

Luc. opus *paraſiticum*, interpr. *Franc. Bellaſino:* per Io. Anton. Platonidem Benedictorum. *Bonon.* 1505. 4. *Maitt.* II. pag. 174.

Λȣκιανȣ̃ — Διάλογοι. *Luciani* Deorum dialogi, numero 70. vna cum interpretat. e regione latina, nusquam antea [rr]) impreſſi: *Ottomaro Nachtgal* curante. per Io. Schottum. Argentor. 1515. 4.

Ex Luciano quaedam iam recens traducta. Somnium —. Aduerſus eum, qui inquit etc. Nigrinus —. Caucaſus. per *Ottom. Luſcinium*, (Nachtgall.) in fin. Excuſum Argentorati typis — Io. Knoblouch. 1517. 4. — *Luc.* dialogi lat. ab *Eraſmo*, *Ottom. Luſcinio* etc. ibid. 1519. 4. [ss]) De tribus his editt. vid. *Am Ende* in vita Nachtgalli, in *Strobelii* Miſcellan. literar. Inhalts. faſc. IV. Noribergae. 1781. 8. pag. 42 ſqq. — *Dialogi* quidam. Lipſ. 1518. 4. vid. *Schnitzeri* Kirchenbibl. zu Neuſtadt an der Aiſch. faſc. VI. p. 59.

Luc. Piſcator. interpr. *Bilib. Pirkheymero*, lat. Norib. 1517. 4. per Frid. Peypus. — — de ratione conſcribendae hiſtoriae, ex graeco in lat. traductus, per *Bilib. Pirkheyemer. ibid.* eod. anno. 4. [tt]) et in *Pirkheym.* Opp. Francof. 1610. fol. pag. 52. it. in Penu artis hiſtoricae tom. II. pag. 565. Baſil. 1579. 8.

Luc. opuſcula, *Eraſmo Roterod.* et *Th. Moro* interpr. Venetiis in aedibus Aldi et Andr. Aſulani. 1516. 8. vid. *Pinelli* catal. III. nr. 7540. In bibl. Burm. II. fuit ex. cum MSS. collatum. — *Charon.* lat. ex verſ. *Alamanni.* Baſil. 1518. 4. — Fugitiui, interpr. Bilib. Pirkheymero. *Hagenoae*, ex acad. Th. Anshelmi. 1520. 4. — *Nauis.* interpr. *Bilib. Pirkheymero.* Norib. 1522. 4. — orat. in calumniam, a *Ph. Melanchthone* latina facta. In calce. *Lipſiae*, ap. Melch. Lottherum. 1515. 4. (II. plagg.) — *Rhetor*, Pirkheymero interprete. Hagenoae 1520. 4. vid. *Maitt.* II. pag. 598. 599. vbi in nota duae aliae editt. incerti temporis memorantur:

Luc. dialogi aliquot lepidiſſimi, graece, Baſil. ap. Valent. Curion. 1522. 4. vid. *Bunau.* catal. I. pag. 176. — Tyrannicida et Abdicatus. gr. et lat. ab Eraſmo ibid. 1522. 4.

Lucian. Icaromenippus, Menippus vitarum auctio, graece, 4. et *eiusdem* dialogi deorum, quibus et duo nunc primum additi, qui luxato ordine antea fuerant impreſſi; marini, inferni. Graece, apud Gilles de Gourmont. cum praef. *Caroli Bracheti* Aurelianenſis, qui librum ſub impreſſoris incude recognouit. 4. — *deorum marini*, *inferni dialogi.* Louan. ap. Theod. Martin. 1520. 4. — Epiſtolae graecae: *Luciani* Saturnalia, Cronoſolon, et epp. Saturnales. *Louan.* apud Theodor. Martinum. 1520. 4. — *Abdicatus* et *Tyrannicida.* gr. et lat. interprete *Eraſmo* Roterod. cum *Libanii* declamatiunculis. Baſil. 1522. 4. apud Froben.

Luc.

rr) Hoc tantum de verſione lat. intelligendum eſt.

ss) Vid. ſupra in notitia Opp. omnium, ſub finem, vbi latinae quaedam verſſ. enumeratae ſunt.

tt) Vid. cl. *Pfeifferi*, noſtratis, Beyträge zur Kenntniſs alter Bücher und Handſchriften. part. III. Hof. 1786. 8. pag. 498 ſqq.

Luc. Charon, it. *dialogi* Veneris et Cupidinis, Martis et Mercurii, gr. *Louan.* apud Theodor. Mart. Aloſtenſem. 1522. 4. — *Nigrinus*, gr. ibid. 1521. 4. — *Timon.* gr. ibid. 1523. — *Prometheus* gr. ibid. ſ. a. 4. — de ſectis philoſ. *Goclenio* interpr. — ibid. 1522. 4.

Luc. Verarum narrationum, libri II. gr. et lat. *Baſileae* in aedibus Valent. Curionis, 1524. 4.

Luc. orat. aduerſus calumniam mire elegans. graece. Wittembergae ſ. a. in 8. (2. plagg. probabiliter apud Melchior Lother,) cum Melanchthonis dedicat. ad Henr. Bircum a Duben. — *Contra indoctum*, lat. e verſione *Ioach. Camerarii.* Witteb. 1525. 8.

Icaromenippus, et *dialogus* Neptuni et Mercurii, cum *Xenoph.* Herone, *Iſocr.* ad Demonicum, *Demoſthenis* Olynth. *Libanio*, etc. graece omnia, cum *Franc. Vergarae* praeſ. Compluti. 1524. 4. vid. Maitt. A. T. indic. voc. *Lucianus*, pag. 30. — *Luciani aliquot exquiſitae lucubrationes* (Demonact., Paraſitus, Scytha, Harmonides et Herodotus,) *per Io. Alex. Braſſicanum recens latinae redditae, ac vberr. ſcholiis illuſtratae.* Viennae Auſtr. 1527. 4. vid. *Denis* Wiens Buchdruckergeſchichte pag. 261 ſq.

Luc. dialogi *coeleſtes*, *marini* et *inferni:* cum *Plutarcho* de educat. liber. Hagenoae. 1527. 8. — *in calumniam*, et *Plutarch.* hirund. lat. *Melanchthone* interpr. *Lyſid.* ep. ad Hipparch. lat. — *Luc.* aduerſus indoctum etc. opuſc. latine ab *Anaſtaſio* verſum. Pariſ. apud Rob. Steph. 1527. 8.

De nauigat. ſ. *Tyrannus*, graece. Pariſ. apud Morrh. 1530. 8. — *Icaromenippus, ibid.* eod. anno. 8. graece. — *Gallus* et alii dialogi. Argentor. 1530. 8. — *vitarum auctio*, gr. Pariſ. ex offic. Ger. Morhii. 1530. 8. — ibid. apud Andr. Wechel. 1556. 4. — *Somnium*, gr. ibid. apud Ger. Morhium. 1530. 8.

Luc. Iudicium deorum, gr. ex officina Rutgeri Reſcii et Barth. Grauii, Louan. 1531. 4. — *Pariſ.* apud Guil. Morelium 1550. 4. — apud Andr. Wechel. ibid. 1555. 4.

Mortuorum dialogi, graece. *Louan.* et offic. Rutgeri Reſcii 1531. 1539. 8. — Pariſ. ap. Chriſt. Wechel. 1543. — 1549. 4. — Σῖγμα accuſat τῦ, et Τοῦ diluit accuſationem Σῖγμα, lat. per *Calcagninum*, Baſil. 1539. 8.

Luc. Aſtrologia, *Eraſmo* Roter. interprete. *Ioſephi Struthii* in *Luc.* aſtrol. commentariorum libri II. *Luciani* declamatio quaedam lepidiſſima, *Ioſ. Struthio* interprete. Excuſ. *Cracouiae* per Matth. Scharffenberg. 1531. 8. vid. Introd. meam l. c. pag. 195.

Tyrannicida, gr. Louan. 1534. — Pariſ. apud Chriſt. Wechel. 1549. — ibid. apud Andr. Wechel. 1555. 4. — *Charon*, gr. Pariſ. ex offic. Chriſt. Wechel. 1536. 8. — gr. Colon. apud her. Io. Gymnici, 1544. 8.

Libellus de non facile credendis (credendo) delationibus, graece. *Louan.* ex offic. Rutg. Reſcii. 1534. 4. — de non facile credendo calumniae, graece. *Pariſ.* apud Guil. Morel. 1550. 8. — gr. et ſeorſim lat. Phil. Melanchth. interpr. ibid. apud Fed. Morel. 1585. 4.

Luc. Paraſitus. graece. *Pariſ.* ex offic. Chriſti. Wecheli. 1536. 8. — ibid. 1553. 4.

Luc. aliquot *dialogi* per *Eraſm.* verſi, cum *Nic. Boſcoducenſis* explanatione, tertia edit. ab authore recognita. Ex offic. Rob. Steph. Pariſ. 1536. 8. — *Somnium* et *Hercules* Gallicus, gr. Pariſ. apud Tiletan. 1536. 8.

Luc. Macrobii, i. e. Longaeui, *Obſopaeo* interprete. Noribergae. 1537. 4.

Luc. Toxaris, gr. Pariſ. apud Chriſt. Wechel. 1537. 8.

Luc. dialogi deorum. graece. Louanii 1538. 8. — Pariſ. 1543. (al. 1544.) 4. — *dial. marini.* gr. Pariſ. apud Tiletan. 1544. 4.

Luc. Somnium; Prometheus es in verbis; Nigrinus; iudicium vocalium; Timon; Halcyon; Prometheus; gr. apud Chr. Wechel. Pariſ. 1540. 4.

Luc. Menippus. gr. Pariſ. ap. Chriſti. Wechel. 1543. 4. et 1549. 4.

Luc. Alcyon et *Prometheus*, gr. Pariſ. apud Iac. Bogard. 1543. 4.

Luc. dialogi mortuorum et deorum, gr. Antwerp. 1547. 4. — *dial. marini*, gr. ibid. eod. a. — *dial.* deorum. gr. ibid. in aed. Io. Steelſii 1551. 4. — *mortuorum*, ibid. 1551. 4. gr. — *Toxaris*, gr. ibid. 1547. 4. — *Somnium*, gr. ibid. 1552. 4. vid. *Fabricii* catal. bibl. I. pag. 248. — *Dialogi marini*, gr. ap. Chriſtian. Wechel. Pariſ. 1548. 4. — *Timon*, gr. ibid. eod. anno. — *Charon*, graece, ibid. 1549. 4. — *dial. mortuor.* ibid. 1549. 4.

Luc. aliquot dialogi, lat. ex verſ. Erasmi cum explanatione. Pariſ. ap. Rob. Steph. 1548. 8. *Maitt.* III. pag. 407.

Luc. Patriae encomium. Cupido. Pariſ. ap. Chriſt. Wechel. graece. 1548. 4. — ibid. gr. ap. Andr. Wechel. 1555. 4.

Luc. encomium Muſcae, gr. Pariſ. ap. Thom. Richard. 1550. 4. — *dialog. de ſacrificiis.* gr. ibid. ap. Chr. Wechel. 1550. 4. — *Balneum*, *Bacchus*, *Hercules*, *Cycni*, *Muſcae encomium.* gr. Pariſ. ap. Chr. Wechel. 1550. 4.

Luc. dialogi coeleſtes, *marini et inferni*, gr. et lat. Baſileae ap. Nic. Bryling. 1550. 8. — ibid. ap. her. Nic. Bryling. 1565. 8.

Luc. dial. coeleſtes, marini et inferni; *Menippus* et *Timon*, graece et lat. addita ſunt argumenta verſibus lat. tractata per *Io. Sambucum.* Dialog. Veneris et Cupidinis, verſibus lat. redditus a *Georgio Sabino* etc. Argentor. ap. Wolf. Cephalaeum. 1550. 8. — *Dialogi ſelectiores*, a *Io. Sambuco*, gr. lat. Argentor. 1554. 8. (vid. *Paulli* catal. III. pag. 287. forſan eſt repetita editio.) — Vita Demoſthenis, lat. Venet. 1550. 8.

Luc. epigrammatum anthologia, graece. Pariſ. ap. Guil. Morell. 1551. 4.

Luc. de Somnio, gr. et lat. Pariſ. ap. Thom. Richard. 1552. 4. — gr. ibid. apud Andr. Wechel. 1556. 4. — gr. et lat. cum comment. *Mich. Neandri.* cum eius Gnomologia Stobaeana gr. latina. Baſil. 1557. 8. et in eiusdem Opere aureo. Lipſiae 1577. 4. p. 139—191.

Luc. dialogi ſelectiores ſuperorum, *marinorum et inferorum.* — *Prometheus*, *Menippus*, *Timon.* Praeter ea alii venuſtiores iſtorum in locum ſubſtituti, qui chriſtianis auribus ſunt indigni. cum conuerſione vulgata, ſcholiis Valent. Erythraei, argument. dialogorum lat. verſibus, et quarumdam fabularum μυθολογία *Io. Sambuci* et *Mich. Toxitae.* Argentinae, per Paull. et Phil. Cephaleos. 1556. 8. Praef. Val. Erythraei data eſt Argentor. 1550. Parum igitur differre videtur ab edit. illius anni, paullo ante memorata. Argentor. 1572. 8.

Luc.

Luc. dialogi selectiores, gr. et lat. Lipsiae apud Voegelin. 1568. 8. — ibid. 1578. 8. 1583. 1589. 1601. 8.

Francoford. emporium — *Lucianicae* academiae oratt. II. de ebrietate, H. Steph. 1574. 8. — de scribenda historia. Basil. 1576. 8. — *dialogi* in *H. Stephani* collectione: Epistolia, dialogi breues, oratiunculae et poemata. gr. et lat. Paris. 1577. 8. — *Iudicium vocalium.* graece. Paris. ap. Fed. Morel. 1580. 4. — *dialogi marini*, gr. Lugd. 1581. 8. — *de calumnia* lat. per *Ge. Fabricium.* 1589. 8. — et gr. ac lat. a *Io. Caselio.* Helmstad. 1590. 4. (vid. Biblioth. Askew. nr. 2223.) — *dialogi*, gr. — *Io. Chrysostom.* de orando, gr. Antwerp. 1579. 8.

Luc. oratio de non facile credendis, (credendo,) *calumniis*, cum duplici versione lat. edita a *Dethard. Horstio.* Wittembergae. 1592. 8.

Luc. dialogorum selectorum libri duo, gr. et lat. Ingolstadii 1593. 8. — cum *Theogn.* sentent. ibid. 1608. 8.

De calumnia, gr. 1594. et lat. per *Io. Caselium.* Helmstad. 1595. 4. — *Gallus*, gr. Colon. Agripp. 1595. 12.

Luc. dialogi selecti et *Theognidis* sententiae, gr. et lat. Colon. Agripp. 1595. 12. — *de calumnia*, gr. lat. *Strachano* interprete. 1607. 8. — *Lis vocalium*, interpr. *Fed. Morelio:* adnexa *Clenardi* Inst. L. gr. cum *Reu. Guillonii* adnotatt. Paris. 1614. 4.

In *Dornauii* Amphitheatro sapientiae Socraticae ioco-seriae, Hanouiae 1619. fol. tom. I et II. et in *Dialogis Luc. selectis*, gr. et lat. Augustoriti Picton. 1620. 8. plura exstare Luciani opusc. iam Fabricius supra in indice singulorum indicauit.

Luc. dialogi selecti. Augustae Munatianae. 1622. 12. gr. et lat. — graece, cum noua versione lat. et notis ab vno e Patribus S. I. ad vsum collegiorum eiusd. societat. editio quarta, aucta et emendata. Lugduni 1636. 8. — *Dialogi mortuorum* cum interpret. lat. et grammatica singularum vocum explanatione. Paris. 1629. 8. — apud Seb. et Gabr. Cromoisy. ibid. 1646. 8. et 1656. 8. *Maitt.* III. p. 909. et indic. — *Tragopodagra*, gr. et lat. *Erasmo Schmidio* interprete. Wittebergae. 1631. 4.

Luc. Timon — scholiis Plutique Aristophanis collatione illustratus a *Lamb. Barlaeo:* adiuncta est lat. versio Erasmi, a *Bened. Pererio* interpolata; sed variis in locis castigata. Lugd. Batau. apud Io. Meyer. 1652. 8. — *Timon* cum not. *Tan. Fabri.* gr. et lat. Paris. ex offic. Cramoisiana. 1655. 4. (apud Hamberger. et edit. Bipont. aliosque 1653.) vid. supra in catal. scriptorum *Luc.* nr. 72.

Luc. de morte Peregrini libell. cum not. *Tan. Fabri*, gr. et lat. Paris. ex offic. Cramoisiana. 1653. 4. (apud Maittaire 1655.) — *Toxaris*, gr. lat. cum not. grammat. Paris. apud Seb. et Gabr. Cramoisy. 1653. 8.

Luc. Pseudosophista, gr. lat. cum notis et animaduerss. *I. G. Graeuii.* Amstel. ap. Dan. Elzeu. 1668. 8.

Luc. dialogi mortuorum. gr. et lat. Paris. 1656. 8. — 1671. — *Iupiter confutatus* lat. c. not. *Io. Wilh. Petersen.* Giessae. 1674. 4. vid. supra ad nr. 33. — *Dialogi selecti*, vna cum

cum *Timone*, gr. et lat. cura *Guil. Dugardi.* Londini 1655. 8. (in Thottii catal. IV. p. 254.) — 1677. 12. — ibid. 1700. 12. 1729. 12. — *dialogi ſelecti*, gr. lat. cum not. opera *Ge. Syluani.* Londini edit. II. 1684. 12. *dialogorum ſelector.* libri II. graeco-latini. Ingolſtadii. 1698. 8.

Luc. de calumnia, gr. et lat. cum notis *Iac. Tollii.* Lugd. Bat. apud Dan. a Gaesbeck. 1677. 12. — Dial. *Timon.* gr. et lat. editus in Faſciculo graeco *Io. Iac. Schudt.* Francof. ad Moen. 1702. 8.

Luc. colloquia ſelecta et Timon, (cum notis eruditis,) *Cebetis* tabula. *Menandri* ſententiae morales, gr. et lat. — ed. *Tib. Hemſterhuis.* Amſtel. 1708. 12. — ibid. 1732. (al. 1730.) 12. et rec. Baſil. 1771. 12.

Luc. dialogi ſelecti — ab *Edw. Leeds.* gr. et lat. Londini 1678. 8. (in catal. Tottiano, IV. pag. 254.) — Cantabrig. 1704. 8. (in *Pinelli* catal. III. pag. 287.)

Nonnulli e Luciani dialogis ſelectis, et in duas partes diuiſi; alteram prius editam, alteram nunc additam: omnes ſcholiis illuſtrati ab *Edwardo Leedes.* — Acceſſit etiam, (quod hanc rem ſpectare viſum eſt,) quicquid ſcripſerunt *Graeuius*, *Gronouius*, *Ienſius*, cum nuper tantum edito ſcholiaſta graeco. Londini, R. Clauel. 1710. 8. — rec. ibid. 1726. 8. conf. Supplem. nou. act. erud. Lipſ. II. pag. 194 ſqq. — ibid. 1728. 8. in Koenigii Supplem. catalogi libr. (Argent. 1769.) pag. 11. — *Sympoſium*, graece. Oxon. 1711. 8. — *Somnium, dialogi mortuorum* XVIII. *Charon* et *Timon*, in *Io. Patuſae* Encyclopaedia philol. vol. I. Venet. 1710. 8.

Luc. Philopatris dial. Diſputationem de illius aetate et auctore praemiſit, verſionem ac notas adiecit M. *Io. Matthias Gesner.* Ienae, 1715. 8.

Luc. de Longaeuis tractatus, noua verſione lat. (paullo liberiore) notisque philologicis inſtructus; diſſert. praeſide *I. H. Maio*, Prof. LL. OO. et graec. resp. I. Hermanno Benner. Gieſſae. ſine anno in fronte, ſed *Benneri* dedicatio ſcripta eſt a. 1724. 4. Inſertae quoque ſunt notae I. Guil. Steinheilii, et quaedam Antonii Aemilii ad oram exempli Baſileenſis adſcriptae. — *Luc.* vel potius auct. incerti, de Syria dea et *Theophraſti* de ſuperſtitione libelli. gr. Helmſtad. 1725. 8. — In *Gesneri* Chreſtomathia graeca, Lipſiae 1731. 8. et ſaepius, *Demoſthenis encomium Lucianeum* transpoſita vna pagina integritati reſtituitur.

Mortuorum dialogi, graece, cura *I. C. Schlaegeri.* Helmſtadii 1739. 8.

Excerpta quaedam ex *Luciani* operibus per *Nic. Kent.* (cum notis grammaticis, aliquot lectt. variis, et nonnullis Graeuii ac Gronouii adnotatt.) gr. ac lat. 1730. 8. Cantabrig. — edit. *altera*, aliquanto auctior et emendatior. Londini atque Etonae. 1745. 8. — rec. ibid. 1764. 8. eadem gr. et lat. Glasguae 1778. 8. — IV. *dial. mortuorum* cum *Plutarchi* Apophthegm. *Cebetis* tabula et aliis. In vſum ſcholae Weſtmonaſter. Londini. 1748. 8. — *de Somnio*, gr. et lat. ex recenſ. Hemſterhuſ. cum V. L. et notis *I. Adam Schier.* Lipſ. ac Guelferb. 1762. 8. — *Luc. vita*, gr. cum notis, in Eclog. ex gr. ſcriptorib. Turici. 1749. 8. — *Timon*, gr. et lat. cum notis ſelectis, edit. *Io. Frid. Stübel.* Lipſiae 1741. 8. et 1769. 8. — de conſcribenda hiſtoria, graece. Lipſiae 1768. 8.

Excerpta ex Luciano, notis ac lexico illuſtrata, ad vſum Seminarii Catinenſis. Catinae. 1772. 8. edit. nitida atque docta.

Selecti

Selecti ex *Luciano* dialogi quidam, vna cum eiusdem libello, *quomodo historia scribenda sit.* Acced. interpretatio nouissima castigata et notae variorum. Dublini. 1773. (al. 1774.) 8.

Luc. dialogi mortuorum. gr. Recensuit et in priores decem dialogos notas adspersit *Io. Bened. Carpzou.* Helmstadii 1773. 8.

Luc. opuscula selecta, gr. edidit et notis illustrauit *Dan. Christoph. Seybold.* Gothae. 1774. 4. et 8. omissis accentibus, quos vero addidit ille in edit. *secunda* et curatiore, adiecto *Luciani Hermotimo.* ibid. 1785. 8.

Πῶς δεῖ ἱςορίαν συγγράφειν βιβλ. cum anglica versione notisque *Franc. Riollay.* Oxonii et Londini. 1775. 8. (ap. Pinellum et in Rieggeri reliquiis libror. pag. 286. a. 1776.)

Luc. dialogi mortuorum selecti, gr. cum indice locuplet. cura *I. Floderi.* Vpsalae 1779. 8. — *De non temere credendo calumniae*, *Macrobii* et *patriae encomium*, gr. Lipsiae 1780. 8.

Ex *Luciano* plura, cum notis in *Scriptor.* graecis siue selectis ex scriptor. gr. — graece et lat. in vsum scholae Etonensis. ed. altera. Etonae 1780. mai. 8.

[Einige Todtengespräche Lucians mit einem hinreichenden Wortverzeichnisse von *Ioh. Gottfr. Haas,* L. 1781. 8. Idem etiam postea alias nonnullos Luc. libellos et dialogos eodem modo et consilio edidit.]

libr. de cognoscendis curandisque animi morbis, quos perturbationes latini adpellant; in libr. de cuiusque animi peccatorum notitia atque medela; in libris VI. de locis adfectis, in quibus ad vitam Galeni, quam egit medicus practicus, facientia permulta enarrantur; de praecognitione ad Epigenem, qui scriptus est a Galeno ideo, vt medicinalis vitae suae posteris rationem redderet; in libr. II. de antidotis et in libr. de theriaca ad Pisonem, nec non in libris de medicamentorum compositionibus. In consilio etiam, puero epileptico dato, quaedam ad eius vitam occurrunt. Librum etiam scripserat Galenus περὶ τῆς διαβολῆς ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ ἰδίου βίου, quem memorat in libr. de libr. propriis cap. 13. qui vero interiit. In libro etiam: μέχρι πόσου τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς τιμῆς καὶ δόξης φροντιστέον ἐστὶ, de quo loquitur de libr. propr. cap. 13. quaedam saltim fuerant contenta ad vitam Galeni; verum et is liber interiit. Multa etiam, quae ad vitam Galeni pertinent, leguntur in eius libris περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων, et περὶ τῆς τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων πρὸς Εὐγενιανὸν, qui vterque liber legitur in editione operum Hippocratis et Galeni Charteriana tom. I. pag. 35 et 49. Galenum etiam memorarunt inter Graecos *Stephanus* de vrbib. *Io. Tzetzes*, chil. XII. histor. 397. et *Suidas*. Scripserunt etiam vitam Galeni, aut potius de eius vita aliqua memoriae tradiderunt *Symphorianus Champerius*, in libr. de medicinae claris scriptoribus, qui cum aliis lucem vidit in 4. siue loc. et anno, nec non in vita Galeni, quae prolixius elaborata ab eodem auctore legitur in operum Galeni editione quarta Papiensi, cura Rustici Placentini, 1516. fol. 2—4. *Iac. Milichius* in orat. de vita Galeni in Phil. Melanchthon. praefat. et orat. tom. II. pag. 395. *Antonius Fumanellus*, in operibus multis et variis, cum ad tuendam sanitatem, tum ad profligandos morbos plurimum conducentibus. Tigur. 1557. fol. *Abr. Wernerus*, in orat. de vita Galeni, Viteb. 1570. *Io. Mart. Eustachius* (Gambatensanus, in regno Neapolitano) de vita Galeni. Neapol. apud Horatium Salvianum, 1577. 4. *E. de Villa*, in libro: *las vidas de doze principes de la medicina. Burgos*, 1647. 8. cap. 7. pag. 148. Praefixa etiam est vita Galeni, cum aliis, lectu dignissimis, ad historiam librorum Galeni pertinentibus, auctore Conr. Gesnero editioni operum Galeni Frobenianae tertiae. Basil. 1562. fol. Sed hi omnes parum accurate in hoc argumento sunt versati, vt recte Mentelius testatur, in epistola ad Labbeum, mox citanda, dicens: *aliam vitam, alios scriptores eum auctorem postulasse, quem aetati eius tantum non suppar Eusebius in libr. V. histor. cap. vlt. testatur, etiam a nonnullis adoratum fuisse, et Alexander Trallianus θειότατον appellat.* Elogium Galeni chronologicum *Philippus Labbeus*, velut specimen bibliothecae suae vniuersalis misit strenae loco ad Iacobum Mentelium, et praefixa Mentelii epistola edidit Paris. 1660. ex typographia Claudii Cramoisy, in 8. * Alium praeterea libellum eodem anno 1660. Labbeus misit ad Guidonem Patinum et Parisiis, apud Guil. Benard excudi fecit in 8. hoc titulo: *Vita Claudii Galeni Pergameni, medicorum principis, ex propriis operibus collecta.* Hoc paginarum 83. opusculum constat meris Galeni locis, ex editione Iuntarum latine descriptis atque per interualla quatuor ab ortu Galeni ad annum aetatis 21. 29. 40. et obitum vsque distinctis, adscripto subinde in margine anno Christi et aetatis Galeni. Ea loca omnia *Io. Alb. Fabricius* adnotauerat in elogio Galeni chronologico Labbei, quod praefixerat in biblioth. Graeca capiti de scriptis Claudii Galeni. Videtur etiam tertium opusculum promisisse *Labbeus*, chronologiam operum Galeni, saltem eorum, quae exstare noscuntur, quae scilicet primo loco, quae deinde in decursu aetatis, quae tandem in senectute conscripta fuerint. Sed illa numquam vidit lucem, neque editores operum Galeni de libris eius auctoris ad hunc ordinem digerendis cogitarunt. *Vitam Claudii Galeni Pergameni, medicorum omnium ab Hippocrate principis, ex ipso et probatis authoribus collectam digestamque* scripsit *Renatus Charterius*, eamque in operum Hippocratis et Galeni tom. I. a pag. 53. vsque ad pag. 98. excudi fecit. Verum profusissimo sermone in hac vita longe plurima dicta sunt, minime ad Galeni vitam referenda: neque ordo, quo argumentum suum pertractauit, cuiquam placere potest. Elogium Galeni conscripsit *Iulius Alexandrinus*, quod lucem vidit Venetiis, apud Iuntas, 1548. 8. Vitam et laudes *Io. H. Acker* in opusc. eloquent. Ien. 1717. 8. fasc. 3. Vitam etiam Galeni, at succinctam, scripsere scriptores de medicinae historia quidam, v. g. *Io. Bernier*, in libr. *Essays de medecine, ou il est traité de l'histoire de la medecine et des medecins, Paris.* 1689. 4. part. I. cap. 4. pag. 105. *Dan. Clericus*, in libr. *histoire de la medecine* part. III. libr. III. pag. 660 sq. edit. Hagae Comit. 1729. 4. in quo vniuerso libro de Galeni vita, scriptis atque iis, quae is ad medicinam amplificandam contulit, doctissime atque copiosissime tractatur. *Gottlieb Stolle, in der Anleitung zur Historie*

ris tanti habitus, quanti aliorum medicorum nullus c), Niconis, philosophi, architecti, viri eruditissimi ac moribus sedatissimi, ex matre admodum iracunda acerbaque in suos d) filius, natus est Pergami e) in Asia, nobili quondam Attalorum regia, anno post Christum natum CXXXI. Hadriani imperatoris XIV. vel XV. A patre, non geometra tantum, atque architecto, vt tradit Suidas, sed mathematicis omnibus ceterisque litteris excultissimo, (vid. *Galen.* de probis prauisque alimentor. succis cap. I. pag. 419. tom. VI.) f) et quibusdam aliis eximiae notae praeceptoribus in pueritia g) artes liberales adprime edoctus, atque ad omnem elegantiam humanitatemque informatus, absoluto XIV. seu, quod eodem recedit, aetatis anno XV. ineunte anno post Christum CXLV. Antonini Pii, post Hadrianum imperantis, anno VII. philosophicis studiis sub Caio, Platonico, et quodam Philopatoris, stoici, discipulo, aliisque operam nauare coepit: tum anno vitae XVII. christianae aerae CXLVII. a patre

storie der medicinischen Gelahrheit, Iena, 1731. 4. cap. 1. §. 91. pag. 85. *Kurt Sprengel*, in libr. *Versuch einer pragmatischen Geschichte der Arzneykunde* tom. II. Halae Saxon. 1793. sect. V. 5. §. 53 sq. pag. 89 sq. Vitam Galeni ego quoque scripsi in *institut. historiae medicinae*, *Norimb.* 1792. 8. cap. XXI. pag. 197 sq. et cap. XXII. exponendo systemati Galeni medicinali operam dedi, quo labore ante me iam functus fuerat *Ioh. Conr. Barchusen* in diss. *de medicinae origine et progressu*, *Traiect. ad Rhen.* 1723. 4. dissertat. XVI. pag. 246 sq. Caeterum conferendi adhuc sunt de Galeno eiusque doctrina et scriptis *Vossius de philosophia* cap. XII. §. 19. pag. 99. *Ionsius* libr. III. cap. XI. §. 3. pag. 62. *Pope Blount* in *censur. celebrior. auctor.* pag. 163 sq. *Iac. Brucker* in *histor. critic. philosoph.* tom. II. period. II. part. I. libr. I. cap. II. sect. III. §. 13. pag. 183 sq. et in adpendic. p. 359. [inprimisque *Chr. Kramp* Kritik der praktischen Arzneykunde mit Rücksicht auf die Geschichte derselben, L. 1795. 8. qui cap. 12. p. 454—675. Galeni exponit laudes. *Beck.*] Ad rem literariam et scripta Galeni facit *G. Abr. Merklini Lindenius renouatus*, libr. I. p. 183 sq. Maxime autem vtiles sunt Halleri labores et ad vitam doctrinamque Galeni intelligendam, et ad librorum, qui ab eo auctore conscripti sunt, historiam, editionum notitiam, cet. De botanicis et pharmaceuticis Galeni scriptis disseruit is clarissimus in medicinali re literaria auctor in *bibliothec. botanic.* libr. I. cap. 51. tom. I. pag. 111 sq. de scriptis anatomicis, ac de iis, quae in anatome a Galeno inuenta sunt, in *bibliothec. anatomic.* libr. I. §. 59. tom. I. pag. 82. de externa medicina, quam fecit, et de libris, ad eam pertinentibus, in *bibliothec. chirurgica* libr. I. §. 39. tom. I. pag. 85. Denique copiosissime egit de Galeno *Hallerus*, omni paene rei literariae, ad eum pertinentis, materia exhausta, in *bibliotheca medicinae practicae* libr. I. §. 80. tom. I. pag. 228. vsque ad pag. 273.

c) In vita Galeni scribenda sequutus ego sum maxime ipsum Galenum, qui permulta de se ipso in libris suis proposuit, et Labbeum, cuius elogium chronologicum Galeni *Io. Alb. Fabricius* in priore biblioth. graecae editione capiti de Galeni scriptis praemiserat. Integrum Labbei librum excudi hic non iussi, vtilia vero ex eo, meis additis, excerpsi.

d) *Galen.* de dignoscend. animi morbis cap. 8. tom. VI. edit. Chart. pag. 531. ἔχων μητέρα ὀργιλοτάτην, ὡς δάκνειν μὲν ἐνίοτε τὰς θεραπαίνας, ἀεὶ δὲ κεκραγέναι τε καὶ μάχεσθαι τῷ πατρὶ, μᾶλλον ἢ Ξανθίππη Σωκράτει.

e) Hinc etiam in codd scriptis editisque semper vocatur Pergamenus. Pergamum patriam suam diserte vocat in libr. X. de simplic. medicamentor. facult. cap. 2. nr. 9. de caseo. tom. XIII. pag. 282. ed. cit.

f) Patrem effert laudibus maximis in permultis locis librorum suorum v. g. in libr. de dignoscend. animi morb. cap. 8. tom. VI. pag. 531.

g) Egregie se a patre institutum, esse refert, paedagogo maxime idoneo, libr. II. de different. puls. cap. 5. pag. 46. tom. VIII. neque impensis cuiuscunque generis patrem in eo instituendo pepercisse docet in libr. VIII. de method. medendi cap. 3. pag. 188. tom. X. Statim ab adolescentia se philosophiae amore fuisse captum dicit, vsumque praeceptoribus optimis libr. IX. de method. medendi, cap. 4. pag. 205. tom. X. conf. libr. *Galeni* de ordine libror. suor. ad Eugenianum pag. 52. tom. I. de libr. propr. cap. 2. pag. 38. et cap. 11. pag. 45. tom. I. vbi de studio philosophiae a se agitato permulta refert.

a patre, per somnium admonito, deductus ad medicos [h]), *Satyrum*, Quinti discipulum, *Stratonicum*, Sabini Hippocratici discipulum, et *Aeschrionem* empiricum aliosque nactus est in patria sua praeceptores.

Post obitum parentis Smyrnam se Galenus contulit, anno aetatis suae XXI. Christi CLI. *Pelopis*, celeberrimi medici e Quinti discipulis, et *Albini*, platonici philosophi, audiendi causa [i]), tum Corinthum, ad *Numisianum*, non inferiorem Pelope, Quinti eiusdem auditorem. Sic aliis prouinciis pluribus peragratis [k]), Alexandriam tandem, Aegypti nobilissimum emporium ac metropolim, venit, in qua prae ceteris vrbibus medicinae florebat studium. Vnde anno aetatis XXVIII. Christi CLVIII. digressus, in patriam remeauit, ibique Pontificum [l]) annuorum iussu curationem gladiatorum suscepit per quinque aut sex annos. Quibus elapsis Romam cogitauit [m]), anno aetatis XXXIV. instante, aut iam inchoato, Christi CLXIV. imperatorum Marci Aurelii Antonini philosophi et Lucii Veri, fratris eius, anno IV. [n]) Anno sequenti iugulum ei ab humero motum est, a quo decubuit per dies quadraginta, vt ipse narrat [o]). Multis postea feliciſſimo succeſſu sanitati redditis, magnum sibi nomen apud omnes plebeios et optimates fecit, vt etiam a plerisque, ob admirandam in praedictionibus atque curationibus sagacitatem et felicitatem [p]) modo παρα-

 δοξολόγος,

h) *Galen.* de praenot. ad Posthum. cap. 2. p. 832. tom. VIII. libr. IX. de method. medendi, cap. 4. pag. 205. tom. X. Praeceptores, quibus et in philosophia, et in medicina vsus est, copiose enarrat in libr. I. de anatomic. administrat. cap. 1. p. 26. tom. IV. conf. libr. de ordine libror. suor. ad Eugenian. pag. 52. tom. I. de medicamentor. facult. libr. XI. cap. 1. 24. pag. 310. tom. XIII. de atra bile cap. 4. pag. 170. tom. III. libr. I. de alimentor. facult. cap. 1. pag. 308. tom. VI.

i) *Galen.* de probis prauisq. alimentor. succ. cap. 1. pag. 418. tom. VI. de libris propriis cap. 2. pag. 38. tom. I. Pelopem secundum post Satyrum ipsi obtigisse praeceptorem, et Smyrnae quidem, postea Numisianum Corinthi, ipse refert libr. I. de anatom. administrat. cap. 1. pag. 26. tom. IV. conf. de ordine libror. suor. ad Eugenian. pag. 51. tom. I. de atra bile cap. 3. pag. 168. tom. III.

k) Conf. de itineribus, a Galeno institutis, priusquam Alexandriam adiret, et ea vrbe relicta in patriam rediret, libr. III. de composit. medicam. per genera, cap. 2. p. 713. 719. tom. XIII. libr. VI. de composit. medicam. sec. loc. cap. 2. pag. 490. tom. XIII. libr. V. de sanitate tuenda cap. 1. p. 138. tom. VI. comment. III. in Hippocr. de diaeta acutor. text. 8. pag. 85. tom. XI. libr. IX. de simplic. medicam. facult. cap. 1. nr. 2. pag. 247. tom. XIII.

l) *Galen.* comment. III. in Hipp. de fracturis text. 21. pag. 243. tom. XII. Curam gladiatorum Pergamenorum sibi a pontifice commissam quonam cum successu gesserit, ipse refert in libr. III. de composit. medicamentor. secund. genera, cap. 2. pag. 718 sq. tom. XIII.

m) *Galen.* de libr. propriis cap. 1 et 2. Liber de praenotione ad Posthumum ideo scriptus est, vt ostenderet, qua fortuna in formandis praesagiis Romae prae aliis medicis fuerit vsus. Prostat is liber in edit. Parif. tom. VIII. pag. 829. libr. I. de anatomic. administrat. cap. 1. pag. 26. tom. IV. cf. *Gal.* aduersus eos, qui de typis scripserunt, cap. 1. pag. 157. 158. tom. VII. de venaesectione aduersus Erasistrateos, Romae degentes cap. 1. p. 406. tom. X. comment. I. in Hipp. libr. de artic. text. 22. p. 303. tom. XII.

n) Lucii meminit cap. 2. libri de praenotione ad Posthumum, cum primum suum in vrbem Romanam aduentum describit; Antonini vero initio libri primi de anatomicis administrationibus, neque enim interpretes recte ista reddiderunt: ἄρχειν ἠρχμένε, κ. τ. λ.

o) Historiam eius morbi, quem perpessus est, copiose describit in commentar. I. in Hippocr. libr. de articulis text. 62. pag. 322. tom. XII.

p) Conf. librum de locis adfectis integrum, in quo permulta exponit de fortuna, qua vsus est et in praesagiendo, et in curandis morbis. Vid. inprimis de loc. adfect. libr. V. cap. 7. tom. VII. pag. 497. Multa quoque refert de laude sua apud omnes, et de inuidia medicorum et philosophorum, in quam incurrit, in libr. de praenot. ad Epige-

δοξολόγος, modo propter ſtupendam remediorum, opportune adhibitorum, vim atque efficaciam παραδοξοποιὸς diceretur. Graſſante poſt aliquot tempus atrociſſima illa peſte, quam Capitolinus in Lucii vita aliique ſcriptores Romanarum hiſtoriarum deſcribunt [q]), vrbe ſe ſubduxit in Campaniam, ac Brunduſio in patriam vela fecit, anno aetatis non tam exeunte, quam completo XXXVII. chriſtianae aerae CLXVIII. Verum diu in patria ſubſiſtere atque optato perfrui otio ei non licuit: namque ſub exitum eiusdem anni, aut ſequentis CLXIX. principium ab imperatoribus, Marco Antonino ac Lucio Vero, a Parthica expeditione paulo ante reuerſo, qui tum Aquileiae morabantur, delectus militum habendi cauſa, omniumque comparandorum, quae ad bellum germanicum neceſſaria futura eſſent, in Italiam reuocatus eſt. Romam itaque ſecundum venit [r]), atque Aquileiam profectus eſt: vnde paullo poſt, ob ſaeuientem acrius luem fugientibus imperatoribus, ipſoque Lucio Vero prope Altinum, dum curru cum fratre veheretur, ictu ſanguinis exſtincto, hiberno, vt videtur, tempore, ſub finem ſcilicet anni CLXX. ipſe quoque Galenus vix cum quibusdam aliis euaſit Romamque incolumis reuerſus eſt, quae tertia eius in vrbem profectio numerari poteſt. Marco Aurelio in Germaniam [s]) aduerſus Quados, Marcomannos ac Sarmatas cum exercitu abeunte, ipſe in Italia haeſit, multosque tum, procul negotiis fere omnibus, et vsque ad obitum eiusdem Aurelii, totoque filii eius, Commodi, tempore, quo imperante conflagrauit Pacis templum, et Galeni opera plurima incendio perierunt, vel Romae [t]), vel in patria, (quando enim in eam remigrauerit, non amplius reuerſurus in Italiam, omnino neſcimus) multos inquam libros cuiusque generis conſcripſit vulgauitque, atque in iis librum de praecognitionibus ſuis πρὸς Ἐπιγένην [u]), anno vitae LII., elapſis a diſputatione aduerſus ſtoicos et peripateticos de voce et reſpiratione XV. annis, ſub Heluio quoque Pertinace, qui anno Chriſti CXCII. die Decembris XXXI. ſublato e viuis Commodo principe a frequenti ſenatu nuncupatus eſt imperator, et paullo poſt a militibus interfectus, floruiſſe Galenum, ex eo diſcimus, quod capit. XIII. de propriis libris meminit libri vnius ad ſectarum profeſſores de concionibus, publice habitis ſub Pertinace, (ſic enim vertendum puto πρὸς τὸς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων

Epigenem tom. VIII. pag. 829. et in libro de libris propriis.

q) In cap. 1 et 2. de libris propriis. De praenot. ad Epigenem tom. VIII. pag. 829. et in permultis aliis locis.

r) De libr. propriis cap. 2. in quo capite Galenus etiam enarrat, quos libros eo tempore ſcripſerit. De praenot. ad Epigenem cap. 9. Meminit etiam ſui ex Cypro et Syria pedeſtris itineris Romam verſus per Thraciam et Macedoniam in libro IX. de ſimplic. medicament. facultatibus cap. 1. nr. 2. pag. 246. tom. XIII. Et inter ambulandum ſe dormiuiſſe memorat in libro II. de motu muſculorum cap. 4.

s) Saepe refert *Galenus* in libris ſuis, ſe Caeſaris iuſſu, vt imperatoris valetudinem curaret in hoc bello, euocatum eſſe a Marco Aurelio: ſed Galenus, belli labores periculaque aliis cedere cupiens, ſomnio admonitum ſe eſſe diuinitus aiebat, vt Romae maneret. Vid. de libr. propr. cap. 2. de compoſit. medicamentor. ſecundum genera lib. II. cap. 13. et in permultis aliis locis.

t) In hac periodo Romae et docuit medicinam, et plurimos longe librorum ſuorum compoſuit, et medicinam aegrotantibus cum ſummo Romanorum plauſu fecit. Ad hanc periodum vitae Galeni conf. de praenot. ad Epigenem cap. 9 et 11. et permulta alia loca tam in hoc libro, quam in ſex libris de locis adfectis, de alimentor. facultatibus libr. II. cap. 40. de compoſit. medicamentor. per genera lib. I. cap. 1. lib. III. cap. 3. de ſimplic. medicamentor. facultat. lib. IX. cap. 3. De antidotis libr. I. cap. 1. 2. 4. 13. et lib. II. cap. 17. Method. medendi libr. III. cap. 2. et libr. V. cap. 15.

u) Ad Poſthumum in editis permultis inſcribitur is libellus, ſed rectius vertas ad Epigenem, quod propria nomina Graecorum latina facere non licet.

αἱρέσεων περὶ τῶν ἐπὶ Περτίνακος δημοσίᾳ ῥηθέντων, non vt alii quidam: *Aduerſus ſectarios de publice dictis coram Pertinace.*) Neque ſane vlterius progreſſus videtur, quisquis in Suidae lexico Galeni elogium texuit, dum ſcribit: *γεγονέναι ἐπὶ Μάρκου καὶ Κομμόδου καὶ Περτίνακος τῶν Καισάρων ἐν Ῥώμῃ.* (Niſi forte vltimum illud *ἐν Ῥώμῃ* non ad imperatores romanos referas, ſed ad Galenum, qui, cum ſub his imperatoribus Romae vixiſſet, poſt Pertinacis necem in patriam ſeſe receperit, ibique reliquum vitae in otio litterario procul ab aula ſtrepituque litterario transegerit, quae videtur fuiſſe mens interpretum Wolphii atque Porti.)

Hactenus quae de Galeno diximus vsque ad aetatis annum LXIII. ex eiusdem *πολλάκις ἐπιαυτολογοῦντος* variis ſcriptis depromta ſunt, nec in dubium a quoquam vlla ratione reuocari poſſe videntur. Quod ſupereſt, an ſub Didio Iuliano, Clodio Albino, Peſcennio Nigro, ac praecipue ſub Seuero, eiusque filio, Antonino Baſſiano, pariter floruerit, et quamdiu vitam Romae, aut Pergami traduxerit, quoue anno aetatis atque aerae Chriſtianae exſpirauerit, quia eruditis viris nondum ſatis exploratum ſcimus, ex eiusdem libris, vel veterum ſcriptorum monumentis disquirendum eſt.

Gerardus Ioannes Voſſius in poſtumo de philoſophia opere cum medicorum ſeriem legit, Claudium Galenum ſub Marco Antonino philoſopho, item filio, Commodo, quin et Heluio Pertinace, Didio Iuliano, Clodio Albino, ac denique Seuero floruiſſe teſtatur. Sed nihil probat, et ab aliis iſta mutuatus eſt. In opere etiam de hiſtoricis graecis atque alibi non ſemel idem auctor Galenum ad Antonini Pii aetatem refert. *Ioannes Martinus Euſtachius*, qui in libro, de vita Galeni ſcripto, hiſtoriam eius viri, foedatam antehac multis fabulis erroribusque, ſummo cum ſtudio illuſtrauit, multa tamen etiam, quae ad rem minus pertinent, intexuit, contendit, Galenum ſub Seuero et Antonino Baſſiano Caracalla vixiſſe, his ductus argumentis, quod ipſe Galenus libro I. de antidotis cap. XIII. teſtetur, ſe theriacam imperatori Seuero, ipſius imperatoris iuſſu, confeciſſe, eodem modo, quo Antonino Auguſto eamdem medicinam parauerat, ac quod auctor libri de theriaca ad Piſonem, qui vulgo Galeno adſcribitur, cap. 2. tom. XIII. pag. 932. referat theriacam a Marci imperatoris temporibus aeſtimari coepiſſe, opinionemque de eius vtilitate maiorem fidem accepiſſe, eius medicamenti vero vſum ſub maximis imperatoribus, nunc viuentibus, communem euaſiſſe (*ἐπὶ τῶν νῦν μεγίστων αὐτοκρατόρων ἡ χρῆσις εἰς τὸ κοινὸν ἔφθασε*). Vtrumque vero argumentum Euſtachii quibusdam infirmius viſum eſt, ac primum quidem, quod ex familiari multorum auctorum conſuetudine Seuerus imperator pro Lucio Vero ſubrogatus ſit, et ipſemet Euſtachius fateatur, pro Vero mendoſe cap. I. libri aduerſus eos, qui de typis ſcripſerunt, haberi Seuerum. Alterum vero, quod in libro de theriaca, per maximos illos imperatores, quorum mentio eſt facta, non Seuerus pater, eiusque filius Baſſianus, dictus de militari tunica Caracalla, ſed Marcus Aurelius et Lucius Verus, Diui, vt loquebantur, fratres intelligendi ſint, vt neceſſe non videatur, fidem libri de theriaca ad Piſonem, quem Iulius Alexandrinus, Petrus Andreas Matthiolus, aliique viri pereruditi abiudicare Galeno moliuntur, ſollicitare.

Isque liber, Galeno adſcriptus, de theriaca ad Piſonem, etſi pro tali non exiſtimandus eſt, quem Galenus ſcripſerit, quod multa in eo occurrunt, a Galeni ingenio prorſus aliena, tamen

men neminem fore arbitror, qui, poſtquam attento animo libros de antidotis perlegerit, non ilico in partes Euſtachii transeat, fateaturque, Galenum non tantum ſub Pertinace, ſed etiam ſub Seuero imperatore vixiſſe. Proponam, quoniam Euſtachius quaedam, ad quaeſtionem pertinentia, praetermiſit, in nonnullis peccauit, atque obſcure admodum et intricate omnia pertractauit, ipſa Galeni verba eaque obſeruationibus meis illuſtrabo, vt nemo in poſterum ea de re ambigere poſſit. Libri enim duo de antidotis ab omnibus vsque ad hunc diem tamquam genuini ſincerique Galeni partus habentur, nec vllus eos, quod ſciam, inter nothos reiecit.

Quae capitibus primo et quarto libri primi de antidotis habentur, praemittenda ſunt, vt cetera, quae ex capite XIII. adferentur, firmius conſiſtant. Primo vero capite libri primi de antidotis pag. 866. tom. XIII. de Aurelio Antonino imperatore, ipſius tempore viuente, expreſſe refert, (ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος αὐτοκράτωρ Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος,) qui quotidie antidotum ſumſerit. Deinde addit: *Fuit autem hoc, quo tempore, ſuſcepto aduerſus Germanos bello, et ille* (imperator Aurelius Antoninus) *in regionibus circa Iſtrum degeret, et ego me illum eo poſſe ſubſequi excuſaueram. Quia vero imperator theriacam, a Demetrio archiatro ſibi confectam, habebat commendatiſſimam, poſt mortem Demetrii ad Euphratem Catholicum ſcripſit, vt is certiorem faceret eum, quis Demetrio adſtitiſſet in componenda antidoto caeſarea. Cumque intellexiſſet, me ſemper Demetrio in componenda theriaca adſtitiſſe, a me antidotum ſibi parari iuſſit.* Capite vero quarto eiusdem libri primi de antidotis, pag. 872. refert, theriacam eo tempore, quo Antoninus imperabat, a multis diuitibus, in priuatos eorum vſus, fuiſſe praeparatam: diuites enim principum morem aut imitari, aut ſaltim imitari videri velle. Poſt obitum vero Antonini a paucis theriacam aut mithridatium in priuatos vſus parari. Capite vero eiusdem libri de antidotis primi XIII. pag. 884. refert, ſe theriacam in priuatos vſus Marci Antonini compoſuiſſe, Commodum vero, Antoninum ſubſequentem, nec theriacae, nec ſimplicium medicamentorum, ad eam parandam idoneorum, inprimis cinnamomi, quod prae ceteris vetuſtate vim ac efficaciam ſuam amitteret, vllam curam habuiſſe, ὥστε τοῦ νῦν ὄντος ἡμῶν αὐτοκράτορος Σεβήρου, κελεύσαντος αὐτῷ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν ἐσκεύαζον Ἀντωνίνῳ, συνθεῖναι τὴν ἀντίδοτον, ἠναγκάσθην, κ. τ. λ. Coactum ſcilicet ſe fuiſſe refert vilius cinnamomum, quodque vetuſtate ſua virtutis aliquantulum perdidiſſet, eligere, his verbis: τῷ μὲν οὖν νῦν ἡμῶν αὐτοκράτορι Σεβήρῳ τὴν ἀντίδοτον ἐσκεύασα τῶν Ἀδριανείων ἐκλέξας κινναμώμων, κ. τ. λ. (cinnamomi, a temporibus Adriani inde in vaſis ligneis ſtudioſe aſſeruati.) Refert etiam aliquot cinnamomi ſpecies, a ſe ſtudioſe collectas, conflagraſſe cum ſcrinio, in quo optima ac pretioſa quaeque repoſuiſſet, eo tempore, quo templum Pacis Romae incendio flagraret.

Ex his aliisque, quae in libro Galeni de libris propriis, et in libro de ordine librorum ſuorum ad Eugenianum occurrunt, et quae in germanis Galeni operibus occurrunt plurima, ad illius vitam aetatemque indagandam plane neceſſaria, diſcimus, Antoninum Pium, quem a Marco Aurelio ea nota diſtinguit, quod eum poſt Adrianum imperatorem fuiſſe expreſſe dicit, non illum fuiſſe, qui ſingulis diebus theriacam ſumeret; ſed Marcum Aurelium Antoninum, philoſophum, de quo tam ſaepe et tam multa referre conſueuit: et Demetrium, archiatrum, ſub belli germanici initiis obiiſſe, eique tum in imperatoria antidoto

doto paranda suffectum fuisse Galenum: atque Commodo, Marci Aurelii Antonini, philosophi, filio, sub quo aedes Pacis conflagrauit, aliisque vsque ad Seuerum imperantibus neglectam fuisse theriacae confectionem, quam Seuerus, *tum imperator*, (τȣ̃ νῦν ὄντος ἡμῶν αὐτοκράτορος Σεβήρȣ: filium, obserues velim, hic taceri: ideoque scriptos illos de antidotis libros videri ante annum CXCIX.) iterum a Galeno, iam sene, voluit confici, necdum elapsis XXX. annis ab expeditione germanica: proinde Seuerum hunc, de quo hic agitur, penitus alterum diuersumque esse a Lucio Vero, qui anno exeunte CLXIX. aut ineunte CLXX. apoplexia periit, licet is quoque aliquando Seuerus vocatus reperiatur.

De theriaca ad Pisonem, vnde alterum probationis argumentum ducere voluit Eustachius, tria obiter obseruare liceat. Ac primum quidem: auctorem libelli illius vixisse sub Seuero, et quidem inter annum aerae Christianae CXCIX. quo Seuerus maiorem natu filium Bassianum, iam a biennio creatum Caesarem, et Marci Aurelii Antonini cognomine insignem, in imperii consortium elegit, atque annum CCXI. quo idem Seuerus, qui cum filio imperabat, Eboraci in Britannia mortuus est, die IV. Februarii: ideoque non mediocriter hallucinatos, qui cum Hieronymo Mercuriali Lucium Verum hic accipiendum esse somniarunt. Verum praestat ipsum eius libri auctorem loquentem audire. Aliquos refert is auctor, singulis diebus, incolumitate corporis ductos, theriacam adsumere: id fecisse Marcum Antoninum, qui paullo ante Romanum imperium summa integritate administrauit, eumque theriaca abunde, et velut alimenti instar esse vsum. Existimationem vero virtutis eius medicamenti ab huius imperatoris temporibus magnam apud homines euasisse, iis scilicet, salute imperatoris et conseruata et restituta huius medicamenti ope, eadem ab eo sperantibus. Sub isto vero principe theriacae componendae opus solum ad eos pertinuisse, qui in eo versati essent: verum sub imperatoribus nunc regnantibus (ἐπὶ δὲ τῶν νῦν μεγίστων αὐτοκρατόρων) vsum eius vulgatum fuisse, ipsis imperatoribus permittentibus, vt quisque aegrotans ea medicina ex ipsorum penu vteretur, eamque benigne omnibus, qui ea egere viderentur, dispensantibus, vti et Antipatro, cui scriptura epistolarum graecarum commissa erat, (de quo vide vitas sophistarum, a Philostrato conscriptas) viro ob morum grauitatem et rhetorices peritiam longe aestimatissimo, cum in renalem morbum incidisset [v]). Ex quibus hoc texitur argumentum: auctor libri de theriaca ad Pisonem Demetrium archiatrum et Marcum Antoninum imperatorem nouit, eum scilicet, (ne ad Pium confugias,) qui singulis diebus theriacam adsumebat; quod vni duntaxat Marco Aurelio Antonino, philosopho, conuenire ex libr. I. de antidotis ostendimus. Ac deinde vixit sub duobus imperatoribus, qui Antipatrum sophistam graecis Augustalibus epistolis praefecerunt, τὸν τὰς ἑλληνικὰς ἐπιστολὰς αὐτῶν πράττειν πεπιστευμένον, et theriacae vsum publicum liberalitate sua, atque in omnes, qui egebant, communicatione frequenti induxerunt. Iis autem notis atque insignibus alii designari nequeunt imperatores praeter Seuerum, eiusque filium Caracallam; quod mihi probandum erat.

Alterum est, Galenum non videri eius libri auctorem, sed alium quemdam medicum, qui Galeno superstes fuerit, et sub imperatoribus Seuero et Caracalla theriacam composuerit

v) De theriac. ad Pison. cap. 2. pag. 932. tom. XIII. cf. initium cap. 3. pag. 933.

fuerit in vſum imperatorum: aut certe ab aliquo nugatore, exercendi ſtili gratia, ex iis, quae apud Galenum in libris de antidotis legerat. plerisque, etiam ſagacibus viris, fucum factum fuiſſe. Non quidem ignoro Aetium Amidenum, Paulum Aeginetam, et poſt eos Arabes omnes, Glycamque, quem mox memorabimus, hunc librum, tamquam genuinum Galeni, citauiſſe. Attamen, quo tempore ſcripſerit Galenus eum librum, non video. Si a Galeno ſcriptus eſt, eum is auctor ſcripſit Seuero atque Caracalla imperantibus, annum vitae ad minus ſeptuageſimum agens. Sed ſtilus iuuenem redolet, a ſenili grauitate plane alienus. Multa praeterea ipſi libro inſunt, a Galeni indole abhorrentia: citationes parcae, quum in aliis libris vbique et ſe laudet, et alios tum laudet, tum culpet. Neque adeo librorum de antidotis meminit, imo potius iis contradicit, quae aliis in libris dixerat. Hinc etiam Hieronymi Mercurialis de hoc libro iudicium, quod in Iuntinis operum Galeni editionibus plerisque legitur, quoque eum Galeno vindicare ſtudet, eum ab hoc auctore, iuuene adhuc, eſſe ſcriptum contendens, veritati minus reſpondere exiſtimandum eſt. Non ſane iuuenis vocandus eſt, qui Marcum Antoninum imperatorem nouerit, annum aetatis XXXIV. aut XXXIX. iam ſupergreſſus, atque deinde ſub Seuero eiusque filio theriacam in vſum imperatorum compoſuerit.

Poſtquam perſpeximus, Galenum vitam vsque ad Seueri tempora protraxiſſe, de morte Galeni, cuius tempus hactenus nondum ſatis exploratum eſt, quaedam proferenda ſunt. In his tamen non eſt mihi animus refellendi inſulſitatem eorum, qui medicorum iſti coryphaeo vitam adtribuunt, ſine vlla valetudine aduerſa ad annum aetatis CXL. protractam. Ex quo vulgare forſan illud adagium enatum eſt, vt Galenica valetudo diceretur pro ea, quae vltra quam ſolenne eſt, proſpera ſit atque inoffenſa. Neque eos confutabo, qui eum volunt ſermonem cum Maria Magdalena familiariter contuliſſe. *Michael* ſane *Glycas*, qui anno Chriſti circiter MCL. ſcribebat annales ſuos ab orbe condito ad annum Chriſti MCXVIII. parte tertia pag. 231. edit. graeco-latinae, quae Pariſiis prodiit, refert, *famam eſſe apud multos, quod medicus ille, Galenus, in Magdalenam inciderit et audiuerit ex ea, Chriſtum quendam a natiuitate caecum ſanaſſe: cui Galenus reſponderit, neceſſe fuiſſe, vt Chriſtus terrae metalla bene cognita habuerit, alioquin viſum caeco reſtituere non potuiſſe. Verum eiusmodi rumorem fabularum in ordinem referimus. Nam fieri prorſus nequit, vt ipſorum de ſententia Galenus cum Magdalena ſit collocutus, qui Marci imperatoris in eis meminerit, quae ad Piſonem perſcripſit, tumque Commodi mentionem fecerit in primo de moribus libro. Nam inter aetatem D. N. I. C. et imperium Commodi propemodum anni CL. intercedunt.* Imo ferme CC. aut etiam plures, ſi ad Seueri, adeoque et Caracallae, poſt patris obitum, imperium cum quibusdam reuocare volueris. Anonymus auctor libri de vita et moribus philoſophorum, annon is fuit Gualtherus Burlaeus, Anglus, Ioannis Dunſii cum Guilelmo Ochamo ſedulus auditor, deinde impugnator acerrimus; et nominalis philoſophiae bonus adſertor: qui prius Oxonii, poſt Pariſiis ad annum MCCCXXXVII. theologiae doctor? vt poſt Lelandum aliosque; Baleus et Piſeus, opere ſuo, de illuſtribus britanniae maioris ſcriptoribus, referunt: quibus noſtra aetate ſubſcripſit Ioannes Gerardus Voſſius, libro de hiſtoricis latinis; is, inquam, auctor, opuſculo illo laudato, (vnde, ſed hallucinando, Guido de Cauliaco, celebrium ſuorum de chirurgia ſcriptorum ſtatim initio notat, Galenum anno aetatis LXXX. diem extremum clauſiſſe:) quod plane ſine vlla exceptione, inſignis, ſi quis vmquam fuit, nulliusque pudoris, plagiarius, Antonius a Sala, Mombel-

Mombellensis Iuris consultus, Casali in Italia, apud Bernardum Grossum, impressorem ducalem, anno MDCIII. in 4. vt vocant, tamquam ingenii sui vigiliarumque partem publicauit dicauitque Vincentio Guerrerio, Montisbelli comiti. Porro, anonymus, seu Burlaeus ille, postquam de secundo philosopho, (in quo desinit plagiarii nostri codex,) Apollonio Chalcidense, Basilide Scythopolitano, ac Tauro Berytio egit; Galienum (sic enim scribit, ex vulgi, ni fallor, quocum versatus fuerat, Gallorum loquendi consuetudine, quod non Galen, sed Galien pronunciare solet,) celebrem toto orbe medicum, apud Pergamum Asiae natum, Hippocratis studiosissimum interpretem, vixisse docet annos LXXXVII. cum librorum multorum, praesertim medicinalium, conscriptioni insudasset. Hic autem annorum numerus, non quidem, vt vult Guido Cauliacus, octogesimus tantum, praescribitur in codice MS. locupletissimae bibliothecae Alexandri Petauii, exarato in membranis, anno Christi MCCCCLII. vt in fine adscriptum est; ex quo vel solo, etiamsi cetera deessent plagii indicia, manifeste patent. Eumdem quoque numerum LXXXVII. annorum praefert vetus eiusdem libri editio, in primis fere typographiae incunabulis; Lutetiae, et id in monte D. Hilarii, in aedibus Radulfi Lalisеau suscepta, Eustachio incognita. Vnde patet, Guidonem non somniasse, quod scripsit: et librum de vita et moribus philosophorum, (fac, vt plebeius sit atque vulgaris,) ante Eustachium alicubi adparuisse. Mortuus ergo fuerit Galenus, ex huius racematoris philologi sententia, si subductas, supra a nobis de eius anno natali, rationes amplecti velimus, anno salutis restauratae CCXVII. quo Antoninus Caracalla, Seueri imp. filius ac successor, die IV. Aprilis, inter Edessam et Charras, a Martiale centurione interfectus est. Quod si verum sit, non aberrauit Ioannes Tzetzes w), qui in chiliadibus suis prodidit, Galenum adhuc sub Caracalla vixisse. Verum mihi longe probabilius visum est semper, quod anonymus alter, a Suida in dictionarium suum relatus, adfirmat, Galenum annos demum LXX. vixisse, ἐβίω ἔτη ὀ. proinde obiisse postremo saeculi tertii post Christum natum anno, a morte Lucii Veri vno supra tricesimum. Parcior enim foret, multoque, quam par sit, adstrictior, quisquis breuiorem in gyrum Galeni annos reuocare vellet, eumque anno Christi CXCIII. quo Pertinax occisus est, aetatis suae LXIII. obiisse contenderet, aut forte aliquo ex proxime sequentibus: fatendum enim est, eum per sex aut septem annos sub Seuero, a quo in aulam reuocatus dicitur, floruisse.

Fabularum ceterum Galeni historia plenissima est. Ei enim viro, quem sequebantur medici, post eius aetatem viuentes, inprimis Arabes et Arabistae, quemque Dei instar suspiciebant colebantque, permulta tribuerunt, quae aut miraculosa videri possent, aut talia vt Christianorum sectae, in quam vehementer in operibus suis inuectus est x), fauere videretur, in quem errorem, praeter alios multos, incidit *Renatus Charterius* y), qui Galenum

 in

w) Tzetzes chiliad. XII. histor. 397.

x) Acerrimus est Galenus contra Christianos et Iudaeos eisque succenset, quod legibus nulla earum demonstratione facta obtemperant. Sic libr. II. de different. pulsuum cap. 4. pag. 43. tom. VIII. dicit: Κάλλιον δ' ἂν ἦν πολλῷ προσθεῖναί τινα εἰ καὶ μὴ βεβαίαν ἀπόδειξιν, παραμυθίαν γ' οὖν ἱκανὴν τῷ λόγῳ περὶ τῶν ὀκτὼ ποιοτήτων, ἵνα μήτις εὐθὺς κατ' ἀρχὰς ὡς εἰς Μωϋσοῦ καὶ Χριστοῦ διατριβὴν ἀφιγμένος, νόμων ἀναποδείκτων ἀκούῃ, καὶ ταῦτα ἐν οἷς ἥκιστα χρή. Libro vero de differentiis pulsuum II. cap. 3. pag. 68. tom. VIII. haec dicit: Θᾶττον ἂν τις τοὺς ἀπὸ Μωϋσοῦ καὶ Χριστοῦ μεταδιδάξειεν, ἢ τοὺς ταῖς αἱρέσεσι προστετηκότας ἰατρούς τε καὶ φιλοσόφους

y) *Ren. Charterius* in vita Galeni cap. 43. pag. 97. in Oper. Hippocr. et Galeni tom. I. Retulit haec ex Mundino et Schedelio nimis credulus Charterius.

in Iudaeam profectum esse adserit, vt Christi miracula exactius cognosceret perspiceretque. Alii Galenum in Hispania natum esse adfirmarunt, Serenique nomen in Galeni nomen mutatum [z]), quod vtrumque falsum est. Multa alia, plane efficta, Arabes de eo retulere, praesertim *Gregorius Abul-Pharajus* in hist. dynast. pag. 77. conf. Assemanni bibl. oriental. Clementin. Vatican. tom. II. pag. 315. Neque mirum est, Arabes de eo viro, a quo vniversa eorum medicina processerat, permulta esse fabulatos, mira et inaudita alias. Galeni effigies ex vetustissimo codice Dioscoridis, qui exstat in bibliotheca Caesarea Vindobonensi, post Lambecium, II. pag. 551. Nesselium, ac Bellorium dat *Iac. Gronouius*, tom. III. antiq. graecar. lit. k. k. k. k. Alia effigies, quam repetiit *Charterius*, est in iconibus Sambuci nr. 19. Galeni effigiem hoc elogio ornauit Magnus medicus, (vid. Antholog. Graec. lib. IV. p. 485. Cl. Osterhausen in histor. sectae medicor. pneumaticor. sect. I. §. 4.)

> Ἦν χρόνος, ἡνίκα γαῖα βροτοὺς διὰ σεῖο, Γαληνέ,
> Δέχνυτο μὲν θνητοὺς, ἔτρεφε δ' ἀθανάτους.
> Χήρευσαν δὲ μέλαθρα Πολυκλαύτου Ἀχέροντος,
> Σῇ παιηονίῃ χειρὶ βιαζόμενα.

Id vero in vita Galeni non omittendum est, eum plura itinera, eaque paene omnia rei medicinalis exactius cognoscendae caussa, instituisse. Asiae partem magnam paragrauit. In Cyprum nauigauit, videndorum, quae in ea insula sunt, metallorum caussa: in Coelesyriam, Palaestinae partem, profectus est, bituminis, et aliorum inspiciendorum caussa: in Lemnum insulam enauigauit, vt cognosceret, num sanguis hircinus terrae isti admisceretur, quae, impresso ei sacro Dianae signo, Lemniae terrae nomine diuendebatur. Quum enim iterum ex Asia Romam peteret, pedestre iter fecit, per Thraciam, Macedoniam et a Troade Alexandria in Lemnum adnauigauit, nactus illic nauem, quae ad Thessalonicam cursum dirigebat. Adpulit quidem ad insulam, verum finem sibi propositum non consequutus est, nauclerus enim ad eam partem insulae, quae vocatur Hephaestias et in qua eius terrae copia est, non adpulit, sed ad contrariam: hinc quum Roma in Asiam rediret, eum demum finem consequutus est. Nam postquam ex Italia in Macedoniam traiecerat, eamque paene totam pedestri itinere pertransierat, Philipposque peruenerat, quae vrbs est finitima Thraciae, ad mare descendit, quod proximum aberat CXX. stadiis: primumque Thason petiit, atque illic Lemnum, ex qua insula Alexandriam Troada traiecit, eoque itinere ea loca adiit, ipseque perscrutatus est, ex quibus Lemnia terra petebatur [aa]). Gagatis etiam lapidis in solo, quo reperitur, videndi et explorandi caussa totius Lyciae littora parua nauicula circumnauigauit, Gagatis fluuii, in cuius littoribus is lapis reperiri dicebatur, videndi caussa: lapides vero, Gagatem referentes, crustaceos, nigros, et qui in ignem coniecti exilem flammam ederent, complures ex Coelesyria asportauit, natos in colle, mortuum mare circumdante, vbi et bitumen reperit [bb]). Peragrasse eum Asiae regiones quamplurimas,

z) Vid. *Nicolaus Antonius* in biblioth. veteris Hispaniae libr. I. cap. 20. vbi de Claudio, Galeni praenomine.

aa) Gal. libr. IX. de Simplic. medicam. facult. cap. 1. nr. 2. pag. 247. tom. XIII.

bb) Gal. libr. IX. de Simplic. medicam. facult. cap. 2. nr. 10. pag. 257. tom. XIII. Vt opobalsamum stillare videret, Palaestinam adiit. conf. de antidotis libr. I. cap. 4.

plurimas, locus inprimis docet in commentariis in Hippocratis de diaeta in acutis [cc]), vbi dicit: ἐγὼ γοῦν καὶ κατὰ τὴν Κιλικίαν, καὶ Φοινίκην, καὶ Παλαιστίνην, καὶ Σκῦρον, καὶ Κρήτην εὗρον οὕτως τοιούτους. ἀλλ' ὅμως οἷον εἴρηκα, καὶ κατὰ πάντα τὰ χωρία τεθέαμαι, καὶ τό γε θαυμασιώτερον, ὅτι καὶ κατ' Αἴγυπτον. Italiae etiam partes plures peragrauit. In Campania ſe fuiſſe teſtatur in opere de ſanitate tuenda [dd]).

II. Vt autem accuratius intelligatur, quaenam Galenus, quem ipſe poſteriores inter Graecos medici vehementer coluerunt, quemque Arabes et Arabiſtae omnes preſſo pede ſequuti ſunt, cuius etiam poſt reſtauratas litteras inter medicos fuit ea et admiratio, et veneratio, vt ſyſtematis, quod in medicinali ſcientia condidit, partem non exiguam medicina noſtrorum etiam temporum receperit, permultasque medicinales doctrinas eodem modo adhuc proponat, quo ab ipſo, primo earum auctore, proponebantur, quem θαυμάσιον καὶ πολυμαθέστατον ἄνδρα [ee]) antiquitas dixit, alii θειότατον adpellare eumque adeo adorare non erubuerunt: vt, inquam, intelligatur, quid Galenus ad medicinam amplificandam contulerit, primum diſpiciendum eſt, quaenam medicinae facies ratioque fuerit iis temporibus, quibus Galenus ſcriptis permultis libris ei ſcientiae aliam formam dabat, deinde quaenam in ſingulis medicinalis ſcientiae diſciplinis dilatandis ipſe effecerit, tandem vero quaenam ſyſtematis medicinalis, quod tradidit perfectius limatiusque antiquioribus omnibus, ab eo conditi, ratio fuerit.

III. Medicina, quam Hippocrates Cous a ſapientiae ſtudio primus abſciderat [ff]) et practica, et inprimis theoretica, a philoſophorum placitis intemerata poſt Hippocratem non diu manſit. Hinc nati ſunt medici dogmatici, qui rationem omnium in medicina dare volebant ex elementorum qualitate ad corpus humanum et in ſano, et in aegro ſtatu adplicata: nati ſunt medici methodici, qui, Epicuri ſyſtemate philoſophico in medicinam illato, auctore *Aſclepiade*, *Themiſone* atque *Theſſalo*, communia in morbis intuentes eorum duo ſumma genera eſſe ſtatuerunt, alterum adſtrictum, alterum fluens, tertiumque ex vtroque compoſitum, ac morborum omnium, vti et ſanitatis rationem in difficili faciliue moliculatum per poros tranſitu fluxuque poſuerunt. Nata erat centum circiter ante Galenum annis, Nerone aut Veſpaſiano Romanis imperantibus, auctoribus Athenaeo, Theodoro, Agathino, Archigene, Herodoto, Magno et Leonide, ſecta medicorum pneumaticorum, quae in proſpera et aduerſa valetudine omnia a ſpiritu ſtoicorum philoſophorum, cuncta penetrante, deducebat, et contemplatiuam medicinam ſingulari modo, per definitiones atque diuiſiones ſubtiliſſimas tractabat. Erant praeterea in Graecia, Italia, aliisque terris, Romanorum, quod tunc latiſſime patebat, imperio ſubditis, aliae medicorum ſcholae, hunc vel illum antiquiorem auctorem maxime ſequentium. Sic Romae atque Alexandriae Galeni temporibus exſtabant ſcholae medicorum Herophileorum, Eraſiſtrateorum. Diſceptatio vero iſta medicorum dogmaticorum, eorumque de abditis morborum, quas ſtatuebant, cauſſis,

cc) Gal. Comment. III. in Hippocr. de victu acutor. text. 8. pag. 85. tom. XI.

dd) Gal. de ſanitate tuenda libr. VI. cap. 11. pag. 180. tom. VI.

ee) Simplic. IV. phyſic. conf. Alexander Trallianus.

ff) Celſus in praef. ad libr. I. de re med. p. 3. edit. Krauſ.

caussis, diuersae sententiae effecere, vt mox in curandis morbis non de morborum originibus, sed de medicinis, ad eos curandos idoneis, medici fierent solliciti. Hinc, multiplicata etiam post Alexandri Magni tempora medicamentorum ad morbos curandos copia, auctore Philino Coo, qui primus medicinam a rationali disciplina abscidit, occasione ab Herophilo, praeceptore suo, accepta, empiricorum medicina nata est, sectae nobilissimae, quae Heraclide praesertim Tarentino auctore effecerit, ne omnis medicina in vanas aut saltim parum vtiles contemplationes abiret, vtque in morbis minus ad abditas eorum caussas, quae semper ambiguae atque incertae sunt, magis ad caussas eorum manifestas et sensuum ope percipiendas et ad medicinas iis depellendis efficaces respiceretur.

Galeni temporibus sectarum studium inter medicos tantum erat, vt inter medicos, non essent nisi sectae suae, aut dogmaticorum, aut methodicorum, aut pneumaticorum, aut empiricorum addicti, aut Erasistratum, Herophilum, aut quemcunque alium auctorem sequentes. Neque eorum, qui, Agathino auctore, condita secta episynthetica, siue eclectica optima quaeque quarumcunque sectarum placita in systematis cohaerentis formam redigere volebant, fortuna magna fuit.

Omnes vero hae sectae medicorum a priscis suis institutis vehementer desciuerant, quod inprimis rixarum atque contentionum caussa factum est, quae facile nos mouent, vt, veri neglecto amore, actique sectarum ipsarum studio, extrema quaeque tueamur. Dogmatici, qui post eorum sectam, ducibus medicis Hippocrateis, exortam, manifestas morborum caussas in eorum curatione instituenda non neglexerant, missis his, abditis tantum inhaerebant, prouti eas ratiocinium suppeditabat: hinc pleni eorum libri fiebant definitionum, distinctionum, explicationum, subtilitatum: idem subtilitatis et in definiendo et distinguendo studium, quo pneumatici medici, stoicorum philosophia ducti, inclaruerunt, effecit, vt ne Galenus quidem, etsi senex ac magno ingenio praeditus, ac in lectione librorum eius sectae diligenter versatus, libros omnes ab Archigene scriptos posset intelligere [gg]). Methodicorum secta, Thessalo Tralliano auctore, alios medicos omnes vituperans et sola sibi sapere visa, communitatibus suis sese continebat, medicinalisque scientiae suppellectilem tam curtam efficiebat, vt idem, quem dixi, Thessalus se quemque sex mensium spatio medicum effecturum, profiteri haud dubitaret. Empirici etiam a prisco suo instituto, eoque nobilissimo, deflexerant: rati enim, medicamenta morborum causa existere, his, non vero morbis, studebant.

Multa tamen etiam incrementa medicinam cepisse temporibus, quibus Galenus animum ad eam applicuit, non negandum est. Anatome, Aristotele atque Herophilo auctoribus primum nata, regum Ptolemaeorum studio vehementer adiuta, Alexandriae maxime floruit, mox auctoribus Marino, Rufo Ephesio, Quinto, Lyco, Satyro, Numisiano subtilius culta est. Pathologiam, ratiociniis medicorum dogmaticorum maxime auctam, dilatarunt noui permulti morbi, ex Africa in Italiam relati: medicinalem vero materiam et mercatura, quae Romanis cum aliis gentibus his temporibus copiosa erat, et empiricorum studium, quod maximum erat in medicamentorum natura exquirenda. Contulit etiam ad venenorum et antidotorum post Nicandri et Mithridatis tempora naturam exquirendam ingenium Romano-

gg) Galen. de loc. adfect. lib. II. cap. 9.

Romanorum, ad veneficia caedesque veneno factas procliue. *Medicorum his temporibus studia diuisa erant inter caussarum latentium indagationem et medicamentorum compositiones excogitandas, paruumque erat, quod medicina, homini vtilis futura, inde acciperet emolumentum. Rixis et contentionibus partim inter sectas, partim inter medicos, vni sectae addictos, inprimis dogmaticos, caussa multiplex ansam dabat, verum haec non ad medicinam vtiliorem certioremque reddendam, sed potius ad distinctionum, diuisionum, hypothesium copiam augendam, et ad rigorem quendam contulerunt, quem singulae sectae seruabant, quique vix permittebat, vt, quas vtilia aliae haberent sectae, collecta ad vnam redirent* [hh]).

IV. Galenus, Hippocratem se sequi in omnibus, quae ad medicinam pertineant, adfirmans, hinc nulli sectae addictus videri volens, etsi dogmatici medici speciem in omnibus libris prae se ferebat, enisus id maxime est, vt singulas medicinae disciplinas exactius digereret, absurda, a sectarum studio profecta, reiiceret, vera quae ipsi viderentur et probata in systematis formam redigeret, dictisque his a prioribus medicis sua cogitata, sua inuenta adderet. Quod non solum in singulis medicinae disciplinis effecit, sed etiam ex singulis systemate medicinae composito, omnium, quae aetas ante eum tulerat, temporaque post eum erant latura, perfectissimo, plenissimo, cohaerentissimo.

Anatomen, scriptis libris nouem plenioribus, postquam priores interciderant, de anatomicis administrationibus, librisque aliis permultis de ossibus, musculis, venis, arteriis, neruis, vtero, vocalibus instrumentis, cet. quos infra curatius enarrabo, studio maximo excoluit, vsumque, quem partes singulae corporis humani habeant, primus exacte docuit, scriptis XVII. de vsu partium libris, ad optimos, quos Galenus reliquit, referendis, in quibus et primus omnium physiologiae corporis humani systema condidit, creatorisque summi admirandum demonstrauit artificium, quo hominis partes singulas concinnauit. Etsi quidem Vesalio, aliisque anatomicis et priorum, et nostrorum temporum, recte monentibus, homines non incidit [ii]), verum potius, quod ex innumeris eius locis patet, de animalibus tantum loquitur, simiis praesertim, quas inciderit, quarumque partes humanis proxime accedant, ac humani corporis internas partes non vidit, nisi ossium compagem, quam in humano sceleto medici demonstrabant, qui Alexandriae medicinam docebant, aut viscera, quae subinde in gladiatoribus aut barbaris militibus vulneratis nuda deprehenderentur, in animalibus tamen, potissimum in simiis, sectiones et copiosissimas et non raro artificiosissimas, instituit. Suas incisiones, Romae factas, passim citat, et testes Eudemum Peripateticum, Alexandrum Damascenum, consulem Boethum, alios permultos. In brutorum dissectionibus non modice versatus fuit, et potissimum difficillima in viuis animalibus experimenta suscepit, quae ne nostro quidem aeuo facilia forent, vt neruorum subtiles sectiones, qui musculos intercostales adeunt [kk]). Multa etiam inuenit rectiusque dixit, praesertim in neruorum enumeratione, ac in descriptione cursus, quem seruant, vbi quoque ne subtilissimos quidem neruos ab eo praetermissos esse deprehendas: verum tamen passim, vbi plurima luce esset opus,

hh) Vid. meas institutiones historiae medicinae cap. XX. §. 275.

ii) Haller in biblioth. anatomic. libr. I. §. 59. tom. I. pag. 83.

kk) Haller ibid. pag. 83.

opus, prolixo ſermone atque aliqua nebula ſe inuoluit, et veterum monumenta cum ſuis ita miſcuit, vt et quae ipſius ſint, quae aliorum, quae hominis ſint monumenta, quae beſtiae, non diſtinguas. Eadem etiam in aliis libris aliter tradit, quod inde pendet, quoniam, quae ſenex ſcribebat, politiora erant, atque ex iteratiore obſeruatione ac experimento petita, neque tamen, propriae laudis vehementer ſtudioſus, quae iuuenis ſcripſerat, his volebat confutare.

Nullam aliam medicinae partem, medicis ſuo aeuo notam, intactam reliquit. Botanices etſi minus ſtudioſus, aliquanto pauciores plantas, quam Dioſcorides, recenſuit, plura tamen et animalia habet, et mineras numeroſiores. In reliqua materia medica, inque mineris miſy et terra Lemnia recte cognoſcendis proprium laborem poſuit, rariora quaeque, ad medicinalem materiam pertinentia, collegit, et ingenti mercede conduxit, a quibus medicamentorum rectam praeparationem acciperet.

Pharmaciae fuit peritiſſimus, et ipſe medicamenta ſollicita cura ſua manu praeparauit, ſaepe etiam ruri, et per inopiam receptorum medicamentorum, noua et ſimpliciora compoſuit. Porro medicamentorum componendorum artem, vt videtur, exquiſite didicit. Chemiam, nondum inuentam, vtique ignorauit, ſenſit tamen, ſibi deeſſe.

Felici morborum curatione diagnoſique exacta ac praeſagio futurorum euentuum maximam Romae gloriam conſequutus eſt, talemque, vt prae omnibus aliis medicis graecis, Romae ſuo tempore degentibus, maximi haberetur [u]). Sequutus eſt, quem et dogmatici et empirici neglexerant in ea medicinalis artificii parte, Hippocratem in morborum adnotatione, neque tamen in morborum hiſtoriis, quas ſcripſit, adeo ſolers fuit curansque etiam minutiſſimorum, quam Hippocrates; deceptus ſine dubio abditarum cauſſarum, quas adfectabat, ſtudio, animoque eius per id inter ſedulam obſeruationem atque de altiore origine et indole morbi ratiocinia diuiſo. Multas ſanationum hiſtorias a ſe peractarum ipſe enarrauit, probantes,

u) Conf. inprimis Galeni librum de praenotione ad Epigenem, in quo mira permulta de euentu praenotionum, a ſe factarum, enarrat. Exſtat is liber in tom. VIII. edit. Pariſ. p. 829. Vid. etiam Galen. de criſib. libr. I. cap. 20. p. 406. tom. VIII. de different. febr. libr. I. cap. 7. p. 114. tom. VII. In praeſagiis formandis ne per totam ſuam vitam vnquam offendiſſe, per ipſos Deos teſtatur in comment. III. in Hippocr. libr. I. de morb. vulgarib. text. 17. pag. 97. tom. IX. Multos exiſtimaſſe, ſe numine quodam afflatum futura in morbis praedicere, refert in comment. III. in prognoſt. Hippocr. text. 37. pag. 685. tom. VIII. conf. de different. febr. libr. II. cap. 7. pag. 133. tom. VII. de ſimplic. medicament. facultat. libr. X. cap. 2. nr. 6. p. 279. tom. XIII. de loc. adfect. libr. V. cap. 7. 8. pag. 495 ſq. tom. VII. quibus capitibus permulta de felicitate, qua in praeſagiis vſus ſit, refert. Vid. etiam de ſanitate tuenda libr. I. cap. 8. pag. 54. tom. VI. De fama, quam in morborum curationibus conſequutus eſt, vid. de loc. adfect. libr. IV. cap. 2. pag. 454. tom. VII. vbi refert, ex Iberia etiam, Celtica, Aſia, Thracia, aliisque regionibus per epiſtolas aegrotantes oculorum ſuffuſione ab eo medicamenta petiiſſe. Qua ratione vero in medicinalis ſcientiae ſtudio vſus ſit, perſpicitur ex methodi medendi libr. VII. cap. 4. p. 157. tom. X. de compoſit. medicamentor. per genera libr. III. cap. 2. pag. 717 ſq tom. XIII. de ſuccorum bonitate et vitio cap. 5. pag. 428. tom. VI. Sanata a graui morbo coniuge Boethi conſulis is quadringentos aureos ad eum miſit, auxitque medicorum inuidiam, quod is laudibus eum extolleret. Quin etiam ipſe Boethus, quemadmodum et Seuerus, opera a ſe geſta haud detrectabat indicare Marco Aurelio Antonino, Romanae vrbis imperatori. vid. Galen. de praenot. ad Epigenem cap. 8. p. 484. tom. VIII.

tes, cum maxima felicitate in artis exercitio eſſe vſum. Marcum Antoninum, ex eſu caſei febricitantem, vnguento nardino, vino et pipere ſanauit. Commodum deriſa a matre medicorum methodicorum diatrito, narium haemorrhagiam paſſurum praeuidit et ſanauit. Boethi, conſulis, vxorem, fluxu muliebri laborantem nihil proficientibus celeberrimis medicis, purgando reſtituit. Eudemum, philoſophum, quartana multiplici media hieme liberauit, praedixitque accurate, quo tempore quaeque coniunctarum febrium eum eſſet relictura. Pulſum ſubtiliter tetigit et per plurimas diuiſiones diſtinxit, eoque etiam et aliis ſignis medicis adeo perite ſe vſum fuiſſe ſibi teſtis eſt, vt potiſſimum ex agnoſcendis morbis eorumque euentibus praedicendis inclaruerit. Ita nobilis feminae amorem detexit, quae Pyladem, ſaltatorem, deperibat, et ſeruum, ob criminis detecti metum melancholicum, et Boethi conſulis filiam, clam vetitos cibos vorantem, culpae redarguit, vnde ei febris nocturna accedebat. Pulſum etiam intermittentem nonnullis naturalem eſſe ſenſit. In ſe ipſo, quum floccos carperet, phrenitidem imminere ſenſit et de periculo medicos monuit, iecur ſibi adfectum eſſe continuo agnouit, quum alii medici vitium in pulmone quaererent [mm]).

In chirurgia etiam fuit verſatus, tamen poſt gladiatorum curam, quam Pergami geſſerat, poſtquam Romae ſedem ſibi fixerat, curationes, quae manu fiunt, vtplurimum chirurgis reliquit. Mitem curationem amauit, hinc maſculam chirurgiam neglexiſſe videtur. Operationes tamen, quas vocant, chirurgicas, inſtituit, ſternum perforauit, ad materiam, ſub eo collectam, educendam, ac de curationibus vulnerum, vlcerumque, nec non de oſſium fractorum curatione atque de deligatione vinculisque plura eaque vtiliſſima tradidit. Ipſe multos morbos chirurgici generis tulit. Illitionibus vlcus femoris in ſeipſo ſanauit, cum iam videretur incidendi eſſe neceſſitas. Acromium ſibi elapſum et agnouit, et male curantem aliptam correxit, et ſe ipſe reſtituit. Quum peſte laboraret, ſcarificato crure ſe ſeruauit. Iugulum ſibi incuruatum ſenſit, et ad humerum adductum, cum maximo frigoris ſenſu, et conuulſionis motu in ceruicis muſculis [nn]).

V. Maxime autem inclaruit condito a ſe ſyſtemate ſcientiae medicinalis nouo, pleniſſimo, quod medici omnium gentium per mille et quod excurrit annos vnice ſequuti ſunt. Finis autem in eo ſyſtemate condendo ei praecipuus is erat, vt ad obſeruationis ſtudium, quo Hippocrates maxime inclaruerat, medicos reduceret, vt eos doceret, plurimi intereſſe in morborum curationibus medico, vt eos recte cognoſceret, ſimul vero medicinam rationalem efficeret, ſiue eam, quae ſingulorum euentuum, et in ſano et in aegro corpore, rationem rectam et ſubtilem etiam redderet. Hinc etſi dogmaticorum partes ſequebatur, maxime in ratione de omnibus rebus medicinalibus reddenda, tamen Hippocraticus medicus dici maxime amabat, Hippocratem a ſe primum inter omnes medicos recte eſſe intellectum atque explicatum gloriabatur. Eius vero libros medicinales permultos maximo ſtudio commentariis illuſtrauit, quorum pars longe maxima ad nos peruenit. Hinc etſi a partibus dogmaticorum erat, non tamen dogmaticus, verum potius Hippocraticus medicus et eclecticus dici maluit.

Elementa

mm) Haller bibliothec. medic. practic. libr. I. §. 81. tom. I. pag. 229 ſq.

nn) Haller bibliothec. chirurg. libr. I. §. 39. tom. I. pag. 85 ſq.

Elementa et vniuerſae naturae, et ſingulis corporibus eſſe ſtatuit cum dogmaticis antiquis, Empedoclem ſequentibus, ignem, aquam, aerem, terram: igni vero eſſe qualitatem calidam, aeri frigidam, aquae humidam, terrae ſiccam. Eas vero qualitates puras in corpore non exiſtere, ſed pro mixtura elementorum in partibus compoſitionem qualitatum naſci, quae temperamentum, τὴν κρᾶσιν, conſtituat. Hinc euenire, vt et particula alia alia ſit calidior, frigidior, humidior, ſiccior, aut vt binae qualitates componantur, calidum et ſiccum, calidum et humidum, frigidum et ſiccum, frigidum et humidum. Inde compoſitiones naſci tot, quot per quatuor has qualitates poſſibiles ſint, totidemque temperamenta.

Eſſe vero in animali corpore etiam quatuor humores, ſanguinem, pituitam, bilem flauam et atram. Sanguinem materiam generationis et nutritionis humano corpori ſuppeditare: reliquos tres humores naturales quidem eſſe corpori humano, attamen excrementitios. His humoribus certas ſuas qualitates eſſe, pro elementi, ex quo maxime compoſiti ſint, abundantia, ſanguini calidam et humidam, pituitae frigidam et humidam, bili flauae calidam et ſiccam, bili atrae frigidam et ſiccam. Mouens in corpore animali principium ſpiritus eſſe ſtatuit, eorumque materiam in aere contineri. Spiritus in naturales, animales et vitales diuiſit. Naturales ex ſanguine eleuari ac in hepate maxime contineri docuit; vitales in corde, ex quo vitae calorisque principium per corpus diffundatur, animales in cerebro, ex quo motus et ſenſus principia procedant. Hinc triplex quoque genus actionum in corpore humano ſtatuit, naturalium, vitalium, animalium.

In ſanitatis ſtatu elementorum, et qualitatum, quibus gaudeant, mediam temperaturam adeſſe, εὐκρασίαν vocauit, et debitam conuenientiam, συμμετρίαν ipſi dictam. Vt itaque ſanitate proſpera fruamur, opus eſſe, vt partes ſimilares debita calidi, frigidi, humidi, ſicci temperie ſint dotatae: compoſita vero ex his ſimilaribus partibus organa debitum ſitum, magnitudinem, figuram, numerum habeant. Hominem, his gaudentem, optimo habitu, εὐεξίαν dixit, eſſe praeditum, quem in ſimplicem et athleticum, in quo carnis iuſto maior copia adſit, diuiſit.

Corpus ſemper adfici dixit, in quocunque ſtatu exiſtat: hinc adfectus (πάθος) et in ſano et in aegro corporis ſtatu exiſtere docuit. Morbum dixit adfectum contra naturam, in quo functio ſeu actio laedatur. In morbis vero ſemper ad haec reſpiciendum eſſe: 1) ad functionem vitiatam: 2) ad id, quod hunc adfectum peperit: 3) ad cauſſas, quae ipſum adfectum praecedant; 4) ad ſymptomata, quae adfectum neceſſario ſequantur. Morborum genera ſumma duo poſuit, alia in ſimilaribus partibus, alia in inſtrumentalibus. Similarium partium morbi ratio Galeno in ipſarum intemperie (δυσκρασία) erat, eaque intemperies ipſi erat duplex, aut cum materia, aut ſine illa. Sine materia ſimilarium partium morbi erant, ſi pars calidi, frigidi, ſicci, humidi exceſſu defectuue laboraret. Cum materia morbi harum partium erant, ſi humor quidam, eiusdem, cum intemperie, naturae ſimul in parte adfecta congeſtus eſſet. Talis intemperies et ſimplex eſſe poterat, et compoſita. Simplex erat, ſi vna alteraue ex his quatuor qualitatibus aut excederet, aut deficeret: compoſita, ſi duae iunctae ſimul eſſent, calidum et ſiccum, calidum et humidum, frigidum et ſiccum, frigidum et humidum. Morbos organicorum ſiue inſtrumentalium partium

pārtium ſtatuebat 1) ratione figurae, 2) ratione numeri particularum, 3) ratione quantitatis, 4) poſiturae.

Morbi cauſſas in internas et externas diuiſit. Externas occaſionalium, ſiue procatarcticarum nomine primus inſigniuit, eosque in ſex rebus non naturalibus, quae quoque nomen ſuum ab eo acceperunt, ſitas potiſſimum eſſe exiſtimauit. Has in actionem concitare internas cauſſas docuit, quarum duplex genus ſtatuit, antecedentis morbum, ſeu *προηγȣμένης*, et cum morbo coniunctae. Internas has cauſas duplicem naturam habere, aut in inaequali elementorum mixtura ab eaque pendente inaequali temperie, vel etiam in exceſſu vel defectu elementorum et qualitatum, quas habere debent: aut in quatuor iſtis humoribus, quos ſupra diximus, quos triplici vitio poſſe laborare dicebat, abundantia, defectu, cacochymia. Abundantiam et defectum ad ſanguinem maxime retulit, cacochymiam ad tres reliquos humores. Eam ſic explicauit, vt ſingulis humoribus, ex ſuis elementis compoſitis, pro horum ratione qualitatem ſuam, non vero ſimplicem, ſed compoſitam, tribueret. Bilem calidam et ſiccam, atram bilem frigidam et ſiccam, pituitam frigidam et humidam, ſanguinem calidum et humidum eſſe. Cacochymiam naſci, vbi harum qualitatum in humoribus quaedam vel excedat, vel deficiat. Symptomata diuiſit in tres claſſes: 1) in ſymptomata actionis laeſae; 2) in ſymptomata qualitatis vitiatae; 3) in ſymptomata excretionis vel retentionis.

In curatione morborum princeps Galeno regula erat, naturam conuenientium ope conſeruandam, contrariis vero medicinis morbos curandos eſſe. In omni morbo exſpectandum eſſe cenſebat, vt morbus abigeretur, vires vero conſeruarentur. Illud per contraria, hoc per conuenientia eſſe peragendum. Omnibus, quae curanda morbi indicarent, ſatisfacere diaeteticen, pharmaceuticen, chirurgicen. In diaeta Hippocratem, in quibusdam etiam Aſclepiadem ſequutus eſt. In medicamentis vero adhibendis hoc ratiocinio vſus eſt: naturalia corpora omnia ex quatuor ſuis elementis compoſita eſſe, hinc etiam quatuor qualitates, quibus diſtinguantur elementa, habere debere, calorem, ſiccitatem, frigus, humiditatem. Quum vero ſingula corpora naturalia modo diuerſo ſint compoſita, neceſſe eſſe, vt in altero haec, in altero alia qualitas emineat. Sanum itaque hominis ſtatum ſeruari optime per alimenta, quae efficiant, ne id nimis incaleſcat, frigeſcat, ſiccetur, humectetur. Quumque inaequalitas quaedam in temperie ſanorum etiam locum habeat, quibus calida haec eſt, frigefacientia, quibus frigida, calefacientia, quibus humida, ſiccantia, rel. conuenire, perque eam diaetam temperamentorum vitia optime corrigi. Eamdem rationem medicamentorum in morbis eſſe, frigida calidis, humida ſiccis, contrariis contraria curari. Omnium hinc medicamentorum primam qualitatem ad calidum, ſiccum, frigidum, humidum, redire. Quumque ſimilarium partium et inſtrumentorum morbi per easdem qualitates, aut ſimplices, aut compoſitas, excedentes fiant, adparere, calidam intemperiem per frigus, humidam per ſiccitatem inductam curari, et contra: compoſitas vero adfectiones per medicamenta, quibus contrariae compoſitaeque ſint qualitates. Inde quia morborum genera conſtituerat intemperiei ſimplicis et compoſitae, conſtituit quoque medicamenta qualitatis ſimplicis, calidae, frigidae, humidae, ſiccae, et compoſitae, humidae v. g. et calidae, humidae et ſiccae, cet.

Virtutem vero medicamentorum per gradus diuisit. Gradus scilicet in intemperie quacunque statuens, gradus etiam in virtute medicamentorum primus stabiliuit a primo vsque ad quartum eumque vltimum, vt medicus, vbi intemperiem eiusque gradum cognouerat, medicamenta ad eum valentia eorumque gradus eo commodius inuenire posset. Talesque gradus etiam in compositae virtutis medicamentis esse tradidit. Haec medicamenta, qualitates mutantia, alterantia dixit. Purgantia, quorum singula certum humorem educere putauit, alteram medicamentorum classem constituebant [oo]).

Etsi quidem id, quod exposui, Galeni systema bono ordine, simplicitate, grauitate ac perspicuitate in quibusdam eius partibus non carebat, multaque in eo ita proposita sunt, vt nostrorum temporum medicina non habeat meliora probatioraque, iis substituenda; tamen, Boerhaauio iam monente, id systema medicinae plus damni quam vtilitatis adtulit. Id enim habet vitii, vt eius virtutis, quae vitam corporis nostri regit et actiones eius impellit, nulla ratione habita, in eo paene omnia ex humorum δυσκρασία explicentur, atque ex eadem inaequali elementorum, quae animale corpus constituunt, intemperie. Medici graeci auctorem eius systematis quidem sequuti sunt, minus tamen in exponendo vniuerso hoc systemate insudarunt, locos tantum ex Galeni libris aut descripserunt, aut quae Galenus fuse dixerat, in epitomen redegerunt. Excerpserunt etiam alios, aliarum sectarum medicos, vt ideo non statuendum sit, medicos graecos latinosque, mox post Galenum viventes, eius systema penitus esse amplexos. Amplexi vero sunt Arabes atque Arabistae, quumque per hos inprimis medicos medicina Arabum in occidentem transiret, factum est, vt Galeni medicina, qualis penes Arabes fuerat, in occidentem transiret, floreretque sola, vna cum Hippocratis medicina post renascentes litteras in Europa aliquantulum restaurata, vsque ad chemicorum sectam, auctore Theophrasto Paracelso exortam.

VI. Librorum copiosissimorum, in quibus nullam medicinae partem intactam reliquit, Galenus auctor est. Adsuetus erat iam a pueritia, omnia, quae vel audiuerat, vel legerat, vel cogitando fuerat adsequutus, in commentarios referre, quem morem etiam ad senectutem vsque tenuit. Non tamen scripsisse libros dicit, nisi rogatus ab amicis vel familiaribus, praecipue longum iter suscipientibus, qui commentarios eorum habere cupiebant, quae ab eo acceperant, aut qui memoria retinere volebant, quae ipse eos in secando, aut in curationibus morborum docuerat [pp]). Maxime autem ad scribendos libros ea de caussa animum adpulit, quod multas schedas amicis aut discipulis dederat sine inscriptione, non ad editionem, sed vt eorum, quae apud eum audierant, commentarios haberent. Talibus libellis permultis quum postea Galeni nomen inscriberetur, in iisque multa essent discrepantia a Galeni doctrina, pars ipsorum ad Galenum delata est, vt eos corrigeret. Sed hi manci erant, neque ad editionem, sed ad ingenium et vsum eorum scripti, qui eos desiderauerant, neque titulo instructi, quem tamen alii iis adscripserant, eos ὑποτυπώσεις, ὑπογραφὰς, εἰσαγωγὰς, συνόψεις, aut ὑφηγήσεις adpellantes. Eaque res mouit Galenum, vt ipse libros scriberet, doctrinae suae curatius atque plenius exponendae caussa [qq]).

Talesque

oo) Excerpsi haec de Galeni medicinali systemate ex institut. mear. historiae medicinae cap. 22. §. 288—309.

pp) *Galen.* Commentar. II. in III. Hippocr. libr. de morb. popularibus pag. 230. tom. IX. conf. method. medendi libr. VII. cap. 1. p. 154. tom. X.

qq) *Galen.* de libris propriis in praefat. p. 36. tom. I.

Talesque libros et ſcripſit prius, quam Pergamo Romam primum adiret, paucos tamen, et Romae, maxime poſtquam, relicta Roma, peſtis, quae in ea vrbe et in vniuerſa Italia graſſabatur, cauſſa, et in patriam profectus, in Italiam a Marco Antonino et Lucio Vero eſſet reuocatus, ipſeque, Marco Aurelio, Germanis bellum inferente, Romae remanſiſſet, quod otium omne libris ſcribendis impendit [rr]). Poſtea docendo medicinam, aegrotantium curam in ſe ſuſcipiendo, et libros de medicinali ſcientia et philoſophia ſcribendo tempus Romae conſumſit, magnaque pars librorum, a ſe conſcriptorum, iam in lucem prodierat, pars vero etiam in ſcriniis latebat, quum templum Pacis Romae incendio conflagraret, quod cum alias etiam aedes abſumeret, ſimul pretioſa quaeque ac rariora, quae Galenus collegerat, et librorum ab eo conſcriptorum non paucos abſumſit [ss]). Hinc etſi magna copia librorum Galeni eſt, qui ad nos peruenerunt, maior tamen fere periit, inprimis philoſophici argumenti, et medici etiam, quorum quosdam, quos infra memorabo, etiam reſtituit.

VII. Hos libros editores operum Galeni non eo ordine ediderunt, quo eos Galenus conſcripſit, aut conſcripſiſſe eum ſaltim credibile eſt: ſed potius eos in claſſes quasdam redegerunt, collectosque hoc modo et in ſyſtematicum, quem vocant, ordinem redactos ediderunt. Quod inſtitutum quum vehementer reprehendendum ſit ea maxime de cauſſa, quod, eo obſeruato libri a Galeno et iuuene et ſene conſcripti in vnam claſſem redacti leguntur, iique non raro prius, in quibus, in decurſu aetatis ſcriptis, meliora atque probatiora tradidit is, quae iuuenis tradiderat, chronologicus, quem vocare ita liceat, operum Galeni ordo commodo lectorum magis inſeruiet, cuius ope, vt reliqua eius commoda ſilentio praetermittam, lectores demum veram atque genuinam Galeni doctrinam intelligent, quam non iuuenis ſtatim litteris prodidit, verum potius ab eo tempore, quo Marco Aurelio Marcomannis, Quadis ac Sarmatis bellum inferente ipſe, dei nutum praeferens, contra voluntatem imperatoris, Romae remanſit eoque tempore litteris et ſcribendis libris maxime operam dedit. Et in his etiam operibus, quae prouectior iam aetate ſcripſit, aliter dicta reperies quaedam, quae iunior, alia quae ſenior ſcripſit. Labbeus etiam, praeter elogium Galeni chronologicum, et vitam Claudii Galeni ex propriis operibus collectam, tertium opuſculum promiſiſſe viſus eſt, *chronologiam operum Galeni*, ſaltim eorum, quae exſtare noſcuntur, quae ſcilicet primo loco, quae deinde, decurſu aetatis, quae tandem in ſenectute conſcripta fuerint. Sed illa numquam vidit lucem [tt]).

VIII. Hinc eodem inſtituto ſeruato, quod Philippus Labbeus ſibi propoſuerat, at non fuerat exſequutus, ſingulos libros Galeni eo ordine recenſebo, quo conſcripti eſſe videntur, adiecto ordine, ad ſyſtematis medicinalis cancellos adacto, eoque, quem Io. Alb. Fabricius in priore bibliothecae graecae editione ſeruauerat, quo in ſingulis libris Galeni enarrandis litterarum

rr) Locus, qui id maxime probat, eſt in libro de praenotione ad Epigenem, cap. 9. pag. 845. tom. VIII. conf. *Galen.* de libr. propr. cap. 1. pag. 37. tom. I.

ss) Galen. de antidotis lib. I. cap. 13. pag. 884. tom. XIII.

tt) *Iacobus Syluius*, Ambianus, Pariſinus profeſſor, iam ann. 1539. in 8. edidit librum de ordine et ordinis ratione in legendis Hippocratis et Galeni libris. Galeni libros maxime ſecundum argumenta libri Galeni de arte medica digeſſit. Recuſus eſt is liber in Opp. Syluii editore Ren. Moreau.

terarum numerum sequebatur. Respiciam simul ad ea, quae Galenus in cap. 37. artis medicae tom. II. pag. 230. et in de libris propriis libello scribit de ordine, quem ipse in legendis libris suis obseruandum esse volebat. Genuinos primum dicam, deinde suspectos spuriosque. Libros editos, quos ipse oculis meis vsurpaui, notabo signo asterisci.

IX. Genuinis Galeni libris accensendi sunt:

1. Περὶ αἱρέσεων, τοῖς εἰσαγομένοις. *De sectis ad eos, qui introducuntur.* Exstat in edit. principe operum Galeni Aldina tom. I. fol. 6. in editione graeca Operum Galeni, quae Basileae prodiit, 1538. tom. I. pag. 10. in editione operum Hippocratis graeco-latina cura Renati Charterii tom. II. pag. 286. in septima edit. latina operum Venet. apud Iuntas in isagogic. sect. 15. Continetur in eo sectarum dogmaticae, empiricae, methodicae enarratio, ac principiorum, quibus empirica ac methodica nititur, confutatio, eorum vero, quae dogmaticorum secta tuetur, laudatio. Eum librum scripsisse Galenum in vsum recens in medicina initiatorum, ipse refert in hui. libr. cap. 9. ad fin. pag. 298. tom. II. Ex ore eius hauserant, quae in hoc libro publicata sunt, et litteris mandauerant auditores. Galenus, postquam Romam secundum venerat, διορθώσεως ἕνεκεν inscriptionem libro, qui forte ipsi adferebatur, *de sectis, ad eos, qui introducuntur,* adposuit. Nullum aliud Galeni opus in eo citatur: genuinum vero esse, probat testimonium, quod ipse de hoc libro *Galenus* exhibet in praefat. ad libr. de libris propriis et cap. 1. eiusdem libri pag. 36. tom. I.

Codices MSS. huius libri *Graeci* exstant in biblioth. *D. Marci Veneta*, cod. CCLXXXII. (catal. pag. 136.) in *Medicea* Bandini III. pag. 52. Plut. LXXIV. et in bibliotheca *Vindobonensi* Lambec. I. pag. 181.

Latinus codex MS. est in biblioth. publ. *Parisina* nr. MMMMMMDCCCLXV.

Arabicus, vertente *Isaaco Honaini* fil. in biblioth. publ. *Paris.* nr. MXLIII. Translat. ex Arab. in Hebraic. ling. a *R. Chanin ben Isaac.* in biblioth. *Vindob. Lambec.* edit. Kollar. I. pag. 290.

Graece is liber seorsim non prodiit. — Graece et lat. prodiit cum aliis cura Theod. Goulstoni. Lond. 1640. 4.

In latinam linguam verterunt hunc librum Ludouicus Bellisarius, medicus Mutinensis, cuius versio excusa legitur in edit. latina opp. Galeni, Basil. apud Froben. 1549. fol. sub isagogicis libris p. 57. Vertit etiam Augustinus Riccius, Horatius Limanus, Nicolaus Rheginus, seu de Regio de Calabria, cuius versio excusa est in Opp. Galeni latinis, Papiae, 1515. fol. tom. I. fol. 6. — Ex versione *Laurentii Vallae* prodiit Parisiis apud Henricum Stephanum seniorem, 1518. 4. cum Alexandro Aphrodis. de febribus et Hippocr. libr. de natura humana, ex vers. Andr. Brentii. * — Ex versione *Io. Guintherii,* Andernacensis, prodiit cum aliis Galeni, Basil. 1529. 4. Eam, Prateoli et suo studio emendatiorem factam, recepit Charterius.

In hunc libellum scholia sunt *Palladii*, quorum codex est in biblioth. Medicea Bandini III. pag. 99.

Commentarius Arabicus *Haly Ben Redwan* est in bibliotheca Escorialensi Casiri nr. DCCCXLVII.

Commen-

Commentarius *Ioannis Alexandrini* in hunc librum fusissimus exstat in edit. Oper. Galeni latina, Papiae, 1515. fol. Doctissimos dicit hos commentarios Ren. Charterius in concis. not. et var. lect. ad hunc libr. pag. 404. tom. II. sed sunt medici Arabistae.

2. Πρὸς Θρασύβουλον περὶ ἀρίστης αἱρέσεως. *De optima secta ad Thrasybulum liber.* Exstat in edit. oper. principe Aldina tom. I. fol. 9. in edit. Basil. tom. I. pag. 16. in graeco-lat. Charterii tom. II. pag. 299. in septima Iuntar. lat. edit. in isagogicis fol. 19. Est itidem liber ab auditoribus Galeni calamo exceptus et a Galeno hac inscriptione donatus. Pertinet ad prima eius viri opera, cum nec vllum alium librum suum, nec adeo librum de sectis ad eos, qui introducuntur, in eo citet, cui alteras curas adhibuerat belli Germanici temporibus. Neque de praesagiis suis et curationibus quaedam refert, etsi occasionem habuisset cap. huius libri 18. pag. 315. tom. II. quam, propriae laudis studiosissimus et vanus in se ipso gloriando, alias non omittit. Hinc scriptus est vtique a Galeno, in praxi minus adhuc exercitato. Confutauit maxime in hoc libro sectam empiricam et methodicam, et quidem iisdem argumentis, nisi omnibus, saltim permultis, quibus vsus fuit et in libro de sectis ad eos, qui introducuntur, quod ex exemplo cap. 12. pag. 308. de canis rabidi morsu, contra empiricos prolato, inprimis patet. Hinc quod huius libri Galenus neque in libro de libris propriis, neque in libro de ordine librorum suorum ad Eugenianum meminit, neque in alio libro vllo, a se scripto, hunc librum profectum quidem esse a Galeno, sed non πρὸς ἔκδοσιν ab eo scriptum esse puto. Pro genuino Galeni eum habet Ren. Charterius in concis. not. ac var. lect. tom. II. pag. 404.

Codex MS. *graecus* huius libri est in bibliotheca Medicea. Bandin. III. pag. 49.

Graece singulatim is liber non prodiit, neque latine, nisi in operibus Galeni, et inter plures libros. Graece et lat. prodiit cura Theod. Goulstoni cum aliis. Londin. 1640. 4. * — *Versiones latinae* sunt: *Iunio Paulo Crasso* interprete, et quidem saepius recognita. Quartum recognita a Ricco exstat in septima edit. Iuntina. Vertit etiam Nicolaus Rheginus, quae versio est in edit. oper. Galeni Papiensi, et Dominicus Castellus, nec non Ioannes Guintherius, Andernacus, quam versionem, paululum, vt quidem dicit, emendatam, Ren. Charterius recepit.

3. Περὶ ἀρίστης διδασκαλίας. *De optima doctrina* liber. Exstat in edit. graec. Ald. tom. I. fol. 4. in edit. graec. Basil. tom. I. pag. 6. in edit. Charter. tom. II. pag. 16. in septima Iuntar. edit. in isagog. fol. 30. Scriptus est in Phauorinum, philosophum, qui τὴν εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν ἀρίστην εἶναι διδασκαλίαν dixerat. Scriptus est a Galeno iuuene, vt videtur, non πρὸς ἔκδοσιν, ipse enim eum libellum non memorat neque in libr. de libr. propr. neque in lib. de ordine libror. suor. Citantur in eo libri, qui interierunt, τῆς ἀποδείξεως.

Exstat graece et lat. cum aliis Galeni cura *Theod. Goulst.* 1. Londin. 1640. 4. — Versiones huius libri *latinae* exstant *Nicolai de Regio*, quae est in editt. oper. Galeni Papiensibus. — *Erasmi Roterodami*, quae est in Opp. Erasmi tom. I. p. 1058. et editt. Galeni Iuntinis. In septima in isagogic. fol. Accessit etiam haec Erasmi interpretatio Sexti Empirici operibus. Paris. 1621. fol. Cl. Galeni contra Academicos et Pyrrhonios, interprete *Erasmo Roterod.* Antwerp. 1569. 4. Prodiit etiam cum Sexti Empirici Pyrrhoniar. hypothes. libr. III. Galeni de optimo docendi genere liber, in quo aduersus veteres Academicos Pyrrhoniosque disputat, D. Erasmo interprete

interprete in edit. Henr. Stephan. Parif. 1562. 8. — *Prateoli*, doctoris medici Parifienf. verfionem edidit R. Charterius. *Iani Cornarii*, quae exftat in edit. latina oper. Galeni. Conr. Gesneri in ifagog. pag. 115.

4. Περὶ τῶν παρὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων. *De fophismatis, feu captionibus penes dictionem.* Exftat in edit. Aldina graeca tom. IV. fol. 17. in edit. Bafil. graec. tom. IV. pag. 32. in edit. Ren. Charterii tom. II. pag. 73. in feptima Iuntarum latina in ifagogic. fol. 7. Non citat Galenus hunc librum inter proprios; eius tamen effe videtur, et a Galeno iuuene fcriptus. Neque alius liber in eo citatur. Scriptus eft maxime in Ariftotelem. — Vertit hunc librum *Horatius Limanus*, quae verfio exftat in Iuntinis et in Conr. Gesneri edit. Emendatiorem eam edidit in edit. Galeni graeco-latina *Ren. Charterius*.

5. Γαλήνȣ ὅτι ἄριςος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος. *Quod optimus medicus fit quoque philofophus.* Exftat in edit. Aldina tom. I. fol. 5. in graeca Bafil. tom. I. pag. 8. in edit. Charterii tom. II. pag. 356. in feptima Iuntarum in ifagogicis fol. 6. Scriptus eft is liber πρὸς ἔκδοσιν, quod Galenus notat libro de libris propriis cap. 6. pag. 44. tom. I. Alius Galeni liber in eo non citatur. Laudatur in eo medicina Hippocratis; hinc eum Galenus ad eos refert, quos ad explicandum Hippocratem fcripferit. — *Codex graecus* eft in biblioth. publ. Parif. nr. MMCLXIX. in *Medicea* Bandini III. pag. 49. 50. — Prodiit *graece* Parif. ex officina Feder. Morelli, 1577. 4. graece quoque prodiit cum libro: exhortatio ad difcendas bonas artes ftudio *Io. Poffelii*, Roftoch. 1591. 4.* — Graece cum verfione latina *Erasmi Roterodami*, Parif. 1547. 4. — Graece et latine prodiit cum aliis Galeni cura *Theod. Goulfton.* Lond. 1640. 4.* — Viro Magnifico illuftri Phil. Frid. Meckel cum fafces academicos obtineret, gratulabundus Claudii Galeni tractatum de optimo medico, philofopho, graece et latine recudi curauit *Kurt Sprengel*, Med. Doct. Halae, 1788. 4.*

Verfiones latinae funt: *Ludouici Belifarii*, quae eft in editt. Iuntinis; *Erasmi Roterodami*, quam iam dixi. Exftat ea etiam in Erasmi operib. tom. I. pag. 1062 fq. Emendatiorem interpretationem Riccus effecit. — *Sixti Arcerii*, c. notis eiusdem, in quibus textus graecus partim emendatur, partim illuftratur, c. orat. adhortatoria Galeni ad artes. Franeckerae, 1616. 4.*

6. Γαλήνȣ Περγαμηνȣ͂ Παραφράςȣ τȣ͂ Μηνοδότȣ προτρεπτικὸς λόγος ἐπὶ τὰς τέχνας. *Galeni Pergameni Paraphraftae Menodoti fuaforia ad artes oratio.* Exftat in edit. graec. Aldin. tom. I. fol. 1. in edit. graec. Bafil. tom. I. pag. 1. in edit. graeco-lat. Ren. Charterii tom. II. pag. 3. in feptima Iuntarum edit. lat. in ifagogic. fol. 2. Menodotus, empiricae fectae auctor, ad artes adipifcendas exhortationem rudi mole exftruxerat, eamque Galenus oratoria paraphrafi adumbratam expreffit. In athletas maxime inuehitur eosque, qui in gymnafio totam vitam degunt, artium cetera rudes. Medicinam artium effe optimam. *Io. Bapt. Montanus* eum librum non ad Galenum, Niconis filium, fed ad alium Galenum, Menodoti filium, refert. Sed errauit Montanus: Galenus vero, tefte libro de libris propriis, de libris Menodoti ad Seuerum libros vndecim fcripfit, et paulo poft fubdit de hac oratione, dicens: in Menodoti ad Seuerum librum oratio fuaforia ad artes. — Exftat *graece*, editore *M. Iohanne Poffelio* Γαλήνȣ προτρεπτικὸς λόγος ἐπὶ τὰς τέχνας. Τȣ͂ αὐτȣ͂ ὅτι ἄριςος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος. Galeni exhortatio ad difcendas bonas artes. Eiusdem

dem quod optimus medicus idem ſit et philoſophus. Roſtochii, typis Myliandrinis, anno (15) 91. 4. * Nil proprii tamen ea editio continet, ad Baſileenſem graecam expreſſa. — *Galeni* paraphraſis in Menodoti exhortationem ad artes. graece et latine, cum *Frederici Iamotii* annotationibus. Lutet. 1583. 4. — Exſtat etiam gr. et lat. cum aliis Galeni, cura *Theod. Goulſton*. Londin. 1640. 4. Galeni admonitio ad litteras addiſcendas. primum graece ſeparatim edidit *I. G. Guil. Koehler*. Lipſ. 1778. 8. * Gloſſas etiam ad textum explicandum, graecas editor addidit, vſus ceterum textu Charterii. [De hac edit. vid. omnino Bibl. Crit. Amſt. vol. II. part. II. pag. 98 ſq. vbi et coniecturae in eum librum proponuntur.]

Latini interpretes ſunt: *Ludouicus Belliſarius*, Mutinenſis, cuius verſio legitur in editt. Iuntin. operum Galeni. — *Eraſmus Roterodamus*, cuius verſio ſeorſim prodiit Baſileae, 1526. 8. Eam Iamotius annotationibus explicauit in *Galeni paraphraſi in Menodoti exhortationem ad liberalium artium ſtudia, latine ex interpretatione Eraſmi Roterodami cum annotationibus Fed. Iamotii*. Lutet. 1581. 4.* — *Sixtus Arcerius*, c. notis, in quibus textus graecus emendatur et illuſtratur. Prodiit ei. verſio c. libr. quod optimus medicus ſit quoque philoſophus, Franecker. 1616. 4. — *Ren. Charterius* priores verſiones emendauit, vt verſio, ab ipſo facta, noua videri poſſit.

7. Πρὸς Πατρόφιλον περὶ συστάσεως ἰατρικῆς. *De conſtitutione artis medicae ad Patrophilum liber.* Exſtat in edit. Oper. Galeni Aldina tom. I. fol. 18. in edit. graec. Baſil. tom. I. pag. 34. in edit. R. Charter. tom. II. pag. 170. in ſeptima Iuntarum latina in iſagogicis fol. 35. Galenus adhuc librum alium ſcripſerat, ad eumdem finem pertinentem, qui vero interiiſſe videtur. vid. cap. 1. eius libri pag. 171. tom. II. Erat id opus duobus libris comprehenſum, tituloque περὶ τεχνῶν συστάσεως in lucem emiſſum, notante ipſo Galeno in arte med. cap. 37. pag. 230. tom. II. Continentur in eo elementa ſyſtematis elaboratiora iam, quod Galenus condidit. Videtur Galenus hunc librum conſcripſiſſe eo tempore, quo iam conſilium operis de vſu partium ſcribendi ceperat: cap. enim 2. pag. 172 et 173. dicit de fine, quo ſingulae corporis partes a Deo factae ſint ac de propoſito id argumentum vlterius proſequendi, quod perfecit in immortali opere de vſu partium. Liber ceterum ſcriptus eſt in tironum vſum, vt epitomen vniuerſae medicinae haberent, et theoreticae, et practicae, forſan etiam non ad editionem, quod ſaltim credibile eſt ex eo, quod Galenus eius nullam mentionem fecit, neque in libro de libris propriis, neque in libello de ordine librorum ſuorum ad Eugenianum. Confecit eum librum fere eo tempore, quo peſtilentia Romae et in Italia ſaeuiente ipſe ſe in Campaniam ſubduxerat, ac deinde in patriam fuerat profectus. Citat in eo cap. 9. pag. 181. librum περὶ κράσεων et περὶ ἀποδείξεως. cap. 10. pag. 182. citantur θεραπευτικὴ μέθοδος, et libri τῶν ὑγιεινῶν. cap. 12. pag. 154. περὶ ζωογονίας, et περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων. cap. 13. pag. 185. περὶ φαρμάκων, qui eſt, quem cap. 18. pag. 194. citat περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως. cap. 17. pag. 192. περὶ κρίσεων. pag. 193. περὶ σφυγμῶν, et περὶ κρισίμων. cap. 18. pag. 194. περὶ τῆς λεπτυνούσης διαίτης. — Codex MS. eſt in bibliotheca *Medicea*. Bandini III. pag. 49.

Prodiit graece et latine ex interpretatione *Iani Antoniaci*. Pariſ. 1531. — *Latinae* verſiones ſunt Bartholomaei Syluani. — *Iani Antoniaci*, philologi, (Guinterii) quo interprete prodiit Pariſ. 1528. 8. cum aliis. — *Nicolai de Regio* de Calabria, ſeu Rhegini in edit. operum Galeni latinis antiquioribus. — *Victoris Trincauelli*, qui et recognouit ſuam verſionem. Ea legitur in edd. Iuntinis operum Galeni, in ſeptima inter iſagogicos libros fol. 35.

Vertit et *Ioannes Guintherius Andernacus.* — Ren. Charterius priores verſiones emendauit ſuamque verſionem effecit textui magis reſpondentem. — Cum tabulis et commentariis *Theodori Zwingeri* prodiit Baſileae 1561. fol. * et 1568. fol. cum aliis. — Exſtat etiam in eum *Chriſt. Heylii* artificialis medicatio, ſeu paraphraſis. Mogunt. 1534. 4. * — Franc. Valleriolae artis medicae fundamenta in Galeni librum de conſtitutione artis medicae. (Geneuae) 1577. 8. Lugd. 1626. 8. — *Franc. Valleriolae* comment. in libr. Galeni de conſtitutione artis medicae. ſ. loco apud Abelem Riuary. 1577. 8. *

8. Περὶ τῶν καθ᾽ Ἱπποκράτην ϛοιχείων βιβλία β'. *De elementis ex Hippocrate libri duo.* Exſtant in edit. principe Aldina part. I. fol. 1. in graeca Baſil. part. I. pag. 46. in edit. R. Charterii tom. III. pag. 1. in ſeptima Iuntar. claſſ. I. fol. 2. Galenus ſeſe eius libri, quem et ſaepe citat, auctorem eſſe fatetur expreſſis verbis cum in libro de libris propriis cap. 2. pag. 38. tom. I. tum in arte medica, cap. 37. pag. 230. tom. II. Vultque Galenus, vt inter libros eius ab eis, qui mentem ſuam penitius adſequi velint, primus omnium legatur, in cap. 37. art. medicae pag. citat. In primo libro exponuntur, quae medici ac philoſophi de elementis ſenſerunt: is maxime contra Athenaeum, et ſimul ideo ſcriptus eſt, vt demonſtretur, quatenus poſſint qualitates elementorum in humano corpore ipſorum elementorum loco eſſe. In altero libro quatuor humores tuetur, qui ſint animalium, ſanguine praeditorum, propria elementa. — Codices graeci exſtant in bibl. publ. Pariſ. nr. MXCVII. in Taurinenſi, in bibl. Cai. Gonuil. et in bibl. montis S. Michaelis. In Mertonenſi nr. 685. In bibl. *Veneta* D. Marci, cod. CCLXXV. (catal. pag. 134.) — Codex *latinus* exſtat in bibl. *Vindobonenſi* Caeſarea et in biblioth. monaſter. Gaybacenſ. fol. nr. 285. — *Hebraice* exſtat ex Arab. verſus a R. Chanin ben Iſaac in biblioth. *Vindobonenſ.* Lambec. ed. Kollar. libr. I. pag. 290. Arabice dicitur exſtare verſus ab Honain Ben Iſchar, titulo: Ketab al Mezage in biblioth. publ. Pariſ. Exſtat etiam arabice in biblioth. Eſcurialenſ. nr. 869. 876. — Editiones *Graecae* ſunt: — *Galeni* de elementis ſecundum Hippocratem libri II. Eiusdem de optima corporis noſtri conſtitutione. Eiusdem de bono habitu. graece. Pariſ. apud Sorbonam, 1530. 8. graece prodiiſſe cum aliis Pariſ. 1546 fol. refert *Haller* in bibl. anat. tom. I. pag. 86. — *Verſiones latinae* ſunt: *Io. Guintherii, Andernaci*, quae prodiit vna cum libris corporis temperaturam animi mores ſequi; de vitiis animi et eorum remediis; de ſectis; introductorio; de plenitudine, de optimo corporis ſtatu; de bono habitu; de atra bile, de tumoribus praeter naturam, Baſil. apud Froben. 1529. 4. — Eadem verſio prodiit cum libris de naturalibus facultatibus. Lugd. 1548. 12. Solus de elementis liber prodiit, vertente Guintherio, Pariſ. 1541. *Victoris Trincauelli*, quae prodiit Lugd. 1550. 12. * Exſtat etiam haec verſio in ſeptima Iuntarum edit. *Nicolai Leoniceni*, quae exſtat in antiquis editt. oper. Galeni in editione Papienſi et in Galeni Opp. latin. edit. Iani Cornarii. — Commentarii MS. *Nicolai de Anglia* ſunt in bibl. Caeſ. Vindobonenſi. — *Iac. Syluii* in Hippocratis elementa commentarius. Pariſ. 1542. fol. 1561. 8. Venet. 1543. 8. Baſil. 1556. 16. et in Opp. ſtudio *Ren. Moreau.* Geneu. 1630. fol. 1635. fol. — *Io. Bapt. Montani* in Galeni libros de elementis, de natura humana, de atra bile, de temperamentis perioche methodica, edente Io. Craton. Hanou. 1595. — Periochen horum librorum ſcripſiſſe etiam Guintherium, refert Conr. Geſnerus in enumerat. libror. Galeni, tertiae editioni Frobenianae praemiſſa.

9. Περὶ

9. Περὶ κράσεων βιβλία γ'. *De temperamentis libri tres.* Exſtant in Aldina graeca edit. part. I. fol. 9. in graeca Baſil. part. I. pag. 59. in edit. Charterii tom. III. pag. 32. in ſeptima Iuntarum latina claſſ. I. fol. 10. Verterunt etiam multi *de complexionibus.* Meminit Galenus huius libri in libro de libris propriis, et in arte medica cap. 37. pag. 230. tom. II. nec non in permultis aliis libris, v. g. in libr. de optima corporis noſtri conſtitutione, de ſanitate tuenda, de ſimplic. medicamentor. facultatib. cet. Primo libro de temperamentis agitur eorumque ſpeciebus, ac de homine temperatiſſimo. In altero ſigna cuiusque temperamenti exponuntur, vbi memorabilis hiſtoria Eudemi philoſophi legitur, cui bilis per vnum ductum in inteſtinum deſcendebat. Tertio libro de temperamentis medicamentorum agitur, quae vel interne ſumuntur, vel corpori applicantur. Eaque diuerſi argumenti pertractatio plures mouit, qui in his libris de temperamentis elaborarunt, vt duos tantum priores in lucem emitterent.

Codices graeci MS. huius libri ſunt in biblioth. publ. Pariſ. nr. MMCCLXVII. In bibl. Coislinian. Montfauc. part. II. pag. 447. De complexionibus, in bibl. Ven. D. Marc. cod. CCLXXV. (cat. p. 134.) — Codices *latini* ſunt in bibl. publ. Pariſ. nr. MMMMMMMXV. in Mertonienſi Oxon. nr. DCLXXXV. in Medicea, in biblioth. eccleſ. cathedr. Wigorn. nr. DCCXLV. — *Arabici* ſunt in biblioth. publ. Pariſ. MXCVII. cum Greg. Abul-Pharagii commentar. Arabice vertit *Honain* hos libros cum titulo Aſt hackſat, qui codex exſtat in biblioth. Eſcurialenſ. nr. DCCCLXXIV; et liber II et III. in ead. biblioth. nr. DCCCXLV et DCCCLXXVI. cum notis anonymi. — Codex *Hebraicus*, ex arab. verſus a *R. Chanin ben Iſaac*, eſt in biblioth. caeſar. *Vindobon.* Lambec. edit. Kollar. I. p. 290. — Edit. *graeco-lat.* Galeni de temperamentis libri III. Eiusd. de inaequali temperie libellus cum Hippocratis iuramento. Graece cum verſ. lat. *Th. Linacri*, ex recenſ. *Sebaſt. Singkheleri.* Baſil. per Th. Platterum, 1538. 8. Prodiit primum ea editio Cantabrig. 1521. 4. deinde Pariſ. 1523. fol. — *Latine* prodiit Venet. 1498. 8. Lugd. 1588. 8. — Verſionem *Th. Linacri* etiam receperunt, qui latinas operum Galeni editiones curarunt. — *Commentarii* in hos libros multorum ſunt: MS. commentarius in hunc librum *Io. Rochon* eſt in bibl. publ. Pariſ. nr. MMMMMMMXXV. Expoſitio ſuper complexiones Galeni eſt in bibl. coll. Cai. Gonuil. nr. DCCCCLX. — Hier. Thriueri noui et integri commentarii in omnes Galeni libros de temperamentis. Lugd. 1547. 12. — Acroamaton in libr. Hippocr. de natura hominis liber vnus. *Euſtathio Quercetano* autore. Eiusd. auctoris in Galeni libros III. de temperamentis ſcholia. Baſil. 1549. 8. * — *Gaſp. Lopez Canario* in Galeni libr. de temperamentis noui et integri commentarii. Complut. 1565. fol. — *Franc. Valleſii* Comm. in Gal. libb. art. medic. de inaequali temperie, III. de temperamentis librum, V. priores de ſimplic. medicam. facult. libb. II. de different. febr. libb. VI. de locis patientibus libb. — Venet. 1591. 8. Colon. 1594. fol. opera *Io. Petr. Ayroldi.* Francof. 1645. fol. *Leonh. Fuchſii* comment. prodiit cum comment. in libr. II. de different. febrium. Pariſ. 1554. fol. * — *Felicis Aeoramboni* et *Iac. Segarta* commentarii. Valent. 1596. fol. 1598. fol. — Exſtat etiam epitome horum librorum, a *Io. Moriſoto* condita. Io. Bapt. Montanus condidit periocham, Syluius iſagogen.

10. Περὶ μελαίνης χολῆς. *De atra bile liber.* Eſt in graeca Aldina part. III. fol. 85. in graeca Baſil. part. III. pag. 357. in edit. Charter. tom. III. pag. 165. in ſeptima Iuntar. claſſ. I. fol. 34. Duplex humoris eius origo indolesque demonſtratur in libro, quem Ga-

lenus

lenus non memorat inter proprios in cap. 37. artis medicae, citat vero in libr. an sanguis natura in arteriis contineatur cap. 8. pag. 163. tom. III. et in comment. II. in Hippocrat. libr. de humorib. text. 28. ac saepius. Scripsit hunc librum post libros de elementis secundum Hippocratem, quos citat cap. 5. — Codices *graeci* sunt in bibl. publ. Paris. nr. MMCCLXIX. MMCCLXXI. Alii quatuor sunt in biblioth. Diui Marci *Veneta.* (vid. catal. pag. 134. cod. CCLXXVI. pag. 135. cod. CCLXXIX. de atra bile ex libris Galeni, Rufi, Posidonii et Aëtii, et p. 136. cod. CCLXXXII. p. 137. CCLXXXIV.) — *Graece* prodiisse Paris. 1530. 8. Basil. (?) 1546. fol. refert Haller in bibl. anat. tom. I. pag. 86. — Prodiit *latine*, vertente *Io. Guintherio, Andernaco*, cum aliis libellis, scil. corp. temperaturam animi mores sequi; de vitiis animi et eor. remediis; de sectis; introductorio; de plenitudine; de optimo corporis statu; de bono corporis habitu; de elementis lib. II. de tumoribus praeter naturam. Basil. 1529. 4. Prodiit etiam cum aliis Paris. 1534. fol. — Vertit etiam hunc librum *Iulius Martianus* et *Bartholomaeus Syluanius.* — Paraphrasis in eum librum exstat *Prosperi Alcueani.* Lugd. 1538. 8. — *Io. Bapt. Montani* in Galeni libros de elementis, de natura humana, de atra bile, de temperamentis periocha methodica, edente *Io. Cratone.* Hanou. 1595. — *Casp. Hofmanni* comment. in hunc libr. prodiere Francof. 1630. fol.

11. Περὶ ἀνωμάλε δυσκρασίας. *De inaequali intemperie.* Est in edit. Aldin. part. I. fol. 125. in graeca Basil. part. I. pag. 249. in edit. Charterii tom. VII. pag. 170. in septima Iuntarum class. III. fol. 43. Meminit eius libri Galenus inter suos in libro de libris propriis et artis medicae cap. 37. Citat in eo libros de administrat. anatomicis. — Codex *graecus* est in biblioth. Diu. Marci *Venet.* cod. CCLXXXII. (catal. pag. 136.) in *Medicea*, Bandini III. pag. 52. — Codices libri de malitia complexionis, qui forte est de inaequali intemperie, sunt latini in biblioth. publ. *Paris.* nr. MMMMMMDCCLXV. et in biblioth. Mertonensis collegii nr. DCLXXXV. In biblioth. *Augustana*, cum libr. de pulsibus. Catal. p. 301. — *Arabicus* codex, vertente *Honain*, est in bibliotheca Escurialensi nr. DCCCXLIV. — Editio *graeco-latina* est: *Galeni* de temperamentis libri III. Eiusdem de inaequali temperie libellus cum Hippocratis iuramento. Graece, cum latina versione Th. Linacri, ex recens. *Sebast. Singkheler.* Basil. 1538. 8. — Prodiit latine: Galeni de inaequali distemperantia cum Galeni et Graecor. quorumdam libris aliis *Georg. Valla* interprete. Venet. 1498. fol. (vid. *Fossii* catal. codd. impr. bibl. Magliabech. tom. I. pag. 720. et II. pag. 232 sqq.) — *Galeni* opera *Nic. Leoniceno* interprete; scil. de differentiis morborum libri II. de inaequali intemperatura liber I. de arte curatiua ad Glauconem libri II. de crisibus libri III. Paris. in offic. Henr. Stephani. 1514. 4. * — Vertente *Th. Linacro* cum libro de temperamentis. Cantabrig. 1521. 4. Paris. 1523. fol. — Galeni 1) de optima corporis nostri constitutione; 2) de pleniore habitu; 3) de inaequali intemperie; 4) quomodo simulantes morbum sint deprehendendi; 5) de ptisana. Item et Io. Lalamantii de ptisana sui temporis libellus; emendata per eumdem Lalamantium versio latina. Heduae, 1578. 8. * Geneuae 1579. 8. * — *Prosp. Calanii* comment. in hunc libr. prodiere cum aliis Lugd. 1538. 8. — Galeni de inaequali intemperie *Th. Linacro* interprete, cum commentariis familiaribus Io. Agricolae. acc. concordantiae simplicium medicamentorum in auctores praecipuos cet. Basil. 1539. 8. * — *Ant. Busennii* in Galeni libr. de inaequali intemperie commentarii. Antwerp. 1561. 8. * — *Fr. Vallesii* comment. in Gal. libb. scil. artem medicam; de inaequali temperie

libellum;

libellum; III. de temperamentis librum; V. priores de ſimplicium medicamentorum facultate libros; II. de differentia febrium; libb. VI. de locis affectis, nec non eiusdem de vrinis compendiaria tractatio; de pulſibus libellus; de febribus; methodi medendi libb. III. opera Io. Petr. Ayroldi Marcellini. Colon. 1594. fol. Francof. 1645. fol. Prodierant Complut. 1567. 8. * Exſtat etiam Io. Moriſoti epitome in hunc librum.

12. Περὶ ἀρίστης κατασκευῆς τοῦ σώματος ἡμῶν. *De optima corporis noſtri conſtitutione.* Exſtat in Aldina part. I. fol. 115. in graeca Baſil. part. I. pag. 247. in edit. Ren. Charterii tom. VI. pag. 1. in ſeptima Iuntarum claſſ. I. fol. 37. Meminit eius libri Galenus in arte medic. cap. 37. citat vero in hoc libro librum de temperamentis, librum de elementis ex Hippocratis ſententia, libros de vſu partium. — Cod. gr. CCLXXXII. in bibl. D. Marci *Veneta*, (catal. pag. 136.) — *Galeni* de elementis ſecundum Hippocratem libri II. Eiusdem de optima corporis noſtri conſtitutione. Eiusdem de bono habitu. graece. Pariſ. apud Sorbonam, 1530. 8. — Prodiit Heduae, ſtudio *Io. Lalamantii.* 1578. 8. — Interpretes alii ſunt *Ferdinandus Balamius*, et *Io. Guintherius.*

13. Περὶ εὐεξίας. *De bono habitu.* Exſtat in edit. Aldina part. I. fol. 116. in edit. Baſil. part. I. pag. 248. in edit. Ren. Charterii tom. VI. pag. 6. in ſeptima Iuntarum claſſ. I. fol. 39. Meminit eius libri Galenus cap. 37. artis medicae. — Codex *latinus* eſt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMMDCCCLXV. — *Galeni* de elementis ſecundum Hippocratem libri II. Eiusdem de optima corporis noſtri conſtitutione. Eiusdem de bono habitu. Graece, Pariſ. apud Sorbonam, 1530. 8.

Latine prodiit, cum multis aliis Galeni et aliorum, interprete Geo. Valla, Venet. 1498. fol. — Prodiit Pariſ. 1534. fol. 1546. fol. — Ex interpretatione *Io. Guintherii.* Baſil. 1529. 4. Et *Heduae*, cum aliis, 1578. 8.

14. Περὶ δυνάμεων φυσικῶν βιβλία γ'. *De facultatibus naturalibus libri tres.* Exſtant in Aldina part. I. fol. 25. in graeca Baſil. part. I. pag. 87. in edit. Ren. Charter. tom. V. pag. 8. in ſeptima Iuntarum part. I. fol. 290. Memorat Galenus hunc librum inter ſuos in libro de libris propriis, cap. 3. et in arte med. cap. 37. pag. 230. tom. II. Scripſit illum, exhortante Boetho, poſt libellos de diſſectione arteriarum et neruorum. Hinc etiam citat tantum in his libris librum, qui interiiſſe videtur: περὶ τῶν κατὰ Πραξαγόραν τὸν Νικάρχου χυμῶν. libr. II. cap. 9. pag. 53. Scripſit hos libros maxime contra Eraſiſtratum atque Aſclepiadem, adfirmans, attractionem alimenti et excrementi in renibus etiam per experimenta, dein quatuor elementorum qualitatibus contra Eraſiſtratum defenſis. libro II. tractat de facultate coctrice, lib. III. de retentrice. — Codices *graeci* exſtant in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMCCLXVII. in bibl. *Veneta Marci*, cod. CCLXXV. (catal. pag. 134.) in *Medicea* et in *Lugd. Batava.* In *Vindobonenſi* caeſarea. Lambec. part. I. pag. 181. In biblioth. Coislinian. Montfauc. part. II. pag. 447. — Cod. *lat.* exſtat in biblioth. colleg. Cai. Gonuil. nr. DCCCCXLVII. — Codices *arabici* exſtant, vertente Honain, in biblioth. Eſcurialenſ. nr. DCCCXLI. DCCCXLII. DCCCXLIV. DCCCLXXVI. In biblioth. acad. *Lugd. Batau.* cod. Honaino vertente, nr. DCCXLVII. vid. catal. eiusd. bibl. pag. 441. Cod. Hebraicus ex Arabico factus a R. Chanin ben Iſaac in bibl. Vindob. Lambec. edit. Kollar. I. pag. 290. — Prodiit *graece* Antwerp. 1547. 8. — *Latine* prodiit ſeorſim cum nonnull. aliis vertente *Linacro.*

σφυγμῶν eſt in biblioth. *Vindobonenſ.* de Neſſel. nr. XXVIII. — Codices *latini* ſunt in bibl. publ. Pariſ. nr. MMMMMMMDCCCLXV. — Codices librorum Galeni *de pulſibus* ſunt in biblioth. Medicea. In biblioth. Caſſinenſi. Galenus περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν, qui a capite tertio libri primi incipit, item περὶ διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν libri IV. Item περὶ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων libri IV. vbi nomen Galeni praeſcribitur, totidem περὶ τῆς προγνώσεως, vbi in fine multae lacunae, exſtant in biblioth. acad. Lugd. Batau. ex legato Bonau. Vulcanii. vid. catal. eiusd. biblioth. pag. 346. nr. XLIII. Duo codd. graeci ſunt in bibl. Diu. Marci *Venet.* in publ. Pariſ. nr. MMCLVII. MMCCXXIX. MMCCLXXVI. In Bodleiana. In *Vindobonenſi* lib. VI. pag. 94. In bibl. *Guil. Laudi* catal. MSS. Angl. nr. DCCVII. — Excerpta de *pulſibus ex Galeni* et *Theophili* libris ſunt *graece* in bibliotheca publ. Pariſin. nr. MMCLXXVIII. Excerpta ex Galeno de vrinis et pulſu exſtant graece, ſed barbaro ſermone ſcripta, in biblioth. Vindob. nr. XLVII. de Neſſel. part. III. pag. 53. *Latine* exſtant in biblioth. publ. Pariſin. nr. MMMMMMMXV. *Latine* quoque exſtat *Galeni* liber de pulſibus in biblioth. Auguſtan. vid. catal. pag. 301. — *Arabice* ab *Honaino* conuerſi ſunt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MXLIII. — *Hebraicus* codex eſt in biblioth. *Vindobonenſi* lib. VI. pag. 94. Galeni de pulſibus ex arab. in hebr. verſus a R. Chanin ben Iſaac eſt in eadem Lambec. edit. Kollar. I. 290. — Editiones *graecae* libri de pulſibus ad tirones. *Galeni* liber de pulſibus introductorius. *graece. Pariſ.* 1529. 8.* Colon. 1529. 8. Pariſ. 1543. fol. * — *Latini* interpretes ſunt Herm. Cruſerius, Mart. Gregorius, Auguſtinus Gadaldinus, Io. Guintherius, Andernacus. *Galeni* introductio in pulſus ad Theutram, vertente M. Gregorio. De pulſuum vſu *Th. Linacro* interprete. Lugd. 1556. 12. — Prodiit etiam *lat.* cum aliis, vertente *Guintherio.* Pariſ. 1531. fol. — *Franc. Valleſii* commentt. in Galeni libros, ſcil. artem medicinalem; de inaequali temperie; III. de temperamentis librum; V. priores de ſimplicium medicamentor. facultate libros; II. de differentia febrium libros; VI. de loc. patientibus libb. nec non eiusdem de vrinis tractatio; de pulſibus libellus, cet. opera *Io. Petr. Ayroldi.* Colon. 1594. fol. — *Commentarii. Galeni* introductio in pulſus, cum comment. *Mart. Gregorii* et eius interpretatione. Lugd. 1550. 12. — *Leonis Rogani* in Galeni libellum de pulſibus ad tirones commentarius, acceſſ. eiusdem de vrinis libri tres — ex Galeno collecti. Neap. 1556. 8.* Rom. 1560. 8. Venet. 1571. 8. Venet. 1575. 8.* Venet. 1597. 8. * — *Ferdin. Mena* Galeni de pulſibus libellus *latine* verſus cum commentariis et caſtigationibus. Complut. 1553. 4. — *Io. Bapt. Nauarro* comment. in *Galeni* libr. de differentiis febrium, in libr. de pulſibus ad tirones et in ſpurium librum de vrinis. Valent. 1628. 8. aucti a *Luca Fuſter.* Valent. 1651. 8. 1693. 4. — *Franc. Sanchez* commentarii in hunc libellum prodiere Toloſae, 1636. 4. — De *Hermanni Cruſerii* omnibus Galeni de pulſibus operibus mox dicam. — Omnes hi de pulſibus libri *Galeni* prodierunt iunctim *latine, Thoma Linacro* interprete. Pariſ. 1532. fol. — *Galeni* de pulſibus ad tirones et XVI. de pulſibus libri interprete *Hermanno Cruſerio,* cum commentariis eiusdem. Pariſ. 1532. 4. — De differentiis pulſuum, de dignoſcendis pulſibus, de cauſis pulſuum, de praeſagitione ex pulſibus Herm. Cruſerio interprete prodierunt cum aliis Galeni Baſil. 1535. fol. — *Galeni* de pulſibus libri XVI. in compendium redacti opera *Herm. Cruſer.* Venet. 1575. 8. — Pertinet huc quoque: De pulſibus libellus paſſim ex Galeno collectus, et veluti in formulam redactus. Pariſ. 1537. 4.* — De pulſibus libellus, ex Galeno collectus, a *Geſnero* editus Tigur. 1555. 8. — Clariſſimorum quorundam medicorum libri quatuor: 1) De pulſibus ex Galeno collectus et quaſi in formu-

lam

lam redactus; 2) *Vassaei* de iudiciis vrinarum; 3) *Iac. Syluii* morbor. internor. curat. methodica; 4) *Bruti Lusitani* de ratione victus in febribus. Colon. 1579. 8. — *Io. E. Hebenstreit* diss. de pulsu inaequali ad mentem Galeni de causis pulsuum libr. II. Lips. 1741. 4.

41. *Galeni synopsis librorum suorum sexdecim de pulsibus.* Exstat in edit. Charterii tom. VIII. p. 309. in septima Iuntarum class. IV. fol. 123. Graecus textus desideratur. Versio est ab *Augustino Gadaldino* ex graeco facta. In ipso libro non occurrunt, quae efficiant, vt dubitemus, quin sit genuinus. Promiserat quoque Galenus in cap. 37. art. medicae, se scripturum esse tale compendium, ac in cap. 5. libri de libris propriis ipse de hoc compendio, a se scripto, refert.

42. Περὶ κρισίμων ἡμερῶν βιβλία γ'. *De diebus decretoriis libri tres.* Exstant in Aldina part. III. fol. 120. in graeca Basil. part. III. pag. 423. in edit. Charterii tom. VIII. pag. 450. in septima Iuntarum class. IV. fol. 145. Inter suos recenset hos libros *Galenus* in libr. de libr. propr. et de arte medica cap. 37. Defendit dies criticos, etiam lunae influxus in eos non ignarus. — Codices *graeci* sunt in biblioth. publ. *Paris.* nr. MMCCLXXII. MMCCXLVI. in bibl. Diu. Marci *Venet.* in bibl. Caesar. *Vindobonensi.* Excerptum ex his est in *Medicea.* Bandini III. pag. 100. In colleg. *Mertoniensi,* latinus nr. DCLXXXV. — *Arabicus* codex est in bibl. *Escurial.* nr. DCCXCIII. in bibl. publ. *Paris.* est etiam Arabice, vertente *Honain. Hebraicus* ex Arabico factus a *R. Chanin* ben Isaac est in biblioth. Vindob. *Lambec.* edit. Kollar. I. pag. 291. — *Galeni* de diebus decretoriis libri III. de morborum temporibus liber I. de generalibus morborum temporibus liber. (Io. Guintherio interprete.) Paris. 1529. 8.* Paris. 1530. 8. Lugd. 1550. 16. Basil. 1554. — *Galeni* de diebus decretoriis libri III. Io. Guinthero interprete. Lugd. 1550. 12.* 1553. 12.* — Versionem *Guintherii,* recognitam ab *Augustino Gadaldino,* exhibent editiones operum latinae. — Recens *latini* facti et commentariis illustrati a *Io. Lallemant.* Heduae, 1578. Lugd. 1579. 4. Geneu. 1579. 4. — *Io. Planerii* dubitationum et solutionum in III. Galeni de diebus criticis liber vnus. acc. eiusdem in eumdem III. Galeni de diebus criticis scholia. it. eiusdem consilium in curatione morbi Gallici, cet. Venet. 1574. 4.* — *Io. Ant. Magini* de astrologica ratione ac vsu dierum criticorum opus duobus libris distinctum, quorum primus complectitur comment. in *Galeni* librum III. de dieb. decretoriis, alter agit de legitimo astrologiae in medicina vsu. Venet. 1607. 4.* — *Hippolyti* Obicii comment. in librum III. exstat etiam. — Epitome per *Io. Morisot.* Basil. 1547. 8.* Reperitur etiam ea epitome inter annotationes Morisoti in aphorismos Hippocratis.

43. Περὶ κρίσεων βιβλία γ'. *De crisibus libri tres.* Est in edit. Aldin. part. III. fol. 103. in graeca Basil. part. III. pag. 389. in edit. Charterii tom. VIII. pag. 377. in septima Iuntarum class. IV. fol. 125. Est genuinus, de quo ipse Galenus refert in arte medica cap. 37. et in libello de libris propriis. Est fere commentarius in Hippocratem. Citat Galenus in hoc libro libros de arte curatiua, de facultatibus naturalibus, commentarios in aphorismos Hippocratis, de febris significatione, de typis, de pulsibus. — Codd. *graeci* sunt in biblioth. Diu. Marci *Venet.* cod. CCLXXXII. (catal. pag. 136) in Vindobonensi Lambec. I. pag. 181. in Vossianis biblioth. acad. Lugd. Batau. vid. catal. eiusd. biblioth. pag. 397. nr. XLV. in biblioth. publ. Paris. nr. MMCCXLVI. et nr. MMCCLXXII. in Medicea plut. LXXIII. in

biblioth. ecclef. Weftmonafterienf. nr. MC. — *Latini* codd. funt in biblioth. *Mertonenfis* collegii nr. DCLXXXV. in biblioth. publ. Parif. nr. MMMMMMMDCCCLXV. — *Arabici* in biblioth. *Efcurialenf.* nr. DCCXCVII. DCCCXLIII. — *Hebraicus* codex ex arabico factus a R. Chanin ben Ifaac eft in biblioth. *Vindobonenf.* Lamb. edit. Kollar. I. pag. 291. — *Editiones latinae: Galeni* opera *Nic. Leoniceno* interprete, de differentiis morborum libri II. de inaequali temperatura lib. I. de arte curatiua ad Glauconem libri II. de crifibus libri III. Parif. per H. Stephan. 1514. 4. Seorfim 1528. 8. 1530. fol. 1542. fol. * Lugd. 1543. 16. 1558. 12. — *Galeni* libri de crifibus interprete *Hieron. Boniperto*, cum adnotationibus erratorum fere CCC. quae in aliis horum librorum verfionibus reperiuntur. Acc. eiusdem Boniperti quaeftio: an expediat humores non concoctos neque furiofos, fed multitudine ac mala qualitate etiam peccantes inter morborum initia cum purgante medicamento minorare. Venet. 1547. 4. * — Interpretationem *Nic. Leoniceni* emendauerunt *Auguftinus Gadaldinus* et *Ren. Charterius.* — *Nicolai de Anglia* commentarius latinus in hunc librum eft in biblioth. publ. Parif. nr. MMMMMMMXV. — *Hier. Boniperti* comment. in hunc libr. prodiit Venet. 1543. 8. — *Ant. Ludouici* comment. in hunc libr. Vlyffip. 1540. fol. — *Fr. Sanchez* comment. Tolet. 1636. 4. — *Lucae Gaurici* Geophonenfis fuper diebus decretoriis axiomata fiue aphorismi grandes. Enucleauit idem pleraque Hippocratis et *Galeni* theoremata, quae medici rerum coeleftium expertes vix olfecerunt. Romae, 1546. fol. *

44. Περὶ δυσπνοίας βιβλία γ'. *De difficultate refpirationis libri tres.* Exftant in Aldina part. III. fol. 89. in graeca Bafil. part. III. pag. 166. in edit. Charterii tom. VII. pag. 219. in feptima Iuntarum claff. III. fol. 56. Meminit eius libri *Galenus* cap. 39. artis medicae. Citat libros de pulfuum differentiis, de optima fecta, περὶ τῶν ἁπλῶν διαθέσεων. Scriptus eft a Galeno ad loca Hippocratis de difficultate refpirationis explicanda. Codices *graeci* funt in bibliotheca *Bodleiana.* — *Latini* funt in bibl. publ. *Parif.* nr. MMMMMMDCCCLXV. Codices libri de iuuamento anhelitus, qui forte idem eft cum hoc, funt in bibl. publ. Parif. nr. MMMMMMMXLVII. MMMMMMDCCCLXV. Lib. II et III. eft in biblioth. *Barocciana* nr. CCXX. catal. MSS. Angl. et Hibern. Codex, vt puto, *latinus*, eft in Vaticana. Montfauc. pag. 34. — Editiones *latinae:* — vertente *Th. Linacro*, Bafil. 1536. fol. — cum libro de cauffis refpirationis *Io. Vaffaeo* interprete, 1553. fol. — Vertit etiam hunc librum ex graeco *Ianus Cornarius.* Eius verfionem recognouit *Aug. Gadaldinus. Cornarii* verfio prodiit cum aliis Galeni. Bafil. 1536. fol. — *Ant. Ludouici* erotemata de difficili refpiratione Olyfipon. 1540. fol. cum aliis Galeni.

45. *De cauffis procatarcticis.* Exftat *latine* tantum in edit. R. Charterii tom. VII. pag. 347. in feptima Iuntarum claff. III. fol. 95. Citat hunc librum περὶ τῶν προκαταρκτικῶν αἰτίων *Galenus* in arte medica cap. 37. — *Latinus* codex eft in biblioth. publ. Parif. nr. MMMMMMDCCCLXV. — Ex graeco vertit *Nic. Rheginus.*

46. Περὶ πλήθους. *De plenitudine.* Exftat in Aldina part. III. fol. 77. in graeca Bafil. part. III. pag. 342. in edit. Charterii tom. VII. p. 322. in feptima Iuntarum claff. III. fol. 76. Refertur a *Galeno* inter proprios in arte medica cap. 39. Citat in eo libros de facultatibus naturalibus, de Hippocratis et Platonis decretis, de elementis fecundum Hippocratem, de tumoribus praeter naturam. — *Editiones latinae: Galeni* liber de plenitudine, *Polybus* de

 falubri

ſalubri victus ratione priuatorum. *Guinterio Ioanne Andernaco* interprete. *Apuleius* Platonicus de herbarum virtutibus. *Antonii Beniuenii* libellus de abditis nonnullis ac mirandis morborum et ſanationum cauſſis. Proſtant in Vico Iacobaeo apud Chriſt. Wechel. 1528. fol. * — *Galeni* aliquot libelli, ſcil. corporis temperaturam animi mores ſequi; de vitiis animi et eorum remediis; de ſectis; introductorius; de plenitudine; de optimo corporis ſtatu; de bono habitu; de elementis libri II. de atra bile; de tumoribus praeter naturam, per *Io Guintherium* — Baſil. 1529. 4. — Prodiit etiam Pariſ. 1531. 8. Baſil. ex verſ. *Guintherii*, 1539. 8. — Verterunt etiam *Barth. Syluanius*, *Victor Trincauellius*.

47. Περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων. *De tumoribus praeter naturam.* Eſt in Aldina part. III. fol. 83. in graeca Baſil. part. III. pag. 353. in edit. Charterii tom. VII. pag. 312. in ſeptima Iuntarum claſſ. III. fol. 82. Citat hunc librum inter proprios Galenus in arte medic. cap. 37. Citat in eo libro librum de oculorum malis, qui interiit. — *Codex* eſt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMCLXIV. — In biblioth. *Veneta* Diu. Marci, cod. CCLXXXI. cum nota: „Scinditur in duas partes, ſecunda inſcribitur: de iis, quae conſiſtunt ex humore cholerico." — Prodiit *graece* Pariſ. 1557. 8. — Viteberg. 1589. 8. — *Latine*, vertente *Io. Guintherio Galeni* aliquot libelli, ſcil. corporis temperaturam animi mores ſequi; de vitiis animi et eorum remediis; de ſectis; introductorius; de plenitudine, de optimo corporis ſtatu; de bono corporis habitu; de elementis libri II. de atra bile; de tumoribus praeter naturam per *Io. Guintherium* partim recogniti, partim primum verſi. Baſil. 1529. 4. * — Verterunt etiam, praeter *Guintherium*, *Nic. Rheginus*, *Horatius Limanus*, *Auguſt. Riccius*. Meliores effecit priores verſiones Charterius. — *Gallice* verſus eſt a *Petr. Colet.* Lugd. 1540. 8. — Commentarius in hunc librum eſt *Simonis a Campi.* Neap. 1642. 4. *

48. Περὶ τρόμȣ, καὶ παλμȣ̃, καὶ σπασμȣ̃, καὶ ῥίγȣς. *De tremore, palpitatione, conuulſione et rigore.* Exſtat in Aldina part. III. fol. 89. in graeca Baſil. part. III. pag. 364. in edit. Charterii tom. VII. pag. 199. in ſeptima Iuntarum claſſ. III. fol. 51. Non meminit eius libri *Galenus* in cap. 37. artis medicae. Citat vero in eo libros de pulſibus. — *Codices graeci* ſunt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMDCCLXXI. MMCCLXIX. in *Medicea* Bandini III. pag. 100. — in biblioth. *Veneta* Diu. Marci cod. CCLXXXII. (catal. pag. 136.) — Prodiit *latine: Galeni* liber de palpitatione, tremore, rigore, conuulſione, interprete *Nic. Lauachio.* Venet. 1536. 8. * — Verterat olim *Petr. de Apono.* Reliqui interpretes ſunt *Io. Guintherius*, *Dom. Monteſaurus*, *Petrus de Chano Vetuſtus*, *Ianus Cornarius.* Priores verſiones emendauit Charterius.

49. Περὶ κράσεως καὶ δυνάμεως τῶν ἁπλῶν φαρμάκων βιβλία ιά. *De ſimplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus libri vndecim.* Exſtant in Aldina cum inſcriptione: περὶ κράσεων τῶν ἁπλῶν φαρμάκων. part. II. fol. 1. in graeca Baſil. part. II. p. 1. in edit. Charterii tom. XIII. pag. 1. in ſeptima Iuntarum claſſ. V. fol. 2. Hi cum tertio de temperamentis libro ii libri ſunt, in quibus Galenus medicamentorum temperamenta theoriae ſuae de quatuor qualitatibus elementorum accommodauit, eorumque virtutem omnem eſſe aut calefacientem, aut frigefacientem, aut ſiccantem, aut humectantem, propoſuit. In quatuor gradus etiam ſingulas harum virtutum in ſingulis medicamentis diuiſit, quod inſtitutum omnes medici, qui Galenum ſequuti ſunt, obſeruarunt atque ſubtilius excoluerunt.

ſunt. Quae res omnes, vna cum ratiociniis de medicamentorum virtute, generatim ſpectata, exponuntur in libris prioribus vsque ad ſextum, in quo ſcriptores enumerantur, qui ante Galenum de medicamentis ſcripſerunt. Medicamentorum ſimplicium virtutes deinde ad litterarum ordinem, qui cuique ſimplici medicamento competit, enumerantur. Meminit horum librorum *Galenus* in cap. 37. artis medicae, monetque ſimul, hos libros intelligi non poſſe, niſi ab eo, qui de temperamentis librum tertium, in quo temperamenta medicamentorum exponuntur, prius legerit. — Codices *graeci* ſunt in bibl. publ. Pariſ. nr. MMCLVII. MMCLIX. MMCLX. MMCLXX. *Galeni* ſcripta de ſimplicium medicamentorum facultatibus exſtant graece in bibl. acad. Lugd. Bat. codex erat olim *Th. Linacri*, mox Vulcanii. vid. catal. eius bibl. pag. 334. Libri V. priores exſtant *graece* in bibl. publ. Pariſ. nr. MMCLVI. MMCLVIII. Duo tantum libri ſunt in eadem biblioth. nr. MMCCLXXIX. MMCCLXXX. Omnes hi codices a recentiore manu ſunt exarati. *Graece*, ſed mutili, exſtant in biblioth. *Auguſtana*. Libri VI. VII. VIII. IX. in epitomen alphabeticam redacti, ſunt in bibl. Caeſar. *Vindob.* de Neſſel part. III. nr. 25. pag. 35. liber VI. initio mutilus, lib. VII. VIII. IX. X. XI. exſtat *graece* in bibl. *Vindob.* nr. 35. de Neſſel part. III. pag. 46. lib. VI. VII et VIII. eſt in bibl. Vindob. nr. 48. de Neſſel part. III. pag. 53. Excerpta ex iis exſtant graece in biblioth. Coislinian. Montfauc. part. II. pag. 448. codex graecus XV. ſaec. eſt in biblioth. D. Marci, *Venet.* — Codices *latini* exſtant in bibl. Diu. Marc. *Venet.* Libri VI. poſteriores ſunt in bibl. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCLXV. Libri V. de virtutibus medicamentor. ſimplic. ſunt in biblioth. colleg. *Mertonenſ.* Oxon. nr. DCLXXXV. — *Verſiones* horum librorum duas habent *Arabes* Herbelot. pag. 963. *Iſaac Ebn Honein* epitome Galeni de ſimplicibus exſtat in bibl. Huntington. catal. MSS. Angl. nr. MMMMMMCCVII. Codex *Arabicus* ex verſ. Honain libror. VI — XI. eſt apud Caſiri nr. DCCXC. Libri omnes XI. interprete *Honain Caſiri* nr. DCCLXXXIX. Libri V — X. ibid. nr. DCCCI. Lib. I. nr. DCCXLVIII. — *Latine* prodierunt *I. Gerardo Goudano* interprete, cum libr. de nat. fac. ſubſtantia. Pariſ. 1530. fol. — 1543. 8. * Lugd. 1547. 12. * Lugd. 1552. 12. * Acc. de facult. natural. ſubſtantia liber *Io. Guinterio* interpr. Lugd. 1551. 12. * et 1552. 12. * Argent. 1561. 8. — *Gallice* totum opus vertiſſe dicitur *Herve Favard*, cum annotationibus Fuchſii, Syluii, aliorum. Limoges in 8. — *Leonh. Fuchſii* commentar. prodierunt Pariſ. 1554. fol. — *Fr. Valleſii* comment. in Galeni libros, ſcil. artem medicinalem; de inaequali intemperie libellum; III. de temperamentis librum; V. priores de ſimplicium medicamentorum facultate libros; de differentia febrium libros; VI. de locis patientibus libros cet. Opera Io. Petr. Ayroldi. Colon. 1594. fol. * Prodiere antea Francof. 1645. fol. — *Melch. Sebiz* V. priores libri Galeni de ſimplicium medicamentorum facultatibus in XVI. diſputationes reſoluti. Argent. 1647. 8. * 1653. 4. — *Io. Danzii* tabulae ſimplicium medicamentorum, quae apud Dioſcoridem, Galenum, et Plinium inueniuntur. Baſil. 1543. fol. * — Epitomen in hos libr. ſcripſit *Guil. Bellonius*.

50. Τέχνη ἰατρική. *Ars medica.* Exſtat in edit. Aldin. part. III. fol. 147. in graeca Baſil. part. III. pag. 471. in edit. Charterii tom. II. pag. 196. in ſeptima Iuntar. edit. in iſagogicis fol. 61. Librum *Microtechni, microtegni, tegni Galieni* vocarunt arabiſtae ac latino-barbari, eumque fere in tres partes, ſiue libros, diuiſerunt. Eſt is in Galeni libris, quem grata erga tantum virum poſteritas aeſtimauit longe maximi, quem omnes ſcholae explicabant, quem medici diurna nocturnaque manu verſabant, quem legiſſe debebant, ceu

librum

librum Galeni maxime authenticum omnes, cuiusque puncta debebant explicare speciminis caussa prius, quam licentiam praxeos medicae exercendae consequerentur. (vid. *Ant. Mazza* in histor. vrb. Salernitan. cap. 9. pag. 68. 69. in thesaur. antiq. et histor. Italiae Graeuio-Burmanniano tom. IX. part. 4.) Quam ob caussam is liber etiam saepissime est editus et a medicis notationibus quibuscunque atque commentariis illustratus. Scriptus est a Galeno, postquam iam permultos alios de re medicinali libros scripserat, quos omnes ipse citat cap. eius libri 37. pag. 230. tom. II. nondum tamen scripserat libellum de libris propriis, etsi eius scribendi propositum habebat. Continetur in eo, post expositionem vberiorem de medicinae definitione recte tradenda tractatio de signis sanitatis, inprimis vero et temperamentorum tam generatim, quam eorum, quae singulae partes habeant, et in naturali et in praeternaturali statu constitutae. Quo facto transitus est ad signa corporum, morbo adfectorum, et partium laborantium, postea ad prognostica signa. Denique agitur de caussis, quae sanitatem conseruant et quae labefactatam valetudinem restituunt; in qua tractatione non solum summa curationis morborum in partibus organicis atque similaribus existentium exponitur, sed etiam regulae de auertendis caussis procatarcticis, de vita in quocumque morbo conseruanda ac de conualescentium ex morbo cura gerenda exponuntur. Continentur hinc in hoc libello succincta systematis Galeni expositio, quatenus id sanitatis cognitionem et conseruationem, morborum vero cognitionem atque curationem respicit, ac omnium, quotquot existunt, primum habendum est, in quo curandorum morborum regulae generaliores (therapeuticen vocant,) ad systematis cohaerentis normam traditae sint. — *Codices* huius libri MS. *graeci* exstant in biblioth. publ. Parisin. nr. MDCCCLXXXIII. MMCLXXV. MMCCLXXVIII. MMCCCIV. MMCCCVI. Exstat etiam *graece* in bibl. D. Marci *Veneta* cod. CCLXXV. artis medicae liber I. (catal. pag. 134.) Inter *Vossianos* in biblioth. acad. Lugd. Batauae. vid. catal. ei. biblioth. pag. 396. nr. 16. In biblioth. Caesar. *Vindobonens.* cum aliis excerptis de Nessel part. III. pag. 23. In biblioth. *Bodleian.* catal. MSS. Angl. nr. 1552. 1355. — *Latini* codd. exstant in bibl. publ. Paris. nr. MMMMMMDCCCLXVIII. MMMMMMDCCCLXXI. MMMMMMMXXIX. MMMMMMMXXX. Exstat porro latine in biblioth. *Bodleian.* nr. MCCLII. in *Vossian.* nr. MMII. in colleg. Noruic. *Oxoniens.* nr. MCXXX. in bibl. *Cai. Gonuill.* nr. DCCCCLXII. — *Hebraice* exstat in bibl. Caesar. *Vindob.* translat. ex arab. a R. Chanin ben Isaac. Lambec. edit. Kollar. I. 290. *Editiones graecae* sunt: *Galeni* ars medicinalis gr. cum lectionibus variis exc. Christ. Wechelus. Paris. 1548. 4. * — Γαληνȣ̃ τέχνη ἰατρική. *Galeni* ars medica graece et latine interprete *Nic. Leoniceno.* In vsum scholae Argentoratensis separatim expressa. Argent. 1586. 8. * In meo tamen exemplari versio latina desideratur. — *Latinae* versionis huius libri duo genera existunt. Exstant enim versiones ex Arabico factae in latinam linguam, et ex graeco in latinam linguam factae. Ad versiones, factas ex Arabica huius libri translatione, referri debent: *Tegni galieni. Incipit liber primus tegni Gal.* quae versio incogniti auctoris exstat in articella, Venet. 1483. 4. primum edita. In mea editione Articellae, impressa Lugduni, per Ioannem de la place, impensis Barth. troth. 1515. 8. haec antiqua versio legitur a fol. 109. ad fol. 125. refertque magis excerptum ex arte medica Galeni, quam versionem. Eadem versio, ex arabico facta, exstat in *Rustici Placentini* collectione. Venet. 1507. 8. Exstat etiam in commentariis Arabistarum in librum tegni. Eadem exstat in quarta editione operum Galeni, Papiae, per Iacob Paucidrapensem de Burgofranco, 1516. fol. a fol. 1. vsque ad fol. 18. vna cum duabus aliis ver-

sionibus

ſionibus e graeco factis *Laurentii Laurentiani* et *Nic. Leoniceni.* — Verſiones ex graeco factae ſunt: 1) *Laurentii Laurentiani.* Ea exſtat in editione quarta operum Galeni, quam dixi. Exſtat etiam in articella. — 2) *Nicolai Leoniceni.* Ea prodiit Venet. 1508. fol. per Iac. Bentium de Leucho, cum praefat. in libros Galeni e graeco in latinum a ſe translatos, cum praefat. eiusd. in artem medicinalem Galeni, cum opere de tribus doctrinis ordinatis ſec. Galeni ſententiam, et aliis. Repetita eſt ea editio Ferrariae, 1509. fol. eique in ea acceſſ. *Galeni* comment. in aphorism. Hippocr. Verſio *Nic. Leoniceni* libri Galeni de arte medica repetita eſt ſola Baſil. 1549. fol. Antwerp. 1549. 8. Helmſtad. 1587. 8. Venet. 1606. 24. * — Eam maxime probarunt medici. Recepta ea legitur in Opp. Galeni latinis edit. *Iani Cornarii* et in editt. Iuntinis, vbi vero ad graecorum exemplarium veterum fidem aliquot locis emendata deprehenditur ab *Auguſtino Gadaldino.* — 3) *Mart. Akakiae,* Prof. Pariſini. Eam laudat Charterius in conciſ. not. ac var. lectt. ad tom. II. pag. 404. Edita eſt Pariſ. 1538. 1543. 4. Venet. 1544. 4. 1587. 8. Lugd. 1548. 16. * Lugd. 1561. 12. * Baſil. 1549. 8. Charterius praeſtantiora interpretamenta ab eo eſt mutuatus. — 4) *Ioannis Manardi.* Ea prodiit cum verſione *Nicolai Leoniceni* et comment. *Io. Agricolae Ammonii.* Baſil. 1541. 8. * — Verſio *latina,* neſcio *cuius,* prodiit cum Hippocratis aphorism. Hippocr. praeſagior. libris III. Hippocr. de victus ratione in acutis eiusd. de natura humana. Lugd. 1543. 12. 1545. 12. — *Commentarii* in hunc librum exſtant numeroſiſſimi, eo enim cum aphorismis Hippocratis medici ad inſtitutionem tironum prae aliis omnibus vſi ſunt. Primum eos enarrabo, qui manuſcripti in bibliothecis latent, deinde eos, qui typis vulgati in lucem prodiere. — Commentarius in librum Tegni exſtat in biblioth. *Pembrockiana* Cantabrig. nr. 2055. et in biblioth. *Noruic. Oxon.* nr. MCXXX. in *Bodleiana* nr. MMDCCLIII. et imperfectus in *Medicea.* Ars parua cum comment. exſtat in *Vaticana.* Montfauc. pag. 36. *Iohannis* XX. pontificis romani commentarius exſtat in biblioth. Pat. Can. Lateran. Commentarii *Hali Rodoham* (Redhoam) exſtant MS. *Arabice* in biblioth. *Eſcurial.* nr. 799. 878. in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCLXVIII. MMMMMMDCCCLXIX. MMMMMMDCCCLXX. MMMMMMDCCCLXXI. MMMMMMMXXIX. MMMMMMMXXX. in colleg. nou. nr. 1130. 1134. Cum comment. Haly in *Mertonenſi* nr. 687. 688. in colleg. D. Petr. *Cantabrig.* 1866. in colleg. omn. animar. nr. 1430. in *Bodleian.* nr. 2753. in biblioth. monaſter. *Gaybacenſ.* fol. nr. 285. Commentarios *Phil. de Soldecilla* Catalauni citat Symph. Campegius in libr. de clar. Gall. Hiſp. ineditos hactenus. *Ars parua Galeni* cum commento exſtat, ſed non integra, in biblioth. *Auguſtan.* teſte catal. pag. 301. Quaeſtiones ſuper Tegni Galeni ſunt in bibl. *Digbaei.* cat. MSS. Angl. nr. 1756. In Technam Galeni de iudiciis comm. eſt in bibl. *Bodleian.* cat. MSS. Angl. nr. 2184. Cum comment. Haly, ſed non integris, in biblioth. colleg. vniuerſ. *Oxon.* nr. 89. Imperfectus commentarius in hunc libr. exſtat in biblioth. *Medicea.* Quaeſtiones *Simonis de Grauener* in hunc libr. exſtant in biblioth. *Cai. Gonuill.* Cantabrig. nr. DCCCCLX. Gloſſula ſuper tegni Galeni ſecundum Magiſtrum Benedictum in eod. nr. 960. — Honaini, ſiue Iohannitii, celeberrimi ex Obaditarum familia medici Arabis, (de quo vid. meas inſtitut. hiſtor. medic. §. 379. 380.) hyſagoge ſiue introductio in medicinam in hanc artem ſcripta eſt. — *Iohannitii* commentarius in artem paruam Galeni exſtat *hebraice* in biblioth. Vindob. *Lambec.* edit. Kollar. I. pag. 295. conf. p. 395. — Latine exſtat in biblioth. *Bodleian.* nr. 2753. in bibl. colleg. S. Trinitat. *Dublin.* nr. 502. — Prodiit in articella ſaepius. Etiam Venetiis 1501. fol. 1507. 8. 1519. fol. Alia introductio

 eſt

est *Nicolai Leoniceni* in opus de tribus doctrinis ordinatis secundum Galenum praefatio ad Franciscum Castellum, Ferrariae ducis medicum. Editiones vide supra, vbi de *Nic. Leoniceni* versione diximus. Exstat hoc opus de tribus doctrinis etiam in Galeni edit. lat. Papiens. — Conradi Stöcklin introductorium in paruam artem Galeni. Lugd. 1516. 8. Hagenou. 1533. fol. — Commentarii exstant numerosissimi. — Cōmentū *Haly Rodoan* ī veterē librorū Techni Galeni translationē. Expositio *Ia. Forliuiensis* ī nouā librorū Techni Galeni translationē. Quaestiones Ia. Forliuiensis super tribus Techni Galeni libris. In fine: Expliciunt — reuisae a Rustico placentin. Impressa arte Mich. et Bernardini, fratrum de Garaldis Papie die 2. Martii 1501. fol. mai. * — Trusiani, monachi Carthusiensis, qui plus quam commentator dicitur, commentarii prodierunt Bonon. 1489. fol. * Venet. a Philippo Pincio impressus, 1511. fol. * Vixit, teste *Champegio*, circa annum 1300. Alia editio Venet. apud Iunt. 1557. fol. * — Thaddei Florentini commentarius prodiit editore Thom. Dionys. Polio Neap. 1522. fol. — Hugonis Senensis commentarius in microtechni prodiit Venetiis 1491. fol. * 1498. fol. * 1508. fol. * Papiae, 1518. fol. — *Io. Sermonitae* comment. Venet. 1498. fol. — *Baptistae Fierae* comment. Mantuae, 1515. fol. Venet. 1548. fol. — *Symphoriani Campegii* paradoxa in artem paruam Galeni prodiere cum aliis Lugd. 1516. 8. — *Iacobi Forliuiensis* interpret. cum quaest. eiusdem. Venet. per *Iac. Pentium de Leucho*, impensis Iuncte de Iunctis, Florentini 1508. fol. * Antiquior exstat editio etiam Venetiis, per *Bapt. de Tortis*, 1491. fol. max. * Papiae, 1519. fol. Venet. 1520. fol. 1547. fol. — *Antonii Citadini* auscultationes in paruam artem Galeni. Fauent. 1523. fol. — *Galeatii de Sancta Sophia* libell. introductor. in paruam artem Galeni prodiit in eius opere medicinae pract. saluberrimo in IX. tract. libri Rhasis ad regem Almansorem, cura G. Kraut. cum Io. Ketam fascic. medicine. Venet. 1522. fol. * Haganoae, 1533. fol. * — *Io. Manardi* luculenta expositio in artem paruam Galeni. Basil. 1529. 8. * 1536. 4. * Patau. 1553. 8. — Prodiit etiam cum *Pselli* de victus ratione libris II. et Rhase de pestilentia. Basil. 1529. 8. — Commentarios *Mart. Akakiae* memoraui supra, sub edit. latinis. — *Ant. Ludouici* erotematum numeri ternarii libri sex, in quibus tota fere ars medica continetur cum aliis Galeni. Vlysipon. 1540. fol. — Cl. Galeni ars medicinalis a *Nic. Leoniceno* et *Io. Manardo* latine versa, cum comment. per *Io. Agricolam Ammonium*. Basil. 1541. 8. * 1543. 4. — *Hier. Thriueri* Brachelii in τέχνην Galeni clarissimi commentarii. Lugd. 1547. 8. * — *Iul. Argenterii* commentarii tres in artem medicinalem Galeni. Paris. 1553 8. 1578. 8. * Monteregali, 1566. fol. — *Io. Bapt. Montani* in artem paruam Galeni explanationes a *Valent. Lublino* editae. Venet. 1554. 8. Lugd. 1556. 12. * et tabulae. Venet. 1558. fol. — *Iulii Delphini* in III. Galeni artis medicinalis libros explanatio. acc. Eiusd. de ratione medicamentorum praescribendorum liber. Venet. 1557. 4.* — *Nicolai Biesii* in artem medicam Galeni commentarii. Antwerp. 1560. 8. — *Theodori Zwingeri* tabulae et commentarii in artem medicam Galeni. Basil. 1561. fol. * Commentarii sunt in tabularum formam redacti, quales etiam in Hippocratis libros XXII. confecit. Versionem expressit *Nic. Leoniceni*. — *Francisci Vallesii* comment. in artem medicinalem, additis comment. in libr. de inaequali intemperie. Complut. 1567. 8. * Venet. 1591. 8. Prodierunt etiam eiusd. commentarii in Galeni artem medicam cum libr. de inaequali intemperie, cum libr. de temperamentis et aliis quibusdam opera *Io. Petri Aygroldi Marcellini*. Colon. 1590. fol. et 1594. fol. — *Io. Argenterii* in artem medicam Galeni commentarii III. tomis II. Montereali, 1568. 8. Paris. 1578. 8. * — *Galeni* ars medica, I. P. Ingrassia interprete et enarratore. Venet.

Venet. apud Iuntas. 1574. fol. * — *Oddi de Oddis* in librum artis medicinalis Galeni minutiſſima et dilucidiſſima expoſitio, a Marco filio edita et caſtigata. Venet. 1574. 4. * Brixiae, 1607. 4. Venet. 1608. 4. Addidit filius totum id, quod ex interpretatione ob intempeſtiuam patris mortem deerat. — *Vincent. Mundini* expoſitio in Galeni librum artis medicinalis. Bonon. 1586. 4. — *Iac. Schegk* praelect. in Galeni libr. de arte parua edidit Seb. Bloſſ. Francof. 1589. 8. — *Roderic. a Veiga* opera omnia in Galeni libros edita, ſcil. in libb. III. artis medicae, in libb. VI. de locis adfectis, in libb. II. de febrium differentiis commentarii. Lugd. 1594. fol. — *Sanctii Sanctorii* commentaria in artem medicinalem Galeni partes III. Venet. 1612. fol. * 1630. 4. * Lugd. 1631. 4. * 1632. 4. — *Andr. Laurentii* annotationes in parvam artem Galeni, in ea, quae ſpectant ad ſemioticam medicinae partem. Sunt in Laurentii Opp. therapeuticis Francof. 1627. fol. * — *Galeni* ars parua in diſputationes triginta reſoluta et in Argentoratenſium academia exercendi gratia propoſita praeſide Melch. Sebizio. Argent. 1633. 8. * — *Simonis a Campi* comment. in artem paruam et quidem tantum in textus 13. nempe a textu 46. vsque ad textum 58. libri tertii prodiere cum eiusd. comment. in Galen. de different. febr. Neapol. 1642. 4. * — *Lucae Tozzi* in librum artis medicinalis Galeni παραφραστικὴ ἀνακεφαλαίωσις. Efficit operum partem V. Pataui, 1711. 4. * — Ad artem *Galeni* pertinet etiam *Galeatii de Sancta Sophia* in nouum tractatum libri Rhaſis ad regem Almanſorem de curatione morborum particularium. Libellus introductorius in artem paruam Galeni de principiis vniuerſalibus totius medicinae, tam theoreticae, quam practicae, ex doctrina Auicennae et aliorum philoſophorum congeſtus. — Reſtituit, correxit et publicauit Georg. Kraut. Haganoae, 1533. fol. * — *Andr. Planer* de vtilitate artis paruae. Tubing. 1579. 4. — Io. Pauli Gallucii de vſu tabularum, in quibus diſciplinae deſcriptae ſunt. Additus eſt typus trium librorum artis paruae Galeni — a Io. Bapt. Montano. Patau. 1580. fol. * — *Bened. Victorii* in Hippocratis prognoſtica commentarii. Acc. Theoricae latitudinum medicinae liber ad Galeni ſcopum in arte medicinali. Florentiae, 1551. fol. * — Collectio commentarior. in artem proſtat, titulo: *Plus quam commentum in paruam Galeni artem Truſiani, cum duplici textus interpretatione, quod olim Iul. Martianus Rota auxit et emendauit. Addita ſunt Haly, qui eandem Galeni artem primus expoſuit. Iohannitii ad eandem introductio. Gentilis, qui primus eiusdem artis librum declarauit. Nic. Leoniceni quaeſtio de tribus doctrinis. Venet. apud Iuntas.* 1557. fol. *

51. *Περὶ διαφορᾶς νοσημάτων. De differentiis morborum liber.* Exſtat in edit. Aldin. part. III. fol. 1. in graeca Baſil. part. III. pag. 199. in edit. Charter. tom. VII. pag. 1. Ariſtoteli tribuebat hos libros Duretus absque vlla cauſſa. Cod. *gr.* in biblioth. D. Marci *Veneta* cod. CCLXXV.

52. *Περὶ τῶν ἐν τοῖς νοσήμασιν αἰτίων. De morborum cauſſis liber.* Exſtat in Aldina part. III. fol. 4. vbi vero is liber inſcriptus eſt: *περὶ τῶν ἐν τοῖς νοσήμασιν αἰτίων, βιβλίον β'.* vnde patet, eum librum cum libro, qui praecedit, *περὶ διαφορᾶς νοσημάτων* cohaerere. in edit. Baſil. part. III. p. 205. vbi eodem modo is liber inſcriptus eſt. in edit. Charterii tom. VII. pag. 16. Cod. *graecus* in bibl. D. Marci Venet. cod. CCLXXV.

53. *Περὶ συμπτωμάτων διαφορᾶς βιβλία γ'. De differentia ſymptomatum libri III.* Exſtant in Aldina fol. 7. cum inſcriptione: *περὶ τῶν συμπτωμάτων διαφορᾶς βιβλίον*

 γ'. δ'. ε'.

γ'. δ'. ε'. qui primus alter et tertius eſt de ſymptomatum differentiis, βιβλίον vero δ'. inſcriptionem habet περὶ αἰτίων συμπτωμάτων. Eamdemque inſcriptionem habent duo reliqui, quos poſteri editores in tres libros diuiſerunt. In edit. graec. Baſil. pag. 212. vbi eadem inſcriptio eſt, quae in Aldina. In edit. Charterii tom. VII. pag. 29. In ſeptima Iuntarum, et in plerisque aliis editionibus latinis hi tres libri in vnum redacti ſunt, titulo: Galeni de differentiis morborum, cauſarum ſymptomatumque libri ſex. Sunt in ea edit. in claſſ. III. fol. 1. Citat hos libros *Galenus* inter proprios in arte medic. cap. 37. et in libro de libris propriis. — *Codices graeci* ſunt in biblioth. publ. Pariſ. nr. MMCLXIX. In Medicea Plut. LXXIV. Bandini III. pag. 115. In Vindobonenſi. Lambec. I. pag. 181. Galenus de cauſis ſymptomatum eſt in bibl. acad. Lugd. Batau. in libris biblioth. *Voſſianae* nr. 11. ſed poſt folium XXIV. ſequitur alia manus, et videtur aliquid deeſſe, quum non conueniant ſequentia. Vid. catal. ei. bibl. pag. 391. Galenus de morborum differentiis et cauſis eſt graece in bibl. publ. Pariſ. nr. MMCLVII. Galenus de morborum differentiis et de cauſis eſt etiam inter Voſſianos in bibl. acad. *Lugd. Batau.* vid. catal. eius bibl. pag. 397. In bibl. *Veneta* D. Marci cod. CCLXXV. de differentia ſymptomatum liber I. de cauſſis ſymptomatum libri tres. (catal. pag. 134.) — *Latinus* codex eſt libri de differentiis et cauſſis ſymptomatum in bibl. Cai. Gonuil. *Cantabrig.* nr. 948. *Galenus* de morbo et accidente eſt in bibl. *Cai. Gonuil.* nr. 955. in biblioth. colleg. Mertonenſ. *Oxon.* nr. 685. et in biblioth. publ. Pariſ. nr. MMMMMMDCCCLXV. Excerpta ex his libris ſunt in bibl. Medicea. Bandin. III. 101. — Libri de ſymptomatum cauſſis exſtant *Arabice* in bibl. *Eſcurialenſ.* nr. DCCCXCVI. DCCXCIX. vertente *Honain.* Lib. I et II. ſolus ibid. DCCCLV. DCCCXLIII. *Auicennae* commentarii in Galen. de cauſſis et ſymptomatibus apud Caſiri nr. DCCXCVII. De cauſſis et ſymptomat. morbor. ex Arab. in *Hebr.* translat. a R. Chanin ben Iſaac eſt in bibl. Vindob. Lambec. edit. Kollar. I. 291. — *Editiones graecae: Galeni* de morborum differentiis lib. I. de cauſſis morborum lib. I. de differentiis ſymptomatum lib. I. de cauſſis ſymptomatum libri III. graece. Antwerp. 1550. 8. * — *Latinae: Galeni* opera *Nic. Leoniceno* interprete de differentiis morborum libri II. de inaequali temperatura lib. I. de arte curatiua ad Glauconem libri II. De criſibus libri III. Pariſ. 1514. 4. * — *Galeni* de differentiis ſymptomatum lib. I. de cauſſis ſymptomatum lib. III. *Thoma Linacro* interprete. Lond. 1524. 4. Pariſ. 1528. 8. * — *Galeni* de morborum et ſymptomatum differentiis et cauſſis libri VI. *Guil. Copo* interprete ab eoque collati et caſtigati Pariſ. 1523. 12. Lugd. 1530. 16. Lugd. 1547. 16. * Baſil. 1560. 12. * Eius verſionem textui graeco minus reſpondere, refert Charterius in conciſ. not. ad tom. VII. — *Commentarii. Aegidii Gaudini* adnotat. in libr. de ſymptomatum differentiis, de morborum differentiis, et de morborum cauſſis ſunt ſcriptae in bibl. publ. Pariſ. nr. MMMMMMMXXXII. — *Stephani Dutemplaei* tabulae in ſex *Galeni* libros de morbis et ſymptomatibus. Lugd. 1530. fol. max. * — *Fr. Valleriolae* commentarii VI. in Galeni libros de morbis et ſymptomatibus. Lugd. 1540. 4. 1548. 8. * — *Iac. Syluii* methodus VI. libror. *Galeni* in differentiis et cauſſis morborum et ſymptomatum in tabellas ſex ordine ſuo coniecta. Acc. eiusdem de ſignis omnibus medicis commentarius. Pariſ. 1539. fol. * Pariſ. 1548. fol. * Et prodiit quidem hoc anno Pariſiis bis in fol. nempe apud Iacob. Gazellum, 1548. * et apud Chriſt. Wechelum, 1548. fol. * Venet. 1554. 4. * Et in *Syluii* Operibus. Methodum in hos libros etiam condidit *Leonh. Fuchſius.* — *Laur. Iuberti* annotat. in Galen. de different. morbor. Ei. annotat. in Galen. de different. ſymptomat. exſtant in ei. Opp. Francof.

Francof. 1599. fol. — *Iac. Bording* in tres priores Galeni libros de morbis et ſymptomatibus commentarius. Roſtoch. 1605. 8. — *Io. Fr. Roſſelli* ad VI. libr. Galeni de differentiis et cauſſis morborum et ſymptomatum commentarii. Subiunctae ſunt eiusd. epiſtolae. Barcinonae 1627. fol.* — *Io. Alb. Sebiz* in libr. II. de differentiis morborum et cauſſis ſymptomatum commentarii. Argent. 1630. 4. — Exſtat etiam *Laurentii Iouberti* commentarius. — *Melch. Sebiz* diſſ. liber Galeni de differentiis morborum. Argent. 1670. 4. — *Melch. Sebiz* diſſ. Galeni liber de morbor. cauſſis. Argent. 1630. 4.

54. Περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους βιβλία ί. *De compoſitione medicamentorum ſecundum locos libri decem.* Exſtant in Aldina part. II. fol. 87. in graeca Baſil. part. II. pag. 152. in edit. Charterii tom. XIII. pag. 319. in ſeptima Iuntarum claſſ. V. fol. 131. Citat *Galenus* hunc librum inter proprios in cap. 37. artis medicae, ſcripſitque, poſtquam ſcripſerat libros de vſu partium, libros de methodo medendi, et libros de medicamentis ſimplicibus. Ianus Cornarius putabat, hos libros omnium a Galeno ſcriptorum poſtremos eſſe. Ampliſſimus in iis continetur recenſus medicamentorum compoſitorum, et propriorum Galeno, et aliorum, maxime Archigenis, cuius libri de medicamentis ex hoc Galeni libro fere poſſent reſtitui. Laudatiſſimus is liber erat Arabibus, et Arabiſtis. Inſcriptionem habebat apud eos Liber Miramir, ſeu decem tractatuum. — *Codices* MSS. *graeci* ſunt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMCXXIII. MMCLVI. In biblioth. *Medicea.* In biblioth. Diu. Marci *Venet.* cod. CCLXXX. de compoſitione medicaminum per ſingulas corporis partes libri X. ſcr. manu Io. presbyteri Rhoſi Cretenſis — a. 1470. vid. catal. pag. 135. et cod. CCLXXXVIII. cum eadem inſcriptione. (catal. pag. 137.) Libri VI. VII et VIII. codex eſt in biblioth. Caeſar. *Vindobonenſ.* Lambec. II. cap. 6. Octo eius operis libri ſunt in biblioth. publ. Pariſin. nr. MMCLVIII. Duo libri priores in ead. nr. MMCLVIII. Galenus de compoſitione pharmacorum ſimplicium eſt in bibl. publ. *Pariſin.* nr. MMCLXVII. Et inter codd. MSS. eccleſ. cathedral. *Wigornienſ.* nr. 745. In *Vaticana.* Montf. p. 28. — *Arabice*, vertente *Honain*, cum notis eius Caſiri nr. 791. et lib. 5. 6. 7. nr. 792. — Prodierunt *latine* Pariſ. 1530. Interpr. *Io. Guinthe io, Andernaco.* Pariſ. 1535. fol. — *Galeni* de compoſitione pharmacorum localium ſeu ſecundum locos libri X. recens fideliter conuerſi a Iano Cornario, vna cum eiusdem Cornarii commentariorum medicorum in eosdem libros libris X. Baſil. 1537. fol.* — *Galenus* de compoſitione pharmacorum, cum eiusdem et aliorum ſylvula experimentorum, per *Conradum Gesnerum.* Tigur. 1541. 8. — Galeni de compoſitione pharmacorum localium libri X. *Iano Cornario* interprete. Lugd. 1549. 12.* — Praeter *Cornarium* interpretatus etiam eſt hos libros *Nicolaus Marchellus.* — *Fr. Rotae* commentar. in hunc libr. cum graeco textu. Bonon. 1553. 8. — Compendium ex *Actuarii Zachariae* libris de differentiis vrinarum, iudiciis et praeuidentiis. Vniuerſalis doctrina Galeni de compoſitione pharmacorum ſecundum locos affectos a capite ad calcem. Syluula Galeni experimentorum et aliorum aliquot. Omnia per *Conradum Gesnerum.* Tigur. apud Froſchouerum. ſ. a. 8. — *Iac. Hollerii* ad libros Galeni de compoſitione medicamentorum κατὰ τόπους periochae VIII. Francof. 1589. fol.* Francof. 1603. 12.* Prodierunt etiam cum Iac. Hollerii de morbis internis libr. II. Pariſ. 1571. 8.* Lugd. 1578. 8.* Francof. 1589. 12.* Francof. 1603. 12.*

55. Περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη βιβλία ζ'. *De compoſitione medicamentorum per genera libri ſeptem.* Exſtant in Aldina part. II. fol. 1. in graeca Baſil. part. II. pag. 312.

pag. 312. in edit. Charterii tom. XIII. p. 640. in ſeptima Iuntarum claſſ. V. fol. 209. Comprehendiſſe videtur hos libros ſub libris de medicamentis, quos citat cap. 39. art. medic. Continetur in iis et modus pharmacorum, externorum morborum curandorum vſui accommodatorum, praeparandorum, et ipſa eorum medicamentorum tam propriorum Galeno, tam ab aliis petitorum, copioſiſſima enarratio. — *Codices graeci* ſunt in bibl. publ. Pariſ. nr. MMCLVIII. MMCLVI. Libri ſex ſunt in biblioth. *Medicea.* In bibl. *Veneta* D. Marci cod. CCLXXXV. de compoſitione medicaminum per genera, lib. VII. quorum poſtremus mutilus eſt. vid. catalog. pag. 137. — *Latine* ſcripti exſtant in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCLXV. — Prodierunt *latine*, *Io. Guintherio* interprete, cum libr. de compoſit. medicamentor. ſecundum loc. Pariſ. 1530. fol. — *Galeni* de compoſitione medicamentorum κατὰ γένη lib. VII. per *Io. Guinterium* latinitate donati. Eiusd. de ponderibus et menſuris liber *Andr. Alciato* interpr. Baſil. 1530. fol. * Alia editio Pariſ. 1535. fol. — Recognita legitur *Guintherii* verſio in editt. operum Galeni latinis ab *Auguſtino Gadaldino.* — *Fr. Rotae* liber de introducendis graecorum medicaminibus commentarium quaſi fecit in libr. I. de compoſit. medicamentor. ſecundum genera. Prodiit is liber Bonon. 1553. fol. * — *Conr. Gesnerus* compendium etiam ex his libris compoſuit, particularibus omiſſis medicamentis. — In libr. III. de la compoſition des medicaments en general epitome exſtat Mart. Gregorii. Lugd. 1552. 12. — Compoſitiones aliquot ex Galeni primo et quinto Catageni (κατὰ γένη), quae nunc ab aromatariis in vſu habentur, prodiere, cum *Mesues* operibus ſaepius, v. g. in edit. Venet. apud Iuntas. 1549. fol. *

56. Θεραπευτικῆς μεθόδȣ βιβλία ιδʹ. *Methodi medendi libri XIV.* Exſtant in Aldina part. IV. fol. 1. in graeca Baſil. part. IV. pag. 1. in edit. Charterii tom. X. pag. 1. in ſeptima Iuntarum claſſ. VII. fol. 2. Refert de his libris, a ſe ſcriptis, Galenus in arte medica cap. 37. et de libr. propr. cap. 4. Citat in iis libros de temperamentis, de ſimplicium medicamentorum facultatibus, de compoſitione medicamentorum, de elementis ſecundum Hippocratem, de locis adfectis, artem medicam, de differentiis febrium, de ſanitate tuenda, de criſibus, de pulſibus, de Hippocratis et Platonis decretis, de marasmo, de naturalibus facultatibus. Sex priores ad Heronem ſcripti ſunt, quo mortuo reliqui ſcripti ſunt ad Eugenianum. Scripſit hos libros ad dogmaticorum, ſeu, quam vocat, Hippocratis medicinam, per methodicos contemtam, reſtituendam. Eſt opus *Galeni* iam ſenis, in quo et plurimos ſuos libros citat. Is liber maximi aeſtimatus eſt ab omnibus Galeni ſectatoribus, et fere in eadem dignitate habitus, quam ars medica. *Codices graeci* ſunt in bibl. publ. *Pariſ.* nr. MMCLX. MMCCLXII. MMCLXXI. in bibl. D. Marci *Veneta*, cod. CCLXXXIV. (catal. pag. 137.) In *Medicea.* Bandini III. pag. 53. Codicis meminit *Mazucchelli*, ex quo perfici poſſit, quod deerat in verſione Burgundionis. Liber tertius exſtat ſolus *graece* in bibl. publ. *Pariſ.* nr. MMCCXXXII. Libri quatuor ſunt in bibl. publ. *Pariſ.* nr. MMCCXXXII. In biblioth. *G. Laudi* ſunt omnes: Catal. MSS. Angl. nr. 706. — Codices *latini* ſunt in biblioth. *Norfolk* nr. 3443. in biblioth. *Cai. Gonuil.* nr. 946. 947. in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCLXV. Libri 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. et pars 16. eſt latine in biblioth. *Cai. Gonuil.* nr. 947. Libri 16. pars iſta ex libris de methodo medendi ad Glauconem eſſe videtur. Megategni Galeni codex eſt in bibl. *Mertonenſi* nr. 685. *Megatechnes* Galeni codex eſt in libris *Carol. Theyer.* Cod. Brit. nr. 6605. et in bibl. Cai. Gonuil. nr. 955. Flores

ſeptem

ſeptem poſteriorum librorum de methodo medendi ſunt *latine* in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMMMXLVII. Libri quidem, ſed initio et fine imperfecti θεραπευτικῶν Galeni ſunt inter *Voſſianos* in bibl. acad. *Lugd. Batau.* vid. catal. ei. bibl. pag. 402. nr. 11. — *Hebraici* codices ſunt in bibl. *Vindob.* Factus eſt Hebraicus ex Arabico, a *Rabbi Chanin ben Iſaac.* Lambec. edit. Kollar. I. pag. 291. Libri vt priores ſunt in bibl. *Eſcurial.* Caſiri nr. DCCXCVIII. Eſt etiam in ea bibliotheca paraphraſis in libros de arte medendi auctore *Abu Amram Mouſe Ben Obeidolla Ben Maimon,* Cordubenſi. — *Galeni* therapeutica. *Graece.* Venet. 1500. fol. vid. catal. bibl. Lugd. Batau. pag. 140. — *Latine, Th. Linacro* interprete. Pariſ. 1514. fol. — *Galeni* methodus medendi, vel de morbis curandis. *Th. Linacro,* Anglo, interprete libri XIV. In fine appoſuimus, quae ipſe Linacer recognouit in opere de ſanitate tuenda. Lutet. ſumtu Gfr. Hittorp. 1519. fol. * — Adpoſitis in fine, quae ipſe Linacer recognouit in opere de ſanitate tuenda Lipſ. 1519. fol. — Pariſ. 1526. 8. — *Galeni* methodus medendi, vel de morbis curandis *Thoma Linacro* interprete libri XIV. poſt gallicam impreſſionem II. MCCXXV. caſtigationibus decorati, quos idem interpres recognouit. Venet. 1527. 4. * — Baſil. 1529. 8. — Pariſ. 1530. 8. — Pariſ. 1538. 8. — Lugd. 1546. 16. — Lugd. 1549. 8. — Verſionem *Th. Linacri* recognouit *Auguſtinus Gadaldinus.* — Sex libri priores prodierunt *gallice* Pariſ. 1554. 16. — *Io. Agricolae* ſcholia copioſa in therapeuticam methodum, i. e. abſolutiſſimam Galeni curandi artem. Aug. Vindel. 1534. 8. * — Methodus θεραπευτικὴ ex ſententia Galeni et Io. Bapt. Montani a *Io. Cratone.* Acc. idea Hippocratica, de generatione pituitae, de humore melancholico, de victus ratione eod. auctore. Baſil. per Oporinum, 1555. 8. * — *Io. Cratonis* in Galeni libros methodi therapeutices perioche methodica. Acc. demonſtratio, quomodo ex generali methodo ſingulorum morborum curatio petenda ſit. Baſil. 1563. 8. * — *Lud. Lemoſii* in libros duodecim methodi medendi Galeni commentaria. Salamant. 1582. fol. — *Fabii Pacii* comment. in VI. priores libr. Galeni method. medend. et in VII. librum. Acc. Pini compend. inſtar indicis in Hipp. oper. Venet. 1597. fol. — *Fabii Pacii* commentarius in Galeni (ſex priores) libros Galeni methodi medendi, cum triplici indice. Vicentiae, 1597. fol. * 1598. fol. * — *Fabii Pacii* comment. in VII. librum methodi medendi. Acc. ei. de morbo Gallico per methodum curando lib. Vicentiae, 1688. fol. * 1599. fol. * — *Melch. Sebiz* collegium therapeuticum 25. diſputationum ex Galeni medendi methodo deſumtum. Argent. 1634—1638. 4. Reſoluit etiam methodum medendi Galeni in 14. diſputationes, ediditque cum prolegomenis idem Sebizius. Argent. 1639. 4. — *Matth. de Clera* clauis totius medicinae dentibus VIII. acutiſſimis fabrefacta, ſpecioſiora arcana magisque recondita penitiſſime expendens per VIII. videlicet libros methodi medendi Galeni a ſeptimo vsque ad XIV. Acc. manus medica dextra V. digitos continens cet. Lugd. 1674. fol. * — *Caſp. Hofmanni* praxis medica curioſa, h. e. *Galeni* methodi medendi libri XIV. noua accuratiſſima verſione et perpetuis commentariis et caſtigationibus illuſtrati. Adiecta ſunt nonnulla in epidorpismatum vicem, cumprimis de dicterio illo, medice viuere eſſe peſſime vivere cum orat. Io. Georg. Volkameri, cura Seb. Schefferi. Francof. 1680. 4. * — *Ant. de Mery* perioche in VII. libros priores methodi medendi Galeni. Pariſ. 1534. 12. * — *Io. Caii* de medendi methodo libri II. ex Claud. Galeni et Io. Bapt. Montani ſententia. Baſil. 1544. 8. * — *Iac. Syluii* morborum internorum paene omnium curatio breui methodo comprehenſa ex Galeno praecipue et M. Gattinaria. Pariſ. 1545. 8. et ſaep. Etiam in *Iac. Syluii* operibus. Ratio medendi morbis

internis

internis prope omnibus *C. Galeni* ſcriptis et M. Gattinarie practica per *Iac. Syluium.* Lugd. 1549. 12. * — Tabulae curationum et indicationum ex prolixa Galeni medendi methodo in ſumma rerum capita contractae. Lugd. 1554. 4. — *Blaſii Hollerii* morborum curandorum breuis inſtitutio iuxta Galeni ſententiam libri III. Baſil. 1556. 8. * — *Hier. Cardani* liber V. contradictionum quaedam ad illuſtrandos vltimos libros methodi medendi continet. — *Herm. Conring.* commentariolum in Galeni libr. XIII. methodi medendi de ratione curandi inflammationes. Helmſtad. 1662. 4.

57. Τῶν πρὸς Γλαύκωνα θεραπευτικῶν βιβλία β'. *Ad Glauconem de medendi methodo libri duo.* Sunt in Aldina part. IV. fol. 100. in graeca Baſil. part. IV. pag. 295. in edit. Charterii tom. X. pag. 344. in ſeptima Iuntarum claſſ. VII. fol. 98. Suos eſſe hos libros, profitetur *Galenus* cap. 4. libelli de libr. propriis, non vero refert de hoc in arte medica. In generalibus magis verſatur, quam in libris de methodo medendi. Diſci ex hoc libro plus frugis, quam ex omnibus Arabibus, Mart. Akakia teſtatur. Citat libros de pulſibus, de temperamentis, de medicamentorum ſimplicium facultatibus. Promittit libr. II. cap. 13. ſe ſcripturum aliud magnum opus de methodo totius curationis. Hinc ſcripti hi libri ſunt ante libros de methodo medendi. — *Codices graeci* ſunt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMCLVI. MMCLVII. MMCLXVI. MMCCLXV. MMCCLXIX. MMCCCLXX. In biblioth. acad. Lugd. Batau. exſtat liber vterque graece in Voſſianis. vid. catalog. eius biblioth. p. 394. nr. 53. In biblioth. Diu. Marci *Veneta* cod. CCLXXX. In *Medicea* plut. LXXV. et apud Bandin. III. pag. 156. 164. In biblioth. acad. *Lugd. Batau.* eſt in MSS. Voſſianis Galeni de arte curatiua ad Glauconem libri ſecundi pars et tertius, (quisnam is ſit, incertum eſt,) integer. vid. catal. eiusd. biblioth. pag. 374. nr. 85. Graecus codex, at in principio libri I. et in fine libri II. mutilus, eſt in biblioth. caeſar. *Vindob.* de Neſſel part. III. nr. 18. pag. 28. Alius codex, pariter mutilus in principio lib. I. et fine lib. II. eſt in bibl. caeſar. *Vindob.* de Neſſel part. III. nr. 19. pag. 29. — *Latinus* codex eſt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCLXV. in biblioth. *Voſſian.* nr. 2162. 2406. — *Arabice*, vertente *Honain*, exſtat in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MXLIII. Interprete *Ali Ben Redvan*, qui et commentatus eſt in hunc librum, apud Caſiri, nr. DCCCLXXVII. *Hebraice*, in bibl. publ. *Pariſ.* nr. CCCXV. — Prodiit *graece*, Venet. 1500. fol. — *Galeni* de ratione medendi libri II. graece. cum praefat. *Io. Guintherii* de veteris medicinae interitu. Pariſ. 1536. 8. * — *Galeni* opera latina *Nic. Leoniceno* interprete, ſcil. de differentiis morborum libri II. de inaequali intemperatura lib. I. de arte curatiua ad Glauconem libri II. de criſibus libri III. Pariſ. in offic. H. Stephan. 1514. 4. * — Prodiere etiam ſoli ex verſ. *Nic. Leoniceni* Venet. 1538. 12. * — Lugd. 1549. 12. * — Pariſ. 1528. 8. — 1537. 8. — Lugd. 1551. 8. — *Stephani* Athenienſis explanationes in Galeni librum I. therapeuticum ad Glauconem *Auguſtino Gadaldino* interprete, cum indice locupletiſſimo et ſcholiis, quibus caſtigationes in his explanationibus explicantur. Venet. 1534. 8. apud Iuntas 1554. 8. * Lugd. 1550. 8. 1558. 8. cum medic. antiq. graecis latinitate donatis per Craſſum, Baſil. 1581. 4. Lugd. 1555. 8. * Sunt paraphraſticae. — *Galeni* de ratione curandi ad Glauconem libri II. *Mart. Akakia* interprete, cum eiusdem commentariis. Pariſ. 1538. 4. * Venet. 1547. 8. * Lugd. 1547. 8.* Lugd. 1551. 16. Pariſ. 1587. 8. *Io. Bapt. Montani* in libros Galeni de arte curandi ad Glauconem explanationes. Venet. 1554. 8. * Lugd. 1556. 12. * — Referri debent etiam ad commentarios ad hunc librum *Io. Caii* de medendi methodo libri II.

ex

ex Galeni et Io. Bapt. Montani ſententia. Baſil. 1544. 8. * — *Victoris Trincauelli* comment. in libr. I. methodi therapeutices ad Glauconem. Venet. 1575. fol. * — *Petri Camanis* commentarii in Galenum de curandi ratione ad Glauconem. Valentiae. 1625. 4. *Hier. Cardani* contradictionum lib. IV. continet quaedam ad illuſtrationem huius libri.

58. Περὶ φλεβοτομίας πρὸς Ἐρασίστρατον. *De venaeſectione aduerſus Eraſiſtratum liber.* Exſtat in Aldina part. IV. fol. 1. in graeca Baſil. part. IV. pag. 1. in edit. Charterii tom. X. pag. 392. in ſeptima Iuntar. claſſ. VI. fol. 5. Confutat Eraſiſtratum, venaeſectionis mentionem vna tantum vice in libris ſuis mentionem facientem, eamque damnantem. Refertur a *Galeno* inter ſuos libros in cap. 37. art. medic. et cap. 4. de libr. propriis. — Interpres *latinus* eſt *Ioſephus Tectander*, Cracouienſis. Prodiit eo interprete cum lib. de venaeſect. adu. Eraſiſtrateos et de curandi ratione per ſanguinis miſſionem. Lugd. 1549. 12. — Prodiit *germanice: Galen* vom Aderlaſſen gegen den Eraſiſtrat. Ueberſetzt und mit Anmerkungen verſehen von *D. M. von Sallaba.* Wien, 1791. 8. *

59. Περὶ φλεβοτομίας πρὸς Ἐρασιστρατείους τοὺς ἐν Ῥώμῃ. *De venaeſectione aduerſus Eraſiſtrateos Romae degentes.* Exſtat in Aldina part. IV. fol. 4. in graeca Baſil. part. IV. pag. 7. in edit. Charterii tom. X. pag. 406. in ſeptima Iuntar. claſſ. VI. fol. 9. Venaeſectionis vſum et neceſſitatem maxime per exempla commendat. Citatur a Galeno inter tres iſtos libros, quos de venaeſectione ſcripſerit de libr. propr. cap. 4. — *Codex graecus* eſt in bibl. Diu. Marci *Venet.* cod. CCLXXIX. (catal. pag. 235.) — Interpres *latinus* eſt *Ioſephus Tectander*, Cracouienſis. Prodiit eius verſio cum verſ. libri ab eodem auctore de venaeſectione adu. Eraſiſtratum et de curandi ratione per venaeſectionem. Lugd. 1549. 12. — Io. Bapt. Perſonae ſcholia in Galeni libr. de venaeſectione exſtant.

60. Περὶ φλεβοτομίας θεραπευτικὸν βιβλίον. *De curandi ratione per venaeſectionem.* Exſtat in Aldina part. IV. fol. 9. in graeca Baſil. part. IV. p. 17. in edit. R. Charterii tom. X. pag. 428. in ſeptima Iuntarum claſſ. VI. fol. 19. Refert hunc librum Galenus inter tres eos, quos de venaeſectione ſcripſerit in cap. 4. de libr. propriis. Agit in eo de plethora, et de vſu venaeſectionis ad eam, quam abſtinentia, etiam quam maxime ſeuera ideoque morbos concitans, tamen non curet de inflammatione et aliis morbis, qui venaeſectionem requirant, de variis modis ſanguinis euacuandi, etiam de arteriis incidendis. Pertinet ad meliores Galeni libros plenosque experimenti proprii. Citat *Galenus* in hoc libro libros de methodo medendi, de venaeſectione aduerſus Eraſiſtratum et Eraſiſtrateos, Romae degentes, de ſanitate tuenda, de demonſtratione, de Aſclepiadis placitis, de medicamentis purgantibus, de elemenſis, de plenitudine, de attenuante diaeta. — Codex *graecus* eſt in biblioth. Diu. Marci *Venet.* cod. CCLXXIX. (catal. pag. 135.) in Medicea. Bandini III. pag. 122. Galeni de venaeſectione eſt graece inter Voſſianos biblioth. acad. Lugd. Bat. vid. catal. eiusd. biblioth. p. 397. nr. 45. Excerpta ex Galeno de phlebotomia ſunt graece in bibl. Vindob. de Neſſel. nr. 28. part. III. pag. 39. Excerpta ſunt etiam in biblioth. Baroccian. catal. MSS. Angl. et Hibern. nr. 224. — *Latinus* eſt in biblioth. publ. Pariſin. nr. MMMMMMDCCCLXV. — Prodiit *graece* Pariſ. 1530. — *Latine*, vertente *Theodorico Goudano.* cum lib. de ſanguiſugis, reuulſ. cucurbit. et ſcarificat. Venet. 1537. 12. * Prodiit etiam Baſil. 1532. fol. — vertente *Leonh. Fuchſio*, qui longe emendatiorem verſionem ſuam fecit adhibitis codd. Vaticanis. Lugd. 1546. 8. * 1550. 12. — vertente *Guidone Patino*, curante *Ludou. Bauot*, in Guiberti collectione.

lectione. Parif. 1649. 8. — Prodiit etiam *Io. Tectandro* interprete cum libris de venaefectione aduerfus Erafiftratum et Erafiftrateos, Romae degentes. Lugd. 1549. 12. — Le livre de Galien de l'art de guerir par la faignée, traduit du grec, enfemble un difcours fur les caufes, pour lesquelles on ne faigne pas encore tant allieurs qu'a Paris, et pourquoy quelques médecins mesme ont detracté de cette pratique de Paris. Paris, 1603. 12. * Interpres Gallicus eft *Lud. Bauot.* — Codex MS. commentarii *Emanuelis Fernandez de Moura* ext. Cap. de Vil. — Commentarius *Ferd. Menae* prodiit Turin. 1587. 8. * 1589. 12. — *Scholia latina* in hunc libell. cum notis *Hieronymi Nunnii Ramirez.* Lisbon. 1608. 4. — Commentarius *Melch. Sebiz.* Argent. 1652. 4. * — *Melch. Sebiz* problemata phlebotomiae, ex Galeno de curandi ratione per venaefectionem depromta et ad materiae genera diuifa. Argent. 1631. 4.

61. Περὶ μαρασμȣ̃. *De marafmo liber.* Eft in Aldina part. III. fol. 94. in graeca Bafil. part. III. pag. 373. in edit. Charterii tom. VII. pag. 178. in feptima Iuntarum claff. III. fol. 45. Non citat Galenus hunc librum inter fuos in libr. de libr. propriis et arte medica. Eft fcriptus maxima ex parte aduerfus Philippi de marcore librum. Citantur in eo a Galeno libri de adminiftrat. anatomic. de temperamentis, de pulfibus, de differentiis febrium, de facultat. naturalibus. — Codices *graeci* funt in biblioth. Diu. Marci *Venet.* in *Vindobonenfi.* Lambec. I. pag. 181. — *Latinus* eft in bibl. publ. *Parif.* nr. MMMMMMDCCCLXV. — *Hebraicus* codex ex arabico verfus a *R. Chanin ben Ifaac* exftat in bibl. caefar. *Vindob.* Lamb. edit. Kollar. I. 290. — Prodiit *graece,* cum nonnullis aliis, cura *G. Morelli,* Parif. 1557. 8. — *Latine*, *Herm. Cruferio* interprete. Parif. apud Chr. Wechel. 1533. 4. * — Interpretes huius libri etiam funt *Auguftinus Gadaldinus*, *Ianus Cornarius*, *Victor Trincauellius.*

62. Τῷ ἐπιληπτικῷ παιδὶ ὑποθήκη. *Pro puero epileptico confilium.* Exftat in Aldina part. IV. fol. 15. in graeca Bafil. part. IV. pag. 28. in edit. Charterii tom. X. pag. 487. in feptima Iuntarum claff. VII. fol. 175. Refert hunc librum Galenus inter proprios in cap. 4. de libr. propriis. — *Codex graecus* eft in bibl. Diu. Marci *Veneta* — in cod. CCLXXXII. (catal. pag. 136. citatur.) de coena puero morbo comitiali laboranti. — Prodiit feorfim cum nonnullis aliis Galeni libris, Bafil. 1531. fol. — Interpres eft *Nic. Leonicenus*, *Aug. Riccius.*

63. Πρὸς Θρασύβȣλον βιβλίον, πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμναςικῆς ἐςὶ τὸ ὑγιεινόν. *Ad Thrafybulum liber, vtrum medicinae fit vel gymnaftices hygieine.* Exftat in edit. Aldin. part. IV. fol. 37. in graeca Bafil. part. IV. pag. 287. in edit. Charterii tom. VI. pag. 8. in feptima Iuntarum claff. II. fol. 101. Citat eum librum *Galenus* in libr. II. de fanitate tuenda, cap. 8. — *Codex graecus* eft in bibl. publ. *Parif.* nr. MMCLXIV. In *Medicea*, Bandini I. pag. 49. — Interpretatus eft *Iunius Paulus Craffus.*

64. *De attenuante victus ratione.* Eft in edit. Charterii tom. VI. pag. 411. in feptima Iuntarum claff. II. fol. 43. Exftat hodie tantum *latine,* etfi genuinus eft et ab ipfo Galeno inter proprios citatur cap. 37. libri de arte medica. Citat etiam hunc librum *Galenus* in libr. VI. de fanitate tuenda, cap. 3. et in aliis libris. — Codex *latinus* eft in biblioth. publ. *Parif.* nr. MMMMMMDCCCLXV. in biblioth. D. Marci *Veneta,* codd. lat. pag. 137. cod. CCCXVII. fub titulo: de regimine fanitatis. — Prodiit *latine,* vertente *Martino Gregorio,* cum libris de alimentorum facultatibus, Lugd. 1549. 16. — *Gallice*, vertente *Io. le Bon.* Parif. 1556. 16.

65. Ὑγιει-

65. Ὑγιεινῶν λόγοι ς'. *De sanitate tuenda, libri sex.* Exstant in Aldina part. IV. fol. 1. in graeca Basil. part. IV. pag. 220. in edit. Charterii tom. VI. pag. 40. in septima Iuntarum class. II. fol. 62. Memorat *Galenus* inter suos in libr. art. med. cap. 37. et in libr. de libr. propriis. Citat *Galenus* in his de sanitate tuenda libris libros de Hippocratis et Platonis decretis; de temperamentis; librum ad Thrasybulum vtrum medicinae sit vel gymnastices hygiene; de marasmo, de arte medica, de alimentorum facultatibus; de cibis boni et mali succi; de attenuante victus ratione. Estque referendus inter Galeni optimos libros atque elaboratissimos, quos, monente nostris adhuc temporibus Tissoto, viro summo, nemo medicorum fuerit adsequutus. — Codex *graecus* est in bibl. Diu. Marci *Venet.* saec. XII. cod. CCLXXVI. Alius est ibid. saec. XV. cod. CCLXXXII. — Codex *hebraicus* ex Arabico versus a *R. Chonin ben Isaac* est in biblioth. Caesar. *Vindob.* Lambec. edit. Kollar. I. pag. 291. — Codex *latinus*, et quidem ex arabica versione factus, vertente *Nicolao de Rhegio et Burgundione*, iudice Pisano, est in bibl. publ. *Paris.* nr. MMMMMMDCCCLXVII. Galenus de sanitate fruenda est in Vaticana. Montf. pag. 28. — Prodiit *graece: Galeni* de tuenda valetudine libri VI. graece, ad vetusta exemplaria castigati per *Io. Caium.* Basil. 1549. 8. * — Cum aliis, et *Prosp. Gelenii* paraphrasi prodiit 1538. 8. — *Latine*, interprete *Th. Linacro.* Paris. per Guil. Rubeum. 1517. fol. * Venet. 1523. 4. * Coloniae, 1526. 8. * Paris. 1526. 4. 1530. fol. 1538. fol. Lugd. 1548. 12. Lugd. 1549. 12. * 1559. 12. * Th. Linacri versionem recognouit atque ad graecorum exemplarium fidem emendauit *Aug. Gadaldinus.* Emendauit eamdem *Hieronym. Douzellinus.* — Vertente *Albano Torino.* Basil. 1538. 8. Nouam versionem latinam, eamque optimam, confecit Casp. Hofmann, in comment. in hunc libr. mox dicendis. — *Italice. Iosepho Galiano* interprete. Panormi, 1650. 8. — *Germanice* libri I. cap. 7. vsque ad vndecimum prodiit, vertente *Io. Carolo Osterhausen,* in b. *Wittweri* Archiv für die Geschichte der Arzneykunde B. I. St. I. pag. 56. Molitus est Cl. Osterhausen interpretationem germanicam huius libri, quae hactenus lucem tamen non vidit. — Commentarii in hunc librum sunt: *Galeni* de sanitate tuenda libri sex a *Th. Linacro,* Anglo, latinitate donati et nunc recens annotationibus sane luculentis et quae commentarii vice esse possint, a *Leonhardo Fuchsio* illustrati. Tubing. 1541. 8. * Annotationes Fuchsii titulum peculiarem habent. — *Antonii Raberii* comment. in libr. I. prodierunt Basil. 1547. fol. — *Iacobi Bording* comment. 1605. 4. — Vita medica, hoc est *Galeni* ὑγιεινῶν, siue methodi sanitatis tuendae libri VI. noua eaque omnium accuratissima versione et perpetuis commentariis et castigationibus illustrati a *Casp. Hofmanno.* Curante *Sebastiano Scheffero.* Francof. 1680. 4. * Boni sunt hi commentarii, minus tamen ad libri ipsius interpretationem, magis ad diaeteticen generatim facientes.

66. Περὶ τροφῶν δυνάμεως βιβλία γ'. *De alimentorum facultatibus libri III.* Sunt in edit. Aldin. part. IV. fol. 45. in graeca Basil. part. IV. pag. 303. in edit. Ren. Charterii tom. VI. pag. 300. in septima Iuntarum class. II. fol. 7. Non citat hunc librum inter suos *Galenus* in libro de libr. propriis et in arte medica, cap. 37. Citat vero in ipsis his de alimentorum facultatibus libris libros de simplicium medicamentorum facultatibus; de temperamentis; de diaeta sanorum; commentarios in Hippocratis librum de diaeta acutorum; de methodo medendi; de sanitate tuenda. Hinc est Galeni opus conscriptum ab eo, quum aetate esset iam prouectior. — *Epitome graeca* ex hoc libro exstat in biblioth. Taurinensi.

 cod. VI.

cod. VI. catal. pag. 70. — Codex *graecus* eſt in bibl. Diu. Marci *Veneta*, cod. CCLXXIX. (catal. pag. 135.) — Cod. *latinus* de virtutibus naturalibus cibariorum exſtat in bibl. colleg. *Mertonenſ. Oxon.* nr. 685. Exſtat et *lat.* per fratrem *G. de Morbecka* in bibl. Diu. Marci *Venet.* cod. CCCXVII. catal. codd. *lat.* pag. 137. — *Galenus* de alimentis, *arabice* Caſiri nr. 798. — Prodiit *graece*, apud Fed. Morellum. Pariſ. 1557. 8. — *Latine*, interprete et enarratore *Martino Gregorio*, Lugd. 1547. 16.* 1549. 16. 1550. 12. — *Galeni* de alimentorum facultatibus libri III. ex *Mart. Gregorii* interpretatione pluribus in locis emendata. Subiunctus eſt alimentorum index graecus, latinus, gallicus, belgicus. Lugd. Bat. 1633. 12.* — *Auguſtinus Gadaldinus* interpretationem Mart. Gregorii ad exemplarium graecorum fidem expurgauit. Eamdem emendauit etiam *Riccus*. — *Italice* prodiit, vertente *Hieronymo Sacchetto*. Venet. 1562. 8.

67. Περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας τροφῶν. *De probis prauisque alimentorum ſuccis.* Eſt in Aldina part. IV. fol. 69. in graeca Baſil. part. IV. pag. 351. in edit. Charterii tom. VI. pag. 416. in ſeptima Iuntarum claſſ. II. fol. 33. Non citat Galenus hunc librum inter ſuos. Scripſit vero hunc librum, cum ſenio iam appropinquaret, teſte ipſo eius libri textu, cap. 1. pag. 420. Multa in hoc libello occurrunt ſcitu vtilia de noxiis alimentorum quorumdam qualitatibus, fungorum cet. Ex eſu frugum et fructuum horaeorum morbum ipſe Galenus contraxit, quem deſcribit. — Codex *graecus* eſt in bibl. *Diu. Marci* cod. CCLXXXV. (catal. pag. 137.) et in Medicea. Bandini III. pag. 127. Libri de cruditate, quem hunc eſſe puto, codex *graecus* eſt in biblioth. publ. Pariſ. nr. MMCCLVI. — Prodiit *graece*. Pariſ. 1536. — *Latine*, vertente *Ferd. Balamio*, cum aliis Galeni. Baſil. 1535. fol. — *Latine*, vertente *Sebaſt. Scrofa.* Lugd. 1547. 12. — *Galeni* de bono et malo ſucco liber vnus a *Sebaſt. Scrofa* in latinum conuerſus. Pariſ. apud Chriſt. Wechel. 1546. 8.* — Vertit etiam *Iulius Alexandrinus*, medicus Tridentinus, *Riccus*, et *Sebaſtianus Sirop.*

68. Ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεται. *Quod animi mores corporis temperamenta ſequantur.* Exſtat in edit. Aldin. part. I. fol. 168. in graeca Baſil. part. I. pag. 344. in edit. Ren. Charterii tom. V. p. 444. in ſeptima Iuntarum claſſ. I. fol. 231. Eſt ex optimis Galeni, qui ab iis non diſſentire videtur, qui adſerunt, animum humanum a materia quadam eſſe conflatum. Liber erat mancus et vltima parte mutilus in edit. Aldin. et Baſileenſi. Charterius eum primum integrum exhibuit in operibus Galeni poſt Federicum Morellum. Librum integrum ſcriptum, a Caſaubono acceptum, adhibuit ad reſtituendum eum librum Charterius. — Prodiit *graece*, per Fed. Morellum, qui hunc librum integriorem edidit, Pariſ. 1528. 8. *Graece* et latine prodiit cum aliis Galeni, cura Theod. Goulſton. Londin. 1640. 4. Cum aliis *Guintherio* interprete, 1617. 12. Exſtat etiam *Pauli Iunii Craſſi* verſio in Galeni opp. latinis. — *Io. Bapt. Perſonae* in Galeni librum, cui titulus eſt, quod animi mores corporis temperamenta ſequantur commentarius ſingularis. Bergomi, 1602. 4. *

69. Γαληνοῦ τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις. *Linguarum, ſeu dictionum exoletarum Hippocratis explicatio ad Theutram ſcripta.* Exſtat in edit. Aldin. part. V. ad fin. in edit. graec. Baſil. part. V. pag. 705. in edit. Charter. tom. II. pag. 79. in ſeptima Iuntar. in libr. extra ordinem claſſium fol. 71. Eius meminit *Galenus* in libr. de libris propriis cap. 6.

cap. 6. pag. 44. tom. I. Scriptus eſſe videtur ab eo, poſtquam iam commentarios in Hippocratem, ſaltim plures, elaborauerat: monet enim, ſe longe plures adhuc voces Hippocratis collegiſſe. Complectitur is liber non ſolum antiquas voces, in Hippocratis libris obvias, ſed etiam eas, quibus Hippocrates proprio aliquo modo, et praeter conſuetudinem graecorum, vſus fuerat. — Codex *graecus* exſtat in bibliotheca Mosquenſi, teſte Cl. Matthaei, in catalogo MSS. bibliothecae patriarchalis Mosquenſis. conſ. *Franzii* praefat. in Erotiani, Galeni et Herodoti gloſſaria in Hippocratem pag. 19. Aliud MS. gloſſarum Galeni in Hippocratem habebat *Cangius.* Codicem *Amſtelodamenſem* contulit *Io. Phil. Doruillius* quae collatio proſtat in miſcellan. obſſ. crit. in auctores veteres et recentiores in Belgio collectis et proditis in ann. 1749. tom. IX. Amſt. 1749. Verba Doruillii haec ſunt: „Tertio loco exhibentur collationes binae lexici medici, ab Erotiano conſcripti, illa gloſſarum Hippocraticarum, quas Claudius Galenus collegit, eas meo rogatu confecit ad codicem meum medicus apud Amſtelaedamenſes litteratiſſimus *Io. Stephanus Bernardus.* Is codex, ſane bene exaratus continet praeterea quosdam *Oribaſii* libros. Collatio lexici Galeni incipit a p. 1020. ad pag. 1056.“ vid. *Franzii* praefat. ad Erotian. pag. 16. Editio *Henr. Stephani* in duplo proſtat in bibl. acad. Lugd. Batau. Alteri exemplari *Iſaacus Voſſius* quaedam adſcripſit, alterum eſt cum notis MSS. Bonauenturae Vulcanii. Vid. catal. ei. bibliothecae, pag. 135. Lexicon Hippocraticum Galeni eſt inter cod. MSS. Iſ. Voſſii nr. 2171. — *Graece* ſeorſim prodiit cum principe Erotiani editione Henr. Stephani, titulo: Dictionarium medicum, vel expoſitiones vocum medicinalium ad verbum excerptae ex Hippocrate, Aretaeo, Galeno, Oribaſio, Rufo Epheſio, Aetio, Alex. Tralliano, Paulo Aegineta, Actuario, Corn. Celſo. Cum latina interpretatione. Lexica duo in Hippocratem huic editioni praefixa ſunt, vnum Erotiani, numquam antea editum, alterum Galeni, multo emendatius quam antea excuſum. Exc. Henr. Stephanus. Pariſ. 1564. 8.* Edidit *Henr. Stephanus* Galeni gloſſarium emendatius, emendatum ſcilicet ex codicibus veteribus ſtudio *Petr. Gillii.* Addidit Henr. Stephanus obſeruationes quorumdam Hippocratis dictorum, ad eius ſaeculum peculiariter pertinentium, ex Galeno pag. 181 ſq. in quibus loca de ſtilo Hippocratis, de lectione Hippocratis cet. ex Galeno collegit. — Graece et latine prodiit in edit. *I. G. Fr. Franzii*, titulo: Erotiani, Galeni et Herodoti gloſſaria in Hippocratem ex recenſione Henrici Stephani, graece et latine. Acceſſerunt emendationes Henr. Stephani, Bartholomaei Euſtachii, Adriani Heringae. Recenſuit, varietatem lectionis ex MSS. codd. Doruillii et Mosquenſi addidit ſuasque animaduerſiones adiecit *Io. G. Fr. Franzius.* Lipſ. 1780. 8.* Galeni explanatio exſtat ibi a pag. 400. ad pag. 600. Additae ſunt variae lect. ex MS. Doruillii et Mosquenſi, nec non ex edit. Aldina operum Hippocratis. Additae etiam ſunt Iani Cornarii emendationes et coniecturae, quas editioni graecae Baſil. quae in bibliotheca Ienenſi ſeruatur, Cornarius adſcripſerat, quosque Cl. Grunerus poſtea edidit in Progr. acad. I—IV. Ien. 1789. Addidit etiam obſſ. marginales ex latina Iuntarum editione, et Andreae Heringae obſeruationes. *Latinae* interpretationes ſunt *Marii Nizolii,* Bruxellenſis, quam multis locis emendauit *Auguſtinus Gadaldinus.* Ea legitur in editt. Iuntinis. — *Iani Cornarii,* quae eſt in edit. latina operum Galeni, Iani Cornarii. Baſil. 1549. fol. — *Marii Nizolii* verſionem emendatiorem exhibuit Ren. Charterius. — Cornarii verſionem emendatiorem exhibuit in edit. graeco-lat. *Franzius.* — Ad huius libri interpretationem faciunt: Ottonis Brunfels onomaſt. medic. *Anutii Foeſii* oeconomia Hippocratis, alphabeti ſerie diſtincta, de qua vid.

nos in biblioth. graec. lib. II. cap. 23. §. 33. vol. II. pag. 609. *Ioannis Gorraei* definitiones medicae. Multa quoque ad explicationem huius libri occurrunt in *Io. Conr. Dieterichii* iatreo Hippocratico iuxta ductum aphorismor. Vlmae, 1661. 4. Varinus omnia in lexicon ſuum graecum tranſtulit, et quaedam emendatius edidit. — Illuſtrauit plura loca huius gloſſarii *Barthol. Euſtachius*, in not. ad Erotianum, quem latine edidit Venet. apud Luc. Ant. Iuntam, 1566. 4. * — Multa quoque eaque vtiliſſima habet, huc pertinentia, *Adr. Heringa*, in obſeruatt. criticis. Leouard. 1749. *

70. Περὶ ἑπταμήνων βρεφῶν. *De ſeptimeſtri partu.* Non eſt is liber in editionibus graecis operum Galeni Aldina et Baſileenſi: eſt vero in edit. Ren. Charterii tom. V. pag. 347. in Iuntarum ſeptima claſſ. I. fol. 340. *Galenus* in comment. in VI. epidem. Hippocrat. ſect. VII. text. 27. ſcribit, ſeſe commentarium in Hippocratis librum de ſeptimeſtri partu edidiſſe, qui is liber de ſeptimeſtri partu eſſe videtur. — Codex *graecus* eſt inter MSS. Voſſianos nr. 2324. — Prodiit *graece:* Galeni de ſeptimeſtri partu; breuis deſignatio dogmatum Hippocratis; de ptiſſana; de oſſibus libri. Graece, emendati per *Io. Caium.* Baſil. 1557. 8. Prodiit et graece ibid. 1549. 8. — *Latine*, vertente *Io. Guintherio*, Pariſ. 1536. fol. cum aliis. — Vertit etiam *Riccus, Io. Bernard. Felicianus, Ianus Cornarius.*

71. Περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων γραφή. *De libris propriis liber.* Exſtat in Aldina part. IV. fol. 1. in graeca Baſil. part. IV. pag. 361. in edit. Charterii tom. I. pag. 35. in ſeptima Iuntarum claſſ. iſagogicor. fol. 10. Textus multas lacunas habet, quas optandum fuiſſet, vt Charterius reſtituiſſet. Referri debet is liber et ad Galeni genuinos, et ad eos, qui maxime inſeruiunt ad vitae, quam egit, rationem ſtudiorumque. Scripſit eum librum ſenex iam; maximam enim partem librorum, a ſe profectorum, recenſet, quod facit ordine quodam, quo vult, vt a tironibus medicisque legantur. — Prodiit *latine: Io. Caii* opera aliquot et verſiones, partim iam nata, partim recognita et aucta, ſcilicet *Caii* de medendi methodo libri II. de ephemera Britannica liber I. Acceſſit *Galenus* de libris ſuis liber I. a *Ioanne Fichardo* latinitate donatus, nunc ad graeci exemplaris fidem emendatior *Io. Caio*, Britanno, interprete, de ordine librorum ſuorum lib. I. non ante editus, de placitis Hippocratis et Platonis liber primus eodem *Caio* interprete. Louan. 1556. 8. *

72. Περὶ τῆς τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων πρὸς Εὐγενιανόν. *De ordine librorum ſuorum ad Eugenianum.* Exſtat in Aldina part. IV. fol. 4. in graeca Baſil. part. IV. pag. 368. in edit. Charterii tom. I. pag. 49. in ſeptima Iuntarum in claſſe iſagogicor. fol. 14. Pertinet huc, ob argumenti ſimilitudinem, etſi librorum multo minor copia in iis recenſetur. Scripſit vero eum librum Galenus, cum aetate iam eſſet prouectior: monet enim, ſe in longe plures libros Hippocratis commentarios ſcripturum, vbi longior vita ipſi conceſſa fuerit. — Prodiit *latine* cum priori in *Caii* collectione. — Vertit eum *Io. Fichardus.* Verſionem vtriusque libri, nempe huius, et de libris propriis, recognouit *Auguſtinus Gadaldinus.*

73. Περὶ πτισσάνης. *De ptiſſana liber.* Exſtat in edit. Aldina part. II. fol. 104. in graeca Baſil. part. II. p. 489. in edit. Charterii tom. VI. pag. 499. in ſeptima Iuntar. claſſ. II. fol. 46. Non meminit Galenus huius libri inter proprios. Hinc opus iam ſenis eſſe veroſimile eſt. Accurate docet modum ptiſſanae parandae, menſuram, cet. — Prodiit *graece: Galenus* de ſeptimeſtri partu; breuis deſignatio dogmatum Hippocratis; de ptiſſana; de oſſibus

bus libri. graece. Emendati per *Io. Caium.* Basil. 1557. 8.* — *Latine* cum aliis Galeni, interpr. *Ant. Ludouico*, Olysipon. 1540. fol. — Latine, cum nonnullis aliis, interprete *Ipolito.* Basil. 1533. fol.* Paris. 1544. 4.* — *Galeni* 1) de optima corporis nostri constitutione; 2) de pleniore habitu; 3) de inaequali temperie; 4) quomodo morbum simulantes sint deprehendendi; 5) de ptissana; item Io. Lalamantii de ptissana sui temporis libellus, emendata per eundem *Lalamantium* versio latina. Heduae, 1578. 8. Repetita est haec editio Geneuae, 1579. 8. — Vertit etiam *Hieronymus Douzellinus* et *Charterius*, et iam prius *Io. Politus*, qui etiam emendauit et suppleuit quaedam, in graeco exemplari desiderata. — *Commentarii.* — *Maxim. Lucii* (Luz) *de Claf* commentarius in libr. Galeni de ptissana. Venet. 1575. 8. — Pertinet huc quoque: *Thom. Minadoi*, Philodicus, s. de ptissana eiusque cremore pleuriticis propinando dialogus. Mantuae, 1584. 4. Venet. 1587. 4. Lugd. 1591. 4.

74. Περὶ τοῦ διὰ μικρᾶς σφαίρας γυμνασίου. *De paruae pilae exercitio.* Est in Aldin. part. IV. fol. 44. in graeca Basil. part. IV. pag. 301. in edit. Charterii tom. VI. pag. 505. in septima Iuntar. class. I. fol. 48. Non meminit eius libelli Galenus inter proprios. — Codex *graecus* est in biblioth. *Medicea*. Bandin. III. pag. 50. in biblioth. Diu. Marci *Veneta*, cod. CCLXXVI. (catal. pag. 134.) — *Latinus* in bibl. publ. *Paris.* nr. MMMMMMDCCCLXV. — Prodiit *graece* Paris. apud Fed. Morellum. 1563. 8. — *Latini* interpretes sunt *Val. Centannius*, *Ianus Cornarius.*

75. Περὶ βδελλῶν, ἀντισπάσεως, σικύας, καὶ ἐγχαράξεως, καὶ κατασχασμοῦ. *De hirudinibus, reuulsione, cucurbitula, incisione et scarificatione.* Exstat in Aldina part. IV. fol. 15. in graeca Basil. part. IV. pag. 27. in edit. Charterii tom. X. pag. 453. in septima Iuntar. class. VI. fol. 2. Non meminit eius libelli *Galenus* in arte medica et in libello de libris propriis: hinc, si genuinus est, est Galeni senescentis. — Codex est in biblioth. publ. *Paris. graecus* nr. MMCCLXIX. — *Galeni* de vrinis liber, nec non de boni et mali succi cibis liber, et de hirudinibus, reuulsione, cucurbitula et scarificatione libellus. graece. Paris. apud Sim. Colinaeum, 8. sine anni mentione. — Prodiit *latine*, interprete *Leonh. Fuchsio.* Lugd. 1550. 16. — Prodierat et antea: *Galeni* de curandi ratione per sanguinis missionem. Eiusdem de sanguisugis, reuulsione, cucurbitula et scarificatione tractatulus. Theodorico Goudano interprete. Venet. 1537. 12.* — Interpretati etiam sunt hunc librum *Ferd. Balamius*, *Ianus Cornarius.* — *Melch. Sebiz* comment. in hunc libr. prodiit Argent. 1652. 4.

76. Πῶς δεῖ ἐξελέγχειν τοὺς προσποιουμένους νοσεῖν. *Quomodo morbum simulantes sint deprehendendi.* Exstat in Aldina part. III. fol. 102. in graeca Basil. part. III. pag. 388. in edit. Charterii tom. VIII. pag. 916. in septima Iuntarum class. I. pag. 61. Non citatur a Galeno inter suos: sed genuinus est et a Galeno iam sene scriptus. — Codex MS. *graecus* est inter Vossianos in biblioth. acad. Lugd. Batau. vid. catal. eiusd. biblioth. pag. 397. nr. 45. — Codex MS. *latinus* est in biblioth. publ. *Paris.* nr. MMMMMMDCCCLXV. — *Galeni* 1) de optima corporis nostri constitutione; 2) de pleniore habitu; 3) de inaequali intemperie; 4) quomodo simulantes morbum sint deprehendendi; 5) de ptissana; item et Io. Lalamantii de ptissana sui temporis libellus, emendata per eundem Lalamantium versio latina. Heduae, 1578. 8.* Geneuae, 1579. 8.

77. Περὶ

77. Περὶ τῆς ἐξ ἐνυπνίων διαγνώσεως. *De dignotione ex insomniis.* Exstat in Aldin. part. III. fol. 140. in graeca Basil. part. III. pag. 463. in edit. Charterii tom. VI. pag. 517. in septima Iuntar. class. IV. pag. 213. Non meminit eius libri Galenus. — Codex *graecus* est inter Vossianos in biblioth. acad. *Lugd. Batau.* vid. catal. eiusd. bibliothecae pag. 397. nr. 45. — Editio *latina: Augerii Ferrerii,* Tolosatis medici, liber de somniis. Hippocratis de insomniis liber. *Galeni* liber de insomniis. Synesii liber de somniis. Lugd. 1549. 12.*

78. Περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν. *De propriorum animi cuiusque adfectuum dignotione et curatione.* Exstat in Aldina part. I. fol. 172. in graeca Basil. part. I. pag. 272. in edit. Charterii tom. VI. pag. 519. in septima Iuntarum class. II. fol. 50. Non citat Galenus hunc librum inter proprios, hinc post librum de libris propriis et librum de arte medica scriptus esse videtur. Est ethici argumenti et multa de vita sua in eo enarrat, praesertim puerili et iuuenili. — Codex *graecus* est in biblioth. *Medicea,* Bandini III. pag. 50. — in biblioth. D. Marci *Veneta* cod. CCLXXXI. catal. pag. 136. — Exstat *graece:* Γαλήνου περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν. *Galeni* aureolus libellus: quomodo quis et dinoscat et sanet proprios animi sui adfectus: ex emendatione accurata *Ioannis Caselii.* Helmaestadii, apud Iac. Lucium. 1592. 4.* Textus longe recedit ab Aldino et Basileensi, quem Charterius iterum edidit, ignorata hac Caselii editione, qui textum, verum maxime ex ingenio, emendatiorem longe edidit. — Graece et latine exstat cum aliis *Galeni,* cura *Theod. Goulston* Londin. 1640. 4. — Γαληνοῦ περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν. *Galeni* libellus quemadmodum quis animi sui adfectus dinoscat et corrigat. Io. Caselio interprete. In vsum studiosae iuuentutis iterum edidit *Io. Henr. Acker.* Rudolstad. et Ienae, 1715. 4.* — *Latine* prodiit cum aliis Paris. 1528. 8. — Ex *Guintherii* versione cum aliis Basil. 1529. 4. — Vertit etiam *Bernardinus Donatus,* Veronensis. — *Galeni* libellus: Quemadmodum quis animi sui adfectus dinoscat et corrigat. *Ioanne Caselio* interprete. Helmaestadii, 1596. 4.* Est versio lucubratissima, cum scholiis maxime ethicis. — *Gallice* prodiit Paris. 1557. 16.

79. Περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ ἁμαρτημάτων. *De cuiuslibet animi peccatorum dignotione atque medela.* Exstat in Aldina part. I. fol. 177. sed in initio mutilus. In Basil. graeca part. I. pag. 360. pariter mutilus. In edit. Charterii tom. VI. pag. 537. in septima Iuntarum class. II. fol. 56. Est pars posterior libri de propriorum animi cuiusque adfectuum dignotione et curatione, notante iam Conr. Gesnero, in enumerat. libror. Galeni. — Codex MS. graecus est in biblioth. *Medicea,* Bandini III. pag. 50. 51. — Graece et latine exstat cum aliis *Galeni,* cura *Theod. Goulston.* Londin. 1640. 4. — Interpretes latini sunt *Iulius Paulus Crassus* et *Io. Guintherius,* Andernacus.

80. Περὶ τοῦ προγινώσκειν πρὸς Ἐπιγένην. *De praenotione ad Epigenem liber.* Exstat in Aldin. part. III. fol. 135. in graeca Basil. part. III. pag. 451. in edit. Charterii tom. VIII. pag. 829. in septima Iuntarum class. IV. fol. 213. Ad Posthumum de praenotione male inscripserunt editores. Est liber omnino memorabilis, in quo Galenus, qua felicitate in praesagiis vsus sit, fuse enarrat et historias plane mirabiles refert. Scripsit hunc librum scriptis iam arte medica et libro de libris propriis. Citat in eo libros XVI. de pulsibus. — Codex *latinus* est in biblioth. publ. *Paris.* nr. MMMMMMDCCCLXV. — Interpretes sunt *Iulius*

Martianus

Martianus Rota, Ioannes Guintherius. Emendauit *Guintherii* verſionem Charterius. — *Galeni* de praeſagitura *Geo. Valla* interprete prodiit cum aliis Galeni et alior. Graecorum. Venet. 1498. fol. — Prodiit *Leonh. Iacchino* interprete cum explanationibus 1540. 4.

81. Περὶ ἀντιδότων βιβλία β'. *De antidotis libri duo.* Exſtat in Aldina part. II. fol. 65. in graeca Baſil. part. II. pag. 423. in edit. Charterii tom. XIII. pag. 865. in ſeptima Iuntarum claſſ. V. fol. 99. Non meminit quidem horum librorum de antidotis inter proprios Galenus; ſed non potuit meminiſſe, quia viri ſenis ſunt opus, et ſcripti fere, poſtquam ſuos reliquos libros omnes ſcripſerat. Enarrat ipſe quonam modo fuerit vſus in componenda theriaca in vſum imperatorum, inprimis Marci Aurelii Antonini, atque Seueri, de quo vide nos ſupra in vita Galeni. Primo libro de theriaca tantum loquitur, rationemque eius parandae fuſiſſime ac ſubtiliſſime exponit; altero vero antidoti permultae aliorum auctorum exponuntur. — Codices MSS. *graeci* ſunt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMCLXIV. in biblioth. *Medicea.* Fragmentum, et in eo carmen Andromachi de theriaca eſt in biblioth. caeſar. *Vindob.* Lambec. VI. pag. 143. conf. de Neſſel. part. III. pag. 53. Libri duo integri ſunt in biblioth. D. Marci *Veneta* cod. CCLXXXI. (catal. pag. 136.) — Prodiit *latine,* cum not. *Fr. Tidicaei.* Thorunii, 1607. 4. — Vertit *Io. Guintherius* et *Iul. Martianus Rota.* — In compendium redacti ab *Andr. Lacuna* prodierunt Antwerp. 1575. 12.* cum libro de theriaca ad Piſonem. — Antidotos quasdam excerptas latino carmine *Ioach. Camerarius* reddidit, vt Galenen Andromachi, theriacam Antiochi, cet.

82. Περὶ κυουμένων διαπλάσεως. *De foetuum formatione libellus.* Exſtat in edit. Aldina part. I. fol. 98. in graeca Baſil. part. I. pag. 213. in edit. Charterii tom. V. pag. 285. in ſeptima Iuntarum claſſ. I. fol. 322. Eſſe ex nouiſſimis optimisque Galeni operibus refert Haller in biblioth. anat. tom. I. pag. 101. Foetus generationem et formationem cum plantarum formatione ingenioſe comparat, epigeneſeos ſyſtema in foetus formatione adferens. Contra Chryſippum multa in eo libro proponuntur. — Interpretes ſunt *Io. Bernardus Felicianus.* Eius verſio prodiit cum aliis Galeni libris. Baſil. 1535. fol. — *Ianus Cornarius.* Eius verſio prodiit cum aliis Galeni Baſil. 1535. fol. — *Io. Guintherius,* cuius verſio prodiit cum nonnullis aliis Pariſ. 1536. fol. — Prodiit *gallice:* de la formation des enfans au ventre de la mere. Pariſ. 1559. 8.

X. Libri, de quorum originibus, num ab ipſo Galeno, vel aliunde repetendae ſint, non ſatis conſtat, hi ſunt:

83. Εἰσαγωγὴ ἢ ἰατρός. *Introductio, ſeu medicus.* Ita inuenit Ren. Charterius titulum in octo codicibus MSS. quos ipſe contulit, quorumque collationem exhibet in conciſ. not. et variis lectt. ad tom. II. pag. 405. Exſtat is liber in edit. graec. Aldin. part. IV. in iſagog. fol. 1. in graeca Baſil. part. IV. pag. 371. in edit. Charterii tom. II. pag. 360. Non meminit Galenus eius libri, qui quam plurima eaque vtiliſſima ad ſectarum hiſtoriam continet, ac in tabula velut totius fere medicinae vocabula exponit. Hinc non creditur eſſe proprius Galeni, ſed Herodoti potius. Galenus enim in ſect. II. comment. in VI. Epidem. Hipp. text. 42. librum Herodoti citat, qui inſcriptus eſt medicus. Galeno adſcribit Charterius, quia conciſa oratione vniuerſa medicinae praecepta complectitur. Si a Galeno ſcriptus eſt, ad eos ſaltim non pertinet, quos Galenus πρὸς ἔκδοσιν ſcripſit; ſed ad eos, quos ad tironum

vſum conſcripſit, poſtea ab iis euulgatos. — Codices *graeci* ſunt in biblioth. publ. *Pariſin.* nr. MMCXIII. MMCLVI. MMCLVIII. MMCLX. MMCLXIX. MMCLXXI. MMCCXLVI. MMCCLXXI. MMCCLXXX. MMCCLXXXII. MMCCCIV. MMCCCVI. Fragmentum amplum iſagoges Galeni erat in biblioth. *Coisliniana*. Montfauc. part. II. pag. 281. Exſtant quoque codices in *Medicea*. Bandin. III. pag. 115. — *Latini* codd. ſunt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCLXIII. MMMMMMMXXX. — Iſagoge *Galeni*, interprete *Honain*, fil. Iſaac. eſt *arabice* in biblioth. Norfolk. nr. MMMCCCLXXXIII. — *Graeco-latina* editio eſt: *Sebaſt. Singkeleri* medicorum ſchola, hoc eſt *Claudii Galeni* iſagoge ſeu medicus. Eiusdem definitionum medicinalium liber. Graece et lat. Baſil. per Th. Platterum et Balth. Laſium, 1537. 8. Graece et latine prodiiſſe Pariſ. 1536. 8. teſtatur *Haller* in biblioth. anat. tom. I. pag. 84. — Prodiit *latine G. Valla* interprete cum aliis Galeni et aliorum Graecorum. Venet. 1498. fol. — Prodiit etiam latine in *Franc. Philelphi* epiſtolis oratt. et aliis opuſculis. Venet. per Phil. de Pincis, 1492. fol. pag. 77. (it. in edit. ſine notis typogr. min. 4. et edit. Venet. per Bartholom. de Zanis de Porteſio, 1491. min. 4. vid. *Foſſii* catal. bibl. Magliab. tom. II. col. 330 ſq.) — Verſio etiam *latina* eſt *Io. Guintherii*, Andernaci: Galeni aliquot libelli, ſcil. corporis temperaturam animi mores ſequi; de vitiis animi et eorum remediis; de ſectis; introductorius; de plenitudine; de optimo corporis ſtatu; de bono corporis habitu; de elementis libri II. de atra bile; de tumoribus praeter naturam, per *Io. Guintherium* partim recogniti, partim nunc primum verſi. Baſil. apud Froben. 1529. 4. — Eam *Io. Guintherii* verſionem emendatiorem atque politiorem ediderunt, qui edd. Iuntinarum Galeni curam geſſerunt. In ſeptima hac edit. eam caſtigatiorem legere eſt, collatis graecis exemplaribus. Corrector fuit Barth. Syluanius. Charterius eam verſionem correctiorem reddidiſſe ſe, ipſe perhibet. — Prodiit et verſio *Guintherii* Pariſ. 1558. 8. Lugd. 1552. 16.* — Vertente *Caliſto Procacini*, Rom. 1627. 4.

84. *De ſubfiguratione empirica.* Exſtat in edit. Charterii tom. II. pag. 340. in ſeptima Iuntarum in iſagog. fol. 31. graeca deſiderantur. Videtur genuinus eſſe, et exhibet rationem pleniorem medicinae empiricorum. — Interpretes ſunt *Dominicus Caſtellus*, *Nic. Rheginus*.

85. *De voce et anhelitu.* Exſtat in edit. Ren. Charterii tom. V. pag. 429. in ſeptima Iuntarum inter ſpurios fol. 62. *Latine* tantum habetur, et ſubſtitutus eſt, vt videtur, vero et antiquo Galeni de voce libro. Anatome laryngis traditur. Ductus ſaliuales linguae deſcribuntur.

86. *De reſpirationis vſu.* in edit. Charter. tom. V. pag. 407. in ſeptima Iuntarum inter ſpurios fol. 62. Exſtat *latine* tantum, contra Ariſtotelem maxime ſcriptus.

87. Εἰ ζῶον τὸ κατὰ γαστρός. *An animal ſit, quod in vtero eſt.* Eſt in Aldina edit. inter libros, Galeno adſcriptos, part. IV. fol. 19. in graec. Baſil. part. IV. pag. 406. in edit. Charterii tom. V. pag. 334. in ſeptima Iuntar. claſſ. I. fol. 326. Spuriis *Galeni* adnumeratur ab omnibus editoribus graecis; receptus tamen eſt inter genuinos in ſeptima Iuntarum editione. Contra Aſclepiadem ſententiam ſuam auctor tuetur, foetum etiam per eos nutriri. — Interpretes ſunt *Horatius Limanus*. — *Matth. Theod. Melanelius*, ex cuius verſione

ſione ſeorſim prodiit Antwerp. 1540. 4. — *Galeni* de eo, quod ſit animal, id quod vtero continetur, interpr. *Ant. Ludouico*, Olyſipon. 1540. fol. cum aliis Galeni.

88. *Galeni liber an omnes partes animalis, quod procreatur, fiant ſimul.* Latine tantum exſtat in edit. Charter. tom. V. pag. 326. in ſeptima Iuntar. claſſ. I. fol. 326. Eſt breuis libellus, in quo negatur, omnes partes vna formari. — Interpretes ſunt *Nic. Rheginus*, Calaber. — *Io. Guintherius*, cuius verſio prodiit cum aliis Pariſ. 1536. fol. et Baſil. 1536. fol.

89. *De conſuetudinibus.* Exſtat in edit. Charterii tom. VI. pag. 541. in ſeptima Iuntarum claſſ. II. fol. 60. Latine tantum exſtat. Dubitabat Io. Bapt. Montanus, num genuinus ſit is liber. — Codex *graecus* eſt in bibl. Medicea Bandini III. pag. 50. 51. — Interpretes ſunt *Nicolaus Rheginus*, Calaber, cuius verſionem *Io. Bapt. Raſarius* reſtituit, vt *Auguſtinus Gadaldinus*. Nicolai Rhegini verſionem emendatiorem (et absque graeco textu emendatiorem) ſe edidiſſe refert Charterius.

90. *De motu thoracis et pulmonis.* Exſtat latine tantum in edit. Charterii tom. V. pag. 407. in latina Iuntarum ſeptima inter fragmenta fol. 47. Eſt exiguae molis libellus, fragmentum forſan eorum trium librorum, quos Galenus de hoc argumento compoſuit. vid. de adminiſtrat. anatom. libr. VIII. cap. 2. Gadaldinus putabat, eum ab Oribaſio alioue ex Galeni genuinis libris eſſe excerptum. Codex MS. eſt *latine* in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCLXV. — Prodiit cum nonnullis aliis, Pariſ. 1536.

91. Περὶ τῶν ὅλȣ τȣ͂ νȣσήματος καιρῶν. *De totius morbi temporibus.* Eſt in Aldina, part. III. fol. 100. in graeca Baſil. part. III. pag. 385. in edit. Charterii tom. VII. pag. 304. in ſeptima Iuntarum claſſ. III. fol. 86. Non dicitur a Galeno inter proprios, neque ad eos pertinet, quos certe Galeno adſcribere liceat. — Codices *graeci* ſunt in bibl. publ. *Pariſ.* nr. MMCLXX. MMCCLXXII. MMCCLXIX. In Medicea. Bandini III. pag. 139. — *Latinus* codex eſt in bibl. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCLXV. — Prodiit cum libris III. de dieb. decretoriis et cum libro de morbor. temporibus, interprete *Guintherio*, Pariſ. 1529. 8. — Interpretes *latini* ſunt *Nic. Rheginus*, *Io. Guintherius*. — *Riccius* Guintherii verſionem emendauit. Emendatiorem adhuc edidit Charterius.

92. Περὶ τύπων. *De typis.* Exſtat in Aldina, part. III. fol. 145. in graeca Baſil. part. III. pag. 470. in edit. Charterii tom. VII. p. 152. in ſeptima Iuntarum claſſ. III. fol. 90. Non meminit huius opuſculi vtiliſſimi *Galenus*, hinc, quin genuinum ſit, ſaltim dubium eſt. — Codices *graeci* ſunt in bibl. publ. *Pariſ.* nr. MMCLXX. MMCCLXXII. MMCCLXIX. In *Medicea*, Bandini III. pag. 139. Ex Galeno excerptorum de typis breuis codex eſt in bibl. *Medicea* plut. LXXIV. Bandini III. pag. 99. — Codex *latinus* eſt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCLXV. — Interpretes *latini* ſunt *Rheginus Calaber*, *Gadaldinus*, *Riccus*, *Io. Guintherius*, cuius verſionem ceteris eſſe praeſtantiorem, refert Charterius.

93. Πρὸς τȣ̀ς περὶ τύπων γράψαντας, ἢ περὶ περιόδων. *Aduerſus eos qui de typis ſcripſerunt, vel de circuitibus.* Eſt in Aldina, part. III. fol. 141. in graeca Baſil. part. III. pag. 464. in edit. Charterii tom. VII. pag. 156. in ſeptima Iuntarum claſſ. III. fol. 91. — *Latini* interpretes ſunt *Victor Trincauellus*, *Ioannes Guintherius*, qui melior eſt priore.

94. Περὶ τοῦ παρ' Ἱπποκράτη κώματος. *De comate secundum Hippocratem liber.* Exstat gr. et lat. in edit. Charterii tom. VII. pag. 191. in septima Iuntarum class. III. fol. 48. Monet Galenus in comment. in III. epidem. Hippocratis, se librum de comate ad explicandam Hippocratis de eo sententiam scripsisse, qui interiisse videtur. Io. enim Caius librum Galeni, quem edidit, de comate ex variis textibus Hippocratis et Galeni collegit, vt ipse fatetur, Riccus vero notat, se hunc librum omnino restituisse. Restituit etiam Dominicus Montesaurus. Operam suam quoque ei impendit Ren. Charterius. — Codex *graecus* est in biblioth. *Medicea*, Bandini III. pag. 50. — Codd. *latini* sunt in biblioth. publ. Paris. nr. MMMMMMDCCCLXV. — Editio *graeca* est *Io. Caii: Galeni* libri aliquot partim hactenus non visi, partim mendis repurgati et restituti cum annotat. *Io. Caii.* Galeni de Hipp. et Platonis decretis, de comate secundum Hippocratem; de succedaneis. Hippocratis de pharmacis. Basil. 1544. 4. — In latinam linguam transtulere hunc librum *Nic. Rheginus.* Eius versionem correxit *Riccius.* Versio quoque exstat *Nic. Leoniceni.* Charterius meliorem atque correctiorem versionem latinam edidit.

95. Περὶ τῆς κατὰ τὸν Ἱπποκράτην διαίτης ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων. *De victus ratione in morbis acutis ex Hippocratis sententia.* Exstat *graece* et *latine* in edit. Charterii tom. XI. pag. 184. *Latine* in septima Iuntarum class. VII. fol. 153. Mentionem talis libri fecit Galenus in cap. 4 et 6. de libris propriis: sed num is Galeni sit, vehementer dubitandum est: accedere enim videtur ad methodicorum doctrinam, cui Galenus minime fauebat. Interpretatus est hunc librum Augustinus Gadaldinus, tribus codd. MSS. graecis vsus, sed mancis et lacunarum plenis. Hinc is quae deficiebant suppleuit. Edidit postea Io. Caius versionem pleniorem. Charterius ex vtraque hac versione textum graecum ipse confecit ediditque. Postea, quum genuinum codicem Charterio obtulisset *Ren. Moreau,* is eum codicem ty[illegible], vt ait, quam celerrime mandauit. In bibl. D. Marci *Veneta* cod. CCLXXXI. gr. in librum Hippocratis de ratione victus acutorum morborum: cod. CCLXXVIII et CCLXXXII et CCLXXXV. gr. in librum Hippocratis de ratione victus salubris.

96. Περὶ τῆς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων δυνάμεως. *De purgantium medicamentorum facultate.* Exstat in Aldina part. II. fol. 101. in graeca Basil. part. II. pag. 484. in edit. Charterii tom. X. pag. 462. in septima Iuntarum class. V. fol. 86. Non meminit Galenus huius libri in artis med. cap. 37. et de libris propriis, resque ita in eo traditae sunt, praesertim cap. 6. vt eum opus Galenistae cuiusdam potius esse putem, quam Galeni. — Codex *graecus* libri de purgant. medicamentor. facult. est in bibl. publ. *Paris.* nr. MMCLXV. et in bibl. *Medicea*, Bandini III. pag. 122. — Prodiit *graece* Paris. 1557. 8. — *Latine* vertit *Petrus Lombardus.* Eius versio, de qualitate purgationis titulum habens, prodiit cum eius synopsi de balneis Puteolanis in thesaur. Ital. Graeuii, tom. IX. part. IV. — Prodiit etiam latine Paris. 1528. 8. — Prodiit *latine* cum libello de his, quos purgare oporteat, quibus medicamentis, et quo tempore, interprete *Io. Polito.* Paris. 1544. 4. Basil. 1544. 4. — Vertit etiam *Iulius Martianus Rota.*

97. Περὶ εὐπορίστων βιβλία β'. *De remediis parabilibus libri duo.* In Aldina editione exstat liber primus tantum, et quidem initio mutilus, quem Charterius ex MSS. bibl. Paris. restituit part. II. fol. 95. in graeca Basil. pariter liber I. initio mutilus part. II. pag. 422. liber

vterque

vterque eſt in edit. Charterii tom. X. pag. 574. In ſeptima Iuntarum hi duo libri diuiduntur in claſſ. VII. fol. 153. primusque inter genuinos refertur: alter vero inter ſpurios fol. 161. Idem etiam factum eſt in Aldina, vbi part. IV. fol. 35. alter parabilium medicamentorum liber ad Solonem archiatrum legitur inter ſpurios, et in edit. graeca Baſil. part. IV. p. 438. — Περὶ εὐπορίςων βιβλίον γ'. *De remediis paratu facilibus liber III. Galeno adſcriptus.* Exſtat in Aldina, part. IV. fol. 41. inter ſpurios; in graeca Baſil. pariter inter ſpurios, part. IV. pag. 448. in ſeptima Iuntarum claſſ. VII. fol. 161. — Non citat vmquam Galenus, etſi occaſio ipſi non defuiſſet, hos *libros* de parabilibus medicamentis, quod eo magis mirum, quia Galenus ſuos libros alias citare ſolet quam ſaepiſſime. Neque ſe ſcripſiſſe monet tales libros nec in cap. 37. artis medicae, nec in libello de libris propriis. Hinc hac iam de cauſſa, niſi putes, Galenum eos ſcripſiſſe, poſtquam ceteros omnes libros iam ſcripſerat, ad ſpurios referendi ſunt. Referendi vero ſunt etiam ideo ad ſpurios, quod plane ad empiricorum morem, et quidem ad eum morem compoſiti ſunt, quem ſeruare ſolebat haec ſecta, poſtquam a priſtina ſua integritate deſciuerat, quod fere poſt Galeni tempora eſt factum. Neque hi tres libri ab vno auctore compoſiti ſunt. *Primus* ad Glauconem, in quo etiam de methodo medendi ad Glauconem librum citat, eſt antiquior, et ad Galeni ingenium magis compoſitus. Multa continet medicamenta ex Archigene, cuius libris Galenus in aliis libris de medicamentis crebro vſus eſt. Tamen, quod, morbi nulla plane ratione habita, eiusque cauſſae, tantum medicamenta alia atque alia proponuntur, non exiſtimandum eſt, Galenum, ſeueriorem dogmaticum, et empiricorum oſorem acrem, hunc librum conſcripſiſſe. Spurium eſſe hunc librum, etiam ex Oribaſio colligere licet. *Alter* de medicamentis paratu facilibus liber ad Claudium Solonem, archiatrum, ſcriptus, cuius Galenus alias non meminit, empiriam longe minus coctam redolet, morborumque, nullo eorum facto diſcrimine, remedia a capite vsque ad calcem complectitur. Multa etiam ſuperſtitioſa et abſurda in eo proponuntur, quae ab ingenio Galeni plane abhorrent. *Tertius* liber peſſimus eſt. Galenus ipſe in eo paſſim citatur. Eſt plenus ignorantiae et ſuperſtitionum, et ſcriptus a Chriſtiano, qui vires adeo adſcripſerit candelae ad ignem in ſacello Pauli apoſtoli accenſae, atque de ſanctis anargyris loquitur. Incidere hunc librum in tempora imperatorum Conſtantinopolitanorum, *Hallerus* in bibl. botan. tom. I. pag. 151. recte monet. Integriores edidit hos libros ex MSS. *Pariſ.* Charterius. Quidam haec emporiſta Galeni ad Oribaſium retulere; ſed omnia ſaltim ad eum referre non licet. Editt. *graecae* Galeni de facilibus paratu remediis liber. Graece. Lutet. Pariſ. 1530. 8. * Repetita dicitur Pariſ. 1536. 8. — Editiones *latinae.* Baſil. 1576. 8. — curante *I. Hollerio.* Pariſ. 1543. 16. 1549. 8. — ex verſ. *Sebaſt. Scrofae.* Pariſ. 1548. 8. Interpres libri primi eſt *Hubertus Bartlandus.* Libri ſecundi et tertii interpres eſt *Iun. Paulus Craſſus,* qui hiulca graeci textus ſuppleuit. Interpretatus etiam eſt *Io. Guintherius.*

98. Πρὸς Πίσωνα περὶ τῆς θηριακῆς. *De theriaca ad Piſonem liber.* Exſtat in Aldina part. II. fol. 85. in graeca Baſil. part. II. pag. 456. in edit. Charterii tom. XIII. pag. 930. in ſeptima Iuntarum claſſ. V. fol. 89. Non Galeni opus eſſe, ſed alius medici, eiusdem fere cum Galeno aetatis, ſupra in vita Galeni ex Labbeo tradidimus. Hier. Mercurialis ſcriptum eſſe putat a Galeno, iuuene, quod eſſe nequit, quia in eo memorantur, quae Galenus, prouectior iam aetate, peregerat effeceratque. Galeni eſſe, non dubitarunt Aetius,

 Paulus

Paulus Aegineta, Arabes medici. Scriptus maxime eſt ad theriacae vſum commendandum, quae vero recte compoſita eſſe debeat, minus recte compoſitae enim ad venena animalium virtutem nullam eſſe. Legitur in hoc libro Andromachi ſenioris, Neronis archiatri, carmen de theriace ex viperis, Galene adpellata, cap. 6 ſq. pag. 937. Chart. Idem carmen legitur etiam in libr. de antidotis. Codex MS. eſt in bibl. publ. *Pariſ.* nr. MMCLXIV. et in bibl. Medicea. Γαληνȣ̃ πρὸς Πίσωνα περὶ θηριακῆς eſt inter libros biblioth. Voſſianae academ. *Lugd. Batau.* vid. catal. eius biblioth. pag. 394. nr. 58. In biblioth. D. Marci, *Veneta*, cod. CCLXXXI. — Prodiit Pariſ. 1531. fol. 1534. fol. — 1536. fol. — *Galeni* de theriaca ad Piſonem, interprete ac commentatore *Io. Iuuene*, medico. Eiusd. de antidotis libri II. ab *Andr. Lacuna* in epitomen redacti. Acc. Io. Iuuenis epiſt. complectens medicamenta bezoardica, quorum vſus a peſte praeſeruat. Antwerp. 1575. 12. * — De herba panacea, quam alii tabacum, alii petum vocant ab Aegidio Euerato in ordinem redactus. Antwerp. 1587. 12. * Continentur ſimul in hoc libro Galenus de theriaca ad Piſonem et eiusd. de antidot. libri II. ab Andr. Lacuna in compendium redacti. — Interpretes *latini* ſunt *Iulius Martianus Rota* et *Io. Guintherius*. *Andromachi* de theriaca carmen ſeorſim prodiit graece. — *Andromachi* ſenioris antiquiſſimum de theriaca carmen ad imperatorem, Neronem. Norimb. 1754. 4. * *Ioach. Camerarius* iam antea Andromachi et aliorum carmina ex Galeno latine ediderat.

99. Περὶ θηριακῆς πρὸς Παμφιλιανόν. *De theriaca ad Pamphilianum.* Exſtat in Aldina part. II. fol. 93. in graeca Baſil. part. II. pag. 469. in edit. Charterii tom. XIII. pag. 960. in ſeptima Iuntarum claſſ. V. fol. 98. Eſt breuis et practici argumenti. — Codd. graeci ſunt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMCLXIV. ſaeculi XV. codex eſt in biblioth. Diu. Marci *Veneta*, cod. CCLXXIX. et eiusd. ſaec. cod. CCLXXXI. — *Latini* interpretes ſunt *Iulius Martianus Rota* et *Ioachimus Camerarius*.

100. Περὶ τῶν ἐπιδέσμων. *De faſciis liber.* Deeſt is liber in Aldina et Baſileenſi graecis editionibus, exſtat vero in editione Charterii tom. XII. pag. 469. latine in ſeptima Iuntar. claſſ. VII. fol. 293. Promiſerat Galenus in commentario II. in Hippocratis librum de officina medici, ſe libellum ſcripturum de faſciis; num vero is hic liber ſit, de quo loquitur Galenus, dubitare aliquantulum licet. Citatur enim in eo Oribaſius de machinamentis, qui, ſi Oribaſium auctorem habet, neque antiquiorem auctorem, isque locus, in quo Oribaſius de machinamentis citatur, genuinus eſt, liber de faſciis Galeni eſſe nequit, ſed recentioris auctoris eſſe debet. Quae quocumque modo ſe habeant, Galeno non indignum opuſculum hoc de faſciis eſt, in quo non ſolum deligationum modi omnium corporis partium, a capite ad pedes vsque; ſed etiam multa alia proponuntur, quae ad chirurgiae hiſtoriam pertinent. — *Graecum* textum Charterius primum typis vulgauit ex codice publ. *Pariſino*, eo forſan, quo Vidius fuerat vſus. Sunt vero in biblioth. publ. *Pariſ.* duo codices graeci eius libri, nr. MMCCXLV. et nr. MMCCXLVII. Eſt etiam codex graecus in biblioth. *Medicea* et in collectione *Nicetae*. Vid. Cocchi in praefat. ad Graecorum chirurgicos libros p. 12. — Codex *latinus* eſt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCLXVI. — *Latinus* interpres huius libri eſt *Vidus Vidius*. Eius verſio exſtat in chirurgia e graeco in latinum conuerſa, *Vido Vidio*, Florentino, interprete, cum nonnullis eiusdem Vidii commentariis. Lutet. Pariſ. 1544. fol. * pag. 415. cum figuris buxo inciſis copioſiſſimis. Ad interpretationem

nem ſuam Vidius vſus eſt codice MS. ex bibliotheca publ. *Pariſina*, in quo etiam Soranus et Heliodorus de faſciis continebatur. Ex his in interpretatione ſuppleuit Vidius quaedam, quae ſibi aut omiſſa a Galeno, aut interiiſſe erant viſa. — *Galeni* de faſciis libellus a *Vido Vidio* latinitate donatus congruisque iconibus illuſtratus. in 12. * ſine loco et anno. — Repetita eſt ea editio Lugd. 1553. 16. — Prodiit etiam in *Conr. Gesneri* ſcriptoribus chirurgicis. Tigur. 1555. fol. — Ἐκ τῶν Γαληνȣ̃ ὑπομνημάτων περὶ ἐπιδεσμῶν βιβλίον. *Ex Galeni commentariis de faſciis libellus.* Exſtat in edit. *Charterii* tom. XII. pag. 500. Pertinet huc. Eſſe videtur excerptum ex libro de faſciis, compoſitum a Galeniſta, rerum ſuarum gnaro. Eſt fragmentum tantum, cui finis deeſt.

XI. Libri manifeſte ſpurii, qui inter Galeni opera recepti leguntur, hi ſunt:

101. Περὶ φιλοσόφȣ ἱςορίας. *De hiſtoria philoſophica.* Exſtat in Aldina, part. IV. fol. 28. inter nothos. In graeca Baſil. part. IV. fol. 42. in edit. Charterii tom. II. pag. 21. in ſeptima Iuntarum in claſſ. ſpuriorum fol. 2. Eſt *Plutarchi* liber de placitis philoſophorum, in principio tantum aliquantulum mutatus. Iulius Martianus Rota hunc librum tribuit Aetio, quem de placitis philoſophorum ſcripſiſſe teſtatur Theodoritus therapeut. Vid. quae dicta ſunt ad Plutarchi libros de placitis philoſophorum. — *Graece* etiam exſtat in Ariſtotelis opp. Venet. 1497. fol. — *Iulius Martianus Rota* interpretatus eſt, ſed minus feliciter. — *Andr. Lacunae* interpretatio prodiit Colon. 1543. 8. *

102. Ὅροι ἰατρικοί. *Definitiones medicae*, ad Theutram ſcriptaē. Exſtant in edit. Aldin. part. IV. in iſagogicis fol. 11. Aldus vero eas inter nothas refert. In edit. graec. Baſil. part. IV. pag. 390. vbi etiam ſpuriis adnumerantur. In edit. Ren. Charterii tom. II. p. 232. In lat. Iuntina ſeptima edit. in iſagogic. fol. 43. Vix etiam pro Galeni genuino opere hae definitiones haberi poſſunt, et ſi conſcriptas ab eo eſſe putes, non πρὸς ἔκδοσιν ſcriptas eſſe exiſtimandum eſt. Continentur in iis multa excerpta ex antiquioribus medicis, quorum ſcripta periere, eamque ob rem magni aeſtimandae ſunt. Auctor etiam in prooem. p. 232. 233. edit. Chart. tom. II. candide fatetur, ſe definitiones ſuas ex aliis exſcripſiſſe, addidiſſe vero, quas ſcriptas non inuenerit. Ordo ceterum nullus eſt, ex quo etiam intelligitur, hunc librum non Galeni eſſe, ordinis amantiſſimi. Genuinum tamen putat *R. Charterius*, in conciſ. not. ac var. lectt. ad hunc libr. pag. 404. — Codices *graeci* exſtant MS. in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMCLI. MMCLXXV et MMCCLII. Exſtant etiam in Auguſtana ac in Caeſarea *Vindobonenſi* Lambec. libr. VI. pag. 196 et 145. conf. de Neſſel part. III. pag. 27. nr. 8. In biblioth. regia *Londinenſi* Caſhley pag. 216. in biblioth. *Cai. Gonuill.* nr. DCCCCXLVIII. Fragmentum definitionum medicarum exſtat graece in biblioth. *Auguſtana.* Alius codex, isque integrior omnibus, exſtat in biblioth. *Vindob.* graece. vid. de Neſſel part. III. nr. 19. 9. pag. 30. *Galenus* de definitionibus eſt, vt puto, latine inter MSS. biblioth. *Iacobeas* nr. MMMMMMMMCCCCLXXXIV. — Prodiit graece et latine: *Sebaſt. Singkeleri* medicorum ſchola, h. e. *Claudii Galeni* iſagoge, ſeu medicus, eiusdem definitionum medicinalium liber. graec. et lat. Baſil. per Th. Platterum et Balth. Laſium, 1537. 8. — Prodiit *latine: Galeni* definitiones medicae, interprete *Iona Philologo*, Pariſ. apud Sim. Colinaeum, 1528. 8. * Repetita eſt ea edit. Colon. 1529. 8. — Verſus latine is quoque liber eſt a *Barth. Syluanio*, et quidem ita, vt Syluanius ex codicum veterum collatione hunc librum pluribus

locis

locis auxerit. Emendatior et ex collatis codd. graecis accuratior facta haec verſio exſtat in ſeptima edit. operum Galeni. Venet. apud Iuntas.

103. *De partibus artis medicae liber.* Exſtat in edit. Charterii tom. II. pag. 282. in ſeptima Iuntarum in claſſ. ſpurior. fol. 16. *Latine* tantum exſtat ex verſ. Nic. Rhegini. — Exſtat *Galenus* de duplici medicina, qui forte is liber eſt, latine ſcriptus in bibl. *Taurinenſi* Montfaucon II. pag. 1397. (In catal. codd. latin. bibl. Taurin. p. 291. cod. DCCCCXXXIX. membran. ſaec. XIV. fol. 32. citatur *liber tegni Galeni*, mutilus in fine: praeter ea nullus alius Galeni liber inter codices latinos.)

104. *De anatomia viuorum liber.* Exſtat latine tantum in editione R. Charterii tom. IV. pag. 194. et in ſeptima Iuntarum edit. inter ſpurios fol. 44. Ediderat *Galenus* librum περὶ τῆς ἀνατομῆς ἐπὶ τῶν ζώντων, quem memorat in cap. 37. artis medicae, pag. 230. quem etiam in aliis pluribus locis περὶ Ζωοτομίας dicit. Sed is liber de viuorum anatome, qui adhuc proſtat, Galeni genuinus foetus non eſt, quippe in quo ipſe Galenus citetur, et Iſaac, et in quo omnia ad Saracenorum indolem religionemque propoſita ſunt, vt eum itaque ab Arabe quodam conſcriptum eſſe recte putes. Neque reſpondet titulo; ſed compendium anatomicum eſt, cui poſteritas, gnara Galeni libri περὶ τῆς ἀνατομῆς τῶν ζώντων, eum titulum dedit. Quaedam tamen habet ſatis bona, v. g. de corde, de pulmonum ſenſu exiguo vel nullo, de diaphragmatis neruo, cet. — Codex erat in bibl. *Mich. Cantacuzeni.* Verdier. pag. 62. *Gal.* de interioribus membris eſt *lat.* in b. Coll. *Merton.* nr. 685. Anatomia Galeni eſt *lat.* in bibl. dom. S. Petr. *Cantabrig.* nr. 1862. Galeni anatomia eſt inter libr. Iſ. Voſſii nr. 2127.

De anatomia parua liber. Exſtat latine tantum in edit. Charterii tom. IV. pag. 218. in ſeptima Iuntarum inter ſpurios fol. 42. Eſt quoque Arabis opus, ex Galeno, quod ipſe eius auctor fatetur, excerptum. Deridendum opus Conr. Geſnerus dicit. Quaedam ex animalium anatomia continet, inprimis porci, cuius viſcera, quod auctor humanis putat eſſe ſimillima, liber inſcriptus etiam reperitur *de anatomia parua, ſiue anatomia porci.*

De anatomia oculorum. Exſtat latine in edit. Charterii tom. IV. pag. 223. in ſeptima Iuntarum in ſpuriorum claſſe fol. 57. *Galenum* auctor libri citat, quem ex Galeni libris compoſuit. Vitioſa multa habet, tamen et quaedam vtilia, v. g. neruum opticum vtrumque coire, eoque modo effici, vt vtroque oculo homo vnum tantum obiectum conſpiciat. — *Latine* vertit olim *Demetrius.* Vertit etiam *Nicolaus Rheginus*, Calaber. — Prodiit *Pariſ.* 1536. Vertit etiam et edidit *Matthaeus Theodorus Melanellus.* Antwerp. 1540. 4.

105. *De compage membrorum, ſiue de natura humana.* Legitur in edit. Charter. tom. V. pag. 330. in ſeptima Iuntar. edit. inter ſpurios fol. 58. Eſt liber ſpurius, qui *latine* tantum exſtat, rudem Galeni pathologiam ac phyſiologiam complectens. Videtur Arabiſtae eſſe opus, aſtrologiae deliramentis indulgentis. — Erat inter libros *Mich. Cantacuzeni.*

106. *De natura et ordine cuiuslibet corporis.* Eſt liber ſpurius in edit. Charter. tom. V. pag. 327. in ſeptima Iuntar. in ſpuriis fol. 42. *Latine* tantum exſtat, et latine ſcriptus eſt, quod patet ex cap. 1. Auctor Apollonium ſaepe citat, et multos Hippocratis libros ſe latinos feciſſe perhibet.

107. Ὅτι

107. Ὅτι αἱ ποιότητες ἀσώματοι. *Quod qualitates incorporeae ſint, Galeno adſcriptus liber.* Exſtat in Aldina part. IV. inter ſpurios fol. 27. in graeca Baſil. part. IV. pag. 493. in edit. Charterii tom. II. pag. 60. in ſeptima Iuntar. in claſſ. iſagog. fol. 8. Spurius eſt ex ſenſu omnium. Scriptus eſt ad Pindarum, quem cap. 9. adloquitur, contra Stoicorum philoſophiam. — Interpres eſt *Horatius Limanus.*

108. *De motibus manifeſtis et obſcuris.* Exſtat *latine* tantum in edit. Charterii tom. V. pag. 397. in ſeptima Iuntar. in ſpur. fol. 66. Is liber, *Conr. Gesnero* referente, in enumeratione libror. Galeni a Iohannitio ſiue Honain ex Graeco Arabicus, et ex Arabico a Marco Toletano latinus factus eſt. Ad meliores Galeni libros pertinet, aut ſaltim ex Galeni libris factos. Compilatus eſt ex Galeni libris a gnaro eorum homine, Chriſtiano, neque enim alius hominem pro Titio Petri nomine citauerit. Occurrunt etiam in eo errores anatomici, quos commiſſos a Galeno eſſe vix credas. Excerptus forſan eſt ex libro de obſcuris motibus, quem compoſuiſſe refert Galenus in libro de muſculorum diſſectione.

109. *De facultatibus corpus noſtrum diſpenſantibus.* Exſtat *latine* tantum in edit. Charterii tom. V. pag. 7. Et in ſeptima Iuntarum in ſpuriis fol. 60. et in aliis editt. operum *Galeni* latinis inter ſpurios. Eſt liber Arabiſtae, ex Galeno collectus. — Codices *latini* exſtant in biblioth. publ. Pariſin. nr. MMMMMMDCCCLXV. et nr. MMMMMMMXV.

110. *De diſſolutione continua, ſeu de alimentorum facultatibus.* Exſtat in edit. Charterii part. VI. pag. 403. et in ſeptima Iuntar. inter ſpurios fol. 71. Proſtat tantum latine. Ex Galeno compoſitus eſt, vt videtur, ab Arabiſta.

111. Διαθήκη περὶ τῆς τῦ ἀνθρωπείυ σώματος κατασκευῆς. Περὶ τῆς τεσσάρων τῶν ὡρῶν τε, καὶ ιβ΄. μηνῶν διαίτης. *Praeceptum Galeni de humani corporis conſtitutione; de diaeta quatuor anni tempeſtatum et duodecim menſium.* Ex codd. MS. bibl. publ. Pariſin. primum graece edidit, et latinam verſionem confecit Charterius. Eſt opus Neo-Graeci, Arabici ſaporis. — Codex *graecus* exſtat in bibl. Vindobonenſ. nr. 32. de Neſſel part. III. p. 43.

112. Περὶ χυμῶν. *De humoribus liber.* Graece non exſtat, neque in Aldina, neque in Baſileenſi. Eum primum graece edidit Ren. Charterius, tom. III. pag. 150. refertque Charterius eum inter eos, quos graece in lucem primum prodire curauerit. Eſt opus Galeniſtae graeci recentioris, in quo inprimis influxum tempeſtatum in quatuor humores corporis noſtri demonſtrat rudi pathologia et a Galeni ingenio abhorrente. Relatus etiam eſt is liber inter ſpurios in edit. ſeptima Iuntarum, vbi legitur in claſſe ſpuriorum fol. 118. *Auguſtino Gadaldino*, Mutinenſi, interprete. An eſt is liber περὶ χυμῶν ἐκ τῶν Ἱπποκράτυς, quem recenſet inter codd. graecos bibl. Vindobonenſ. de Neſſel part. III. nr. 28. pag. 39? Galeni de humoribus liber, diuerſus ab edito, erat in biblioth. Coislinian. Montfauc. part. II. pag. 448. — *Galeni* de humoribus liber graece numquam antehac typis excuſus cum verſ. lat. notis marginalibus et tabella totius libri *Bernardi Bertrandi* Rhegini, Argent. apud Sam. Emmel 1558. 8.* — Saragoſſae prodiit, vertente Raſario, 1567. 4. — *Archangeli Piccolhomini* in libr. Galeni de humoribus commentarii. Pariſ. apud Bernard. Turriſanum, in Aldina bibliotheca, 1556. 8.*

113. Περὶ προγνώσεως. *De praenotione liber.* Eſt in edit. Charterii graece et lat. tom. VIII. pag. 890. Charterius primum ex MS. Pariſinae bibliothecae publ. edidit. Non videtur genuinus Galeni eſſe. — Codex *graecus Galeni* de praenotione exſtat inter Voſſianos biblioth. acad. *Lugd. Batau.* vid. catal. eiusd. biblioth. pag. 397. nr. XLV. — in biblioth. Diui Marci *Veneta*, cod. CCLXXXI. (catal. pag. 136.) — *Latinus* exſtat in biblioth. monaſter. Gaybacenſ. nr. CCLXXXV. fol.

114. Πρόγνωσις πεπειραμένη καὶ παναλήθης. *Galeni omnino vera expertaque praeſagitio.* In edit. Charterii tom. VIII. pag. 895. graece et latine ex MS. biblioth. publ. *Pariſin.* Eſt liber omnino malae notae ac ſpurius. Eſt etiam inter ſpurios editionis ſeptimae Iuntarum fol. 45. — *Galeni* liber de praeſagitione *Georg. Valla* interprete prodiit cum aliis Galeni et alior. Graecor. Venet. 1498. fol. Baſil. 1542. 8.*

115. Περὶ φλεβοτομίας. *De venaeſectione.* Graece et latine exſtat in edit. Charterii tom. VIII. pag. 898. ex codice bibliothecae publ. *Pariſinae.* Eſt ſpurius. Paulus enim Aegineta in eo citatur, et excerpta ex Galeno tantum continet.

116. Περὶ κατακλίσεως προγνωστικὰ ἐκ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης. *Prognoſtica de decubitu ex mathematica ſcientia.* In edit. Charterii tom. VIII. pag. 901. graece et lat. exſtant ex cod. MS. bibliothecae publ. *Pariſ. Galeni* iatromathematica in cod. CCCXXXVI. bibl. D. Marci *Venetae*, (catal. pag. 155.) In ſeptima Iuntar. inter ſpurios fol. 112. Interpretatus eſt *Ioſ. Struthius*, quo interprete *Iacobus Antonius Mareſcottus* edidit. Eſt abſurdum opus neo-Graeci, in Arabica aſtrologiae ſcientia delirantis. — Codex *graecus* eſt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMCXXXIX. in biblioth. *Vaticana.* Montfauc. pag. 10.

117. Περὶ οὔρων. *De vrinis liber Galeno adſcriptus.* Eſt in Aldina part. IV. inter ſpurios fol. 22. in edit. Baſil. part. IV. pag. 410. in edit. Charterii tom. VIII. pag. 337. in ſeptima Iuntarum claſſ. IV. fol. 122. Etſi Galenus in primo commentario in Hipp. librum de humoribus ſcribit, ſe librum de vrinis ſcripſiſſe, hic tamen de vrinis, qui adhuc ſupereſt, Galeni genuinus non eſt, etſi Galeni doctrinam refert. — Codex *graecus* eſt in bibl. publ. *Pariſ.* nr. MMCCLX. in biblioth. *Medicea* plut. LXXIV. bis. Bandini III. pag. 122. 131. 132. Excerpta ex Galeno de vrinis ſunt in Medicea. Vrinarum diuiſio Galeni eſt in biblioth. Bodleian. nr. CCLXI. *Galeni* de optimis ſecundum naturam vrinis eſt in biblioth. *Vindobonenſ.* graece. vid. de Neſſel part. III. nr. XIX. 10. pag. 30. Galeni σύνοψις περὶ τῆς τῶν οὔρων διαφορᾶς eſt in biblioth. caeſ. *Vindob.* vid. de Neſſel part. III. nr. XIX. 11. pag. 30. Gal. de vrinis eſt in biblioth. *Caſinenſ* Montfauc. p. 222. — Codex *hebraicus*, ex arabico verſus, eſt in biblioth. *Vindobonenſ* Lambec. edit. Kollar. I. pag. 290. — *Galeni* de vrinis liber, nec non de boni et mali ſucci cibis liber, et de hirudinibus, reuulſione, cucurbitula et ſcarificatione libellus. Pariſ. apud Sim. Colinaeum, ſine anno. 8. — An is liber de vrinis eſt *Galeni* περὶ τοῦ οὐρογιγνώσκειν, qui prodiit Pariſ. apud Morellum, 1550. 8? — Prodiit etiam ſeorſim, ab innumeris mendis repurgatus, graece et lat. ſtudio *Salomon. Alberti.* Vit. 1586. 8.* — *Latina* interpretatio exſtat *Ioſephi Struthii*, Poloni, quae vtplurimum legitur in Galeni opp. latinis. Ea etiam vſus eſt Charterius. — *Leonis Rogani* in Galeni libell. de pulſibus ad tirones commentarius. Acc. eiusdem de vrinis libri III. ex Hippocrate et Galeno collecti. Venet. 1575. 8.* 1597. 8.* — *Fr. Valleſii* commentaria in Galeni libros, quos ſaepe citaui, continent

continent libr. de vrinis ex Galeni ſententia. Editi ſunt ſtudio *Io. Petr. Ayroldi,* Colon. 1594. fol. et ſaepius. — *Io. Bapt. Nauarro* commentarius in hunc librum etiam exſtat. Titulum dedi ſupra, ſub libr. de pulſibus. — *I. A. Belloforti* in eum libr. commentarius prodiit Pariſ. 1566. 8. et *Ferd. Menae,* Complut. 1553. 4.

118. Περὶ ὔρων ἐν συντόμῳ. *De vrinis compendium.* in edit. Charterii tom. VIII. pag. 349. Charterius hoc opuſculum ex cod. MS. bibliothecae Pariſ. primum graece et latine edidit. Verſionem Patellus confecit. — Summa vrinarum ſecundum Galenum eſt in libr. R. Burscough. nr. 7673.

119. Περὶ ὔρων ἐκ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Γαληνοῦ καὶ ἄλλων τινῶν. *De vrinis ex Hippocrate, Galeno, et aliis quibusdam.* in edit. Charterii tom. VIII. pag. 352. in ſeptima Iuntarum in ſpurior. claſſe fol. 78. Georgio Valla interprete. — Codex *graecus* eſt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMCCLXIX. Περὶ ὔρων ἐκ τῶν τοῦ Γαληνοῦ eſt in bibl. *Coislinian.* Montfauc. part. II. pag. 447. — In biblioth. *Taurinenſi.* Ἰδικῶς περὶ ὔρων ἐκ τῶν Γαληνοῦ Μάγνου τοῦ καὶ πρωτοσπαθαρίου Θεοφίλου βασιλέως περὶ ὔρων exſtat ſcriptus in foliis quatuor in biblioth. acad. *Lugd. Batau.* in libris Voſſianis, vid. catal. biblioth. acad. Lugd. Batau. p. 392. nr. 31. Excerpta ex Galeno et aliis nonnullis antiquis auctoribus de vrinis et pulſu exſtant in graeco, et barbaro, idiomate, in biblioth. Vindob. nr. XLVII. de Neſſel part. III. pag. 53. Alia excerpta de Neſſel part. IV. nr. CLXXVIII. pag. 99. Galeni vrinarum diuiſio eſt inter libr. Th. Roe. catal. MSS. Angl. nr. CCLXI. Excerpta ex Galeno et Theophilo protoſpathario de vrinis exſtant in biblioth. Auguſtan. catal. pag. 27. — Collectanea ex Galeno de variis vrinae quoad colorem generibus exſtant inter libros legati Warneriani in biblioth. acad. Lugd. Batau. pag. 407. nr. LIII.

120. *Quaeſita in Hippocratem de vrinis.* Exſtant latine in edit. Charterii tom. VIII. pag. 918. et in ſeptima Iuntarum in ſpuriis fol. 113. Sunt Arabiſtae cuiusdam. — *Georg. Vallae* de vrinae ſignificatione ex Hippocrate, Paulo Aegineta ac Theophilo. Item *Galeni* quaeſtiones in Hippocratem. Dioclis epiſtola de bona valetudine tuenda. Argent. ſine anno. 8. *

121. Περὶ σφυγμῶν πρὸς Ἀντώνιον φιλομαθῆ καὶ φιλόσοφον. *De pulſibus ad Antonium diſciplinae ſtudioſum ac philoſophum.* Exſtat graece et latine in edit. Charterii tom. VIII. pag. 333. Galenus primum ex MS. codice bibliothecae publ. Pariſinae edidit. Eſt ſpurius et ex Galeni de pulſibus libris compoſitus.

122. *Compendium pulſuum Galeno adſcriptum.* Exſtat latine in edit. Charterii tom. VIII. pag. 330. Eſt Arabiſtae opus.

123. Περὶ τῆς τῶν ἐν νεφροῖς παθῶν διαγνώσεως καὶ θεραπείας. *De adfectuum renibus inſidentium dignotione et curatione liber aſcriptitius.* Eſt in Aldina part. IV. inter nothos fol. 13. in graeca Baſil. part. IV. pariter inter nothos, pag. 415. in edit. Charterii tom. X. pag. 526. in ſeptima Iuntarum claſſ. VII. fol. 191. Eſt ſpurius. Demetrii Pepagomeni eſſe Fabricius autumabat, ad imperatorem ſcriptus, cuius archiatrum σύνδουλον ſuum vocat, ipſum vero principem ſic alloquitur: ἥλιε τῆς ἐμῆς ψυχῆς. Dicit etiam: δεῖ καὶ ἡμᾶς τοὺς χριστιανοὺς, etc. — Codex *graecus* eſt in biblioth. Diu. Marci *Veneta,* cod. CCLXXXII. (catal.

 pag. 136.)

pag. 136.) — Galeni de renum adfectuum dignotione et medicatione liber. *Christophoro Sotere* (Heyl) interprete, Mogunt. apud Io. Schoeffer, 1530. 8.* cum aliis Basil. 1533. fol. * Eam Heylii versionem repetierunt editores operum Galeni latinorum.

124. *De colico dolore libellus.* Exstat latine tantum in edit. Charterii tom. X. pag. 522. et in septima Iuntarum class. spurior. fol. 125. Graeca desiderantur. — Codd. *latini* sunt in bibl. publ. Paris. nr. MMMMMMDCCCLXV. MMMMMMDCCCLXVII. — Prodiit cum libro de clysteribus seorsim: Galeni de clysteribus et colica liber a *Iohannitio* e graeca in arabicam, et inde a *Kalonymo* in hebraicam linguam translatus, iam primum editus (interprete *Franc. Raphelengio.*) Lugd. Batau. 1591. 8.* ex officina Plantiniana apud Franc. Raphelengium.

125. *Galeni introductorius liber varias morborum curas complectens* prodiit cura *Io. de Tornamira* cum Valesos de Taranta philon. pharmaceut. Lugd. 1535. 8.* — Propleumata Aristotelis, Avicennae, *Galeni* vnd Alberti Magni dariñ menschlicher vnnd thierlicher natur eygenschaften durch fragstücke begriffen, Auch mancher handt artzneyen den menschen zu gut angezeigt werden. — Getruckt zu Straszburgk 1545. 4.*

126. *De cura icteri Galeno adscriptus liber.* Exstat *latine* in edit. Charterii tom. X. pag. 524. in septima Iuntar. in spuriorum classe fol. 110. Exstat latine tantum, spurius manifeste. — Codex *latinus* est in biblioth. publ. Paris. nr. MMMMMMDCCCLXV.

127. Περὶ μελαγχολίας ἐκ τῶν Γαληνοῦ καὶ Ῥούφου, καὶ Ποσειδωνίου, καὶ Μαρκέλλου Σικαμίου τοῦ Ἀετίου βιβλίον. *De melancholia ex Galeno, Rufo, Posidonio et Marcello Sicamii Aetii libellus.* Exstat in Aldina part. IV. inter spurios fol. 50. in graeca Basil. part. IV. pag. 469. in edit. Charterii tom. X. pag. 496. in septima Iuntarum class. spurior. fol. 109. Capita sunt 9. 10 et 11. ex Aetii tetrabibl. II. serm. II. pag. 250. collect. Henr. Stephani, ad verbum, quod vocant, expressa. — cod. *gr.* in biblioth. *Veneta* D. Marci, cod. CCLXXIX. catal. pag. 135. et in cod. CCLXXVI. cod. CCLXXXII ac CCLXXXIV. de atra bile.

128. *Galeni de oculis liber ascriptitius in sex sectiones distributus.* Exstat *latine* tantum in editione Charterii tom. X. pag. 504. in septima Iuntarum class. VII. pag. 182. Paulus citatur in eo, citantur et nuperiores alii. Citatur adeo ipse Galenus auctor. — Vertit in latinam linguam ex graeco, quod desideratur, *Demetrius.* Vertit etiam et edidit *Matthaeus Theodorus Melaneleus.* Antwerp. 1540. 4. — Liber de oculis et de anatome oculorum prodiit Paris. 1536.

129. *De pica vitioso appetitu ex Galeno per Aetium.* Est in edit. Charterii tom. VII. pag. 873. Graeca desunt.

130. *De gynaeceis, id est, de passionibus mulierum Galeno adscriptus liber.* Est in edit. Charterii tom. VII. pag. 873. et in septima Iuntarum in classe spurior. fol. 95. Interpretatus est *Nic. Rheginus.* Graeca desiderantur.

131. *De cura lapidis Galeno adscriptus liber.* Exstat in edit. Charterii tom. X. pag. 546. in septima Iuntarum inter spurios fol. 111. Videtur esse Arabistae opus, ex Arabico compositum, vti titulus docet libri: Canon, quem scripsit Alguazir Albuleizor, filius Abumelech

Abumelech Filuzer, imperatori Saracenorum Aly filio Iofeph, filii Refaphim, de curatione lapidis.

132. *Liber Secretorum ad Monteum, Galeno adfcriptus.* Exftat in edit. Charterii latine tom. X. pag. 459. in feptima Iuntarum fpuriorum claffe fol. 96. Eft Arabiftae opus. Spiritus vini deftillatio in eo defcribitur. — Codex *graecus* eft in biblioth. publ. *Parif.* *Galeni* de variis morborum generibus remediisque ad illorum curationem maxime idoneis. nr. MMCCXXX. — *Latinus* codex eft in biblioth. publ. Parif. nr. MMMMMMMXLVI. MMMMMMMDCCCXXXI. — An is liber, *fylua experimentorum* a *Conr. Gesnero* edita? Tigur. 1541. 8.

133. *De medicinis expertis Galeno attributus liber.* Exftat *latine* in edit. Charterii tom. X. pag. 561. in feptima Iuntarum inter fpurios fol. 103. Eft Arabis opus latine ab Arabifta quodam factum. Arabum medici complures in eo citantur.

134. *De incantatione, adiuratione et fufpenfione, Galeno adfcriptus liber.* Exftat *latine* in edit. Charterii tom. X. pag. 571. in feptima Iuntarum in fpurior. claffe fol. 41. Liber fuperftitionum plenus, faeculi V. vel VI. foetus. Auctor Cleopatrae libros citat, multos Graecos et Galenum ipfum.

135. *Fragmentum libri primi de dunamidiis Galeno adfcripti.* Exftat *latine* tantum in edit. Charterii tom. X. pag. 669. in feptima Iuntarum inter fpurios fol. 18.

136. *De dunamidiis liber fecundus Galeno attributus.* Exftat *latine* tantum in edit. Charterii tom. X. pag. 670. In feptima Iuntarum inter fpurios fol. 19. Ad Maecenatem is fcriptus eft. Eft liber Arabiftae, vterque plenus fuperftitionum et rerum, Galeno plane indignarum. Compofitus effe videtur ex Galeni et aliorum euporiftis, tamen fubinde cum theoria quadam. *Th. Reinefius* hos libros adfcribebat Garioponto. *Conr. Gesnerus* autumabat, a methodico quodam medico eos effe compofitos. vid. eius enumerat. libror. Galeni in edit. operum Galeni Frobeniana tertia. — Codex *latinus* eft in biblioth. publ. *Parif.* nr. MMMMMMMXXVIII. in biblioth. *Cai. Gonuil.* nr. DCCCCLXVI. DCCCCLXXVI. Prodiere per *Hier. Surianum.* Venet. 1520.

137. Γαληνȣ̃ τȣ̃ σοφωτάτȣ περὶ μέτρων καὶ ςαθμῶν διδασκαλία. *Galeni fapientiffimi de ponderibus et menfuris doctrina.* Exftat in Aldina inter fpurios part. IV. fol. 48. in graeca Bafil. part. IV. pag. 466. in edit. Charterii tom. XIII. pag. 974. in feptima Iuntarum claff. V. fol. 235. Eft manifefte fpurius, et compilatus ex aliis libris. — Codices *graeci* funt in *Medicea*, Bandini III. pag. 51. in bibl. *Britann.* cod. nr. MMMDCXXXVII. in bibl. *Veneta* D. Marci, CCLXXXVIII. (catal. pag. 138.) quaedam de menfuris et ponderibus. — *Graece* edidit *Morellus*, tefte Charterio, in concif. not. ad hunc libr. tom. XIII. — *G l ni* libellus de ponderibus et menfuris, ex collatione cum iis, quae apud Paulum Aeginetam et fcholiaften Nicandri leguntur, emendatus eft graece et lat. in adpendice ad thefaur. graecae linguae Henr. Stephani pag. 214. — Latine prodiit, vertente *Guintherio.* Bafil. 1530. fol. — Σύνοψις menfurarum et ponderum ponderationisque menfurabilium fecundum Romanos, Athenienfes, γεωργὲς καὶ ἱππιατρȣ̀ς, ex praeftantiffimis authoribus huius generis contracta opera *Michaelis Neandri.* Acc. etiam, quae apud Galenum hactenus exftabant,

 de

de ponderum ac menſurarum ratione vehementer deprauata, nunc graece et lat. multo correctiora eiusdem Mich. Neandri opera. Baſil. per Io. Oporinum, 1555. 4. * — Vertit etiam in latinam linguam *Auguſtinus Gadaldinus.*

138. Περὶ ἀντεμβαλλομένων. *De ſuccedaneis liber.* Exſtat in edit. Aldina part. IV. fol. 51. ſub titulo περὶ ἀντιβαλλομένων, inter ſpurios in edit. graeca Baſil. part. IV. p. 484. in edit. Charterii tom. XIII. pag. 965. In ſeptima Iuntarum claſſ. V. fol. 84. Spuriis Galeni libris iam ſuperioris aeui viri docti adnumerarunt, ſed fere ad optimos inter ſpurios referendus eſt. Erat iam Pauli Aeginetae temporibus notus, qui ex eo multa excerpſit in libr. de remed. VII. ex quibus totus is de ſuccedaneis liber eſt compoſitus. Facem etiam is liber praebuit Arabibus et Arabiſtis, in medicinas, quae aliis ſubſtitui poſſint, diligentius inquirentibus. — Codices *graeci* ſunt in bibl. publ. Pariſ. nr. MMCCCXII. MMCCCXIX. Excerpta ex cod. nr. MMCCVIII. Codex graecus eſt etiam in biblioth. caeſar. *Vindob.* de Neſſel part. III. pag. 22. Alius περὶ τῶν ἀντεμβαλλομένων ἐκ τῶν Γαληνȣ̃ eſt in biblioth. Vindob. de Neſſel nr. 20. cap. 5. pag. 32. Alius codex eſt in eadem bibliotheca de Neſſel nr. 26. pag. 36. Excerpta ex *Pauli Aeginetae* libr. VII. de medicamentis ſuccedaneis ſecundum Galenum ſunt in bibl. Vindob. nr. 28. de Neſſel part. III. pag. 39. Alii codices duo ſunt in ead. bibl. nr. 32. pag. 44. — Cod. *lat.* in bibl. publ. Pariſ. nr. MMMMMMMLVI. Galeni epiſt. in antemballomenon librum in bibl. *Bodlei.* catal. MSS. Angl. nr. 3637. Alius codex graecus, qui multum diſcrepat ab editis, eſt in bibl. *Coisliniana* Montfauc. part. II. pag. 448. — Exſtat *graece:* Galeni libri aliquot graeci partim hactenus non viſi, partim mendis repurgati et reſtituti cum annotationibus *Io. Caii.* ſcilicet de decretis Hippocratis et Platonis; de medicamentis, quae inter ſe commutantur; anatomici libri IX. de muſculorum motu libri II. Baſil. 1544. 4. — *Latine* Georgio Valla interprete, cum aliis Galeni et alior. graecor. libris Venet. 1498. fol. — Pariſ. 1530. 8. — Pariſ. 1557. 8. — Interpretes latini ſunt *Iulius Martianus Rota, Io. Guintherius* et *Ioach. Camerarius.*

139. *De ſimplicibus medicamentis ad Paternianum, Galeno adtributus liber.* in edit. Charterii tom. XIII. pag. 984. in ſeptima Iuntarum inter ſpurios fol. 79. *Latine* tantum exſtat, neque ad graecum alphabetum, neque ad latinum vnice ſcriptus. Nomina permulta corrupta leguntur, ab auctore, graecae linguae plane ignaro.

140. *Galeno adſcriptus liber de plantis.* Exſtat in edit. Charterii tom. XIII. pag. 1004. in ſeptima Iuntarum in ſpuriorum claſſe. *Latine* tantum exſtat. Eſt ſynopſis librorum de ſimplicium medicamentor. facult. ab Arabe medico collecta, deinde ab *Iohannitio*, filio Iſaac, locupletata commentariis, a *Grumero,* iudice Placentiae, et ab *Abrahamo* medico ex Arabico in latinum translata. Arabiſtae, vt Iac. de Foroliuio et Gentilis de Fulgineo, eum inter bonos et genuinos Galeni libros referunt. — Eſt forſan lexicon botanicum in bibliotheca *Medicea* et de qualitate herbarum et aromatum in bibliotheca publ. *Pariſin.* nr. MMMMMMDCCCXXXVII.

141. *Galeno adſcriptus liber de virtute centaureae.* Exſtat in edit. Charterii tom. XIII. pag. 1010. in ſeptima Iuntarum claſſ. ſpuriorum fol. 92. Exſtat *latine* tantum, et ſcriptus eſt ad fratrem ſuum, Papiam. Eſt empirici liber. Codex eſt in biblioth. Eſcurialenſ. — Prodiit: Galenus de centaurea. Lugd. 1525. 4. — In hoc volumine continentur Io. Serapionis

nis

nis de ſimplicibus medicamentis. Auerrois de iisdem. Raſis, fil. Zachariae, de iisdem. Incerti item auctoris de centaureo libellus, hactenus Galeno adſcriptus. Dictionum arabicarum iuxta atque latinarum index. In quorum emendata excuſione, ne quid omnino deſideraretur Othonis Brunfelſii ſingulari fide cautum eſt. In fine: Argentorat. exc. Theod. Vlricher, 1531. fol. * — Prodiit ſeorſim Venet. 1497. fol. Argent. 1541. fol.

142. *Galeno adſcriptus liber de clyſteribus.* Exſtat in edit. Charterii tom. XIII. p. 1013. in ſeptima Iuntarum claſſ. ſpurior. ad fin. Exſtat *latine* tantum. — Codices *latini* ſunt in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCLXV. MMMMMMDCCCLXVII. — Galeni de clyſteribus et colica liber *latine Raphelengio* interprete, a *Iohannitio* e graeca in arabicam, et inde a *Kalonymo* in hebraeam linguam translatus. Lugd. Batau. 1591. 8. * — *Symph. Campegii* clyſteriorum camporum ſecundum Galeni mentem libellus prodiit cum Galen. de phlebot. et Campegii campis hiſtorialibus. Baſil. 1532. fol.

143. *Galeni de catharcticis* exſtat in ſeptima Iuntar. in claſſ. ſpurior. fol. 94.

144. *Galenus de peſte,* manifeſte ſpurius. Exſtat in *Io. Bapt. van Helmont* opuſcul. medic. inauditis de lithiaſi, de febribus, de humoribus. *Galeni* liber de peſte. Amſtelod. 1648. 4. *

XII. Fragmenta:

1. Περὶ ὑδάτων ἐκ Γαληνȣ͂, Ὀριβασίȣ, Ῥȣ́φȣ, Διόκλȣς καὶ Ἀθηναίȣ. Ἐκ τȣ͂ ιδʹ. κεφαλαίȣ τȣ͂ πρώτȣ πρὸς Εὐνάπιον Ὀριβασίȣ. *De aquis ex Galeno, Oribaſio, Rufo, Diocle, Athenaeo. Ex libro primo Oribaſii ad Eunapium, cap. 14.* Eſt in edit. Charter. tom. VI. pag. 489. In ſeptima Iuntarum edit. in claſſ. ſpurior. fol. 75. Edidit graecum textum R. Charterius ex codice MS. ab Henrico Memmio ipſi ſuppeditato.

2. *Galeni* de vinis ex *Oribaſ.* ad Eunap. cap. 12. Chart. pag. 494.

3. *Galeni* de vinis ex Athenaei libro I. Deipnoſophiſtῶn. Chart. pag. 497.

4. *Galeni* de pane ex III. libr. Athenaei Chart. pag. 498.

5. *Galenus de aquarum natura et de balneis* exſtat in collectione: *de balneis omnia, quae exſtant apud graecos, latinos et arabes, tam medicos, quam quoscunque ſcriptores.* Venet. 1553. fol.

6. *Fragmentum Galeno adſcriptum, ſeu ſermo aduerſus empiricos medicos.* Exſtat *latine* in edit. Charterii tom. II. pag. 339. in ſeptima Iuntarum in claſſ. fragm. fol. 51. Interpretatus eſt *Auguſtinus Gadaldinus.*

7. *Fragmentum Galeni ex incerto de morſu, qui in aegritudine percipitur,* exſtat in ſeptima Iuntarum inter ſpurios fol. 63.

8. Γαληνȣ͂ περὶ ἀφροδισίων. *Galeni de venereis.* Charterius tom. VI. pag. 509. edidit hoc fragmentum graece et latine e MSS. biblioth. publ. *Pariſ.* Eadem verba fere in aliis Galeni libris et in Oribaſio leguntur.

9. *Fragmentum Galeni ex Ioanne Grammatico Alexandrino, cognomento Philopono, quod caput eſt quintum ſolutionis quaeſtionis decimae ſeptimae Procli de mundi aeternitate.* Eſt

ex

ex libris de demonſtratione, quod non, quidquid interitus, omnino id et ortus expers eſſe neceſſe ſit. Exſtat in edit. Charterii tom. II. pag. 59. Graece et latine.

10. *Fragmentum Galeni ex commentario XL. Simplicii in quartum librum phyſicae auſcultationis Ariſtotelis* exſtat gr. et lat. in tom. II. pag. 67. edit. Charterii. — *Aliud fragmentum* ex commentario CIII. exſtat ibid. pag. 68. — *Aliud* ex commentario CVI. exſtat ibid. pag. ead.

11. *Fragmenta Galeni ex Auerroe libro priorum Ariſtotelis primo cap. 8.* exſtant in edit. Charterii tom. II. pag. 69. Graece et lat. — *Aliud fragmentum* ex eod. cap. 23. exſtat ibid. pag. ead. — *Ex libro phyſicor. Ariſtot.* 4. comm. 97. exſtat pag. 70. — *Ex eodem libro phyſicor. Ariſtot.* 7. text. 1. exſtat pag. ead. — *Ex eodem* 7. text. 4. exſtat pag. ead. — *Ex eodem* diſput. 3. pag. ead. — *Ex eodem libro de anima Ariſtotelis* 3. text. 6. pag. ead. — *Ex eodem libro I. Ariſtot. de coelo* text. 22. pag. 71. — *Ex eodem libro de ſenſu et ſenſili* p. 71.

12. Γαληνȣ̃ χαρακτηριάζοντα εἰς Ἱπποκράτην. *Galeni notae in Hippocratem* ex ſermone XCIX. *Io. Stobaei* exſtant graece et lat. in edit. Charterii tom. II. pag. 72.

13. *Galeni de anima fragmentum ex capite ſecundo libri Nemeſii de natura hominis.* Exſtat gr. et lat. in edit. Charterii tom. V. p. 1. in ſeptima Iuntarum inter fragmenta fol. 62. — *Galeni fragmentum ex Nemeſii de timore cap. XX.* Exſtat in edit. Charterii tom. V. pag. 3. et in ſeptima Iuntarum inter fragm. fol. 62.

14. *Galeni fragmentum ex Themiſtio in paraphraſi quarti de phyſica auſcultatione.* Exſtat gr. et lat. in edit. Charter. tom. V. pag. 405. in ſeptima Iuntar. in fragm. fol. 63. — *Galeni fragmentum ex eadem paraphraſi Themiſtii* exſtat in edit. Charter. tom. V. pag. 406.

15. *Galeni fragmentum ex Michaele Epheſio de inſomniis* exſtat in edit. Charter. tom. V. pag. 406.

16. *Galeni fragmenta ex aphorismis Raby Moyſis collecta* exſtant in edit. Charterii tom. IX. part. II. pag. 395. Sunt aphorismi 139.

17. *Fragmenta Galeni ex Raſis lib. contin. collecta* exſtant in edit. Charterii tom. IX. part. II. pag. 406.

18. Τίνας δεῖ ἐκκαθαίρειν, καὶ ποίοις καθαρτηρίοις, καὶ πότε. *Quos, quibus catharticis medicamentis et quando purgare oporteat.* Exſtat in Aldina, part. II. fol. 103. in graeca Baſil. part. II. pag. 487. in edit. Charterii tom. X. pag. 470. in ſeptima Iuntar. claſſ. V. fol. 88. Etiam huius libelli non meminit Galenus: Fragmentum eſt libr. VII. collectionum medicinal. *Oribaſii.* — Codd. ſunt cum libro de purgant. medicamentorum facultatibus. Eſt forſan is liber de medicamentis euacuantibus, qui exſtat in *Medicea* Bandin. III. p. 152. Codex libri: Qui ſunt purgandi: exſtat inter Voſſianos in bibl. acad. *Lugd. Batau.* vid. catal. eiusd. biblioth. pag. 397. nr. 45. Exſtat etiam in biblioth. *Auguſtana.* Catal. pag. 26. et in biblioth. *Medicea.* Bandin. III. pag. 152. — Editiones dixi ex parte cum libro de purgantium medicamentor. facultat. — Prodiit *graece*, apud Morellum, cum aliis Pariſ. 1557. 8. — *Latine. Galeni* de motu muſculor. libri II. *Nic. Leoniceno* interpr. Item quos oportet purgare, et qualibus medicamentis purgantibus, et quando. Pariſ. 1528. 8. * — *Latine*, interprete *Polluto.* Pariſ. 1544. 4. — *Galeni* libellus, Quos, quibus, et quando purgare oporteat.

teat. A *Sebaſt. Coquillato Scipione* in linguam latinam conuerſus eiusdemque commentariis illuſtratus. Lugd. 1553. 12. * Repetita dicitur ea edit. 1557. 16. — Vertit etiam *Iulius Martianus Rota.* — *Euſtachii de Pernis* in libr. Galeni, Quos purgare conueniat, quibus modis et quo tempore commentaria Neap. 1547. 4. — *Ferd. Mena* comment. prodiit cum comm. in libr. de ſanguinis miſſione. Auguſt. Taurin. 1587. 8. *

19. *Τόμιον ἐξαίρετον τȣ̃ βιβλίȣ Γαληνȣ̃ περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ἰατρικῆς πραγματείας. Ἐκ τȣ̃ κεφαλαίȣ δ'. τȣ̃ βιβλίȣ θ'. τȣ̃ Τραλλιανȣ̃ προβληθέν. Fragmentum egregium Galeni libri de Homerica medicatione. Ex cap. 4. libri IX. Tralliani depromtum.* Extat in edit. *Charterii*, tom. X. pag. 573.

XIII. *Galenus*, etſi dogmaticus erat, nulli tamen ſectae medicorum, quae ſuis temporibus florebat, addictus eſſe, ſed Hippocraticus medicus dici volebat, Hippocratemque ſolum omnium de medicinalibus rebus recte ſtatuiſſe adfirmabat. Hinc quoniam putabat, Hippocratem a nemine fere medicorum, et ſuorum temporum, et ſuperioris aeui, recte eſſe intellectum, Hippocratis vero lectionem omnibus, qui rationalem medicinam amplecterentur, eſſe maxime neceſſariam, et exegeſin vocum ſcripſit obſoletarum, aliarumue difficilium, in Hippocratis operibus obuiarum, et permultos Hippocratis libros commentariis illuſtrauit, illuſtraſſetque omnes, niſi morte praeuentus eo propoſito excidiſſet. Permulti horum commentariorum in Galeni operibus adhuc leguntur, quos omnes enarraui in huius bibliothecae libr. II. cap. 23. a §. 17. vol. II. a pag. 522. Hinc quia horum commentariorum editiones, omniaque, quae ad eorum rem litterariam pertinere videri poſſent, iam enarraui in hoc bibliothecae graecae capite, quo de Hippocrate egi, hic tantum breuiſſimis indicabo, in quosnam Hippocratis libros Galenus fuerat commentatus, quinam horum commentariorum adhuc exſtent, ac quinam interierint. Quo facto de indole, virtutibus ac vitiis commentariorum, quos Galenus in Hippocratem conſcripſit, quaedam proponam.

Commentarii Galeni in Hippocratis libros hi exſtant:

1) *in librum Hippocratis de natura humana commentarii duo.* Hi exſtant in edit. Charterii tom. III. pag. 91. vid. Fabric. biblioth. graec. Harl. lib. II. cap. 23. §. 25. nr. 34. vol. II. pag. 582.

2) *in librum Hippocratis de aere, aquis et locis commentarii tres.* Exſtant in edit. Charterii tom. VI. pag. 187. vid. Fabric. biblioth. graec. lib. II. cap. 23. §. 23. vol. II. pag. 561.

3) *in librum Hippocratis vel Polybi de ſalubri victus ratione priuatorum, commentarius.* Exſtat in edit. Charterii tom. VI. pag. 220. vid. Fabric. biblioth. graec. l. c. nr. 36. pag. 585.

4) *in librum Hippocratis de alimento commentarii quatuor.* Exſtant in edit. Charterii tom. VI. pag. 238. vid. Fabric. biblioth. graec. l. c. nr. 35. pag. 584.

5) *in librum Hippocratis de humoribus commentarii tres.* Exſtant in edit. Charterii tom. VIII. pag. 508. vid. Fabric. biblioth. graec. lib. II. cap. 23. §. 25. nr. 3. vol. II. pag. 568.

6) *in Hippocratis prognoſticon commentarii tres.* Exſtant in edit. Charterii tom. VIII. pag. 583. vid. Fabric. biblioth. graec. lib. II. cap. 23. §. 19. vol. II. pag. 533.

7) *in Hippocratis praedictionum librum primum commentarii tres.* Exſtant in edit. Charterii tom. VIII. pag. 692. vid. Fabric. biblioth. graec. lib. II. cap. 23. §. 20. pag. 534.

8) *in Hippocratis de morbis popularibus librum primum commentarii tres.* Exſtant in edit. Charterii tom. IX. pag. 1. vid. Fabricii biblioth. graec. lib. II. cap. 23. §. 18. vol. II. pag. 522 ſq.

9) *in Hippocratis de morbis popularibus librum ſecundum commentarius.* Exſtat in edit. Charterii tom. IX. pag. 118. vid. Fabric. biblioth. graec. lib. II. cap. 23. §. 25. vol. II. pag. 563.

10) *in Hippocratis de morbis popularibus librum tertium commentarii tres.* Exſtant in edit. Charterii tom. IX. pag. 193. vid. Fabric. biblioth. graec. lib. II. cap. 23. §. 18. vol. II. pag. 522 ſq.

11) *in Hippocratis de morbis popularibus librum ſextum commentarii ſex.* Exſtant in edit. Charterii tom. IX. pag. 353. vid. Fabric. biblioth. graec. lib. II. cap. 23. §. 25. vol. II. pag. 563.

12) *in Hippocratis aphoriſmorum libros ſeptem commentarii ſeptem.* Exſtant in edit. Charterii tom. IX. part. II. pag. 1. vid. Fabric. biblioth. graec. lib. II. cap. 23. §. 21. vol. II. pag. 537 ſq.

13) Huc referri quoque debet *Galeni aduerſus Lycum liber, quod nihil in eo aphoriſmo peccet Hippocrates, cuius initium: qui creſcunt, plurimum habent caloris innati.* Exſtat in edit. Charter. tom. IX. part. II. pag. 358.

14) *Galeni contra ea, quae a Iuliano in aphoriſmis Hippocratis dicta ſunt, libellus.* Exſtat in edit. Charterii tom. IX. part. II. pag. 376.

15) *in Hippocratis de diaeta acutorum librum commentarii quatuor.* Exſtant in edit. Charterii tom. XI. pag. 1. vid. Fabric. biblioth. graec. lib. II. cap. 23. §. 22. vol. II. pag. 556.

16) *in Hippocratis de officina medici librum commentarii tres.* Exſtaut in edit. Charterii tom. XII. pag. 1. vid. Fabric. l. c. nr. 6. pag. 569.

17) *in Hippocratis librum de fracturis commentarii tres.* Exſtant in edit. Charterii tom. XII. pag. 151. vid. Fabric. biblioth. graec. lib. II. cap. 23. §. 25. nr. 7. vol. II. pag. 571.

18) *in Hippocratis librum de articulis commentarii quatuor.* Exſtant in edit. Charterii tom. XII. pag. 287. vid. Fabric. ibid. nr. 8. pag. 571.

Ex Hippocratis ſententia, et ad illuſtrandum Hippocratem ſcripſit Galenus libros de diebus criticis; de criſibus; de difficultate reſpirationis; de ratione victus in acutis ſecundum Hippocratem; quod optimus medicus ſit etiam philoſophus. Ex Hippocratis mente ſcriptos a ſe eſſe quoque libros XIV. methodi medendi, ipſe refert cap. 7. de libris propriis. tom. II. pag. 43. Has libros omnes ſupra enarraui.

Scripſit praeterea commentarios qui interierunt, in Hippocratis libros: 1) in librum de vlceribus. de libr. propr. cap. 7. 2) in librum de capitis vulneribus. ibid.

Indolem commentariorum Galeni in Hippocratis libros quod adtinet, notandum eſt, quod et nuper doctiſſime expoſuit cl. *Preu*, auditor meus, in diſſ. inaug. de interpretibus Hippocra-

Hippocratis graecis. Altorfii, 1795. 8. pag. 52. ſect. IV. Galenum in textu Hippocratis emendando, ac ita conſtituendo, vti Hippocratem ipſum ſcripſiſſe credibile fuiſſet, omni ſtudio elaboraſſe. Hinc in eius commentariis multa ſunt, quibus futurus operum Hippocratis editor ad ipſum Hippocratis textum emendandum vti poterit, quibusque ſaltim non omnibus vſi ſunt editores operum, aut etiam ſingulorum librorum Hippocratis, in quos Galeni commentarii exſtant. Multa etiam congeſſit Galenus in ſuis commentariis ad hiſtoriam ſingulorum librorum, quos inſtruxit commentariis, illuſtrandum, et ad iudicium rectum de eorum aut genuinis, aut ſpuriis originibus ferendum, in qua re quam ſtudioſe fuerit verſatus, ipſe ego copioſe probaui in biblioth. graecae huius libr. II. cap. 23. §. 12. vol. II. pag. 518. et in pluribus longe aliis locis. Multa etiam ex interpretibus Hippocratis, ſuo aeuo ſuperioribus, adduxit, quae quanta ſint, colligere licet ex diſſert. doctiſſ. *Preu*, ſupra citata.

Ipſos vero Hippocratis textus mira et ſagacitate et ſubtilitate expoſuit, praeſertim ratione habita ingenii conſiliique, quo Hippocrates in componendis libris ſuis vſus fuerit. Id tamen vitii habent omnes eius commentarii, vt nimis copioſi ſint, ac verborum inani copia laborent, vtque minus rei Galeno ſit in recte explicandis iis, quae aut ad hiſtorias morborum, aut ad praeſagia pertinent, plus vero in farragine rerum ac verborum congerenda, quae legentis animum fallit, neque ſemper confirmandis, illuſtrandis, aut refellendis iis, quae ab Hippocrate fuerunt dicta, conducit.

XIV. Exſtant etiam permulta Galeni, aut Galeno adſcripta, aut ex Galeni libris hauſta, in bibliothecis nondum typis vulgata, quae hic notanda ſunt. — *Galeni de ſero lactis libellus* exſtat in biblioth. *Medicea.* Bandini III. pag. 122.

Selecta a Galeno de variis morborum generibus, remediisque ad illorum curationem maxime idoneis ſunt graece in biblioth. publ. *Pariſ.* nr. MMCCXXX. et lat. in eadem nr. MMMMMMMDCCCXXXI.

Galeni de corporibus, cauſſis, ſignis ſanis, aegris, neutris. Codex eſt in bibl. cathedr. *Wigornienſ.* nr. 760. et in libr. Roberti Burscough nr. 7675. — *Galenus de natura hominis* exſtat in *Vaticana.* Montfauc. pag. 28. — *Galenus de motu animalium* eſt in *Vaticana.* l. c. pag. 34. — *Galenus de medicina* eſt in bibl. *Caſſinenſi.* Montfauc. pag. 221. — *Iſagoge ad regimen Galeni* erat in libr. R. Burscough codd. nr. 7673.

Eclogae ex Hippocrate et Galeno a Busbequio emtae, ſunt in bibl. *Vindob.* Lambec. lib. VI. part. II. pag. 100. Sunt graecae; conf. de Neſſel part. III. pag. 25. — *Compendium ex Galeno* exſtat in bibliotheca Bauarica.

Anonymi tabulae diuiſionum in pluſculis libris Galeni ſunt in bibl. *Vindobonenſ.* Lambec. VI. pag. 151. — *Galenus de paſſione vniuscuiusque particulae* eſt in bibl. fratrum minorum Ceſenae. Montfauc. pag. 433. — *Eclogae ex Galeno* ſunt in bibl. *Vindobon.* Lambec. VI. pag. 153. — *Excerptum de pleuritide* eſt in biblioth. Vindob. Lambec. VII. cap. 25. — *Excerpta ex Galeno* ſunt in eadem, Lambec. VI. pag. 93.

Collectio, in qua Galeni, Xenonis, Meletii et Crateuae libri de materia medica, erat in biblioth. *Cantacuzeni.*

Excerpta ex Oribafio et Galeno funt in biblioth. publ. Parif. graece nr. MMCXLIX. — *Excerpta ex Galeno* funt in bibl. Vindob. Lamb. VI. pag. 100. — *Galenus de fimplicibus* eft in biblioth. Canonicor. regularium Bononiae. Montfauc. pag. 432.

Galeni theoria et practica medicinae erat in libris *Francifci Bernardi* nr. 3651. — *Hippocratis liber refolutionis*, *quem Galenus explicat*, et Galenum Mich. Pfellus. Verdier. — *Galeni in libr. Hippocratis de aetatis aegritudinibus* eft in bibl. D. Marci Venet.

Galeni liber de caufis et euentibus Nic. Rhegino interprete. Codex eft latinus in bibl. publ. Parif. nr. MMMMMMDCCCLXV.

Galeni medicinale ad Hippocratem in catal. bibl. *Conftantinopol.* Verdier. II. pag. 57. — *Galenus de quatuor elementis* exftat gr. in biblioth. reg. *Taurinenf.* Montfauc. p. 1397. — *Galenus de duplici medicina cum commentario* exftat latine in bibl. reg. Taurinenf. Montfauc. pag. 1397.

Galeni fragmentum problema de caufis rariorum morborum eft in bibl. Bodleian. nr. 131.

Galeni antidotarium citat Chriftoph. Georg. de Honeftis. Negat Galeni effe *Syluius* ad Mesuen. lib. III.

Galeni fynopfin medicamentorum fimplicium exhibet Paulus Aegineta ex libris de fimplic. medicamentorum facultatibus. — *Galeni de fine medicinae.*

Galeni de fymptomatibus criticis. — *Galeni iatricorum vfus.* — *Galeni de corporis humani fabrica.* Codex graecus eft in biblioth. publ. *Parif.* nr. MMLXXXXVII. — *Collectiones ex Galeno fratr. Ioann. ord. minor.* exftant in bibl. monafter. S. Petri Corbeienfis. Montfauc. pag. 1407.

Galeni de membris hominis et equi in bibl. *Mich. Cantacuzeni.*

Galeni anatomia eft fcripta inter codd. Caroli Theyer nr. 6603.

Galeni de abortiuo foetu in bibl. *Cai. Gonuil.* Cantabrig. nr. 946. nr. 6605. et in bibl. Voffian.

Galeni epift. de humano corpore ibid. nr. 956.

Galeni chirurgia, *feu capitula varia*, *ex Galeni operibus collecta*, erant inter codd. *Bodleianos.* bibl. Britt. nr. 3500.

Galeni lexicon botanicum eft in bibl. Medicea. Aliud λεξικὸν τῆς τῶν βοτάνων ἑρμηνείας κατὰ ςοιχεῖον erat inter libros, quos biblioth. Vpfalienfi dedit Io. Gabr. Sparuenfeldius. vid. catal. ei. biblioth. pag. 57.

Galeni de fractis, *nempe libri VI. methodi medendi cap. V et VI. De offibus*, *de fafciis Hippocratis*, *Dioclis*, *Glauciae*, *Perigenis*, *Molpicae*, *Amyntae*, *Menecratis*, *Softrati*, *Apollonii iunioris*, *Apollonii Feri* funt in collectione *Nicetae.* vid. *Cocchi* in praef. ad fcript. chirurg. e collect. Nicetae pag. 12.

Ἱππιατροσοφηνȣ͂ τȣ͂ σοφȣ͂ ῥήτορος. Ἱερακλέȣ καὶ ὑποκράτȣς καὶ τȣ͂ σοφȣ͂ Γαληνȣ͂. In fine πληρώθη τὸ παρὸν ἱππιατροσώφην διὰ χέιρος ἐμȣ͂ Δημητρίȣ τȣ͂ Δρασινȣ͂. Is codex eft inter Voffianos biblioth. acad. *Lugd. Batau.* vid. catal. biblioth. pag. 398. nr. 50.

Tractatus

Tractatus ex libro Gallieni Alpachimi et ex ſententiis Hermetis collectus eſt in biblioth. *Ienenſ.* vid. Mylii memorabil. biblioth. Ienenſ. pag. 397.

Liber ſecreti Gallieni de elixir ſolis et lunae eſt in biblioth. acad. Ienenſ. latine ſcriptus, cum Hermetis, Cliſopatrae, et aliorum. vid. Mylii memorab. bibl. Ienenſ. pag. 398. — *Galenus de cura ſenectutis* eſt lat. in biblioth. colleg. corp. Chriſti Oxon. nr. 1592. — *Signa mortis ſecundum Galenum* ſunt in bibl. *Cai. Gonuil.* nr. 956. — *Iſagoge Iohannitii ad legendos Galeni libros prognoſticorum* eſt in bibl. eccleſ. cathedr. *Wigorn.* nr. 760. — *Galenus de corporibus, cauſſis, ſignis, ſanis, aegris, neutris* eſt ibid. — *De diſcrepantia pulſuum, quorum cognitio clarior facta poſt Galenum* eſt in bibl. Iſ. Voſſii nr. 2168. — *Gode Medicines for divers Evils drawn out of Galien and Aſclepius* ſunt inter MSS. Fr. Bernardi. Cat. MSS. Angl. nr. 3632. — *Galeni de ſymptomatibus mulierum* lingua *gallica* eſt inter MSS. Ed. Tyſon. Catal. MSS. Angl. nr. 4155. — *Galeni anatomia et de interioribus* eſt inter MSS. Car. Theyer. nr. 6605. — *Iſagoge ad regimen Galeni.* — *Regimen Galeni de corporibus ſignis et cauſis* ſunt in libr. R. Burscough. nr. 7671.

Ἰατροσόφιον Γαληνȣ̃ καθ' Ἱπποκράτην. *Galeni medicinale ad Hippocratem* exſtat graece in bibl. caeſar. Vindob. Lambec. edit. Kollar. I. pag. 272.

Τȣ̃ Ἱπποκράτȣς εἰς τὰ ἀναλυτικὰ βιβλία δεκατέσσαρα. καὶ ἐξηγεῖται αὐτὰ ὁ Γαληνός. *Hippocratis in reſolutionis libros XIV. quos Galenus explicat.* exſtat graece in bibl. caeſar. *Vindob.* Lambec. edit. Kollar. I. pag. 273.

Galeni, Xenonis, (Xenocratis) Meletii ſapientis, et pars Grateiae Riſotomi (Crateuae Rhizotomi) in materiam medicam. Exſtat in bibl. caeſ. *Vindob.* Lamb. ed. Kollar. I. p. 275. — Deſcriptio plantarum, ex Crateuae, Pamphili Alexandrini et Claud. Galeni operibus collecta cum figuris plantarum ad viuum depict. exſtat cum cod. antiquiſſ. Dioſcorid. in bibl. caeſar. *Vindob.* de Neſſel part. III. pag. 9.

Anonymi cuiusdam auctoris eclogae ſiue excerpta ex variis Hippocratis et Galeni operibus, et ex Ariſtotelis problematibus phyſicis, in quibus eclogae ex Galeni de locis affectis libris locum primum tenent, ſunt in bibl. *Vindob.* vid. de Neſſel part. III. pag. 26. nr. 15. — *Opera Galeni et Hippocratis de chirurgia* exſtant Hibernice in bibl. coll. S. Trinitat. Dublin. nr. 601. — *Fragmenta medica ex Galeno et Hippocrate* exſtabant in biblioth. Narciſſi, archiep. Dublin. nr. 1218. — *Excerpta ex Galeno de remediis* ſunt in biblioth. Coislinian. Montfauc. part. II. pag. 448. — *Excerpta ex Hippocrate, Galeno, Meletio, de morbis* ſunt graece in biblioth. Coislinian. Montfauc. part. II. pag. 448.

Miſcellanea medica ex Galeno, quorum principium: ἱερὰ Γαληνȣ̃, ἣ σύνθεσιν ἔχει ἔτως, κ. τ. λ. ſunt in bibl. *Vindob.* de Neſſel nr. 20. 5. pag. 32.

Excerpta varia ex Galeno, inter quae eſt praecipue epitome alphabetica libri VI. VII. VIII. IX. libror. de ſimplicium medicamentorum facultatibus, ſunt in bibl. caeſar. *Vindob.* de Neſſel part. III. nr. 25. pag. 35.

Παύλȣ λόγος ἐκ τῶν Γαληνȣ̃ περὶ πάσης φλεβοτομίας, eſt ex Paulo Aeginet. libr. VI. cap. 40. in bibl. *Vindobonenſ.* nr. 28. et nr. 29. bis. vid. de Neſſel part. III. pag. 40.

Γαλην8 ἐκ τ8 τῆς πρὸς Πατρόφιλον περὶ πλευρίτιδος. Exſtat in bibl. Vindob. nr. 30. vid. de Neſſel part. III. pag. 42.

Miſcellanea quaedam medica, ex Galeno aliisque auctoribus excerpta, inprimis ex libro περὶ τῶν ἐξ ἐνυπνίων διαγνώσεως, ſunt in bibl. caeſar. *Vindob.* nr. 30. de Neſſel part. III. pag. 42. — *Miſcellanea medica ex Galeno et aliis antiquis auctoribus collecta in vſum Xenodochiorum et noſocomiorum* ſunt in bibl. caeſar. Vindob. nr. 37. de Neſſel part. III. p. 47.

Theophili et Stephani Athenienſis libellus de febrium differentiis ex Hippocrate et Galeno eſt in bibl. Vindobonenſ. de Neſſel nr. 52. part. III. pag. 55.

Διαθήκη τῶν τριῶν ἰατρῶν Γαλην8, Ἱπποκράτ8ς καὶ Μελετί8 τ8 σοφ8 περὶ τῆς τ8 ἀνθρώπ8 κατασκευῆς exſtat in bibl. Vindob. nr. 53. de Neſſel part. III. pag. 56.

Anonymi auctoris eclogae graeco-barbarae ex Galeno in capita CLXXVI. diuiſa ſunt in bibl. *Vindob.* nr. 53. de Neſſel l. c. — *Excerpta quaedam ex Galeno et aliis de morbis et medicamentis variis* ſunt in bibl. *Barocciana* nr. 88. catal. MSS. Angl. et Hibern. — *Galeni fragmentum protheoriae de cauſis variorum morborum* eſt in bibl. Barocciana nr. 131. ibid. — *Antidota et medicamenta ex Hippocrate et Galeno collecta* ſunt in bibl. Barocciana nr. 150. — *Galeni fragmenta quaedam ſunt in bibl. G. Laudi* catal. MSS. Angl. nr. 877. — *The virtues of herbs which are hot or cold and for how manoy things they are good, after Platon, Galen and Hippocrates.* Exſtat in bibl. Bodleian. catal. MSS. Angl. nr. 2062. — *Secreta glorioſiſſimi Galeni* ſunt in bibl. Bodlei. catal. MSS. Angl. nr. 2461. — *Galeni chirurgia, ſiue capitula varia ex eius operibus collecta* exſtant in bibl. Bodlei. ibid. nr. 3500.

Galeni liber de XII. portis eſt in biblioth. *Aſhmolean.* catal. MSS. Angl. nr. 7638 et 7787. — *Galeni fragmentum* exſtat lat. in bibl. colleg. vniuerſit. Oxon. nr. 118.

Rabbi Nathan Ioel Palkeira ſententiae ex Hippocrate, Galeno, Auicenna, R. Maimonide. Citantur a Wolfio in bibl. Hebr. — *Anonymi introductio ad ea, quae Galenus de re medica ſcripſit* exſtat hebraice in bibl. publ. Pariſ. nr. 401. — *Galeni de medicinis experimentatis a Iohannitio verſus* eſt in bibl. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCLXXXXIII. — *Galeni de qualitate herbarum et aromatum* in bibl. publ. *Pariſ.* nr. MMMMMMDCCCXXXVII.

Magnum volumen, continens XXI. tractatus medicos, conuerſus ex auctoribus arabicis et graecis: Ibn Zohar, Ibn Sina, Raſi, Ibn Ruſſd, Abul Walid Ibn Ruſſd, Mohamed Ibn Ruſſd, Ali Ibn Ruſwan, Honain f. Iſhac, Hippocrate, Galeno exſtat *hebraice* inter MSS. legati Scaligeriani in bibl. acad. *Lugd. Batau.* vid. catal. ei. biblioth. pag. 404. nr. 2.

Commentarius in librum philoſoph. et medic. adornatus ex Ariſtotele, Galeno, Ibn Sina, Iſaaco Iſraelita, etc. exſtat *hebraice* in libr. Warnerianis biblioth. acad. *Lugd. Batau.* vid. catal. ei. biblioth. pag. 407. nr. 39. — *De remediis quorumdam morborum ex Galeno, Ibn Zohar*, cet. exſtat in libr. legat. Warneriani biblioth. acad. *Lugd. Batau.* vid. catal. ei. biblioth. pag. 407. nr. 40. — *Galenus de arte medica et conſeruanda valetudine verſus ab Abul Fergi Abdallah* exſtat arabice in biblioth. acad. *Lvgd. Batau.* nr. 748. catal. pag. 441.

Galenus de prohibenda ſepultura in certo morborum ſeu morbis dubiae genere ad iuſtum tempus verſus et explicatus ab Abu Said Abdallah exſtat *arabice* in biblioth. acad. *Lvgd. Batau.* nr. 749. pag. 441.

Galenus

Galenus de vocibus in medica arte vsitatis tractatus ex graeco idiomate in Syriacum, et ex hoc in Arabicum versus exſtat in biblioth. acad. *Lugd. Batau.* nr. 762. catal. pag. 441. — *Mordechai fil. Schelomo de remediis morborum ex Razeo, Mesue, Galeno, et authoribus latinis hebraice* exſtat in biblioth. acad. Lugd. Batau. nr. 794. pag. 442.

Ibn Beitar medicamenta ſimplicia ordine alphabetico. Auctor collegit hoc opus ex Galeno, Dioſcoride. Exſtat *arabice* in biblioth. acad. *Lugd. Batau.* nr. 805. p. 443. Arabice etiam exſtat inter libros, quos bibliothecae Vpſalienſi dedit Io. Gabr. Sparwenfeld. vid. catal. eor. libror. pag. 4. nr. 5. vbi permulta ſimul leguntur, ad hiſtoriam huius libri celeberrimi facientia.

Galeni de medicamentis expertis cum tabulis medicamentorum ſimplicium. Exſtat ex Honaini verſione *arab.* in bibl. Eſcurial. Caſiri nr. 846. Citat Auicennam.

XV. Praeter hos libros *Galeni*, qui aut integri ad nos peruenerunt, aut laceri, mutili, interpolati, vel etiam plane ſuppoſititii, ac alium auctorem habentes, multos Galenus ſcripſit, qui temporum iniuria interierunt. Enarrabo primum libros Galeni, qui interierunt, ad medicinam pertinentes, deinde eos, qui ad aliarum diſciplinarum genera ab eo ſcripti ſunt:

Περὶ τῆς τεκνολογίας librum citat ipſe in comment. I. in prognoſt. Hipp. text. II.

Περὶ τῆς τῶν αἰτίων διαφορᾶς citat in libr. I. de loc. adfect. cap. vlt.

Τῆς ἀνατομικῆς διαφωνίας libros citat in libr. I. adminiſtrat. anatom. cap. 4. περὶ πάσης τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς διαφωνίας citat in libr. VI. anatomicar. adminiſtrat. cap. 12.

Περὶ σφαλμάτων ἀνατομικῶν καὶ τῶν ἐκείνων αἰτίων, citatur in libr. III. de vſu partium corporis humani.

Περὶ ζώντων ἀνατομῆς β'. *De anatome viuorum.* Citat eos de libris propr. cap. 3. et ſaepius.

Περὶ τεθνεώτων ἀνατομῆς. *De anatome mortuorum.* Citat hunc librum de libr. propr. cap. 3.

De partibus ſimilaribus ſe ſcripſiſſe refert in libr. VIII. de Hippocratis et Platonis decretis et in praefat. commentar. in Hippocratem de natura humana.

Περὶ τῶν κατὰ Πραξαγόραν τὸν Νικάρχου χυμῶν citat in libr. II. de natural. facult. cap. 9. ad finem.

Περὶ τῶν ἰδιότητι τῆς ὅλης οὐσίας ἐνεργούντων liber citatur in libr. XI. de ſimplic. medicamentor. facultatibus.

Περὶ τῶν γνησίων Ἱπποκράτους συγγραμμάτων. De genuinis ſcriptis Hippocratis citat in comment. I. in Hipp. de humoribus in edit. Charterii tom. VIII. pag. 509.

Commentarios de Hippocratis anatome citat in libr. VII. de Hippocratis et Platonis decretis cap. 4. et in comment. in V. Hippocr. aphorism. 48. Erant libri VI. de quibus loquitur in cap. 1. de libr. propriis. Scripſit eos annum aetatis agens XXXIV.

Κενουμέ-

Κενωμένων αἰτίαι citantur in libr. IV. de ſimplic. medicamentor. facultatibus cap. 1.

Commentarios in Archigenis de pulſibus libros citat in libr. II. de different. febr. cap. 8. Erant libris VIII. comprehenſi. Gal. de libr. prop. cap. 5.

Περὶ τῆς τοῦ πνεύμονος καὶ θώρακος κινήσεως βιβλία γ'. Libri tres de motu thoracis et pulmonum. Citat eos in cap. 2. de libris propr. et libro VI. de vſu partium. Fragmentum, hunc titulum habens, quod adhuc exſtat, recenſui ſupra.

Περὶ ἰατρικῶν ὀνομάτων, citatur in libr. II. de different. febr. cap. 9. Sed hic liber eſt forte is, qui exſtat definitionum medicarum titulo.

Περὶ κρισίμων συμπτωμάτων citatur in comment. II. in Hippocr. de diaeta in acutis.

Περὶ τῶν ἁπλῶν διαθέσεων citatur in libr. II. de difficult. reſpirat. cap. 7.

Περὶ μηχανημάτων citatur apud *Oribaſ.* de machinamentis cap. 6. tom. XII. edit. Charter. pag. 560.

Περὶ ζωοτομίας, citatur in libr. IV. de loc. adfect. cap. 9.

Περὶ τῆς ὁμοιομερῶν σωμάτων διαφορᾶς citatur in libr. VII. de decretis Hippocratis et Platonis.

Ἰατρικῶν ὀνομάτων πραγματεία, in qua totus liber de vocabulo *στοιχείου*. Citat hunc librum in libr. VII. de Hippocratis et Platonis decretis, et ſaepius.

Ὀπτικοὶ λόγοι citantur in libro X. de vſu partium.

Διάγνωσις τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς παθῶν citatur in cap. 2. de libris propriis et ſaepius. De fragmentis ex hoc libro vid. ſupra.

In Herophili artem de pulſibus libri citantur in libr. II. de praeſag. ex pulſib. cap. 3.

Προτρεπτικὸς ἐπὶ ἰατρικήν. Eſt forte non diuerſus a *προτρεπτικῷ ἐπὶ τὰς τέχνας*, quem ſupra inter Galeni libros recenſui.

Περὶ φωνῆς βιβλία δ'. Scripſit hos libros ad Boethum, conſularem virum, peripateticum. vid. de libr. propr. cap. 1. et de ordine librorum ſuorum libellum. Citat Galenus hos libros ſaepius.

De febrium ſignificatione citatur in libr. II. de criſibus cap. 8.

Περὶ χρωμάτων. De Hippocratis et Platonis decretis libr. VI.

De ſemitertiana citatur in commentar. II. in VI. epidem. Hippocratis.

Commentarii de methodica ſecta citantur in libr. aduerſus Iulianum cap. 5. et cap. 9. de libr. propr.

De Aſclepiadis placitis citatur in libr. XII. method. medendi cap. 7. et de curandi ratione per venaeſect. cap. 2. Erant libri VIII. de libr. propr. cap. 8.

De morbis oculorum citantur in libr. de humoribus pag. 11.

De Eraſiſtrati anatome libri III. citantur in cap. 1. et 7. de libr. propriis. Scripſit eos annum aetatis agens XXXIV.

Ignorata

Ignorata a Lyco in anatome. De his refert in cap. 2. de libr. propriis.

Epitome librorum XX. anatomicorum Marini in IV. libris. de libr. propr. cap. 3.

Librorum anatomicorum Lyci omnium epitome. de libr. propr. cap. 3.

Περὶ τῶν συνεκτικῶν. de libr. propr. cap. 3.

Περὶ τῶν Ἐρασιστράτε θεραπευτικῶν λογισμῶν. de libr. propr. cap. 4.

In primum librum Erasistrati de febribus libri III. de libr. propr. cap. 7.

De Erasistrati curandi ratione libri V. de libr. propr. cap. 7.

De substantia animae secundum Asclepiadem. de libr. propr. cap. 8.

Τῆς Θεοδᾶ εἰσαγωγῆς ὑπομνήματα ε΄. de libr. propr. cap. 9.

Περὶ τῶν Μηνοδότε Σεβήρῳ ἕνδεκα βιβλ. de libr. propr. cap. 9.

Τῶν Σεραπίωνος πρὸς τὰς αἱρέσεις δύο. de libr. propr. cap. 9.

Περὶ τῆς ἰατρικῆς ἐμπειρίας. de libr. propr. cap. 9.

Περὶ τῆς τῶν ἐμπειρικῶν διαφωνίας βιβλ. γ΄. de libr. propr. cap. 9.

Πρὸς τὰ ἀντειρημένα τῆς διαφωνίας τῶν ἐμπειρικῶν τε τε Θεοδᾶ κεφαλ. ὑπομνήματα γ΄. de libr. propr. cap. 9.

Εἰς τὸ Μηνοδότε Σεβήρῳ. de libr. propr. cap. 9.

Προτρεπτικὸς ἐπὶ ἰατρικήν. de libr. propr. cap. 9.

Σύνοψις τῶν Ἡρακλειδείων περὶ τῆς ἐμπειρικῆς αἱρέσεως ζ΄. de libr. propr. cap. 9.

XVI. Libros praeterea multos etiam ſcripſit, ad alias diſciplinas, praeter medicinam, pertinentes, in primis ad philoſophiam, in quam ſingulari plane ſtudio incubuit. Eorum inſcriptiones hic exhibebo: nullus enim eorum ad nos peruenit.

Περὶ ἀποδείξεως βιβλία πεντεκαίδεκα. *De demonſtratione libri quindecim.* Quibus rationibus motus fuerit ad ſcribendos hos libros, quos modo geometrarum compoſuit, fuſe enarrat in cap. 11. de libr. propriis. Voluit ſcilicet his libris probare, nullam eſſe demonſtrationem validam, niſi geometrarum, vtiliaque ipſi viſa ea, quae ex inſtitutione philoſophorum ex diuerſis ſectis audiuerit, in his libris in vnum collegit. Citauit etiam hos libros in libris ſuis medicinalibus ſaepiſſime. Exſtare adhuc hos Galeni libros, de demonſtratione ſcriptos, graece in Walachia, refert *della Valle* viagg. II. Vide et de hoc libro *Hieron. Mercurialem* in libr. IV. variar. lect. cap. 4. Fragmentum eius libri ex *Iohanne Philopono* recenſui ſupra inter fragmenta.

Εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας Ἀριστοτέλες βιβλία γ΄. *In librum de interpretatione Ariſtotelis libri tres.* de libr. propr. cap. 11.

Εἰς τὸ πρότερον περὶ τῶν συλλογισμῶν βιβλία δ΄. *In priorem de ſyllogismis libri quatuor.* de libr. propr. cap. 11.

Εἰς τὸ δεύτερον περὶ τῶν συλλογισμῶν βιβλία δ΄. *In alterum de ſyllogismis libri quatuor.* de libr. propr. cap. 11.

In priorem Aristotelis de syllogismis librum commentarii VI. de libr. propr. cap. 11.

In alterum Aristotelis de demonstratione librum commentarii V. de libr. propr. cap. 11. Is liber, vti et commentarius in libr. de syllogismis, non ad editionem erat scriptus. Commentarium III et IV. in Aristotelis alterum de demonstratione librum citat tamen in libr. IV. de pulsuum differentiis, cap. 17. Galenum Aristotelis ἐξεταστὴν dici a Themistio, notauit *Petr. Petitus.* Conf. *Menagius* ad Laert. pag. 208. edit. Wetsten.

Εἰς τῦ Θεοφράστου περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως βιβλία ϛ΄. *In Theophrasti librum de affirmatione et negatione libri VI.* de libr. propr. cap. 11.

Εἰς τὸ πρότερον λέξεως Εὐδήμου. *In priorem dictionis Eudemi.* de libr. propr. cap. 11.

Commentarii in libros decem praedicamentorum Aristotelis. de libr. propr. cap. 11. Composuit hos ad vsum eorum, qui hos libros legerent, neque voluit, vt publici iuris fierent.

Commentarii in libros Chrysippi συλλογιστικῶν. de libr. propr. cap. 11. Confecit hos commentarios in puerili aetate, cum a patre praeceptori traditus esset, a quo in Chrysippi disciplina et Stoicorum philosophia instituer etur.

Περὶ τῶν ἀναγκαίων εἰς τὰς ἀποδείξεις. *De necessariis ad demonstrationes.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῶν παραλειπομένων προτάσεων ἐν τῇ λέξει τῶν ἀποδείξεων. *De propositionibus praetermissis in lectione demonstrationum.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῶν ἰσοδυναμουσῶν προτάσεων. *De aequipollentibus propositionibus.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῶν κατὰ διότι ἀποδείξεων. *De demonstrationibus propter quod.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῦ τῶν συλλογισμῶν ἀριθμοῦ. *De syllogismorum numero.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ παραδείγματος βιβλ. β΄. *De exemplo libri duo.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ ἐπαγωγῆς. *De inductione.* de libris propriis. cap. 12.

Περὶ εἰκόνος. *De imagine.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ εἰκότος. *De verosimili.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ ὁμοιότητος βιβλ. γ΄. *De similitudine libri tres.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ ἐξ ὑποθέσεων ἀρχῶν. *De principiis ex suppositione.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῶν κατὰ τὸ γένος, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τῶν συζυγέντων αὐτοῖς, σημαινομένων ἡμῖν, κατὰ τὴν αὐτόματον φωνήν. *De iis, quae secundum genus, et secundum speciem, et coniugatis ipsis, significatis nobis spontanea voce.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῦ δυνατοῦ. *De possibili.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων βιβλ. γ΄. *De iis, quae multifariam dicuntur libri tres.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῶν ἐν ταῖς τέχναις κοινῶν καὶ ἰδίων. *De communibus et propriis in artibus.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ

Περὶ τῶν ἑαυτοὺς περιτρεπόντων λόγων. *De ſermonibus, qui ſeipſos euertunt.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῶν ἐνδεχομένων προτάσεων. *De propoſitionibus contingentibus.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῶν μικτῶν προτάσεων καὶ συλλογισμῶν. *De mixtis propoſitionibus et ſyllogiſmis.* de libr. propr. cap. 12.

Ὅπως χρὴ διακρίνειν τὴν πραγματικὴν ζήτησιν, τὸ κατ' ὄνομα καὶ τὸ σημαινόμενον. *Quomodo diſcernenda ſit negotialis quaeſtio rei ab ea, quae nominis et ſignificati.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ Κλειτομάχου καὶ τῶν τῆς ἀποδείξεως αὐτοῦ λύσεων. *De Clitomacho et demonſtrationis eius ſolutionibus.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τοῦ κοινοῦ λόγου βιβλ. β'. *De communi ratione libri duo.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῆς ἀρίστης διδασκαλίας ὑπὲρ Ἐπικτήτου πρὸς Φαβωρῖνον. *De optima doctrina pro Epicteto aduerſus Phauorinum.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ χρείας συλλογισμῶν. *De vſu ſyllogiſmorum.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ χρείας τῶν εἰς τοὺς συλλογισμοὺς θεωρημάτων βιβλ. β'. *De vſu praeceptorum ad ſyllogiſmos.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῆς ἀρίστης αἱρέσεως. *De optima ſecta.* de libr. propr. cap. 12. Non confundendus eſt is liber cum eo de optima ſecta, qui adhuc exſtat, et ad medicinales ſectas ſpectat.

Περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος βιβλ. γ'. *De nominum rectitudine.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τοῦ, τῶν ὄντων ἕκαστον ἕν τε εἶναι καὶ πολλά. *De eo, quodque eorum, quae ſunt, et vnum eſſe, et plura.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τοῦ ὅτι τοῖς ἀντικειμένοις ἓν καὶ ταὐτὸν ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖν ἀδύνατόν ἐστιν. *De eo, quod oppoſitis, vnum et idem ex neceſſitate conſequens eſſe impoſſibile ſit.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῆς ἀποδεικτικῆς αἱρέσεως. *De demonſtratiua ſecta.* l. c. cap. 12.

Περὶ τῆς λογικῆς δευτέρας καὶ θεωρίας. *De ratione altera et ſpeculatione.* l. c. cap. 12.

Διάλογοι πρὸς φιλόσοφον, ἰδίως τοῦ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας. *Dialogi ad philoſophum, et ſeorſim de eo, quod ſecundum communes notiones.* l. c. cap. 12.

Πρὸς τοὺς ἐπηρεαστικῶς ἀκούοντας τῶν ὀνομάτων. *Aduerſus eos, qui contumelioſe accipiunt nomina.*

Περὶ τῶν ἰδίων καὶ κοινῶν ἐν ταῖς τέχναις. *De propriis et communibus in artibus.* l. c. cap. 12.

Περὶ τῆς τῶν τεχνῶν συστάσεως βιβλ. γ'. *De artium conſtitutione libri tres.* l. c. cap. 12.

Περὶ τῶν σημαινομένων ἐκ τῆς κατ' εἶδος καὶ γένος φωνῆς, καὶ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς. *De ſignificatis ex voce ſpeciei et generis, et ipſis adiacentibus.* l. c. cap. 12.

Σύνοψις τῆς ἀποδεικτικῆς θεωρίας. *Synopsis demonstratiuae contemplationis.* de libr. propr. cap. 12.

Περὶ τῆς κρίσεως τῶν διαφωνούντων ἐν τοῖς δόγμασιν. *De iudicio discrepantium in decretis.*

Ὅτι τῆς πρώτης ὀσίας ἀχώριςος ἡ ποσότης. *Quod a prima substantia inseparabilis sit quantitas.* l. c. cap. 12.

Περὶ τοῦ προτέρου. *De priori.* l. c. cap. 12.

Περὶ τῆς δι' ἀδυνάτου ἀποδείξεως. *De demonstratione per impossibile.* l. c. cap. 12.

Περὶ τῶν ἕνεκ' αὐτοῦ γινομένων. *De iis, quae sui causa fiunt.* l. c. cap. 12.

Περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων. *De iis, quae multipliciter dicuntur.*

Περὶ τῆς κατ' ὄνομα καὶ σημαινόμενον ζητήσεως. *De quaestione secundum nomen et significatum.*

Περὶ τῶν ἰδίων ἑκάςῳ παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων τῆς διαγνώσεως. *De propriorum cuique affectuum et peccatorum dignotione.* l. c. cap. 13.

Περὶ ἠθῶν βιβλ. δ'. *De moribus libri quatuor.* l. c. cap. 13.

Πρὸς τὸν Φαβωρῖνον κατὰ Σωκράτους. *Aduersus Phauorinum pro Socrate.* l. c. cap. 13.

Περὶ ἀλυπίας. *De indolentia.* l. c. cap. 13.

Περὶ τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν τέλους. *De fine secundum philosophiam.* l. c. cap. 13.

Περὶ τῆς τῶν ἐπιδεικνυμένων τοὺς ἀκούοντας συνουσίας. *De eorum congressu, qui demonstrant ad auditores.* l. c. cap. 13.

Περὶ τῶν ἀναγινωσκόντων λάθρα. *De clam legentibus.* l. c. cap. 13.

Περὶ τῶν ἁμαρτημάτων καὶ κολάσεως ἰσότητος. *De peccatorum et poenae aequalitate.* l. c. cap. 13.

Περὶ παραμυθίας. *De consolatione.* l. c. cap. 13.

Περὶ τῆς ἐν αὐλῇ Μενάρχου διατριβῆς, πρὸς Βακχίδην καὶ Κῦρον. *De commoratione Menarchi in aula ad Bacchidem et Cyrum.* l. c. cap. 13.

Περὶ τῆς ἐν τοῖς διαλόγοις συνουσίας. *De congressu in dialogis.* l. c. cap. 13.

Πρὸς τοὺς ἀγοραίους ῥήτορας. *Ad forenses oratores.* l. c. cap. 13.

Περὶ ἡδονῆς καὶ πόνου. *De voluptate et labore.* l. c. cap. 13.

Περὶ τῶν ἀκολούθων ἑκάςου. *De his quae quodque sequuntur.* l. c. cap. 13.

Περὶ τῶν δημοσίᾳ ῥηθέντων πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων. *De publice dictis aduersus sectarios.* l. c. cap. 13.

Περὶ αἰδοῦς βιβλ. β'. *De pudore libri duo.* l. c. cap. 13.

Περὶ τῶν δημοσίᾳ ῥηθέντων κατὰ κολάκων. *De publice dictis contra adulatores.* l. c. cap. 13.

Περὶ τῆς διαβολῆς, ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ ἰδίου βίου. *De calumnia, in quo et de vita sua.* l. c. cap. 13.

Χρονίσκου

Κρονίσκοι (Χρονίσκοι) ζ'. *Saturnales septem.*

Πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων. *Aduersus sectarios.* de libr. propr. cap. 13.

Περὶ τῶν ἐπὶ Περτίνακος δημοσίᾳ ῥηθέντων. *De publice dictis coram Pertinace.* l. c. cap. 13.

Μέχρι πόσου τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς τιμῆς καὶ δόξης φροντιστέον ἐστί. *Quatenus parui ducere oporteat honorem et gloriam apud vulgus.* l. c. cap. 13.

Περὶ διαθηκῶν ποιήσεως. *De testamentorum confectione.* l. c. cap. 13.

Περὶ τῆς Πλάτωνος αἱρέσεως. *De Platonis secta.* l. c. cap. 14.

Πρὸς τοὺς ἑταίρους ἢ Πλάτων. *Ad sodales, seu Plato.* l. c. cap. 14.

Περὶ τῶν ἰδίων δοξῶν. *De propriis opinionibus.* l. c. cap. 14.

Περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα λογικῆς θεωρίας. *De ea, quae secundum Platonem est, rationali contemplatione.* l. c. cap. 14.

Πλατωνικῶν διαλόγων συνόψεως η'. *Platonicorum dialogorum compendia octo.* l. c. cap. 14.

Περὶ τῶν ἐν Φιλήβῳ μεταβάσεων. *De transitionibus in Philebo.* l. c. cap. 14.

Περὶ τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν καὶ δυνάμεων γ'. *De animae partibus et facultatibus libri tres.* l. c. cap. 14.

Ὅτι ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν αἱ τῆς ψυχῆς ἕπονται δυνάμεις. *Quod corporis temperamenta animi facultates sequuntur.* l. c. cap. 14. Duplex erat eius libri editio. An idem cum eo, qui ad nos peruenit: *Quod animi mores corporis temperamenta sequantur?*

Εἰς τὸ Ἀριστοτέλους περὶ ἑρμηνείας ὑπομνήματα γ'. *In Aristotelis de interpretatione commentarii tres.* l. c. cap. 15.

Προτέρων ἀναλυτικῶν τοῦ προτέρου περὶ ς'. *Priorum resolutionum Aristotelis in priorem vltra sex.* l. c. cap. 15. Τοῦ δευτέρου ὑπομνήματα ε'. *In priorum posterioris commentarii quinque.*

Εἰς τὰς ι κατηγορίας ὑπομνήματα δ'. *In decem praedicamenta commentarii quatuor.* l. c. cap. 15.

Εἰς τὸ περὶ τῶν ποσαχῶς ὑπομνήματα γ'. *In Aristotelis de eo quot modis comm. tres.* l. c. cap. 15.

Εἰς τὸ πρῶτον κινοῦν ἀκίνητον. *In primum mouens immotum.* l. c. cap. 15.

Εἰς τὸ περὶ λέξεως Εὐδήμου, ὑπομνήματα γ'. *In eum de dictione Eudemi commentarii tres.* l. c. cap. 15.

Περὶ τῶν κατὰ τὸ διότι ἀποδείξεων. *De demonstrationibus quare.* l. c. cap. 15.

Περὶ τῶν ἐνδεχομένων προτάσεων καὶ συλλογισμῶν. *De contingentibus propositionibus et syllogismis.* l. c. cap. 15.

Περὶ τῆς κατὰ Χρύσιππον λογικῆς θεωρίας. *De rationali secundum Chrysippum contemplatione.* l. c. cap. 16.

Τῆς Χρυσίππε συλλογιστικῆς πρώτης, ὑπομνήματα γ′. *Chrysippi syllogisticae primae commentarii tres.* Δευτέρας ἕν. *Secundae vnus.* de l br. propr. cap. 16.

Περὶ τῆς λογικῆς δυνάμεως καὶ θεωρίας βιβλ. ζ′. *De rationali facultate et contemplatione libri septem.* l. c. cap. 16.

Περὶ τῆς χρείας τῶν εἰς τὲς συλλογισμὲς θεωρημάτων. *De vsu praeceptorum ad syllogismos.* l. c. cap. 16. [vid. iam pag. 467. et paulo post.]

Ὅτι ἡ γεωμετρικὴ ἀναλυτικὴ ἀμείνων τῆς τῶν Στωϊκῶν. *Quod geometrica resolutio praestantior sit, quam Stoicorum.* l. c. cap. 16.

Περὶ τῆς χρείας τῶν εἰς τὲς συλλογισμὲς θεωρημάτων βιβλ. β′. *De vsu praeceptorum ad syllogismos.* l. c. cap. 16.

Περὶ τῆς κατ' Ἐπίκερον εὐδαίμονος καὶ μακαρίε βίε βιβλ. β′. *De felici secundum Epicurum et beata vita.* l. c. cap. 17.

Περὶ τῆς κατ' Ἐπίκερον ἀμυρε ἡδονῆς βιβλ. β′. *De caduca voluptate secundum Epicurum libri duo.* l. c. cap. 17.

Ὅτι τὰ ποιητικὰ τῆς ἡδονῆς ἐλλιπῶς Ἐπικέρῳ λέλεκται. *Quod efficientia voluptatem imperfecte ab Epicuro dicta sunt.* l. c. cap. 17.

Περὶ τῆς ἡδονικῆς αἱρέσεως. *De voluptuaria secta.* l. c. cap. 17.

Εἰ ἡ φιλολογία χρήσιμος εἰς τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν. *An philologia vtilis sit ad moralem philosophiam.* l. c. cap. 17.

Περὶ τῶν πρὸς τὲς σοφιστάς. *De iis, quae aduersus sophistas.* l. c. cap. 17.

Μητροδώρε ἐπιστολὴ πρὸς Κέλσον Ἐπικέρειον. *Metrodori epistola ad Celsum Epicureum.* l. c. cap. 17.

Ἐπιστολὴ Πεδεντιανε Ἐπικερείε. *Epistola Pudentiani Epicurei.* l. c. cap. 17.

Τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς συγγραφεῦσιν ὀνομάτων μή. *De vocabulis quae apud Atticos scriptores libri quadraginta octo.* l. c. cap. 18. Saepius eius libri meminit in medicinalibus suis libris.

Περὶ τῶν Ἰωνικῶν ὀνομάτων se scripturum promittit in libr. III. de differentiis pulsuum. cap. 1.

Τῶν παρ' Εὐπόλιδι πολιτικῶν ὀνομάτων γ′. *Ciuilium apud Eupolim vocabulorum libri tres.* l. c. cap. 18.

Τῶν παρὰ Ἀριστοφάνη πολιτικῶν ὀνομάτων βιβλ. έ. *Ciuilium vocabulorum, quae apud Aristophanem libri V.* l. c. cap. 18.

Τῶν παρὰ Κρατίνῳ πολιτικῶν ὀνομάτων βιβλ. β′. *Ciuilium vocabulorum apud Cratinum libri duo.* l. c. cap. 18.

Τῶν ἰδίων κωμικῶν ὀνομάτων παραδείγματα. *Propriorum comicis vocabulorum exempla.* l. c. cap. 18.

Εἰ χρήσιμον ἀνάγνωσμα τοῖς παιδευομένοις ἡ παλαιὰ κωμῳδία. *An vtilis lectio sit iis, qui erudiuntur, vetus comoedia.* l. c. cap. 18.

Πρὸς

Πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας τοῖς σολοικίζουσι τῇ φωνῇ. *Ad eos, qui reprehendunt voce soloecissantes.* de libr. propr. cap. 18.

Ἀττικῶν παράσημος. *Atticorum insigne.* l. c. cap. 18.

Περὶ σαφηνείας καὶ ἀσαφείας. *De perspicuitate et obscuritate.* l. c. cap. 18.

Εἰ δύναταί τις εἶναι κριτικὸς καὶ γραμματικός. *An possit aliquis esse criticus et grammaticus.* l. c. cap. 18.

Περὶ τῆς ἀποδεικτικῆς εὑρέσεως. *De demonstratiua inuentione.* citat in libr. VII. method. medendi cap. 5.

XVII. *Codices manuscripti* librorum Galeni *omnium*, aut plurium, qui exstant, hi sunt, et quidem 1) *graeci.* — *Galeni libri omnes graeci* sunt in archiuio Basilicae S. Petri *Romano.* Montfauc. pag. 157. — *Galeni opera varia, voluminibus XVIII. comprehensa* exstant *graece* in biblioth. Ambrosiana Mediolan. Montfauc. pag. 497. — Codex erat in bibliotheca *Marc. Aurelii Seuerini.* Zootomia Democritea pag. 168. — *Iosephus Scaliger* Galenum sua manu emendauerat, qui codex est in bibliotheca Guelferbytensi. — In *Mosquensibus* bibliothecis exstant Galeni libri plures, graece scripti. Varietatem lectionis ex iis descripsit, et cum cl. Grunero communicauit cl. Matthaei.

Cl. de Murr, Patricius Noribergensis, possidet codicem MS. Casp. Hofmanni qui inscriptus est: *Analecta correctionum graeci codicis Galeni impressi Basileae, 1538. et respondent quidem folia et lineae citatae foliis et lineis dicti codicis: verum tributi sunt libri in septem classes, vt vulgo in Iuntarum editionibus et vltima Basileensi latina a Montano habemus. Inchoata Calendis Nouembrib. 1619. Absoluta XVII. Cal. Sept. 1622. Casp. Hofmann M. D. et P. P. Altorfii Noribergensium.* Hunc codicem cl. Grunero misit cl. de Murr, ea conditione, vt, quae in eo contineantur, in publicum prodire is vir doctissimus iubeat. Edidit hinc programmate academico *specimen correctionum Galenicarum, ab* Casp. Hofmanno olim conscriptarum. Ienae 1776. 4.*

Galeni opera, cum scriptis libris comparata, sunt, vt puto, graece, inter libr. Ed. *Bernardi.* catal. MSS. Angl. nr. 7562. — In bibliotheca academiae *Ienensis* est editio graeca operum Galeni, Venet. apud Aldum, a *Cornario* anno 1532. nummis aureis XXX. emta, cum notis manuscriptis *Iani Cornarii*, medici quondam in hac academia celeberrimi. vid. *Mylii* memorabil. biblioth. Ienens. pag. 58. et cl. *Gruneri* progr. I — IV. *Iani Cornarii* coniecturae et emendationes Galenicae. Ien. 1788. 1789.* Sunt, Grunero teste, ita comparatae, vt et prodant ingenium Cornarii, et prodesse possint nouam editionem Galeni aggressuro.

Galeni de methodo sanandi libri XIV. non tamen integri, *Eius* de vsu partium. *Ei.* de Hippocratis et Platonis dogmatibus libri IV. *Ei.* de abortiuo foetu tractatus. *Ei.* de elementis secundum Hippocratem libri II. De naturalibus facultatibus libri III. De differentia symptomatum. De causis eorumdem. De vsu pulsuum. De terminis medicis. De differentia febricitantium; sunt graece in biblioth. colleg. *Cai. Gonuilens.* Cantabrig. nr. 946. 947. 948. 949. — *Galeni* libri multi sunt, vt puto, graece, in biblioth. *Vaticana.* Montfauc. pag. 10. *Galeni* opuscula multis in locis partim graece sunt in *Vaticana.* Montfauc. pag. 96.

pag. 96. Numeros codd. vid. ibidem. — *Galeni* opera quaedam ſunt, neſcio an graece, in biblioth. *Caſſinenſi.* Montfauc. pag. 221.

Galenus de pulſibus et vrinis, cum aliis libris, ad medicinam pertinentibus, eſt, vt puto, graece, in biblioth. monaſter. *Caſſinenſ.* Montfauc. pag. 223. — *Galeni* opera diuerſa ſunt, vt puto, *latine*, in biblioth. fratrum minor. *Cesenae.* Montfauc. pag. 433. — Galeni microtechne et alia ſunt in biblioth. Diu. Marci *Veneta.* — vid. catal. pagg. ſaepe citatis. — *Galeni* libri permulti, graece ſcripti, recenſentur, cum aliis, quorum titulus litteris non proditus eſt, a Montfauc. pag. 472. ceu exſtantes in biblioth. Diu. Marci Veneta.

Galeni opera quaedam ſunt in biblioth. Ambroſ. Mediolan. at recenti manu ſcripta. Montfauc. p. 529. — *Galeni* codices bene multi ſunt in biblioth. ducis Mutinenſis. Montfauc. pag. 531. — *Galeni* libri permulti, etiam in vnum collecti, ſunt in biblioth. *Auguſtan.* vid. catal. ei. biblioth. in fol. — *Galeni* opera multa graece ſunt in biblioth. Paulina et ſenatus Lipſienſ. — *Galeni* opuſcula exſtant graece in biblioth. reg. Taurinenſi. Montfauc. pag. 1397. et catal. cit. — *Galeni* et *Erotiani* quaedam, graece in bibl. *Naniana.* vid. catal. codd. graec. pag. 442. cod. CCXLIX.

Anonymi cuiusdam antiqui auctoris tabulae diuiſionum, quae exſtant in Cl. Galeni libris περὶ αἱρέσεων, ſiue de ſectis; in libris duobus de curatione ad Glauconem; in libro de pulſibus ad Theutranem; in libro de differentia morborum; in libro de cauſis morborum; in libro de differentia ſymptomatum; et in libris tribus de cauſis ſymptomatum, qui ſex poſteriores libri, tamquam partes vnius eiusdemque πραγματείας ibi generaliter inſcribuntur liber I. II. III. IV. V. VI. περὶ αἰτίας. Exſtat in bibl. caeſar. *Vindob.* Lambec. lib. VI. pag. 151. 152. de Neſſel part. III. nr. 16. pag. 28.

Galeni quaedam opuſcula, quae Iulius Caeſar Scaliger deſcripſit, ſine titulo, praemiſſis de ſe duobus carminibus graecis ſunt in biblioth. acad. *Lugd. Batau.* et quidem ex legato Scaligeriano. vid. catal. ei. biblioth. pag. 339. 340.

2) *Latini.* — *Galeni* opera omnia exſtant latine in biblioth. collegii Baliolenſis Oxon. nr. 216. — *Galeni* opera, voluminibus V. comprehenſa, exſtant latine in bibl. Ambroſiana Mediolanenſi. vid. Montfauc. pag. 514. — *Galeni* opera medica, ſaeculo XIV. ſcripta, exſtant latine in bibliotheca monaſterii Gaybacenſis.

Galenus de elementis ſecundum Hippocratem. Eiusdem de complexionibus. Eiusdem de malicia complexionis diuerſae. Eiusdem de virtutibus medicinarum ſimplicium lib. V. Idem de morbo et accidente. Megategni eiusdem particulae XIV. Eiusdem de criſi libri III. Eiusdem de diebus criticis libri III. Idem de interioribus membris part. VI. Idem de virtutibus naturalibus cibariorum. Eſt inter codd. MSS. colleg. *Mertonenſ.* nr. 685. — Varii tractatus Galeni ſunt inter eosdem nr. 686. — *Galeni* ars parua cum aliis opuſculis eſt inter eosd. nr. 689. — *Galeni* ars magna. Idem de morbo et accidente. Idem de interioribus. Tabula librorum Galeni. Epiſtola Galeni de humano corpore. Antiballomena Galeni. Signa mortis ſecundum Galenum ſunt in bibl. colleg. *Cai. Gonuil.* nr. 955 956. — Opera quaedam *Galeni*, translata per varios, ſunt in biblioth. Domus S. Petri *Cantabrig.* nr. 1865.

Tractatus

Tractatus aliquot Galeni ſunt in libr. Iſ. Voſſii nr. 2157. — Galenus de differentia morborum. De eorum cauſis. De praenotione. Qui ſunt purgandi. Quomodo coarguendi, qui fingunt morbos. Quomodo per ſomnia dignoſcendum. De criſibus libri III. De ſectione venae eſt in libr. MSS. Iſ. Voſſii nr. 2243. — *Gal.* epiſt. de febribus, lat. cod. membr. ſaec. VIII. et cod. membr. ſaec. XIV. in *Galeni* artem paruam introductio *Ioannitii*, Ioh. Alexandrini diſcipuli. In bibl. *Bernenſi.* vid. *Sinneri* catal. pag. 582.

XVIII. *Galeni* operum omnium *editiones graecae* hae ſunt:

Γαληνȣ͂ α΄. β΄. γ΄. δ΄. ε΄. *Galeni librorum pars prima: altera: tertia: quarta: quinta. Venetiis apud Aldum*, ſine anni mentione, qui tamen eſt ad finem priuilegii Clementis Papae VII. quod datum eſt Romae, ſub annulo piſcatoris, die XXVII. Ianuarii, anni 1525. Idque priuilegium eiusdem menſis et anni ſingulis partibus praefixum legitur. Forma eſt in folio minore. * — Voluminibus quinque vtplurimum in bibliothecis comprehenſa opera Galeni in hac editione exſtant. Moleſta eſt, quod libri in capita diuiſi non ſunt, et quod foliorum numeri in ſingulis partibus toties incipiunt. Quae etiam cauſſa eſt, cur exemplaria, non omnes Galeni libros continentia, ideoque manca, in bibliothecis proſtent. Cui tamen incommodo ſubuenit et regiſtrum in ſingulas operum Galeni partes, a prima ad quintam, quod exſtat in principio partis quintae, et index librorum, qui in ſingula parte continentur, cuique parti praefixus. Multa de opera, quam in hac editione paranda adhibuerit, gloriatur *Andreas Aſulanus*, in praefatione dedicatoria part. I. ad Clementem VII. ſe incredibili ſtudio omnes codices Galeni, quotquot in Italia et ipſa Graecia potuiſſent reperiri, conquiſiuiſſe; ſuppleuiſſe multiplici labore, quae in ſingulis Galeni libris deſiderarentur; redegiſſe in commodum ordinem libros ſingulos Galeni, eſſeque vſum in hoc labore iudicio operaque Io. Bapt. Opizonis, Papienſis, qui eum ad ſuſcipiendum hoc munus apprime fuerat hortatus. Alteram partem operum Galeni dedicauit Aſulanus Alberto Pio, Carporum principi: tertiam Io. Matthaeo Giberto, epiſcopo Veronenſi, Clementis VII. Datario: quartam Hieron. Aleandro, antiſtiti Brunduſino: quintam Io. Bapt. Opizoni, Patricio Papienſi et medico. Hunc Aſulanus ſummopere laudat, ob operam Galeno impenſam. *In eo reſtituendo*, ſcribit ad eum, *tantum tibi laboris ac vigiliarum impenſum eſt, vti me ſaepe deſperatio coepti ſubiret operis.* Ea editio Aldina, in qua, quae ad externum nitorem ſpectant, non ſunt, quae poſſis deſiderare, continet opera Galeni omnia, paucis exceptis, quae Charterius ſuae editioni ex MSS. bibliothecae regiae Pariſinae addidit. Etſi ſummum ſtudium in reſtituendis lacunis in Galeni libris impenderunt Opizo et Aſulanus, collatis pluribus manuſcriptis exemplaribus, tamen multas adhuc lacunas textus Aldinus habet, quarum magnam partem expleuit Ren. Charterius ex MSS. regiis Pariſinis, ex parte etiam expleuerant iam antea editores ſingulorum operum. Hinc etſi non omnia praeſtitiſſe Opizonem et Aſulanum in hac editione perficienda exiſtimandum eſt, eos tamen multa atque praeclara praeſtitiſſe certum eſt, eosque, qui hanc editionem non ſatis emendatam, et vitiis laborantem perhibent, non quidem errare, nimis tamen acerba cenſura notare vtrumque hunc virum, longe meritiſſimos de Galeno, ac ſine quorum opera dubium foret, quin Galeni textus talis hodie exiſteret, qualis exſtat.

Γαληνȣ͂ ἅπαντα. *Galeni Pergameni, ſummi ſemper viri, quique primus artem* medicinae vniuerſam, apud *priores homines obſcuram et veluti errantem in perſpicuam quandam*

et propriam expoſitionem traduxit, opera omnia, ad fidem complurium et perquam vetuſtorum exemplarium ita emendata atque reſtituta, vt nunc primum nata atque in lucem edita videri poſſint. (pars prima.) *Baſil.* (apud Andr. Cratandrum.) 1538. Γαληνȣ̃ β΄. *Galeni librorum pars ſecunda.* Γαληνȣ̃ γ΄. *Galeni librorum pars tertia.* Γαληνȣ̃ δ΄. *Galeni librorum pars quarta.* Γαληνȣ̃ ε΄. *Galeni librorum pars quinta.* Hae partes prodiere omnes eodem anno, nempe 1538. ſol. mai. *

Huic editioni alteri graecae operum Galeni omnium operam impenderunt aliquot docti viri, qui conquiſitis exemplaribus MSS. non vnius generis ſolum, ſed diuerſis, curarunt primo, vt diligens fieret collatio prioris editionis ad haec manuſcripta exemplaria: deinde adhibitis viris diligentibus ac induſtriis, opus ingens inſtaurarunt. His negotium eſt datum, vt iudicium ſuum adhiberent collationi exemplarium factae, quibusque in locis emendatio aut reſtitutio textus eſſet neceſſaria, vtque vniuerſum opus diligenter ac religioſe perpurgarent. Id factum eſſe ſedulo, reſtitutis locis innumeris, qui corrupte legebantur, atque expletis etiam permultis, qui fuerant mutili, quibusdam etiam expunctis atque obeliſco notatis: omnia haec religioſe eſſe facta, nihil temere, nec ſine multa praemeditatione, aut absque magna fide eſſe factitatum, monet Hieronymus Gemuſaeus, cui tertia et quinta operum Galeni pars corrigenda atque reſtituenda obueniret, in fine praefat. ad part. I. eorum operum Galeni. Alterius partis emendationem curauit Leonh. Fuchſius, qui, poſtquam in praefat. ad part. II. de erroribus mendisque editionis Aldinae valde conqueſtus eſt, ipſe fatetur, ſe in emendandis his alterius partis Galeni libris (ſunt vero libri maximam ad partem de medicamentis) magis ingenio ſuo et latinis verſionibus, minus aliis, iisque praeſtantioribus auxiliis eſſe vſum. In praefatione ad part. III. maxima laus laboris, in hac editione impenſi, tribuitur Ioach. Camerario et Leonh. Fuchſio: particula laudis tribuitur etiam Hier. Gemuſaeo a typographis. Quartam partem curauit Ioach. Camerarius, paucis etiam, vt videtur codicibus MSS. adiutus, magis vero verſionibus latinis. Editio haec eſt longe emendatior Aldina quidem, at ob cauſas, quas adduxi, non omnibus numeris abſoluta. Typographos nec operae, nec ſumtibus pepercisse, ad efficiendum, vt ea editio prodiret quam emendatiſſima, eam tamen innumeris in locis eſſe deprauatiſſimam, teſte etiam Iac. Syluio adducto, refert *Conr. Gesnerus* in Embl. I. de operum Galeni edit. quod praefixum eſt editioni Frobenianae oper. Galeni latinae tertiae. Continentur in ea ii tantum libri, quos Aſulanus praelo mandauerat, quae Aſulani editio, quidquid contradixerint ii, qui hanc curarunt, ei pro fundamento fuit. Additus eſt tantum parti quintae Galeni liber de oſſibus, et quidem latine. Textus in capita non diſtinctus eſt. Externa ceterum facies huius editionis talis eſt, vt vix multa queas deſiderare, ſiue chartae teneritudinem, ſiue firmitatem, ſiue albedinem, ſpectes.

Graeca et latina vnica tantum editio prodiit, eaque voluminoſiſſima quidem, etſi non optima. — *Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatrων Opera. Renatus Charterius, Vindocinenſis, Doctor Medicus Pariſ. Regis Chriſtianiſſimi conſiliarius medicus, ac Profeſſor, plurima interpretatus, vniuerſa emendauit, inſtaurauit, notauit, auxit, ſecundum diſtinctas medicinae partes in tredecim tomos digeſſit, et coniunctim Graece et Latine primus edidit. Lutetiae Pariſiorum, apud Iacobum Villery, bibliopolam,* 1679. ſol. mai. *

Tomi

Tomi eius operis ſunt XIII. qui omnes annum 1679. in titulo notatum exhibent: tomus IX. in duas partes diuiſus eſt. Altera pars eius tomi paginarum numerum peculiarem habet. Molitus eſt Charterius eam editionem molis maximae ab anno MDCXXXIX. Ad finem perducta eſt demum poſt mortem Charterii, anno MDCLXXIX. Quaedam hinc eſt, etſi vna tantum impreſſio ſingulorum tomorum eſt, in iis, praeſertim in prioribus tomis, diuerſitas. Duas tabulas, aeri inciſas, addidit Charterius tomo primo, quae vero, quoniam incidebantur, poſtquam tomi primi exemplaria multa erant diuendita, in permultis exemplaribus deſunt. (Deſunt etiam in meo exemplari, in quo tomi primi titulus tantum ornatus eſt effigiebus, aeri inciſis, Hippocratis et Galeni.) Tomus primus, qui iam anno MDCXXXIX. editus eſt, aliqua habet propria, quae in eodem tomo, vbi editus eſt anno MDCLXXIX. deſunt, in eoque quaedam ſunt, quae in priore editione deſiderantur. Sic antiquior editio duabus ſchedis gaudet, quae in vltima deſiderantur, in editione vero eius tomi anni MDCLXXIX. ſcheda eſt, quae in editione anni MDCXXXIX. non reperitur. Magni tamen momenti hanc diuerſitatem, quae inter editionem tomi primi anni MDCXXXIX. et anni MDCLXXIX. intercedit, non eſſe, monet *de Villiers* in epiſtola de editione operum Hippocratis et Galeni, per Renatum Charterium emiſſa, quae legitur in: *Memoires de Goulin,* et prodiit etiam ſeorſim: *Lettre de Mr. Villiers ſur l' edition grecque et latine des Oeuvres d' Hippocrate et de Galent publiée par Ren. Chartier. à Paris.* 1776. 4. Medicinam per XXXIX. annos iam exercuerat Charterius, quum anno MDCXXXIX. primam operum Hippocratis et Galeni partem emitteret, edideratque iam anno MDCVII. paranymphum in gratiam quinque laureae candidatorum. Non *Renatum*, ſed potius *Ioannem Charterium*, Palladii ſynopſin de febribus edidiſſe, a *Renato Charterio* indicem in Galenum eſſe compoſitum, qui et lucem viderit, (nos hunc indicem nunquam vidimus,) refert idem *Villiers.* Ceterum Ren. Charterius ad edenda haec Hippocratis et Galeni opera ſumtus impendit 50,000. imperialium. Exemplaria operis, quae fiſcus regius ſibi mancipauit poſt obitum Charterii, ab eo diuendita ſunt, cum idem fiſcus Tournefortii elementa, ipſi quoque mancipata poſt factas impenſas 100,000. imperialium, anno MDCXCIV. non diuenderet, ſed dono daret doctis viris aliisque. Ceterum multa ſunt, quae laudat Villiers in hac editione, inprimis verſiones latinas, a Charterio fere omnes emendatas, optatque, vt ea Hippocratis et Galeni editio, iterato labore ad nouam editionem impenſo, vulgatior fiat. — De labore, quem Charterius Hippocrati impendit, dixi iam in libr. II. huius bibliothecae, cap. 23. §. 30. tom. II. pag. 605. 606. Neque felicior fuit Charterius in Galeno edendo, quam in Hippocrate, imo minus adhuc felix, quod in Galeno edendo longe plura erant praeſtanda, quam in Hippocrate. Negandum quidem non eſt, habitum externum huius editionis, niſi ſplendidum, tamen et talem eſſe, qui oculos, delicatorum etiam, non laedat; libros Galeni eo ordine eſſe diſpoſitos, quo facile poſſint a legentium quoque reperiri; textum eſſe expreſſum ſecundum Baſileenſem graecam editionem (Aldina ipſi defuit,) et quidem multis locis mutatum ex codd. MS. bibliothecae publ. Pariſinae, et aliarum bibliothecarum; verſionem correctiorem edidiſſe, non quidem omnium, tamen plurium librorum Galeni Charterium; addidiſſeque in conciſis notis ac variis lectionibus, quae tomis non quidem omnibus, tamen plurimis additae ſunt, multas lectiones ex manuſcriptis codicibus, editori operum Galeni olim vſui futuras: ſed etiam non negandum eſt, multa eſſe facta a Charterio oſcitanter: textum, verſionem, omnia eſſe minus ſtudioſe correcta, quam par eſt, eumque et in

emendando textu, et in hiatibus explendis minus ingenio eſſe vſum, magis vero ea fortuna, qua recepit bona malaque, prouti ea ipſi in codicibus manuſcriptis reperire contigerit. Graecum textum ſingulorum librorum ſecundum latinas verſiones praeſertim editionum Iuntinarum, in capita et ſectiones diſtinxit, quod vſui lectorum adprime inſeruit. Iudicium etiam de Galeni libris longe plurimis tulit in conciſis notis, ſed et minus ſubtile, et ſubinde a veritate alienum. Addidiſſe ſe editioni ſuae multos libros Galeni, in operum omnium editionibus graecis deſideratos, refert Charterius, ſed horum tituli, etſi ſatis numeroſi ſunt, libri tamen, quos primus addidit, quique legentibus vtilitatem quamdam promittunt, valde numeroſi non ſunt. Praecipui libri, quos primum in hac operum Galeni collectione edidit, ſunt liber Galeni de humoribus; de oſſibus; de ſeptimeſtri partu; de faſciis; de clyſteribus. Correctiores ac reſtitutas magna ex parte edidit definitiones medicas; ſeptimum de vſu partium librum, librum de ſeptimeſtri partu; librum de comate ſecundum Hippocratem; de praenotione librum.

Editiones *latinae* proſtant numeroſiſſimae, libris Galeni a diuerſis interpretibus ex graeco in latinam linguam translatis, atque in vnum collectis.

Galeni Pergamenſis Medicorum omnium Principis Opera edita ſtudio Diomedis Bonardi, Phyſici Brixienſis. Praecedit *tabula librorum Galieni cum praefatione editoris:* Tum rubro: *Galieni Pergamenſis Medicorum omnium principis Opera Foeliciter incho ant. Et primo liber de ſectis: Inſtruens introducendos, in medicina quam ſectam debeant imitari.* In fine: *Explicit liber galieni qui communiter dicitur liber decem tractatuum*, etc. Deinde: *Que in primo volumine continentur Galieni opera feliciter expliciunt: venetiis per Philippum Pintium de Caneto impreſſa. Anno MCDLXXXX. die vero XXVII auguſti. Auguſtino barbadico ſereniſſimo Venetorum principe.* Accedit *Ioannis pet. Pintii mantuani carmen in laudem galieni nuper integro volumine reparati.* Regiſtr. et Symbol. typograph. Volumini ſecundo praefixus eſt titulus ſequens rubro: *Galieni principis Medicorum Liber de elementis foeliciter incipit.* In fine: *Explicit liber galieni ad Glauconem. Tabula librorum galieni qui in ſecundo volumine continentur.* Character Gothicus cum ſignatura fol. — Vide de hac principe latina editione operum Galeni *Foſſium* in catal. codd. ſaec. XV. impreſſ. biblioth. Magliabech. tom. I. col. 717 ſqq. et ſumme Reu. *Panzerum*, in annal typograph. vol. III. pag. 291. et auctores, quos ibi citat. Ignota fuit haec editio *Conrado Geſnero*. vid. Ei. emblema II. de Galeni operum editionibus latinis, edit. III. Frobenian. praeu. iſum. Conf. etiam de hac editione *Io. Frid. Ehrmann pregr. Acad. de Galeni editione Venet. 1490. Argent.* 1782. fol. *

Pars ſecunda operum Galieni impreſſione ſecunda. fol. mai. * Charact. Goth. Nulla ſignat. folior. In fine leguntur haec: *Huius conſumatione omnia clauduntur hac ſola impreſſione G. opera tali munita a Sereniſſimo Venetorum Ducali Dñio gratia et privilegio: vt ſi qs i decenium aliena fuerit auſus impreſſione deferre Venetias vel ſub Venetorum dominium Galeni opa vel delata quomodo libet mercari noverit ſe decem ducator. penam pro eor. ſingulo volumine incurriſſe.*

Secundae partis eius editionis mihi tantum copia eſt: primam tamen exiſtere, ſuadet et prima *latina* editio, in duo volumina diuiſa, et inſcriptio libri. Aduerſa pagina tituli haec verba leguntur: *Incipit ſecunda pars operum Galeni in qua poſt determinationem rerum naturalium*

ſium et non naturalium cum annexis: Ad res praeter nām eisque annexa accedit. Incipit liber Galeni quomodo oportet redarguere ſimulantes aegritudinem. Lego hanc editionem prodiiſſe cura *Hier. Suriani*, Venetiis, per Bernh. Benalium, 1502. Circa annum 1511. prodiiſſe, notat Conr. Geſnerus, in embl. II. de Galeni editionibus. Operum Galeni pars prima emendata opera *Hier. Suriani*, Venet. 1502. fol. reg. erat in biblioth. Gunzii pag. 379.

Tertiam impreſſionem ego numquam vidi: exſtare tamen eam, patet et ex titulo editionis quartae latinae, tertio volumine auctae, quam *Ruſticus Placentinus* curauit, et ex dedicatione voluminis primi *quartae* impreſſionis, in qua *Ruſticus Placentinus* id volumen magiſtro Ambroſio Variſio Roſato inſcripſit. Eius verba haec ſunt: *Chalcographi Papienſes libros Galeni iam ter in duobus voluminibus impreſſos reimprimere ſtatuentes, me enixe rogauerunt, vt illis in memoriam aliquid meo adducerem conſilio, quo quarta eor. impreſſio Galeni doctrinam amantibus gratior redderetur et vtilior.* Notat deinde Ruſticus, ſe, cum Galeni opera tribus editionibus antea expreſſa, duobus voluminibus fuerint comprehenſa, *tertium* volumen addidiſſe.

Quarta impreſſio ornatiſſima: continens omnes Galeni libros a'ls impreſſos: melius qm. prius ordinatos, et magis qm. antea emendatos. Emittensque alios eiusdem libros nunquā cum aliis impreſſos: impreſſione tamen dignos, doctrinam ipſius decorātes atque perficientes: in tertio volumine nouiter imprimendo. In fine legitur: *Habes, humaniſſime lector, hoc primum volumen operum Galeni artium ac medicinae doc. praefulgētiſſimi qm. plurimis erroribus emēdatū: ac omni fere mēda (vt humanitus fieri potuit) purgatū: PAPIAEque ſummo cū ſtudio elaboratū, per IACOB Pauidrapium de Burgofrācho. Anno Domini M.D.XV. pridie Caleñ. Octobris.* Alterum volumen impreſſum eſt Papiae, eod. anno, et per eumdem, Idibus Octobris. Voluminis tertii titulus in vltima parte differt a titulis duorum priorum voluminum. — *doctrinam ipſius decorantes atque perficientes: hoc tertio volumine aureo nuperrime impreſſo contentos.* In fine tertii voluminis haec leguntur: *Habetis ſacre philoſophie ac medicīe cultores cādidiſſimi in hoc Tertio praeclaro volumine diuerſa collectanea oper. Galeni, medicor. Monarche, variis verſionibus dilucidata: exactiſſimaque cura per ſolertē virum Iacob Paucidrapenſem: de Burgofrāco: PAPIAE abſoluta Anno A virgineo partu M.D.XVI. Pridie Idus Iunii.* fol.* — Tribus voluminibus conſtat haec editio. Ruſticus Placentinus, medicinae cultor, editionem curauit. Verſiones antiquas, ex arabico factas, et recentiores Laurentii Laurentiani, Nic. Leoniceni, Guil. Copi, librorum Galeni, non mutauit.

Primi voluminis Galeni impreſſio quinta. Quinta et vltima Galeni īpreſſio cōtinēs omnes libros: quos prima, ſecunda, tertia et quarta continebat: verum longe melius qm. vnqm antea diſpoſitos: et emēdatos. Cui addita fuere ſecundū varias traductiones, omnia noua, quae in aliis impreſſionibus habentur. Ad lectoris autem prorſus ambiguitatem tollendam, ac omnium contentorum faciliorem inuentionem, pulcherrimus index in fronte cuiuscunque voluminis poſitus eſt, videlicet. (Nunc ſequuntur tituli primi voluminis Galeni.) In fine: *Anno dñi 522. die quinto Ianuarii Venetiis expenſis Luce Anto. de giunta. Florentini.* fol. mai. *

Secundi voluminis impreſſio quinta. in fin. *Venetiis Expenſis D. Luce Antonii de giunta Florentini. Anno 1522. die quinto Ianuarii.* fol. mai. *

Tertii voluminis Galeni impressio quinta. In fine: *Habetis sacre philosophie ac medicine cultores candidissimi in hoc Tertio preclaro volumine diuersa collectanea oper. Galeni medicorum Monarche variis versionibus dilucidata: exactissima cura, mandato et Expensis D. Luce Antonii de giunta florentini. Venetiis impressa anno a natiuitate dni 1522. die 5. Ianuarii.* fol. mai. * — Editionem curauit *Scipio Ferrarius*, Venetus, naturae, vti se ipsum vocat in praefat. sermocinator et minister, rationalium medicorum, Venetiis habitantium, collega. Editio voluminis tertii est ad quartam Papiensem expressa. Post titulum vol. III. legitur etiam Rustici Placentini dedicatio ad Symph. Campegium, quae et in Papiensi quarta in principio vol. III. legebatur.

Galeni operum impressio nouissima summo labore diligētique studio ab innumeris ferme erroribus asserta: omnes tam veteres q̄m nouas interpretationes continet: ac quatuor voluminibus digesta est: eos libros habet: quos index sequenti pagina collocatus significabit. MDXXVIII.

Secūdum Galeni volumen nouissime post omnes impressiones exactius emendatum: ac longe magis quā vnquā antea in melius redactum: in quo res praeternaturales praecipue cōtinentur: quēadmodum index a tergo huius pagine constitutus facillimo ordine demonstrabit. MDXXVIII.

Galeni tertii voluminis impressio nouissima: latina omnia eius in Hip. cōmentaria: nec non alia quedam eiusdē opuscula cōtinens. modo post oēs impressiōes exactiꝰ emēdata. Aphorismor. praeterea index ad Nicolai leoniceni trāslationē faciēs nouiter additus. Opera autem que in hoc volumine comprehēduntur ex īdice qui a tergo huius pagine descriptus est lector optime sigillatim cognosces. MDXXVIII.

Quartum Galeni volumen in quo noue trāslationes: quecunque ad hanc vsque diem in lucem exiere: nec in superioribus tribus continentur collecta sunt: opus aureum: summa diligentia: omnique studio nuperrime castigatum: atque vnde quaque perpolitum: velut deīceps ab epistola positus index dilucide cōmonstrabit. MDXXVIII. fol. mai. * Charact. Goth.

Ad finem voluminis primi haec verba leguntur, postquam editor causas tradidit, cur in primum volumen etiam libros de prognosi in morbis receperit: *Praedicto ergo de pronosticatiōe libro finito totam terminari volumus partem primā operū Galieni: ea que naturalia nō naturaliave sunt cū eor. annexis apprehendentem: quam cum sequentibus correctam erroribusve quampluribus emendatam: vt humanitus fieri potuit tibi tradidit Scipio Ferrarius Venetus nature sermocinator et minister rationaliū medicor. Venetiis. Expensis vero d. Luce Anto. de giunta Florentini Impressam.* — In praefatione voluminis primi excusat Luc. Ant. de Giunta institutum suum, quod in Galeno edendo tam sedulus elaboret: id fieri ob librariorum Basileensium et Gallicorum morem, quibus parua Galeni opuscula sat magno pretio venalia sint: se vero effecturum, vt omnia Galeni scripta vilius etiam, quam vnum aut alterum basiliensem aut gallicanum librum, comparari posthac opera sua possint. In praefatione ad volumen tertium *Iulius Martianus Rota* refert, se eius editionem curasse, antiquis versionibus reiectis nouas easque politiores recepisse, addidisse etiam librum de oculis. Idem Iulius Martianus Rota nouarum interpretationum praestantiam et in praefatione ad quartum volumen tuetur. Rarissima haec est editio et paucis visa. Ignota erat Conrado Gesnero: neque

neque Hallerus de ea refert. — Hactenus enarratas editiones latinas operum Galeni excepere, quae Venetiis, apud Iuntas prodierunt.

Primus Lucas Antonius Iunta, magni animi vir, et in magna apud Venetos existimatione, dispersa Galeni opera, multa etiam in latinum sermonem vel nondum, vel male translata, ac sine ordine tam numerosa, in vnum colligi curauit: et vel de integro vertenda, vel quae minus bene versa erant, ad exemplaria graeca, quorum multa manuscripta habuit, per doctissimos viros, Martianum Rotam, Ludouicum Belisarium, Io. Bernardum Felicianum, Augustinum Gadaldinum, et alios quosdam emendari: denique a celeberrimo medico et philosopho Io. Baptista Montano in certum ordinem omnes redigi. Quum vero in media huius primae editionis parte Lucas Antonius Iunta fatis concessisset, filii eius Thomas et Ioannes Maria inchoatum opus absoluerunt. Prodiit haec *prima* editio operum Galeni Venetiis apud Iuntas 1540. fol. Conf. de ea *Conr. Gesnerus* in embl. II. de Galeni operum editionibus latinis, quae hactenus typis sunt publicatae, praefixo edit. Frobenianae tertiae. Alii referunt, eam primam operum Galeni editionem Iuntinam prodiisse anno 1541.

Thomas et Ioannes Maria, fratres Iuntae, an. 1550. *alteram* editionem edidere, et nouo labore multa denuo et emendanda, et quaedam, non impressa prius, imprimenda curarunt atque adiicienda: tum quoque primo volumine, quae adhuc erant continua, a Io. Baptista Susio aptissime in capite dissecta sunt. Index copiosissimus a praestante medico, Antonio Musa Brassauolo, contextus est. Prodiit ea editio, vt prior, in folio. Curam eius gessit Augustinus Gadaldinus.

Tertia operum Galeni latina editio prodiit Venetiis, apud Iuntas, anno 1556. fol. Accessere ei editioni pauca quaedam, a Io. Bapt. Rasario accepta, praesertim quae librum de consuetudine compleant.

Quarta operum Galeni editio Venetiis apud Iuntas prodiit anno 1563. fol.

Quinta editio prodiit 1570. fol. Vtrique huic editioni noua quaedam accesserunt: alia facta emendatiora.

Galeni opera ex sexta Iuntarum editione. Venetiis, apud Iuntas, 1586. fol. * — Accessit huic editioni commentarius II. Galeni in librum II. Hipp. de morbis vulgaribus. Galeni in libros Hipp. de humoribus commentarii III. Adiectae sunt etiam libris singulis loca parallela ex Hippocrate, Auicenna cet. Curauit hanc editionem Io. Costaeus. Praefixa est Hier. Mercurialis tractatio de Galeni libris, Io. Bapt. Montani ad Luc. Ant. Iuntam de ordine librorum Galeni, et vita Galeni. Constat haec editio ex isagogicorum classe, ex classibus libror. Galeni septem, quas sequuntur extra ordinem classium libri, libri spurii et fragmenta.

Galeni opera ex septima Iuntarum editione. Venetiis apud Iuntas, 1597. fol. * — Complectitur haec editio, vt sexta, praemissis libris, quos vocant, isagogicis, opera Galeni in septem classes diuisa. Deinde sequuntur extra ordinem classium libri, spurii libri, et fragmenta. Omnia ipsius Galeni opera cum graecis codicibus et impressis exemplaribus graecis contulit atque emendauit *Fabius Paulinus*, medicus et graecarum litterarum professor Venetus. Additus vero est huic editioni liber de clysteribus et de colica. Accessit etiam ad hanc

hanc editionem, eique accommodatus eſt Antonii *Muſae Braſſauoli* index in omnes Galeni libros, omnium longe pleniſſimus perfectiſſimusque. Hinc ea editio ac eam ſequentes, mox memorandae, prioribus longe praeferendae ſunt. — *Octaua* latina operum *Galeni* editio prodiit Venetiis, apud Iuntas, 1600. fol. — *Nona* prodiit Venetiis, apud Iuntas, 1609. fol * — *Decima* prodiit, qua tamen nona tantum iterum impreſſa eſt, Venetiis, apud Iuntas, 1625. fol. His omnibus editionibus additus eſt index Ant. Muſae Braſſauoli, qui tomum peculiarem, eumque vltimum, conſtituit. — Conf. de his operum Galeni editionibus *Bandini* hiſtoriam typograph. Iuntarum et operum, quae ex ea prodierunt, nec non Cl. Baldingeri, viri in litteraria diſciplina verſatiſſimi, libros: *Mediciniſches Iournal* part. XXVIII. pag. 90. et *Neues Magazin für Aerzte* XIV. Bd. VI. St. pag. 519. 520.

Poſt enarratam hanc *editionum latinarum* operum Galeni familiam, quae apud Iuntas Venetiis prodierunt, enarranda eſt alia, aeque, inprimis ob editionem tertiam, nobilis familia editionum *latinarum*, quae Baſileae, apud Frobenium prodierunt.

Omnia Cl. Galeni, Pergameni, opera, quotquot apud Graecos in hunc vsque diem extiterunt tum olim, tum non ita pridem hominum doctiſſimorum diligentia in latinam linguam conuerſa, deinde recognita et priſtinae integritati reſtituta. quibus praemiſſa eſt praefatio dedicatoria medicinae primam inuentionem eiusque incrementa, tum ipſam quoque Galeni vitam, ex eius operibus partim decerptam, prolixe depingens. Duplex praeterea adiectus eſt index totius operis. Baſil. apud Froben. 1542. fol.* — Continet primum iſagogicos libros dein operum *Galeni* tom. I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. et indicem, ſuo peculiari titulo inſtructum. Hieronymus Frobenius et Nicolaus Epiſcopius, typographi incomparabiles et per vniuerſam Europam merito celeberrimi, qui, (verba ſunt *Conr. Gesneri,*) vt ipſi doctrina atque virtutibus excellunt, ita doctiſſimorum hominum opera libenter ac liberaliter vtuntur, vt ea, quaecumque ſuis prelis committunt, quam caſtigatiſſime, ſummaque fide, diligentia ac induſtria publicentur, viri profecto litteris illuſtrandis nati, et praeclare magnificeque de vniuerſa republica litteraria meriti, nec vmquam ſatis laudati, in hac prima editione operum Galeni latina primam Iuntarum editionem ſequuti ſunt.

Cl. Galeni opera quae ad nos extant, omnia, partim iam pridem, partim iam penitus recens a viris doctiſſimis in latinam linguam conuerſa, et nunc multis recentiſſimis translationibus per Ianum Cornarium, medicum phyſicum, exornata: ab eodemque recognita ex toto et innumeris locis reſtitutis abſolutiſſima. Acceſſerunt etiam nunc primum capitum numeri et argumenta per Conradum Gesnerum Medicum, in omnes libros, quae cum in alios multos, tum illos plerosque omnes, qui medicinae candidatis apprime neceſſarii lectu ſunt, ita copioſe ac methodice tractantur, vt legitimae epitomes inſtar haberi poſſint. His omnibus ſubiunctus eſt index foecundiſſimus, ab artis medicae peritiſſimo conſcriptus. Baſil. apud Froben. 1549. fol.* — Conſtat haec *altera* editio *Frobeniana* iſagogicorum librorum peculiari claſſe, et operum tom. VIII. Index habet peculiarem titulum. Curauit hanc editionem *Ianus Cornarius*, qui translationes alior. ad graecum exemplar contulit recognouitque, ipſas verſiones locis innumeris correxit, tantaque praeſtitiſſe in ea editione ipſe refert, vt ſingulatim exponere cum velit, quanta in hac editione adornanda praeſtiterit, aliud opus ipſi eſſet inſtituendum, quod omnium operum Galeni magnitudinem longe eſſet ſuperaturum, etiamſi leui ſaltem brachio id agendum ipſi eſſet, vt, vbi, vnde, quare, alia atque alia mutaſſet, ſubſtituiſſet et repoſuiſſet,

rēposuiſſet, indicaret. Promittit etiam Cornarius, ſe breui graecum Galenum editurum. In ordine librorum Galeni Ioannem Baptiſtam Montanum et Iuntinas editiones ſequutus eſt. Verſiones Galeni librorum, quas antea confecerat, recepit Cornarius emendatiores, nouas quoque permultorum librorum verſiones compoſuit, quae in hac editione primum leguntur. Quosdam etiam Galeni libros addidit, qui in editionibus hactenus deſiderabantur. Capitum argumenta ſingulorum librorum, et quidem non ſecundum latinas verſiones, ſed ſecundum graecum textum, Conr. Gesnerus vbique addidit, adiutus in eo labore a *Martino Micronio*, Gandauenſi. Ceterum, etſi non negandum eſt, Cornarium multum operae in hac editione adornanda impendiſſe, eam tamen magna ex arte Iuntinis prioribus reſpondere, iam notauit *Conr. Gesnerus* in praef. et prolegom. ad edit. III. Frobenianam.

Cl. Galeni Pergameni omnia, quae extant, in latinum ſermonem conuerſa. Quibus poſt ſummam antea adhibitam diligentiam multum quoque nunc ſplendoris acceſſit quod loca quamplurima ex emendatorum exemplarium collatione et illuſtrata fuerint, et caſtigata. His accedunt nunc primum Conr. Gesneri praefatio et prolegomena tripartita de vita Galeni eiusque libris et interpretibus. Ex III. offic. Frobenianae editione. Baſil. apud Froben. 1562. fol. * Claſſes ſunt poſt iſagogicam I — VII. Deinde ſequuntur extra ordinem claſſium libri, libri Galeno adſcripti ac tandem index in omnia Galeni opera, a Guil. Gratarolo compoſitus. Index, titulo peculiari inſtructus, annum habet vti titulus operum omnium, 1562. Reliquarum claſſium tituli annum in fronte gerunt 1561. — Ea editio eſt inter praeſtantiſſimas referenda ob Conr. Gesneri prolegomena in Galenum, in quibus is egit de vita Galeni, 1) de graecis Galeni operum editionibus, 2) de latinis editionibus eorumdem, 3) de libris quibusdam Galeni non exſtantibus, et quinam in illorum vicem vſurpari poſſint, 4) de noſtri ſaeculi ſcriptoribus, qui communia quaedam argumenta circa Galeni libros tractarunt. Catalogum etiam exhibuit ſiue enumerationem librorum Galeni eo ordine, quo in hac editione et prius ex Io. Bapt. Montano fere ſententia excuſi ſunt. Singulis etiam libris adſcripſit Gesnerus, qui et quot interpretes eos latinos fecerint. In multis etiam argumenta protulit, admonuitque, qui quouis modo ſingulos commentariis, adnotationibus, ſcholiis, compendiis, illuſtrauerint. Enarrauit etiam catalogo alphabetico ipſos ſcriptores, qui in Galenum ſunt commentati, aut eius libros latinos fecerunt. Sequutus eſt in ea editione *Conr. Gesnerus* tertiam Iuntarum editionem, indice tantum excepto, ac ſuis prolegomenis. Succenſet enim iis, non raro indoctis et ad talem laborem minus idoneis viris, qui latinas verſiones aliorum corrigendo perpetuo inſudant, quae quum dixit, Cornarium in mente forſan habuit: optat vero, vt graeca operum Galeni editio, textum exhibens, quam fieri poteſt, emendatiſſimum, in lucem emittatur.

Praeter has antiquas quinque, ac Iuntinas et Frobenianas editiones latinas operum Galeni, ſequentes adhuc notandae ſunt:

Galeni opera omnia latine prodierunt in octo claſſes digeſta Venetiis, 1541. 8.* Prodiit haec editio induſtria *Victoris Trincauellii*, nec non diligentia *Aug. Riccii.*

Aliam *latinam* editionem operum *Galeni*, quae anno 1561 et 1562. Venetiis, a Valgriſio cudebatur, notante Conr. Gesnero in embl. II. de operum Galeni editionibus latinis, non vidi. Exſtat vero haec editio *Valgriſiana*, et exſtat de ea *Vdenis Vtopienſis*, (ſiue dubio *Io.*

Bapt. Rafarii) de editione operum Galeni iudicium fine loco 1565. * Eft fcilicet id iudicium pro editione Valgrifiana 1562. aduerfus Iuntinam 1565. Titulus huius Valgrifianae editionis eft: *Galeni omnia, quae exftant, latine conuerfa, diligentia et ftudio Io. Bapt. Rafarii emendata, nouo ordine, claffib. fcilicet VI. difpofita, libror. nuper inuentor. aucta; acc. et illi, quos non claffícos exiftimauit, nec non libri Galeno adfcripti a Rafario tum noua interpretatione, tum plerisque correctionibus illuftrati.* Venet. apud Vincent. Valgrifium, 1562. fol.

Galeni Opera omnia latine. Lugd. apud Io. Frellonium, 1550. fol. — vid. de ea *Conr. Gesnerum* in embl. II. de operum Galeni editionibus latinis. Expreffa eft haec editio ad editionem alteram Frobenianam. — *Hallerus* refert de editionibus operum Galeni Lugd. 1536. fol. et 1554. fol. Priorem non vidi, neque Gesnerus de ea refert, hinc etiam eam non exftare exiftimo. Altera ab anno 1554. eft ea, quae ad alteram Bafileenfem Lugduni prodiit.

XIX. *Collectiones* etiam exftant librorum Galeni, at non omnium. Partem earum iam enumeraui fingulos Galeni libros recenfendo. Hic vero omnes eas collectiones in vnum colligam, et ita quidem, vt primum *graecas*, deinde *graeco-latinas*, poftremo vero loco *latinas* enarrem.

Graecae: Γαληνȣ̃ θεραπευτικῆς μεθόδȣ λόγος πρῶτος. In fine: Γαληνȣ̃ πρὸς Γλαύκωνα θεραπευτικῶν τῶν εἰς δύο τὸ δεύτερον. Ἐνετίησιν ἐτυπώθη ἡ παρȣ̃σα βίβλος, ἀναλώμασι τȣ̃ εὐγενȣ̃ς καὶ δοκίμȣ ἀνδρὸς, κυρίȣ Νικολάȣ Βλαςȣ̃ τȣ̃ κρῆτος, ἐπὶ ἄρχοντος Αὐγȣςίνȣ Βαρβαδίκȣ τȣ̃ μεγαλοπρεπεςάτȣ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων τασίην δεξιῶς ἡνιοχȣ̃ντος. ȣ̓κ ἄνευ μέντοι προνομίȣ. ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριςȣ̃ γενήσεως Χιλιοςῷ, πεντακοσιοςῷ πὔανεψιῶνος πέμπτη ἱςαμένȣ. fol. mai. * — Conf. de hac editione, graecarum omnium prima, quibus aliquot Galeni libri excufi funt, fumme Reu. *Panzerum* in annal. typograph. vol. III. p. 479. et auctores, quos ibi citat. Character graecus eft valde difficilis, typi funt rudes. Paginarum et foliorum numeri defunt. Poft ea, quae in fine leguntur, fequitur regiftrum operis pariter graecum. Infigne typographi librum claudit. Continentur in hac editione, quod et principium et finis indicat, (titulus enim alius plane deeft,) libri Galeni de methodo medendi, et libri II. therapeuticon ad Glauconem.

Galeni de vrinis liber, nec non de boni et mali fucci cibis liber, et de hirudinibus, reuulfione, cucurbitula, fcarificatione libellus. graece. Lutet. Parif. apud Sim. Colinaeum. 8. fine anni mentione.

Galeni de elementis fecundum Hippocratem libri II. Eiusdem de optima corporis noftri conftitutione. Eiusdem de bono habitu. Graece. Parif. apud Sorbonam, 1530. 8.

Cl. Galeni libri aliquot graeci, partim hactenus non vifi, partim a mendis, quibus fcatebant, innumeris, ad vetuftiffimos codices repurgati et integritati fuae reftituti Annotationibus illuftrati per Io. Caium, Britannum, medicum, Bafileae, apud Froben. 1544. 4. * Continentur in hac Caii collectione: 1) *liber primus de decretis Hippocratis et Platonis, graece et latine interprete Io. Caio;* 2) περὶ τȣ̃ παρὰ Ἱπποκράτην κώματος, *graece;* 3) περὶ τῶν ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων, *libri IX. graece, cum annotationibus et argumentis Io. Caii;* 4) περὶ ἀντεμβαλλομένων, *graece;* 5) περὶ μυῶν κινήσεων, *libri II. cum annotationibus Io. Caii;* 6) περὶ χρείας μορίων, *libri VII. fragmentum;* 7) *Hippocratis* liber περὶ φαρμάκων, *graece.*

Galeni de septimestri partu. Breuis designatio dogmatum Hippocratis. De ptissana. De ossibus libri. graece, emendati per Io. Caium. Basil. apud Io. Oporin. 1557. 8.*

Graecae et *latinae* editiones librorum quorumdam Galeni collectorum in vnum volumen hae sunt:

Medicorum schola, h. e. *Claudii Galeni isagoge seu medicus. Eiusdem definitionum medicinalium liber. Vterque graece pariter et latine summo studio ac diligentia in artis medicae tyronum gratiam excusus, adiecto duplici indice. Basil.* 1537. 8.* Editor est Seb. Singkeler.

Galeni de temperamentis libri III. Eiusdem de inaequali intemperie libellus cum Hippocratis iuramento. graece, cum versione lat. Th. Linacri. Basil. per Thom. Platterum, 1538. 8.

Galeni liber de optimo dicendi genere. Quod optimus medicus idem sit et philosophus. Graece et lat. Basil. 1556. 4.

Galeni opuscula varia a D. Theod. Goulstono, graece recensita, mendisque quamplurimis repurgata, et in linguam latinam clarius puriusque, quam ante hac, translata. Accessere ab eodem lectiones variae et annotationes criticae. Londini, 1640. 4.* Continentur in ea collectione: 1) Oratio ad artes et medicinam hortatoria; 2) Quod optimus medicus idem et philosophus; 3) de optimo dicendi genere; 4) de sectis; 5) de optima secta; 6) de dignoscendis curandisque animi adfectibus; 7) de curandis animi erratis; 8) de substantia facultatum naturalium; 9) Quod animi mores sequantur temperamentum corporis.

Collectiones latinae librorum *Galeni* hae sunt:

Nicolai Leoniceni in libros galeni e graeca in latinam linguam a se translatos prefatio cõmunis. Eiusdem in artem medicinalem Galeni prefatio. Galeni ars medicinalis nicolao leoniceno interprete que et ars parva dicitur. Eiusdem ad Franciscum Castellum in opus de tribus doctrinis ordinatis secundum Galeni sententiam prefatio. Eiusdem de tribus doctrinis ordinatis secundum Galeni sententiam opus. Galeni de differentiis febrium libri duo. Interprete Laurentio Laurentiano Florentino. in fol. sine loco et anno. *

Libri etiam quidam Galeni prodierunt in collectione, quam *articellam* vulgo nominant, saepius edita. *Articella. Ista sunt opera que in hoc preclaro libro continentur. Primo est liber Iohannitii qui dicitur isagoge in greco. Secundo libellus de pulsibus philareti. Tertio est libellus Theophili de vrinis. Quarto sunt hyppocratis aphorismi in ordinem collecti. Quinto sunt aphorismi eiusdem cum commento Galieni. Sexto liber pronosticorum cum translatione noua et antiqua. Septimo liber regiminis acutor. continens quattuor particulas. Octavo liber epidimior. Hyp. cum comen. VII. partic. continens. Nono est libellus hyp. qui intitulatur de natura fetus. Decimo liber Galieni qui dicitur tegni. Vndecimo libellus Gentilis de fulgineo de diuisione* etc. *Duodecimo libellus de lege hyp. et libellus qui dicitur iusiurandum.* Venetiis 1513. fol. * Longe auctior, pluribus etiam Galeni libris, Lugd. 1515. 8.* Prostant et antiquiores editiones.

Geo. Valla, Placentino, interprete, in hoc volumine continentur: Nicephori logica. Geo. Valla de argumentis. Euclidis libr. XIV. elementorum. Hypsiclis interpretatio eiusdem libri Euclidis. Nicephorus de astrolabio. Proclus de astrolabio. Aristarchi Samii de magnitudinibus et distantiis solis et lunae. Timaeus de mundo. Cleonidis musica. Eusebii de quibusdam

busdam theologicis antiquitatibus. Cleomedes de mundo. Athenagorae de resurrectione. Aristoteles de coelo. Magna ethica. Ars poetica. Rhazes de pestilentia. Galenus de inaequali distemperantia; de bono habitu; de confirmatione corporis humani; de praesagitura; de praesagio; introductorium; de succedaneis. Alexander Aphrodis. de caussis febrium. Psellus de victu humano. Venetiis, per Sim. Papiensem, dictum Beuilaquam, 1498. fol. * vid. *Fossium* l. c. II. col. 232 sqq.

Georg. Vallae de vrinae significatione ex Hippocrate, Paulo Aegineta ac Theophilo. Item Galeni quaestiones in Hippocratem. Dioclis epistola de bona valetudine tuenda. Argent. sine anno. 8. *

Iohannici ad thegni Galieni liber ysagoge cum libro Philareti de pulsibus et libro Theophili de vrinis; acc. Hippocratis libri afforismorum a Theodoro Gaza e greco in lat. de nouo translatorum. it. Hipp. afforismi c. III. libris pronosticor. eiusd. et IV. regiminis acutor. et IV. Tegni Galeni; nec non amphorismi ad vnam quamque egritudinem collecti, vna c. aphorism. Io. Damasceni et flosculis medicinalibus ex Corn. Celso extractis. Lugd. per Fr. Fradin. 1505. 8. Idem liber prodiit cum quibusdam Auicennae et nouo tractatu Almansoris, et collectis Iac. de Partibus Venet. per Petr. Bergomensem, 1507. 8. Fere respondet haec collectio articellae.

Nic. Leoniceni in libros Galeni e gr. in lat. linguam a se translatos Praef. eiusdem in artem medicinalem Galeni Praef. Galeni ars medicinalis, Nic. Leoniceno interprete, eiusd. opus de tribus doctrinis ordinatis sec. Galeni sententiam, c. praef. Galeni de differentiis febrium, libri II. interprete Laur. Laurentiano, Venet. per Iac. Pentium de Leucho. 1508. fol. — *Idem liber. Acc. Galeni in aphorismos Hippocratis, c. ipsis aphorismis, eod. Nic. Leoniceno interprete,* Ferrariae, per Ioh. Macciochium Bondenum. 1509. fol.

Galeni opera Nic. Leoniceno interprete; scil. de differentia morborum libri II. de inaequali intemperatura liber I. de arte curatiua ad Glauconem libri II. de crisibus libri III. Paris. in offic. Henr. Steph. 1514. 4. *

Galeni de morbis et symptomatis libri VI. de morborum differentia liber vnus. de morborum causis liber I. de symptomatum differentia liber vnus. de symptomatum causis lib. III. Guil. Copo Basil. interprete. Lutet. 1523. fol. *

Galeni dissectionis venarum arteriarumque commentarium. Eiusdem de neruis compendium Antonio Fortolo interprete. Paris. ex offic. S. Colinaei, 1526. 4. *

Galeni exhortatio ad bonas artes, praesertim medicam; de optimo dicendi genere, et qualem oporteat esse medicum. Erasmo Roterod. interprete. Basil. apud Froben. 1526. 8. *

Galeni de morbis et sympt. libri sex. De morborum differentia lib. I. De morborum causis lib. I. De sympto. differentia lib. I. De symptomatum caussis lib. III. Guil. Copo Basileensi interprete. Paris. in aedib. Hier. Denis, 1527. 12. *

Galeni de motu musculorum libri duo. Nic. Leoniceno interprete. Item Quos oportet purgare et qualibus medicamentis purgantibus et quando. Paris. 1528. 8. *

Galeni de differentiis symptomatum liber I. De causis symptomatum libri III. Thoma Linacro interprete. Paris. apud Colinaeum. 1528. 8.

Galeni

Galeni aliquot libelli, scil. corporis temperaturam animi mores sequi; de vitiis animi et eorum remediis; de sectis; introductorius; de plenitudine; de optimo corporis statu; de bono corporis habitu; de elementis libri II. de atra bile; de tumoribus praeter naturam, per Io. Guinterum partim recogniti partim nunc primum versi, Basil. apud Froben. 1529. 4. *

Galeni de diebus decretoriis libri III. de morborum temporibus liber I. de generalibus morborum temporibus, (Io. Guintero interprete.) Paris. apud Simon. Colinaeum. 1529. 8.

Galeni dissectionis venarum arteriarumque commentarium; eiusdem de neruis compendium, Antonio Fortolo interprete, Basil. in aedib. Thom. Wolfii. * 1529. 8.

Galeni opera nunc demum a clarissimis iuxta et eruditis viris latinitate donata, iam vero ordine iusto et studio exquisitiore in lucem recens edita. Basil. apud Andr. Cratandr. 1529. fol. min. * Continentur in hac collectione *Erasmo* interpr. Ad bonas artes exhortatio. De optimo dicendi genere. Quod optimus medicus sit et philosophus. *Th. Linacro* interprete: De temperamentis. De inaequali intemperie. Method. medendi lib. XIV. De sanitate tuenda lib. VI. De natural. facultat. lib. III. De pulsuum vsu. *Guil. Copo* interprete: De locis affectis lib. VI. De morborum differentiis. De morborum causis. De symptomatum differentia. De symptomatum causis lib. III. *Laurentio Laurentiano* interprete: In Hippocratis praedictionum libr. III. Nic. Leoniceno interprete: In Hippocratis aphorismos lib. VII. Ars medicinalis. Artis curatiuae ad Glauconem lib. II. De differentiis febrium lib. II. De crisibus lib. II. De motibus musculorum lib. II. Antonio Fortolo interprete: De venarum arteriarumque dissectione lib. I. De neruorum dissectione. *Theodorico Gaudano* interprete: De ratione curandi per sanguinis missionem. De hirudinibus, reuulsione, cucurbitula, scarificatione. *Iona Philologo* interprete: Medicarum definitionum liber I. *Io. Petro Valla*, Placentino, interprete: Succidanea lib. I.

Galeni de compositione medicamentorum κατὰ γένη libr. VII. per Io. Guinterium latinitate donati. Eiusdem de ponderibus et mensuris liber Andr. Alciato interprete. Basil. 1530. fol.*

Cl. Galeni de anatomicis administrationibus libri IX. De constitutione artis medicae liber. De theriaca ad Pisonem commentariolus. De pulsibus ad medicinae candidatos liber. Per Io. Guinterium, Andernacum, latinitate iam recens donata. Basil. apud Andr. Cratandr. 1531. fol. *

Historiales campi per Symphor. Campegium in IV. libros digesti. Accedunt Symph. Campegii clysteriorum secundum Galeni mentem libellus et eiusdem de phlebotomia libri II. Basil. apud Andr. Cratandr. et Io. Bebel. 1532. fol.

Galeni in librum Hippocratis de victus ratione in morbis acutis commentarii IV. Io. Vasseo interprete, nec non eiusdem de semine libri II. Io. Guintero interprete, Basil. apud Andr. Cratandrum. 1533. fol.

Galeni de vsu partium corporis humani libri XVII. Nic. Regio interprete. De ptisana interprete Io. Poleto. De renum affectus dignotione et medicatione interpr. Chr. Heyl. Basil. 1533. fol. *

Galeni de Hippocratis et Platonis decretis latine Io. Bernh. Feliciano interprete. Accedunt Galeni de anatomia matricis lib. I. et de foetuum formatione lib. I. eodem Feliciano interprete.

prete. De cibis boni et mali succi interprete Ferdinando (Balamio) Siculo. De differentiis pulsuum. De dignoscendis pulsibus. De causis pulsuum. De praesagitione ex pulsibus, Hermanno Cruserio interprete. Basil. apud Andr. Cratandr. 1535. fol. *

Marcelli de medicamentis empiricis, physicis ac rationalibus liber, emendatus opera Iani Cornarii medici. Et Claud. Galeni libri nouem latini facti opera eiusdem Cornarii, nempe de causis respirationis lib. I. de vtilitate respirationis lib. I. de difficultate respirationis lib. III. de vteri dissectione lib. I. de foetus formatione, lib. I. de semine lib. II. Basil. 1536. fol. *

Galeni de causis respirationis lib. I. de vtilitate respirationis lib. I. et de difficultate respirationis lib. III. iam primum in latinam linguam conuersi Iano Cornario interprete. Basil. apud Froben. 1536. fol.

Galeni de vteri dissectione, lib. I. de foetus formatione lib. I. et de semine libri III. Iano Cornario interprete, Basil. apud Froben. 1536. fol.

Cl. Galeni opera omnium vtilissima, a doctissimis viris partim nunc primum latinitate donata, partim vero ad exemplaria graeca diligenter recognita. Basil. apud Cratandr. 1536. fol. * — Editor est *Iosephus Tectander.* Continentur in hac collectione: *Io. Guinterio interprete:* De facultatum naturalium substantia. Quod animi mores corporis temperamenta sequuntur. De propriorum animi cuiusque affectuum agnitione et remedio. De sectis. De elementis libri II. De optima corporis humani constitutione. De bono habitu. De plenitudine. De atra bile. De tumoribus praeter naturam. Introductio, seu medicus. In libr. Hippocr. de natura hominis commentt. II. De antidotis libri II. *Io. Vasseo, Meldensi:* De causis respirationis. De vsu respirationis. De spirandi difficultate libri III. *Hermanno Cruserio, Campensi:* In I. lib. Hippocr. de morbis vulgaribus commentt. III. In III. libr. Hipp. de morb. vulg. commentt. III. In libr. de salubri diaeta commentarius. *Ioachimo Camerario:* De theriaca ad Pamphilianum. *Huberto Barlando Philiatrio:* De paratu facilibus. *Iosepho Struthio:* De astrologia, siue prognostica de decubitu infirmorum. De vrinis. *Ferdinando Balamio:* de ossibus ad tyrones. *Continet etiam haec collectio* Galenum de venaesectione aduersus Erasistratum, et librum de eadem aduersus Erasistrateos Romae degentes, *Ios. Tectandro* interprete.

Galeni de curandi ratione per sanguinis missionem liber. Eiusdem de sanguisugis, reuulsione, cucurbitula, scarificatione tractatulus Theodorico Gaudano interpr. Venet. in offic. Diui Bernardini. 1537. 12. *

Georg. Vallae de simplicium natura liber vnus. Eiusdem de vrinae significatione ex Hippocrate, Paulo Aegineta et Theophilo. Item Galeni quaestiones in Hippocratem. Dioclis epistola de bona valetudine tuenda. Christophori Balistae in podagram concertatio. Argent. 1538. 8. *

Alexandri Aphrodisei de febrium causis et differentiis opusculum, Georg. Valla interprete. acc. Galeni praesagium experientia confirmatum, eod. interpr. Io. Damasceni de exquisita febrium curatione compendiosum diegema, Albano Torino auctore. Eiusd. aphorismor. libellus, eod. Torino paraphraste. Adhaec Sim. Grynaei medicinae commendatio, seu encomium. Basil. in offic. Rob. Winther. 1542. 8. *

Chirurgia

Chirurgia e graeco in latinum conuersa, Vido Vidio, Florentino, interprete, cum nonnullis eiusdem Vidii commentariis. Paris. 1544. fol.* Continentur in eo Hippocratis libri de fracturis, de articulis et de officina medici cum commentariis *Galeni*. *Galenus* de fasciis.

Oribasius de musculorum dissectione ex Galeno, Iunio Paulo Crasso interprete. Est autem pars libri XXV. Galeni dissectionis venarum arteriarumque commentarium. Eiusdem Gal. de neruis compendium. Antonio Fortolo Ioseriensi interprete. Paris. ex typograph. Io. Barbaei. 1546. fol.*

Augerii Ferrerii Tolosatis medici liber de somniis. Hippocratis de insomniis liber. Galeni liber de insomniis. Synesii liber de somniis. Lugd. 1549. 12.*

Galeni aliquot opuscula, nunc primum Venetorum opera inuenta et excusa, lat. scil. de Musculor. dissectione ad Tyrones liber integer; de vocalium instrumentor. dissectione August. Gadaldino interprete; breuis denotatio dogmatum Hippocr. Conr. Gesnero; Fragmentum ex IV. commentariis, quos ipse Galenus inscripsit, de iis, quae medice dicta sunt in Platonis Timaeo, Aug. Gadaldino; principium commentarii I. in libr. I. Hippocratis epidemiorum, Nicol. Machello interprete; Oribasii de Cucurbitulis, scarificatione, hirudinibus, deriuatione et reuulsione sermo, Aug. Gadaldino interprete, Lugd. apud Gul. Bouillium. 1550. 8. Prodiit et Lugd. 1556. 8. teste catal. bibl. Platner.

Galeni aliquot opera, a Leonh. Fuchsio, Tubingensis scholae professore publico latinitate donata et commentariis illustrata. De inaequali intemperie liber. De differentiis et caussis morborum symptomatumque libri VI. De iudiciis libri III. De curatione per sanguinis missionem liber I. Paris. apud Arnold. Birckmann et Iac. Dupuys. 1550. fol.* Est tomus primus commentarior. L. Fuchsii in Galenum. Alter comment. in libb. de different. febrium et de temperamentis continet, editusque est Paris. apud Iac. Dupuys, 1554. fol.* Tertius continet comment. in libb. de locor. affector. notitia. Paris. 1554. fol.*

Galeni de naturalibus facultatibus libri III. Th. Linacro interprete. Acc. Iac. Syluii cum scholia, tum epitome in eosd. libros in tabulis expressa. Additus est de naturalium facultatum substantia liber et an sanguis in arteriis contineatur, Victore Trincauello interprete. Lugd. 1550. 12.*

Galenus de ossibus ad tyrones. De neruorum, musculorum, venarum et arteriarum, vocalium instrumentorum, vuluae dissectione libri. De motu musculorum libri II. Acc. Oribasii de musculorum dissectione libellus. Lugd. apud Rouillium, 1551. 12.*

Galeni de temperamentis libri III. De differentiis febrium libri duo ab Leonh. Fuchsio latinitate donati et commentariis illustrati. Paris. apud Iac. Dupuys, 1554. fol.*

Chirurgia. De chirurgia scriptores optimi quique veteres et recentiores plerique in Germania antehac non editi, nunc primum in vnum coniuncti volumen. Tiguri, per Andr. Gesnerum et Iac. Gesnerum, fratres. 1555. fol.* Continentur in ea collectione Galenus de fasciis, Oribas. de machinam.

Io. Caii opera aliquot et versiones, part. iam nota, part. recognita et aucta, scil. Caii de medendi methodo libri II. de ephemera Britannica, lib. I. acc. Galeni de libris suis lib. I. de ordine librorum suorum lib. I. de ratione victus, sec. Hippocr. in morbis acutis lib. I. non

ante

ante editus, *de placitis Hippocrat. et Platonis liber primus*, *eodem Caio interprete*, Louani, apud Ant. Mariam Bergagno. 1556. 8.

Galeni de theriaca ad Pisonem, *interprete et commentatore Io. Iuuene*, *vna cum Galeni de antidotis libris II. ab Andr. Lacuna in epitomen redactis*; *acc. Io. Iuuenis epistola de medicamentis bezoardicis*, *quorum vsus a peste praeseruat*, Antwerp. apud Io. Bellerum, 1575. 12.*

Galeni 1) *de optima corporis nostri constitutione*, 2) *de pleniore habitu*, 3) *de inaequali intemperie*, 4) *quomodo simulantes morbum sunt deprehendendi*, 5) *de ptisana*; *item et Io. Lalamantii de ptisana sui temporis libellus*; *emendata per eundem Lalamantium versio latina.* Heduae 1578. 8.

Iidem tractatus ex Io. Lalamantii recognitione et castigatione graeci codicis locis innumerabilibus; *acc. eiusdem Lalamantii de ptisana sui temporis libellus.* Geneu. apud Petr. Santandreanum. 1579. 8. * Titulus est: Cl. Galeni operum omnium latine propediem edendorum specimen. Galeni tractatus, quos Lalamantius edidit, consignati sunt in pagina tituli auersa.

De herba panacea, *quam alii Tabacum*, *alii Petum aut Nicotianam vocant*, *ab Aegidio Euerato in ordinem redactus.* Antwerp. 1587. 12. * Continentur in hoc libro simul *Galeni* liber de theriaca ad Pisonem, *Io. Iuuene* interprete ac commentatore, et *Galeni* de antidotis libri II. ab Andr. Lacuna in compendium redacti. Repetita est haec de tabaco *Euerati* tractatio, Vltraiect. 1644. 8. * in qua vero hi Galeni libelli desiderantur.

Galeni historiae medicinales, *a Io. Bapt. Siluatico Mediolanensi medico Io. Petri filio enarratae.* *Acc. historiar. et rerum memorabilium index copiosissimus.* Hanou. typogr. Wechel. 1605. fol. *

Cl. Galeni oratio adhortatoria ad artium liberalium studium capessendum. *Idem quod optimus medicus*, *nisi etiam philosophus*, *non sit.* *Ex interpretatione noua Sixti Arcerii*, *cum notis eiusdem*, *in quibus partim textus graecus emendatur*, *partim illustratur.* Franekerae, 1616. 4. *

XX. *Epitomen* quidam etiam ex Galeni operibus confecerunt, nimis voluminosis, quam vt sperari potuisset, fore, vt omnes eos legant. Hinc redacti in spatium angustius medicis melius arridebant. Primus laborem epitomes Galeni operum componendae suscepit *Andr. Lacuna.* Prima editio est: *Epitome Galeni operum in quatuor partes digesta*, *pulcherrima methodo vniuersam illius viri doctrinam complectens*, *per Andr. Lacunam.* — Basil. 1551. fol.* Altera eius epitomes editio est: *Epitomes omnium Galeni operum sectio prima per Andr. Lacunam.* Lugd. 1553. 12. * *Sectio altera.* ibid. eod. 12. * *Sectio tertia.* ibid. eod. 12.* Tria sunt volumina satis spissa.

Alia editio, cui accesserunt *Andr. Lacunae annotationes in Galeni interpretes*, item *de ponderibus et mensuris medicinalibus* prodiit *Basil.* 1571. fol. *

Epitome Galeni Pergameni operum in quatuor partes digesta pulcherrima methodo vniuersam illius viri doctrinam complectens, *per Dnum Andream Lacunam summa fide studioque collecta.* *Accesserunt eiusdem Andr. Lacunae annotationes in Galeni interpretes*, *quibus*

varii

varii loci, in quos hactenus impegere lectores, et explicantur, et summa fide restituuntur. Item de ponderibus et mensuris vtilis commentarius. Argentorati 1604. fol. * Non in capita diuisa est haec epitome, sed in margine argumenta adscripta sunt apte et diligenter. Laudata haec epitome est a multis, ob omnia in ea tradita, quae ad Galeni doctrinam vllo modo facere possint, omissa vero, quae Galenus aut contentiose, aut nimis prolixe protulerat. — Exstat quoque *Andr. Lacunae epitome omnium rerum et sententiarum memorabilium, commentariorum Galeni in Hippocratem, digestis in alphabeticum ordinem, ceu aphorismis.*

Theatrum Galeni, hoc est, vniuersae medicinae, a medicorum principe Galeno diffuse sparsimque traditae promtuarium, quo vel indicis loco in omnes Galeni libros, vel locorum communium instar in re medica lector vtatur Aloysii Mundellae, Brixiensis, studio et labore per multos annos conditum et nunc demum editum. Basil. apud Episcop. 1568. fol. * Praebet hoc theatrum operum Galeni, quae genuina sunt, epitomes simul iustae, et indicis alphabetici copiosi vtilitatem, et simul fere locorum communium. Seorsim et in spurios libros elenchum condidit *Mundella.*

De *Symphoriani Campegii Speculo Galeni* dixi supra. Est, quem ipse Symphorianus adpellabat, Galenus abbreuiatus, vel incisus.

Galeni tot libris vti commode non possumus, nisi indice bono atque continente notanda omnia adiuti. Ad primam editionem Basileensem index est ab *Hieronymo Gemusaeo* confectus, satis bonus vtilisque. Separauit is genuinorum Galeni operum indicem a spuriorum, quem separatim composuit. Indicem in secundam editionem Basileensem alius quidam vir doctus composuit, etiam boni ac facilis vsus. Ad tertiam editionem Basileensem index est a *Guil. Gratarolo* compositus cum summo studio, atque vsus hinc commodi. Attamen hi indices multa quidem, nec omnia notanda continent. Hinc praeferendus est index in Galeni opera ab *Antonio Musa Brassauolo* compositus, et nimia fere prolixitate laborans, atque omnium longe copiosissimus. Is Iuntarum editioni secundae primum accessit: accessit etiam, vt puto reliquis Iuntarum editionibus: ad sextam saltim septimamque, quas editiones ad manus habeo, exstat. Exstat etiam editionibus Iuntarum post septimam adaptatus. Id etiam ad commendandum hunc indicem Brassauoli, Iuntarum editionibus additum, facit magnopere, quod, qui has editiones curarunt, praecipua ex libris Galeni, qui singulis editionibus primum accesserunt, excerpserunt, atque in indice, ac suis locis quaeque, notarunt. Lugdunensis editio Io. Frellonii indicem Gemusaei vsurpauit.

Leonhardus Legius, Papiensis medicus, anno 1519. edidit collectas a se propositiones ex Galeni libris, quam plurimas, et simul indicem alphabeticum secundum libros et capita, sed non valde copiosum.

Etsi quidem de vero rectoque ordine *Galeni* librorum nemo cogitauit, (is autem alius esse non potest, nisi chronologicus,) praeter *Labbeum:* multi tamen de ordine librorum Galeni et cogitarunt, et scripserunt. — Primus de ordine librorum Galeni systematico cogitauit *Iacobus Syluius*, in libro: *ordo et ordinis ratio in legendis Hippocratis et Galeni libris. Paris.* 1549. fol. * — Deinde *Io. Bapt. Montanus* duabus epistolis, altera scripta ad Lucam Ant. Iuntam, altera ad lectores, quae epistolae leguntur in fronte editionum Iuntinarum.

Fatetur autem, ſi per otium licuiſſet, ſe diligentius, accuratius, et eruditius omnia fuiſſe conſcripturum. *Conradus Geſnerus* in catalogo operum Galeni, tertiae editioni Frobenianae latinae praefixo, paſſim de librorum Galeni ordine dixit, et, vbi eum immutauit, id non fecit, niſi cauſſa tradita. *Iulius Alexandrinus* etiam in libr. V. cap. 5. dialogi ſui de medicina et medico idem argumentum tractauit, et *Gentilis* olim libellum edidit de diuiſione librorum Galeni eorumque ordine et numero. Ait autem in epilogo, ſe collegiſſe ſuum libellum e dictis ſpeculatoris in medicina.

XXI. *Commentarios* ſcripſere in plura Galeni opera, in vnum collectos, permulti auctores, quorum partem maximam longe enumeraui in recenſione ſingulorum Galeni librorum. Notandum vero eſt, omnes fere Arabes Galenum eſſe ſequutos, praeſertim in ea medicinae parte, quae internos morbos reſpicit, nec non in ea parte theoretices, quae explicationi originum morborum operam dat, ac in anatome. Eadem et Arabiſtarum omnium ratio eſt. — *Galeno* operam impendit laudabilem ſuo tempore *Symphorianus Champerius,* (*Champier,* etiam Campegius appellatus) ſuoque exemplo, ſuaque commendatione effecit, vt loco Arabum atque Arabiſtarum Galenus a medicis diligentius legeretur. Is permulta ſcripſit, quae huc faciunt, et ad illuſtrandum Galenum, et ad efficiendum, vt Galenus, in anguſtius ſpatium contractus, medicis magis adrideret. Huc referenda ſunt eius ſcripta ſequentia:

Epitome Galeni. Galenus inciſus, quae in ſpeculo D. Symphoriani continebantur, apprehendens. acc. Galeni opera cum argumentis Symphoriani. Eius propugnaculum medicinae in ſpeculum medicum Galeni. Lugd. 1512. 8. Cum aliis Symphoriani libellis. Lugd. 1512. 4. *

Roſa Gallica, omnibus ſanitatem affectantibus vtilis et neceſſaria, quae continet praecepta ex Hippocratis, Galeni, Eraſiſtrati, Aſclepiadis, Dioſcoridis, Rhazis, Haly Abbatis, Iſaac, Auicennae, multorum aliorum Cl. virorum libris collecta. Pariſ. 1514. 8.

Speculum, ſ. epitome Galeni. eius vita. epitome libror. de elementis, ſyluae febrium, de gynaeceis, de dynamidiis, ſeu myramir, de oculorum morbis. Conſtantini Africani magna techne ſuper l. de ingenio ſanitatis Galeni. Lugd. 1516. 1517. 8.

Ei. medicinale bellum inter Ariſtotelem et Galenum. Lugd. 1516. 8.

Ei. practica in artem paruam Galeni. Epitome commentarii Galeni in Hippocratis aphoriſmos, prognoſtica, epidemica, regimen acutorum. Centiloquium iſagogicum. Categoriae medicinales. Lugd. 1516. 8.

Ei. ſymphonia Platonis cum Ariſtotele, Galeni cum Hippocrate. Hippocratica philoſophia eiusdem. Platonica medicina in duplici mundo cum eiusdem ſcholiis. Speculum medicinale Platonicum. Pariſ. 1516. 8.

Cribratio, lima et annotamenta in Galeni, Auicennae et Conciliatoris opera. Pariſ. 1516. 8. Venet. 1565. fol.

Catalogus librorum Galeni. Medulla philoſophiae naturalis et medicinae. Lugd. 1534. 8.

Maxime meriti ſunt, praeter Symphorianum de Galeno:

Andreas Lacuna, inprimis ob epitomen operum Galeni. — *Andreas Veſalius*, anatomes inſtaurator, qui Galenum longe plurimis locis illuſtrauit. — *Antonius Muſa Braſſauolus,*

lius, ob indicem in Galeni opera ab eo confectum. — *Augustinus Gadaldinus*, ob versos longe multos Galeni libros. — *Conr. Gesnerus*, summus vir, maxime ob prolegomena ad edit. Frobenianam tertiam. — *Franciscus Valleriola*, maxime ob locos med. communes, qui compendium ex Galeno constituunt. — *Herm. Cruserius*, ob libros Galeni de pulsibus omnium optime explicitos. — *Hier. Gemusaeus*, ob curatam ab eo secundae edit. graecae operum Galeni partem maximam. — *Iacobus Syluius*, vir omnium iudicio eloquentia et doctrina summus, medicinae a barbarie verus vindex, cuius opera cuiusque exemplo factum est, vt Galenus medicis Arabistarum et Paracelsistarum loco esset. — *Ianus Cornarius*, ob longe plurimos Galeni libros versos, correctos, et quosdam illustratos commentariis. — *Nicolaus Rheginus*, Calaber, ob versos multos Galeni libros, et satis bene quidem, barbariei temporibus. — *Io. Argenterius.* — *Io. Bapt. Montanus*, qui primus Galeni libros in classes digessit. — *Io. Bernardus Felicianus*, interpres Galeni, et emendator interpretationum, ante se factarum. — *Io. Caius*, Britannus, vir doctissimus, ac de Galeno vel ea de causa longe meritissimus, quod, quum, qui sua aetate viuebant, Galeno in latinam linguam vertendo operam dabant maximam, is Galeni plures libros, mancos antea, aut graece non prostantes, graece integros edidit. — *Io. Crato de Kraftheim*, vir non quidem insigniter doctus, at acer Galenista, qui auctoritate sua (erat medicus cubicularius imperatoris Rom.) multos mouit, vt, repudiato Paracelso, Galenum sequerentur. — *Io. Guintherius*, Andernacus, (Ianus Antoniacus, Ianus Philologus est is Guintherius,) vir in solida doctrina plane praestans, ob versos multos Galeni libros, et quidem egregie, quosdam commentariis illustratos. — *Ios. Struthius*, ob operam impensam libris de pulsibus, quibus a paucis labor est impensus, quo in aliis Galeni libris est insudatum. — *Iulius Martianus Rota*, ob correctas priorum, ac factas nouas interpretationes librorum Galeni. — *Laurentius Laurentianus*, ob idem meritum. — *Leonh. Fuchsius*, vir pulcre doctus, at contentiosus, ob versos et doctissimis commentariis illustratos multos Galeni libros. — *Ludou. Bellisarius.* — *Mart. Gregorius.* — *Nic. Leonicenus*, ad primos principesque instauratores medicinae graecorum, inprimis Galenicae, referendus. — *Theodoricus Gerardus Gaudanus*, memorandus ideo inter praecipuos Galeni interpretes, quod eius inprimis studio medicamenta simplicia, post Arabum et Arabistarum compositiones artificiosas, vulgatiora facta sunt. — *Theodorus Zwingerus*, scitus tabularum artifex, in quas, vti Hippocratis libros permultos, ita et Galeni, redegit. — *Thomas Linacer*, vir doctissimus, celeberrimus et stili politissimus. — *Victor Trincauellus*, s. Trincauelius, clarus, quod Galeni editionem curauit, et aliquot libros vertit. — *Caspar Hofmannus*, medicinae professor Altorfinus, saeculi sui Symphorianus atque Caius, de Galeno omnium fere longe meritissimus. — *Daniel Clericus*, ob vitam Galeni scriptam, et eius systema melius digestum. — *Io. Conr. Barchusen*, ob dogmata Galeni melius exposita. — *Albertus Hallerus*, ob ea, quae ad rem literariam Galeni pertinent, praeclare digesta.

Commentarii praecipui, praeter dictos in singulorum librorum Galeni recensione, hi sunt:

Antonii Ludouici, medici Olysiponensis, de re medica opera, nempe 1) *Erotematum, siue commentariorum in libros de crisibus Galeni libri tres;* 2) *Erotematum numeri ternarii libri sex in quibus tota fere ars medica continetur;* 3) *Erotemata de difficili respiratione;* 4) *Erotemata de*

de vſu reſpirationis liber alius; 5) *De corde liber vnus, in quo tam Ariſtotelis, quam aliorum plurimi errores explicantur, tum vero plurimae quaeſtiones enodantur;* 6) *Galeni liber de ptiſſana;* 7) *Galeni de eo quod ſit animal, quod vtero continetur;* 8) *De eo, quod Galenus animam immortalem eſſe dubitauerit, liber vnus.* Olyſiponae, 1540. fol.

Galeni operum omnium pars II. ſectionis VII. continens commentariorum in I. Hippocr. de morb. vulgarib. libr. III. Commentarior. in III. Hippocr. de morb. vulgar. libb. III. Commentarior. in VI. de iisdem libb. VI. Commentarior. in Hipp. de his, quae in officina medica libb. III. Commentarior. de fractur. libb. III. de faſciis lib. I. Oribaſii de laqueis lib. I. Herm. Cruſerio Campenſi interprete. Venet. 1545. 8.

Methodus Io. Bapt. Montani de elementis. Acc. eiusdem auctoris de ſyphillidos lue tractatus. Viennae, 1553. 4.* Continet methodos in libr. de elementis, de humana natura, de atra bile, de temperamentis, de facultatibus naturalibus.

Andr. Lacunae annotat. in Galeni interpretes. Lugd. 1553. 12.

Galeni aliquot opera a L. Fuchſio latinitate donata et comment. illuſtrata. De inaequali intemperie lib. I. De differentiis et cauſis morborum ſymptomatumque libri VI. De iudiciis III. De curatione per ſanguinis miſſionem liber. Pariſ. 1550. fol.* *Commentarii tomus ſecundus. in libb. III. de temperamentis et libb. II. de different. febr.* Pariſ. 1554. fol.* *Tomus tertius, Comment. in libr. de laborantium locor. notitia.* Pariſ. 1554. fol.*

De febribus commentarius ex libris aliquot Hippocratis et Galeni parte plurima ſelectus a Iac. Syluio. Denuo per Alex. Arnaudum caſtigatus. Venet. 1555. 8.* Baſil. 1556. 12. Venet. 1556. 8.*

Io. Cratonis ad artem medicam iſagoge. Additae ſunt in libros Galeni de elementis, De natura humana, De atra bile, Et de temperamentis et facultatibus naturalibus periochae Io. Bapt. Montani. Cum epiſtola Io. Cratonis, qua recte Galenum legendi ratio breuiter oſtenditur. Venet. ex offic. Valgriſiana, 1560. 8.* Alia editio eſt Hanouiae, 1595. 4.

Alphonſi de Corella in omnia Galeni opera commentarii. Saragoſſae, 1565. fol. Madrit. 1582. 4.

Victoris Trincauellii in Galeni libros de differentiis febrium atque in priorem de arte curandi ad Glauconem explanationes. Venet. 1575. fol.*

Achil. Gaſſari aphoriſmor. Hippocratis methodus noua libb. V. opera Conr. Geſneri illuſtrata; acc. Io. Moriſoti adnot. in aph. Hipp. LXI. lib. IV. aduerſus Corn. Celſum de dieb. criticis: it. Caſp. Wolphii vett. et recent. ſcriptor. in Hipp. opera extantium catalogus; it. Conr. Geſneri perioche III. libri Galeni de temperamentis; it. de ſimplic. medicamentis ex I. Galeni libro — ſtudio Caſp. Wolphii. Sangalli, 1584. 8.

Ferdinandi Mena commentaria in libros Galeni de ſanguinis miſſione et purgatione, quibus additur libell. de ratione permiſcendi medicamenta. Aug. Taurinor. 1587. 8.*

Franc. Valleſii commentaria in Galeni libros XXIII. opera et induſtria Io. Petri Ayroldi. Colon. 1594. fol.

De

De pulsibus tractatus absolutissimus, in quo exponitur Galeni libellus de pulsibus ad tyrones, et omnia, quae de pulsibus, differentiis, dignotione, causis deque praesagitione XVI. plane libris perscripsit Salenus (sic) Auctore Leone Rogano, medico. Nec n.n de vrinis libri III. ex Galeni et Hippocratis doctrina quam diligentissime excerpti. Venet. 1597. 8.*

Simonis a Campi, Neapolitani commentaria in libros Galeni de differentiis febrium, in textus 13. nempe a textu 46. vsque ad text. 58. tertii libri artis medicinalis. In librum de tumoribus praeter naturam. A Simone a Campo iuniore. A. M. D. et sacerdote Neap. recognit. et in lucem edit. Neapol. 1642 4. *

Fr. Vallesii commentaria illustria in Galeni libros 1) artem medicinalem. 2) de inaequali intemperie libellum. 3) tertium de temperamentis librum. 4) quinque priores de simplicium medicam. facult. libr. 5) duos de differentia febrium. 6) sex de locis patientibus libros. Tractatus medicinales 1) de vrinis compendiaria tractatio. 2) de pulsibus libellus. 3) de febribus commentarius. 4) methodi medendi libri III. Opera et industria Io. Petr. Ayroldi. Colon. 1594. fol.* Francof. 1645. fol.*

Commentarius in libellos Galeni de curandi ratione per sanguinis missionem: de hirudinibus: de reuulsione: de cucurbitula: de scarificatione pul lice olim Argentoratensium in Vniuersitate praelectus authore Melch. Sebizio. Argent. 1652. 4. *

Magno cum detrimento anatomiae et scientiae medicinalis factum est, vt *Andreas Vesalius*, calumniis aduersariorum incensus, suas in Galenum adnotationes flammis traderet.

Catalogum composuit *Conradus Gesnerus*, eumque editioni Frobenianae tertiae praefixit, in quo continentur ordine alphabetico scriptores, qui Galeni libros quoque modo illustrarunt interpretando, adnotationibus, scholiis, paraphrasibus, problematis, enantiomatis, epitomis, indicibus, tabulis, cet. Exposuit simul *Gesnerus* singulatim, quid quisque horum praestiterit, quos et quot numero quisque Galeni libros transtulerit, aut aliter illustrarit.

Locis in diuersis *Galeni* libris emendandis, explicandis, illustrandis, operam dedere permulti viri, qui correctionum, animaduersionum, antiquarum, variarum lectionum libros conscripserunt.

Hieronymus Mercurialis, in variarum lectionum libris. — *Marsilius Cagnatus*, in variarum obseruationum libris quatuor. Rom. 1587. 8. *Io. Manardus*, in epist. medicinalibus. Basil. 1535. fol. et saep. — *Io. Langius*, in epist. medicinalibus. Basil. 1554. 4. — *Th. Reinesius*, in epist. ad Casp. Hofmannam, Ch. Ad. Rupertum, et in epist. ad Daumium. — *Thom. Reinesius*, in variarum lectionum libris. — *Casp. Hofmannus*, in variar. lectionum libris VI. — *D. W. Triller*, in obseruat. criticar. in varios auctores graecos et latinos libris IV. Francof. ad Moen. 1742. 8.

XXII. Ad *Galeni* loca quaedam explicanda multa scripta sunt a diuersis auctoribus. Praecipuos eorum enumerabo. Alii scripserunt aut ad defendendum, aut ad confutandum Galenum: alii animaduersiones in vel omnes, vel saltim permultos libros Galeni composuerunt. Enarrabo singulos.

Passi.narius Galeni. Galeni Pergameni passionarius a doctis medicis multum desideratus: egritudines a capite ad pedes vsque complectens: in quinque libros particulares diuisus, vna

eum febrium tractatu eorumque fintomatibus. Lege igitur: et ni tibi mens hebes fuerit, eundem Galeni, et non alterius, vt falso quidam credunt, esse perpendes. Editio mea prodiit *Lugduni, in aedibus Antonii Blanchardi, sumtu Barth. Trot.* 1526. 4.* Epitome est librorum Galeni de medendi methodo, aliorum medicorum Graecorum et Arabum scriptis simul vsurpatis. Auctor est *Gariopontus*, quod probauit Th. Reinesius, in var. lectt. Codices ejus libri, qui exstant, citantur ab *Hallero*, in biblioth. med. pract. tom. I. pag. 267.

Matth. Siluaticus in opere pandectarum, quod prodiit Tridini 1499. fol. et saepius, Galeno et Plinio maxime vsus est, ad illustranda permulta Arabum et Arabistarum loca. Hinc hae pandectae ad intelligendum quid Arabes et Arabistae de Galeno senserint, et qua ratione eo sint vsi, perutiles sunt.

Nic. Leoniceni de Plinii et plurium aliorum medicorum in medicina erroribus opus primum ad Angelum Politianum. De iisd. opus nouum ad Franc. Tottum. In fin. *Ferrariae, per Io. Maciochium.* 1509. 4.*

Leon. Leghii flosculi ex Galeni libris. Venet. 1514. fol. — *Symphoriani Camperii symphonia Platonis cum Aristotele, et Galeni cum Hippocrate.* Paris. 1516. 8. — *Eiusdem medicinale bellum inter Aristotelem et Galenum.*

Phil. Beroaldi varia opuscula, nempe de septem sapientum sententiis, symbola Pythagorae moraliter explicata, de optimo statu et felicitate, declamationes aliquot et oratio prouerbialis, item opusc. de terrae motu et pestilentia. Et annotationes in Galenum. Basil. 1517. 4.

Nic. Leoniceni opuscula, scil. de Plinii aliorumque in medicina erroribus libri IV. de tribus doctrinis ordinatis secundum Galeni sententiam lib. I. de virtute formatiua lib. I. de dipsade et pluribus aliis serpentibus lib. I. de Tiro s. vipera lib. I. de morbo Gallico lib. I. Apologia contra suarum translationum obtrectatores, et medici Romani, Nic. Leoniceni discipuli, antisophista. Basil. 1532. fol.

Nouae Academiae Florentinae opuscula aduersus Auicennam et medicos neotericos, qui Galeni disciplina neglecta barbaros colunt. Lugd. 1534. 8.*

Fr. Emerici medicorum auxiliorum dexter vsus, ad veram Hippocratis et Galeni mentem depromptus. Norimb. 1537. 4.

Medicinae herbariae libri duo, quorum primus habet herbas huius seculi, communes cum veteribus, Dioscoride, Galeno — secundus a recentibus inuentas continet herbas. Basil. 1539. 8.*

Methodus s. ratio compendiaria perueniendi ad veram solidamque medicinam, mirifice ad Galeni libros recte intelligendos vtilis, nunc recens in lucem edita Leonh. Fuchsio autore. Basil. 1541. 8.* Paris. 1550. 8.*

Compendium ex Actuarii libris de differentiis vrinarum. it. Galeni vniuersalis doctrina de composit. pharmacor. secundum locos affectos. it. Galeni sylua experimentorum et aliorum aliquot opera Conr. Gesneri. Tigur. 1541. 8.

Syruporum vniuersa ratio ad Galeni censuram diligenter expolita — Michaele Villanouano auctore. Venet. 1545. 8.* Est liber rarissimus, et ob auctoris sui, Mich. Serueti, fatum infelix, memorabilis.

Aloys.

Aloyſ. Triſſini problematum ex Galeni ſententia libri VI. Baſil. 1546. 8.*

Galeni enantiomaton aliquot liber Iulio Alexandrino, medico Tridentino, auctore. Eiusdem Galeni encomion. Venet. apud Iuntas, 1548. 8.*

Hier. Cardani contradicentium medicorum libri II. Lugd. 1548. 4. Pariſ. 1565. 8. ſaep.

Ex Hippocrate et Galeno omnium medicorum κορυφαίοις excerpta quaedam vniuerſis fermе hominibus omnique paene tempore ad ſanitatem tuendam vtilia, praecipue magnatibus, nec non hypocraticae diſciplinae candidaiis ſcitu tum iucunda, tum neceſſaria. Per D. Iohannem Kaczſchium in ſex res non naturales congeſta. Lipſiae, Mich. Blum imprimebat. 1549. 4.*

Veſani cuiusdam calumniarum in Hippocratis Galenique rem anatomicam depulſio per Iac. Syluium. Pariſ. 1551. fol.*

Epitome omnium rerum et ſententiarum, quae annotatu dignae in Galeni commentariis in Hippocratem extant per Andr. Lacunam in elenchum minime poenitendum congeſta. Lugd. 1554. 8.*

Dom. Bucii Carmignolii quaeſita IV. medicinalia iuxta Hippocratis et Galeni mentem examinata. Lugd. 1554. 8.*

De febribus commentarius ex libris aliquot Hippocratis et Galeni parte plurima ſelectus a Iac. Syluio. Venet. 1555. 8.*

Dominici Bellii quaeſita medicinalia IV. iuxta Hippocratis et Galeni ſententiam diſcuſſa. Lugd. 1555. 8.

In Hippocratis et Galeni phyſiologiae partem anatomicam iſagoge a Iac. Syluio conſcripta. Venet. 1556. 8.*

Blaſii Hollerii morborum curandorum breuis inſtitutio iuxta Galeni ſententiam. Baſil. 1556. 8. et ſaepius.

Alphonſ. Bertolii methodus generalis et compendiaria ex Hipp. Galeni et Auicennae placitis depromta ad omnes morb. curand. Venet. 1556. 8.*

Leonharti Fuchſii num morbifica aliqua de Galeni ſententia ſit cauſa continens Diſceptatio ad Fr. Valleriolam. Baſil. 1557. 8.*

Georg. Pictorii medicinae — ex Hippocrate, Galeno, Auicenna, Aegineta, et aliis conſcriptae cum aliis. Baſil. 1560. 8.

Iac. Peletarii de conciliatione locorum Galeni ſectiones duae. Pariſ. 1560. 4.*

Iac. Syluii in Hippocratis et Galeni phyſiologiae partem anatomicam iſagoge. Pariſ. 1561. 8.*

Gabr. Cunei apologiae Fr. Putei pro Galeno in anatome examen. Venet. 1564. 4.*

Iulii Alexandrini Antargantericorum ſuorum defenſio aduerſus Galeni calumniatores. Venet. 1564. 4.*

Thaddaei Duni muliebrium morborum omnis generis remedia ex Dioſcoride, Galeno, Plinio Barbariſque et Arabibus collecta. Argent. 1565. 8.

Ferrarii

Ferrarii de regulis medicinae libri III. ex Hippocrate, Galeno et Auicenna summa cum diligentia collecti. Brixiae, 1566. 8.

Bernard. Baldini problemata ex Galeni commentariis in Hippocratem. Venet. 1567. 8.

Oddi de Oddis de pestis — caussis, signis, praecautione, curatione libri IV. Apologiae pro Galeno tum in logica, tum in philosophia, tum etiam in medicina libri III. De coenae et prandii portione libri II. illustrati opera Marci Oddi, filii. Venet. 1570. 4.*

Melch. Guilandini papyrus, siue commentarius in III. Plinii de papyro capita. Acc. Hier. Mercurialis repugnantia, qua pro Galeno strenue pugnatur. it. Guilandini assertio sententiae, in Galenum a se pronunciatae pag. 224. Venet. 1572. 4.*

Institutionum medicinae, ad Hippocratis, Galeni aliorumque veterum scripta recte intelligenda mire vtilis libri V. Leonharto Fuchsio auctore. Basil. ex offic. Oporin. 1572. 8.* Prodierunt etiam Lugd. 1555. 8.* 1560. 8.* 1566. 8.*

Io. Stratiandri elenchus rerum et vocum in Galeni supposititiis. ann. 1562. primum Basil. cum Galeno editus. — Contradictiones, dubia et paradoxa in libros Hippocratis, Celsi, Galeni, Aetii, Aeginetae, Auicennae. Cum eorundem conciliationibus Nicolao Rorario auctore. Venet. 1566. 8.* Venet. 1572. 8.*

Io. Planerii febrium omnium simplicium diuisio et compositio ex Galeno et Auicenna excerpta et in arbores redacta. Venet. 1574. 4.

Hippocratis aphorism. gr. et lat. Cl. Campensio interprete. cum eiusd. annot. quibus Galeni errata illustrantur. Acc. eiusd. animadu. cum apologia in Galenum. Lugd. 1579. 8.

Rabbi Moysis, medici antiquissimi, aphorismi ex Galeno collecti et locorum quorundam apud Galenum sibi ipsis contradicentium castigatio et notatio. Io. Damasceni aphorismi ad filium. Basil. 1579. 8.* Editio etiam ad manus est Bononiae impressa impensa Benedicti Hectoris, opera Platonis, impressoris Bononiensium 1489. 4.* — *Dan. Moegling Galeni doctrina de didascaliis, seu methodo, qua is totam medicinam pertractauit.* Heidelberg. 1584.

Franc. Valleriolae loci medicinae communes ex Galeno collecti. Lugd. 1604. 8.* Prodiere iam antea etiam saepius. — *Apologia pro Hippocratis et Galeni medicina aduersus Quercetani librum de priscorum philosophorum verae medicinae materia. praeparationis modo atque in curandis morbis praestantia.* Paris. 1603. 12.* *Ad famosam Turqueti apologiam responsio.* Paris. 1603. 12.* *Io. Autarueti apologia pro iudicio scholae Paris. de alchimia.* Paris. 1604. 12.* *Breuis excursus in Battologiam Quercetani.* Paris. 1604. 12.* *Comparatio veteris medicinae cum noua. auctore Io. Riolano.* Paris. 1605. 12.* *Incursionum Quercetani depulsio.* 1605. 12.* *Censura demonstrationum Harueti pro veritate alchimiae.* Paris. 1606. 12.* huc pertinent.

Adami Zaluzanii a Zaluzaniis animaduersionum medicarum in Galenum et Auicennam libri VII. Francof. 1607. 8.* — Io. Bapt. Syluatici historiae 86. Galeni medicinales. Hanou. 1605. fol.*

Controuersiarum medicarum et philosophicarum Francisci Vallesii libri X. Acc. libellus de locis manifeste pugnantibus apud Galenum, eodem Vallesio auctore. Editio tertia. Francof. 1590.

1590. fol. * Editio quarta. Hanou. typis Wechel. 1606. fol. * — *Henr. Lauater defensio medicorum Galenicorum aduersus calumnias Angeli Salae.* Hanou. 1610. 8. — *De morbis nobiliores animae facultates obsidentibus libri III. Curtio Marinello authore. Quibus accedit liber patefaciens Galenum et omnes alios, qui post ipsum medicinam fecerunt, — omnia, aut maiorem partem eorum, quae de his morbis pronunciauerunt, ab antiquioribus desumsisse. Denique opusculum quoddam, continens nonnullas controuersias, inconstantias atque admirationes, in dictis Galeni adinuentas.* Venet. apud Iuntas. 1615. 4. *

Casp. Hofmann de thorace eiusque partibus commentar. in quo discutiuntur praecipue ea, quae inter Aristotelem et Galenum controuersa sunt. Francof. 1617. fol.

Ios. Scaligeri loci cuiusdam Galeni difficillimi explicatio ex museo Ioach. Mersi. Lugd. Batau. 1619. 4. *

Io. Car. Amati fructus medicinales ex Galeni libris. Lugd. 1623. 12. — *Apologia pro Germanis contra Galenum instituta a Casp. Hofmanno in promotione Petr. Heygii.* Ambergae 1625. 4. * Contra locum Galeni, in quo aduersus Germanos inuehitur Galenus. — *Apologia apologiae pro Germanis contra Galenum.* Amberg. 1626. 4. * — *Apologia dictorum Aristotelis de origine et principatu membrorum aduersus Galenum Caesaris Cremonini.* Venet. 1627. 4. *

Compendium abusuum autoritate Galeni et Hippocratis damnatorum cum pro nouitiis medicis, tum pro illis, qui medicina et sanguinis detractione vtuntur. Auctore Io. Fuchsio. Monach. 1629. 8. * — *Casp. Hofmann collatio doctrinae Aristotelis cum doctrina Galeni de anima.* Helmst. 1637. 8. — *Galeni et Botalli placita de via sanguinis a dextro in sinistrum cordis ventriculum.* Venet. 1640. 4. * — *Relatio historica iudicii acti in campis Elysiis coram Rhadamanto contra Galenum, cum approbatione Apollinis in Parnasso communicata per Mercurium Casp. Hofmanno.* Norimb. 1642. 12. * — *Io. Bapt. van Helmont opuscula medica inaudita* 1) *de lithiasi,* 2) *de febribus,* 3) *de humoribus Galeni,* 4) *de peste.* Colon. Agripp. 1644. 8. * — *Casp. Hofmanni opuscula medica quorum prima habentur pro veritate opellae tres; nimirum Adrastea Galeni. Exercitationes iuueniles contra Aemil. Parisanum. Antargenterius. Secunda parte continentur August. Buccii de principatu partium corporis quaestiones. Collatio doctrinae Aristotelis cum doctrina Galeni de anima. Casp. Hofmanni pathologia parua. Eiusd. reiectanea pathologica. Prodiere cum Casp. Hofmann institut. medicar. libr. VI.* Lugd. 1645. 4. *

Casp. Hofmann pathologia parua, qua methodus Galeni practica explicatur, quam olim Fr. Frisimelica promiserat. 1647. 8.

Hier. Franzosii de motu cordis et sanguinis in animalibus pro Aristotele et Galeno aduersus anatomicos neotericos libri II. Veronae, 1651. 4. *

Casp. Hofmanni de partibus similaribus liber singularis, defectum quoque modo suppleturus eiusdem prorsus argumenti libri, quem Galenus scripsisse se ait VIII. sentent. Hippocr. et Platon. S. 1. Nat. hum. praefat. Francof. 1667. 4. *

Casp. Hofmanni apologiae pro Galeno, siue χρηστομαθειῶν libri III. Tomus prior continens isagogica et physiologica. Ex bibliotheca Guidonis Patini. Lugd. 1668. 4. *Liber tertius quo continentur pathologica. Tomus posterior.* Lugd. 1668. 4. *

Fr. Ant. Stebler orat. an et quomodo verum sit: dat Galenus opes. Ingolstad. 1738.

Fr. Ant. Stebler orat. Galenus, per anagramma Angelus, an bonus an malus in medicina habendus sit. Ingolstad. 1739. — *G. F. Sigwart fragmenta dynamices Hippocratico-Galenicae, sparsis monumentis memoriae prodita.* Tubing. 1759. et in Baldingeri syllog. opusc. — *Demetrii Polychronii epist. qua Galenus aduersus Vesalium defenditur.* Lips. 1777.

XXIII. *Editiones* operum Galeni omnium quidam viri docti moliti sunt, quae vero lucem non viderunt. *Thomas Goulston*, medicus e Londinensium medicorum collegio, adgressus fuerat opus *Galeni*, quotquot supersunt, vniuersa, in classes certas digerere, graeca recensere, exemplaribus tam scriptis, quam excusis secum inuicem collatis scripturam mentemque Galeni genuinam elicere, latinis auribus gratiora purioraque exhibere, omnia analysi accurata, notisque criticis adiectis illustrare. Sed mors acerba et immatura intercepit eum, prius quam ad finem perduxerat, quae erat molitus, et in ipso fere laborum suorum limite. Quae ad edendum elaborata erant, tradita sunt *Thomae Gatackero*, qui ea edidit titulo: *Claudii Galeni opuscula varia a viro clarissimo Theodoro Goulstono Graeca recensita, mendisque, quibus scatebant, quam plurimis repurgata, et in linguam latinam clarius puriusque, quam antehac, traducta. Quorum titulos sequens pagina indicabit. Accessere ab eodem variae lectiones et annotationes criticae. Londini* 1640. 4. Sunt vero in hac opusculorum Galeni collectione oratio ad artes et medicinam hortatoria. Quod optimus medicus idem et philosophus. De optimo docendi genere. De sectis. De optima secta. De dignoscendis curandisque animi adfectibus. De dignoscendis curandisque animi erratis. De substantia naturalium facultatum. Quod animi mores sequantur temperamentum corporis. Praemissa est Goulstoni praefatio de Galeni operibus, ex qua si iudicium de labore ferre licet, quem Galeno impendit, eum systemati nimis adhaesisse, et omnia studio nimis seuero dispositurum atque digesturum fuisse in operum Galeni editione, vero simile est. Variae tamen lectiones, operi additae, multum eum insudasse et in colligendis iis, et in lectione Galeni meliore reddenda, demonstrant. Conf. etiam de hac edit. operum Galeni Th. Gatackerum, in aduersar. cap. 12.

Graecam operum Galeni editionem paratam habebat *Ianus Cornarius*, vt scribit ipse in praefat. ad alteram latinam editionem operum Galeni, Frobenianam, quam curauit. Eius emendationes textus Galeni adscriptae sunt editioni operum Galeni Aldinae, quae Ienae in bibliotheca vniuersitatis adseruatur.

Caspar Hofmannus, medicinae professor Altorfinus, vir suo aeuo longe celeberrimus, et eorum omnium, qui Galeno a restauratis litteris operam dederunt, facile princeps, non solum plures libros Galeni, v. g. libros de sanitate tuenda, libros de vsu partium, et de methodo medendi partim interpretatus est, partim vero commentariis, adnotationibus, emendationibus, cet. auxit; verum etiam consilium cepit Galeni operum omnium, et quidem graece et latine edendorum. Eius consilii ipse rationem reddit in commentariis in Galeni de vsu partium corporis humani lib. XVI. vbi in auersa parte eius folii, cui titulus impressus est, haec verba leguntur: *Bonum factum. Viri integerrimi, typographorum eximii, iidemque non propria tantum sed et paterna, auita, abauita industria clari, D. D. Daniel et David Aubrii, fratres, nec non D. Clemens Schleich, et c. postquam iam bis dederunt Hippocratem*

tem graecolatinum, opera et studio D. Anutii Foesii non emendatissimum tantum, sed et maxime perspicuum, cogitationes instituerunt de Galeno quoque. Eam in rem cum diu quaesiuissent Foesium aliquem, occasione horum commentariorum inciderunt in Caspr. Hofmannum, quem orarunt et exorarunt, vti boni publici caussa laborem hunc in se reciperet. Recepit ille quidem, nec hactenus pepercit vlli operae et sumtui, vti Galenus fiat quam ornatissimus: verum, cum cupiat opus esse omnibus, (si pote,) numeris absolutissimum, voluit is publice hoc significatum, rogatumque omnes bonos, et cordatos, per salutem et incolumitatem methodi Galenicae, vt, si quae habeant Galeni scripta, siue nunquam edita, siue edita seorsim, siue cum, siue sine emendationibus, qua graecae, qua latinae orationis, ad se, (vel ad typographos) mittant, certi, de hoc ipsorum facto publice olim constiturum. Si qui etiam sint, in quorum manibus, correctiones nondum editae, Vesalii, Dodonaei, Cornarii, Lalamantii, Gregorii, Budaei, Riccii, Falkenburgii aliorum; immo vero si qui emendationes habeant, ex collatione MSS. in Germanicis, Italicis, Gallicis, Hispanicis, Anglicis Bibliothecis reconditorum; eos pariter rogat et obsecrat, vti secum communicent, certi, vnicuique sua sine liuore tributum iri. Hoc ille spondet fide sua. Actum Altorfii XVIII. *Cal. Aprilis* MDCXXIII.

Diligentissime vero Hofmannus in suo opere versatus est, et reliquit, postquam fato fuerat functus, Galeni opera omnia, suo labore emendata atque digesta, cum versione latina singulorum librorum, aut ab ipso composita, aut, vbi bona versio latina prostaret, ea emendata, et commentariis illustrata, in viginti sex voluminibus in folio manu sua scripta. Haec Galeni opera erant primo Norimbergae, in thesauro librario Io. Georgii Volcameri, qui Galenum ab Hofmanno, de hoc opere suo valde sollicito, iustae pecuniae summa redemit, e quo transierunt hereditatis iure in bibliothecam Christiani Thomasii. Quae quum sub hasta diuenderetur, transiere ea XXVI. immensi et laboris et doctrinae volumina ad Cl. Askew, Anglum, quo fato functo incertum est in cuiusnam manus peruenerint. Petrus Laurembergius ait, se cum Casp. Hofmanno eam editionem praeparasse in laur. Delphic. pag. 34. 40. Conf. ceterum de hoc Hofmanni labore *Cph. Martini Meelfuhreri* accessiones ad Almeloueenii bibliothecam promissam ac latentem p. 139. 140. *Wagenseilii* peram libror. iuuenil. part. IV. 2. pag. 783. *Morhof.* in polyhistor. lib. I. pag. 306. *Io. Iac. Baier* in vit. prof. medicor. Altorfin. pag. 60. 61. — Dolendum sane est Hofmannum in Galeno elaborando idem fere effecisse, quod nostro saeculo Trillerus in Hippocrate, eum nimis indulsisse ingenio suo, congessisse omnia, eoque modo opus quidem summe doctum, at mole sua ipsa laborans composuisse. Si enim indolem commentariorum, quos in libros Galeni de vsu partium et de sanitate tuenda composuit Hofmannus, respicimus, menteque nostra cogitamus commentarios in singulos Galeni libros, qui in his XXVI. voluminibus scriptis cum Galeni textu et versione eius continebantur, eiusdem fuisse indolis ac naturae, tunc sane non adeo inuehendum est in bibliopolarum prudentiam, quod in communi hoc litterarum contemtu non ausi sunt sumtu in tantum opus impenso rem familiarem suam disperdere. Sed e re litteraria vtique fuisset, praecipuas Hofmanni adnotationes a docto aliquo viro excerpi, et relatas ad paginas editionis vel Charterii, vel Basileensis, cum locis Galeni hactenus male intellectis enotari, tum descriptis quoque medicis obseruationibus, quae in illo Hofmanni opere occurrunt singulares et non contemnendae, vno mediocri volumine tot tantorumque laborum fructus cum lectoribus communicari.

Latinam operum Galeni editionem *Io. Lalamantius* molitus eſt, teſte praef. libri: *Operum Cl. Galeni omnium latine propediem edendorum ſpecimen. Ex Io. Lalamantii recognitione et caſtigatione Graeci codicis locis innumerabilibus. Eiusdem Lalamantii de ptiſana ſui temporis libellus. Geneu.* 1579. 8. Volebat ipſas graecas editiones primum corrigere, quo facto verſionem *latinam* librorum graecorum longe correctiorem, et textui longe magis reſpondentem conficere. Specimen etiam edidit interpretationum ſuarum libris Galeni de optima corporis noſtri conſtitutione, de pleniore habitu, de inaequali intemperie, quomodo ſimulantes morbum ſint deprehendendi, et de ptiſana in hoc ſpecimine editis, ex quibus ſi iudicium ferre de toto hoc inſtituto Galeni verſionum corrigendarum licet, verſiones latinae Galeni librorum vtique correctiores fuiſſent editae. Sed ſexageſimum quartum annum iam agebat Lalamantius, quum hoc conſilium cepiſſet, a ſenili languore in hoc propoſito exſequendo impeditus. — Conſilium Galeni operum, prouti latine verſa deprehenduntur in editione Charterii in 8. edendorum nuper communicauit cum erudito orbe *Heckerus*, medicinae profeſſor in ſtudio Erfordenſi. Sed non adriſiſſe videtur doctis viris id propoſitum, neque poteſt adridere, in tanta latinarum editionum operum Galeni, quarum partem haud exiguam curarunt viri doctiſſimi et in emendandis latinis verſionibus diligentiſſimi, copia. Neque Charterius is reputandus eſt, a quo latinae verſiones omnibus numeris abſolutae atque textui ad omnem partem reſpondentes proficiſci potuerint [uu]).

CAPVT XX (olim XXIII) [a])

DE MARCO AVRELIO ANTONINO, MAXIMO TYRIO ET ALCINOO.

I. *M. Aurelii Antonini aetas et praeceptores. Scriptores de eius vita praecipui. Diuerſus a Theoſebio, Suidae memorato.* II. *Eius libri XII. ad ſe ipſum non excerpta e maiore opere.* III. *Codd. mssti et editt.* IV. *Index ſcriptorum et virorum illuſtrium, ab eo memoratorum.* V. *Verſiones vernaculae.* VI. *Editiones promiſſae.* VII. *Alia M. Antonini ſcripta.* VIII. *Maximi Tyrii aetas. Alii quidam Maximi.* IX. *Vtrum ſe ipſe impenſius laudauerit.* X. *Eius* διαλέξεις. XI. *Codd. editt. et verſiones.* XII. *Index ſcriptorum, a Maximo Tyrio laudatorum.* XIII. *De Alcinoo.* XIV. *Eius Iſagoge in Platonis dogmata.* XV. *Codd. editiones et verſiones.*

[Cum ſupplementis *G. C. Harles.*]

I.

Natus eſt *M. Aurelius Antoninus* VI. Cal. Maii A. C. 121. L. Annio Vero ipſius auo, et Aurelio Augurino Coſſ. Deinde adoptatus a T. Antonino Pio V. Cal. Martii A. C. 138. in imperio eidem, (cuius filiam, Anniam Galeriam Fauſtinam [b]), duxit, defunctam poſtea a. 175.) ſucceſſit mortuo Nonis Martii A. C. 161. collegamque adſciuit L. Verum, itidem ab Antonino

uu) Index ſcriptorum, a Galeno memoratorum, alio tempore ſequetur.

a) Propter temporis rationem, et quod Aurelii Antonini mentio iam facta eſt in ſuperioribus, hoc caput ſubiungere antecedenti, melius viſum eſt. *Harl.*

b) Vid. *Eutrop.* VII. 10. ibique interpr. *Harl.*

Antonino Pio adoptatum, defunctumque extremo anno 169. [c]) Inde folus M. Antoninus rebus praefuit, donec et ipfe eft exftinctus Sirmii, fiue, vt Victor vterque auctor eft, Vendobonae Auftriae, filio Commodo fucceffore prauo relicto, XVI. Cal. April. A. C. 178. [d]) *Philofophi* [e]) cognomen vetus hiftoria ignorat, neque infcriptiones vel numi eidem tribuunt; fed elogium id res ipfa iampridem incredibili fcriptorum confenfu vindicauit huic, vt vere de illo Iulius Capitolinus cap. I. (vbi vid. Cafaub. et Salm.) *in omni vita philofophanti viro, et qui fanctitate vitae omnibus principibus anteceffit* [f]). Vitam et res geftas laudatiffimi iftius et deplora-

c) Conf. *Eutrop.* VIII. 5. (al. 9.) *Aurel. Vict.* epit. cap. 16. atque interpretes ad vtrumque locum; item *Reimarum* ad Dionem Caffium tom. II. p. 1168. inprimis pag. 1176 fq. *Harl.*

d) De anno, quo mortuus eft, et quamdiu vixerit, diffentiunt auctores. *Eutropius* VIII. 8. 1. f. fect. XIV. in ex. Verheyk. (cuius not. adi,) tradit, Antonin. philof. obiiffe XVIII. imperii anno, vitae LXI. *Xiphilinus* vero, aut *Dio Caffius* lib. 71. cap. 34. (cui Gruner ad Eutropii locum et Reimar. ad Dionem pag. 1198. adfentiunt,) Antoninum, prodit, LVIII. annos menfes X. ac dies XXII. (aut XX.) vixiffe: natus enim eft d. XXVI. April. a. V. C. 874. denatus autem a. V. C. 933. d. XVII. Martii. Hic vero annus congruit cum a. Chr. 180. quem etiam accipiunt *Reimarus* in chronol. l. c. pag. 1176. et *Saxius* in Onom. I. pag. 313. Quando autem Reimar. a. V. C. 933. confules L. Fulvium Bruttium Praefentem II. et Sex. Quinctilium Condianum, (al. Gordianum,) ponit, *Almeloueen* (pag. 91.) et *Relandus* (pag. 53.) in Faftis conful. illos duo Coff. referunt ad a. V. C. 932. a. Chr. 180. Prior tamen in parte altera p. 211. cum Norifio reponit a. V. C. 933. a. Chr. 180. — Apud *Vendobonam morbo confumtum effe* Aurel. Antoninum, fcribit *Aurel. Victor.* in Epitome, cap. XVI. §. 12. fed cap. XVI. de Caefar. fin. prodit, eum *Vendobonae interiiffe.* Hic vero primum fit mentio illius vrbis: vid. *Franz Freyherrn von Prandau* Kritifche Gefchichte Wiens etc. part. I. Vindobon. 1789. 8. Male autem narrat *Paull. Diacon.* in hift. mifc. eum obiiffe *in Campania apud oppidum Vendobonam.* Contra *Dio Caff.* lib. LXXI. 33 fin. (vbi conf. Reimar. pag. 1197. §. 139.) fe, pro certo accepiffe, adfirmat, Antoninum deceffiffe non morbo, quo tum quoque laborabat; fed peremtum a medicis, qui Commodo gratificabantur: et *Cedrenus* p. 251. B. diferte fcribit, eum veneno necatum effe a filio. *Harl.*

e) Auidio Caffio per contemtum *philofopha anicula. Vulcatius* in Caffii vita cap. 2.

f) Plura elogia vid. apud *Ionfium* de fcriptor. hift. philof. III. 10. pag. 261. [pag. 54 fq. ed. Dornii, et apud *Thom. Pope Blount* in Cenfura celebr. author. pag. 169 fq. edit. Geneu.] Romanorum Salomonem vocat eum *Witfius* in Mifcell. facris, tom. II. exercit. VI. §. 7. pag. 169. An alii etiam imperatores philofophi fuerint, vel fint dicti, quaeritur. Ita eft. Domitianus enim imperator dicitur philofophus in Io. Malalae Chronico pag. 340. 346. Leo Sapiens, imperator orientis: Iulianus imperator, de cuius philofophia vid. Fabric. B. Gr. V. 8. p. 78. not. p. *Heum.* — *Adam Henr. Lackmann*, hiftor. Prof. quondam in vniuerfitate Kilonienfi, in disp. de Cognomine philofophi Antoniniano, Kilonii 1750. 4. cum multus fuit de Antonino, tum inprimis ftuduit euincere, Marco Aurelio primum delatum effe titulum *philofophi*, et contra Salmafium, Cafaubonum ad Capitolini locum, Olearium, (in epiftola ad Ge. Wolfg. Wedelium de nummo contorniato M. Aurelii Antonini, p. 21.) Fabricium noftrum aliosque multis faepe ambagibus demonftrare, quotquot Marcum adpellaffent *philofophum*, eos non ἐπιθέτως, fed ἐπωνύμως effe loquutos. Nomine quidem philofophi eum, fi quis alius, dignum effe, nemo inficiabitur; fed num viuus in publicis monumentis et auctoritate publica id acceperit cognomen, in magna eft controuerfia. Nam quod Iuftinus Martyr, Athenagoras (ad cuius legationem vid. *Rechenbergii* not. 2. pag. 2. et in *Dechair* edit. in calce *Suffrid. Petrum* pag. 3 fq. et pag. 102. excerpta ex Baronii annalibus,) et Melito eum adpellarunt *philofophum*, de eo et de infcriptione in *Capitolini* narratione de M. Aur. Antonino, (in quibus tamen argumentis Lackmannus multum collocat ponderis,) iam prudenter iudicauit Cafaubonus. Nec barba, qua in nummis infignitus confpicitur, teftimonium videri et exiftimari poteft publicum, eum, viuum, philofophum

deploratissimis temporibus veluti in solatium diuinitus dati imperatoris, ex numis egregie illustrauit et libro singulari, (nescio an edito,) persequutus est *Theodoricus Bignonius*, in summo regis Galliae consilio tum praeses, teste Nicasio diss. de Numo Pantheo pag. 47. et in diss. gallice edita de Sirenibus pag. 12. Nolo et ipse in praesenti plura de M. Antonino commemorare; sed lectorem remitto ad ea, quae viri docti ad Capitolinum, quae item Xiphilinus e Dione, Aristides oratione IX. tomi I. Herodianus, Victores, Eutropius, Ioannes Antiochenus, Zonaras, Suidas et alii, atque e recentioribus praeter editores librorum M. Antonini, Thomam Gatackerum et Andream Dacerium, [atque *Georg. Stanhope*, qui vitam Antonini, a Dacerio gallice scriptam, latine vertit, emendauit et auxit in edit. Londin. 1707. 4.] doctissimi viri *Tristanus* in commentariis historicis ad Numos imperator. tom. I. pag. 617 sq. *Tillemontius* tomo secundo historiae imperatorum, gallice editae, et *Guilelmus Wotton* in historia romana ab excessu Antonini Pii ad mortem Seueri Alexandri, anglice vulgata [g]) commentati sunt. [Item *Ambros. Scheumader* in disp. sub moderamine *Io. Dau. Koeleri*, Altdorfii 1717. 4. habita, de philosophia M. Aurelii Antonini Aug. in theoria et praxi: *Brucker.* in historia critica philosophiae, vol. II. pag. 578—598. et in adpendice siue vol. VI. pag. 391—395. *Christoph. Wollius*, qui editioni suae praemisit vitam Antonini et *Io. Franc. Buddei* introduct. ad philosophiam stoicam ex mente M. Antonini. Vies des Empereurs Tite-Antonin et Marc-Aurele, par M. *Gautier de Sibert*, Paris. 1769. 8. — *I. G. de Chaufepié* nouv. dict. hist. et crit. h. v. vol. I. pag. 376—384. *Tiedemann* Geist der spekulativen Philosophie, tom. III. pag. 197 sqq. idem in System der stoischen Philosophie, hinc inde in tom. II et III. Lipsiae 1776. 8. De eius doctrina morum vide quoque *Stollium* in der Historie der heidnischen Moral pag. 561 sqq. aliosque, qui historiam philosophiae concinnarunt. Philosophiam tamen actionis (s. practicam,) philosophiae cognitionis (h. e. theoreticae) praetulit, qua de re vid. *Buddeum* de erroribus Stoicorum in analectis histor. philosophicae, (Halae Saxon. 1706. 8.) pag. 98 sqq. vbi etiam pag. 111 sq. monet, Antoninum aliquando fuisse inepte superstitiosum. De eius iurisprudentia meritisque in illam vid. *Quirini Godofredi Schachtri*, Icti Lipsiensis, singularia M. Aurelii Antonini philosophi Iurisprudentiae capita, Lipsiae

phum esse cognominatum: reliqua, quae aeque leuia sunt, vt omittam. Eum vero a posteris illo nomine iure optimo fuisse ornatum, haud negabo. *Brucker.* in hist. crit. phil. II. pag. 598. opinatur, ei nomen quidem philosophi, sed per conuitium et contemtum fuisse primum tributum, quum Lucius quoque, sophista, (teste *Philostrato*, vit. Sophist. libr. II. cap. 1. §. 9. pag. 551.) vehementer risisset imperatorem, ad Sexti domum philosophiae caussa properantem, quod se pueris, ad ludum litterarium euntibus, adsimilaret; hinc historicos eo nomine imperatoris memoriam violare nefas duxisse. Iniurius tamen in manes sapientis M. Aurelii est *Harduinus*, qui in Opp. selectis, (Amstel. 1709. fol.) pag. 196. col. 3. et pag. 777. contendit, M. Antoninum philosophum esse falso dictum. Sed alios quoque praeter M. Aurelium cognomento Philosophi fuisse honoratos, docet *Io. Tob. Hagelgans*, in commentatt. de cognominibus eruditorum, (Regiomonti Francon. 1720. 4.) sect. V. pag. 24 sqq. — In nummis quoque et statuis conseruata est eius memoria. *Montfaucon* in Diario italico memorat pag. 71. Venetiis in Museo Tarvisiano sigillum, *plumbo* impressum, M. Aurelii ex vna, L. Veri ex altera parte vultum impressum: p. 356. in Museo Florentino M. Aurelium et Faustinam in gemma pulcerrima: pag. 221. Romae in villa Ludouisiana iconem M. Aurelii, aeneo capite, porphyreticis humeris, et ad portam anaglyphum muro adfixum, in quo Aurelius, philosophus, cum aliis figuris et quod aeri incisum dedit Montfauc. p. 30. 137 et 169. statuas M. Aurelii. *Harl.*

g) Londini 1701. 8.

Lipſiae 1732 et 1734. 4. et *Io. Ortwini Weſtenbergii* D. Marcum. Lugd. Bat. 1736. 4. [et Opp. iurid. Weſtenbergii tom. III. Hanou. et Brem. 1758. 4.] — adde *Edw. Gibbons* Geſchichte des Verfalls und Untergangs des röm. Reichs, ex verſ. germ. *Wenckii*, tom. I. Lipſ. 1779. p. 163 ſqq. et 175 ſq. *Antonius de Guevara*, Mendonenſis epiſcopus et Carolo V. imperatori a conſiliis, hiſpanice ſcripſit Horologium principum, ſ. de vita M. Aurelii imperatoris et Fauſtinae coniugis, qui liber ſaepe quidem editus eſt in variasque linguas translatus; ſed in eo omnia ſunt conficta, non ex hiſtoriis petita, merae nugae; iudicibus *Voſſio* de hiſtoric. graecis p. 226. et *Schotto* in bibl. Hiſpan. p. 251 et 567. vid. *Bayle* Diction. voc. *Guevarra*, not. *C. F.* et *H.* p. 632. tom. II. vbi variae libri illius, principibus lectu haud inutilis, editiones ac verſiones enumerantur; *Miraeum* de ſcriptoribus ſaec. XVI. cap. 62. et infra §. V. [Non diſſimilis eſt liber *Feſsleri: Marc. Aurel.* Bresl. 1791. III. 8.] Alios libros huc pertinentes iam memoraui in Introduct. in hiſt. L. Gr. tom. II. part. I. §. 49. (vbi de Antonino eiusque libro pluribus diſſerui,) p. 142 ſq. *Harl.*] [Inprimis vid. *Cph. Meiners* comm. de Marci Aur. Ant. ingenio moribus et ſcriptis, commentatt. ſoc. Gött. vol. VI. cl. phil. p. 107 ſq. add. *Meuſel.* bibl. hiſt. vol. IV. part. II. p. 44 ſq.] Praeceptores tamen eius referre ab inſtituto meo non alienum duxi; ipſe enim laudat Diognetum, Bacchium, Tandaſidem [h]), Marcianum, et philoſophos ſtoicos, Ruſticum, Apollonium, Maximum, Sextum, Catulum: tum *Seuerum* [i]) (peripateticum), grammaticumque Alexandrum, Frontonem (rhetorem) et Alexandrum, platonicum. *Vſus eſt* [⁋] *Magiſtris*, inquit Capitolinus, *ad prima elementa Euphorione litteratore et Gemino Comoedo, Muſico Androne eodemque Geometra, quibus omnibus vt diſciplinarum auctoribus plurimum detulit. Vſus praeterea grammaticis, Graeco, Alexandro: quotidianis latinis Troſio* (al. Croſio) *Apro, et Pollione et Eutychio Proculo Siccenſi. Oratoribus vſus eſt graecis Annio Marco, Caninio Celere, et Herode Attico: latino, Frontone Cornelio. — Vſus eſt etiam Commodo Magiſtro* [k]), *cuius ei affinitas fuerat deſtinata: vſus eſt et Apollonio Chalcedonio, ſtoico philoſopho. Tantum autem ſtudium in eo philoſophiae fuit, vt adſcitus iam in imperatoriam dignitatem, tamen ad domum Apollonii diſcendi cauſa veniret. Audiuit et Sextum Chaeronenſem, Plutarchi nepotem, Iunium Ruſticum, Claudium Maximum et Cinnam Catulum ſtoicos. Peripateticae vero ſtudioſos audiuit Claudium Seuerum et praecipue Iunium Ruſticum. — Studuit et iuri, audiens L. Voluſium Metianum. — Frequentauit et declamatorum ſcholas publicas, amauitque ex condiſcipulis praecipuos ſenatorii ordinis Seium Fuſcianum et Aufidium Victorinum, ex equeſtri Baebium Longum et Calenum, in quos maxime liberalis fuit.* [De Antonini praeceptoribus vid. praeter *Brucker.* etiam *Koeleri* disp. mem. §. 23. et *Reimar.* ad Xiphil. in edit. Dion. Caſſii, tom. II. pag. 1199. *Harl.*] Ceterum minime adſentior viro inſigni, Merico Caſaubono, qui apud Suidam [l]) in Ἐπίκτητος de Marco Antonino intelligenda eſſe putabat, quae ibi referuntur de *Theoſebio, philoſopho.* Nam ex *Damaſcio* in vita Iſidori apud Photium pag. 551 ſq. conſtat, reuera fuiſſe quemdam philoſophum Iſidori illius aetate,

h) Sed nomen *Tandaſidis* libr. I. §. 6. ſuſpectum eſt Caſaubono et Gatakero, cuius not. ad l. c. vide, et adde *Brucker.* l. m. vol. II. p. 580. (vbi Antonini praeceptores copioſe perſequitur,) not. b. *Harl.*

i) Huius etiam nomen dubium videtur Scaligero et Salmaſio. vid. *Brucker.* l. c. p. 582. not. *l. Harl.*

k) Vir doctus apud Triſtanum tom. I. pag. 622. legit: *quo vſus eſt etiam Commodus magiſtro*, non abſurde.

l) Conſule Küſteri notam ad loc. tom. I. p. 817. *Harl.*

aetate, hoc eſt trecentis amplius poſt M. Antoninum annis, Theoſebium nomine, platonicae quidem diſciplinae addictum; ceterum aetatis ſuae Epicteteum, qui et νȣθετήσεις ſcripto complexus fuit, et praeterea libellum compoſuerat περὶ τῶν ἐν πολιτείᾳ τῇ μεγάλῃ κεκομψευμένων, ſiue *de egregie dictis in politia Platonis.*

II. Bene eſt, quod in tot bonorum librorum naufragio ſeruati ad nos peruenerunt duodecim eius, aurei certe et toti ediſcendi libelli m) τῶν εἰς ἑαυτὸν (ſcil. ὑποθηκῶν, *praeceptorum)* βιβλία ιβ'. *quibus ſe ipſe monuit* n) et ſecum illa agitando, ad adſiduam virtutis ſectationem animum ſuum accendit. *De officio ſuo* inſcriptionem illam reddit *Caſpar Barthius* Aduerſ. I. 11. ſequutus *Guil. Canterum* VII. 1. nouarum lectionum. Τȣ͂ ἰδίȣ βίȣ διαγωγὴν, h. e. *vitae ſuae inſtitutionem*, vocat Suidas in Μάρκος. [P] Titulum vero τῶν εἰς ἑαυτὸν o) mutuum ſumſiſſe videtur Antoninus a Solone, cuius εἰς ἑαυτὸν ὑποθήκας memorat *Laertius* II. 61. — *De ſe ipſo et ad ſe ipſum*, vertit Mericus Caſaubonus, qui etiam *ſoliloquia* adpellat pag. 73. libri de quatuor linguis. Gatackerus *de rebus ſuis, ſiue de eis quae ad ſe pertinere cenſebat.* Menagius: *delle conſiderationi di ſe ſteſſo*, in praelectionibus, italice editis ad carmen lyricum ſeptimum Petrarchae pag. 22. Melius certe illi, quam qui *de vita ſua* inſcribunt, ambiguo nimis, et prout verba ſonare videntur falſo ſenſu, vnde factum, vt hiſtoricis ſcriptis per quosdam male accenſeretur. Quamquam vero *Caſpar Barthius* libro LX. Aduerſariorum pag. 2931. *non ſine Chriſtianismi aliqua cognitione* haec παραγγέλματα, (vt vocat *Themiſtius* orat. VI. pag. 81.) M. Antoninum ſcripſiſſe iudicat p); tamen ſatis etiam ex his libris patet, a Chriſti doctrina fuiſſe alienum, quin imo Chriſtianis conſtantiam in fide ſua velut meram pertinaciam nullo ex iudicio profectam vitio vertit XI. 3. perinde vt a Plinio tamquam inflexibilis obſtinatio reprehenditur X. epiſt. 97. Itaque permiſit etiam perſequutionem

m) Dacerius M. Antonini inſtitutum in his libris confert illi Horatiano I. Sat. IV. 133. — — *neque enim cum lectulus aut me porticus excepit, deſum mihi. Rectius hoc eſt: hoc faciens viuam melius: ſic dulcis amicis occurram. Hoc quidam non belle. Numquid ego illi imprudens olim faciam ſimile? Haec ego mecum compreſſis agito labris.*

n) Sic etiam explicat hunc titulum *Huetius* quaeſt. Alnet. lib. II. in praef. §. 1. pag. 92. vid. idem *Huetius* in vita ſua pag. 176 ſq. et demonſtr. euangel. prop. 3. §. 19. pag. 66. et §. 20. pag. 68. *Menagius* in hiſt. mulier. philoſ. §. 73. *Heum.* — add. *Koeleri* diſſ. laudat. §. V. pag. 8 ſq. vbi is quoque variis, iisque firmis probat argumentis, Marcum horum, qui ſub nomine eius circumferuntur, librorum verum eſſe auctorem. *Harl.*

o) Diuerſum adeo videtur quod memorat *Nicephorus* III. 31. hiſt. eccleſ. βιβλίον παιδείας dicatum filio, Marco Commodo, πάσης κοσμικῆς ἐμπειρίας καὶ παιδείας μεστόν. Etiam *dialogorum*, quos puer, ſuaſore Diogneto, ſcripſit, meminit Antoninus ipſe libro I. ſect. 6. Inde *Dialogiſta* dicitur apud *Vulcatium Gallicanum* in vita Auidii Caſſii cap. 3. vbi narrat, Antoninum *tantum enituiſſe in philoſophia, vt iturus ad bellum Marcomannicum timentibus cunctis, ne quid fatale proueniret, rogatus ſit non adulatione ſed ſerio, vt praecepta philoſophiae ederet* (Aurel. Victor: *ſectarum ardua et occulta explanaret,*) *nec ille timuit, ſed per ordinem paraeneſeon, hoc eſt praeceptionum, per triduum diſputauit.*

p) *Brucker.* in hiſt. crit. l. c. pag. 588. vberius vero in epiſtola de Stoicis ſubdolis Chriſtianorum imitatoribus, (in Tempe Heluetic. tom. III.) §. 3 ſqq. pag. 268 ſqq. docere ſuſtinuit, Antoninum plura, quae cum placitis porticus exiſtimaſſet conſpirare, ex ſcriptis chriſtianorum in ſuam rem tranſtuliſſe. Adde eumdem in Otio Vindelico, (Auguſtae Vindel. 1729. 8.) meletem. I et II. Longe tamen abeſt a falſa eorum opinione, qui putent, Antoninum, Epictetum et Senecam clanculum acceſſiſſe ad chriſtianam doctrinam, ſaltem ei ex parte fuiſſe addictos. *Harl.*

nem in Christianos non sane tam leuem, vt contendit doctissimus *Dodwellus* [q]), sed in qua Lugdunenses et alii *innumerabiles prope*, vt scriptum Eusebio [r]), *Martyres per vniuersum orbem enituerunt.* In eo etiam falli mihi doctissimus *Barthius* videtur, quod lib. I. cap. 11. lib. LI. Aduersar. cap. 16. et LXII. 5. XLIX. 3. atque alibi putat, non integros Antonini libros, sed tantum florida atque eclogas ex illis ad nos, excerptasque sententias insigniores peruenisse. Quamquam enim haec opinio placuit etiam *Xylandro* [s]), et *Ioh. Ionsio* lib. III. cap. 10. pag. 262. de historiae philosophicae scriptoribus, atque adeo non valde improbatur *Vossio* II. 14. de historicis graecis [t]); tamen nullo argumento confirmari potest, et leuissima [?] suspicione nititur, quam non satis intellectus vel expensus libellorum horum apud Suidam titulus iniecit. Quod vero Gesnerus testatur, in codice MSto, qui Romae est, inscribi ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν, et *Lilius Gyraldus* in poetarum historia, dialogo V. pag. 277. eodem titulo librum Antonini graece scriptum legisse se refert, *ex quo*, inquit, *variam et multiplicem illius sapientiam facile colligere possumus:* verisimiliter prorsus Mericus Casaubonus coniicit, non libros duodecim Gyraldum vidisse, sed excerpta duntaxat [u]), vix vnius ex illis libris magnitudinem aequantia, qualia ex MS. Augustano Dauid Hoeschelius descripsit et distincta capitibus 43. inscriptaque *Epicteti Enchiridion secundum*, Theosebii nomine, (antequam de Antonino auctore constaret,) edere voluit. *Iohannis* vero *Henrici Boecleri* acerbiori censurae, qui hos libros tamquam scopas dissolutas contemnit et Antonino indignos [v]) iudicat

q) *Dodwell.* diss. XI. Cyprianic. §. 53 sq.

r) *Eusebius* in limine libri V. hist. eccles. Confer *Theorici Ruinarti* praefat. ad Acta Martyrum selecta: *D. Christiani Kortholti* librum de persecutionibus ecclesiae cap. V. et *Samuelis Basnagii*, *Antonii Pagi* et *Caesaris Baronii* annales ad postremos annos M. Aurelii, ac *Tillemont.* Hist. des Empereurs tom. 2. pag. 737 sq. *Fabric.* — De tempore huius persequutionis vid. *Moshemii* Obss. hist. crit. lib. I. cap. 3. §. 10. pag. 172. syntagm. diss. ad histor. eccles. pag. 315. atque histor. Christ. ante Constantin. M. saec. II. §. 14. pag. 240 sqq. *Brucker.* l. c. p. 590 sqq. et in vol. VI. p. 319 sqq. *Dacier.* qui in Antonino nihil vituperandum, omnia laudanda inuenit, eum quoque ab hac infamia liberaturus, omnem fere culpam in plebem tumultuantem et praesides ac rectores prouinciarum coniecit: sed *Stanhope* in versione lat. (pag. XV.) castigauit eius patrocinium. Atqui Antoninus, quamquam moribus erat sanctissimis et summa lenitate, nec ira aut humani sanguinis veluti siti incitatus vexauit Christianos: tamen partim Stoicorum, quos sectatus est, placitis, a Christianorum disciplina valde diuersis, motus, partim quod noua, quae habebatur, religio Christianorum per leges romanae ciuitatis vetita fuit, vel fuit, vel ipse iussit vi atque suppliciis ciues ad patrium reducere deorum cultum, nouamque Christianorum religionem coercere et exstirpare. Fieri tamen potuit, vt caedes atque saeuities, non tam Aurelii, quam potius Veri atque praesidum prouinciarum atrocitate factae, a scriptoribus ecclesiasticis verbis exaggerarentur et infesto describerentur penicillo. De edicto Antonini, (num Pii, an philosophi,) infra quaedam adnotabuntur. *Harl.*

s) Qui in dedicatione existimat, hos Anton. libellos esse mutilos, misereque et maiore sui parte decurtatos, plerisque locis interruptos interpolatosque. *Harl.*

t) Quae de Ioly sententia postea adferuntur. *Harl.*

u) Atque in pluribus codd. quia supersunt tantum excerpta; facile potuerunt V. D. adduci ad istam de opere haud integro opinionem. *Harl.*

v) Verba Boecleri haec sunt, quae viro praestantissimo nollem excidisse: *Iudicium de M. Antonini opere duplex est, vulgi et eruditorum, et inter eruditos ipsos paucorum. Vulgo nimis magnifice de hoc opere sentiunt, praesertim propter philosophiam Stoicam. Eruditi autem non tam magnifice de eo iudicant, sunt enim reuera scopae dissolutae, calx sine arena, nihilque contexti inest, et videntur mera excerpta et fortasse sub eius nomine edita, ego certe numquam crediderim esse ipsius Antonini. Reperiuntur quidem aliqua etiam praeclara, sed sine contextu* *omnia*

iudicat (in hiſtoria vniuerſali poſt fata auctoris edita pag. 78.) pauci, vt mihi perſuadeo, qui illos legerint, adſentientur. *Abrahamum* porro *Scultetum* memoriae vel calami errore lapſum eſſe patet, quando parte I. Medullae Patrum pag. 57. ſcripſit, Athenagoram libros duodecim τῶν εἰς ἑαυτὸν compoſuiſſe, quae in bibliotheca Gesneri deliteſcant, id quod mirum videbatur Iohanni Hornbeeckio in Miſcellaneis; ſed neutiquam mirum eſt, ſi pro Athenagora Antonini nomen reponatur, qui horum librorum quaedam ſcripſit ἐν κουάδοις πρὸς [τῷ] τῷ Γρανούᾳ, in expeditione aduerſus Quados prope Granuam amnem; vt ſubſcriptio habet libri primi calci adiecta: alia ἐν Καρνούντῳ Carnunti, (Pannoniae ſuperioris oppido, ad quod in bello Marcomannico per triennium haeſit,) vt ad extremum libri ſecundi legitur. Ceteri nihil eiusmodi adnotatum de loco, in quo ſcripti ſunt, habent. Spirantis adhuc et grauidae vxoris mentio I. 17. IX. 3. [mortui Antonini, IV. 33. et exceſſus Veri, VIII. 25. Quae omnia latius expoſuit *Koeler* pag. 11 ſq. et, quod expeditio prima in Marcomannos et Quados coepit a. 170, ac finita hac expeditione a. C. 176. Marcus abiit in orientem, concludit Koel. Marcum opus ſuum inter belli maximi tumultus intra annos 170 et 176. conſcripſiſſe. Atque *Moshem.* in Obſſ. lib. I. pag. 141 ſqq. contendit, M. Antoninum hos libros non ſcripſiſſe vno tempore, nec vna ſerie. *Harl.*]

III. *Codd. MSSti et editiones librorum XII. M. Antonini.*

Codices, quos admodum paucos eſſe animaduerti, primum indicabo. Ex cod. bibl. quondam *Heidelbergenſis* (qui vero periit, cuius tamen exemplar Hoeſchelius ſibi fecerat, et ex quo Mericus Caſaubonus varias edidit lectiones,) Xylander primus publicauit textum graecum. — In bibl. *Medic. Florent.* teſte *Bandin.* catal. codd. gr. II. col. 256 ſqq. cod. VII. plut. LV. habet ex libris V. VI. VII. VIII. IX — XII. capita quinquaginta integra et duo mutila, quaedam praeterea, quae Bandin. non reperit in edit. Cantabrig. 1652. 4. — cod. XVII. plut. LIX. et cod. XIII. plut. LXXIV. habent capp. XXXIX. — cod. denique XLIV. plut. LIX. habet 46. capp. In tribus primis codd. eſt inſcriptio Μάρκου Ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' ἑαυτόν.

In bibl. *Vaticana* exſtant integri operis codex, et quinque alii, qui vero particulas tantum continent. Illorum varias lectiones habuit Ioly, ſed iis in ſua editione nec plene nec rite vſus eſt.

In

omnia dicuntur. In ſinu ridentur illi, qui tam magnifice hoc ſcriptum extollunt, cum ne in mediocri ſcriptore iſtiusmodi negligentia toleretur. Quaſi vero eam ob cauſam aſpernandae ſint Paſchalii v. g. cogitationes, vel characteres Bruyerii, vel Rupefucaldi meditationes, vel ex antiquis Epicteti enchiridion, quod ſcripta ſint per aphoriſmos. Senecae quoque libros propter crebritatem meditationum arenam ſine calce adpellabat Caligula apud *Sueton.* cap. 53. [adde *Koeleri* disp. §. VI. pag. 12 ſqq. Boeclerum tamen defendit aut excuſat *Krauſius* in animaduerſſ. ad eius Bibliogr. critic. pag. 889. 890] Aliud in φιλοσοφωτάτῳ imperatore criminatur Caſpar Sagittarius ὁ μακαρίτης introductione in hiſt. eccleſiaſticam pag. 607. *quod multa arroganter iactet ſe feciſſe, quae nemo vmquam poteſt praeſtare ex philoſophia ſtoica.* Simili Barthii cenſurae ſuffragatur auctor dialogi de moribus philoſophorum, (Buddeus) Ienae 1695. 12. editi pag. 122 ſq. Verum, ſi commune Stoicis περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν δόγμα excipias, nihil forte iactantius in his libris reperies, quibus monet potius ſe Antoninus, quid facere debeat, quam feciſſe ſe gloriatur.

In bibl. *Vindobonenſi* (et in bibl. regia *Neápolit.*) exſtat M. Antonini epiſtola (ficta probabiliter ſpuriaque) ad Euxinianum Pomplionem, qua illi iniungit, vt Abercium, Hierapoleos epiſcopum, filiae ſuae Lucillae a cacodaemone liberandae cauſſa, ad ſe mittat. Exſtat eadem epiſtola in vita S. Abercii a Symeone, metaphraſte, graece conſcripta, quam, in latinum ſermonem verſam *Laurentius Surius*, Carthuſianus, inſeruit tomo quinto de probatis ſanctorum hiſtoriis, d. 22. Octobr. quo tam a Graecis, quam Romanis memoria eius colitur. vid. *Baronii* annal. eccleſiaſt. tom. II. a. Chr. 163. *Lambecii* comment. de bibl. caeſar. Vindob. vol. VIII. pag. 134. et *Neſſelii* catal. part. V. cod. CVII. nr. 2. pag. 156.

In biblioth. *Leidenſi* inter codd. Voſſian. catal. pag. 402. nr. 17. *παραβολαὶ κατὰ Μάρκου.*

In bibl. *Thom. Gale* (catal. codd. Angliae et Hibern. tom. II. pag. 192.) M. Antonini libri ad MSS. emendati, gr. — In bibl. *Pariſ.* eſt cod. mutilus, quem memorat *Ioly* in ſua editione.

Editiones.

Princeps editio eſt: *M. Antonini* imp. rom. et phil. *de ſe ipſo ſeu vita ſua libri XII.* graece et lat. nunc primum [w]) editi, *Guil. Xylandro* Auguſtano interprete; qui etiam annotatt. adiecit. *Marini Neapol.* de Procli vita et foelicitate liber: graece latineque nunc primum publicatus, innominato quodam interprete, adiectis ibidem ſcholiis, e bibl. illuſtriſſ. principis Othonis Henrici. Tiguri, apud Andr. Geſnerum. 8. In meo exemplo textus neque graecus, qui ſeparatim excuſus ſuam habet inſcriptionem, neque latinus, in cuius calce haerent breues Xylandri adnotatt, habent in fronte notam anni: dedicatio autem ſcripta eſt *Heidelbergae*, Cal. Oct. a. 1558. [x]) In illa autem dedicatione Xylander, ſe, profitetur, inſtinctu Conr. Geſneri de graeco latinum feciſſe Antonini opuſculum.

Illos tamen libros, quoniam non admodum correcte editi erant, idem Xylander paullo emendatiores recudi fecit gr. et lat. vna cum Phlegontis Tralliani, Apolloniique Dyſcoli et Antigoni Caryſtii mirabilibus narrationibus eiusdemque Phlegontis de longaeuis atque Olympiis, Baſil. 1568. 8. Haec editio eſt aeque rara. — *Xylandri* verſio latina recuſa eſt Lugduni apud Io. Tornaeſium, 1559. 12. (ſine a. nota, in catal. bibl. Vffenbach. I. pag. 657.) Num illa verſionis latinae editio eadem ſit, quam Xylander in praefat. ad edit. 1568. ſe inuito, vitioſe typis eſſe deſcriptam conqueſtus eſt, an alia eiusdem ſit, quam nouem annos ante primam graeco-latinam lucem vidiſſe, cenſor in bibl. philol. Gotting. III. 5. pag. 457. prodit, qui vero ipſe eam non vidit, equidem ignoro. — *Prior* Xylandri edit. cum Marino de Procli vita, graec. et latine repetita eſt Lugd. 1626. 12. Editor errores primae illius editionis non deterſit; ſed auxit, additis notis quibusdam, *ſi*, vt Mericus Caſaubonus ait, *notae dicendae ſunt hominis audaciſſimi mera deliria, nec admittendae emendationes.* In bibl. *Hulſiana*, tom. II. pag. 201. occurrit edit. gr. lat. 1636. 8. Lugduni. (forſan a. 1626.)

w) E cod. Heidelbergenſi, a Michaele Toxita, poeta, deſcripto, vt Conr. Geſnerus in epiſtola dedicatoria graece ſcripta et textui gr. praemiſſa, pag. 10. adfirmat.

x) Cenſor in biblioth. philol. Gottingenſi III. part. V. p. 450. memorat edit. *Taurinenſem*, (forſan *Tigurenſem*,) a. 1559. eamque ſuſpicatur eamdem eſſe, (excepto titulo) cum ed. a. 1558. Atque Tigurenſis editio a. 1559. II. voll. 8. eſt in catal. Creuennae, tom. II. pag. 82. in 8.

a. 1626.) — *Hendreichius* in Pandect. Brandenb. memorat edit. Argentor. gr. et lat. a. 1590. 8. cuius mentionem alias non inueni, nisi in *Harwoodii* profpectu, tam germanice quam italice verfo: at fidem ego non habeo.

Antonini Aulicus, lat. (ex edit. *Io. Cafelii,*) Helmftad. 1604. 4. memoratur in catal. Menken. part. I. pag. 90. — Ad Commodum F. heredem imperii. Lipfiae. 1613. 4. (*Barber.* catal. I. pag. 56.).

Mericus Cafaubonus, vt verbis vtar Fabricii, codice *Ifaaci Cafauboni*, parentis fui, manu paffim notato, vfus, *ex cuius vnius*, inquit pag. 26. *elaboratiffimis lucubrationibus plus auxilii ad hoc penfum pertexendum, quam ex omnibus aliorum quorumcunque muficis operibus, (abfit inuidia verbo,) mihi comparaui,* poftquam anglice Antonini libros vertiffet edidiffetque, quos adfidua repetitaque lectione familiares fibi reddiderat, etiam graeco-latinam illorum editionem meliorem curauit, graecis ad Bafileenfem expreffis, et libris fingulis in certas fectiones diuifis, interpolataque et emendata paffim Xylandri verfione, et notis denique eruditis et emendationibus ad calcem libelli adiectis, [[?]] quibus Xylandrinae etiam fubnectuntur. Prodiit haec editio, Iohanni Seldeno infcripta, typis M. Flefher, fumt. R. Mymne, Londini a. 1643. 8. *Cum a facris libris difceffi*, inquit Mericus Cafaubonus epiftola VII. ad Tho. Gatakerum, *non alium temere librum reperio, in quo magis animus meus fiue in rebus laetis componendus, fiue in triftibus erigendus acquiefcat.* Multis ibi in eadem epiftola, quae vna cum aliis ad calcem luculentae nouae editionis epiftolarum If. Cafauboni ab Almeloueenio publicata eft, Mericus cum Gatakero expoftulat, quod in fuis ille ad Antoninum notis paffim verfionem ipfius anglicam reprehendat, nulla mentione facta graecolatinae editionis notarumque illi fubiunctarum, in quibus ipfe pleraque omnia illa rectius pofuiffet atque emendaffet. Vide etiam librum Merici Cafauboni anglice vulgatum de credulitate et incredulitate, pag. 20 fqq. vbi loci Antoniniani reprehenfam a Gatakero interpretationem tuetur.

Cafaubono prior manum Antonini libris admouerat praeclarus et eruditiffimus vir *Thomas Gatakerus* y), licet decennio ferme poft demum lucem viderit illius foetus quadraginta annorum, Cantabrigiae a. 1652. 4. M. Antoninus fcilicet noua verfione donatus, diftinctus fectionibus, prolegomenis luculentis de philofophiae moralis ftoicae prae Epicureorum dogmatis praeftantia, teftimoniis de auctore copiofis et felectis, locorum parallelorum fiue confimilium et variarum lectionum diligenti ad oram notatione, et vberrimo atque elaboratiffimo commentario illuftratus, qui ftoicorum de moribus praeceptorum fcitorumque quoddam veluti copiae cornu praeftare lectori poteft, et acutis in omne genus fcriptorum etiam facrorum obferuationibus veluti gemmis eft diftinctus, nonnullas quoque notas atque emendationes locorum Antonini a Salmafio, Bootio et Patricio Iunio cum Gatakero commu-

y) *Subit me certe fubinde,* inquit Gatakerus in praeloqu. *ita ifta dum lego, adfectum me fentio et ingenue agnofco, non ftupor duntaxat, fed horror etiam, cum arcani diuini admiratione vehementiffima coniunctus, ferio apud me reputantem, quam longe in multis ab eo abfim, quod de fe vir ifte, veri ad falutem perducentis tramitis ignarus de fe profitetur, nec quin vere et ingenue, ambigi poffe videtur.*

communicatas offert. Haec editio Londini recusa est a. 1699. [z]) 4. et 1707. 4. cura egregii viri *Georgii Stanhopii*, collegii reginae apud Cantabrigienses socii, qui praecipuas Andreae Dacerii obseruationes, e gallico latine conuersas, ad calcem voluminis subiunxit, et vitam [P] Antonini, ab eodem Dacerio scriptam praemisit itidem translatam a se et auctam firmatamque veterum testimoniis. Quum vero in his editionibus commentarius Gatakeri non singulis substratus paginis, sed toti Antonini operi subiunctus legatur, exstat etiam quarta eaque luculentissima editio Traiectina a. 1698. fol. in qua commentarius quauis pagina verbis Antonini subiectus est mira legentium opportunitate, et ad calcem voluminis, Merici Casauboni etiam et Guil. Xylandri notae atque indices occurrunt. Habet haec editio, curante *Hermanno Witsio*, clarissimi nominis viro, vulgata, praeterea adiunctas eiusdem Gatakeri de stilo Noui Test. diatribas, Sebast. Pfochenio oppositas, tum Cinnum siue aduersariorum miscellaneorum libros duos et aduersariorum postumorum opus exquisitissimum, quibus insignis prorsus innumeris sacrorum et aliorum scriptorum locis lux adfertur. Denique dissertationes eius tres, vna, qua diphthongos esse nullas contendit; altera, qua superstitionis arguit iudaicae eorum sententiam, qui nomen Dei tetragrammaton efferre ducunt sibi religioni, tertia, qua cum Samuele Wardo disceptat de vi et efficacia baptismatis infantilis. — Obseruatum est a multis, iconem, aeri incisam, quam Gatakerus Antonini libris praemisit, non referre os et faciem M. Aurelii Antonini, sed Commodi: itaque Andreas Dacerius, quum, sequutus Gatakerum, eamdem effigiem gallicae suae versioni praeposuisset, atque id datum ipsi esset vitio in ephemeridibus litterariis Parisiensibus a. 1694. pag. 221. festiue respondit, sibi magis cordi fuisse, animum cognoscere mentemque et sensa imperatoris philosophi penetrare [aa]), quam vultum ediscere: praefat. ad vitas Plutarchi, gallice a se redditas.

A. 1680. 12. Oxoniae vulgati sunt Antonini libri e theatro Sheldoniano typis elegantibus et nitidis, graeca hinc inde emendata, latina [P] fere depromta ex editione Merici Casauboni. Notae quaedam perbreues paucis in locis ima pagina adiectae. In calce voluminis reperies etiam graece et latine *Epistolam ad Senatum* [bb]), quae Iustini Martyris apologiae

z) 1697. in catal. Pinell. I. pag. 212. et antea iam notante *Clement* in bibl. histor. etc. I. p. 387. not. it. in Catal. Vffenbach. I. pag. 642. et IV. pag. 513. et alibi; quare de nota a. 1699. dubito.

aa) Verba eius haec sunt: *Il y en a qui vient de nous accuser d'avoir mis dans la traduction des reflexions de Marc Antonin, la tête de Commode pour celle de l'Empereur. Je ne sçay si cela est vray et je m'en mets tres peu en peine. Je m'étonne seulement, qu'un si sçavant homme qui pourroit faire de meilleures choses, se soit amusé a une critique, qui seroit indigne de lui, quand même elle seroit juste. Voila une decouverte bien importante pour le public. Apparement il a peu lû les reflexions de Marc Antonin, car s'il les avoit lues, il auroit connû Gataker ce savant Anglois, qui les a commentées, et il auroit vû que c'est la même tête qu'il avoit mise dans son edition. C'est de là qu'on l'a prise, sans aller chercher plus loin, car nous n'avons point des medailles, et j'avoüe que nous avons plus travaille à connoître l'esprit que le visage d'Antonin.*

bb) Epistola eiusmodi M. Antonini memoratur Tertulliano cap. 5. Apologetici, Eusebio V. 5. hist. eccles. et Orosio VII. 15. Quae tamen graece hodie in Iustini codicibus exstat et latine e cod. bibl. Vaticanae ab Angelo Roccha est edita, semi Graeculi commentitius foetus videtur *Scaligero* ad Eusebii Chron. nr. MMCLXXXIX. pag. 222. *Salmasio* ad Iul. Capitolinum in M. Antonini vita cap. 24. et *Samueli Basnagio* Annal. ad a. Chr. 174. nr. 9. *Huetio* demonstrat. Euangel. proposit. 3. pag. 66. aliisque.

logiae subiicitur, hinc latine *litteras ad Faustinam*, Augustam, ex Vulcatio Gallicano in vita Cassii cap. XI. tum graece et latine *Orationem de Commodo* ex Herodiani lib. I. histor. cap. 4. ac denique graece Δημηγορίαν περὶ τῆς Κασσίε ἐπαναστάσεως, ex Xiphilino siue Dionis lib. LXXI. pag. 811.

Vir doctus, sub litteris R. I. latens, suadente Ioh. Hudsono, Antoninum edidit Oxoniae e theatro Scheldoniano graece et latine cum selectis et breuibus notis A. D. 1704. 8. *Textum*, inquit, *exhibendum curaui prout editus est a Gatackero, cuius et distinctionem in sectiones retinui, vt et eius versionem, licet nonnunquam paululum a me immutatam, cum vel Antonini mens vel perspicuitatis aut latinitatis ratio postulare visa est; latinitati autem non adeo studui, vt omnia, quae non essent Ciceroniani aeui vocabula, repudiarem, modo auctoris sensum bene exprimerent. Ex Gatackero autem et ceteris omnibus notas, quae mihi maxime placuerunt, excerpsi, quibus et meas, parcius licet, addidi. In variantibus lectionibus et doctorum coniecturis, de quibus nonnulli maiore, quam par est, studio decertare solent, modum adhibendum censui — — Epistolas etiam quasdam, M. Antonini nomen praeferentes,* graece et latine quidem ex Eusebii IV. 13. hist. et Nicephor. III. 28. hist. *ad Commune Asiae*, quam ab Eusebio et Halloixio male ad Antoninum Pium referri docet Valesius: et suppositiam illam *ad Senatum*, quae in codicibus occurrit Iustini Martyris ad calcem apologetici II. tum latine *ad praefectum suum et ad Verum, ad Faustinam*, et *ad Senatum* ex Auidio Cassio Vulcatii Gallicani cap. 1. 2. 5. 11. 12. cum notis *imprimendas curaui, vt nonnullas aliorum ad Antoninum datas, quo clarior esset illius in singulis scopus: quamuis de iis omnibus, vtrum genuinae sint, inter doctos non satis conueniat, lectoris tamen iudicio submittendas censui, ne quid Antonini a me praetermissum quereretur. Orationes vero duas ex Herodiano et Dione Cassio, quae* [P] *tamen exstant in priore editione Oxoniensi, vtpote ab historicis ipsis confictas consulto omisi. Duos etiam indices*, vnum vocum et loquutionum memorabilium, alterum hominum illustrium, *quo nihil huic nostrae editioni deesset, adieci.* [conf. Acta erudit. Lips. a. 1707. pag. 401.]

[*Marci Antonini* — libri XII. — ad exemplar Oxoniense cIɔIɔCCIIII. recusi. Introductionem ad philosophiam stoicam ex mente M. Antonini praemisit Io. Franc. Buddeus, Theol. D. et P. P. Ienens. Vitam recensuit criticisque obseruatt. illustrauit *Christoph. Wolle*, A. M. etc. Lipsiae 1729. 8. gr. ac lat. adde Acta erud. Lips. a. 1729. pag. 468.

Editio Oxon. etiam recusa est gr. et lat. Glasguae apud Foulis. 1744. 8. et 1751. 8.

M. Antonini philosophi Commentarii, quos ipse sibi scripsit. Lipsiae 1775. mai. 8. gr. et lat. curante *Moro*, Professore quondam et Theologo Lipsiensi, qui in fine paucas quidem notas criticas, at egregias acutasque adiecit. Conf. tamen doctam censuram in bibl. philolog. tom. III. part. VII. (Gottingae 1776. 8.) pag. 626 — 647.

Noua ratione Antonini commentarios tractauit, eosque secundum rerum atque argumenti similitudinem in XXXV. sectiones dispescuit aut discerpsit, (quod iam triginta ante annis, quum Dacerii edidisset versionem) fecerat, *Ioly*, qui praeter editt. quas contulit, (Oxoniensem tamen aut ignorasse videtur, aut neglexisse,) ex codicibus atque excerptis Vaticanis aliisque varietatem lectionis acceperat. Primum vero in lucem emisit: *Pensées de l'empereur Marc-Aurel-Antonin;* ou leçons de vertu, que ce prince philosophe se faisoit

à lui

à lui même. Nouvelle traduction du grec, distinguée en chapitres, suivant les matieres, avec des notes et des variantes. Par *M. de Ioly.* Paris. 1770. 8. — Alteram edit. curauit 1773. 12. et promisit, se textum graecum cum latina Gatackeri versione adiecturum esse: id quod factum est anno sequenti, quo, suo ingenio abusus, edidit

Pugillaria imperatoris M. A. Antonini, graece scripta, disiecta membratim, et, quantum fieri potuit, restituta pro ratione argumentorum. Sequitur interpretatio Gatackeri similiter ordinata, curante Nobili Io. Pet. de Ioly, Marci Aurelii gallico interprete atque cultore. Paris. 1774. 12. *Pugillaria* vocauit commentarios, quoniam Antoninum, sibi persuasit et probare adnisus est, in pugillaribus forte duodecim inter expeditiones militares sibi conscripsisse sensa animi; neque vero opus in duodecim libros eo, qui post eius mortem obtinuisset, ordine distribuisse, neque eam, quae postea recepta esset, operi dedisse inscriptionem. Sed argumentorum leuitatem bene ostendit V. D. in biblioth. philol. tom. III. part. V. (Gottingae 1776. 8.) qui de illa edit. et de quibusdam lectionibus erudite lateque disserit. In eadem bibl. tom. I. part. V. (Gottingae 1771.) pag. 238 sqq. versio Ioly gallica recensetur et examinatur. *Harl.*]

IV. *Hominum illustrium, quorum M. Antoninus in libris suis mentionem facit, indiculus* cc).

Adrianus IV. 33. VIII. 5. 21. 37. X. 27.
Agrippa VIII. 31.
Alciphron X. 31.
Alexander, *grammaticus*, I. 10.
Alexander *Magnus* III. 3. VI. 24. VIII. 3. IX. 29. X. 27.
Alexander, *platonicus*, I. 12.
Andro I. 6.
Antoninus IV. 33. VI. 30. VIII. 21. X. 27.
Apollonius I. 8. 17.
Archimedes VI. 47.
Arius VIII. 31.
Augustus IV. 33. VIII. 5. 31.
Bacchius I. 6.
Benedicta I. 17.
Brutus I. 14.
Cadicianus siue Caecilianus IV. 50.
C. Caesar III. 3. VIII. 3.
Caeso IV. 33.
Camillus IV. 33.
Cato IV. 33.
Catulus I. 13.
Celer VIII. 25.
Chabrias VIII. 37.
Chiarax vel Charax VIII. 25.
Chrysippus VI. 42. VII. 19.
Crates VI. 13.
Crito X. 31.
Croesus X. 27.
Demetrius, platonicus, VIII. 25. IX. 29.
Democritus III. 3.
Diogenes VIII. 3.
Diognetus I. 6.
Dio I. 14.
Diotimus VIII. 25. 37.
Epictetus VII. 19. XI. 34. 36.
Epicurus IX. 41.
Epitynchanus VIII. 25.
Eudaemon VIII. 25.
Euphrates X. 31.
Eutyches X. 31.
Eutychion X. 31.
Eutychius I. 6.
Fabius IV. 20. XII. 27.

Faustina

cc) Ex edit. Oxon. 1704. sumtui.

Faustina VIII. 25.
Fronto I. 11.
Heluidius I. 14.
Heraclitus III. 3. 6. 42. 48. VIII. 3.
Hipparchus VI. 47.
Hippocrates III. 3. [⁋]
Hymen X. 31.
Iulianus IV. 50.
Leonnatus IV. 33.
Lepidus IV. 40.
Lucilla VIII. 27.
Lupus XII. 37.
Maecenas VIII. 31.
Marcianus vel Moetianus I. 6.
Maximus I. 17. VIII. 25.
Menippus VI. 47.
Monimus, *cynicus*, II. 15.
Nero III. 16.
Origanio VI. 47.
Panthea VIII. 37.
Perdiccas II. 25.
Pergamus VIII. 37.
Phalaris III. 16.
Philippus IX. 29. X. 27.
Philistio VI. 47.
Phocion II. 13.
Phoebus VI. 47.
Plato VII. 48. IX. 29. X. 23.
Pompeius III. 3. VIII. 3.
Pythagoras VI. 47.
Rusticus I. 7. 17.
Satyrio, *Socraticus*, X. 31.
Scipio IV. 33.
Secunda VIII. 25.
Seuerus I. 14. X. 31.
Sextus I. 9.
Socrates III. 3. 6. VI. 47. VII. 19. 66. VIII. 3. XI. 23. 25. 28. 29.
Stertinius XII. 27.
Syluanus X. 31.
Tandasides I. 6.
Telauges VII. 66.
Theodotus I. 17.
Theophrastus II. 10.
Thraseas I. 14.
Tiberius XII. 27.
Traianus IV. 32.
Tropaeophorus X. 31.
Velius Rufus XII. 27.
Verus, Marci auus, I. 1. VIII. 37.
Verus, Marci frater adoptione, VIII. 25.
Vespasianus IV. 32.
Volesus IV. 33.
Xanthippe XI. 28.
Xenocrates VI. 13.
Xenophon X. 31.

V. *Versiones vernaculae librorum XII. M. Antonini.*

Gallice post versiones [auct. *Pardoux Duprat*, Lugd. 1570. et *Benedicto Iesper Krus*, Sueco, 1654.] et B. I. K. Paris. 1651. 12. [Amstelod. 1659. 12.] interpretati sunt perquam eleganter par coniugum praeclarissimum, qui cum matrimonio se sociarent, graecae et latinae litterae connubio iungi sibi dicebantur, *Andreas Dacerius* et *Anna Tan. Fabri* filia, additis etiam notis, tam vtili atque eximio scriptore dignis, et vita imperatoris praemissa, quam Angli deinde in suam et latinam linguam verterunt. *Reflexions Morales de l'Empereur Marc Antonin* etc. Post Parisiensem huius versionis editionem a. 1691. 12. II. tom. factam, [iterum, Vltraiect. 1691. 12. II. tom. (Amsterd. 1691. 8. apud Hamberger.) tertium, Amstel. 1707. 8. de Vltraiect. s. secunda edit. vid. Acta erudit. Lips. a. 1692. m. Iun. pag. 249 sqq.] quartum recusa est Amstelod. 1710. 8. [⁋] *Fabric.* Illam versionem, mutatione capitum facta, *Ioly* 1742. recudi fecit, eaque iterata est Dresdae 1755. Bouillon. 1772. 12. II. voll. De noua eiusdem *Ioly* versione iam supra disputauimus. *Harl.*

[*Gallica*

(Gallica verſio M. Antonini per S. B. ex Hiſpanico facta Pariſ. 1573. 1588. 8. *non eſt librorum imperatoris, de quibus hactenus dixi, ſed Horologii principum, quod ſub Marci Antonini nomine ſcripſit Antonius de Guevarra* [dd]*) (Relox de Principes o Marco Aurelio)* editum *Hiſpanice Pinciae 1529. Hiſpali 1532. tum italice, interprete Mambrino Roſſeo, a. 1548.* 8. *Venet.* [1562. 4. de qua et reliquis italicae verſionis editt. vid. *Paitoni* bibliot. etc. I. p. 140 ſq. et infra de ital. verſion.] *1581.* 4. *et latine cum commentario Ioh. Wankelli, Torgae 1601.* fol. *Lipſiae 1606. 1615. 1624. 1632. Torgae 1611. Cracou. 1615.* 4. *Francof. 1664. et anglice per Tho. North. Lond. 1619.* 4. *vt binas germanicas verſiones et alteram gallicam praeteream.)*

[*Hiſpanice.* Vidas ſeguenſe ciertas cartas del miſmo. Ambers. 1604. 12. (in catal. bibl. Barberinae, tom. I. pag. 56.) — per *D. Hyac. Diaz de Miranda.* Madrit. 1785.]

[*Italicas* verſiones copioſe perſequitur *Paitoni* in Bibl. degli Autori-volgarizzati, tom. I. pag. 136 ſqq. quas paucis referam. Vita di *M. Aurelio* Imperadore, con le alte et profonde ſue ſentenze, notabili documenti, ammirabili eſſempli, et lodevole norma di vivere. Novamente tradotta di Spagnuolo (Anton. de Guevarra) in lingua Toſcana per *Mambrino Roſeo da Fabriano.* Venet. 1543. 8. 1544. 8. Romae 1742. 4. — Vita, geſti, coſtumi, diſcorſi, lettere di M. Aur. Imper. — Con la gionta di moltiſſime coſe, che ne lo Spagnuolo non erano, e de le coſe Spagnuole, che mancavano in la tradottione Italiana, (per Fauſt. Longianum.) Venet. 1544. — ibid. apud Aldum fil. 1546. 8. ibid. eod. anno (quamquam in titulo nomen Mambrini Roſei, tamquam interpretis, exſtat.) — ibid. 1549. (in calce 1550.) 12. conf. Theſaur. bibl. Norimbergae, 1739. 4. vol. IV. pag. 212 ſq. — 1553. 8. — 1556. 12. — 1585. 8. — 1606. 8. et ſaepius. vid. Paitoni. — I. dodici libri di M. Aur. Antonino — traslatati dal Greco. Con varie Lezioni de teſti greci, e con un riſtretto di notizie intorno alla naſcita, azioni, e morte del medeſimo, eſtratto da più Iſtorici. In Roma per Giacomo Dragondelli. 1675. 12. Huius anni et formae editionem memorant auctor catal. biblioth. Barber. I. p. 56. et Paitonius. (Interpres fuit *Franc. Barberinus*, ſen. pater purpuratus, qui vſus eſt cod. graeco Abbatis Gradi, et edit. Londin. a. 1643. vid. *Fontaninum* della Eloquenza italiana, Venet. 1737. 4. pag. 555 ſq. et *Mazzuchelli* vol. II. part. I. degli Scrittori d'Italia, pag. 299. atque *Paiton.* pag. 141.) — *Clement* ex *Haymii* Notizia de' libri rari pag. 93. et *Fontaninus* citant edit. a. 1667. 8. vtramque autem *Mazzuchelli.*

Anglice a. 1535. impreſſa in bibl. Guil. Laudi, teſte catal. MSS. Angl. et Hibern. pag. 70. nr. 1297. *Harl.*]

Anglice vertit Mericus Caſaubonus, Lond. 1634. 4. cuius verſio deinde poſt paucos menſes emendatius recuſa, et breuibus illuſtrata notulis, quas vix centeſimam eſſe partem eorum, quae in diuinum hunc ſcriptorem notarit, teſtatur epiſtola 3. ad Gerardum Voſſium. Quinta editio huius verſionis a. 1692. 8. et ſexta, quae a. 1694. lucem vidit, praemiſſam habent Antonini vitam, ex gallica Daceriana anglice translatam.

Poſt Caſaubonianam elegantior meliorque *Collierii* translatio prodiit a. 1701. *the Emperor Marcus Antoninus his converſations with him ſelf, or Moral Meditations* etc. Addita Gatackeri

dd) Confer *Wankelii* praef. ad Horolog. principum, *Nic. Antonii* bibl. hiſpanam tom. I. pag. 99. [ſupra ad §. 1.]

Gatackeri prolegomena, et vita Antonini Daceriana cum locis ſcriptorum veterum, a Stanhopio additis, et Cebetis tabula, anglice translata. [a *R. Greeves*, A. M. Londini 1791. 8. etc. vid. Ien. A. L. Zeit. a. 1793. nr. 324. pag. 374 ſq. *Harl.*]

[*Germanice*, ab *Io. Adolph. Hofmanno*, Hamburgi, 1723. 1725. (1727.) 1735. 8. quinta, ab anonymo emendata, editio prodiit ibid. 1755. 8. — a *I. G. Schulteſs*, in part. III. Bibliothek der griech. Philoſophen. Tiguri 1779. 8. — *Antonins* Kern moraliſcher Gedanken, von *P. Stolten*, verſibus germ. Roſtoch. 1701. 8. (1705. in catal. Vffenbach. I. pag. 647.)

Danice, cum obſeruatt. Odenſeae 1752. 8.

Scriptis, quae ad libros Antonini interpretandos intelligendosque faciant, et a me partim ſupra, partim in Introduct. l. c. ſunt memorata, poſſunt addi

D. *Iac. Schalleri* diſſ. de Antonini, imp. philoſophia, ex primo ipſius libro τῶν εἰς ἑαυτὸν, de rebus ſuis, excerpta, reſp. Io. Lud. Engelhardo. Argentor. 1666. 4. — eiusdem diſſ. M. Anton. imp. philoſophia ex IIdo ipſius libro — excerpta. reſp. Io. Ge. Kitſchio. ibid. 1667. 4. Is quidem Antonini ſtoici philoſophiam ad formam philoſophiae Ariſtotelicae minus apte pertractare ſtuduit. (Io. Fr. Buddeus) in dialogo, de moribus philoſophorum, Ienae 1695. 12. haud adeo magnus eſt Antonini virtutum admirator. — *Conr. Plat. Kroegeri* diſp. praeſ. Io. Tilemann dicto Schenck, P. P. de philoſophia Marci Antonini Aug. circa emendationem hominis per aduerſa. Marburgi. 1723. 4. — Explicatio loci in libr. II. §. 3. in Mem. de Trevoux. 1713. m. Oct. pag. 1710. — Tria loca emendantur in *Toupii* emendatt. in Suidam et Heſych. I. p. 66. et 134. III. p. 91. — *Brucker* ad locum lib. VII. §. 9. de prouidentia ſtoica, in *Schelhornii* amoenitatibus litterariis tom. VIII. pag. 443 ſqq. — *Io. Frid. Hilleri* progr. explicatio loci M. Antonini difficilis, (III. 16.) Witembergae 1782. 4. *Harl.*]

VI. *Editiones promiſſae.*

Nouam verſionem capitibus et capitum ſummis diſtinctam edere parauit *Caſpar Barthius*, XLIX. 4. aduerſar. vna cum commentario, cuius ſpecimen exhibet lib. LI. cap. 16.

Scipionem Sgambatum S. I. libros M. Antonini latine vertiſſe, legas in bibliotheca Ieſuitica Philippi Alegambe.

Dionyſius Petauius lib. III. epiſtola 56. refert, libros M. Antonini recenſere voluiſſe *Caſparum Geuartium*, et alium quemdam Hamburgenſem, ex Lutherano catholicum, (*Lucam Holſtenium* opinor.) Atque de Geuartii inſtituto etiam mentio in Gaſſendi epiſtolis, [?] commentariumque illius ſibi a Geuartio oſtenſum, narrat *Paulus Colomeſius* in opuſculis pag. 101. Neque tenuis, ſed ponderoſus commentarius ille fuit apud Iohannem Baptiſtam Steinbergium, ſupremi tribunalis, quod Mechliniae eſt, ſenatorem. Sed et ipſe editurus non potuit fidem datam liberare, immatura morte occupatus, vt ſcriptum a Graeuio praefat. ad tomum ſextum theſauri antiquitatum romanarum.

VII. De

VII. De perditis M. Antonini *dialogis*, tum de *epiſtolis* [ee]), quae ſub illius nomine etiamnum feruntur, iam ſupra §. 2 et 3. mentio a me facta eſt. De variis eius *legibus* et *conſtitutionibus* videndus *Tillemontius* in Marci Antonini vita capite 28. tom. II. hiſt. imperator. pag. 702 ſqq. [*Chaufepié* diction. l. c. not. *N. Dacierii* vitam, a Stanhope lat. verſam, et de edicto illo celebri Epheſino pro Chriſtianis, quod alii Antonino noſtro, alii Antonino Pio tribuunt, alii ſpurium et ſuppoſititium iudicant, tum de anecdotis quibusdam, quae reperiſſe ſibi videbatur Bandinius, in Introductione in hiſt. L. Gr. II. part. I. pag. 140 ſq. pluribus egi. *Harl.*] — De *Itinerario*, quod latine legitur et ad hunc Antoninum codices quidam referunt, vide, ſi placet, quae adnotaui in Bibl. latina. Manifeſtus vero error Hendreichii, qui in pandectis Brandenburgicis Marco Antonino imp. tribuit Marci triumviri, epiſtolam ad Hyrcanum, et edicta duo ad Tyrios, quorum meminit *Flauius Ioſephus* XIV. 23.

VIII. MAXIMVS, patria Tyrius, in codice Caroli de Montchal, cuius mentionem facit *Labbeus* Bibl. noua MSS. pag. 194. *ſophiſta* adpellatur, ex eo ſcilicet genere, qualem fuiſſe Dionem Chryſoſtomum ſupra obſeruabamus, qui cum dicendi ſtudio philoſophiam coniunxerunt, itaque et Suidas Maximum *philoſophum* vocat, et alii MSS. codices, quos viri docti conſuluerunt, *platonicum philoſophum.* Sane platonicae ſtudium philoſophiae ex omnibus eius diſputationibus elucet; vnde Caſaubono ad Perſium *mellitiſſimus Platonicorum* dicitur. Ipſe etiam de ſe diſſ. XI. Ἐγὼ γάρ τοι, inquit, τάτε ἄλλα, καὶ τῇ τῶν ὀνομάτων ἐλευθερίᾳ πείθομαι Πλάτωνι. Federicus quidem Morellus ſuſpicatur, hunc ipſum eſſe Τύριον Σοφιστὴν, cuius *orationem funebrem in Paridem*, *ſophiſtam Antiochenum*, celebrat *Libanius* orat. XIX. pro ſaltatoribus tom. II. pag. 486. Σοφιστὴς Τύριος, ὃς τῇ γλώττῃ τὰ τοῦ Ποσειδῶνος ἴσχυε, σείων τε καὶ [?] τινάσσων ἅπαντα, τοῦτον οὕτως ἐθρήνησε κείμενον καὶ μεγαλοπρεπὲς ἐντάφιον αὐτῷ τὸν λόγον ἔδωκεν. Saltim ex Euſebii, Syncelli et Suidae [ff]) teſtimoniis certum eſt, Antoninorum et Commodi aetate vixiſſe [gg]). (paullo, vt videtur, iuniorem rhetore, Maximo, Plutarchi aequali, qui eius meminit IX. 4. ſympoſ.; antiquiorem autem Maximo, quem natali Platonis celebrato per Dionyſium Longinum cum aliis interfuiſſe, teſtatur Porphyrius apud *Euſeb.* X. 3. praeparat.) Et verſatum per aliquod temporis Romae, in quam vrbem iterato venit, ceterum, vt credibile eſt, aetatem in Graecia commoratus. Vtrum Veriſſimi imperatoris praeceptor fuerit, haud plane conſtat ex

 Euſebii

ee) Inter imperatorias, epiſtolis M. Antonini praecipuum locum tribuit Philoſtratus epiſt. I. ad Aſpaſium. Τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα τοῦ λόγου μετὰ τοὺς παλαιοὺς ἄριστά μοι διεσκέφθαι δοκοῦσι, φιλοσόφων μὲν ὁ Τυανεὺς καὶ Δίων, στρατηγῶν δὲ Βροῦτον ἢ ὅτῳ ἐς τὸ ἐπιστέλλειν ἐχρῆτο. Βασιλέων δὲ ὁ θεσπέσιος Μάρκος, ἐν οἷς αὐτὸς ἐπέστελλε, πρὸς γὰρ τῷ κεκριμμένῳ τοῦ λόγου καὶ τὸ ἑδραῖον τοῦ ἤθους ἐντετύπωται τοῖς γράμμασι. Ῥητόρων δὲ ἄριστα μὲν Ἡρώδης ὁ Ἀθηναῖος ἐπέστελλεν etc. Confer *Photium* epiſt. 248. cuius verba dedi ſupra lib. II. cap. 10. §. 48. [vol. I. pag. 702.]

ff) Voc. Μάξιμος Τυρ. Is vero, eum, ſcribit, (vt Eudoc. pag. 299.) Romae ſub Commodo vixiſſe. Sed vid. Küſter. not. *Harl.*

gg) Hinc *Saxio* in Onom. I. pag. 334. Maximus Tyrius circa Antoninorum et Commodi nominatim tempora, ſub exitum ſaec. II. aer. Chriſt. floruiſſe ſcripſiſſeque videtur, argum. *Hieronymi* in Chron. Euſebiano ad Olymp. CCXXXI. p. 168. et *Suidae*, voc. Μάξιμος. adde *Brucker.* in hiſt. crit. philoſ. vol. II. pag. 177 ſq. *Stoll.* Hiſt. der heidniſchen Moral, §. 254. pag. 572. *Harl.*

Eusebii in Chronico verbis, ita, vt interpres Hieronymus Maximum Tyrium etiam distinxerit [hh]) a praeceptoribus Verissimi, quos fuisse ait philosophos illustres Apollonium stoicum patria Chalcedonium [ii]) et Basilidem Scythopolitanum. Libenter etiam adsentior *Tho. Gatackero* et *Merico Casaubono*, qui, in notis ad Marci Antonini lib. I. sect. 15. errare, putant, eos, qui Claudium Maximum stoicum, Marci Antonini praeceptorem, cum Maximo Tyrio platonico confundunt, vt praeter Scaligerum ad Euseb. Ionsium III. 9. pag. 256. Iac. Cappellum in hist. eccles. Dan. Heinsium in Obss. ad Maxim. p. 13. et tom. II. hist. imperator. Tillemontium, facit *Caspar Barthius*, cuius haec sunt verba lib. I. aduersar. cap. XI. *De Maximo quod ait Antoninus philosophus in Eclogis, eum gratiosum dictis factisque ab omnibus fuisse amabilem, id sane hodie quoque ex eius dissertationibus clarum est, quibus nihil gratius fingi potest, praesertim talem nactis interpretem.* Vehementius etiam lapsus est *Federicus Morellus*, qui in lemmatibus, quae marginibus Libanii sui adspersit tom. II. ad orat. IV. pag. 175. et VII. pag. 218. Maximum Tyrium eumdem facit cum longe iuniore Maximo Ephesio, doctore Iuliani *τȣ̃ παραβάτȣ*, recte reprehensus eo nomine a Dauisio. De illo Maximo, cuius poema astrologicum *περὶ καταρχῶν* e MSto Mediceo editurum me recepi lib. III. cap. 20. plura dicendi locus erit ad Eunapium. [sed edit. Eunapii Fabriciana lucem non vidit.] Nunc alios quosdam *Maximos* addere iuuat, vt *Maximum Byzantium* Euclidis parentem, Iuliano familiarem, quem ab Ephesio distinguit Socrates III. 1. hist. eccles. et Nicephorus X. 1. *Maximum Romanum* in veteri marmore apud Fuluium Vrsinum p. 71. elog. ΜΑΞΙΜΟΣ ΣΕΟΥΗΡΟΥ ΡΩΜΑΙΟΣ. *Maximum philosophum*, de quo inscriptio Athenis reperta, quae exstat apud Iac. Sponium p. 127. Misc. ΜΑΞΙΜΩ — — ΤΙΑΝΩ, ΦΙΛΟΣΟΦΩ. *Maximum Alexandrinum*, philosophum Cynicum, de quo dixi lib. III. cap. 12. *Maximum sophistam Alexandrinum*, cuius *μελέτας* legisse se refert *Photius* in Biblioth. [P] codice CXXXV. *Maximum* item *Aegiensem*, qui Apollonii Tyanensis vitam scripsit, teste *Philostrato* lib. I. cap. 3. et *Hierocle* apud Eusebium cap. 2. Meminit quoque *Tzetzes* chil. 2. hist. 60. 61. sed et chil. 9. hist. 291. vt pulcre ad Philostratum notis obseruatum Godfrido Oleario.

IX. Verum, vt missis infinitis aliis Maximis, quorum in veterum scriptis ac monumentis fit mentio, ad Tyrium nostrum reuertar, *auctorem inprimis elegantem in philosophia, ac disertum* [kk]), vt cum *Petro Petito* loquar lib. I. misc. obseruationum cap. 20. habebunt eum, omnes, qui legerunt. Vitio ei verti video ab eruditissimo editore Dauisio, quod diss. XXXVII. pag. 386. [diss. VII. sect. 6. in altera Dauisii edit.] nimis putide, nec ea, qua par est, modestia, eloquentiam suam ac multiplicem eruditionem iactet et efferat, velut eo consilio, vt plures discipulos ad se pertraheret, xeniaque ab iis, quos iam nactus erat, largiora ferret. Attentius tamen legenti illam praeclaram dissertationem adparebit longe aliud eo in loco fuisse Maximi

hh) Locus Hieronymi ita distinctus legitur. *Arrianus philosophus Nicomediensis agnoscitur, et Maximus Tyrius. Apollonius Stoicus natione Chalcidicus et Basilides Scythopolitanus, philosophi illustres habentur, qui Verissimi quoque Caesaris praeceptores fuerunt. Harl.*

ii) s. vt legitur apud Hieronymum, *Chalcidicum*, quod nomen haud mutandum censet Dauis. in praef. ad alter. edit. pag. 6. *Harl.*

kk) Disertissimus philosophus dicitur ab *Hemsterhusi.* ad Pollue lib. IX. cap 7. §. 110. add. Dauis. praef. ad II. edit. pag. 5. *Harl.*

Maximi institutum, nempe hoc, veram philosophiam, licet multa et praeclara in auditoriis doceantur a se et aliis, excipianturque ab audientibus cum plausu, tamen alio adhuc indigere magistro, et auditoribus, qui vita et moribus illam exprimunt. Ait igitur, id demum pulcrum fore certamen, illam victoriam praestantissimam, si auditores suos habeat in virtutis stadio secum certantes, si in illo vinci se contingat. *Hoc enim vno modo summa cum laude coronam auferam, victorque spectante tota Graecia a praecone designabor.* Ἕως δὲ νῦν ἀστεφάνωτος εἶναι ὁμολογῶ καὶ ἀκήρυκτος, κἂν ὑμεῖς βοᾶτε. *Hactenus enim, licet clamor non desit vester, nec coronam consecutus sum, nec vocem praeconis audiui.* Τί γὰρ ἐμοὶ ὄφελος τῶν πολλῶν λόγων καὶ τῆς συνεχοῦς ταύτης ἀγωνίας; ἔπαινοι; ἅλις τούτων ἔχω. δόξα; διακορής εἰμι τοῦ χρήματος. *Quo enim mihi tam multa verba et assidua illa decertatio? vt laudem consequar? Satis habeo. Vt gloriam? Satias me tenet. Sed tota res huc redit, est qui laudet sermonem, non est sermone vti qui velit, licet et vocem habeat et aures. Laudas philosophiam, nec eam amplecteris, qui et animum habeas et magistrum.* Ἐπαινοῦσι πάντες, μιμεῖται δὲ οὐδείς. *Omnes laudant, nemo imitatur.* Inde aliquibus interiectis, ὥστε ἔγωγε, inquit, τέως μὲν καὶ πρὸς ἅπαντας ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων σιγὴν ἔχων, καὶ μηδὲν σεμνὸν μηδὲ ὑπέραυχον μήτε ἰδίᾳ μήτε εἰς κοινὸν εἰπών, νῦν μοι δοκῶ ὙΜΩ͂Ν ἝΝΕΚΕΝ ΓΑΥΡΌΤΑΤΑ ἊΝ ΚΑῚ ΜΕΓΑΛΑΥΧΌΤΑΤΑ ΕἸΠΕΙ͂Ν. *Mihi, qui de rationibus nostris et studio hactenus tacuerim, nihil grande, nihil iactabundum publice aut priuatim dixerim, VESTRA LIBET CAVSA IN PRAESENS CVM MAXIME GLORIARI* [?] *ET MAGNIFICA IACTARE.* Postquam deinde scholas rhetoricas et politicas, et contentiosae ac verbosae philosophiae praedicasset, non suas ipsius adeo, certe non solius, sed et aliorum, vt ex toto contextu orationis patet et manifestissime constat ex verbis pag. 388. πάντα γὰρ μεστὰ τῶν σοφιστῶν. εὔπορον τὸ χρῆμα, καὶ ταχὺ ἀναφαινόμενον· θαῤῥήσαιμι δὲ ἂν ἔγωγε εἰπεῖν, ὅτι τῆς τοιαύτης φιλοσοφίας πλείους οἱ διδάσκαλοι τῶν μαθητῶν. *Sophistarum plena sunt omnia. Res haec vbique obuia ac in oculos passim incurrit. Quin etiam dicere non verear, plures esse qui doceant EIVSMODI philosophiam, quam qui discant.* Deinceps concludit: Τὸ δὲ ἐν φιλοσοφίᾳ κεφάλαιον καὶ ἡ ἐπ' αὐτὸ ὁδὸς δεῖται διδασκάλου, τὰς τῶν νέων ψυχὰς συνεπαίροντος καὶ διαπαιδαγωγοῦντος αὐτῶν τὰς φιλοτιμίας καὶ οὐδὲν ἀλλ' ἢ λύπαις καὶ ἡδοναῖς τὰς ὀρέξεις αὐτῶν συμμετρουμένου. *Praecipua autem philosophiae pars, et quae eo ducit semita, praeceptore indiget, qui animos iuniorum erigat, studia eorum et desideria non aliter quam paedagogus aliquis gubernet, eorum appetitiones voluptatibus doloribusque attemperet.*

X. Exstant huius Maximi Tyrii Διαλέξεις siue λόγοι, *Dissertationes* varii argumenti *XLI.* quae in codice regis christianissimi alio ordine, quam in MStis aliis, editisque leguntur. Editorum seriem minoribus, codicis MSti regii vero maioribus numeris significaui. Heinsius, qui in notis, platonicorum dialogorum more, in decem tetralogias, (praemissa prooemii loco dissertatione Maximi 37.) illas distribuit, testatur, eidem codici MSto hunc praefixum fuisse titulum: Μαξίμου Τυρίου Πλατωνικοῦ φιλοσόφου τῶν ἐν Ῥώμῃ διαλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας Α. Β. Γ. Δ', Τοῦ αὐτοῦ φιλοσοφούμενα. Inde suspicio est, non omnes istas dissertationes a Maximo dictas, quando prima vice Romae versabatur, sed nonnullas etiam, quando altera. [At Dauis. in praef. ad II. edit. docet, ex vocab. τῆς πρώτης ἐπιδημ. non sequi, vt aduentum secundum fingamus: *prima* enim dicitur, quam nulla praecessit:

licet altera numquam ſequatur.] Quin in Graecia habitas aliquas Dauiſius colligit ex verbis, ſupra etiam a me ex diſſ. XXXVII. adductis: Τότε κηρύττομαι ἐν τοῖς Πανέλλησιν. *Metaphora*, inquit, *ducta eſt a ludis Graecorum publicis, in quibus, poſtquam ſententiam de victore tulerant iudices, is praeconum voce renunciabatur, vt populus e tota Graecia collectus ſciret cui palma eſſet debita. Manifeſtum igitur eſt, ſi non in Graecia ſed Roma fuerit noſter, cum haec verba faceret, eum non ἐν τοῖς πανέλλησι ſed ἐν τοῖς Ῥωμαίοις fuiſſe praedicandum. Et ſane ne quid diſſimulem, Graecia diutius quam Roma Maximum videtur cepiſſe, quod in vnaquaque fere diſſertatione ſummam rerum graecarum oſtendat peritiam, cum res romanas calluiſſe nullo indicio conſtet: certe, quod memini, ad eorum hiſtoriam ne ſemel quidem reſpexit.* Haec ille: [?] [qui in priore edit. ex lemmate in cod. mſt. teſte Heinſio, colligit, Maximum quinque priores tantum diſſ. primo Romam aduentu habuiſſe; in praef. autem ad alteram edit. ex cod. regio efficit, epigraphen illam ad *ſeptem* tantum priores, Romae habitas, ſpectare, easque ſolas exhibere cod. Vindob. Tum videtur illi Maximus maiorem aetatis ſuae partem in locis Aſiae, (in Phrygia certe, ipſo teſtante in diſſ. VIII. 8.) et Graeciae transegiſſe; ſaltem ne minimam quidem prodere rerum romanarum peritiam, licet, eum in hiſtoriis graecis verſatiſſimum fuiſſe, nulla fere non probet diſſertatio. *Harl.*]

Diſſertationum argumenta haec ſunt: [u])

1. XIV. [XVII.] Περὶ τȣ̃ τίς ὁ Θεὸς κατὰ Πλάτωνα; *Quid ſit Deus ſecundum Platonem?* [In *Patuſae* encyclopaed. philol. vol. III.]

2. XV. [XVIII.] Περὶ τȣ̃, εἰ τὸν ἀδικήσαντα ἀνταδικητέον; *Vtrum referenda ſit iniuria?* Sermo *tam ſanctus, tam pius, tam chriſtianus,* iudice Beato Rhenano praefat. ad Max. Tyrium, *vt, ſi hic auribus vulgo crebrius inculcetur, facile futurum ſperem, vt inſanis iſtis bellorum tumultibus, quibus Chriſtiani inter nos concurrimus, aliquando finis imponatur.*

3. XVI. [XIX.] Περὶ τȣ̃, εἰ μαντικῆς ȣ̉́σης, ἔςι τι ἐφ' ἡμῖν; *Vtrum exiſtente diuinatione aliquid ſit in noſtra poteſtate?*

4. XVII. [XX.] Τίσι χωριςέον τὸν κόλακα τȣ̃ φίλȣ; *Quomodo ab adulatione amicus diſtingui poſſit?* Hanc diſſ. latine vertit *Io. Caſelius*, edidítque Roſtochii 1587. 4. [iterum in *I. Henr. Ackeri* Amoenioribus I. Caſelii, Ienae 1707. 8.] Eiusdem argumenti librum habemus inter ſcripta Plutarchi. *Fabric.* [Eadem diſſ. gr. et lat. cum caſtigatt. notisque variorum et ſuis edidit *I. Adam Schier*, Lipſiae 1774. 8. *Harl.*]

5. XVIII. [XXI.] Ὅτι ὁ πρακτικὸς βίος ἀμείνων τȣ̃ θεωρητικȣ̃. *Vitam actiuam contemplatiuae praeferendam eſſe.* Hanc diſſ. et eam, quae proxime ſequitur, latine tranſtulit *Joh. Rainoldus*, Lond. 1619. 12.

6. XIX. [XXII.] Ὅτι ὁ θεωρητικὸς βίος ἀμείνων τȣ̃ πρακτικȣ̃. *Vitam actiuam praeferendam eſſe contemplatiuae.*

7. XX. [XXIII.] Εἰ καλῶς ὁ Πλάτων Ὅμηρον τῆς πολιτείας παρῃτήσατο; *Vtrum recte Homerum Plato e rep. ſua eiecerit?* De hoc argumento vide, ſi placet, quos laudaui lib. II. cap. 3. ſect. 10.

8. XXI.

u) Seriem diſſ. in altera Dauiſii editione vncis incluſam ſignificaui. *Harl.*

8. XXI. [XXIV.] α΄. Τίς ἡ Σωκράτȣς ἐρωτική; *Qualis fuerit amor Socratis?*

9. 10. 11. XXI. [XXV. XXVI. XXVII.] β΄. γ΄. δ΄. Περὶ τῆς Σωκράτȣς ἐρωτικῆς, ἢ περὶ ἔρωτος. *De eodem Socratis amore.* Confer Dan. Heinſii diſſ. de pulcro Socratico, quam notis ad Max. Tyrium ſubiunxit.

12. XXII. [XXVIII.] Ὅτι πάσης τῆς διὰ λόγων εὐφροσύνης ἡ διὰ φιλοσόφων λόγων ἀμείνων. *Omni ſermonum ac litterarum voluptate maiorem eſſe eam, quae ex philoſophia percipitur.*

13. XXIII. [XXVIIII.] Τίνες λυσιτελέστεροι πόλει, οἱ προπολεμȣ͂ντες, ἢ οἱ γεωργȣ͂ντες. Ὅτι οἱ προπολεμȣ͂ντες. *Vtri in rep. vtiliores ſint, milites an agricolae? et primo pro militibus.*

14. XXIV. [XXX.] Ὅτι γεωργοὶ τῶν προπολεμȣ́ντων λυσιτελέστεροι. *Agricolas vtiliores eſſe quam milites in rep.*

15. XXV. [XXXI.] Ὅτι οἱ σύμφωνοι τοῖς ἔργοις λόγοι ἄριστοι. *Solos ſermones, quibus opera reſpondent, eſſe optimos.*

16. XXVI. [XXXII.] Εἰ ἔστι καθ᾽ Ὅμηρον αἵρεσις; *An ſit ſecundum Homerum definita in philoſophia opinio, ſiue ſecta?* Hanc diſſ. reſpicit Suidas, quum Maximum Tyrium, ait, ſcripſiſſe περὶ Ὁμήρȣ καὶ τίς παρ᾽ αὐτῷ ἀρχαία φιλοσοφία; [❡]

17. XXVII. [XXXIII.] Εἰ τέχνη ἡ ἀρετή; *An virtus ſit ars, ſiue num doceri queat?*

18. XXVIII. [XXXIV.] Πῶς ἄν τις ἄλυπος εἴη. *Quomodo quis doloris viuere expers poſſit?*

19. XXIX. [XXXV.] Τί τέλος φιλοσοφίας; *Quis philoſophiae finis?* Confer infra diſſ. 34.

20. XXX. [XXXVI.] Εἰ προηγȣ́μενος ὁ τȣ͂ Κυνικȣ͂ βίος; *Cynici vitam potiorem eſſe.*

21. XXXI. [XXXVII.] Εἰ συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν τὰ ἐγκύκλια μαθήματα; *Num artes liberales aliquid in virtutem conferant?*

22. XXXII. [XXXVIII.] Εἰ γένοιτό τις θείᾳ μοίρᾳ ἀγαθός; *An aliquis diuina ſorte bonus fiat?* Confer *Dionem Chryſoſt.* diſſ. LV. et *Petrum Petitum* lib. I. Miſc. obſeruationum, capite 20.

23. XXXIII. [XXXIX.] Ὅτι ȣ̓κ ἔστιν ἀγαθὸν ἀγαθȣ͂ μεῖζον. *Bonum bono maius non eſſe.*

24. XXXIV. [XL.] Ὅτι ἔστιν ἀγαθὸν ἀγαθȣ͂ μεῖζον. *Bonum bono maius eſſe.* Contra Stoicos. Adde *Lipſium* III. 4. manuduct.

25. XXXV. [XLI.] Τȣ͂ Θεȣ͂ τὰ ἀγαθὰ ποιȣ͂ντος, πόθεν τὰ κακά; *Quum Deus bona faciat, vnde ſint mala?*

26. XII. [XIV.] α΄. Τί τὸ δαιμόνιον Σωκράτȣς; *Quid ſit Socratis Deus, ſiue daemonium?*

27. XII. [XV.] β΄. Ἔτι περὶ τȣ͂ Σωκράτȣς δαιμονίȣ. *De eodem argumento*, de quo vide ſis, quae dicta a me ſupra lib. IV. cap. 11. nr. 93. et in biblioth. latina, vbi Apuleii librum de deo Socratis retuli.

28. XIII.

28. XIII. [XVI.] Εἰ αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις; *Vtrum disciplinae fine reminiscentia?*

29. VIII. [X.] Τίνες ἄμεινον περὶ Θεῶν διέλαβον, ποιηταὶ ἢ φιλόσοφοι; *Vtri melius de diis senserint, poetae an philosophi?*

30. IX. Περὶ Μίδου τοῦ Φρυγός. *De Mida, Phryge.* In aliis codicibus, (vt illo, quo interpres latinus, Cosmus Paccius, vsus fuit,) rectius haec dissertatio inscribitur: πότερον εὔχεσθαι δεῖ τῷ Θεῷ, *an orandus sit Deus?* siue, vt est in codice regio Paris. εἰ δεῖ εὔχεσθαι; [et sic inscribitur in altera Dauisii edit. nr. XI.]

31. 32. 33. I. [I. II. III.] α΄. β΄. γ΄. Περὶ ἡδονῆς ὅτι εἰ καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ οὐ βέβαιον. *Voluptatem etsi bonum, non tamen esse stabile.* Hae tres dissertationes vna cum tribus proxime sequentibus manu exaratae exstant in bibliotheca caesarea Vindobonensi.

34. II. [IV.] Τί τέλος φιλοσοφίας; *Quis sit philosophiae finis?* Similis argumenti fuit supra diss. 19.

35. III. [V.] Ὅτι ἐστὶ καὶ ἐκ τῶν περιστάσεων ὠφελεῖσθαι. *Ex aduersa fortuna etiam posse vtilitatem percipi.* De eodem argumento Plutarchus lib. de vtilitate ex inimicis. Vide, si lubet, quae dixi supra lib. IV. cap. 13. nr. 55. [⁋] [pag. 178.]

36. IV. [VI.] Πῶς ἄν τις πρὸς φίλον παρασκευάσαιτο. *Quomodo quis ad amicum se parare debeat.*

37. V. [VII.] Ὅτι πρὸς πᾶσαν ὑπόθεσιν ἁρμόσεται ὁ τοῦ φιλοσόφου λόγος. *Omni subiecto philosophiam conuenire.*

38. VI. [VIII.] Εἰ Θεοῖς ἀγάλματα ἱδρυτέον. *Vtrum Diis sint dicandae imagines.*

39. VII. [IX.] Εἰ καλῶς ἐποίησε Σωκράτης μὴ ἀπολογησάμενος; *An recte fecerit Socrates, quod se non defenderit respondendo.* Memorat et Suidas e Max. Tyrii dissertationibus hoc titulo, εἰ καλῶς Σωκράτης οὐκ ἀπελογήσατο.

40. XI. [XII.] Τί ἐστιν ἐπιστήμη; *Quid sit scientia?*

41. XII. [XIII.] Πότερα χαλεπώτερα νοσήματα, τὰ τοῦ σώματος, ἢ τὰ τῆς ψυχῆς; *Corporisne, an animi morbi grauiores sint?* Hanc diss. cum libello Plutarchi, eiusdem argumenti, (de quo supra lib. IV. cap. 13. nr. 84.) latine vertit *Io. Rainoldus.* Lond. 1619. 12.

XI. *Codd. MSSti et editiones Maximi Tyrii.*

[*Codices MSSti* mihi innotuerunt, praeter eos, quos memorauit Fabricius, sequentes: in biblioth. *Medic. Florent.* cod. XV. chart. in fol. min. a Ludou. Beccatello mediceae bibl. dicatus, plut. 85. qui continet Maximi diss. XI. — *Florentiae* in bibl. monast. B. Mariae in cod. bombyc. *Maximi Tyrii* opuscula, teste Montfaucon. in diario ital. pag. 365. — *Venetiis* in biblioth. D. Marci cod. CCLIV. membran. saec. XV. diss. XLI. — cod. DXIV. chart. saec. XIV. diss. VII. quarum prima est mutila. — In biblioth. regia *Neapolitana*, in cod. II. bombyc. saec. XIV. *Maximi* (an nostri?) sermones et chrestomathiae. — *Romae* in biblioth. *Barberina*, nr. CXXXI. Maxim. Tyrius, cod. membr. saec. XIII. tum nr. CXXXVI. CCCVI. id. saec. XV. cod. chart. — in biblioth. *Angelica*, Max. orationes, cod. chart. saec. XIII. — *Parisiis*, in biblioth. publ. diss. XLI. cod. MDCCCCLXII. membran. saec. XI. — sermones III.

nes III. de voluptate, et duo alii, cod. MDCCCXXXVII. chartac. saec. XVI. — sermones II. cod. MDCCCXVII. saec. XVI. chartac. — disp. quid sit deus secundum Platonem, cod. CLXV. chart. — In *Leidensi* biblioth. Heinsii notae mst. ad Max. Tyrium, (teste catal. pag. 338. nr. LXXVII. circa fin.) — ex legato Bonau. Vulcanii, Maximi Tyrii τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ διαλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας. (Sunt sex priores diss. in edit. 2da Dauis.) — In biblioth. *Escurial.* sermones XL. Plüer in itin. per Hisp. pag. 181. addit *eiusdem (Maximi.)* vel alterius Max. Tyrii fragm. de vrinis; sed *Clark* in catal. codd. gr. Escor. in epistolis etc. pag. 408. nullam illius dubii fragm. facit mentionem.

In biblioth. *Vindobonensi* sex diss. quae in altera Dauisii edit. prima occupant loca. vid. *Lambecii* comment. vol. VII. pag. 40 sq. cod. X. nr. 2. et *Nessel* catal. part. IV. p. 158 sq. — In Anglia, in biblioth. *Edu. Bernardi*, Max. Tyr. vid. catal. MSS. Angliae et Hibern. vol. II. pag. 227.

In biblioth. *Bernensi*, cod. chartac. in 8. saec. XV. alio ordine diss. vid. *Sinneri* catal. codd. gr. biblioth. illius, pag. 521.

Editiones.

Latine transtulit primus *Cosmus Paccius*, archiepiscopus Florentinus e MSto codice, quem ad Laur. Medicem cum aliis *Ianus Lascaris* e Graecia adtulerat. Cosmi frater *Petrus Paccius*, post mortem auctoris, interpretationem edidit, dicatam Iulio II. pontifici max. [Romae apud Iac. Mazochium. 1517. fol. vid. *Maittaire* A. T. II. pag. 302.] — praefixa *Beati Rhenani* ad Ioh. Grolierium Lugdunensem, regis christianiss. a secretis ac Insubriae quaestorem primarium epistola, qua testatur, ad graeca quaedam excerpta latinam Tyrii versionem se recognouisse, Basil. 1519. fol. tum ex castigatione *G. Alberti Picti*, Paris. 1554. forma minore.

Graece primus ex codice Arnoldi Arlenii, et altero minus emendato Ioannis Stracelii vulgauit *H. Stephanus*, Paris. 1557. 8. vna cum castigationibus, ad calcem libri subiectis, et separatim edita *latina* Paccii interpretatione, sed quam plurimis locis inter excudendum emendata. [In biblioth. Pinelliana, (catal. I. pag. 226.) fuit exemplar, cum adnott. et emendatt. msstis *Fabii Beneuolentii*.]

Graece et *latine* prodiit cum interpretatione et notis *Danielis Heinsii*, (qui codice MS. regis Galliae, beneficio If. Casauboni et excerptis Sixti Arcerii, codice item Palatino vsum se profitetur,) Henricique Stephani castigationibus Lugd. Bat. 1607 et 1614. 8. In priore editione latina ad calcem libri separatim exhibentur, et praeter Alcinoi introductionem adiuncta sunt pythagoreorum fragmenta cum versione Guil. Canteri et Apuleii liber de deo Socratis. [P] In altera editione emendatiore, interpretatione latina graecis per singulas paginas Maximi Tyrii statim adscripta, sed Apuleii liber vna cum pythagoreorum fragmentis omissus.

Recusus est ex Heinsii editione *Maximus Tyrius* graece et latine, sed sine notis Lugd. ex officina Claudii Lariot, 1630. 8. et ita, vt castigationes Stephani Heinsiique, quae editori probarentur, statim in contextum receptae sint, Oxonii 1677. 12. [In bibl. *Hulsiana* tom. III. part. I. pag. 195. nr. 3431. citatur edit. cum not. Heinsii, Lugd. Bat. 1694. 8.]

Poſtea *Io. Dauiſius*, collegii reginae apud Cantabrigienſes ſocius, *Maximi Tyrii* diſſertationes cum interpretatione Dan. Heinſii, hinc inde a ſe emendatas, et notis breuibus, in ora cuiusque paginae ſubiectis, recudi curauit, Cantabrigiae a. 1703. 8. Iure merito laudatur haec editio a Io. Clerico tom. XI. bibl. ſelectae pag. 287 ſq. etſi dolendum videtur, Heinſii notas non integras adiectas eſſe. Ceterum binos indices Dauiſius addidit, vnum auctorum, a Tyrio laudatorum, alterum perquam locupletem rerum. Priorem, aliquot locis auctum, mox infra ſubiungam.

[At Dauiſ. nouam operam impendit curandae alteri editioni, in qua non modo textum ad duo potiſſimum codd. alterum in bibl. publ. Pariſ. alterum in bibl. Comitis Oxonienſis exegit et conſtituit; ſed etiam diſſertationum mutauit ordinem, ſecundum cod. regium; morte tamen abreptus editionem abſolutam publicare non potuit. Id igitur negotii poſthaec ſuſcepit *Io. Ward*, cuius opera lucem adſpexit altera illa Dauiſii editio, adnott. ornata eruditis Ier. Marklandi; qui, quod ſcripta exemplaria Harlei. et regium Pacciique verſio plerumque conſpirant, reliquis mire diſcrepantibus, ſuſpicatur, exemplis in medium poſitis, ab ipſo auctore duplicem factam eſſe recenſionem ideoque ipſam ſententiam aliquoties mutatam; tum oſtendit, has diſſ. ab auctore, acuto quidem, ingenioſo et certe eruditiſſimo, feſtinanter tamen et parum adcurate compoſitas fuiſſe. Illa vero editio inſcripta eſt:

Μαξιμου — *Maximi Tyrii diſſ. ex recenſione Io. Dauiſii*, coll. regin. Cantab. Praeſidis. *Editio altera*, ad duos codd. mss. locis quamplurimis emendata, notisque locupletioribus aucta. Cui acceſſerunt viri eruditiſſ. *Ier. Marklandi*, Coll. D. Petri Cantabrig. ſocii, adnotationes. Londini, exc. Guil. Bowyer. 1740. 4. — Altera haec Dauiſii editio cura *I. Iac. Reiskii*, qui quaedam oppoſuit Dauiſio ac Marklando, repetita eſt typis Lipſiae 1774. 8. II. voll. — in *Io. Vptoni* Ποικίλη ἱςορία — in vſum ſcholae Etonenſ. Londini 1701. 8. ſunt duo Maximi ſermones. *Harl.*]

Gallice, per *Federicum Morellum*. Pariſ. 1607. 12. Rothomagi. 1617. 4. [Separatim, Playdoyer pour les laboureurs etc. traduit du Grec de Tyr Maxime, par Fed. Morel. Pariſ. apud eumdem 1595. et 1596. 8. *Harl.*]

Italice interprete *Petro de Bardi*, comite Vernii, et academico Florentino. Venet. 1642. 4. *Fabric.* et ex lingua hiſpanica per *Bol. Zaltieri*. Venet. 1569. 4. — *Germanice* per *Chr. Tob. Damm*. Berol. 1764. 8. *Harl.*

XII. *Index ſcriptorum et illuſtrium ingenii laude virorum, a Maximo Tyrio laudatorum* mm).

Aeſchylus diſſ. 41.
Aeſopus, 33.
Alcaeus, 21.
Anacharſis, 15.
Anacreon, 8. 10. 11.
Aratus, 14.
Archilochus, 8.
Ariphron, Sicyonius, 41.

Ariſteas,

mm) Fabricius, notante *Ward* ſub fin. praef. ad alteram Dauiſii edit. omnes, quos Dauiſius in vtroque laudarat indice, coniunctim in vnum contulit. Hic autem Fabric. index accommodatus eſt priori Dauiſii editioni. *Harl.*

Aristeas, 22. 28.
Aristophanes, 15.
Diogenes, cynicus, 16. 20. 33.
Draconis leges, 39. [?]
Epicurus, 29. 31. 33. 34.
Epimenides, 22. 28.
Eupolis, 4.
Euripides, 3.
Heraclitus, 25. 29.
Herodotus, 12. 23.
Hesiodus, 8. 13. 14. 16. 22. 26. 29. 33.
Hippocrates, 3.
Homerus, passim.
Melesagoras, Eleusinius, vates, 22.
Menander, 30.
Minois leges, 22. 40. Cretensium lex. 10.
Myson, Chenensis, sapiens, 8.
Oracula, 3. 13. 30.
Orpheus, 21. 29.
Pherecydes, τȣ̃ Συρίȣ τὴν ποίησιν σκόπει, 29.
terrae motum Samiis praedicens, 3.
Pindarus, 2. 21.
Plato, 3. 8. 16. 36. etc. ὑπὸ Ὁμήρȣ μεγαλυνόμενος, 33.
Prodici fabula de Hercule, 4.
Pythagoras, 9. 15. 28.
Sappho, 8.
Socrates, passim.
Stesichorus, 11.
Syracusii poetae (Epicharmi) dictum νȣ̃ς ὁρᾷ, νȣ̃ς ἀκȣ́ει, 1.
Telesillae μέλη, 21.
Thucydides, 12. 23.
Timesias, qui defectum solis Clazomeniis praedixit, 3.
Tyrtaeus, 21.

XIII. ALCINOVS ad initia secundi a Christo nato saeculi a viris doctis refertur, etsi, quo tempore vixerit, nullo certo argumento constat [nn]). Et Platonicum quidem fuisse, suadet liber, quem sub illius nomine habemus, nisi putemus, alterius etiam disciplinae sectatorem exploratoris instar Platonica dogmata accuratius pensitasse atque in compendium misisse. Nam Alcinoum stoicum memorat *Philostratus* in vita Marci Sophistae, διάλεξιν huius de iride ad illum veluti auctorem a quibusdam relatam indignatus lib. I. cap. 1. de sophist. pag. 528. Certe quisquis fuit, antiquior fuit auctore libri περὶ παντὸς ȣ̓σίας, quem Flauio Iosepho quidam, alii Hippolyto, Portuensi episcopo, alii Caio presbytero tribuerunt: de illo enim haec inter [?] alia *Photius* cod. XLVIII. δείκνυσι δὲ ἐν αὐτοῖς πρὸς ἑαυτὸν στασιάζοντα Πλάτωνα, ἐλέγχει δὲ καὶ περὶ ψυχῆς καὶ ὕλης καὶ ἀναστάσεως Ἀλκίνȣν ἀλόγως τε καὶ ψευδῶς εἰπόντα. Quae de nostro Alcinoo accipienda esse, libenter mihi persuaserim. Nam illum quidem longe antiquioris Alcinoi apologum omitto Odyss. θ. sqq. *Aelian.* XIII. 14. varr. hist. [oo]) qui ob longitudinem in prouerbium abiit *Platoni* X. de Rep. *Aristoteli* III. 16. [pp]) Rhetor. [qq]) et Poetic. cap. 16. *Polluci* II. sect. 118. et VI. 120. Diogeniano

nn) Dubitat quoque *Saxius* in Onom. I. p. 294. adde *Voss.* de philosophor. sectis, cap. 16. §. 5. pag. 80. *Brucker.* hist. critic. philos. tom. II. pag. 165 sq. Diuersus est omnino ab *Albino*, philosopho platonico, a. 164. *Harl.* — vid. *Pag. Gaudentius* de philos. rom. cap. 153. *Alcinoi* meminit *Athen.* lib. XII. pag. 513. *Heum.*

oo) Vid. ibi Perizon. not. *Harl.*

pp) Verba eius sunt: παράδειγμα ὁ Ἀλκίνȣ ἀπόλογος, ὅτι πρὸς τὴν Πηνελόπην ἐν ἑξήκοντα ἔπεσι πεποίηται, vbi recte ἔτεσι pro ἔπεσι, in adagiis suis legit magnus Erasmus voc. *apologus Alcinoi*, licet alteram lectionem amplectatur *Ioach. Camerarius* commentarius vtriusque linguae pag. 153. Sed in numero annorum vitium est, atque ἄκοσι pro ἑξήκοντα legit idem Erasmus. Nouum exemplum eiusmodi apologi infiniti nobis offert fabula arabica, quae a mille et vna noctibus et Persica, quae a totidem inscribitur, licet alioqui nec amoenitate destituatur nec ingenio. De Alcinoi pometo, siue hortis, videndus *Cerda* ad Tertull. de pallio cap. 2.

qq) Vbi vid. comm. Victorii.

niano ac Suidae memoratum. At non omittendum est, quod *Eusebius* XI. 23. praeparationis euangelicae, locum [rr]) ex Alcinoo, (qui in huius libello iisdem verbis capite 12. hodie legitur,) producens, ait, eum se ex Didymo Alexandrino proferre, vnde suspicio est, Didymum ex Alcinoo, vt *Vossius* libro de philosophorum sectis cap. 16. §. 5. existimabat, siue potius, vt cum *Lambecio* lib. VII. de bibl. Vindob. pag. 18. [pag. 38 sq. edit. Kollarii,] malim, Alcinoum e Didymo quaedam mutuatum fuisse. Fuit et *Albinus* quidam, platonicus, cuius nomen ab Alcinoo non longe abludit, et de cuius εἰσαγωγῇ εἰς τὲς Πλάτωνος διαλόγες vid supra cap. de Platone, [vol. III. pag. 157.] Illiusque Albini mentio quoque inter philosophos, quibus ad concinnandum florilegium vsus est Io. Stobaeus, apud *Photium* codice CLXVII. Ceterum nihil impedit, quo minus circa eadem tempora vel deinceps fuerit etiam Alcinous quidam, qui similiter compendium quoddam dogmatum platonicorum composuerit.

XIV. Exstat certe sub Alcinoi nomine ἐπιτομὴ siue Διδασκαλικὸν τῶν Πλάτωνος δογμάτων, hi enim tituli in duobus codicibus caesareis [ss]) occurrunt: siue, vt in editis inscribitur, εἰσαγωγὴ τῶν δογμάτων Πλάτωνος, *in Platonis doctrinam introductio*, perspicua et elegans. Auctor ipse in calce libri εἰσαγωγὴν εἰς τὴν Πλάτωνος δογματοποιΐαν adpellat. Quod vero Gesnerus in bibl. notat, Ficini versionem auctiorem esse tribus capitibus XXVI. XXVII et XXVIII. [P] idque repetens *Labbeus* in bibliotheca noua MSS. pag. 112. addit, se sperare, quod graeca e quatuor codicibus regiis restitui possint, conferenti patebit, in graecis editionibus illa non desiderari; sed alio tantum ordine posita legi, hoc nempe:

apud Ficinum capita 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32.
in graecis et graecolat. 25. 29. 30. 31. 26. 27. 28. 32.

In altero codicum bibliothecae caesareae a. Chr. 925. scripto a *Ioanne*, Nicolai cognomine, Mystici Patriarchae CPolitani grammatico siue notario occurrunt etiam in margine antiqua graeca scholia, atque vbi opus est (capite praecipue decimo tertio) schemata siue diagrammata mathematica, quae adeo operae pretium fuerit in noua, vbi curabitur, Alcinoi editione adiungi. Scriptores laudat nullos praeter Platonem et cap. 14. Pythagoreos, atque Heraclitum, et cap. 24. Medeam Euripidis oraculumque, Laio redditum, ibid. et cap. 26.

XV. *Codices MSSti et editiones Alcinoi.*

Codices MSti, praeter duo caesareos *Vindobon.* paullo ante memoratos, hi fere sunt, quorum notitiam acquirere potui. *Venetiis* in bibl. D. Marci, cod. DXIII. chart. saec. XIV. in 4.

rr) Vide de hoc Eusebii loco *Ionsium* de scriptor. hist. philos. lib. III. cap. 1. pag. 214. (p. 2 sq. edit. Dornii,) vbi docet, ab Eusebio intelligi Didymum Areum (Ἀρεῖον), philosophum academicum: id ipse quoque scripserat Fabricius supra in catalogo Platonicorum, [vol. III. pag. 171.] *Heum.*

ss) Cod. X. in *Lambecii* comment. etc. vol. VII. p. 36 sqq. et in cod. multo praestantiore, LXXVII. ibid. pag. 267 sqq. In horum posteriore ab initio desunt quaedam: deinde reliqua omnia, vna serie continua et sine vlla diuisione in capita, (vti in optimo cod. Florent.) sequuntur, vsque ad totius libri finem; vnde concludit Lambecius, ipsum Alcinoum non esse auctorem diuisionis libri sui in capita, neque eorum lemmatum, qui singulis praefigi solent capitibus. Clausula codicis est Ἀλκινόυ ἐπιτομὴ τῶν Πλάτωνος δογμάτων. *Harl.*

in 4. et cod. DXXV. chart. ſaec. XV. in 8. de dogmatibus Platonis. — *Florentiae* in bibl. Medic. teſte Bandinio catal. codd. gr. tom. I. pag. 443. in cod. XXXII. plut. IX. nr. XIV. — tum tom. II. p. 485. cod. I. plut. 59. vbi in titulo, ad finem adiecto, inſcribitur ἐπιτομή. — in tom. III. pag. 23. cod. XXXIV. plut. LXXI. Ἀλκινόȣ μεγάλȣ διδασκάλȣ λόγος διδασκαλικὸς τῶν Πλατ. δογμάτων. — ibid. pag. 263. in cod. membran. ſaec. XIII. optimae notae, nr. III. vbi in initio vocatur λόγος διδασκαλικὸς, in fine autem ἐπιτομή. In hoc quoque cod. nulla adparet capitum diſtinctio. — In bibl. *Coisliniana* cod. CCCXXIV. bombyc. ſaec. XV. (teſte Montfauc. catal. pag. 445.) — In biblioth. *Pariſ.* publ. codd. MCCCIX. MDCCCXXXVII. MDCCCCLXII et MDCCCCLXXVII. (ſec. catal. vol. II.)

Editiones.

Epitoma Alcinoi diſciplinarum Platonis, ex verſione Petri Balbi, epiſcopi Tropeienſis, ad *Nicolaum*, Cuſenſem, cardinalem. Cum *L. Apuleii* metamorphoſ. etc. ex recognitione Io. Andreae. Romae in domo Petri de Maximo. 1469. fol. vid. *Audiffred.* cat. roman. editt. ſaec. XV. pag. 17 ſqq. et cl. *Foſſii* catal. biblioth. Magliab. I. pag. 137. — Rec. illa eſt edit. Romae per Conr. Schweynh. et Arn. Pannartz. 1472. fol. — Eadem repetita dicitur ab Audiffredo, *Vicentiae* 1488. fol. Eadem quidem Vicentina edit. a *Mittarellio* in indice editt. ſaec. XV. col. 9. ſubiuncto eiusdem catal. codd. msst. bibl. S. Michael. Venet. citatur; ſed verſio Alcinoi tribuitur *Nicolao*, *Tropienſi epiſcopo*. A Goetzio in Mem. bibl. Dresd. III. pag. 498. (vbi illa edit. recenſetur,) et a cel. *Panzero*, A. T. pag. 518 ſq. III. omittitur nomen proprium interpretis; hinc in Fabricii B. L. edit. Erneſti in Apuleio verſio Alcinoi ipſa perperam adſcribitur Cuſenſi: ego vero dubito, num Mittarellius recte adſignauerit eam *Nicolao*, Trop. epiſcopo, et nomen illius, per errorem forſan intruſum, recte ſcripſerit. — Atque in bibl. Erlang. eſt exemplar ſine titulo ac ſine Apuleio: et pagina prima ſtatim incipit: *Alcinoi diſciplinarum platonis epitoma: id eſt breuiarium incipit. Epiſcopi Tropienſis ad Nicolaum Cuſenſem Cardinalem conuerſio.* ſequitur ſtatim praefatio. In calce autem ſine loci nota. *Epitoma — Anno ſal.* M.CCCC.LXXII. (1472.) *die vero* XXIIII. *m. Novembr.* fol. — Rec. *Venetiis*, 1493. fol. vid. *Foſſ.* l. c. cap. 139. — At *Petri Balbi*, Piſani, epiſcopi Tropienſis, aequalis temporum Pii II. pontificis max. tt) ineptam verſionem excudere ſe noluiſſe teſtatur in titulo *graecae* ſuae editionis, vna cum Apuleio, — cuius inſcriptio haec eſt: *L. Apuleii* Metamorphoſeos — — *Iſagogicus liber Platonicae philoſophiae per Alcinoum philoſ. graece impreſſus. nam maluimus hunc graecum imprimere, quam latinum, cum inepta tralatione cuiusdam Epiſcopi Tropienſis barbarus eſſet.* (Sed de Alcinoo Franciſcus Aſulanus in praefatione ne verbum quidem ſcripſit.) Venet. apud Aldum. 1521. 8. Hanc tamen editionem eſſe corruptiſſimam, ſcribit *Morhof.* Polyhiſt. tom. II. lib. I. cap. 7. §. 2. pag. 32.

At exſtabat tum iam typis exſcripta interpretatio latina altera non contemnenda *Marſilii Ficini*, licet adhuc, vt notat Dan. Heinſius, adoleſcentis, quae cum Speuſippi definitionibus Platonicis aliisque variorum opuſculis per eumdem translatis lucem vidit iam a. 1472. 1497. in aed. Aldi Venet. ac deinde ſaepius recuſa eſt, etiam inter Ficini opera, vt dixi lib. I.

tt) Vide *Gaddium* de ſcriptoribus non eccleſiaſticis pag. 132.

cap. 7. §. 4. [Plura vide ſupra, vol. III. pag. 109. 126 ſqq. et pag. 187 ſq. voc. *Speuſippus.*] Prodiit etiam Baſil. 1532. 8. cum Speuſippi definitionibus ex Xenocrate de morte, atque breui Platonicae philoſophiae compendio. [vid. *Iriarti* catal. codd. gr. Matrit. pag. 229. MS. in bibl. Duc. de Vallier. tom. I. pag. 368. nr. 1211.] Tum ſeparatim Roſtoch. 1582. 8. ſed et Pariſ. 1562. 4. cum ſcholiis *Matthaei Frigdiani* ſiue *Frigiliani.*

Ex *Ficini* verſione per *Iacobum Carpentarium* recognita, [Pariſ. 1566. 4. ex offic. Gabr. Buon.] — cum eiusdem commentariis et Platonis cum Ariſtotele comparatione. Pariſ. 1573. 4. ex officina Iacobi de Puys, duobus voluminibus. [†] [Plures Alcinoi editt. vid. apud *Phil. Labbeum* in breui conſpectu graecorum interpretum Platonis. Lutet. Pariſ. typis Cramoiſian. 1657. 4.]

[*Alcinoi* introductio ad Platonis dogmata, et alia, gr. et lat. Pariſ. apud Vaſcoſ. 1532. 8. — de doctrina Platonis, item Speuſippus de Platonis definitionibus et Xenocratis — de morte. gr. et lat. Marſ. Ficino interprete. ibid. ap. Mich. Vaſcoſ. 1533. 8. Eſt vero vna editio: nam graecus textus et latina verſio ſeorſim excuduntur: ille vero notam a. 1532. gerit; haec a. 1533. vid. *Maittaire* A. T. II. 2. pag. 785. Atque duo vtriusque anni exempla et tertium a. 1532. ſ. l. citantur in catal. bibl. Hulſianae tom. III. part. I. pag. 196. Ibidem tamen *Maitt.* pag. 822. vbi memoratur *Alcinoi* ſermo doctrinalis de dogmatibus Platonis, *graece.* Venet. apud Stephanum Sabium. 1535. 12. (in catalog. Pinell. I. pag. 209. forma in 8. ſignificatur,) edente *Arſenio*, archiepiſcopo Monembaſienſi, Maittarius, inquam, in not. *a.* ex Arſenii praefat. repetit, hunc adfirmaſſe, Alcinoum nondum hactenus e prelo prodiiſſe. Hoc ego non recte intelligo; et Maittaire addit: „illud tamen Alcinoi opuſculum a. ſuperiore (vel potius ann. 1533.) Vaſcoſanus excudit graece et lat. Hoc enim promittit titulus, quamuis illud, quod vidi, exemplar latinam tantum habeat Ficini verſionem.“ quoniam, vt vidimus, verſio lat. ſeparatim eſt excuſa. — *Alcinoi* lib. — *Speuſippus*, — et *Xenocrates*, Pariſ. ap. Vaſcoſ. 1550. 8. — gr. ibid. 1582. 8.

Alcinoi philoſ. initia ad Platonis doctrinam, gr. et lat. *Dion. Lambino* interprete, cum eiusdem ſcholiis. Lutet. ap. Bene-natum. 1567. 4. *Harl.*] — Cum verſione Ficini paſſim interpolata a *Dan. Heinſio* ad calcem Maximi Tyrii, Lugd. Bat. 1607. 8. ita, vt graeca ſeorſim et latina ſeorſim exhibeantur. Sed in editione altera ibid. 1617. 8. et graeca et latina iuxta poſita ſunt, et verſio paſſim emendatior. Narrat Heinſius, MStum graecum codicem, quem contulit, Maximi Tyrii diſſertationibus Alcinoi libellum habuiſſe iunctum.

Ex hac Heinſii editione *Alcinous* ſeparatim recuſus Oxon. 1667. 8. ſubiuncto per *Io. Langbaenium* et *Io. Fellum*, Oxonienſem poſtea epiſcopum, catalogo Platonicorum.

Gallice verſum Alcinoum a virgine teſtatur *A. Verderius* bibliothecae gallicae, p. 21.

Anglice interpretatus eſt *Thomas Stanleius;* et vitae Platonis in hiſtoria philoſophica ſua ſubiunxit, Londini 1655. 1687. fol. et ſaepius illo idiomate vulgata. [In lat. Stanleiani operis verſione I. pag. 338 ſqq. edit. Venet. eſt latina verſio: *Doctrinae Platonis lineamenta; auctore Alcinoo.*]

IX. Memo-

IX. Memoratur etiam tamquam editus *Alcinous de phantasia et intellectu:* quod scriptum num diuersum sit ab iis, quae capite quarto Isagoges disputantur, non possum dicere; numquam enim illud vidi: [neque ego.] Etiam epigrammata quaedam vetera latina in Virgilium, quae in Pithoeana collectione, [in Anthol. vett. latin. epigr. ed. Burmanni II. tom. I. pag. 355. vbi vid. not.] leguntur, Alcinoo, nescio cui, antiquo poetae latino, tribuit *Barthius* XXXII. 9. Aduers. Alii *Alcimo.*

CAPVT XXI (olim XVIII)

DE SEXTO EMPIRICO

I. *Aetas Sexti Empirici.* II. *Eius Pyrrhoniae hypotyposes.* III. *Libri contra Mathematicos et codd. mssti.* IV. *Scripta deperdita.* V. *Catalogus scriptorum, ab eo citatorum.*

[Cum supplementis *G. C. Harles.*]

I.

SEXTVS MEDICVS [a]) *Empiricus* a Sexto, Chaeroneo [b]), [&] stoico, Plutarchi nepote, diuersus, acutissimus defensor sectae scepticae siue pyrrhoniae sub imperatore

a) Lib. I. contra Mathemat. cap. 12. [s. adu. Grammaticos, sect. 260. pag. 271. edit. Fabric.] de Aesculapio, medicorum principe: τὸν ἀρχηγὸν ἡμῶν τῆς ἐπιστήμης Ἀσκληπιὸν κεκεραυνῶσθαι λέγουσιν. *Empiricus* dicitur in codd. MSS. operum Sexti, et in MS. Suidae codice, teste Salmasio ad M. Antoninum Capitolini et a Laertio in Timone, et a scriptore libri, qui inter Galeni libros legitur inscribiturque introductio seu Medicus cap. 4. [Sextum hunc per errorem cognominari *Empiricum*, statuit H. Stephanus not. g. ad eius Pyrrh. Hypot. *Heum.*] — Equidem methodicam sectam sceptico magis, quam empiricam, congruere contendit *Sextus* lib. I. Pyrrhon. hypotypos. vlt. vnde *Marsilius Cagnatus* lib. III. variar. obs. cap. 6. audacter adfirmauit, Sextum fuisse methodicae sectae addictum, quod probatur etiam *Danieli Clerico* parte II. hist. medicinae pag. 88. Sed passim testatur ipse Sextus, Scepticos in vita non fuisse Scepticos, adeoque nec in praxi medica; nihil enim acturos esse, si scepticam rationem sequi vellent. οὐ συνίασιν, ὅτι κατὰ μὲν τὸν φιλόσοφον λόγον, οὐ βιοῖ ὁ Σκεπτικός, ἀνενέργητος γάρ ἐστιν ὅσον ἐπὶ τούτῳ lib. I. cap. 7. et 10 et 11 et 33. pag. 46. e. [adde not. Fabric. ad Agathiam inter testimonia de Sexto Empir. editioni illius praemissa.] Idem Cagnatus coniicit, Sextum scripsisse Alexandriae, quia lib. IX. pag. 382. vbi de loco agit, exempli instar adfert, esse aliquem Alexandriae et in gymnasio et in schola. Quam coniecturam confirmare videtur etiam ipsa dictio: nam lib. I. contra Mathemat. cap. 11. ait, quod apud suos dicatur ὑποπόδιον, hoc Athenienses et Coos vocare χελωνίδα. Vsi autem sunt vocabulo ὑποπόδιον Alexandrini, vt patet vel ex graeca versione Psalmi CX. 1. Nihilominus Alexandriae se non scripsisse, *Sextus* clare testatur lib. III. hypotypos. cap. 24. pag. 155. e. [pag. 183. edit. Fabric.] αἴλουρον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῷ ἥρῳ (an Ὥρῳ [et sic dedit Fabric. in sua edit.]) θύουσι καὶ Θέτιδι σίλφην, ὃ παρ' ἡμῖν οὐκ ἂν ποιήσαι τις. Adde lib. I. aduersus Mathemat. pag. 42. d. Itaque *Ionsius* lib. III. de scriptoribus hist. philosoph. cap. 12. pag. 274. recte scripsit, non videri verisimile, quod Alexandriae Sextus scripserit. Neque Athenis vel Lacedaemone vel Romae, non magis quam inter Persas, Aegyptios, Syros, Coos, Gaetulos ac Libyos siue Afros, Cilices, Thracas, Germanos, Scythas, Sarmatasque fuit, quum libros suos componeret; horum enim omnium mores a suis distinguit. Quamobrem nec admitti potest, quod apud Suidam legas Σέξτος Λίβυς φιλόσοφος, σκεπτικὰ (in Gesneri biblioth. male legitur *Ethica*) ἐν βιβλίοις ί. πυῤῥώνεια. *Fabric.* Ipse Fabricius quod inter testimonia de nostro, ipsius editioni praefixa, integrum Marsilii

Marſilii Cagnati locum recepit, et obſeruationibus varii generis, quibus Cagnati ſententias vel oppugnauit vel defendit, bene illuſtrauit, idemque loca Sexti hac in nota laudata aliaque citat et interdum explicat: equidem lectores ad eum ablegare, quam ibi adnotata hic pluribus repetere ſatius eſſe duxi. — Idem Fabricius in elencho medicorum vett. vol. XIII. pag. 394. haec praeter ea de noſtro ſcripſit: *Sextus* Empiricus — *Galeno* in libro ſectarum tom. IV. pag. 372. et *Diogeni Laertio* in Timone memoratus lib. IX. ſect. 116. Afrum hunc Sextum vocat Tiraquellus, Suidam ſequutus, vti *Marſilius Cagnatus* lib. III. varr. obſeruatt. cap. 8. et *Andreas Dacerius* in vita Plutarchi p. 75. aliique. Sextum autem Empiricum, cuius ſcripta habemus, Afrum non fuiſſe, colligas ex lib. III. Pyrrhon. ſect. 213. vbi mores ſuos a moribus Libycorum diſtinguit. Igitur non magis Afrum fuiſſe mihi perſuadeo, quam peripateticum philoſophum, qualem ſcribit *Franciſcus Philelſus* lib. XXVI. epiſt. 1. pag. 178. *Prudentiam definit Sextus Empiricus*, vir peripateticae diſciplinae acutiſſimus, *libro tertio ſuarum admonitionum: Prudentia eſt ſcientia bonorum et malorum et indifferentium. Harl.*

b) Suidas inter ſcripta Sexti Chaeronei refert etiam σκεπτικὰ βιβλία δέκα, quae mox tribuit itidem Sexto philoſopho Libyco. Et Sextum Chaeroneum cum noſtro eumdem faciunt *Caſaubonus* ad Laert. *Gaſſendus* in epiſtola ad Franciſcum Valeſium pag. 136 ſq. *Gentianus Heruetus*, Sexti interpres. *G. I. Voſſius* lib. de philoſophia pag. 99. aliique. [Illis accedit *Huetius*, (qui ſi verus auctor eſt libri,) in: Traité philoſophique de la Foibleſſe de l'Eſprit humain, Amſtelod. 1723. 12. vbi de *Pyrrhone* eiusque ſecta, quam ab academicorum diſciplina exiſtimat reuera haud fuiſſe diverſam, et de *Sexto Empirico*, quem cum Sexto Chaeroneo eumdem facit, copioſe agit. conf. Acta eruditor. germanice ſcripta, part. 86. Lipſiae 1723. 8. pag. 77 ſqq. pag. 91 ſqq. et adde *Gurlitt* ſciagraphiam hiſtoriae philoſophiae pag. 138 — 144. ibique laudatos V. D. *Harl.* —] Sed rectius ſentiunt et melioribus argumentis nituntur idem *Caſaubonus* et *Salmaſius* ad Capitolini Antoninum, *Iohannes Rualdus* in Plutarchi vita cap. 5. *Marſilius Cagnatus* in variis obſſ. *Andreas Dacerius* ad M. Antoninum, *Ionſius* lib. III. cap. 12. [cuius argumenta refert et probat *Küſterus* ad Suidae locum tom. III. p. 299.] *Menagius* ad Laert. p. 144. et alii, quibus diuerſus a Sceptico et antiquior, ſectaque ſtoicus videtur *Sextus*, Plutarchi nepos ſiue ἀδελφιδοῦς ὁ ἐκ Βοιωτίας, quem audiuit M. Antoninus, imperator, teſte Capitolino, Eutropio et Suida in Μάρκος, celebratque ipſe Antoninus lib. I. §. 9. praeclara ab illo vitae praecepta edoctum ſe teſtatus: memorat praeter eumdem Suidam in Σέξτος, *Apuleius* in limine Metamorphoſ. *Philoſtratus* in Herode Attico pag. 556. et *Dio Chryſoſtomus*. De eodem intelligendum illud *Himerii* laudat. funebri in filium Rufinum [ſ. orat. XXIII. ſect. 21. pag. 800 ſqq. edit. Wernsdorfii, cuius notam conferes,]: θρηνῶ νῦν ὃν δεινότερον ἤλπισα Μινουκιανοῦ φθέγξασθαι, σεμνότερον δὲ Νικαγόρου, Πλουτάρχου δὲ εὐγλωττότερον, Μουσωνίου δὲ φιλοσοφώτερον, Σέξτου καρτερικώτερον. Alius ab vtroque Sexto Chaeronenſi ac Pyrrhonio fuit *Sextus pythagoreus*, cuius ſententiae a Rufino latine verſae exſtant. [vid. ſupra in vol. I. pag. 870 ſqq. *Saxii* Onom. I. pag. 369 ſq.] Alius *Sextus Papyrius*, Ictus: alius *Sextus Aelius*, Ictus, auctor iuris Aeliani, *Caecilius Sextus*, Ictus temporibus Traiani, de quibus dixi in bibl. latina. Alius praeterea *Sextus*, quem a ſe curatum refert Galenus libro ad Epigenem. Alius *Sextus Iulius*, Africanus, ceſtorum, de quibus lib. III. cap. 24. auctor. [*Sextus*, auctor diſputationum, dorica ſcriptarum dialecto, et Scepticis oppoſitarum, quae Sexto Empirico a quibusdam, ſed abſurde, tribuuntur. Illius Διαλέξεις promulgauit graece cum latina Io. Northii verſione *Fabricius*, (qui Sextum Chaeronenſem illarum eſſe auctorem ſuſpicatur,) in Biblioth. Gr. vol. XII. pag. 617 ſqq. adde eiusdem not. *N.* ad Marſilii Cagnati locum excerpt. inter teſtimonia poſt praefat. editionis, et ſupra in vol. III. pag. 575 ſq. vbi quidam *Sexti*, philoſophiae ſtoicae addicti, inprimis Sextus Chaeroneus, paullo fuſius indicantur. — *Sextus Placitus*, incertae aetatis medicus latinus: de quo vid. *Fabricius* B. Gr. vol XII. pag. 612. qui pag. 615 ſqq longum aliorum *Sextorum* dat catalogum. adde eumdem in vol. XIII. pag. 394 ſq. et *Saxii* Onomaſt. I. pag. 333. *Harl.*] Sexti noſtri Pyrrhonii praeter Laertium, Suidam et auctorem introductionis inter Galeni opera meminit *Gregor. Nazianzenus* orat. 21. in Athanaſ. pag. 380. ἀφ' οὗ δὲ Σέξτοι καὶ Πύῤῥωνες καὶ ἡ ἀντίθετος γλῶσσα, ὥσπερ τι νόσημα δεινὸν καὶ κακόηθες ταῖς ἐκκλησίαις ἡμῶν εἰσεφθάρη etc. et in carmine de Epiſcopis pag. 30. in inſignibus itineris italici Iac. Tollii. Μή μοι τὰ Σέξτου μηδὲ Πύῤῥωνος πλέκε. *Agathias* lib. II. hiſt. vbi de Vranio quodam Syro, pſeudophiloſopho, pag. 64. ἠβούλετο μὲν γὰρ τὴν ἐφεκτικὴν καλουμένην ζηλοῦν ἐμπειρίαν (a philoſophica hac potius ἐμπειρίᾳ, quam a medica haereſi Empiricus dictus

videatur

ratore [¶] Commodo [c]), vt videtur, vel paullo post clarus fuit [d]), scripsitque, qui exstant.

II. ΠΥΡΡΩΝΕΙΩΝ ΥΠΟΤΥΠΩΣΕΩΝ ἢ ΣΚΕΠΤΙΚΩΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ βιβλία τρία, *Pyrrhoniani Compendii siue Institutionum Scepticarum libri tres.* Auctor ipse hoc opus Aenesidemi exemplo inscripsit ὑποτυπώσεις, hoc est compendiosam scriptionem, atque ita passim vocat, vt libro I. cap. vlt. ἐν τούτοις ἀπαρτίζομεν τόν τε καθόλου τῆς σκέψεως λόγον καὶ τὸ πρῶτον τῶν ὑποτυπώσεων σύνταγμα. Et eodem capite: καὶ ἵνα μὴ καθ᾽ ἕκαστον λέγων ἐκβαίνω τὸν ὑποτυπωτικὸν τρόπον τῆς συγγραφῆς. Praetereo loca alia complura, in quibus συντόμως et ὑποτυπωτικῶς et ὡς ἐν ὑποτυπώσει capita sectae Pyrrhoniae scribere se ait. [vid. *Fabricii* not. init. pag. 1. edit.] Suidas simpliciter adpellat Πυῤῥώνεια, atque ita etiam ipse Sextus lib. I. contra Mathematicos cap. 13. περὶ ὧν ἐν τοῖς Πυῤῥωνείοις διεξήλθομεν, vbi male interpres: *in quaestionibus Pyrrhoneis.* lib. VI. pag. 136. περὶ ὧν ἔφην ἐν τοῖς Πυῤῥωνείοις ὑπομνηματιζόμενοι διεξήειμεν. vbi idem interpres recte: *in Pyrrhoniis commentariis.* Memorauerat autem Sextus paulo ante p. 135. σκεπτικὰ ὑπομνήματα, idem adeo opus vtroque titulo innuens, quod et ἐμπειρικὰ ὑπομνήματα alibi adpellat. Vide lib. I. cap. 3 et 4. et lib. II. pag. 82. aduersus mathematicos. Neque dubito, idem opus a Sexto denotari lib. VII. pag. 143. ὧν τὸ μὲν πρότερον ἐν τοῖς περὶ τῆς σκεπτικῆς ἀγωγῆς ἐξεθέμεθα. Atque ex iisdem locis adparere arbitror, libros hypotyposeon scriptos esse ante alterum opus aduersus [¶] mathematicos, vt in Antwerpiensi editione tam male sint his postpositi, quam in Geneuensi [et Fabriciana] recte et ex MSti quoque fide praemissi. Seorsim primus latine ex versione sua edidit et notas in loca quaedam addidit *Henricus Stephanus*, Huldrici Fuggeri tum typographus a. 1562. 8. [conf. Histor. Stephanor. pag. 253.] — Graece ex bibl. regis Galliae hoc opus vna cum libris aduersus mathematicos vulgare et commentariis illustrare pollicitus est *Philippus Iacobus Maussacus* pag. 1234 et 1236. ad Aristotelem de animalibus, editum Tolosae a. 1619. fol. Fugit autem, ni fallor, ratio

virum

videatur etiam Sextus, nisi pro ἐμπειρίᾳ legendum ἀπορίᾳ,) κατά τε Πύῤῥωνα καὶ Σέξτον τὰς ἀποκρίσεις ποιεῖσθαι, καὶ τέλος ἔχειν τὴν ἀταραξίαν τῷ μηδὲν ὅτιοῦν οἴεσθαι ληπτὸν καθεστάναι. *Fabric.* qui haec et alia loca pluribus refert post praefat. ad suam editionem. *Harl.*

c) Aetas Sexti ita colligitur a *Ioanne Ionsio,* III. 12, 7. *Laertius* in successione Pyrrhoniorum philosophorum lib. IX. sect. vlt. Antiochum Laodicenum adfirmat auditum a Menodoto Nicomediensi medico Empirico, et Theoda Laodicensi, Menodotum ab Herodoto Ariei, Tarsensis filio, Philadelphensi; Herodotum a Sexto, a Saturnino Sextum. Ἡροδότου δὲ διήκουσε Σέξτος ὁ Ἐμπειρικός, οὗ καὶ τὰ δέκα τῶν Σκεπτικῶν καὶ ἄλλα τὰ κάλλιστα, Σέξτου δὲ διήκουσε Σατορνῖνος ὁ Κυθηνᾶς, Ἐμπειρικὸς καὶ αὐτός. Iam Menodotus et Theodas celebrati erant tempore M. Antonini, sub quo libellum suum περὶ ὑποτυπώσεως Ἐμπειρικῆς anno aetatis 37. scripsit Galenus, eorumque in hoc saepius meminit, nullis memoratis iunioribus, licet Sexti, Empiricae sectae egregii assertoris, etiam mentio facta sit in libro, qui Galeni nomine fertur sub titulo εἰσαγωγὴ ἢ ἰατρὸς cap. 4. τῆς δὲ Ἐμπειρικῆς προέστησεν Φιλῖνος Κῷος ὁ πρῶτος αὐτὴν ἀποτεμνόμενος ἀπὸ τῆς λογικῆς αἱρέσεως, τὰς ἀφορμὰς λαβὼν παρὰ Ἡροφίλου οὗ καὶ ἀκουστὴς ἐγένετο. Θέλοντες δὲ ἀπαρχαΐζειν ἑαυτῶν τὴν αἵρεσιν ἵνα ᾖ πρεσβυτέρα τῆς λογικῆς, Ἄκρωνα τὸν Ἀκραγαντῖνον φασὶν ἄρξασθαι αὐτῆς. Μετὰ Φιλῖνον ἐγένετο Σεραπίων Ἀλεξανδρεύς, καὶ Ἀπολλώνιοι δύο πατήρ τε καὶ υἱὸς Ἀντιοχεῖς, μεθ᾽ οὓς Μηνόδοτος καὶ Σέξτος, οἳ καὶ ἀκριβῶς ἐκράτυναν αὐτήν.

d) *Saxio* Onom. I. pag. 332 sq. videtur Sextus sub Commodo, vel paullo serius circ. a. Chr. 190. ingenio et scriptis clarus fuisse. *Harl.*

virum doctum, quum existimauit, Sexto elaboratos alios praeterea maiores commentarios, quorum velut vmbra aut compendium essent libri tres hypotyposeon. Ita enim scribit: *Sextus ὑποτυπώσεων Πυῤῥωνείων libros inscripsit, quia in eis rudiler tantum et compendiose informat lectorum animos, vt postea plenius erudiantur. Sunt enim illi tres quasi vmbra et figura reconditioris institutionis, quam pollicetur in libris Scepticis. Et ὑποτυπωτικῶς idem apud eundem, quod συντόμως, breuiter, Graeci dicunt ὡς ἐν τύπῳ et τύπῳ λέγειν, λαμβάνειν, εἰπεῖν, ἀποδεικνύειν, informare breuiter apud Varronem. Verum de his diligentius in commentariis nostris ad illum auctorem.* [*Caspar* quoque *Barlaeus* editurus erat Sextum Empir. vid. Fabric. post praefat. suam et testimonia ipsius edit. praefixa. *Harl.*]

III. ΠΡΟ'Σ ΤΟΥ'Σ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΟΥ'Σ 'ΑΝΤΙ'ῬΡΗΤΙΚΟΙ' ΛΟ'ΓΟΙ δέκα. *Aduersus Mathematicos* siue dogmaticos per omne genus disciplinarum *libri decem* [e]). Huius sane operis librum septimum innuit Sextus cum lib. I. Pyrrhonianar. Hypotyp. cap. 11. ait περὶ ὧ ἐν ἀντιῤῥητικῷ λέξομεν λόγῳ. Et in libris ipsis aduersus mathematicos passim ἀντιῤῥήσεις adpellat, vt lib. V. pag. 116. c. lib. VI. pag. 127. c. etc. Per mathematicos autem intelligit non astrologos, quos ipse libro quarto specialiore sensu mathematicos vocat, nec, quos vulgo ita adpellamus, arithmeticos, geometras aliosque, qui in quantitatis consideratione versantur; sed vniuersos illos, qui certi aliquid [f]) sciri posse vel scire se profitebantur in quocumque genere disciplinarum [g]), tum in προπαιδεύμασι, tum in philosophiam [⁋] ipsam, praecipue autem aduersarios sibi elegit e dogmaticis stoicos, quos diserte passim nominat, etiam in Pyrrhoniis I. 1. pag. 14. κατὰ τοὺς μάλιστα ἡμῖν ἀντιδοξοῦντας νῦν δογματικοὺς τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς [h]). Post prooemium, quo aduersus vniuersam disciplinam generatim disputatur,

Liber I. est aduersus grammaticos criticosque, cuius nonnulla impugnat Claudius Dausquejus praefat. ad partem posteriorem suae orthographiae. Integrum publicis praelectionibus confutauerat *Caspar Barlaeus*, vt docet G. I. Vossius I. 1. Aristarchi cap. 3.

Liber II. aduersus rhetoras. *Nicol. Cabasilas*, archiepiscopus Thessalonicens. scripsit solutionem argumentorum quinque contra rhetoricam et dissertation. de criterio veritatis aduersus Scepticos, quae MSta exstat in bibl. Vindobon.

Liber III.

e) Hoc opus recensetur in *Thomas.* Bibl. pag. 448. 536. laudatur a *Boeclero*, bibliograph. crit. pag. 598 sqq. vid. *Fabric.* de scriptoribus de veritate relig. christianae, cap. 23. §. 4. pag. 485 sqq. *Heum.*

f) Confer *Scheferum* cap. 10. de natura et constitut. philosophiae italicae pag. 81. vbi de genere Pythagoreorum, qui vocabantur μαθηματικοί.

g) Post quatuor artes populares (grammatisticen, gymnasticen, musices practicae elementa et pictoriam, de quibus exstat liber G. I. Vossii,) passim celebratae sunt veteribus *liberales*, quae vocantur, *disciplinae*, grammatica et rhetorica, quadrifariaeque matheseos ianuae, arithmetica, gaometria, musica (theoretica) et astronomia. Denique philosophicae disciplinae tres: Logica, Physica et Ethica. Ex his Logica a Marciano Capella, Augustino, Cassiodoro, Isidoro Hisp. aliisque accensetur artibus liberalibus et cum grammatica et rhetorica coniungitur. Sed a Sexto nostro et antiquioribus tantum non omnibus refertur ad philosophiam. Quod etiam factum puto a Varrone, cuius nouem disciplinarum libros laudat *Isidorus Hispalensis* lib. II. Originum cap. 23.

h) Conf. *Fabricium* de inscriptione libror. S. Emp. aduersus mathematicos pag. 214. edit. *Harl.*

Liber III. aduerſus geometras, quem refellendum ſibi ſumſit *Guilelmus Langius* libro de veritatibus geometricis primo. Haſniae 1656. 4.

Liber IV. aduerſus arithmeticos. *Fabric.* — Hic pag. 337. not. *y.* exiſtimat, Sextum non duobus libris ἀντιῤῥήσεις ſuas aduerſus arithmeticos et geometras diuiſiſſe, ſed vno fuiſſe complexum. *Harl.*

Liber V. aduerſus aſtrologos.

Liber VI. aduerſus muſicos. Hactenus proprie aduerſus mathematicos libri. Sequuntur aduerſus philoſophos ἀντιῤῥητικοί.

Liber VII et VIII. aduerſus logicos.

Liber IX et X. aduerſus phyſicos. Recte notatum eſt a *Iacobo Thomaſio* pag. 373. programmatum, vulgo duos libros, logicis oppoſitos, pro vno libro numerari, contra mentem auctoris, qui, alterum aduerſus logicos librum pag. 221. incipiens, ait, ſe de criterio veritatis hactenus egiſſe διὰ τοῦ προανυσθέντος ἡμῖν ὑπομνήματος. [Sed in notis pag. 633. edit. haud adſentitur Fabricius Thomaſio, arbitranti, male ac praeter Sexti mentem commentarium aduerſus phyſicos a librariis eſſe diſcerptum in duo libros. *Harl.*] Sine illo errore tamen Sexto non conſtat numerus librorum denarius, [in codd. obuius et] Suidae etiam agnitus. [vid. Fabricii not. *A.* loco cit.]

Liber XI. aduerſus ethicos, cuius caput ſecundum inſcribitur τί ἐστι τὸ ἀγαθὸν καὶ κακὸν καὶ ἀδιάφορον. Hoc ipſum, credo, neque aliud Sexti opuſculum fuiſſe, quod ſub titulo περὶ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ [i]) in bibliotheca Bremenſi exſtitiſſe manu exaratum teſtatur Gerhard van Maſtricht epiſtola ad Burchhardum Gothelf Struuium. *Fabric.* qui in ſua edit. libros ſingulos aduerſus mathematicos peculiaribus illis nominibus diſtinxit. *Harl.*

Primus libros XI. aduerſus mathematicos latine vertit ediditque *Gentianus Heruetus,* Antwerp. [k]) apud Plantinum, 1569. fol. ſubiecta H. Stephani verſione hypotypoſeon Pyrrhonianarum. Sextum quidem vertit Heruetus non vsque quaque feliciter, nec integro codice [ꝑ] vbique vſus eſt, ita vt hinc inde lacunae adpareant. Recuſa latina Antwerpienſis editio [l]) Pariſ. 1601. fol. Denique vtrumque Sexti opus Pyrrhoniae hypotypoſeos cum H. Stephani et libri aduerſus mathematicos cum Herueti verſione graece lucem adſpexere Geneuae, (quidam tituli Aureliam, alii Pariſios praeferunt,) apud Petrum et Iacobum Chouet a. 1621. fol. additis variis lectionibus ex MS. codice et Henrici Stephani in hypotypoſes notis [m]). Operae pretium eſſet nouam ingenioſi huius et eruditi, quamquam, vbi

i) Omnino diuerſum et primum caput diſputt. Antiſcepticarum, alius Sexti, forſan Chaeronenſis, (de quo ſupra ad §. 1. not. quaedam ſunt adnotata,) eſſe videtur. conf. infra in notitia codd. de cod. Taurinenſi, et cod. Ven. in quo praeter primum illud caput tria ſequentia reperiuntur, et codd. Flor. *Harl.*

k) Etiam Pariſiis eodem anno 1569. fol. apud Martinum Iuuenem. *Fabric.* Editionem hanc Pariſ. vberius recenſuit, et de Herueto librisque Sexti Empirici plura adnotauit *Stolle* in: Nachricht von den Büchern — in der Stolliſch. Biblioth. vol. I. pag. 75 ſqq. *Harl.*

l) Haec editio in quibusdam catalogis perperam traditur eſſe graeco-latina.

m) Conf. *Simon* Biblioth. choiſie, cap. XVI. pag. 97 ſqq. *Harl.*

omnia impugnare vult, frigidi interdum sophistae sceptici adornari editionem, et collatis codicibus MSS. qui in Italia, Gallia, Anglia, atque tum in Germania quoque nostra *Augustae Vindel.*, *Vratislauiae* et *Cizae* exstant, emendari, versioneque accurata et necessariis notis instrui atque illustrari, quam in rem non pauca iam congessi, lubenter concedenda ei, qui in publicos vsus hunc in se laborem suscipere voluerit. [Ipse *Fabricius* praeclaram curauit editionem, cuius haec est inscriptio:

Sexti Empirici Opera. graece et lat. Pyrrhoniarum institutionum libri III. cum Henr. Stephani versione et notis contra mathematicos, siue disciplinarum Professores libri VI. contra philosophos libri V. cum versione Gentiani Herueti. Graeca ex MSS. codicibus castigauit, versiones emendauit suppleuitque et toti operi notas addidit Io. Albert. Fabricius, Lipsiensis etc. Lipsiae 1718. fol.

De optima hac editione vid. Acta erudit. Lips. a. 1718. m. Aug. pag. 337 sqq. et Fabricii vitam, a Reimaro conscriptam, p. 162 sqq. vbi quoque p. 222 et 227. loca quaedam emendata sunt et illustrata. Graeca autem inprimis recensuit Fabric. ad tres codd. MSS. *Sauilianum*, cuius lectt. varias accepit a I. Fr. Winklero et Io. Hudsono, *Vratislauiensem*, qui in libro 2. aduers. Logicos sect. 349. desinit, et *Cizensem*. Tum habuit lectt. quasdam codicis Romani s. potius *Ottoboniani*, et adnotationes, quas Cl. Salmasius marginibus exempl. sui manu adscripserat. In notis cum de lectionis varietate atque veritate diligenter disputat; tum verba textus et sententias sceptici philosophi docte interpretatur examinatque. In praef. Fabricius commemorat praeterea alios codd. MSS. *Augustanos* Vindel. tum in bibl. publica vrbis, tum in priuata Spizeliana; item cod. in bibl. regia *Taurinensi*, et in bibl. *Paris.* atque *Medicea*. Quare de his aliisque lubet adiicere pauca. In bibl. *Taurinensi* sunt tres codices. 1) teste catal. p. 85 sq. membr. saec. XVI. qui continet Pyrrhon. hypotypos. libros III. eiusdem ad mathematicos libr. X. et Sexti dispp. scepticis oppositas, at mutilas, de quibus ad notam §. I. sermo fuit. In cod. fol. 350. (vti in cod. *Veneto* D. Marci CCLXII. pag. 129. catal. codd. gr. in quo sunt quatuor priora capita,) legitur: δωρικῆς διαλέκτȣ ἐντεῦθεν ἕως τȣ͂ τέλȣς. ζητεῖται δὲ εἰ καὶ τὸ παρὸν σύγγραμμα Σεξτεῖον ἐςίν· περὶ ἀγαθȣ͂ καὶ κακȣ͂. Editor catalogi, quod in prima codicis pagina scriptum est: *ex libris Henr. Stephani Florentiae emtus*, 1555. suspicatur, Stephanum et possedisse illum cod. et auctorem esse adnotationum atque correctionum, in margine passim adpositarum. — 2) codex CXXIII. chart. saec. XVI. continet octo priores libros aduersus mathematicos, et 3) cod. CCLXI. chart. saec. XVI. libr. aduersus mathematicos. — In bibl. publ. *Parisina*, teste catal. in vol. II. cod. MDCCCCLXIII. manu Nic. Sophiani Venetiis 1534. exaratus, et cod. MDCCCCLXIV. continent opera Sexti, cod. MDCCCCLXV. et cod. MMLXXXI. atque cod. MMCXXVIII. libros decem adu. mathematicos. cod. MDCCCCLXVI. manu Constantii saec. XVI. ineunte scriptus, complectitur libr. III. Pyrrhon. hypotypos. et libr. VII. adu. mathematicos. cod. MDCCCCLXVII. eadem manu scriptus praebet libr. VII. VIII. IX et X. adu. mathem. — In cod. *Coislin.ano* CCCLXXI. *S. Maximi* opera complectente, plura Sexti loca dictaque excerpta leguntur, teste Montfauc. in bibl. Coislin. pag. 575 sqq.

In bibl. *Veneta* D. Marci, membran. cod. CCLXII. saec. XV. in 8. continet libros X. adu. mathematicos, et IV. priora capita diss. antisccepticarum alius *Sexti*, de quo supra iam egimus. conf. *Villoison.* anecd. gr. II. pag. 253.

In

In biblioth. *Laurent. Medic.* teste *Bandin.* catal. codd. gr. I. pag. 443. et II. col. 534. cod. XXXII. plut. IX. et cod. XVII. plut. LIX. nr. 31. lib. adu. astrologos. et in vol. III. pag. 270 sqq. cod. XI. it. cod. XIX. cod. XXIV. (quibus subiectum est cum nota, vti in Ven. et Taur. codd. fragm. diss. alius antisceptic. conf. *Bandin.* col. 277 sq.) plut. 85. Pyrrhon. hypotypos. lib. III. et adu. mathemat. libri X. — cod. XXIII. Pyrrh. hypotyp. libri III. et adu. mathemat. libri II. priores.

Romae in bibl. *Barberin.* Sext. Emp. adu. mathemat. cod. chart. CCLXXI. saec. XIV. — in bibl. *Angelica*, Sext. Emp. cod. chart. saec. XV. — In bibl. *Escorialensi*, (teste Plüero in itinerario per Hispan. pag. 189.) duo codd. adu. mathemat. et vnus, Sexti Pyrrhon. hypotypos. — In bibl. *Leidensi* inter codd. Vossian. fragm. adu. astrologos. (cat. p. 397. nr. 45.)

In bibl. elect. *Bauarica* Pyrrh. hypotyp. libr. III. et adu. mathem. cum diss. antisceptiscis, cod. CXLVII. et hypotyp. Pyrrhon. liber tertius et alia quaedam eiusdem Sexti, sed pleraque mutila, cod. CCXXIX. vid. Catal. pag. 59 et 81. — *Regiomonti* in Borussia in bibl. senatoria, cod. saec. XIIII. indice Roloffio in ep. ad Fabricium, in huius vita, a Reimaro confecta, pag. 328.

In Britannia, *Oxonii* in bibl. collegii Mertonensis, cod. DCCLXXI. (sec. catal. p. 23.) adu. mathemat. libr. X. cum disputatt. saepe memoratis IV. antiscept. anonymo tributis.

Redeo ad editt. versiones, aliaque scripta, in quibus Sexti Empirici libri explicantur. — De primis scientiarum elementis, seu theologia naturalis, methodo quasi mathematica digesta; — — Accessit ad haec *Sexti Empirici aduersus mathematicos, decem modorum ἐποχῆς seu dubitationis, secundum editionem cl. Fabricii, quibus scilicet Sextus, scepticorum coryphaeus, veritati omni in os obloqui, atque totidem retia tendere, haud dubitauit, succincta, cum philosophica, tum critica refutatio*, Regiomonti apud auctorem, 1734. fol. conf. suppl. ad noua acta erud. Lips. tom. II. sect. X. Lipsiae 1737. pag. 435 sqq. In actis erudit. germanice scriptis, part. 143. a. 1729. pag. 769—799. vberrime percensetur eiusdem argumenti opus; sed addito auctoris nomine, at diuersi anni nota: *De primis scientiarum elementis s. theologia naturalis methodo quasi mathematica digesta;* (reliqua pars latinae inscriptionis omittitur,) *per Iac. Thomson*, Regiomonti 1728. fol. Num et quatenus duo hi libri, quos oculis vsurpare non licuit, reuera differant, quum in censura in actis erudit. lat. nulla prioris libri fiat mentio, dicere non possum. — Cl. *Niethammer* in Füllebornii supplem. ad hist. philos. part. II. nr. 2. dedit specimen versionis germ. hypotypos. Pyrrhon. de quo aliisque libellis iam egi in Introd. in Hist. L. Gr. II. 1. pag. 212 sq. — *Gallice* versae sunt hypotyp. Pyrrhon. et notis illustratae, sine nota auctoris et loci. 1725. 12. In longa praefatione de Sexto eiusque scepticismo multa disputantur. conf. acta erudit. Lips. 1726. mens. Decembr. pag. 546 sqq. — Illi Sexti tres libri, in *anglicam* linguam conuersi, exstant in *Stanleii* hist. philos. edit. anglicae, 1701. fol. — De Scepticismo, Sextoque nuper cl. *Stäudlin* doctum conscripsit librum. [Geschichte und Geist des Skepticismus, vorzüglich in Rücksicht auf Moral und Religion. Von D. *Car. Fr. Ständlin* — Lips. 1794. II. voll. 8. vbi tom. I. sect. 3. de Sexto agitur. add. M. *Christ. Vict. Kinderuater* diss. Adumbratio quaestionis an Pyrrhonis doctrina omnis tollatur virtus. Lips. 1789. 4.] De Pyrrhone aliisque, et de Scepticorum placitis multus est, pluraque Sexti nostri loca adfert illustratque *Rossius* in commentatt. Laertianis §. 74—87. pag. 204 sqq. et alibi. *Harl.*

In Sextum vt obseruationes scriberet, Menagium olim impensius hortatus est Buningenius, reip. Batauae ad regem christianissimum legatus, teste ipso *Menagio* in notis ad Laertium pag. 444. qui subiungit, doctis viris morem se quidem gerere velle, an possit, dubitare. — Sexti libros elegantissimos et longe acutissimos vocat *Caspar Barthius* lib. VI. aduers. pag. 3005. nec sine admiratione ingenii legendos, omnes philosophorum decisiones in dubium vocantes. *Quos tamen*, inquit, *si quis occupare animum velit, nullo negotio inductis contra rationibus et ipsos firmi nihil habere demonstrari possit.* idem lib. LVIII. cap. 5. *Sexti elusiones aliis insuper introductis vicissim eludi possint, vt nos aliquando super illis libellis cogitantes experti sumus nostrae meditationis exemplo.*

IV. Scripsit et alia scepticus iste philosophus, quae interciderunt. Ex his videntur esse ὑπομνήματα περὶ ψυχῆς, quae memorat lib. VI. aduersus Musicos pag. 136. et II. contra Phys. pag. 428. Neque enim respexit ibi ad locum ὑπομνημάτων suorum Scepticorum siue Pyrrhonianarum hypotyposeon, vbi de anima agit lib. II. cap. 5. Praeterea laudat ἰατρικὰ sua ὑπομνήματα lib. VII. pag. 175. [Indicem sequentem ex Fabricii editione repetitum subiunxi. *Harl.*]

V. *Index scriptorum et virorum illustrium a Sexto memoratorum.*

P. Pyrrhonianas institutiones, *M.* libros contra Mathematicos eorumque sectiones, *N.* notas denotat.

A.

Academici P. I. 3. N. 220 sq. M. II. 20. N. 43. M. VII. 169. 174. 179. 252. 253. 331. 388. 408. 412. M. IX. 1. N. 182. XI. 45. 51.
οἱ ἀπὸ τῆς ἀρχαίας Ἀκαδημίας M. XI. 3.
Aenesidemus P. I. 180. N. 210. N. 222. N. P. III. 138. N. M. VII. 349. N. 350. M. VIII. 8. N. 40. 234. N. M. IX. 218. N. 337. N. M. X. 38. 216. 233. M. XI. 42.
ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν Πυῤῥωνείων λόγων M. VIII. 215. N.
Aeschines M. II. 40. N.
Aesopus M. VIII. 103. N.
Alcaeus M. I. 298. N.
Alexander Aetolus M. VIII. 204. N.
Alexinus M. VII. 13. N. M. IX. 108. N.
Anacharsis ὁ Σκύθης M. VII. 48. 55.
Anacreon M. I. 298. N.
Anaxagoras P. I. 33. N. ὁ Κλαζομένιος P. III. 32. N. 8. M. X. 318. M. VII. 90. N. 91. 140. N. M. IX. 4. N. 363. N. M. X. 45. ὁ Φυσικώτατος M. IX. 363.
Anaxarchus M. VII. 87. 88. N. ὁ Εὐδαιμονικὸς M. VII. 48. N.
Anaximander P. III. 30. N. M. VII. 5. N. M. IX. 360. M. X. 313.
Anaximenes P. III. 30. N. M. VII. 5. N. M. IX. 36c.
Andron Argiuus P. I. 84. N.
Anonymus poeta P. I. 86. N. M. VI. 35. N. M. VIII. 73. N. M. IX. 128. N. 188.
Antiochus P. I. 221. 235. N. M. VII. 162.
ἐν δευτέρῳ τῶν Κανονικῶν M. VII. 201. N.
Antipater P. II. 167. N. M. VIII. 444.
Antisthenes, praeterito nomine M. XI. 73. N.
Apelles P. I. 28. N.
Aratus M. I. 304. M. V. 98. M. VIII. 204. N.
Arcesilaus P. I. 220. 232 sq. N. M. VIII. 150. 153. 158.
Archedemus M. XI. 73.
Archelaus ὁ Ἀθηναῖος M. VIII. 14. praeceptor Socratis M. IX. 360. N.
Archilochus P. III. 216. N. M. I. 297. M. VII. 128. N. M. IX. 110. M. XI. 44.

Archime-

Archimedis μαθηματικὰ θεωρήματα M. I. 302. σφαῖρα M. IX. 115. N.

Aristarchus M. I. 44. ὁ γραμματικὸς M. IX. 110. ὁ μαθηματικὸς M. X. 174.

Aristippus P. I. 155. P. III. 204.

Aristo P. I. 234. N. M. II. 61. N. ὁ Χῖος M. VII. 12. N. M. XI. 64.

Aristodemus M. IX. 92. N.

Aristophanes M. I. 44.

ὁ κωμικὸς M. I. 228.

ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς M. VI. 15. N.

Aristoteles P. I. 3. 84. N. P. III. 31. N. 136. 137. 218. M. I. 2. 318. ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ῥητορικῶν τεχνῶν M. II. 9. 61. N. M. III. 57. 59. M. VII. 6. 7. 217. 328. M. IX. 7. 20. N. 64. 412. 413. M. X. 31. N. 33. N. 37. N. 46. 176. 228. 316. M. XI. 77.

Aristoxenus M. V. 1. N.

Asclepiades Bithynus P. III. 32. N. 33. M. I. 47. 72. N. M. VII. 380. M. VIII. 7. 188. N. 220. M. IX. 363. M. X. 318. M. III. 5. N.

ὁ ἰατρὸς M. VII. 202. 323.

ἐν τῷ περὶ γραμματικῆς M. I. 252.

ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ οἴνου δόσεως M. VII. 91. N.

Athenaeus M. II. 62. N.

Athenagoras P. I. 82.

B.

Basilides ὁ Στωϊκὸς M. VIII. 258. N.

Bias P. III. 65. N. M. X. 45.

Bryson M. VII. 13. N.

Byzantinus orator M. II. 38. N.

C.

Cadmi φοινικικὰ σήματα M. I. 54. N.

Callimachus M. I. 48. N. 309. N. praeterito nomine M. IX. 51. N.

Carneades P. I. 3. 220. 230. M. VII. 159. N. 166. 173. 175. 184. 402. M. IX. 140. 182. N. 190.

Chalcidamas praeterito nomine P. III. 231. N.

Chaldaei astrologi M. V. 2 sq.

Chares

ἐν τῷ πρώτῳ περὶ γραμματικῆς M. I. 76. N.

ὁ ἀρχιτέκτων M. VII. 107. N.

Charmidas P. I. 220. N. academicus M. II. 20.

Chrysermus Erophilius P. I. 84. N.

Chrysippus P. I. 69. 160. P. II. 253. N. P. III. 199. M. VII. 228. 372. 373. 416. 433. 434. M. VIII. 400. 443. M. XI. 11. 30.

ἐν τῇ πολιτείᾳ P. III. 205. N. 246. N. M. XI. 192.

ἐν τοῖς περὶ τοῦ καθήκοντος P. III. 248. N. M. XI. 194.

ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς θεωρήμασι M. I. 301.

ἐν τῇ πρώτῃ περὶ συλλογισμῶν εἰσαγωγῇ M. VIII. 223. N.

ἐν τῷ περὶ δικαιοσύνης M. XI. 193. ὁ Κνίδιος M. I. 258.

Cleanthes P. III. 199. M. VII. 228. 372. 433. M. VIII. 400. M. IX. 88. N. M. XI. 30. 73.

Clitomachus P. I. 3. 220. 230. M. IX. 1. 11. N. 182. N. academicus M. II. 20.

Corax M. II. 96 sq. N.

Crantor M. XI. 51. 59.

Crates, cynicus, maritus Hipparchiae P. I. 153. III. 200.

Crates, ὁ Μαλλώτης, M. I. 79. N. 248. eiusdem grammatica M. I. 44.

Creophylus M. I. 48. N.

Critolaus, peripateticus, M. II. 12. N. 20. N.

Critias, Atheniensis, P. III. 218. M. IX. 54. N.

Cronus M. X. 347.

Cynici P. III. 66. 199. N. M. XI. 74. τῶν παλαιῶν τις Κυνικῶν M. X. 68.

Cyrenaici P. I. 215 sq. N. M. VI. 53. N. M. VII. 11. N. 190. 191. 200. 299.

D.

Demades, rhetor, M. I. 294. M. II. 16. N.

Demaratus M. I. 218.

Demetrius

Demetrius Lacon P. III. 137. N. M. VIII. 348. 349. 353. M. X. 219.
ὁ Χλωρὸς M. I. 84.
Democritus P. I. 213 sq. P. II. 23. N. 63. P. III. 32. N. 33. M. VI. 53. M. VII. 53. 116. N. 117. 135. N. 140. 265. N. 321. 349. 368. 389. N. M. VIII. 6. 56. 139. 184. 328. 355. M. IX. 19. N. 24. 42. 113. N. 363. M. X. 45. 181. 318.
ἐν τοῖς κρατυντηρίοις M. VII. 136. N.
ἐν τῷ περὶ ἰδεῶν M. VII. 137. N.
ἐν τοῖς κανόσι M. VII. 138. N.
Demophon, Alexandri τραπεζοποιὸς P. I. 82. N.
Demosthenes M. I. 59. 98. M. II. 40. N.
Diagoras, Melius P. III. 218. M. IX. 51. N.
διθυραμβοποιὸς M. IX. 53.
Dicaearchus M. VII. 349. N.
ὁ Μεσσήνιος P. II. 31. N.
eiusdem ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδȣ καὶ Σοφοκλέȣς μύθων M. III. 3. N.
Diocles P. III. 225. N.
Diodorus P. II. 110. N. 245 sq. P. III. 71. M. I. 309. 310. 311. M. VIII. 115 sq. M. IX. 363. M. X. 47. 85. 87. 94. 96. 97. 99. 102. 110. 117. 143.
eiusdem dialectica P. I. 234. N.
ὁ ἐπικληθεὶς Κρόνος P. III. 32. N.
Diogenes, Apolloniates, P. III. 30. N. M. IX. 360. N.
Babylonius M. IX. 134.
Cynicus P. I. 146. 153. N.
Dionysius, Thrax, M. I. 63. 72. 80. 81. 249. 253.
ἐν τοῖς παραγγέλμασι M. I. 57. N.
Dionysodorus M. VII. 13. N. 48. 64.
Diotimus M. VII. 140. N.

E.

Empedocles P. III. 31. N. M. I. 302. N. 303. N. M. V. 5. N. 6. N. M. VII. 92. N. 120 sq. N. M. VIII. 286. N. M. IX. 4. 6. 10. 64. 127. 129. N. 362. N. M. X. 45. 317.
ὁ Ἀκραγαντῖνος M. VII. 115.
Epicharmus M. I. 273. 284. N.
Epicurus P. I. 33. 88. 155. P. II. 25. 38. P. III. 32. N. 137. N. 187. 218. 219. 229. N. M. I. 1. N. 3. M. I. 5. 21. N. 57. 272. 273. 282. 283. 284. N. M. VI. 27. N. M. VII. 14. 203. 213. 267. 321. 328. 368. M. VIII. 8. N. 9. 13. N. 63. 139. 177. N. 185. 329. 331. 335. 336. 355. M. IX. 25. 43. 58. N. 64. N. 72. 178. 212. 219. 333. N. 335. 363. M. X. 2. 18. 19. 42. N. 45. 129. 142 sq. 181. 185. 188. 219. 227. 238. 240. 246. 257. 318. M. XI. 73. 77. 169. 173. 179. 226.
ἐν τῇ πρὸς τȣ̀ς ἐν Μυτιλήνῃ φιλοσόφȣς ἐπιστολῇ M. I. 4.
ἐν τῷ περὶ δώρων καὶ χάριτος M. I. 50.
Epicurei P. II. 5. 107. N. 194. M. I. 299. N. M. II. 25. M. III. 98. N. M. VII. 22. N. 203. N. 205. 327. 331. M. VIII. 258. 336. 337.
οἱ ἀπὸ τῶν κήπων M. IX. 64. N.
Ἐπικȣρείων παῖδες M. VI. 19. N.
Erasistratus M. VIII. 188. N. 220.
Eratosthenes M. III. 28. N.
Eubulides M. VII. 13. N.
Eudoxus M. V. 1. N.
eiusdem θεωρήματα μαθηματικὰ M. I. 302.
ὁ Κνίδιος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς περιόδȣ P. I. 152.
Euemerus ἄθεος M. IX. 17. N. 51.
Euripides P. III. 229. N. 230. N. M. I. 58. 62. N. 286. 308. N. M. VII. 128. N. M. X. 315.
ὁ σκηνικὸς φιλόσοφος M. I. 287. N.
ἐν Φρίξῳ M. I. 274. N.
praeterito nomine P. I. 86. N. 189. N. M. I. 271. N. 279. N. M. III. 104. N. M. VI. 17. N. M. VII. 170. N. 192. N. 249. N. M. VIII. 67. N. M. XI. 56. N. 122. N.
Euthydemus M. VII. 64.
ὁ Θȣ́ριος M. VII. 13. N.

G. Gor-

G.

Gorgias P. II. 57. N. 59. 64. N. M. VII. 48. 77. 87.
ὁ Λεοντῖνος ἐν τῷ περὶ μὴ ὄντος ἢ περὶ φύσεως M. VII. 65. N.

H.

Heraclides, ponticus, P. III. 35. N. M. X. 318.
Heraclitus P. I. 210 sq. P. II. 59. N. 63. P. III. 115. N. 230. N. M. I. 301. N. M. VII. 5. 7. N. 126. N. 129. 131. 349. N. M. VIII. 8. 286. M. IX. 337. 360. N. M. X. 216. 230. 231. 232. 233.
ὁ Ἐφέσιος M. X. 313.
ἐν τοῖς περὶ φύσεως M. VII. 132.
Hermagoras M. II. 62. N.
Hermotimus, Clazomenius, M. IX. 7. N.
Herodotus M. I. 58.
ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀργείας λόγῳ P. III. 231.
Herophilus, medicus, P. II. 245 sq. N. M. VIII. 188. N. 220.
ἐν τῷ διαιτητικῷ M. XI. 50.
Hesiodus P. III. 121. N. 123. N. M. I. 58. 204. 288. M. IX. 7. 8. N. 193. M. X. 11. N. 18.
praeterito nomine M. II. 32. N. M. IX. 86. N.
Hipparchus M. V. 1. N.
Hippasus M. X. 313.
ὁ Μεταποντῖνος P. III. 30. N. M. IX. 360. N.
Hippocrates P. I. 71. N. M. VII. 50.
Hippon, Rheginus, M. IX. 361. N. P. III. 30. N.
Hipponax M. I. 275. N. 297.
Homerus P. I. 68. M. I. 48. 58. 202. 203. 204. N. sq. 273. 282. 283. 288 sq. 294. 307. M. VI. 16. N. M. VII. 128. N. M. X. 314. M. IX. 4. 21. 63. 193.
ὁ ποιητής P. I. 86. N. 162. N. P. III. 205. N. 214. N. M. II. 3. M. VI. 10. N. 12. M. IX. 37.
praeterito nomine P. I. 150. N. P. II. 37. N. P. III. 244. N. M. I. 28. N. 42. N. 101. N. 133. N. 163. N. 204. N. 273. N. 276. N. 286. N. M. II. 101. N. M. III. 42. N. M. V. 4. N. M. VII. 404. N. M. VIII. 59. N. 71. N. 72. N. 80. N. 184. N. M. IX. 48. 67. N. 68. N. 182. N. 350. N. 395. N. M. XI. 44. N. 54. N. 108. N. 112. N.
Hyperides, Phrynen defendens, M. II. 4. N.

I.

Idaeus Himeraeus M. IX. 360. N.
Ion, tragicus, M. II. 24. N.
Ionici, philosophi, M. IX. 64. N.
Isocrates M. II. 62.
Italici philosophi M. IX. 127. physici M. X. 284.

L.

Lampon, citharoedus, M. VI. 3. N.
Licymnius M. XI. 49.
Linus M. II. 21. N.
Lycurgus M. II. 21. N.
Lysis P. I. 83.

M.

Medici empirici P. I. 336. N. M. VIII. 191. N.
λογικοὶ M. VIII. 156. N.
Melissus P. III. 65. N. M. X. 46.
Menander P. I. 108. 189. M. I. 58. 298. N.
praeterito nomine M. XI. 122. N.
Menodotus P. I. 222. N.
Meriones, Cretensis, P. III. 199.
Metrodorus M. I. 61. N. M. VII. 87. 88. N.
ἰατρὸς M. I. 259. N.
Χρυσίππου τοῦ Κνιδίου μαθητὴς ibid.
ὁ Χῖος M. VII. 48.
Monimus M. VII. 87. 88.
ὁ Κύων M. VII. 48. N. M. VIII. 5.
Moschus Phoenix M. IX. 363. N.
Musaeus M. I. 204.

N.

Nausiphanes, Pyrrhonis auditor, M. I. 2. N.
Πλεύμων ab Epicuro dictus M. I. 4. N.
Nicanor Stagirita M. I. 258.

O.

Ocellus Lucanus M. X. 316.
Oenopides, Chius, P. III. 30. N. M. IX. 361.
Onomacritus ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς P. III. 30. N. M. IX. 362.
Orpheus M. I. 204. M. II. 31. M. IX. 15. N.

P.

Panaetius M. XI. 73.
Panthoedes M. VIII. 13. N.
Panyasis M. I. 261. N.
Parmenides P. III. 65. N. M. VII. 5. 6. N. M. IX. 7. 9. N. M. X. 46.
ἐν τῷ περὶ φύσεως M. VII. 111. N. 112.
Peripatetici P. II. 198. P. III. 131. N. 181. M. VI. 54. N. M. VII. 217. 222. 331. 368. 388. M. VIII. 185. 332. N. M. IX. 334. M. X. 33. 45. M. XI. 45. 51. 173.
Pherecydes, Syrius P. III. 30. N. M. IX. 360.
Philo P. I. 220. N. P. II. 110. N. M. VIII. 113 sq.
Philolaus M. VII. 92.
Phylarchus ἐν τῇ ἐννάτῃ M. I. 262. N.
Pindarion M. I. 202. N. 205.
Pindarus P. I. 86. N. M. I. 58.
Plato P. I. 220. 221. 223. 225. P. II. 22. N. 28. N. P. III. 54. N. 115. N. 136. N. 189. N. 204. 205. N. M. I. 2. 28. 48. 58. 98. 258. 301. N. M. II. 4. 12. N. 61. M. IV. 11. N. 14. M. V. 39. M. VI. 13. N. 27. 53. M. VII. 9. 10. M. VII. 16. 93. 190. 200. 321. 389. N. M. VIII. 6. 7. N. 57. N. 62. M. IX. 64. 105. N. 364. M. X. 228. 258. 305. 306. M. XI. 28. 70. 230.
ἐν Τιμαίῳ M. I. 303 M. VII. 93. 116. N. 119. N. 141. N. M. IX. 105. sq.
ἐν τῷ Γοργίᾳ M. II. 2. N.
ἐν τῷ περὶ ψυχῆς M. IV. 21. N. M. VIII. 91. N. M. X. 302.
ἐν τῷ Εὐθυδήμῳ M. VII. 13.
ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς M. II. 35. N.
Polemo P. I. 220.
Polyanthus, Cyrenaeus,
ἐν τῷ περὶ Ἀσκληπιαδῶν γενέσεως M. I. 261. N.
Posidonius M. VII. 19. N. 93. N.
ὁ Στωικὸς M. IX. 363. N.
Procles M. I. 258.
Prodicus, Chius, M. IX. 18. N.
Κεῖος M. IX. 51. 52.
Protagoras P. I. 216. M. VII. 48. 65. 368. 388. N. 389. N.
ὁ Ἀβδηρίτης M. VII. 60. M. IX. 55. 56. N.
Ptolemaeus M. I. 72. peripateticus M. I. 60. N.
Pyrrho P. I. 7. M. I. 272. 280. 281. 306. et passim.
Pythagoras et Pythagorici P. III. 32. N. 152. N. sq. M. IV. 2 sq. N. M. V. 8. M. VI. 8. N. M. VII. 92. 94. 110. N. M. IX. 64. 127. N. 130. 364. 366. M. X. 45. 248. 249. 255. 262. 270. 282. 288.

R.

Rufinus P. I. 83.

S.

Sceptici P. I. 3. N. 7. et sexcenties alibi.
Sextus ἐν ἀντιῤῥητικῷ P. I. 21. N.
ἐν τοῖς σκεπτικοῖς ὑπομνήμασι M. I. 29. N. M. II. 106. N. M. VI. 52. N.
ἐν τοῖς ἐμπειρικοῖς ὑπομνήμασι M. I. 61. N.
ἐν τοῖς Πυῤῥωνείοις M. I. 281. N. M. VI. 58. N. 61. N.
ἐν τῷ πρὸς τοὺς γραμματικοὺς M. I. 48. M. III. 116.
ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς M. VI. 55. N. M. X. 284.
ἐν τῷ πρὸς φυσικοὺς M. III. 116.

ἐν

ἐν τοῖς περὶ τῆς σκεπτικῆς ἀγωγῆς M. VII. 29. N.
ἐν τοῖς ἰατρικοῖς ὑπομνήμασι M. VII. 202. M. IX. 28.
Simonides, ὁ μελοποιὸς, M. X. 45.
Socrates P. I. 221. M. II. 25. M. VI. 13. N. M. VII. 8. 10. 21. 190. N. 264. M. IX. 64. M. XI. 2.
Solon M. VI. 9. N.
eiusdem νόμος περὶ ἀκρίτων P. III. 211. N.
Sophocles M. I. 313.
Sophron M. I. 284. N.
Sostratus M. I. 276. N.
ὁ Ἀντιόχου ὀρχηστὴς M. I. 292.
Soterichus, chirurgus, P. I. 84.
Sotion εἰς τοὺς ἀπὸ Κυρήνης M. VII. 15. N.
Speusippus M. VII. 145. N.
Staphylus ἐν τοῖς περὶ Ἀρκάδων M. I. 261. N.
Stesichorus ἐν Ἐριφύλῃ M. I. 260. N.
Stoici P. I. 3. 65. P. II. 5. 13. N. 18. N. 38. 104 sq. 156. N. P. III. 31. N. 52. 124. N. sq. 169. 172. 181. 188. N. 191. 207. N. 218. 240. N. 242. M. I. 17. 28. N. 78. N. M. II. 6. N. M. VI. 54. N. M. VII. 15. N. 16. N. 22. N. 38. 151. N. 153. 155. 214. N. 227. 233. 239. 243. 252. 253. 327. 368. 388. 402. 408. 422. 433 sq. M. VIII. 10. 11. 68. 70. 76. 77. 78. 80. 177. 185. 258. 261. 336. 396. N. sq. 406. 407. 408. N. 428. 438. 448. M. IX. 11. N. 109. 111. 131. 137. 138. 211. 332. 336. 362. N. M. X. 3. 45. 142. 217. 234. M. XI. 3. 22. 24. 28. 30. 46. 59. 73. 74. 90. 170. 173. 179 sq. 189. 220. 224. 230.
οἱ νεώτεροι Στωϊκοὶ M. IX. 28. N.
Straton, physicus, P. III. 33. N. 136. N. M. VII. 350. N. M. VIII. 13. M. X. 155. 177. 228. 229.

T.

Tauriscus M. I. 248.
Telesarchus ἐν τῷ Ἀργολικῷ M. I. 262. N.
Thales, ὁ Κρητικὸς νομοθέτης, M. II. 20. N. Milesius P. III. 30. M. VII. 5. N. 89. M. IX. 360. N. M. X. 313.
Theodorus P. III. 218. M. IX. 51. ὁ ἄθεος ἐν τῷ περὶ Θεῶν συντάγματι M. IX. 51. N.
Theognis, praeterito nomine, P. III. 231. N.
Theophrastus M. VII. 217. 218. M. I. 258.
Thucydides M. I. 58. 59. 98.
Tiberius, Caesar, P. I. 84. N.
Timaeus P. I. 221. N.
Timo P. I. 224. N. et Stephan. annot. p. 211. cap. 2. M. I. 53. N. 305. M. VI. 66. M. VII. 8. 10. N. 30. M. X. 197. M. XI. 1. 140. 141. 164. 171.
ἐν τοῖς πρὸς τοὺς φυσικοὺς M. III. 2. N.
ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σιλλῶν M. IX. 57. N.
ἐν τοῖς ἰνδαλμοῖς M. XI. 20.
Tydeus P. III. 207. N.

X.

Xeniades M. VII. 399.
ὁ Κορίνθιος P. II. 18. N. M. VII. 48. 53. N. 388. N. M. VIII. 5.
Xenocrates M. II. 6. N. 61. N. M. VII. 16. N. 147. M. XI. 4. 14. 28.
Xenophanes P. I. 224 sq. P. III. 30. N. 218. 257. N. 289. M. VII. 14. 48. N. 49. N. 53. 110. N. M. VIII. 326. N. M. IX. 193. N. 361. N. M. X. 313. 315.
ὁ Κολοφώνιος P. II. 18. N. praeterito nomine M. IX. 144. N.
Xenophon ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι M. VII. 8. N.
ὁ Σωκρατικὸς M. IX. 92. N. 97.

Z.

Zeno P. III. 205. 205. M. II. 7. M. VII. 7. 230. 236. 321. 331. 332. 422. 433. M. VIII. 139. 355. M. IX. 104. 108. 133. 134. M. XI. 30. 77.
ὁ Κιττιεὺς P. III. 199. N. M. XI. 101. N.
ἐν ταῖς διατριβαῖς P. III. 245. N. M. XI. 190.

CAPVT XXII (olim XXIV)

DE PHILOSTRATIS ET CALLISTRATIS VARIIS, ITEMQVE DE APOLLONIO TYANENSI

I. *Flauius Philoſtratus.* II. *Auctor vitae Apollonii, editt. et operum codd. mssti.* III. *A Nicomacho et Victoriano quodam recenſitae.* IV. *Heroicorum.* V. *Duplicis imaginum libri, epiſtolarum et epigrammatum.* VI. *Et duorum librorum de ſophiſtis.* VII. *Scripta eius deperdita.* VIII. *Philoſtratus Lemnius iunior.* IX. *Auctor libri imaginum.* X. *Et aliorum deperditorum ſcriptorum.* XI. *Operum Philoſtrati editiones promiſſae, et recens vulgata Lipſienſis.* [?] XII. *Alii Philoſtrati.* XIII. *Calliſtrati ecphraſes ſiue deſcriptiones ſtatuarum.* XIV. *Alii Calliſtrati.* XV. *De ſcriptis Apollonii Tyanenſis.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

Antequam alios Philoſtratos perſtringam, dicendum prius eſt de duobus illis, quorum ſcripta nonnulla ad nos peruenerunt. Sunt itaque

α) *FL. PHILOSTRATVS, Philoſtrati F. Veri Nepos, Lemnius, auctor vitae Apollonii, Iconum (libris II.) librorum totidem de* [a]) *ſophiſtis, heroicorum et epiſtolarum, (plerarumque ſaltem) et epigrammatum.*

Flauium adpellat *Tzetzes* ad Lycophronis v. 323. et Chiliad. VI. hiſt. 45. et *Varini* lexicon [atque *Eudocia* pag. 341.] in Πολυξένη, vbi male Φάλιος pro Φλαούϊος legitur. Ab Euſebio contra Hieroclem, Syncello et aliis *Athenienſis* vocatur, quia docuit Athenis. At ab Eunapio, Heſychio illuſtri et Suida [atque *Eudocia* pag. 423. quae exſcripſit Suidae verba,] conſtanter dicitur *Lemnius*, in qua inſula verſatum ſe iuuenem innuit VI. 27. vitae Apollonii. Sane, qui cum *Photio* cod. XLIV et CL. ac *Tzetza* Chiliad. VI. hiſt. 45. Tyrium vocant, cum antiquiore Philoſtrato, quem de Tyri obſidione ſcripſiſſe *Flauius Ioſephus* I. in Apionem pag. 1045. auctor eſt, confundere videntur. Ipſe quidem lib. II. de Sophiſt. cap. XXI. 1. XXIII. 2. 3. XXVII. 3. Proclum Naucratitam, Damianum Epheſium et Hippodromum Lariſſaeum ſophiſtas audiuiſſe ſe innuit, claros circa imperii Seueri initia, qui praefuit ab a. C. 193. ad 212. et lib. II. de vitis ſophiſt. cap. XXIV. pag. 607. narrat, ſe fuiſſe inter eos, qui Antipatro Seueri imp. filiorum Antonini Caracallae et Getae praeceptori adplaudentes illum Θεῶν

a) Libros de ſophiſtis fateor tribuiſſe me pridem, neque, vt videbar mihi, ſine veriſimilitudine Philoſtrato alteri iuniori; ſed nunc perſuaſus argumentis eruditis praeclariſſimi operum Philoſtrateorum illuſtratoris, *Godfridi Olearii*, non dubito, eumdem fuiſſe, qui vitam Apollonii et qui de ſophiſtis ſcripſit. Etiam ipſe alteri Philoſtrato tribuerat Olearius in notis pag. 391. *Fabric.* — *Valeſ.* emendationum lib. III. cap. 13. fin. p. 95. Philoſtratum, qui vitas ſophiſtarum conſcripſit, eumdem eſſe, exiſtimat docetque, eum eo, qui vitam Apollonii Tyanei memoriae mandauit: Heroica vero et imagines ab vno eodemque Philoſtrato Lemnio ſcriptas eſſe, docente Menandro rhetore in cap. περὶ λαλιᾶς, vbi eius ſtilum normam ait eſſe ſimplicis dictionis. adde not. Burmanni. Idem contendit Valeſ. cap. XX. pag 100. et addit, ab altero Philoſtrato Lemnio ſcripta eſſe Heroica, epiſtolarum libr. et libros II. qui inſcribuntur, imagines, eumque fuiſſe in declamationibus eximium; iuniorem Philoſtratum Philoſtrati Lemnii ex filia nepotem, auctorem eſſe libri *imaginum. Harl.*

Θεῶν διδάσκαλον adpellarent. Innotuit deinde Iuliae Auguſtae, imperatoris Seueri coniugi, *μετέχων τȣ̃ περὶ αὐτὴν κύκλȣ*, vt ſcribit lib. I. de vita Apollonii cap. 3. h. e. inter eruditorum virorum coronam, quam Iulia, litterarum cupidiſſima, ſecum quotidie habebat, adſcitus, *εἰς τȣ̃ χορȣ̃ ῥητόρων τε καὶ τῶν γραμματευόντων*, vt illum locum interpretatur *Tzetzes* Chiliad. IV. v. 306. [¶] Huius Iuliae *βασιλίδος* iuſſu adeoque ſuperſtite adhuc Seuero vitam Apollonii ex *Damidis* potiſſimum commentariis *Maximique* Aegienſis conſcripſiſſe ſe eodem loco teſtatur Philoſtratus, et libro II. de ſophiſt. cap. V. in vita Alexandri Peloplatonis lectorem ad illam remittens, *εἴρηται*, inquit, *σαφῶς ἐν τοῖς εἰς* Ἀπολλώνιον. Ad eamdem Iuliam, quam in vita Philiſci philoſopham vocat, (defunctam a. C. 217.) epiſtola Philoſtrati decima tertia exſtat. Docuit autem, Heſychio illuſtri ac Suida teſte, oratoriam primum Athenis, tum Romae ſub Seuero imperatore vsque ad Philippum, qui imperium obtinuit a. C. 244. Nam Romae etiam thronum ſiue cathedram ſophiſticam graecorum rhetorum illa aetate fuiſſe, Philoſtratus in vita Euodiani, Aeliani et Aſpaſii teſtatur. [Add. *Ionſius* de ſcriptor. hiſt. philoſ. III. 13. §. 1. pag. 74. *Brucker.* hiſt. crit. philoſ. tom. II. pag. 99. *Saxii* Onom. I. pag. 337 et 350. *Olear.* praef. ad edit. *Harl.*]

II. Inter ſcripta eius praecipuum haud dubie eſt, de quo iam infra, §. XV. nonnulla dixi, ἈΠΟΛΛΩΝΙ΄ΟΥ ΤΟΥ͂ ΤΥΑΝΕ΄ΩΣ ΒΙ΄ΟΣ, *Apollonii Tyanenſis vita, libris VIII.* Plane enim hos fugit ratio, qui Luciani eſſe exiſtimarent, vt auctor eſt *Philander* [b]) ad Vitruuii VIII. 2. forte propterea, quia Philoſtrati quaedam cum Luciani operibus graece ſunt excuſa. Ceterum iſthoc in opere, vt ait Cyrillus 3. contra Iulian. p. 88. *ἐξειλεγμέναις καλλιεπείαις* conatus eſt Philoſtratus Apollonium veluti Deum quemdam venerabilem omnibus et admirandum reddere, vnde Eunapius in prooemio ad vitas ſophiſtarum monet, iuſtiorem operis titulum fuiſſe futurum *ἐπιδημίαν εἰς ἀνθρώπȣς Θεȣ̃*, et *Hierocles* in ſuo Philalethe ſiue opere aduerſus Chriſtianos inter alia ſeruatorem noſtrum cum Apollonio conferre non dubitauit, cuius impietatem ſingulari volumine, quod etiamnum exſtat, refellit *Euſebius* Caeſareenſis. Porro Philoſtrati opus, peſſima fide et data opera ad eleuandam euangeliorum actorumque apoſtolicorum fidem ab eo ſcriptum eſſe, multis diſputant *Huetius* in demonſtratione euangelica Propoſ. IX. cap. 147. et *Robertus* [c]) *Ienkinus* in obſervationibus ad vitam Apollonii ex tomo ſecundo hiſtoriae imperatorum Tillemontianae excerptam et anglice redditam, Artus Thomas notis ad Gallicum Vigenerii Philoſtratum, et Prideauſius in Apollonii vita anglice ſcripta, quos, ſi placet, vide. *Fabric.* De miraculis Apollonii Tyanaei agit *Witſius* melet. Leid. pag. 380 ſqq. De Philoſtrati vita Apollonii iudicium fert *Trithemius* epiſt. lib. II. pag. 249 — 254. iudicans, omnia, quae ibi tradantur, eſſe mendacia, in praeiudicium chriſtianae religionis efficta. Philoſtratum anilium fabularum ſcriptorem et vaniſſimum ſcriptorem vocat *Huetius* quaeſt. Alnet. lib. II. cap. 8. §. 3. pag. 161 et 162. Idem cap. 18. §. 4. pag. 249. Apollonium vocat perſonam, ad Chriſti effigiem a Philoſtrato aliisque ſubornatam. Librum Apollonii Tyanaei ſuppoſititium memorat *Gaulminus* not. ad lib. de vita Moſis p. 262 et 369. Conf. *Naudaeus* libr. de magiae ſuſpectis cap. XII.

b) Vide ſupra lib. IV. biblioth. graecae cap. de Luciano §. vlt.

c) Acta eruditor. a. 1704. pag. 36 ſq. *Fabric.* vid. *Bayle* epiſt. pag. 865. *Heum.*

cap. XII. et cap. XIV. §. 5. fin. 'pag. 150. *Beeckr* bibliogr. crit. pag. 437. *Lipsius* comm. in Tacit. pag. 372. *Arpe* lib. de *Talismann* cap. 1. pag. 24 —26. 83 sq. *Clericus* hist. eccl. saec. I. pag. 500. 507. *Fresnoy* Methode pour etudier l'histoire, cap. 21. pag. 458 sq. *Gaudentius* de philos. rom. cap. 73. 76. 80 et 159. *Morhof.* Polyhist. tom. II. lib. I. cap. 2. §. 5. *Moshem.* in bibliotheca Bremensi tom. III. pag. 1 sqq. et tom. V. pag. 216 sqq. *Buddeus, Colerus, Herzog* et *Wagner* in dispp. *Heum.* — adde, quae adnotaui in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 217 sq. et *Olearii* diss. praeliminar. de Apollonio et Philostrati historia eiusdem, pag. XXXI sqq. edit. ante graec. textum. — Vulgarem tamen sententiam, Apollonium, cum aliis philosophis neo-Platonicis, ac Philostratum, odio religionis christianae abreptos, et in praeiudicium illius ad illudendam euertendamque vim christianae disciplinae illa miracula omniaque, quae falso et ambitiose narrantur, effinxisse, illorum ingenio et temporis ordini repugnare, copiose acuteque ostenderunt *Meiners* de ortu et progr. doctrinarum etc. (Geschichte des Ursprungs, Fortgangs und Verfalls der Wissenschaft. in Griechenland und Rom,) tom. I. pag. 258 sqq. nec non in: Beytrag zur Geschichte der Denkart der ersten Iahrhunderte nach Christi Geburt. (Lipsiae 1782. 8.) pag. 9 sqq. et *Tiedemann* in: Geist der spekulativen Philosophie, tom. III. (vbi p. 108 — 122. de Apollonio et Philostrato agitur,) p. 110 sqq. adde cel. *Keil* in erudit. diss. de caussis alieni Platonicorum recentiorum a religione christiana animi. Lipsiae 1785. 4. infra ad §. XV.

Actutum subiungere lubet notitiam *codd. graecorum* Philostrat.

Apollonii vitam, a Philostrato scriptam, olim fuisse seruatam inter MSta bibliothecae patrum soc. Ies. nr. 54 et 59. *Paris.* in platea S. Iacobi, *Ionsius* l. c. pag. 74. adnotauit: qui codex num postea cum aliis MSSt. in bibl. Meermanni transierit, equidem nescio. — *Olearius* in praefat. pag. X sqq. laudat et eos codices, quorum adtulit varias lectiones, et alios. Sunt autem, qui vitam Apollonii continent, quatuor bibl. *Vaticanae*, quorum vnus cum antiquis scholiis, margini adiectis, ex bibl. quondam Heidelberg. in Vaticanam translatus est: cod. bibl. Magdalenensis *Vratislau.* Habuit quoque Olearius, quae manu sua Donatus Acciaiolus et Fuluius Vrsinus ad oras codicum suorum adleuerant. — Ad *vitas Sophistarum* e codice collegii nouae acad. *Oxoniens.* excerptam lectionis varietatem accepit a Richardo Bentleio, qui ipse, Opp. Philostrateorum editionem curaturus, specimen illius euulgarat: at postea destitit a consilio. — A Fabricio habuit codicem *Putschianum*, quem valde laudat. Vitae Sophist. sunt quoque in codd. II. *Vatican.* et in cod. quodam eiusdem *Vatic.* bibl. est *epitome* vitar. cuius plurimas lectiones Cl. Salmasius in marginem codicis sui iam retulerat, et quas Olear. ex bibl. Io. Mori, episcopi Noruicensis, acceptas, in praef. p. XII. cum notis msstis, a Grutero e cod. Palat. depromptis, maximam partem conuenire, animaduertit. — *Heroica* exhibent codd. *Oxoniensis*, paullo ante memoratus, *Baroccianus* et *Laudianus.* — In codd. bibl. *Vatic.* ac *Vindobon.* sunt *Manuelis Moschopuli* scholia ad Heroica et Imagines, eiusdem ὀνομάτων ἀττικῶν συλλογὴ ex technologia eius ad imagines Philostrati consarcinata. *Epistolarum* collationem cum tribus codd. *Vaticanis*, (quae ineditas quasdam epp. vel epistolarum fragmenta suppeditarunt,) et *Barocciano* idem Olearius accepit ab amicis.

His notitiam aliorum codd. adiungam. Vitae Sophistarum, Icones, Heroica, vita Apollonii Tyanaei, de epistolico charactere (h. e. epist. prima ad Aspasium,) et epistolae amatoriae, sunt in biblioth. publ. *Parisina* cod. MDCLXXXXVI. — Vitae etc. etiam in cod.

cod. MDCLXXXXVII. eaedem, Icones, heroica et imagines in cod. MDCCLX. — Vitae et icones in cod. MDCCLXII. Vitae et icones et ad Aſpaſium rurſus in cod. MMDCCLXXV. vitae in cod. MMMLIX. *Icones* quoque in codd. MDCLXXXXVIII. MDCCLXI. MMDLXII. MMDLXXXXVI. MMDCCVI. MMDCCCCLV. MMMXIX. *Heroica* rurſus in codd. MDCLXXXXVIII. MMDLXXXXVI. MMMXIX. *vita Apollonii* quoque in cod. MDCCCI. *Ad Aſpaſium* praeter ea in codd. MMDLI. MMDCCCXLVII. *Epiſtolae* amatoriae etiam in codd. MDCLVII. MMDCCCLXXXV. MMMXXVI. vid. Catal. bibl. illius vol. II.

Leidae in biblioth. publ. ex legato Bonauent. Vulcanii Phil. icones, cum ſchol. graecis (Moſchopuli:) — et inter codd. Voſſianos, cum ſcholiis graecis. vid. Catal. pag. 343. nr. 2. pag. 396. nr. 18. — epiſtolae amatoriae, (catal. pag. 337. nr. 76.) — Aliquid Philoſtrati et aliorum, inter codd. Voſſ. (catal. pag. 401. nr. 4. med.)

Florentiae in biblioth. Laurent. Medic. teſte *Bandinio* in catal. codd. graecor. cod. VII. plut. 55. nr. 5 et 6. (catal. II. pag. 246.) *imagines*, capp. 31. (ſ. lib. primus:) cum gloſſis interlinear. et ſcholiis, (Moſchopuli) margini adſcriptis, tum (Maximi Planudae) technologiae et particulares quaedam expoſitiones in praeſcriptas Philoſtrati imagines. vide Bandin. In eodem cod. ſunt Philoſtrati *heroica, translata ab Italorum dialecto in graecam linguam a — Maximo Planude in dialogi formam. Interloquuntur autem Vinitor et Phoenix,* cum ſcholiis quibusdam et gloſſis interlinearibus. Item *epiſtolae amatoriae LIII.* — cod. XXIII. plut. 58. *Imaginum* lib. I. et cod. XLIV. plut. 59. *Imagines* LXV. cum ſcholiis marginal. et gloſſis interlin. tum in vtroque *Heroica* cum ſchol. marginal. et gloſſis interlin. (catal. II. col. 463 ſq. et 573 ſq.) — cod. XVI. plut. 58. *epiſtolae amatoriae LIII.* cod. XVII. *Heroica,* et cod. XVIII. *eadem*, item *Imagines*, cum fragmento quodam, et *vita Iſocratis*, (catal. II. col. 455 ſqq.) — cod. XX. plut. 56. cod. VII. plut. 58. *Imagines*, lib. II. (catal. col. 319. 444.) — cod. XXXII. plut. 58. Ἡρώικος, (ſic,) *imaginum* Philoſtrati iunioris, lib. I. et *imagines*, libri II. (catal. II. col. 479.) — cod. XXX. plut. 69. *vitae Sophiſtarum*, *Heroica* et *Imagines.* (catal. II. col. 646.) — cod. XXIV. plut. 57. *Imagines* quaedam excerptae, cum exercitationibus in eas grammaticalibus et ſcholiis marginalibus, et cod. XXXIV. tres imagines, cod. XXV. plut. 59. ſex imag. (cat. II. col. 371. 392. 545.) — *Apollonii vita* cod. XXVI. iterum XXVII. plut. 59. et membran. ſaec. XI. cod. XXXIII. (catal. II. col. 644 ſq. 648.) In horum vltimo cod. ab eadem antiqua manu occurrunt vberiores adnotationes, margini adſcriptae, quorum auctorem fuiſſe Chriſtianum, ex exemplis, a Bandinio excerptis, facile colligi poteſt. — *Vitae ſophiſtarum* libri II. cod. XV. nr. 3. plut. 59. (catal. II. col. 527.) — *Epiſtolae* XVIII. cod. XXIX. nr. 4. plut. 59. (catal. II. col. 550.) — *Excerpta ex vitis ſophiſtarum*, cod. XXXVII. nr. 11. plut. 59. (catal. II. 569.) — *Excerptum ex vitae Apollonii libro VIII.* cod. XII. plut. 74. (cat. III. 100.) — fragmenta de *epiſtolico charactere* cod. XIV. plut. 87. (catal. III. 396.) — Citatur Philoſtrat. in floril. ſententiar. tum in violario compoſ. et in alia ſententiarum collectione. vide *Bandin.* catal. I. pag. 254. 325 et 549. — *Neapoli* in bibl. regia, cod. membran. LXXXVI. ſaec. XV. *Philoſtr.* imagines cum ſcholiis marginal. heroica, et vitae ſophiſtarum. — *Ibid.* in bibl. Auguſtin. S. Ioan. ad Carbon. collectanea ex Opp. Io. Damaſc. Herodiani — — *Philoſtrati* etc.

In

In bibl. *Veneta* D. Marci in cod. CCCLXXXXI. Vitae sophistarum; vita Apollonii Tyanens. libr. VIII. — cod. CCCLXXXXII. praeter eadem opera insunt adhuc heroica et imagines. — In cod. DXIV. Heroica et imagines. teste catalogo codd. gr. — *Venetiis* in bibl. monast. S. Michaelis, (teste *Mittarellio* in bibl. illius pag. 896.) heroica, vita Apollonii libr. VIII. et imagines cum notis interlinearibus.

Oxonii in bibl. collegii noui cod. MCCXXIII. Icones; cod. MCCXXV. heroica et vitae sophistarum. — in bibl. *Baroccianna*, cod. CIII. et codd. CXIX. CLIX. Man. Moschopuli collectio alphab. vocc. atticarum e technologia iconum Philostrati. — cod. CXXXI. et inter codd. *Laudi*, DCLXXXII. icones. — cod. L. epistolae XXIV. priores. — cod. LXXXXVIII. heroica. — in bibl. *Bodlei.* cod. MMCCLXXXX. nr. 6. Philostr. Lemnius de charactere epistolarum. — *Casauboni* excerpta ex vitis sophistarum, a Philostrato conscriptis, fasc. 43. (pag. 265. catal. codd. Angl. et Hibern. vol. I. in quo etiam codd. memorati superiores indicantur.) — *Cantabrig.* in coll. S. Trinitatis, cod. CCCCLXII. Heroica, (catal. mem. II. p. 99.) — Inter codd. Voss. (praeter cod. inter Leidenses laudatum,) in cod. MMDCCXXX. (catal. Angl. etc. II. pag. 70.) Philostr. imagines edit. Venetae cum MS. collatae manu Fr. Iunii. — In bibl. Iacobaea cod. MMMMMMMMDLXVII. (catal. II. pag. 246.) Heroica, imagines cum scholiis, vitae sophistarum, et cod. MMMMMMMMDLXX. *Tetri* scholia in Philostr. imagines. — Inter codd. *Thom. Gale*, cod. MMMMMMLXXXXVII. (pag. 190. l. c.) epistolae amatoriae.

Vindobonae in bibl. caesarea, cod. CCLXXXXII. nr. 17. Icones cum Man. Moschopuli scholiis gr. interlinear. et marginalibus amplissimoque commentario, et nr. 21. heroica cum Moschopuli scholiis, (*Lambec.* comment. vol. V. col. 529 et 531.) — cod. CCLXXXXVI. nr. 5. fragmentum de charactere epistolico, (*Lamb.* l. c. col. 544.) — *Gudianum* cod. bibl. Guelferbytanae illatum esse, Fabric. §. V. iam significauit.

In bibl. elector. *Bauarica*, codd. CCXX et CCLXI. Icones, secundum catal. pag. 80 et 85. — In bibl. Rehdiger. *Wratislau.* cod. vitae Apollonii, teste *Kranzio* in Memorab. illius biblioth. pag. 86.

In bibl. regia *Matritensi*, cod. LXIII. epistolae amatoriae, (*Iriarti* cat. p. 224 sqq.) — cod. LXXIV. *Man. Moschopuli* nominum atticorum sylloge ex technologia imaginum Philostrati, (*Iriart.* pag. 270.) — cod. LXXVI. Heroica cum glossis inter versus; et animadversionibus scholiisque ad margines scriptis: differt interdum ab editione Olearii et exhibet capita siue titulos, heroum nominibus distinctos. — (vid. *Iriart.* p. 278.) — cod. LXXXIV. prima epistola ad Aspasium. (*Iriart.* pag. 345.) — cod. C. imagines et heroica. incipit: προοίμιον ἑλλαδίᾳ cum iota subscripto, ita, vt opus illi *Helladiae* dedicatum fuisse videatur: qua scriptura et explicatione admissa, non opus fuit, vt, quum in aliis libris Ἑλλάδια, accentu in antepenult. syllaba posito, scriptum turbas excitaret, Olearius pag. 762. not. 3. totum mutaret titulum. Imagines alio prorsus, ac in excusis, ordine dispositae, vno tenore, nulla libri vel primi vel secundi ratione habita, decurrunt. vid. *Iriart.* pag. 391—394. *Harl.*

Lucem

Lucem vidit Philostrati opus *graece* primum Venet. ex Aldi officina 1502. [d]) fol. cum Eusebio aduersus Hieroclem, atque iterum 1535. 8. [Hoc anno Apollonii vitam iterum editam esse, quamuis Fabricius id repetat lib. V. cap. 4. de Eusebio §. 6. vol. VI. p. 91. vet. edit. ego tamen nullibi, quantum inuestigare licuit, inuenire potui. Sed illo anno, 1535. *Imagines Philostrati, eiusdem heroica et vitae Sophistarum; Imagines iunioris Philostrati et descriptiones Callistrati*, graece, *Venetiis in officina Luc. Antonii Iuntae mense Iunio*, in 8. in lucem prodiisse, notat *Maittaire* A. T. indic. s. tom. V. part. II. pag. 142. et memoratur illa edit. in catal. bibl. Pinell. tom. III. pag. 291. et in bibl. Askew pag. 103. etc. Editionem graec. illorum libellor. sine a. nota, in 8. memoratam inueni in catal. Thottiano, vol. IV. pag. 269. et in Menkenii catal. I. pag. 154. *Harl.*] MStus graecus codex membranaceus seruatur Vratislauiae in [?] bibliotheca gymnasii Elisabethani, teste Gotlobo Krantzio in memorabilibus illius bibliothecae pag. 86.

Latine prodiit ex versione *Alemanni Rinuccini* [e]), edente Philippo Beroaldo, Bononiae, typis Benedicti Hectoris, 1501. fol. cum praefat. Beroaldi ad discipulum suum, Baptistam de Comite, Mediolanensem. Deinde Venet. apud Aldum, 1502. fol. et ex *Gisberti Longolii* recognitione cum adiectis ad margines scholiis Colon. 1532. 8. [f]) Editionem quoque Beroaldinam in 8. sine loci et temporis notatione memorat laudatus Olearius, quam haud vidi [g]), nec minus Parisiensem 1555. 12. apud Beguinum, in qua pauca quaedam reddita commodius, et cuius sphalmata nonnulla emendantur in Latini Latinii bibliotheca sacroprofana tom. II. pag. 39. 40.

Graece et *latine* cum Rinuccini versione per *Fed. Morellum* recognita Paris. 1608. fol. [h]) adiunctis Eusebii libro aduersus Hieroclem cum versione Zenobii Acciaioli Florentini, et reliquis Philostrati vtriusque scriptis et Callistrati Ecphrasibus. In graecis Aldinam fere exprimit, vsus praeterea codd. bibl. regiae et Pauli Petauii cum glossis graecis, nec minus castiga-

d) Textus graecus cum Eusebio in calce habet: *Venetiis apud Aldum mense Martio*, M.DI. (1501.) Addita est seiuncta versio Philostrati latina interprete *Alamanno Rinuccino*, et versio Eusebii lat. interprete *Zenobio Acciaiolo* Florent. in calce legitur. *Venetiis in aedibus Aldi mense Febr.* M.DII. (1502.) *Pinelli* catal. I. pag. 238. — Editio publicata, aut recusa, aut nouo tantum titulo instructa esse videtur a. 1504. cum Aldi praefatione ad Zenobium Acciaiolum, scripta *Venetiis mense Maio* M.D.IIII. vid. *Maittaire* A. T. II. p. 168. *Bandini* catal. codd. gr. Medic. II. p 445. Serie dell' Ediz. Aldine, edit. II. pag. 13. 18 et 26. *Geret* de Aldi Pii Manutii vita meritisque, Witteberg. 1753. 4. pag. 92 et 96. inprimis *Zeni* Dissertaz. Vossiane, tom. II. pag. 203 sqq. *Harl.*

e) Vide, quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 218 sq. (quae repetere nolo,) et *Zeni* diss. Vossiane II. pag. 202 sqq. In cod. Medicei prima pagina, notante *Bandinio* in catal. codd. gr. II. col. 644. antiqua manus adnotauit: *Translatus in latinum per Alamannum Rinuccinum* A. D. 1473. forte, ait, Bandin. ex hoc eodem codice, qui nitidissimus est et optimus. *Harl.*

f) De qua ed. multus est *Zenus* l. c. p. 204 sqq. *Harl.*

g) Fuit in bibl. Pinelliana. vid. catal. II. p. 46. et thesaur. bibliothec. tom. II. pag. 54 sqq. vbi quaedam leges de Philostrato et Apollonio. *Harl.*

h) Philostrati de vita Apollonii Tyanaei interpretatio latina est Alemanni Rinuccini Florentini, non solum plerisque in locis barbara, sed et infida, iudice Aldo Manutio in praefat. ad Zenobium Florentinum: cuius emendationes secutus est Fed. Morellus, in ceteris pleraque omnia retinuit, aut, si quid leuiter immutauit, alio fere typo signauit. *Laur. Normannus.*

caſtigationibus, quas codici ſuo doctiſſimus vir, Adr. Turnebus, adſcripſerat. [vid. *Maittaire* A. T. III. pag. 852. qui in nota *e.* Morelli praefat. recudi fecit.]

Gallice ex verſione *Blaſii Vigenerii*, Borbonii, Pariſ. a. 1596. [a. 1599 in 4. in catal. Thott. tom. IV. pag. 90.] quam quum Iacobo Amioto oſtendiſſet Henricus III. Galliae rex, miratus dixit, ſe hactenus ſemper ita exiſtimaſſe, quod hoc opus in linguam gallicam transferri commode non poſſet. Sane regi eidem, verſionem gallicam Philoſtrati a ſe pridem flagitanti, hoc Amiotus reſponderat, et quod fieri bona translatio libri illius non poſſet praetenderat. Vide *Baelii* Lex. in Amioto tom. I. pag. 234. [et voc. *Apollonius de Tyane*, vbi de verſion. gallica et anglica huiusque auctore agitur, tom. I. p. 268. edit. nou.] Prodiit ex verſione eiusdem *Vigenerii*, per *Fed. Morellum* recognita, additis notis *Arti Thomae* Domini de Embry, Pariſienſis. Pariſ. 1611. 4. 1637. fol.

Italice Venet. 1549. 8. *Franciſco Baldello* interprete. *Fabric.* cum Euſebio contra Hieroclem. Illam edit. iuuit Barberin. pater purpuratus. — Solam vitam italice vertit et edidit *Ludou. Dolce*, Venet. 1549. 8. vid. *Fontanini* della Eloquenza Italiana, lib. III. Venet. 1737. 4. pag. 555. aut edit. Zenonis, Venet. 175-. 4. tom. II. pag. 145 et *Paitoni* in bibl. degli autori — volgarizzati, tom. II. pag. 73 ſq. qui addit verſionem *Io. Bern. Gualandi*, Venet. 1549. 8. *Harl.*

Anglice libri duo primores cum notis ſatis copioſis ad ſingula capita auctore *Carolo Blount*. Lond. 1680. fol. Notae feruntur partim excerptae e ſchedis Baronis Herberty de Cherbury. Auctor vero, nec ingenio alioqui deſtitutus, nec eruditione, paſſim in illis prae ſe fert animum a chriſtianismo abhorrentem, quem oraculis rationis quoque et aliis diatribis pridem teſtatus miſer denique necem ipſe ſibi conſciuit a. 1693. ob negatum, vt aiunt, gloris coniugium, quod licitum eſſe ſingulari ſcripto contenderat. [P] *Fabric.* Reliquas editt. et verſiones ad §. IV. indicatas reperies. *Harl.*

[*Benzelius* exemplo ſuo adſcripſerat:

'*Auctores citati Philoſtrato in libris VIII. vitae Apollonii ſecundum editionem Federici Morelli.*

Abaris, ſenior, 327. a.
Aeſchines, Lyſaniae filius (Socraticus), 46. d.
Aeſchylus, 276. b.
Aeſopus, 357. c.
Amphiaraus, vates, 101. b.
Anaxagoras, Clazomenius, 16. d. 60. a. 394. a.
Antiſthenes, Socraticus, 182. a.
Apollonii, Tyanei, διαθῆκαι, (alii ὑποθῆκαι) 5. b.
  Ionica dialecto, 363. a.
  Oratio ad Aegyptios, 119. a.
  περὶ μαντείας ἀϛέρων libb. quatuor, 147. a.
  Liber de Sacrificiis, 147. d. 175. d.
  Epiſtolae, 43. d. 358. d. 372. a. 421. c. — breues et laconicae omnes, 363. a.
  Epiſtola ad adoleſcentem maledicum, 304. a.
  Epiſtola ad Aſpendienſes Frumentarios, 20. d.

Epiſtola

Epiſtola ad Athenienſes, 179. c.
ad Clazomenium ſophiſtam, 33. b.
ad Demetrium, cynicum, 309. a.
ad Dionem, philoſophum, plures, 252. d.
ad Domitianum, imp. Ionica, ſed ſuppoſititia, 362. d.
ad Euphratem, philoſophum, plures, 252. b. c.
ad Iarcham, primc. gymnoſophiſtarum Indiae, 154. c.
ad Indos gymnoſophiſtas, 210. b.
ad Lacedaemonios, 185. c.
ad Muſonium, philoſophum, duae, 207.
ad Neruam, imperatorem, 426. d. 427. b.
ad Scopelianum, ſophiſtam, 35. c.
ad Smyrnenſes, 161. c.
ad Tarſenſes, 8. a.
ad Titum, imperatorem, 305. b.
ad Veſpaſianum, imperat. tres, 253.
Libellus de dogmatibus Pythagoricis, 421.
Preces ad Palamedem, 168. d.
Apologia coram Domitiano dicta, 379 ſqq.
Oraculum de immortalitate animae, 431. b.
Archilochus, Parius, 62. c. 352. a.
Archytas, Tarentinus, 306. d.
Ariſtander, Lycius, vates, 404. d.
Ariſtippus, 47. a.
Ariſtoteles notatur 247. c.
Caliſthenes, Olynthius, 320. d. 322. a.
Crates, Thebanus, 16. d. 320. d. carpitur, 322. b.
Damis Ninius, ſcriptor vitae Apollonii, 4. d. 24. d. 25. d. 33. c. 43. d. 57. d. 66. a. 76. c. 89. a. 119. d. 123. b. 133. d. 140. d. 144. a. 147. c. 148. a. 150. c. 155. b. 175. c. 184. c. 212. a. 213. a. 216. b. 217. b. 233. c. 259. c. 262. b. 265. d. 281. c. 299. a. 308. b. 339. c. 346. a. 354. d. 362. d. 369. d.
iudicium de Damide Philoſtrati, 5. a.
Damis, Aſſyrius, 333. c. 428. a.
Damophyla, poetria, 41. d.
Demetrius, cynicus, 181. d. 307. a. 327. b.
Democritus, Abderita, 393. d. 403. c.
Demoſthenes ὁ παιανιεὺς, 366. b.
Diogenes, Sinopenſis, 320. d.
Empedocles, Agrigentinus, 2. c. 393. d. Eius hymni, 386. b.
Eretriorum inſcriptiones ſepulcrales, 34. d.
Eudoxus, Cnidius, 47. a.
Euphrates, philoſophus, 17. b. 364. d.
Euripides, 75. a. 178. d. 324. b. 338. b.

Euryſtheus, 396. a.
Euthydemus, rhetor Tarſenſis, 7. d.
Euxenus, Heracleenſis, praeceptor Apollonii, 8. c.
Helicon, Cyziceus, 47. a.
Heraclides, academicus, 320. c.
Heracliti obſcuritas notatur, 11. b.
Herodes, ſophiſta, 116. d.
Homerus, 1. a. 5. d. 31. c. 85. b. 113. c. laudatur 125. b. 126. b. 162. c. 169. c. 171. a. 172. d. 173. a. b. 183. a. 198. b. 233. b. 280. c. 339. b. 347. b. c. 387. b. 409. c. 414. c.
Inſcriptio ſtatuae Palamedis, 168. d.
Iubas, rex Libyae, 70. c. 76. b. notatur 70. c.
Leges Memphitarum, 263. d.
Λύκιοι λόγοι, 408. b.
Maximi, Aegienſis, commentarius rerum, ab Apollonio Aegis geſtarum, 5. b. 15. b.
Megiſtias, Acarnan, vates, 404. d.
Menippus, Lycius, 182. a.
Moeraginis libri IV. de Apollonio, 5. b. 147. d.
Muſonius, philoſophus Babylonius, 194. a. 206. d. Eius et Apollonii epiſtolae amoebaeae, 207.
Muſonius, Tyrrhenus, 341. c.
Nearchus, 76. c.
Neronis, imperatoris, carmina, 199. a.
Neruae, imperatoris, epiſtola ad Apollonium, 426. c.
Orpheus, 37. a. 169. a. 178. a.
ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων μελῳδίαι, 403. d.
Orthagoras, 155. a.
Phauorinus, orationibus, 181. d.
Philiſcus, Melienſis philoſophus, 403. c.
Philolaus, Cittieus, 194. b.
Philoſtratus ἐν τοῖς πρὸς Εὐφράτην λόγοις, 17. c. alius operis ſui, quo probauit, ὅτι τὸν ἀτεχνῶς ἄνδρα, μήτε μεταστήσει τὶ, μήτε δουλώσεται, i. e. quod omnis probus liber, meminit p. 310. c.
Phraortis, Indorum regis, epiſt. ad Iarcham, 106.
Phyton, 47. a. 320. b.
Pindarus, 302. b. 331. c.
Plato, 46. d. 195. b. 320. b. iuſte venditus, 321. c. laudatur 275. a. in Timaeo 299. a.
Poeta anonymus, 278. d.
Prodicus, 269. d. 272. b.
Pythagoras, 76. c.
Pytho, academicus, 320. c. 321. d.
Pytho, Byzantius, rhetor, 365. d.
Scylax, 152. b.
Seleucus, Cyzicenus medicus, 404. a.

Silianus,

Silianus, Ambraciota, vates, 405. a.
Simonides, hymno, 18. b.
Socrates, 374. d. 379. c. 394. a.
Sophocles, 17. a. 198. b. 358. d. 393. d. 408. c. Oedipo, 322. c. Eius Paean, 123. c.
Speuſippus, 47. a. Eius Poemata vti ψυχρὰ notantur ibid.
(Steſichorus) Himeraeus in παλινωδίᾳ, 278. b.
Stratocles Sidonius, medicus, 404. a.
Thales, Mileſius, 60. a. 394. a.
Titi, imperatoris, epiſt. ad Apollonium, 385. c.
Veſpaſiani epiſt. ad Apollonium, 385. b.
Zeno, Eleates, 319. b. 320. c. *Benzel.*]

III. Locus *Sidonii* VIII. epiſt. 3. quo ait, ſe Apollonii, pythagorici, vitam ad Leonem Euarigis et Alarici regis conſiliarium mittere, *non vt Nicomachus ſenior e Philoſtrati, ſed vt Taſcius Victorianus e Nicomachi ſchedio exſcripſit*, cum Sirmondo, eruditiſſimo viro, ita videtur eſſe intelligendus, vt Nicomachus et Victorianus non ſint nomina auctorum, qui poſt Philoſtratum Apollonii vitam ſcripſerunt, neque ſcribarum antiquariorum, ſed virorum clariſſimorum, qui ab antiquariis mendoſe ſcripta per otium et animi gratia caſtigabant. Idem enim Sirmondus teſtatur, exſtare codices MSS. T. Liuii, in quibus Nicomachum et Victorianum eandem operam illi quoque impendiſſe adnotatum eſt his verbis: *Nicomachus Dexter V. C. emendaui ad exemplum Parentis mei Clementiani, ab vrbe condita — — Victorianus V. C. emendabam Dominis Symmachis.* Et alio loco: *Emendaui Nicomachus Flauianus V. C. Praefectus vrbi apud Hennam, ab vrbe condita — — Victorinus V. C. emendabam Dominis Symmachis.* Laudatur Philoſtratus ab *Iſidoro Peluſiota* lib. I. epiſt. 389. Ἔχεις τὸν Φιλόστρατον, ἀκριβῶς τὰ ἐκείνȣ (Ἀπολλωνίȣ) ἐκθέμενον. Καὶ μάνθανε ὡς σαφῆ συκοφαντείαν μαγγανειῶν ἐχθροὶ τȣ̃ ἀνδρὸς, ὡς εἰκὸς, κατεσκεύασαν. Vide et *Photium* cod. XLIV et CCXLI. vbi prolixa e Philoſtrato excerpta, e quibus aliquando emendare codices editos licet. De dictione Philoſtrati iudicium exſtat pag. 13. edit. Hoeſchelii et pag. 540. Mirum eſt, a Photio, bis idem opus recenſeri: itaque H. Valeſius, vir doctiſſimus, magnam bibliothecae Photianae partem alteri auctori tribuebat.

IV. ἩΡΩΪΚΑ'. *Heroica* ſiue dialogus Vinitoris cum Phoenice in praedio quodam, vt fingitur, non longe ab Eleunte, Thraciae oppido, habitus, quo Heroes XXI. qui bello Troiano interfuere, deſcribuntur et celebrantur. [— Vide ſupra in notitia codd. ex cod. quodam Florentino notata. Hic inſeram editionum verſionumque catalogum.

Luciani opera. Icones Philoſtrati. Philoſtrati iunioris icones. Eiusdem heroica. Deſcriptiones Calliſtrati. Eiusdem vitae ſophiſtarum. graece. Florent. 1496. fol. vid. cel. *Panzer* A. T. I. pag. 425. inprimis *Audiffredum* in ſpecimine editt. italicar. ſaec. XV. pag. 350 — 352.

Λȣκιανȣ̃ — *Luciani opera. Icones Philoſtrati. Eiusdem Heroica. Eiusdem vitae ſophiſtarum. Icones iunioris Philoſtrati. Deſcriptiones Calliſtrati. Aldus.* In calce: *Venetiis in aedibus Aldi menſe Iunio.* MDIII. (1503.) fol. graece: nulla praemiſſa praefatione. — Multo cultior deinde prodiit vterque ex eadem officina, 1522. fol.

Icones Philostrati etc. (vt in prima edit. Flor.) Florentiae sumtu Phil. Iuntae Florentini. 1517. fol. Quibusdam exemplaribus adhaeret Lucianus. vid. quae supra, in cap. de Luciano eiusque editt., et in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 189 sq. notaui.

Flau. Philostrati de vitis sophistarum, *Antonio Bonfino* interprete. Ex aedibus Schureranis. 1516. 4. *Maitt.* A. T. II. pag. 286. cum praefat. Nicolai Gerbelii, quam recudi fecit Olear. in sua edit. pag. 477. — tum Basileae 1563.

Philostrati Heroica. latine a *Stephano Nigro* ex Casali maiore Cremonensis agri interprete. — Eiusdem *Nigri* dialogus, in quem quicquid apud *Pausaniam* scitu dignum legitur, quam diligentissime congessit *Steph. Niger.* edit. vetustissimam, sine anni indicio habuit *Munken.* vid. catal. illius bibl. tom. I. pag. 78. — Faden. In offic. Minutiana. Mediol. 1517. fol. (vid. *Maitt.* A. T. II. pag. 300.) — Eiusdem versio *Philostr.* heroic. et Iconum, Pythag. A. C. Isocratis orat. de regiis muneribus Mediol. 1521. 4. et, aliis additis, (vid. §. sq.) Basil. 1532. 4. (*Maitt.* l. c. 613 et 771.)

Philostrati notitia de Aristide, addita legitur Iuntinae Aristidis editioni, Florent. 1517. fol. — De fabula, ex Philostrati imaginibus, gr. et lat. in editione Aesopi fabellarum etc. Aldina, Venet. 1505. fol.

Philostr. imagines etc. etc. Venet. in offic. Luc. Ant. Iuntae. 1535. 8. de qua edit. vide ad §. 2. — De edit. Morell. in qua Heroica leguntur pag. 631—729. et quibusdam versionibus ibid. iam sermo fuit; de Olearii autem edit. et de epistolis Philostrati paullo infra latius egit Fabric. — *Blountii* versio cum notis impiis, in linguam gallicam conuersa, prodiit Berol. 1775. iterumque, vtut repetitae editionis nulla fiat mentio, Amstelod. 1779. 8. IV. voll. — *Philostrati* opera in linguam germanicam transtulit *Dau. Christoph. Seybold*, Lemgou. 1776 sq. II. voll. 8. *Harl.*]

Meminit Heroicorum Suidas, qui vocat Ἡρωϊκόν. Nonnulla Heroicorum, vti Iconum quoque Philostrati loca illustrat *Io. Fridericus Gronouius* in Diatribe ad Statium. Diuisio in capita titulique capitum non sunt ab ipso auctore, qui hoc opere cum Homericis descriptionibus certare voluit, vt Oleario pulcre animaduersum.

V. ΕἸΚΌΝΕΣ. *Imagines* LXVI. porticus Neapolitani libris duobus diserte et eleganter descriptae, quas his verbis laudat Philostratus [P] iunior in praefatione suarum imaginum pag. 632. ἐσπούδασταί τις γραφικῶν ἔργων ἔκφρασις τούμῳ ὁμωνύμῳ καὶ μητροπάτορι λίαν Ἀττικῶς τῆς γλώσσης ἔχουσα ξὺν ὥρᾳ τε προηγμένῃ καὶ τόνῳ. Ταύτης κατ' ἴχνη χωρῆσαι θελήσαντες etc. In codicibus quibusdam MSS. vt Vaticanis et Gudiano, (qui nunc insertus est bibliothecae sereniss. ducis Guelpherbytani,) [aliisque, vid. supra, in notitia codd. MSS.] scholia *Manuelis Moschopuli* adiuncta leguntur, hactenus perinde, vt *Maximi Planudae* technologia in easdem imagines adhuc inedita. Editae tamen sunt vna cum Phrynicho, et qui saepe ad Philostratum, velut atticismi eximium auctorem, prouocat, Thomae Magistri eclogis dictionum Atticarum, voces Atticae ab eodem Moschopulo ex imaginibus Philostrati ordine litterarum notatae, τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογὴ ἐκλεγεῖσα ἀπὸ τῆς τεχνολογίας τῶν εἰκόνων τοῦ Φιλοστράτου, ἣν ἐξέδοτο ὁ σοφώτατος κύριος Μανουὴλ ὁ Μοσχόπουλος, καὶ ἀπὸ τῶν βιβλίων τῶν ποιητῶν. Venet. 1524. fol. apud Aldum et Paris. apud Vascosan. 1532. 8.

1532. 8. Has imagines Meurſius antiquiori cuidam tribuit Philoſtrato; ſed nullum video argumentum firmum, quo demonſtret, falſam eſſe ſententiam Suidae, qui vitam Apollonii et imaginum libros ad vnum eumdemque auctorem refert, licet fatear, eum alioqui, vbi de Philoſtratis agit, non eſſe per omnia valde accuratum. Idem Suidas libros quatuor memorat εἰκόνων ſiue ἐκφράσεων, ſed duo tantum exſtant, qui cum verſione *Stephani Nigri*, Mediolanenſis, leguntur in editione operum Philoſtrati Morelliana pag. 730 — 831. Saepius antea cum heroicis lucem graece viderant, quorum iam editiones recenſui. *Nigri* autem interpretatio prodierat Mediolan. 1521. 4. per Io. de Caſteliiano, et Baſil. 1532. 4. vna cum verſione aureorum carminum Pythagorae, Muſonii oratione de optimo principe, Iſocratis oratione de regiis muneribus, collectaneis quibusdam ex Athenaeo, et ipſius Nigri commentariis in aurea carmina et praefationibus ad Homerum, Pindarum et T. Liuium. *Antonii Bonfinii* verſionem latinam, quia inedita eſt, praetereo. At *Blaſii Vigenerii* verſio non omittenda, qui cum figuris in aes inciſis, argumentis et commentario erudito imagines vtriusque Philoſtrati et Caliſtrati ecphraſes gallice edidit Pariſ. 1578. 4. recuſas 1596. 1615. 1629. 1637. fol. Ex latina potius verſione, quam ex graeco contextu interpretationem ſuam adornaſſe, obſeruat *Franciſcus Vauaſſor* de vi et vſu quorundam verborum latinorum: *Blaſium Vigenerum Philoſtrati Gallicum interpretem recordor multum vel potius nimium in citandis vndique ſcriptis Graecorum fuiſſe. qui Graeca tamen non ex graecis ἀμέσως, ſed ex latinis gallice [?] reddidiſſe videtur. Eundem animaduerto in hiſce latinis, quae ſola conſuluit vertendi cauſa, vel negligentem ſe vel parum intelligentem praebuiſſe, virum alioqui acrem et ſtudioſum.* Addamus, quod Philoſtrati icones a patre ſuo latinis redditas verſibus teſtatur et loca quaedam exinde profert *Mauſſacus* ad Ariſtotelis hiſtoriam animalium pag. 1247 ſq.? Ariſtaenetum deſcriptionum Philoſtrati imitatorem notat Ioſias Mercerus. *Fabric.* Duos de imaginibus libros nihil aliud eſſe, quam declamationes extemporales, iudicat *Valeſ.* Emendatt. III. cap. 20. pag. 100. — *Tölkenius Baden* in comment. de arte et iudicio Flauii Philoſtrati in deſcribendis imaginibus, Hafniae 1792. 4. putat, Philoſtratum reuera vidiſſe et deſcripſiſſe ſeriem tabularum, in porticu, quae fuit Neapoli, ſuſpenſarum, eoque ſuos diſcipulos, quibus explicaret ſingula, duxiſſe. At tamen, id ſi verum eſt, Philoſtratum, ingenio ſaepe abuſum, haud pauca adfinxiſſe, eſt credibile. [Nuper commentari in hunc librum doctiſſime coepit cel. *Heyne*, qui ad d. I. Mart. MDCCXCVI. edidit Progr. Legatum tabularum Zſchornianum. Litterarum artiumque connubium in Academiis Philoſtrati Imaginum illuſtratio. Particula prima.]

De *epiſtolis*, quae a Suida et in multis codd. adpellantur Ἐπιστολαὶ ἐρωτικαί, (ſed tales non ſunt I. IV. VII. VIII — XI. XV. XVII. XVIII.) ea, quae *Fabric.* lib. II. cap. 10. §. 26. ſcripſerat, et ego maximam partem in noua hac edit. de induſtria ibi omiſeram, hoc loco, eoque commodiore, referam. Ita vero pergit *Fabricius*: „Ex illis decima tertia eſt ad Iuliam Auguſtam. Eaedem epiſtolae cum *Bonfinii* verſione exſtant ad calcem operum Philoſtrati gr. et lat. editorum a *Fed. Morello*, Pariſ. 1608. fol. [Bonfinianam verſionem eſſe in collectione epiſtol. Cuiaciana et in edit. Morell. equidem cum Oleario pag. 915. neſcio, vnde hauſerit Fabricius. — *Philoſtr.* epp. graece cum epiſtolis Syneſii et aliorum, *Venetiis*, in collectione epiſtolarum graecar. Aldina, 1499. 4. vid. *Foſſii* catal. codd. ſaec. XV. biblioth. Magliabech. II. col. 633 ſq. Sunt quoque in collectione *Cuiaciana*, de qua Fabric. in vol. I. lib. II. cap. 10. vberius egit, et in edit. Philoſtr. *Olear.* pag. 911 ſqq. vbi LXXIV. epiſtolae exhibentur,

hibentur, additis partim iis, quas Io. Meursius iam vulgauerat, partim aliis ex codd. Vaticanis. Ab initio idem Olearius de his Philostrati epistolis agit, et inseruit pag. 912 sqq. fragmentum, quod ex quadam Philostrati διαλέξει, (διαλέξεων vero suarum ipse Philostr. vitae Apollonii lib. VI. cap. 35. et Suidas meminerunt,) decerptum esse coniicit. Tum existimat, non omnes hucusque editas vnius esse hominis, Lemnii nempe Philostrati, qui Iuliae, coniugis Alexandri Seueri, iussu conscripsit vitam Apollonii Tyanensis, qui epistolarum ἐρωτικῶν auctor est. Prima autem, Aspasiae, vel potius *Aspasio*, sophistae Rauennati, inscripta, (quae in codd. quoque non iuncta reliquis inuenitur epistolis, et ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ τοῦ λόγου dicitur, vid. Olearii not. ad init. pag. 916. et praef. pag. 914.) inscripta tertium Philostratum habet auctorem. *Harl.*] *Lambecius* libro sexto pag. 259. testatur, se admodum iuuenem Philostrati epistolas recensere atque latina versione illustrare instituisse. Fragmentum de charactere epistolico, [de quo modo egi,] quod idem lib. I. pag. 377. et lib. V. p. 258. memorat, nihil aliud est, quam epistolarum Philostrati, ab Aldo editarum, prima, [siue ad Aspasium.] Philostrati epistolas ex MSS. palatinis auctiores et *Io. Kimendoncii* notis copiosis ineditis illustratas habere se testatus est *Gothofred. Iungermannus* in epist. msta ad Eliam Putschium data d. 16. Febr. 1603. Alias Philostrati epistolas VIII. cousque ineditas et quinas editarum auctiores, graece ex cod. msto membranaceo bibl. Lugd. Bat. edidit et dissertatiunculam de ambobus Philostratis adiecit *Io. Meursius*, Lugd. Bat. 1616. 4. [rec. in *Meursii* opp. curante *Io. Lamio*, tom. VII. pag. 862. a. nr. LXIV. vsque ad nr. LXXI. inclusiue: conf. *Bandinii* catal. cod. gr. Medic. II. col. 455 sq. Illam Meursii dissert. repetendam curauit Olearius inter testimonia de Philostr. pag. XV sqq. Idem pag. 911. vix alias, ait, ab iis, quas a Meursio editas habemus, epistolas fuisse, puto, quibus Kimendocianus codex se commendauit etc.] Notas *Casanouani*, (Mr. de Caseneuve,) in Philostrati epistolas laudari vidi, ipsas non vidi." *Fabric.* — Vitae Casanouanae, a Medonio scriptae, subiectus est catalogus scriptorum eius: sed nihil ibi de notis ad Philostratum. *Heum.* Ego tamen memoratam reperi edit. *Epistolae Philostrati* ex versione gallica et cum notis *Lud. Casanouani*. Tournoni. 1620. 4. Quaedam epistolae insertae sunt *Patusae* encyclopaed. philolog. vol. I. et Ἀνθολογία τῶν ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν, Paris. 1583. 4. nr. 2. *Harl.*

Ex *epigrammatibus*, quae a Philostrato scripta notat Suidas, vnicum exstat libro VI. Anthologiae p. 452. in Telephum vulneratum. [et in *Brunckii* anal. poet. gr. tom. II. p. 400. nec non in Olearii edit. Philostr. pag. 950.]

VI. ΒΙΟΙ ΣΟΦΙΣΤΩΝ. *Vitae sophistarum libri II.* quos inscripsit *Antonio Gordiano*, consuli, (ita enim diserte legit MS. codex meus, qui olim fuit praestantissimi Putschii), qui primum consul fuit anno Christi 239. et secundum anno 241. Itaque alterutro horum annorum editas ab eo has vitas est necesse, quo tempore iam aetate prouectus (ἱκανῶς γηράσκων) docebat Romae Aspasius, Hippodromi, quem auctor etiam auscultauerat, auditor [i]). Vnde nec Philostratum quum ista scriberet admodum iuuenem fuisse constat. Diuidit autem sophistas in duo genera, vnum, philosophiam simul professorum et alterum, mere rhetorum, itaque de illis primo, de his secundo loco agit. Qui porro ab illo seruato temporis

i) Vid. *Olearii* not. pag. 479. qui pag. 473 sqq. praemisit introduct. in illud Philostr. de vitis sophist. opusculum, quod *Ionsius* III. 14, 3. tribuit iuniori Philostrato. *Harl.*

poris ordine [k]) celebrantur, hi ſunt: *Libro priore: Eudoxus*, *Leo* Byzantius, *Dias* Epheſius, *Carneades* Athenienſis, *Philoſtratus* Aegyptius, *Theomneſtus* Naucratites, *Dio* Pruſaeus, cognomento Chryſoſtomus, *Phauorinus* Arelatenſis, *Gorgias*, (qui familiam ducit inter rhetores ſiue ſophiſtas antiquiores, proprie dictos,) Leontinus, *Protagoras* Abderites, *Hippias* Eleus, *Prodicus* Chius, *Polus* Agrigentinus, *Thraſymachus* Carthaginienſis, *Antiphon* Rhamnuſius, *Critias* Athenienſis, et *Iſocrates*. Tum *Aeſchines*, (τῆς δευτέρας, vt Philoſtrati verbis vtar, σοφιστικῆς ἀρξάμενος,) *Nicetes* Smyrnaeus, (ad quem omiſſis Aribarzane Cilice, Xenophrone Siculo et Pythagora Cyrenaico, tamquam ineptis ſophiſtis, properare ſe ait,) *Iſaeus* Aſſyrius, *Scopelianus*, Herodis Attici praeceptor, *Dionyſius* Mileſius, *Lollianus* [ᴘ] Epheſius, *Marcus* Byzantius, *Polemo* Laodicenus et *Secundus* Athenienſis. *Libro poſteriore, Herodes* Athenienſis, *Theodotus*, *Ariſtocles* Pergamenus, *Antiochus* Aegaeus, *Alexander* Seleucienſis cognomine πηλοπλάτων, quaſi luteum Platonem dicas, *Varus* Pergaeus, *Hermogenes* Tarſenſis, *Philager* Cilix, *Ariſtides* Adrianenſis, *Adrianus* Phoenicius, *Chreſtus* Byzantius, *Pollux* Naucratites, *Pauſanias* Cappadox, *Athenodorus* Aenenſis, *Ptolemaeus* Naucratites, *Euodianus* Smyrnaeus, *Rufus* Perinthius, *Oenomarchus* Andrius, *Apollonius* Naucratites, *Apollonius* Athenienſis, *Proclus* Naucratites, *Phoenix* Theſſalus, *Damianus* Epheſius, (omiſſis tamquam indignis illo cenſu Sotero, Soſo, Nicandro, Phaedro, Cyro et Phylace,) *Antipater* Hierapolitanus, *Hermocrates* Phocenſis, *Heraclides* Lycius, *Hippodromus* Theſſalus, *Varus* Laodicenſis, *Quirinus* Nicomedienſis, *Philiſcus* Theſſalus, *Aelianus*, (male bis in codice meo MS. Philinus,) Romanus, *Heliodorus* Gallus, et *Aſpaſius* Rauennas. *Fabric.* *Valeſius* emendatt. lib. III. cap. 1 — 14. excl. permulta vitarum ſophiſt. loca emendauit et interpretatus eſt, quorum haud pauca Olear. poſtea ſic correxit auctoritate codd. adnotante Burm. Idem Valeſ. cap. 3. pag. 82. notat, Philoſtratum omiſiſſe quam plurimos, qui non minus celebres ſua aetate fuiſſent ſophiſtae, quam multi eorum, quos ille deinde commemoraſſet; ex quo adparere cenſet, Philoſtratum veteris hiſtoriae non admodum ſtudioſum nec peritum fuiſſe. Olearius vero ex cod. Putſchiano omnes fere vitarum lacunas a ſe impletas eſſe, ad init. vitarum not. 3. gloriatur. *Harl.*

Apud *Salmaſium* ad Spartiani Hadrianum cap. 15. vbi Philoſtratus in Antenoris ſophiſtae vita laudatur, pro *Antenoris* legendum *anterioris*, Philiſci nimirum, quae vitam Heliodori, de quo ibi Salmaſius, praecedit. Corrupti quoque ſunt Suidae codices, in quibus memorantur libri quatuor de ſophiſtarum vitis: non plures enim ſcripſiſſe duobus, qui exſtant, et ipſe Philoſtratus profitetur, et ſatis adparet ex libri poſterioris clauſula, qua teſtatur, ſe in ſuis temporibus deſinere. Meminit huius operis *Eunapius* in prooem. Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος τοὺς τῶν ἀρίστων (φιλοσόφων τε ἀνδρῶν καὶ σοφιστῶν) ἐξ ἐπιδρομῆς [l]) μετὰ χάριτος παρέπτησε βίους. *Philoſtratus Lemnius praecipuorum ſophiſtarum vitas iucundo dicendi genere obiter delibauit.* Syneſius Dione: Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος ἀναγράφων τοὺς βίους τῶν μέχρις αὐτοῦ σοφιστῶν ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου δύο μερίδας ποιεῖ etc. Prodierunt *graece* cum heroicis et imaginibus, Venetiis ac Florentiae in fol. tum caſtigatius Venet. 1550. 8. In latinam linguam

k) Confer *Iac. Perizonii* praefat. ad Aeliani varias hiſtorias.

l) Sic apud Ariſtidem tom. II. pag. 514. ὥσπερ ἐπεθέμην ἐξ ἐπιδρομῆς ἔνια διελθεῖν· cui mox opponit, ὅτις τὰ ἀκριβέστατα γνῶναι βουληθήσεται.

guam perinde vt heroica, imagines et epiſtolas conuertit dicauitque Matthiae Coruino, Hungariae R. *Antonius Bonfinius*, teſte *Lambecio* II. de bibl. Vindob. pag. 905. Vitae ſophiſtarum ſolae ex eius verſione editae ſunt ex aedibus Schurerianis a. 1516. 4. [vid. ad §. 4.] Hinc cum eadem interpretatione, ſed ſexcentis a ſe, vt ait, mendis purgata, has vitas exhibet *Federicus Morellus* in graeco-latina ſua Philoſtrati editione. Nihilominus tamen ſat multa reliquiſſe caſtiganda, conſtat eruditis. Falſa interpunctione lapſum creberrime in Philoſtrato vertendo Bonfinium, notauit *Gatackerus* [[?]] aduerſar. poſtum. cap. 16. pag. 564 ſq. et cap. 39. pag. 831. Aliam, ſed hactenus ineditam, *Iodoci Kimedoncii* interpretationem cum eius notis habuit Gothofredus Iungermannus: ita enim ille in litteris ad Eliam Putſchium, datis 16. Febr. a. 1603. *De Philoſtrati editione an cogitatis? ſcribe. Nam hic plura auxilia. Habeo enim apud me a Grutero Philoſtrati* εἰκόνας, ἡρωϊκά, βίους σοφιστῶν. item Φιλοστράτου νεωτέρου εἰκόνας, Καλλιστράτου εἰκόνας, *omnia olim edita Venetiis graece libello in 8. Habeo denique doctiſſimi iuuenis Kimedoncii verſionem horum libellorum, vt et Philoſtrati epiſtolas ex MS. Palatino auctiores, et in omnia haec notas copioſas Kimedoncii, quas morte praeuentus edere non potuit.*

VII. *Scripta deperdita* eiusdem Philoſtrati haec porro obſeruabis. Suos λόγους Κορινθιακοὺς memorat ipſe lib. IV. cap. 14. de vita Apollonii pag. 202. Λεξικὸν Ῥητορικὸν *Photius* cod. CL. ait enim eiusdem eſſe, qui vitam Apollonii ſcripſit, etſi eum non Lemnium vocat, ſed Tyrium, perperam quidem, vt exiſtimo. Suidas refert eius μελέτας ſiue *declamationes*, διαλέξεις m) ſiue λόγους, h. e. *diſſertationes*, quarum VI. 36. vitae Apollonii etiam mentio, tum Αἶγας ἢ περὶ αὐλοῦ, *Capras* ſiue *de tibiis*, et ἀγορὰν, *Forum*. Porro notandum, quod idem Suidas huic Philoſtrato tribuit vitas ſophiſtarum, licet iuniori ab aliis adſcribi Philoſtrato poſtea ſcriptum reliquerit. At Λόγοι πρὸς Εὐφράτην, ad quos libro primo de vita Apollonii cap. 14. lector remittitur, et ψευδῆ Euphratis γράμματα ſunt Euphratis in Apollonium criminationes, et Apollonii apologia, quae libro octauo vitae continetur, vt ab Oleario recte notatum.

β) *PHILOSTRATVS Nerbiani F. Lemnius, iunior et prioris ſororis filius, auctor libri Iconum ſingularis, et quarundam epiſtolarum.*

VIII. De hoc *Suidas* n): Φιλόστρατος Νερβιανοῦ, ἀδελφόπαις Φιλοστράτου τοῦ δευτέρου, Λήμνιος καὶ αὐτὸς, σοφιστὴς, καὶ παιδεύσας ἐν Ἀθήναις, τελευτήσας δὲ καὶ ταφεὶς o) ἐν Λήμνῳ, ἀκουστής τε καὶ γαμβρὸς γεγονὼς τοῦ δευτέρου Φιλοστράτου. De hoc intelligenda, quae de Philoſtrato Lemnio in vitis ſophiſtarum ſcribuntur, vt, quod annos viginti duos natus ſub [[?]] Hippodromo periculum extemporalis orationis fecerit lib. II. cap. XXVII. nr. 3. et quod anno aetatis viceſimo quarto λειτουργιῶν ἀτέλειαν immunitatis beneficium, pro declamatione

m) Fragmentum διαλέξεως de naturae et νόμου ſiue artis inter ſe comparatione atque concordia, quod inter epiſtolas Philoſtrati in codice Vaticano reperit, graece cum verſione ſua exhibet Godfridus Olearius praefat. ad epiſtolas Philoſtrati p. 912—914.

n) Vid. Küſteri not. *Harl.*

o) *Eudocia* pag. 433. dum exſcripſit Suidam, dedit καὶ τελευτήσας ἐτάφη. *Harl.*

clamatione acceperit ab Antonino, (Caracalla, qui imperii habenas gerere coepit a. C. 212.) in vita Philisci lib. II. cap. XXX. tum, quod Aelianum, qui in imperatorem iam defunctum Elegabalum, (vt probe obseruatum Iacobo Perizonio est,) inuectiuam scripserat, cui fecerat titulum κατηγορία Γύννιδος p), reprehendit mortuo insultantem, quem viuum extimuisset, ἐγώ σε, inquit, ἐθαύμαζον ἄν, εἰ ζῶντος κατηγόρησας· Ἔστι γὰρ δὴ τὸ μὲν ζῶντα τὸν Τύραννον ἐπικόπτειν ἀνδρὸς, τὸ δὲ ἐπεμβαίνειν κειμένῳ παντός· in Aeliani vita lib. II. cap. XXXI. (Periit Elegabalus a. Chr. 221.) Denique, quod in extremo eiusdem secundi libri cum Philostrati Lemnii dissidium cum Aspasio et epistolam περὶ τοῦ, πῶς χρὴ ἐπιστέλλειν, (primam ex epistolis Philostrati, quae hodie exstant,) memorasset, elogium eius praetereundo texit his verbis: περὶ δὲ Φιλοστράτου τοῦ Λημνίου, καὶ τίς μὲν ἐν δικαστηρίοις ὁ ἀνὴρ οὗτος, τίς δὲ ἐν δημηγορίαις, τίς δὲ ἐν μελέταις, ὅσος ἐν σχεδίῳ λόγῳ, οὐκ — πρὸς αὐτὸν ἦν, *de Philostrato Lemnio quis in foro vir iste, qualis in concione, qualis in scriptis, qualis in declamationibus, quantus denique in extemporali genere dicendi, meum non est exponere, neque enim fidem essem inuenturus, qui gratiae id dare possim videri, quandoquidem amicitia cum eo mihi intercessit.* Quoniam scribit φιλία ἦν, suspiceris, eum tunc iam obiisse, (iuniorem licet, at non multis adeo annis,) quum Philostratus alter aetate iam prouectus libris de sophistis colophonem imponeret. Exstant huius

IX. ΕΙ'ΚΟ'ΝΕΣ. *Imaginum liber singularis* siue descriptio peramoena imaginum duodeuiginti, quam imitatione senioris Philostrati, sui μητροπάτορος, hoc est auunculi, composuisse se testatur in loco, quem supra, de illius imaginibus quum agerem, produxi. Prodierunt cum iisdem *graece:* et *gallice* quoque interprete *Vigenerio.* Sed latine vertit *Federicus Morellus*, cum cuius interpretatione exstant in editione Philostrati Morelliana pag. 832—863. Paris. 1608. fol. Nam *Antonii Bonfinii* versio inedita adhuc delitescit.

X. Perdita huius Philostrati scripta sunt, quorum Suidas mentionem facit, Παναθηναϊκὸς, Τρωϊκὸς, (nisi heroica alterius Philostrati per hunc intelligenda sint, cui sententiae fauet ipse auctor, Τρωϊκὸν λόγον illa adpellans, et Homerum scribens λόγον ὑποθέσθαι τὸν Τρωϊκὸν [P] pag. 692 et 694.) παράφρασις τῆς Ὁμήρου ἀσπίδος (Iliad. Σ.) et Μελέται siue declamationes quinque.

XI. *Operum Philostrati vtriusque editiones promissae, et recens vulgata Lipsiensis, Godfridi Olearii.*

Illustris doctrinae virum *Io. Georgium Graeuium*, quem annus 1703. elegantioribus litteris abstulit, nouam molitum esse Philostrati editionem, didici ex Merici Casauboni epistola 15. et ex praefatione, qua ei dissertationem suam de noua Homeri editione inscripsit, Lond. 1658. 8. Ante annos non ita multos *Richardus Bentleius* vir eruditissimus luculentam Philostrati editionem parare coepit, diligentissime castigatam et noua instructam versione et notis. Huius primum folium Lipsiae excusum vidi anno 1691. sed nescio, quomodo institutum mox iterum omissum sit. Confer *W. E. Tenzelii* menstruos dialogos a. 1691. p. 521. Ab eo tempore *Henricus Muhlius*, Superintendens generalis Holsatiae, et Celsissimi Ducis a Sacris, eumdem in se laborem susceperat, et eo nomine litteras dederat ad Nesselium, vt ex

p) Vid. cap. de Aeliano §. VI. *Harl.*

ex thesauro librario Augustissimi Caesaris MStorum in illa bibliotheca codicum Philostrateorum copia sibi fieret. Verum et haec spes paullo post decolluit. Literas illas dialogis suis idem Tenzelius inseruit, quas vide, si placet, anno 1693. pag. 882 sq.

Nouissime *Huguetani* nouam curaturos se polliciti sunt Philostrati editionem in Belgio, Morelliana longe meliorem, idque significari fecerunt publice in memoriis Treuultinis anni 1701. parte priore pag. 273 sq. edit. Amstelod. vbi nonnulli errores in Philostrato Parisiis excuso notantur. Sed vt audio, illa quoque cura iam pridem est abiecta ac deposita.

Reliquum itaque fuit, vt eruditorum exspectationi tandem satisfaceret, (quod ex asse fecit, praestare maiora, quam promittere solitus,) felicis ingenii et doctrinae exquisitae vir *Godfridus Olearius*, primum vtriusque linguae, dein theologiae in academia patria Lipsiensi doctor publicus longe dignissimus, praebente sumtus *Thoma Fritschio*, bibliopola. Vere adfirmari potest, vix vllum nostra aetate graecum auctorem tam diligenter et docte expolitum prodiisse, siue graeca ad MSS. codices Vaticanos, Anglicos, Vratislau. et in vitis sophistarum [?] ad Putschianum meum castigate edita, siue versionem perspicuam atque accuratam, quae tota fere noua addita est, siue adiunctas notas praeclaras et prolegomena doctissima praemissa respicias. Tabulae quoque chronologicae et indices adiecti lectorum commodis bene consulunt, et chartae typorumque nitor eximius oculos delectat. Lucem vidit opus, decori vtique auctori suo semper futurum, Lipsiae 1709. fol. de cuius adparatu et rationibus operae pretium est videre acta eruditorum illius anni pag. 433 sq. vbi obiter etiam pag. 439 sq. respondetur ad obseruatiunculas, e bibl. Schurtzfleischiana editas, sub titulo *Spicilegii aliquot in Philostratum animaduersionum*, Witebergae 1709. pagina vnica. fol. *Fabric.* De editione Oleariana iudicium Moshemii vide in bibl. Bremensi tom. III. pag. 20 sq. *Heum.* Quantis laudibus edit. Olearian. celebrauit Fabricius, tantis vituperiis eam insectarunt De la Croze, Hemsterhus. ac Ruhnken. aliique, atque reus plagii, Reinesianis opibus notisque msstis pro suis venditis, factus est Olear. a *Müllero* V. C. in prolusione quadam: [de corpore Inscriptt. Gruteriano notis et obseruatt. Tho. Reinesii ornato, quod Cizae in bibl. episc. asseruatur, disserit *C. G. Müller*, Lips. 1793. 4. vbi p. 1 s. docet exemplum Philostr. Reinesianum Lipsiam missum Cizam non rediisse.] Plura in hanc rem scripsi in Introd. l. c. p. 220 sq. et pag. 223 sq. quosdam, qui ad illustrandam Philostrati vitam aut loca quaedam facerent, libros libellosque iam laudaui. *Harl.*

XII. *Alii Philostrati.*

1) Philostratus, Aegyptius sophista, philosophis se ingerens academicis, qui Cleopatrae adfuit in Aegypto et in Sicilia versatus est tempore Caesaris. Vide *Plutarchum* in Antonio pag. 947. et in Catone minore pag. 787. Epigramma *Crinagorae* lib. III. Anthologiae pag. 310. et *Philostrati* vitas sophistar. lib. I. pag. 409 sq. verum apud quem οἶδα non reddendum est *vidi*, (vnde castigandus Vossii error pag. 236. de hist. graecis.) sed *noui*. In antiquis Plutarchi versionibus pro Philostrato male legitur *Sostratus*, vt notatum *Leopardo* XIV. 17. emendatt.

2) Philostratus, Veri F. patria Lemnius, sophista eximius, qui docuit Athenis, Flavii Philostrati, qui vitam Apollonii scripsit pater, scripsit teste *Suida* [vbi vid. Küster. tom. III. pag. 610.] λόγους πανηγυρικοὺς πλείστους, λόγους Ἐλευσινιακοὺς δ΄, μελέτας, ζητούμενα

μενα παρὰ τοῖς ῥήτορσι· Ῥητορικὰς ἀφορμάς· περὶ τοῦ ὀνόματος· ἔστι δὲ πρὸς τὸν σοφιστὴν Ἀντίπατρον. περὶ τραγῳδίας βιβλία γ΄. γυμναστικόν· ἔστι δὲ περὶ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐπιτελουμένων. λιθογνωμικόν, Πρωτέα, Κῦνα ἢ Σοφιστὴν, Νέρωνα θεατὴν, (vnde Suidas praeter rem tradidit, eum vixiſſe ſub Nerone, quum longe iuniorem fuiſſe oporteat, qui ſcripſit contra ſophiſtam Antipatrum, liberorum Seueri praeceptorem,) *Τραγῳδίας μγ΄, καὶ Κωμῳδίας ιδ΄.* Ait praeterea, eum ſcripſiſſe *ἕτερα πλεῖστα καὶ λόγου ἄξια.* Ab vtroque horum diuerſus, vt videtur, fuit

3) Philoſtratus, hiſtoricus, quem laudat *Ioſephus* X. 11. [tom. I. pag. 538. edit. Hauerkampii.] Antiqu. *καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς Ἰνδικαῖς αὐτοῦ καὶ Φοινικικαῖς ἱστορίαις.* Et lib. I. contra Apionem pag. 1045. [tom. II. p. 451. edit. Hauerk.] *περὶ τούτων γοῦν συμφωνεῖ Φιλόστρατος ἐν* [?] *ταῖς ἱστορίαις μεμνημένος τῆς Τύρου πολιορκίας.* Easdem hiſtorias laudat *Syncellus* pag. 221. [conf. *Voſſ.* de hiſt. gr. II. pag. 235.]

4) Philoſtratus, Euboënſis, quem naturae piſcium gnarum celebrat *Plutarchus* de ſolertia animalium pag. 965.

5) Philoſtratus, Athenienſis, hiſtoricus ſub imp. Aureliano clarus, de quo *Syncellus* in chronographia pag. 384.

Philoſtrati peripatetici mentio apud *Macrobium* lib. I. ſaturnal. cap. 11. ſed legendum *Theophraſti*, vt pridem obſeruarunt viri doctiſſimi.

In *Gyraldi* dialogo III. de hiſtoria poetarum pag. 143. et ex eo apud *Voſſium* de poetis graecis pag. 94. laudatur *Philoſtratus Athenienſis*, qui Epaminondae et Pelopidae vitas litterarum monumentis commendauit et qui Theſeida compoſuit. Sed ex *Laertii* Xenophonte II. 59. legendum Πυθοστράτου, vel potius Νικοστράτου, neque hic compoſuit vitam Epaminondae et Pelopidae, ſed Xenophon, huius frater. Similiter Tzetzes ad Lycophronem non *Philoſtrati* librum de Cypro laudat, vt ſcribit Voſſius de hiſt. graecis, ſed *Philoſtephani*.

Φιλόστρατος Φάλιος in *Varini Camertis* lexico, [et in *Eudociae* Violar. pag. 341.] vbi de Polyxena agitur, puto male excuſum eſſe pro Φιλόστρατος ὁ Φλάβιος. [vid. ad §. 1.] Videtur enim reſpicere Philoſtrati ſenioris Icones, in quibus de Polyxena in eam ſententiam diſſerit pag. 713 ſq. edit. Morelli. [Heroic. cap. XIX. 11. pag. 737. edit. Olear.]

Fuit et 6) Philoſtratus Pellenenſis, quem cognitioni de ſupplicio Antiphonis rhetoris praefuiſſe Athenis Olymp. XLII. teſtatur *Plutarchus* in vitis decem rhetorum p. 833. Idem forte, quem perſtringit Ariſtophanes equitibus, et cuius meminit Demoſthenes orat. in Neaeram.

7) Philoſtratus Epirotarum dux anno V. C. 585. memorante Liuio XLIII. 23.

8) Philoſtratus, Athenienſis, e tribu Oeenſi, pater Polemonis, philoſophi. *Laert.* IV. 16.

9) Philoſtratus, Rhodius, athleta circa Olymp. CLXXXVIII. *Pauſan.* Eliacis prioribus pag. 432.

10) Philoſtratus, quem ebrium Sinueſſae in Campania per gradus delapſum ridet *Martialis* XI. 83.

 11) Philo-

11) Philoſtratus in inſcriptione [q]) veteri, obſeruata Meurſio: [[?]]

L. COMINIVS L. M. L. NATIRA
L. L. L. PHILOSTRATVS V. F.
SIBI ET SVIS.

12) Philoſtratus Χολαργεὺς [r]), memoratus *Alciphroni* epiſt. IX.

13) Philoſtratus παλαιςὴς, in quem *Argentarii* epigramma lib. II. anthologiae cap. 18.

14) Philoſtratus Alexandrinus περὶ τῆς τȣ̃ Σοφοκλέȣς κλοπῆς, quem laudat Porphyrius apud *Euſebium* X. 3. praeparat.

Haec de Philoſtratis vt veriſimillima mihi viſa ſunt, quantum potui, breuiter ac diſtincte retuli, diligenter conſultis veterum ſcriptis, et expenſis iis, quae *Ioh. Meurſius* in diatriba de Philoſtratis ad calcem Philoſtrati, edita Lugduni Bat. 1616. 4. tum *Voſſius* II. 15. hiſt. gr. Ionſius III. 14. ac *Tillemontius* tom. III. hiſt. imperator. praecipue vero Godfridus Olearius prolegomenis ad Philoſtratorum opera, laudabili hiſtoriam litterariam iuuandi ſtudio monuerunt.

XIII. Poſt Philoſtratos conſequens eſt, vt de CALLISTRATO, licet antiquiore, vt videtur, ſcriptore, dicam, cuius ἐκφράσεις ſiue *deſcriptiones* quatuordecim imaginum ſiue ſtatuarum, *Satyri, Bacchae, Cupidinis, Indi* fluuii, *Narciſſi*, *Occaſionis*, quae Lyſippi opus exſtabat Sicyone, tum *Orphei*, *Bacchi*, *Memnonis*, *Aeſculapii*, *Cupidinis* alterius itidem a Praxitele ſculpti, *Centauri*, *Medeae* et *Athamantis*, graece primum editae ſunt ad calcem imaginum vtriusque Philoſtrati, deinde latine eas vertit Federicus Morellus, cuius interpretationem plurimis locis emendauit melioremque nouae ſuae Philoſtratorum editioni adiunxit laudatus iam ſaepius mihi hoc capite, nec laudandus ſatis Gotfridus Olearius [s]). Idem profitetur, ſe nihil admodum habere, quod opponat ſententiae doctiſſimi Meurſii, qui in bibliotheca Attica auctorem harum deſcriptionum non (cum Vigenerio) Philoſtrati vtriusque imitatorem, ſed antiquum illum eſſe putauit Calliſtratum Aphidnaeum, *Empaedi* [t]) filium, ῥήτορα δόκιμον, quem audire expetiit Demoſthenes admodum adoleſcens, et ab eo ad eloquentiae ciuilis ſtudium accenſus eſt, vt ex Hegeſia [u]) Magneſio narrat *Plutarchus* in vita Demoſthe-

q) Apud Gruterum pag. DCCCCLXIX. 13.

r) Cholargi e populis Atticae, de quibus Meurſius.

s) Deſcriptiones additae ſunt Philoſtrato in quibusdam codd. Florentinis aliisque. *Auguſtae Vindelic.* in cod. apud Reiſerum, catal. pag. 69. eſt Calliſtrati fragm. περὶ τῶν ἀγαλμάτων, *de ſtatuis:* et in alio cod. pag. 88. catal. Calliſtr. Ecphraſis in Satyrum, in ſtatuam Bacchae, in artem Demoſthenis, in ſtatuam Indi, Amoris, Narciſſi, Orphei, Dionyſii vel Bacchi, Memnonis *Harl.*

t) Vel potius *Callicratis* fil. conf. Reiskii indic. hiſtor. ad Demoſthen. pag. 832 ſq. *Harl.*

u) *Demetrium Magneſium* vocat *Ruhnken.* in hiſtoria critica oratorum graec. pag. 59. (vbi copioſus eſt de *Calliſtrato.*) At in edit. Reiskii vol. IX. pag. 357. dicitur *Higeſias Magnes.* In longiore autem vita pag. 698. vbi idem de ſtudio Calliſtrati narratur, nullius fit mentio ſ. Demetrii ſ. Hegeſiae. Alibi tamen, vol. IV. p. 718 et 739. de Demoſthenis matrimonio et de illius honorifico in patriam reditu prouocatur ad *Demetrii Magneſii* (in libris de ſynonymis) auctoritatem. Idem Ruhnken. notat,

Demosthenis breuiori pag. 844. et in prolixiori altera inter parallelas pag. 847 sq. [pag. 698. vol. IV. edit. Reiske.] et ex Hermippo *Gellius* III. 13. *Libanius:* Καλλίστρατος ἦν Ἀθηναῖος Ῥήτωρ ἔνδοξος. Οὗτος ἔμελλε δημοσίαν τινὰ δίκην ἀγωνίζεσθαι, φασὶν, οἶμαι τὴν περὶ Ὠρωποῦ. Ὁ τοίνυν Δημοσθένης παῖς ὢν ἐδεῖτο τοῦ ἐφεστῶτος οἰκέτου συγχωρῆσαι παραβαλεῖν αὐτῷ τῇ δίκῃ, καὶ ὃς ἐπέτρεψεν. Ἀκούσας δὲ οὕτω διετέθη, ὥστε ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας πάντα πάρεργα πρὸς τοὺς λόγους θέσθαι. Lucianus quoque in Demosthenis laudatione ante eius magistros Alcidamantem, [¶] Isocratem, Isaeum, Eubulidem principe loco Callistratum laudat. Cuius aduersarius Menalopus memoratur Plutarcho vit. parallel. p. 851. vnde certum est, non alterius Callistrati esse *Menalopi* κατηγορίαν, memoratam *Aristoteli* lib. I. Rhet. cap. 14. et *Messeniacam* orationem lib. III. cap. 17. Eiusdem Callistrati accusatorem lib. I. cap. 7. Aristoteles refert Leodamantem, et ex *Demosthenis* orat. in Polyclem p. 812. v) constat, Callistratum in exsilium missum et bis capitis fuisse damnatum ab Atheniensibus. *Seneca* VI. 37. de benefic. *Callistratum aiunt, ita certe Hecaton auctor est, cum in exsilium iret, in quod multos simul cum ipso seditiosa ciuitas et intemperanter libera expulerat; optante quodam vt Atheniensibus necessitas restituendi exules esset, abominatum talem reditum.* [Quum exsul esset in Thracia, condidit Datum, seu Philippos. vid. *Himer.* orat. VI. §. 2. ibique not. Wernsdorfii, pag. 500. *Harl.*] Hunc ipsum Callistratum demagogum, *Diodorus Siculus* ad Olymp. CI. 2. libro XV. pag. 355. narrat, pro Atheniensibus verba fecisse, respondente Epaminonda pro Thebanis; vnde est, quod *Plutarchus* in apophthegmatis pag. 193. et in praeceptis gerendae reip. p. 810. refert, Epaminondam Callistrato oratori exprobranti Thebanis Οἰδίποδος πατροκτονίαν et Argiuis Ὀρέστου μητροκτονίαν, respondisse: *atqui hos ipsos, a nobis reiectos,* (vos Athenienses) *recepistis.* *Xenophon* quoque lib. VI. histor. graec. p. 589. ab Iphicrate adiunctum sibi scribit Καλλίστρατόν τε τὸν δημήγορον ὡς μάλα ἐπιτήδειον ὄντα, ita enim legendum, non οὐ μάλα, ea, quae statim sequuntur, demonstrant. Orationem Callistrati *ad Lacedaemonios* deinde refert pag. 592. 593. Fueritne idem Archon Athenis *Diodoro Sic.* ad Olymp. CVI. $\frac{1}{2}$. et Dionysio Halic. in Dinarcho memoratus, non adfirmarim w), tempora certe non repugnant, ac fortassis idem quoque, (an Parnytes potius)? Callistratus auctor fuerit consilii, quo summam ἐλλιμενίου siue portorii Macedonici duplam deinceps Athenienses acceperunt, vt traditum *Aristoteli* lib. II. oeconomic. cap. 2. §. 22. Obiit ex vulnere (Olympiade CVIII. vt videtur) quum in Sicilia equitum Atheniensium alae praefectus rem fortiter gessit, teste *Pausania* in Achaicis pag. 561. x) Tum triginta amplius annos habebat Demosthenes, quem duodeuicesimo iam aetatis anno orationes habere coepisse constat. Vix tamen ac ne vix quidem mihi persuadeo, ab illo Callistrato scripta esse, quibus in secunda ecphrasi Scopae statuarii in Bacchae imagine artificium cum Demosthenis eloquentia

tat, Fabricium h. l. confudisse cum Pseudo-Plutarcho duos Callistratos, alterum *Callicratis*, alterum *Empaedi* filium. Plura de Callistrato oratore dederunt *H. Valesius* ad Ammian. Marcell. XXX. 4. et *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XV. p. 32. *Harl.*

v) Tom. II. edit. Reiskii pag. 1221. Reisk. tamen in ind. histor. ad Demosth. pag. 833. sitne idem, definire non audet. *Harl.*

w) Vide *Corsini* F. Att. IV. pag. 23 sq. *Ruhnken.* l. c. pure adfirmat. *Harl.*

x) Callistratus, *Empaedi* fil. obiit ex vulnere; sed Callistr. *Callicratis* fil. quum, inuito populo, ex exsilio rediisset, ad supplicium raptus est, teste *Lycurgo* adu. Leocrat. cap. 22. vbi Hauptmann in not. pag. 222. confundit duo Callistr., saltem expedire se non potest. *Harl.*

eloquentia confertur. Itaque hasce ecphrases libentius tribuerim *Callistrato sophistae*, Leonis filio, Amphictyonum in Pythiis procuratori, aequali Plutarchi, qui eius meminit Symposiac. quaest. IV. 4. [P] vbi interpreti latino male Callistheaes, et VII. 5. vbi male Callias pag. 705. interpreti dicitur.

XIV. Fuere et alii Callistrati, eruditissimo *Oleario* [cuius praefat. imaginibus Philostrati praemissam pag. 757 sqq. conferes,] memorati, cuius obseruatis mea addere licebit.

1) Callistratus statuarius insignis Olymp. CLV. Plin. XXXIV. cap. 8. pag. 110. edit. Harduini. Τέχνην eius memorat etiam *Tatianus* orat. contra Graecos pag. 183. viderenturque huic potius tribuendae ecphrases, si non tam exigua sculptoris, longe insignitiora autem rhetoris vestigia in illis adparerent.

2) Domitius Callistratus, librorum (VII. ad minimum) περὶ Ἡρακλείας auctor, laudatus Stephano Byz. scholiastae Apollonii et Aeschyli. Respicit et schol. Pindari ad Nemea VII. 150. ac Suidas in Φιλόξενος. Videndumque, an diuersus Callistratus ὁ περὶ Σαμοθρᾴκης συνταξάμενος ἱστορίαν, quam laudat *Dionysius Halicarnass.* lib. I. antiq. Rom. pag. 55.

3) Callistratus, grammatici, Aristophanis discipulus, Aristarchi aequalis, et Hesychio, Suidae, Eustathio ad Homer. atque scholiastis ad Pindarum, Euripidem, et Aristophanem [y]) laudatus. *Io. Tzetzes* Chil. XI. v. 61. narrat, Samios litterarum quatuor et viginti vsum primum accepisse a grammatico *Callistrato* [z]), nescio, an antiquiore:

Παρὰ Σαμίοις εὕρηκα πρῶτον ἀναγνωσθῆναι
Διὰ Γραμματικοῦ τινος τὴν κλῆσιν Καλλιστράτου,

Aristophanei etiam videntur commentaria in Cratini comici Θρᾴττας, et περὶ ἑταιρῶν opus, quae vtraque laudantur ab Athenaeo, quemadmodum sextum συμμίκτων librum in testimonium citat Erotianus in Χεῖαι, septimum idem Athenaeus. [Callistratus ἐν τοῖς διορθωτικοῖς laudatur in schol. cod. Ven. D. Marci ad Hom. ξ'. 255.] Libentius etiam huic adscripserim opus περὶ Ἀθηνῶν, quod ad Menaclem alii olim retulerunt et sub Callistrati nomine allegant Harpocratio, Suidas et Aristophanis scholiastes: aegre enim adsentior Meursio, qui in bibliotheca Attica et in Athenis Atticis libro et capite primo haec ad Callistratum rhetorem antiquum refert. Videndus etiam de *Callistrato grammatico Reinesius* pag. 366. var. lect. *Fabric. Spanhem.* de V. et P. R. numism. tom. I. pag. 85. *Harl.*

4) Callistratus, auctor μέλους σκολιοῦ in Harmodium, qui Pisistratidarum tyrannidem euertit. *Hesychius*: Ἁρμοδίου μέλος· τὸ ἐπὶ Ἁρμοδίῳ ποιηθὲν σκολιὸν ὑπὸ Καλλιστράτου, οὕτω ἔλεγον. Initium eius: Φίλταθ' Ἁρμόδιε οὔπω τέθνηκας, legitur apud Suidam in Παροινίος

y) Plut. v. 718. vbi Hemsterh. pag. 243. eum nominat non ignobilem grammaticum, qui commentarios ad Pindarum, Aristophanem aliosque poetas elucubrasset. *Harl.*

z) Id factum est tempore vigentis belli Peloponnesiaci, vt vetus historicus Ephorus tradidit, (cuius aetas Olympiad. est CX vel CXI.) secundum schol. ms. cod. Leidensis ad Iliad. η. vers. 185. (et cod. Ven. B. pag. 182. ad h. l. in edit. Hom. Il. Villoisonii,) obseruante *Duker* in disp. de Simonide, praeside *van Goens* Vltraiecti ad Rhen. 1768. habita pag. 91 sq. *Harl.*

Παροίνιος [P] et Οὐδέποτ' ἐγώ, atque in ſcholiis ad Comici Acharnenſ. v. 956. Adludit ad illud Calliſtrati ſcolion *Ariſtides* tom. I. pag. 141. Integrum apud Athenaeum XV. pag. 695. et *Meurſium* in Piſiſtrato cap. 14. *Fabric.* Praeter ea, quae in Introd. in hiſt. L. Gr. I. pag. 195 ſq. et ſupra in vol. II. pag. 116. nr. XXI. nec non in anthol. graeca poet. edit. Baruthin. pag. 90 ſqq. (vbi id carmen formulis typograph. deſcribendum curaui, et Calliſtrato adſcribendum eſſe, paene dubitaui,) iam ſcripſi paullo copioſius, poſſunt adhuc conferri *Brunck.* anal. gr. poet. I. pag. 155. et illius edit. Anacr. a. 1778. pag. 83. at edit. III. a. 1786. pag. 8. Anacr. edit. *Holſt.* a. 1782. pag. 126. *Dorville* vann. crit. pag. 478. *Harl.*

5) Calliſtratus, Tenedius, qui inter interpretes phaenomenon Arati refertur in catalogo antiquo, quem edidit Petrus Victorius.

6) Calliſtratus, ICtus Romanus, de cuius ſcriptis dicere me memini in bibliotheca latina.

7) Calliſtratus, de quo Martialis XII. 82.

Ne laudet dignos, laudat Calliſtratus omnes,
Cui malus eſt nemo, quis bonus eſſe poteſt?

8) Calliſtratus, hiſtrio, qui Ariſtophanis Acharnenſes, Aues et Veſpas egit, vt ex graeco Comici ſcholiaſte intelliges.

9) Calliſtratus, Mithridati, regi, a ſecretis. *Plutarch.* Lucullo p. 502. [ſ. cap. XVII. pag. 325. edit. Leopoldi vitarum quarumd. Plutarchi, Lipſ. 1795. 8.]

10) Calliſtratus Parnytes, qui iudicibus mercedem conſtituit, vnde prouerbium, ὀβολὸν εὗρε Παρνύτης, appendix Vaticana centur. III. prouerb. 35. Antiquiorem hunc oportet eſſe Calliſtrato, qui Archon fuit Olymp. CVI. 1. nam oboli, iudicibus dati, iam mentio in Ἐκκλησιαζούσαις Ariſtophanis, quae actae Olymp. XCVI. 4.

11) Calliſtratus, verna, in veteri inſcriptione apud Gruterum pag. MCVIII. 4. vt omittam alium *Calliſtratum* pag. MCXLVI. 2. [item *Calliſtratum*, Eubulidae filium, et *Calliſtratum*, foeneratorem, ſeu trapezitam, in orationibus Demoſthenicis obuios. vid. *Reiskii* ind. hiſtor. in Demoſth. pag. 833. *Harl.*]

XV. Supereſt vt de APOLLONIO Tyanenſi [aa]) Cappadoce, etiam pauca quaedam ſubiungam, quoniam eius epiſtolae Philoſtrati libris de Apollonii vita in luculenta Olearii editione ſunt adiunctae. Ac de epiſtolis quidem non repetam, quae libro ſecundo cap. X. §. 11.

aa) Vulgo *Tyanaeus* vocatur, quod improbat *Voſſius* lib. III. de vitiis ſermon. cap. 53. pag. 632. Apollonius vero valde laudatur a *Sidonio Apollinare*, chriſtiano, lib. VIII. ep. 3. — De Apollonio Tyan. vid. *Iſidorus Peluſ.* lib. I. epiſt. 398. Acta erud. Lipſ. 1723. pag. 292. *Lampius* proleg. ad Ioan. lib. I. cap. 5. §. 21. not. *g.* *Koecher* ad Grotium de verit. relig. chriſtianae pag. 371 ſq. *Moshem.* obſſ. ſacr. lib. I. cap. 6. pag. 260 ſqq. et cap. 7. pag. 383 ſqq. biblioth. Bremenſ. tom. VIII. pag. 781 ſq. *Ern. Chriſti. Schroederi,* P. P. dispp. III. de Apollonio Tyaneo, Wittebergae, 1723. vid. Acta acad. Witteb. a. 1723. pag. 33. *Heum.* — Adde, quae notaui ſupra ad §. 2 et in Introd. ad hiſt. L. Gr. II. 1. §. 10. pag. 30 ſqq. vbi *Brucker.* aliosque multos citaui, (quae h. l. repetere nolo,) et pag. 218. *Bayle* Diction. voc. Apollon. tom. I. p. 266 ſqq. *Meiners* Geſchichte des Urſprungs etc. der Wiſſenſch. in Griechenland und Rom, tom. I. pag. 238 ſqq. *Harl.*

§. 11. [vol. I. pag. 679 ſq.] iam dicta a me ſunt. Sed aetatem eius atque alia ſcripta, deperdita licet, eodem Oleario praeeunte, tum de vita et rebus ipſius ſcriptores breuiter perſtringere licebit. Aetatem produxiſſe traditur Apollonius, Apollonii F. ab anno Auguſti imp. 42. ad primum Neruae: vt adeo vixerit annos circiter XCVI. [Sub Domitiano quidem adhuc floruit; quod cognoſcitur ex *Dione Caſſio* lib. LXXVII. cap. 18. tom. II. p. 1304. edit. Reimar. Ad a. igitur Chr. 50. illius nominis florem refert *Saxius* in Onom. I. p. 247. *Harl.*] Praeceptorem habuit Euthydemum, rhetorem Tarſenſem, philoſophos omnium ſectarum audiuit, ſed maxime probauit diſciplinam Pythagoricam, licet Euxenus Heracleenſis, quo vſus eſt magiſtro, non aliter philoſopharetur, quam pſittacus voces repetit, homo ventri deditus et ignaua opera, philoſopha ſententia. Quadragenario maior Apollonius Babylonem atque hinc Indiam petiit, ibique cum viris ſapientibus eſt [p] verſatus, Claudio imperante. Reuerſus inde in Graeciam diuque ibi commoratus Romam venit anno Neronis nono, aetatis ſecundo et ſexageſimo. Per varias deinde regiones peregrinatus, in Aegypto verſatus cum gymnoſophiſtis, magna paſſim nominis celebritate comparata, apud Domitianum, cui imperium praedixerat, ab Euphrate Aegyptio defertur, Romaeque in carcerem coniectus, dicta apologia, euadit, atque non multis annis poſt ſtatim a nece Domitiani ad Neruam ſcribit, ſe cum illo vna victurum longiſſimo tempore, quo neque aliis ipſi neque ſibi alii imperaturi ſint, quibus verbis et ſe et Neruam rebus humanis breui eximendum ſignificauit. Poſt fata imaginibus, ſtatuis, templis [bb]) velut Deus quidam, inter homines ἐπιδημήσας, cultus eſt, qua de re videndae notae ad Philoſtratum pag. 369. et Triſtanus tom. III. pag. 737. ad numum Iuliani imp. imagine Apollonii inſignem. [*Bayle* vit. Apollon. not. *E.* et *F.*] De magicis eius τελέσμασι adeundus *Iuſtinus* quaeſt. 24. ad orthodoxos. [conf. *Moshem.* commentatt. et oratt. varii argumenti, a *I. P. Millero* iunctim editas, Hamburgi 1751. 8. p. 347 ſqq. Alios memorat (*Schwindel*) in theſauro bibliothec. II. p. 55 ſq. *Harl.*] Scripta eius, praeter epiſtolas, quarum et ipſae longe plurimae perierunt, haec memorantur:

1) Ὕμνος εἰς Μνημοσύνην. *Philoſtrat.* lib. I. cap. 14. τό τοι μνημονικὸν ἑκατοντέτης γενόμενος καὶ ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην etc. *Memoriae etiam centenarius magis, quam Simonides valuit, et hymnus ab eo eſt aliquis in Memoriam decantatus, in quo omnia tempore marceſcere ſcribit, ipſum vero tempus vt nec corrumpatur, a memoria habere. Suid.* in Ἀπολλώνιος, [et *Eudocia* pag. 57.]

2) Πυθαγόρου δόξαι· *Philoſtr.* VIII. 19 ſq. Confer *Franciſci Blanchini*, Veronenſis [cc]), bibliothecae Ottobonianae praefecti, epiſtolam de lapide Antiate, in qua agitur de Villa Hadriani Auguſti, in Antiati Colonia ſita, oraculo Fortunarum, ac templis, in ea celebratis, collectis Apollonii epiſtolis et libro oraculorum Apollonii Tyanei ibi dicato, et eiusdem aſſeclis, eo confluentibus, nec non de ſignis celeberrimis, ibidem effoſſis, Apolline praeſertim Vaticano et Gladiatore Burgheſiano. Rom. 1698. 4. Πυθαγόρου βίον ab Apollonio ſcriptum, *Suidas* [et Eudocia] ſunt auctores. [vid. ad vol. I. pag. 830. iam occupata et a me adlata.]

3) Διαι-

bb) Vid. *Dion. Caſſ.* l. c. de imagine eius ex nummo aeneo et ex Iaſpide viridi depromta, vid. *Saxii* Onom. l. c. *Harl.*

cc) Galeria di Minerva tom. 4. pag. 85.

3) Διαθήκη siue *Testamentum.* Suid. *Philostr.* lib. I. cap. 3. et lib. VII. cap. 35. vbi testatur, solum hoc ex Apollonii scriptis Ionica fuisse dialecto compositum. Nam alioqui attica vsum notauerat etiam lib. I. cap. 7.

4) Ἀπολογία aduersus ψευδῆ γράμματα Euphratis, Aegyptii philosophi, ad Domitianum imp. exstat apud *Philostratum* VIII. 7. [☞]

5) Περὶ μαντείας ἀστέρων *de arcaniore ex astris diuinatione libri IV.* ex consuetudine familiari cum Iarcha et aliis sapientibus Indis. *Philostr.* III. 41.

6) Τελεταὶ ἢ περὶ θυσιῶν, καὶ ὡς ἄν τις ἑκάστῳ Θεῷ προσφόρως τε καὶ κεχαρισμένως ἢ θύοι ἢ σπένδοι ἢ εὔχοιτο. *De sacrificiis, et quomodo quis vnicuique Deo conuenientia et accepta sacrificia vel libamina aut preces offerre possit. Eufeb.* IV. 13. de praeparat. *Suid.* [*Eudocia*] *Philostrat.* III. 41. et IV. 19. vbi τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ malim de attica, quam Cappadocum dialecto, intelligere. Nam lib. I. cap. 7. Philostrato teste, ἡ γλῶττα Ἀττικῶς εἶχεν, οὐδ' ἀπήχθη τὴν φωνὴν ὑπὸ τοῦ ἔθνους. Confer fragmentum, Eusebii loco laudato obuium.

7) Oracula, columnis aeneis Byzantii insculpta, de quibus *Codinus* in originibus CPol. pag. 30. κατ' ἐξαίρετον εἰς τὰς χαλκᾶς πύλας (lege cum Oleario στήλας) τῶν ἐσχάτων ἡμερῶν τῶν μελλόντων εἰσὶ πᾶσαι αἱ ἱστορίαι, ἃς ἐστυλώσατο Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεύς, εἰς μνήμην τῶν ἐντυγχανόντων, διὰ τὸ ἀνεξάλειπτον εἶναι. Memorat χρησμοὺς Apollonii etiam Suidas, [item Eudocia.]

Omitto Apollonii colloquia cum sapientibus Babyloniorum, Indorum et Aegyptiorum, quae a Damide excerpta et Philostrati operi passim inserta leguntur.

Fuit et *Apollonius Tyaneus iunior* sub Hadriano imp. vt ex Agresphontis libro de Homonymis notauit Suidas. Sed apud If. Casaubonum pag. 56. epist. ad Bongarsium, vbi memoratur *Narratio eorum, quae acciderunt Apollonio Tyaneo, ex vetustis membranis,* pro Tyaneo haud dubie legendum Tyrio: intelligitur enim fabularis illa et erotica narratio, quam latine edidit Marcus Velserus a. 1595. 4. testatus, ante multa saecula e graeco versam, fortassis, (vt Barthius suspicabatur,) a Symposio, aenigmatum scriptore. Versibus latinis hexametris leoninis etiam Gotfridus Viterbiensis in Pantheo suo perstrinxit, et graecis versibus politicis expressit Constantinus siue Gabriel Contianus quidam circa a. Chr. 1500. cuius metaphrasis vidit lucem Venet. 1603. 4. Denique gallice prodierunt *les Avantures d' Apollonius de Tyr*, par Mr. le Br. Roterodami 1710. 8. Latine recusa etiam in Velseri operibus pag. 681.

Apollonii Tyanei vitam praeter Philostratum scripserant etiam *Damis* Assyrius [dd]), ex Nino ciuitate, vnde Νίνιος Philostrato dicitur: *Maximus* Aegiensis et *Moeragenes* eidem Philostrato memorati. Tum *Soterichus* Oasites, de quo Suidas, [et Eudocia pag. 384.] *Vopiscus* etiam eiusdem [☞] Apollonii facta in litteras missurum se, scripsit in Aureliano cap. 24. vbi refert, imperatorem Tyanae ciuitati iratum negasse, canem se in illo oppido relictu-

rum,

dd) Vid *Ionsius* libr. III. cap. 5. sect. 5. p. 20. — adde, quae in Introduct. etc. II. 1. p. 33. scripsi, qui in indice sub titulo, *Apollonius Tyan.* citat *Harl.* omnes scriptores de eius vita deperditos. *Heum.*

rum, ſed adparuiſſe imperatori Apollonium latinisque verbis dixiſſe: *Aureliane, ſi vis vincere, nihil eſt, quod de ciuium meorum nece cogites. Aureliane, ſi vis imperare, a cruore innocentium abſtine, Aureliane clementer te age, ſi vis vincere.* Imperatorem itaque, agnito vultu philoſophi, cuius imaginem in multis viderat templis, adtonitum, et imaginem et ſtatuas et templum ei promiſiſſe, atque in meliorem rediiſſe mentem. Denique *Sidonius Apollinaris* vitam Apollonii e graeco in latinum vertit, verſionemque ſuam miſit ad Leonem Euarigis et ſucceſſoris Alarici conſiliarium, VIII. 3. epiſt. vſus codice graeco Philoſtrati, quem e Nicomachi exemplari deſcripſerat Taſcius Victorianus, vt notaui ſupra § 3. Sed iam pridem eſt, quod interpretatio illa intercidit, quam auctor ipſe feſtinatam adeoque turbidam et opicam adpellat. *Fabric.* — vid. *Bayle* l. c. pag. 267. not. *E.* et p. 269. not. *K. Harl.* — De Thone, Apollonii diſcipulo, vid. bibl. Bremenſ. tom. III. pag. 31 ſq. De alio Apollonii ſectatore, qui tempore Ludouici XII. Galliarum regis, vixit, vid. *Lud. Guyonii* var. lect. lib. IV. cap. 22. *Heum.*

CAPVT XXIII (olim XIX)

DE DIOGENE LAERTIO

I. *Diogenis Laertii aetas, ſecta et patria.* II. *Libri decem de vitis et dogmatibus philoſophorum.* III. *Interpretes, codd. mssti et editiones.* IV. *Variae de Laertio et eius dictione cenſurae. Num quaedam vitae, ab ipſo ſcriptae, perierint.* V. *Eius* πάμμετρος *deperdita.* VI. *Index ſcriptorum, a Laertio citatorum.*

[Cum ſupplementis *G. C. Harles.*]

I.

DIOGENES, a patria, Laerte [a]), Ciliciae oppido, LAERTIVS, ſiue, vt *Voſſius* in arte grammatica pag. 11. et alibi adpellat, *Laertienſis.* Quis qualisque fuerit, incertum reliquit, nec adeo exploratum eſt, Epicuri ſectae [b]) prae ceteris fauiſſe. Scripſit poſt Sextum

a) Sunt, qui a patre Laerte vocatum contendant, vt [*Heumannus,*] *H. Valeſius* ad excerpta Peireſc. p. 41. *Diogenes, Laertii filius, ſcribit* etc. quo ſenſu Vlyſſes poſſit dici *Laertius,* (ab *Ouid.* Triſt V. 6. 3.) qui Homero Iliad. β'. Λαερτιάδης *Laertae filius,* Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχον' Ὀδυσσεῦ. Et apud Pindarum de bello Troiano Laertes ipſe, Vlyſſis pater, Laertius adpellatur: — *Bello Laertius atrox.* Viciſſim Diogenes noſter Euſtathio ad Iliad. μ'. pag. 854. dicitur: ὁ Λαέρτης. Alterius *Q. Laertii,* ſub Auguſto imperatore clari, mentio in veteri inſcriptione apud Gruterum pag. 299. Siue legendum *Lartius,* vt pag. 99 et 191. quod idem nomen eſt. *C. Laertius Sabinianus* in alia vet. inſcriptione apud Fabrettum p. 251. Porro Λαέρτιος pro patronymico, a Laerta Ciliciae vſurpatum, (non minus quam Λαερτικὸς apud *Galenum* VII. de ſimplic. medic. tom. II. edit. Baſil. pag. 89. vel Λαερτίτης, vt in Euſtathii loco iam laudato reſcribebat, praeter mentem Euſtathii, vt exiſtimo, Tan. Faber, vel Λαερτιεύς,) quin elegantius etiam dici, quam Λαερτῖνος, quod ſolum iſto in loco memorat, teſtatur Stephanus Byz. in Λαέρτης. Eidem in Χολλίδαι laudatur Diogenes noſter ὁ Λαερτιεὺς ἐν δευτέρῳ φιλοσόφου ἱστορίας, qui locus, ni ſit corruptus, Laertium a patria ſic dictum eſſe, cum viris doctiſſimis mihi perſuadeo. [Add. *Heum.* in actis philoſ. loco infra citando, et *Longolium* in praefat. ad edit. ipſius, pag. 4 ſqq.]

b) *Petrus Gaſſendus* ad lib X. Laertii pag. 113. edit. Lugd. 1649. fol. *Notandum obiter, quod Laertius et Epicurum circa mores purgauerit, et*

tum Pyrrhonium, auditoremque [❡] Sexti Saturninum Cythenatem, quorum vtriusque in Pyrrhone meminit, vt adeo vixerit postremis forte temporibus imp. Seueri c) ac deinceps.

 II. Exstat

et capita doctrinae illius satis studiose retulerit, non posse idcirco Laertium, quasi ab Epicuri potius, quam alterius philosophi partibus steterit, videri suspectum, quando non modo circa Platonem, ne de aliis dicam, idem praestitit; sed dixit etiam faeminam, cui libros suos inscripsit merito δικαίως *Platonem siue Platonis mores amare.* Fortasse tamen non errauerit, qui cum If. Casaubono et Menagio ad Laert. et *Vossio* cap. 8. de philosoph. sectis §. 21. dixerit, Laertium ad Epicuri sectam propendisse. Quod vero *Samuel Parkerus* in diss. de Deo pag. 39. eum Epicureae sectae immodice addictum adfirmat, dictum videtur et ipsum immodice. Longe magis tamen a vero aberrarunt, qui Laertium suspicati sunt, fuisse Christianum, ex phrasi ἐλεημοσύνην διδόναι, quam adhibet lib. V. sect. 17. tritam in libris noui foederis, et in scriptis τῶν ἔξω, vt aiunt, inauditam. At enim ἐλεημοσύνην in loco Laertii non reddere necesse est, *stipem*, sed *misericordiam*, quod probant etiam sequentia illic verba: οὐ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ἠλέησα, *non hominis misertus sum, sed humanitatis*, non illi, sed huic dedi, vt eius miserer. Sic *dare lacrimas* dixit Virgilius. Video et Aldobrandinum verba Laertii reddere *tribuere misericordiam:* Marcum vero Meibomium, probante viro illustris doctrinae Ez. Spanhemio in notis ad Callimachum pag. 426. *misericorditer opem ferre*, non: *stipem dare*, vt Ambrosius Camaldulensis. *Fabric.* vid. *Heumann.* in actis phil. loco mox citando, qui pag. 338 sqq. multis docet, Diogenem non adscriptum fuisse sectae Epicureae. *Harl.*

c) Elegantissimus *Menagius* in limine notarum ad Laertium, sub Marco Aurelio vixisse eum putat: quod si post vixisset, illius in stoicorum successione meminisset, et Epicteti vitam adiunxisset. Sed hoc leuius est, cum ipsius Epicteti in albo stoicorum non meminerit, licet illum optime nouisset, et in Epicuro testetur, eius in philosophum Gargettium, criminationes sibi non probari lib. X. sect. 6. praeterea frequentissime vtitur scriptis Fauorini, qui Epictetum, teste *Gellio* lib. XVII. cap. 19. audiuit. Possit etiam responderi, librum septimum, in quo de stoicis agit Laertius, extrema parte mutilum esse, ac ne Chrysippi quidem vitam integram ad nos peruenisse, vt iam suboluit *Meursio* ad Chalcidium pag. 31. et in bibliotheca graeca, vbi de Chrysippo agit. Ceterum tempus, quo vixit Laertius, diligenter inquisitum est a *Io. Ionsio* lib. III. de scriptoribus hist. philos. cap. 12. §. 5—8. pag. 65 sqq. Dorn. (vbi de Diogene Laertio agitur,) cuius sententiam amplector, licet *H. Dodwello* longe iunior videatur, et ad Constantini tempora reiiciatur diss. de aetate Pythagorae §. 22. [Cum Dodwello facit *I. M. Gesner* in Heumanni actis philos. part. V. cap. 3. pag. 854 sqq.] Idem non maiore iure pag. 190. quae Ionsii sunt, Gudio tribuit: *Hoc etiam probauit*, inquit, *Cl. Ionsius, vel Ionsii nomine, verius fortasse Marquardus Gudius.* Sane hanc suspicionem falsam esse, certissimum est, et Gudius ipse in hisce litteris Ionsio vsus est praeceptore, quem etiam *anteambulonem suum* vocat in epistola ad Reinesium. In litteris autem ad Petrum Block, quibus Ionsii obitum luget a. 1659. admodum iuuenis. *Neque dubito*, inquit, *quin maiora semper praestitisset, sed obiit non quidem* ἀκλεῶς *et inglorius*, ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. *Scripsit enim libros IV. de scriptoribus historiae philosophicae, eosque iam* ἐν προθύροις θανάτοιο *absoluit.* Natus est Ionsius Rensburgi a. 1624. vbi Recturam scholae gessit a. 1652. vocatus deinde Francofurtum ad Moenum: simili munere ibi per breue tempus functus diem obiit an. aetatis tricesimo quinto. Scripsit praeterea dissertationem de philosophia peripatetica, Menagio etiam ad Laertium laudatam: et diatribam de Spartis, quam syntagmati variarum dissertationum praeclarus Graeuius inseruit, Vltraiecti 1701. 4. *Fabric.* Diuersas variorum sententias atque opiniones enumerat Longolius in praef. ad suam edit. *Ionsii* sententiam amplectitur quoque *Saxius* in Onom. I. pag. 348. Contra *Heumannus* in actis philos. vol. I. (vbi a pag. 321—367. copiose agit de Diogene *Laertio*, et hocce cognomine, (quod nomen familiae, non patriae, fuisse contendit,) eius aetate, philosophia, edit. Meibom. et prima versione latina etc.) p. 327 sqq. contra *Reinesium*, (qui in varr. lect. lib. II. cap. 12. pag. 224. Diogenis Laertii aetatem adligat temporibus M. Antonini huiusque filii, Commodi,) in primis contra *Ionsium* dimicans ex historia philosophiae

II. Exſtat eius ΦΙΛΌΣΟΦΟΣ [d]) ἹΣΤΟΡΊΑ [e]) ΠΕΡῚ ΒΊΩΝ, ΔΟΓΜΆΤΩΝ [☞] ΚΑῚ ἈΠΟΦΘΕΓΜΆΤΩΝ ΤΩ͂Ν ἘΝ ΦΙΛΟΣΟΦΊΑΙ ΕΥ̓ΔΟΚΙΜΗΣΆΝΤΩΝ [f]) βιβλία ι'. *De vita, placitis et acutis dictis clarorum philoſophorum libri decem*, ab auctore inſcripti Arriae [g]), illuſtri foeminae, Platonis ſtudioſiſſimae, et poſt prolegomena de philoſophiae origine et variis ſectis, per libros primores ſeptem agentes de philoſophis ſectae Ionicae: libro octauo deinceps de ſecta Italica, ita, vt liber decimus integer tribuatur Epicuro [h]). Hoc opus vtiliſſimum, licet non omnibus numeris abſolutum, neque vsque quaque accuratum, bene eſt, quod ad nos transmiſſum tam multa ac praeclara nos docet, quam multa nos deperditum, eaque iucundiſſima ſcitu iuſſiſſet ignorare [i]). Hoc iam olim diligenter legerunt excerpſeruntque Sopater, ſophiſta [k]), Stephanus, Byzantinus,

phiae eclecticae et aetate, (quam aliter ordinaſſe ſibi videtur,) Potamonis, duce ipſo Diogene in prooemio nr. 21. demonſtratum iuit, Diogenem haud multo poſt Potamonem medio ſaeculo III. ſub Alexandro Seuero et deinceps floruiſſe. Heumanni rationes ſequuntur *Brucker*. in hiſt. crit. philoſ. tom. II. p. 623 ſqq. (vbi et in adpend. ſiue vol. VI. pag. 400. de noſtro is paullo fuſius diſſerit,) atque *Hambergerus* in Zuverl. Nachr. tom. II. p. 565 ſq. Sed ab illa ſententia diſcedit, grauibus illi oppoſitis argumentis, M. *Gloekner* in diſſ. de Potamonis Alexandrini philoſophia eclectica recentiorum Platonicorum diſciplinae admodum diſſimili, Lipſiae 1745. 4. (de qua controuerſia in aetate Potamonis atque Diogenis definienda vide ſupra ad vol. III. in catalogo Platonicorum pag. 184 ſqq.) Is p. 16. cenſet, Diogenem Laertium non ſcripſiſſe poſt Porphyrium. *Harl.*

d) Φιλόσοφος eſt adiectiuum. Sic Porphyrius quoque ſcripſerat τὴν φιλόσοφον ἱστορίαν. Vid. *Holſtenius* de vita Porphyrii cap. VIII. p. 251. *Heum.*

e) Ita vocat *Stephanus Byz.* tribus in locis in Ἐνετοί, Δρυΐδαι et Χολλεῖδαι. Aliis φιλοσόφων βίον, vt *Photio* cod. CLXI. pag. 176. vel Σοφιστῶν βίοι, vt *Euſtathio* ad Iliad. μ'. pag. 854. [vid. *Heumann.* l. c. pag. 343 ſqq.]

f) Hic titulus editionum Frobenianae, Stephanicae, Aldobrandinianae, Wetſtenianae et in duobus MSS. regis Galliae, teſte Menagio. In alio codice [vti quoque in Florent. Med. XIII. plut. 59.] Λαερτίου Διογένους βίοι καὶ γνῶμαι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, καὶ τῶν ἑκάστῃ ἀρεσκόντων, vel ἀρεσάντων, vt in codice quodam reperit H. Stephanus.

g) Eam adloquitur *Laert.* lib. III. ſect. 47. in Platone, et lib. X. ſect. 29. in Epicuro. Videtur etiam operi epiſtolam praemiſiſſe dedicatoriam, quae intercidit. Nomen foeminae huius primus feliciſſima coniectura eruit *Reineſius* lib. II. varr. lect. cap. 12. pag. 224. [et *Ionſius* III. 9. pag. 15. et cap. 12. pag. 70 ſq.] ex libro de theriaca ad Piſonem, cap. 3. qui inter Galeni opera legitur, et ni ipſius Galeni, certe ſcriptoris eſt, Galeno non multo iunioris. [Negat id contra Reineſium, eiusque ſectatores, Ionſium, Menagium et Fabricium Heumannus l. c. pag. 336 ſqq. eo potiſſimum argumento, (at leui) ductus, quod Arria ſub Seuero et Caracalla, Diogenes autem Laert. multum poſt, medio ſaec. III. vixerit.] Similiter Laertii exemplo Damaſcius vitam Iſidori et huic intextam plurium φιλοσόφων ἱστορίαν a ſe ſcriptam dicauit foeminae, Theodorae, teſte *Photio* cod. CLXXXI.

h) Conf. excerpta et iudicium Stollii in eius Nachr. von den Büchern etc. tom. I. p. 198 — 202. *Harl.*

i) Laertii errores chronologicos notauit *Ionſius* II. 15, 1. pag. 230. Ita alii in eo iure deſiderarunt vim iudicii in deligendo et digerendo. Sed V. D. de eo iudicia collegerunt *Blount* in cenſura authorum pag. 158 ſq. et *Heumann.* l. c. pag. 349 ſqq. *Longol.* in praef. pag. 34 ſqq. *Harl.*

k) *Sopater* ſophiſta [de quo vid. Eudoc. p. 382.] in duodecim libris eclogarum non pauca repetiit, teſte *Photio* cod. CLXI. ἐκ τῶν Λαερτίου Διογένους φιλοσόφων βίων βιβλίου πρώτου καὶ πέμπτου, ἐννάτου τε καὶ δεκάτου, ἐν οἷς τὰ περὶ φιλοσόφων διέξεισιν. Idem Photius mihi offert anſam coniiciendi, vnde *Iacobus Sponius*, in itinerario ſuo agens de populis Atticae, (quem ſequitur Harduinus ad Plinii hiſt. natural. tom. I. pag. 424.) hauſerit fortaſſis, quod adfirmat, *Potamum* Atticae, fuiſſe Laertii patriam. Nam in eodem codice CLXI. ait Photius, Sopatrum repetiiſſe quaedam ex ſcriptis Plutarchi, peculiatim ex libro, qui ἀνδρῶν ἐνδόξων ἀποφθέγματα inſcribitur, ἔκ τε τοῦ περὶ ποταμοῦ, quibus poſtremis

nus [l]), Hesychius Milesius [m]), [❡] Suidas [n]) itemque alii. Citatur etiam ab Eustathio [o]) in Homerum, atque, si Menagio ad lib. II. sect. 105. credimus, ab Origene I. contra Celsum, sed fefellit eum memoria, perinde, vt *Dan. Georg. Mollerium,* qui in diss. de Apuleio §. 36. scribit, Apuleium ex Laertio nescio quae mutuatum esse.

III. *Laertii codd. mssti et editiones.*

[Primum *codd. msstorum*, quotquot innotuerunt mihi, dabo notitiam. — Ex *Matthaei Aurogalli* codice prima prodiit editio graeca. — *Meibomius*, opitulante Thoma Gale, vsus est codd. *Arundeliano* et *Cantabrigiensi.* — Quatuor *Vaticanos* codd. *Rossius* contulit. (vid. eius praefat. ad commentatt. Laert. pag. XXIV sq.

In biblioth. *Vindobonensi* sunt in cod. V. nr. 7. Excerpta ex Diogenis Laertii libris X. (*Lambec.* comment. VII. col. 26.) — in cod. LXXVII. 2. (de quo omnino videndus est *Lambec.* ibid. col. 272 sqq.) excerpta ex Diog. Laert. de vita et scriptis Platonis. — in cod. LXXVIII. 3. collectio apophthegmatum et sententiarum ex Diog. Laertii libris X. — Futuro editori a *Kollario* in I. supplem. ad Lambecii comment. col. 647 sq. commendatur ab insigni vtilitate cod. CVI. chart. saec. XV. qui continet decem Diogenis Laertii libros. — In cod. *August. Vindel.* sunt Diogenis et aliorum apophthegmata; (*Reiser.* catal. pag. 90.) — In cod. CCXXIX. bibl. elect. *Bauar.* de vitis philosoph. (catal. pag. 81.)

Romae in bibl. Barberina, cod. chart. saec. XIV. — in bibl. Angelica, cod. chart. saec. XV. In

mis verbis siue Sponius, vir doctissimus, aliud agens, siue alius, quem forte ille est sequutus, non vidit, quod videre tamen procliue est, notari librum Plutarchi *περὶ ποταμῶν*, sed suspicatus est, tacite notari Laertium, eumque a patria Potamo ita circumscribi. Aeque infelici coniectura alii Laertium *Potamonis,* Alexandrini sectatorem, esse prodiderunt, qua de re infra.

l) *Stephanus* in Ἐνετοί, ἔςι καὶ πόλις Ἐνετὸς, ἀφ᾽ ἧς ἦν Μύρμηξ ὁ Διαλεκτικὸς φιλόσοφος, ὡς Διογένης ἐν δευτέρῳ φιλοσόφου ἱςορίας. Respicit locum in vita Stilponis, vbi pro Μύρμηκα τὸν Ἐξαινέτου legit τὸν ἐξ Ἐνετοῦ, minus bene, vt ad Laertium docent vterque Casaubonus, ad Stephanum Holstenius. Nam Menagius non vsus est ingenio suo, quum vtramque lectionem probam esse adfirmat: vnius certe vocis in vno loco non nisi vna proba esse potest lectio. Idem *Stephanus* in Δρυΐδαι. Δρυΐδαι ἔθνος Γαλατικὸν, φιλόσοφον, ὡς Διογένης Λαέρτιος ἐν φιλοσόφῳ ἱςορίᾳ, respicit locum in prooemio. Idem in Χολλεΐδαι. Διογένης δὲ ὁ Λαερτιεὺς ἐν δευτέρῳ φιλοσόφου ἱςορίας Χολλειδεύς φησι. Locus est in vita Platonis lib. III. sect. 41. vbi memoratur Philippus Χολλειδεύς.

m) Hesychii illustris libellus de philosophis totus, paucis exceptis, fere ad verbum est ex Laertio excerptus, licet nomine tenus non eum laudet nisi semel in Antisthene, vbi refert eius epigramma: Διογένης δὲ Λαέρτιος σκώπτει etc. Eoque nomine Hesychius plagiariis pridem accensitus est a Iacobo Thomasio et aliis. *Iohannes Meursius* putat in not. ad Hesych. Miles. pag. 110. apud Suidam in Ἡσύχιος, Diogenis Laertii nomen excidisse, atque adeo supplet illius locum sic: Ἔγραψεν ὀνοματολόγον ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαςῶν (ὡς Διογένης ὁ Λαέρτιος,) οὗ ἐπιτομή ἐςι τοῦτο τὸ βιβλίον. [*Küster.* ad Suidae loc. II. pag. 82, 6. nihil decernit.]

n) Raro Suidas Diogenem Laertium nominat, vt in Τετραλογία, sed plurima, ex Laertio αὐτολεξεὶ in eius lexicon relata, lector eruditus non potest ignorare. Exempli caussa, vt alia in praesenti omittam, quae Suidas habet in Πᾶν, deprompsit ex Laertii Zenone lib. VII. sect. 143 sq. et quae in Δογματίζειν, ex Laertii Platone lib. III. sect. 32. Sic loca alia infinita, notata a Laertii interpretibus, et nouissime a Suidae doctissimo editore, Ludolpho Neocoro. [Ex eodem fonte etiam plurima hausit *Eudocia.* vid. Villoisoni praef. ad eius Violar. tom. I. Anecd. Gr. pag. 10. et Bibl. Crit. Amstel. vol. II. part. VII. pag. 22 sq. *Beck.*]

o) Ad Iliad. μ΄. pag. 854. κομπᾶν γοῦν χύτραν ἢ λοπάδα φησὶν ὁ Λαέρτης ἐν τοῖς τῶν σοφιςῶν βίοις.

In cod. *Veneto* D. Marci, codd. CCCLXXXXII. chartac. ſaec. XIV. et CCCLXXXXIV. membranac. ſaec. XIV. de vitis ac moribus philoſ. (catal. pag. 194.) — cod. DXVII. chart. in 8. ſaec. XIV. Diog. Laertii vita Socratis: (catal. pag. 278. — (et vitae phil. anonymo interprete, (catal. codd. latin. p. 116. cod. CCXLVI. chart.) — *Patauii* in bibl. S. Ioannis, Laertii vitae etc. inſcriptae Cl. Coſmo de Medicis a quodam Ambroſio. Latina verſio eſſe videtur: — *Laertii* vitae etc. Pariter latine verſae videntur. Diſtincte quidem non indicatur in *Thomaſini* bibl. Patauinis msstis, (Vtini, 1639. 4.) pag. 18 et 20. at pag. 40. Diogenes de virtutibus principum et philoſ. antiquorum. Incipit: *Quoniam miſericordia et veritas cuſtodiunt regem:* Finit, *permanere ego vita.* — *Neapoli* in bibl. S. Ioannis de Carbonaria Auguſtinian. Diog. vitae, cod. recens bombycinus. (*Montfauc.* in diar. ital. pag. 310.) Praemittitur index capitum manu Theodori Gazae, cuius hic erat codex. — *Feſuli* Diog. Laert. latine, interprete Ambroſio Camaldul. (*Montfauc.* l. c. pag. 393.) — *Neapoli* in biblioth. regia: cod. bombyc. ſaec. XIV. Diog. Laert. vitae philoſ.

Taurini in bibl. regia inter codd. *latinos*, codd. CCCCXX. membr. CCCCLXI. Excerpta ex antiquis ſcriptoribus, praeſertim ex Diogene Laertio: (catal. pag. 100 et 107.) — cod. DCXXIV. membran. ſaec. XV. verſio latina *Ambroſii* Camald. ordinis.

Florentiae in bibl. Laur. Medic. vita Platonis, in cod. I. plut. 59. (*Bandin.* catal. gr. II. col. 485.) et cod. IX. plut. 85. (ibid. III. col. 258.) — vitae et ſententiae philoſ. in cod. XIII. plut. 69. qui cod. membr. 4. ſaec. XII. dignus, qui conferatur, cenſetur a *Bandin.* catal. II. col. 635. — in cod. XXVIII. chartac. ſaec. XIV. plut. eiusdem, (ibid. col. 645.) — in cod. optimo, collatione digno, membran. XXXV. ſaec. XII. plut. 69. (ibid. col. 649.) — Citantur loca in floril eg. ſententiarum, et in violario compoſ. 549. nec non in alia ſentent. collectione (vid. *Bandinium* l. c. I. pag. 253 et 549. ac III. 325.)

Oxonii in bibl. vniuerſit. verſio latina Ambroſii, vid. catal. MSSt. biblioth. Angliae et Hibern. part. II. pag. 4. et pag. 40. ibid. in bibl. Lincolnienſ. — In biblioth. *Bodleiana* cod. LXXVI. (catal. I. pag. 9. fin.) Epimenidis vita per Diog. Laertium. — cod. CXVII. Excerpta ex Suida, *Diogene* et Diodoro, ad Cretam ſpectantia. — *Cantabrigiae* in bibl. collegii S. Trinitatis, cod. CCCCXLII. Diog. de vitis philoſoph. (catal. I. part. III. p. 99.) — In tom. II. catal. inter lib. Iſ. Voſſii, cod. MMDLX. de vitis philoſ. — cod. MMDCCXXXI. Diog. Caſauboni Fr. Iunii FF. manu collatus. — in biblioth. *Norfolkiana* (catal. pag. 84.) cod. MMMCCCCXXXVII. Diog. Laertius.

Leidae in bibl. publ. Diog. Laert. gr. (catal. pag. 335. nr. 40.) — inter libros Voſſian. Diog. Laertii quaedam latine verſa, (catal. pag. 388. nr. 57.)

Pariſiis in bibl. quondam regia, ſecundum catal. vol. II. in cod. MCCCCV. prooemium et XV. vitae priores cum initio XVImae. — in cod. MCCCCXVII. excerpta ex Diogene de vita Platonis. — in cod. MDCCLVIII et MDCCLIX. Diogen. de vitis philoſ. libri X.

In biblioth. *Bernenſi*, (teſte *Sinnero* in catal. codd. bibl. illius, pag. 369.) cod. chart. ſaec. XVI. Diog. Laertii de vita et moribus philoſoph. epilogus, ſ. abbreuiatio, latine.

In bibl. regia *Matritenſi*, in cod. XXIV. epigrammata Diog. Laertii (vid. *Iriarti* catal. pag. 99 ſqq.) cod. LVIII. fol. 83. de epagoge, particula Diog. ex vita Platonis. (libr. III. ſegm. 53 — 55.)

Sequitur,

Sequitur, vt recenſeam *editiones*, quarum plurimas quoque commemorarunt *Frid. Rothſcholz* in: Beyträgen zur Hiſtorie der Gelehrten, part. II. pag. 130 ſqq. et *Paul. Dan. Longolius* in praefat. ad ſuam editionem pag. 44 ſqq. Adde, quae adtuli in Introd. in hiſt. L. Gr. II. 1. pag. 240 ſqq. *Harl.*]

Primus *latine* vertit *Ambroſius* Ciuenius, monachus Camaldulenſis et poſtea ordinis ſui generalis: rogato *Francifco Philelpho*, vt verſus, qui paſſim in Laertio occurrunt, verſibus redderet latinis. Quod diu Philelphus facere diſtulit, ſubinuidens Ambroſii gloriae, vt ex his eius verſibus adparet:

— interpres ſi reddere quaeque latina
Nititur Ambroſius, cur non quoque verſibus ornat
Scripta ſuis? — — —

Neque morem vmquam geſſit eius voluntati Philelphus, licet hoc in epiſtola quadam ſancte promiſiſſet [p]), ita, vt verſus latini poſt mortem demum Ambroſii additi et inſerti ſint verſioni Ambroſianae [q]) [[P]] Brognolo curante. Quamquam vero ſimplici quodam decore ſe commendat illa translatio, multa tamen Laertii Ambroſius non eſt adſecutus, quaedam plane omiſit, quin, iudice Menagio, tanta licentia in his libris vertendis vſus eſt, vt ſcriptorem potius hiſtoriae, quam interpretem dixeris. Philelphus ipſe [r]) in epiſtola quadam, memorata *Gaddio* tom. I. de ſcriptoribus non eccleſiaſticis pag. 282. Ambroſianam verſionem vt peſſimam et infinitis ſcatentem erroribus damnauit. [Incomtam ac fere barbaram vocat illam *Roſſius* in comm. Laert. praef. pag. XXIX. atque indignatur, eam, poſthabita Aldobrandiana, valde ſcita et multo elegantiore et meliore, a Meibomio fuiſſe repetitam. Adde *Huet.* de claris interpr. libr. II. pag. 164. et *Baillet* Iugemens des Savans tom. II. pag. 384. Amſtel. 1725. 4. *Harl.*] Illam, Cosmo Medico ab auctore inſcriptam, poſt Ambroſii obitum recognouit *Benedictus Brognolus*, vel ex Scaligerianis ſatis notus, dicatamque Laurentio Georgio et Iacobo Baduario, Patriciis Venetis, luci donauit *Venetiis* [s]) per Nicolaum Ienſon Gallicum, anno Domini 1475. fol. elegantiſſimo charactere exſcriptam.

[Ienſoniana

p) Verba eius haec ſunt: *De Diogenis Laertii verſibus, quod perurbane expoſtulas, ne mihi ſuccenſeas rogo. Nam partim occupationibus, partim animi moleſtia factum, vt verſus illos latinos facere, vt iuſſeras, diſtulerim in hanc diem. Sed geram profecto morem voluntati tuae, idque propediem.* Haec ille in litteris datis Florent. 1433. *Fabric.* conf. *Freytag* in adpar. litterar. tom. II. pag. 794 ſqq. vbi plura de Ambroſio, Benedicto Brognolo, ſ. Brugnolo et Philelpho collecta reperies. Item de Ambroſio eiusque verſione egit *Heumann.* in actis phil. l. c. pag. 352 ſqq. aliosque citat viros doctos. *Harl.*

q) Ambroſius in epiſtola ad Coſmum Medicem verſioni ſuae praefixa: *Sane, quoniam verſus plurimos et diuerſos tum alienos, tum ſuos auctor interſerit, quod abhorrere videtur a grauitate hiſtoriae, illos traducere conſulto omiſi, ita tamen, vt nihil deeſſe ex ſenſu neceſſario ſim paſſus.*

r) Verba Philelphi ex epiſtola ad Donatum Actiolum (Acciolum) profert idem *Gaddius* tom. II. pag. 256. *Ego Diogenem Laertium cum proxime attentus legerem, quae ille traduxit, inueni errata prope infinita, adeo, vt nihil eſſe ineptius, nihil corruptius audeam affirmare; carebam enim graeco codice, proinde vtebar eo latino, in praeſentiarum vero etiam ſum nactus graecum. Si quis vero velit rediſcere, legat traductiones Camaldulenſis Ambroſii.* Confer, quae ex alia Philelphi epiſtola Tho. Crenius part. XI. Animaduerſ. pag. 205.

s) Ex hac editione deprompta videntur excerpta Laertii latina MSS. quae cum Iſ. Caſaubono communicauit Galeſinius. Vide Iſ. Caſaub. ad Laertii VIII. 34.

[Ienſoniana tamen illa editione prior eſſe videtur ea, quae ſine anni, typographi et loci indicio, cum epiſtola nuncupatoria *El. Franc. Marchiſii*, partim in fol. min. partim in 4. mai. prodiit. In hac enim editione deſunt verſus, a Philelpho latini facti, quos Brognolus, (vt ipſe ait in praefatione, quam in biblioth. Smithianae catal. tom. II. pag. 134 ſq. typis renouatam legimus,) primum in Ienſoniana editione addidit verſioni Ambroſianae. vid. Catal. bibl. *Creuen.* tom. IV. pag. 215 ſq. in 8. in primis cl. *Foſſium* in catal. codd. ſaec. XV. bibl. Magliabech. vol. I. col. 610 ſqq. qui particulam praefat. Marchiſii reddidit, et de hac rariſſima edit. eſt copioſior. Illam demum excepiſſe videtur edit. *Ienſoniana*, quae ab omnibus olim habita eſt princeps, et quam cum aliis verſionis illius editionibus ſaec. XV. diligenter deſcripſerunt cl. *Foſſius* l. mem. et *Mittarellius* in adpend. libror. ſaec. XV. ad bibl. codd. msst. bibl. monaſterii S. Michael. Venet. col. 137 ſqq. — Recuſa autem eſſe dicitur, auctore Fabricio, Norimbergae a. 1476. et 1479. auctore tamen, incerto, *Sauberto* in hiſtoria bibl. Noriberg. pag. 129. a. 1477. at neutrius edit. mentio fit a cel. Panzero in A. T. in catalogo librorum, Noribergae ſaec. XV. editorum, et Saubertus (*Walteri Burley*) *libellum de vita et moribus philoſophorum et poetarum*, Noribergae, typis Antonii Coburgers, 1477. (de quo vid. *Panzer* A. T. II. pag. 176.) obiter inſpexiſſe et pro Diogenis Laertii lib. habuiſſe videtur. — Typis vero repetita eſt verſio Ambroſii *Venetiis* per Peregrinum de Paſcal. fol. 1483. 1493. (*Maitt.* A. T. IV. 2. pag. 445 et 562.) — *Brixiae*, per Iac. Britannicum, 1485. fol. (*Audiffredi* ſpecim. editt. ital. ſaec. XV. p. 150.) — *Venet.* impenſis Octau. Scoti. 1490. 4. (*Maitt.* l. c. p. 520.) — *Bononiae*, per Iac. de Ragazonibus, 1495. fol. (*Audiffred.* l. c. pag. 106 ſq.) — *Venet.* per Phil. Pinz. 1497. fol. (praeter Foſſ. et Maitt. conf. de hac edit. *Freytag.* adpar. litter. II. pag. 793 ſq.) — Tum in Gallia, *Pariſ.* apud Io. Petitum. in 4. ſine temporis nota. (Sequentia ſunt *Fabricii* verba.) Valentinus Curio in praef. *Citra graecorum exemplarium fidem nihil tentandum putaui, in hoc opere praeſertim, quo vix ſcio, an aliud praeterea ſit infelicius verſum, aut negligentius excuſum, et quidem Venetiis, et ab eo, qui ſe in epiſtola quadam profitetur id editurum non aliter, quam a fratre Ambroſio fuerat traductum e graeco in latinum. Sic enim ille loquitur. Nam illa editio, quam nobis dedit Gallia, portentoſior eſt, quam vt poſſit excuſari.* Venit in manus meas illa editio Pariſienſis ſine temporis nota excuſa apud Iohannem Petitum ſiue Paruum in 4. nec characterum neque chartae elegantia neque alia re commendari meretur: at Ambroſii, Brognolique epiſtolam praefixam habet, quam in ſuis etiam editionibus recudi curauit H. Stephanus, cum variis ſpeciminibus recognitionis Brugnolianae.]

Porro *Baſileae* apud Valentinum Curionem 1524. 4. in qua editione Conradus Heresbachius collato codice graeco Matthaei Aurogalli quaedam correxit, praecipue epigrammata et verſus quosdam, ab Ambroſio, et Brognolo etiam omiſſos, latine vertit, et graece itidem adſcripſit. Ab eo tempore iterum latine prodiit *Laertius*, Coloniae 1535. 8. 1542. 8. Lugd. ap. Seb. Gryph. 1546. 8 et apud Gryphium, [⁋] 1551. 1559. 1585. 12. [exc. Euchar. Agrippinas 1535. 8.] Pariſ. 1585. 12. Antwerpiae quoque apud Plantinum, anno 1566. (non, 1556. vt in Menagii notis ad Laertium pag. 3. perperam excuſum eſt) 8. ex recognitione *Ioannis Sambuci*, Tirnauienſis, et *Fuluii Vrſini*, hoc titulo: *Laertius Diogenes plusquam mille locis reſtitutus, ex fide dignis vetuſtis exemplaribus et latine quidem editus, ſed ita, vt inde etiam graecum exemplar poſſit reſtitui.* „Etenim, inquit Sambucus, [in epiſtola nuncupat.

cupat. quae ſcripta eſt *Viennae*, tertio Idus Sextileis, 1565.] aliquot exemplaribus graecis vetuſtiſſimis illis cum interpretatione collatis, atque etiam eruditis obſeruationibus Fuluii Vrſini Romani doctiſſimi et mihi amiciſſimi viri adiunctis, ſpero, me non parum commendationis lectioni huius ſcriptoris induſtria iſta comparaſſe, vt et verſio noua, cui otium ſupereſt, inſtitui, et graeca recudi longe emendatius poſſint." *Fabric.* *Diogen. Laertii* de vita et moribus philoſophorum libr. X. recens ad fidem graeci codicis diligenter recogniti. Lugduni, apud Anton. Gryphium, 1592. 12. — *Diog. Laertii* de vitis, dogmatibus et apophthegmatibus eorum, qui in philoſophia claruerunt, libri X. *Heſychii* illuſtrii de iisdem philoſophis et aliis ſcriptoribus liber. *Pythagoraeorum* philoſophorum fragmenta. Omnia ad fidem graeci codicis diligenter recognita, cum gnomologia Laert. et indice. Lugduni, ap. Iac. Chouet. 1595. 12. Graecus autem textus non eſt additus, vt traditur in catalogo editionum, praemiſſo edit. Meibomianae. vid. Stollii Nachr. von den Büchern — in der Stoll. Bibl. vol. I. pag. 198. vbi pag. 202. adnotatur, in hac edit. lib. IX. ſegm. 65. quaedam legi, quae deſiderantur in textu gr. et verſione, edit. Meibom. — *Vitae philoſophorum* ſcriptoribus *Diogene Laertio*, Eunapio, Heſychio illuſtrio: multis in locis emendatiores. Lugd. Batau. ex offic. Plantin. apud Franc. Rapheleng. 1596. 12. Diog. Laertii libri interprete Fr. Ambroſio poſt Io. Sambuci editionem plurimis locis reſtituti dicuntur in fronte paginae, Ambroſii et Sambuci praefationibus praemiſſae. *Harl.*

Editio Laertii graeca.

Graece primum lucem adſpexit *Laertii* opus [Διογενους — *Diogenis Laertii de vitis, decretis et reſponſis celebrium philoſophorum libri decem, nunc primum excuſi.*] Baſileae a. 1533. ex officina Hieron. Frobenii et Nic. Epiſcopii. 4. ex MSto Matthaei Aurogalli codice, quo vſus etiam fuerat in ſua editione latina Valentinus Curio. Iam antea quidem graece typis exſcripta fuerat vita Ariſtotelis et Theophraſti in editione operum philoſophi Stagiritae Aldina, Venet. 1495. fol. et cum Theophraſto de lapidibus ibid. 1497. quemadmodum etiam ab eo tempore ſaepius ſingulae quaedam vitae e Laertio conſueuerunt praefigi editionibus operum Platonis, Ariſtotelis, Xenophontis, Theophraſti etc. At integer Laertius ante editionem Frobenianam anni 1533. graece nondum excuſus fuerat, et quemadmodum in multis aliis, ita in hoc quoque fallit bibliotheca Georgii Draudii, quod memorat editionem graecam anni 1531. ex officina Io. Frobenii. *Fabric.* Draudius decepit auctorem catalogi editt. Diogenis Laertii, editioni Wetſten. praefixi. *Harl.*

Editiones Laertii graeco-latinae.

Graeco-latinae editiones Laertii, quae hactenus prodierunt, hae ſunt. Prima *Henrici Stephani* a. 1570. 8. Subiuncta ad calcem voluminis Ambroſii verſione et H. Stephani caſtigationibus, Pythagoraeorumque fragmentis, ex Stobaeo graece deſcriptis. [Exemplar cum emendatt. et V. L. graeci textus atque animaduerſſ., manu I. Chriſtoph. Wolfii adſperſis, habuit *Krohn.* vid. eius catal. pag. 212. fin. *Harl.*]

Secunda eiusdem Stephani a. 1594. 8. cum ipſius caſtigationibus et recognitionis Brugnolianae recenſione, Pythagoraeorumque fragmentis, ſed verſione Ambroſii e regione graecis poſita, et adiunctis *Iſaaci Caſauboni* doctiſſimis in Laertium notis, ſecunda hac editione

tione auctioribus atque emendatioribus, quae prius separatim prodierant sub nomine *Isaaci Hortiboni* [t]), Morgiis a. 1583. 8. [P] *Fabric.* De vtraque, praesertim priore, late disputat *Freytag* in adparatu litterar. II. pag. 799 sqq. *Longolius* autem in praefat. pag. 53. dubitauit de veritate a. 1594. in posteriore edit. cuius exemplar ipse possedit et hanc illius inscriptionem posuit: *Diog. Laertii* de vitis, dogm. et apophth. clarorum virorum libri X. *Hesychii Illustrii* de iisdem philosophis et de aliis scriptoribus liber: *Pythagoraeorum* philosophorum fragmenta. Omnia graece et lat. ex editione *secunda*. Is. Casauboni notae ad libr. Diogenis, multo auctiores et emendatiores. Excud. *Henr. Stephanus* MDLXXXXIII. (1593.) 8. Plane consentit ratione inscriptionis et anni notae exemplar, quod est in bibl. nostra academica: nec in toto libro alius anni reperio vestigium. Eiusdem anni editionem habuit quoque *Askew*, (vid. eius catal. pag. 59.) item *Menken.* (catal. I. pag. 134.) et memorat *Hamberger* in zuverl. Nachr. II. p. 567. Contra ea exemplar, a. 1594. signatum, citatur in catal. bibl. Pinellianae vol. III. p. 165. iterum a *Fabricio* in B. Gr. V. cap. 5. vol. VI. pag. 242. et obiter a *Maittaire* A. T. III. pag. 869. In catal. biblioth. *Thottianae* tom. IIII. pag. 268. memoratur *Diog. Laert.* gr. et lat. ex edit. Is. Casauboni. exc. H. Stephan. 1595. 8. Nisi error est typographicus, intra tres annos non ter recusus, sed forsan ter nouum tituli folium accepisse videtur haec altera Stephani editio. Sed alii iudicent, qui exemplaria possint comparare. *Harl.*

Tertia, [quae repetitio secundae tantum esse videtur,] cum notis *H. Stephani* et auctioribus *Is. Casauboni*, fragmentisque Pythagoraeorum, subiuncto praeterea *Hesychii illustris* libello de philosophis graece, cum versione Adriani Iunii, et huius atque H. Stephani castigationibus, coloniae Allobrogum siue Geneuae. 1615. 8. apud Ioh. Vignon, Iacobum Stoer, Petrum et Iacobum Chouet et Samuelem Crispinum. In quibusdam exemplis huius editionis vidi etiam adiunctum *Eunapium* de vitis sophistarum, graece cum eiusdem Iunii versione, idque titulum ipsum prae se ferre, qui in aliis eiusdem editionis exemplis alius est, nullamque Eunapii in volumine ipso, in his etiam omissi, mentionem facit. *Fabric.*

In

t) Vernaculum nomen *Casauboni* praetulit postea vir ille doctissimus, quod plane idem est cum *Hortiboni* nomine: *Casau* enim apud Delphinates, qualis erat Casaubonus, significat *hortum*, vt notauit *Menagius* in Menagianis tom. II. pag. 334. Porro viginti quatuor annos natus fuit, quum notas in Laertium edidit, et parenti suo, Arnoldo Casaubono, inscripsit, a quo responsum tulisse fertur in haec verba: *Laudo tuum studium, mi fili, verum hoc scito, rem gratiorem te mihi facturum, si vel vnum dictum sacrae scripturae, difficultatibus aliquibus obstructum, explicueris, quam si mille profanorum scriptorum loca deprauata correxeris.* Praeter notas editas, quas, licet praeclaras, deinde vix agnouit pro suis, etiam prolixiori commentario Laertium a se illustratum et castigatum testatur Casaubonus in praef. *Ceterum, quam saepe in hoc opere scribendo vacillans memoria Laertio fuerit fraudi, aut otium indiciumue ad ea digerenda defuerit, quae satis confuse congesserat, poteris, beneuole lector, ex his nostris notis cognoscere, plenius multo cogniturus, si dederit Deus opt. max. vt institutum et prope iam affectum commentarium, quem in hunc auctorem paramus, absoluere liceat.* Et publicis praelectionibus illustratum a se Laertium, *Casaubonus* testatur in notis ad lib. III. sect. 10. Fallitur *Adrianus Bailletus*, qui tom. III. iudicior. pag. 478. adfirmat, exstare versionem Laertii latinam, a Casaubono adornatam. Idem error occurrit in parte prima biographici diarii Wittiani ad a. 1614. Cal. Iul. qui dies Casaubono fuit emortualis. At enim lapsusne memoria etiam Reinesius est, qui versionem Laertii ab Adr. Iunio recognitam ait, p. 415. varr. lect.? an Iunii opera vsus est in sua editione Ioh. Sambucus?

In catal. Thottiano IV. pag. 268. occurrit edit. Geneuae apud Crispinum, 1615. et alia, Coloniae Allobrog. 1616. 8. quae eaedem esse videntur. Nam in *Maitt.* A. T. III. pag. 869. citatur illa edit. Geneu. 1616. 8. cum oliua Paulli Stephani. *Harl.*

Quarta cum versione postuma *Thomae Aldobrandini* et eruditis eiusdem in Laertium notis, sed quae vltra Leucippi vitam libro nono haud procedunt, auctore, priusquam opus absoluisset, fatis intercepto. Itaque, si quaedam et in versione, elegante ceteroqui et accurata, obelo digna visa sunt Merico Casaubono atque aliis viris doctis, hoc tanto minus Aldobrandini famam laedet, quod vltimam manum addere lucubrationibus suis haud potuit. Nam Mericus ipse fatetur, illum fuisse, si vixisset, ea facile correcturum, *qui praeter multiplicem in his litteris eruditionem, non vulgarem quoque sermonis graeci peritiam locis difficillimis prodat ac praestet.* In lucem emissa est diu post auctoris obitum [u]) a patruele eius, *Petro Aldobrandino*, cardinali, Romae apud Aloysium Zannetum a. 1594. fol. et contextum [[P]] ipsum Laertii graecum etiam, (paucis forte exceptis, quibus vulgatas editiones rectius et plenius habere idem Mericus Casaubonus notauit,) longe emendatiorem exhibet castigatum ad fidem vetustiorum codicum, Farnesiani praecipue optimae notae ac mirae vetustatis.

Quinta, Londini [v]) a. 1663. fol. [w]) in qua repetitae Romanae editioni cum Aldobrandini versione et notis, subiunguntur *Aegidii Menagii* in Laertium doctae et laboriosae obseruationes, Emerico Bigotio ab auctore inscriptae, cum indice auctorum, a Laertio citatorum. Has vt scriberet, ab Octauiano Pulleyno rogatus fuerat, ingentes antea, sed vix adfectos, ac deinde abiectos deperditosque commentarios philosophicos molitus. Easdem, vt in Anglia emendate ederentur, Menagius ipse tribus MSS. bibl. publ. Paris. et Florentino codice vsus, suo sumtu separatim typis exscribi iussit Parisiis apud Eadmundum Martinum a. 1662. 8. atque ita excusas misit ad Ioh. Pearsonum, qui ei gratias agit eique gratulatur humanissima epistola, quae Menagii obseruationibus praemittitur. Ac profecto omnium virorum honestorum eruditorumque punctum animaduersiones illae tulerunt, praeter vnius Iacobi Gronouii, qui longas illas ac taediosas conquestus est in notis ad Gellium pag. 8. Accesserunt eidem Londinensi editioni praeter notas Isaaci Casauboni, non spernendae quaedam *Merici Casauboni*, filii, ad Laertium ipsum et ἔκδοσιν Aldobrandinianam animaduersiones, quibus inter alia inserta est vita Platonis, scriptore *Olympiodoro*, cum versione Iacobi Vindeti et notis. Hanc iam supra obseruaui excerptam esse ex Olympiodori praelectionum in Alcibiadem, hactenus

u) Fallitur itaque *Koenigius* in bibl. qui Thomam Aldobrandinum a. 1594. claruisse adfirmat.

v) Non Lugduni, vt legas in pandectis Brandenburgicis, in *Aldobrandinus.* Chimaerica quoque est in Lipenii bibl. laudata Laertii editio, quae dicitur lucem adspexisse Hagae Comitis a. 1656. 4. cum notis H. Stephani, If. Casauboni, Tho. Aldobrandini et Gassendi.

w) In anni nota aut Fabricius errauit, aut typotheta: prodiit enim illa editio a. 1664. En inscriptionem exemplaris, quod ipse in manibus habeo! Λαερτιχ Διογ. — — *Laertii Diogenis de vitis, dogmatis, et apophthegmatis eorum, qui in philosophia claruerunt*, libri X. *Thoma Aldobrandino interprete*, cum annotatt. eiusdem. Quibus accesserunt annotatt. H. Stephani, et vtriusque Casauboni, cum vberrimis *Aegidii Menagii* obseruatt. Londini, impensis Octauiani Pulleyn —, typis Io. Ratcliffe. MDCLXIV. De hac editione, nec non de Th. Aldobrandino et Io. Pearsonio copiosus est *Freytag* in adpar. litter. II. pag. 802 — 807. *Harl.*

hactenus ineditarum, praxi, siue lectione prima. Similiter Menagius obseruationibus suis vitam Aristotelis, eousque *ἀνέκδοτον*, graece inseruit et notis illustrauit.

Sexta, priores omnes fere integras in se amplectens, certe elegantia, cura, adparatu quam longissime vincens, debetur *Henrico Wetstenio*, typographo, nostrae aetatis praestantissimo, Amstelodami a. 1693. [x]) quarta forma maiore, duobus voluminibus. In priori volumine graeca Laertii accuratissime et nitidissime sunt excusa, ad fidem editionis Romanae, tum a Marco Meibomio in segmenta distincta ac bene multis in locis ex prioribus editionibus et MSS. Arundeliano atque Cantabrigiensi emendata: excusa vero sunt sine vllis scripturae compendiis, [] quorum in libris graecis impressis vsus vulgo esse solet. Tum addita latina versio Ambrosiana, ab eodem Meibomio ita emendata ac suppleta, vt alia prorsus videatur. Icones quoque XXIV. [y]) philosophorum, elegantissime in aes incisae, passim adiunctae ex veteribus nummis, gemmis, monumentis, nisi quod imago pag. 56. adiecta exponendo Cleobuli aenigmati, Meibomiano ingenio debetur [z]). Denique singulis paginis subiectae integrae notae H. Stephani, vtriusque Casauboni, Aldobrandique et ineditae antea eiusdem Meibomii, quem iam pridem ante Menagium Laertii illustrandi impetus ceperat. Volumen posterius praeter Aegidii Menagii obseruationes [aa]) longe, quam in Londinensi editione, locupletiores et magis emendatas exhibet eiusdem *historiam mulierum philosopharum* [bb]), Annae Daceriae, Tan. Fabri filiae, inscriptam, quae cum eius lectionibus, in poema quoddam Petrarchae Hetrusco idiomate scriptis, lucem adspexerat Lugduni a. 1692. 12. et eodem anno separatim in 8uo cura H. Wetstenii, typis Amstelodamensibus exscripta fuerat. Post hanc offerunt sese breues, sed pereruditae *Ioachimi Kuhnii* Argentoratensis in Laertium animaduersiones, quibus lux noua et praeclara adfertur locis multis et obscurissimis. Hae nunquam antea lucem adspexerant, vti nec, quae illas excipiunt, variae lectiones ex MSS. codicibus, Arundeliano et Cantabrigiensi, collectae a *Thoma Galeo*, viro itidem eruditissimo et duobus vel tribus post Kuhnium annis pari litterarum elegantiorum iactura denato [cc]). Denique

x) Exempla quaedam huius editionis charta amplissima excusa fuere. *Fabric.* Inscriptio haec est: *Diogenis Laertii* de vitis, dogmatibus et apophthegmatibus clarorum philosophor. libri X. graece et lat. cum subiunctis integris annotatt. If. Casauboni, Th. Aldobrandini et Merici Casauboni. Latinam Ambrosii versionem compleuit et emendauit *Marcus Meibomius.* Seorsum excusas *Aeg. Menagii* in Diogenem obss. auctiores habet volumen II. vt et eiusdem syntagma de mulieribus philosophis et Ioach. Kühnii ad Diogenem notas. Additae denique sunt priorum editt. praefationes et indices locupletissimi. Amstel. apud Henr. Wetstenium CIↃIↃCVIIIC. (1692. non, vt Fabric. scripsit, 1693.) *Harl.*

y) Hi sunt: Thales, Solon, Pittacus, Anacharsis, Socrates, Aeschines, Aristippus, Euclides, Plato, Xenocrates, Carneades, Aristoteles, Theophrastus, Antisthenes, Diogenes, Monimus, Chrysippus, Pythagoras, Archytas, Heraclitus, Zeno, Democritus, Sextus Empiricus, et Epicurus.

z) Vti testatur Wetsten. in praef. operis. *Harl.*

aa) Has auctiores ea lege Wetstenio concessit Menagius, vt separatim ederet, neque aliorum insertas animaduersionibus Laertio substerneret.

bb) Mirum est, ab illo praeteriri *Aedesiam*, vxorem Hermiae, de qua Suidas, *Aesaram* Lucanam pythagoricam, de qua Stobaeus, *Heluiam*, cuius studium philosophiae laudat Seneca cap. 16. consolationis ad eam scriptae, aliasque. Neque tamen probo malignum iudicium *Vignolii Marulii* tom. II. Misc. pag. 30. cuius ex sententia historia haec libellus est perieiunus, auctoris senium aperte referens: *Un petit livre tres maigre et qui se sent fort de la vieillesse de l'Auteur.*

cc) Debuerunt etiam Nicasio proxeneta accedere huic editioni notae *Lantini*, viri docti, et in iudicio

nique praeter [P] editionum priorum praefationes, (in quibus epistolam Brognoli et Sambuci et H. Stephani recensionem recognitionis Brognolianae omissam miror,) et vitam Platonis, scriptam ab Olympiodoro et a Vindeto illustratam, opus hoc ornant atque vtilius reddunt locupletissimi indices, magno studio confecti, et ad segmenta Meibomiana accommodati, a *Iohanne Clerico* [dd]). Omissae sunt in hac editione propter molem et quia plus simplici vice iam prodiissent, *Petri Gassendi* notae et philosophica commentaria in decimum Laertii librum siue vitam Epicuri, quam noua etiam latina versione donauit et variis in locis castigauit, graeceque ac latine edidit Paris. 1646. fol. recusa Lugd. 1649 et 1675. et inter opera Gassendi ibid. 1658. fol. Quum nemo ignoret, quanto adparatu, eruditione et philosophica praecipue industria Epicuri philosophiam illustrauerit vir ille modestissimus, suffecerit hoc loco obseruasse, notas eius criticas hinc inde laudato Gassendi nomine delibari ab Aegidio Menagio: reprehendi vero itidem saepius versionem eius notasque cum ab eodem Menagio et Merico Casaubono, tum maxime a Marco Meibomio, quo iudice maior philosophus quam grammaticus fuit Gassendus. Idem pag. 663. *Admonere hic lectorem debeo rei ipsius causa, in huius decimi libri versione saepe a Gassendo me dissentire. Instructus enim si verum dicere velimus parum fuit iis litteris, quibus eruditi viri maxime confidere solent, quando ad vertendos graecos auctores se accingunt. Fabric.* Conf. Acta erud. Lips. 1692. m. Iul. pag. 315 sqq. *Io. Fabricii* histor. biblioth. Fabricianae, tom. III. pag. 444 sqq. vbi de Menagio, Meibomio et Kuhnio quaedam narrantur: inprimis *Heum.* in act. philos. tom. I. pag. 356—367. In meo exemplo a manu quadam docta, (omnino diuersa a manu Longolii, ex cuius bibliotheca in meam transiit exemplar,) plura sunt adscripta, quibus vel illustrantur vel emendantur loca Laertiana. Atque multa adhuc restant in textu Laertii emendanda: et Meibomiana edit. segetem praebet largissimam vitiorum, in quibus colligendis et tollendis non minus quam in rebus etiam post diligentissimi sagacisque Menagii operam vir acuti iudicii fertilisque ingenii promtaeque eruditionis cum laude potest versari: idque exemplo suo adfatim docuit *Rossius*, doctus Italus. Nemo autem de opera et editione Meibomii grauius et seuerius tulit iudicium, quam ille in praefat. ad opus egregium, et cuilibet lectori atque interpreti Diogenis Laertii, ipsique historiae philosophiae antiquae cupido, gratum ac necessarium, huius sententiae: *Ignatii Rossii commentationes Laertianae*, Romae 1788. 8. Is enim non solum collatis libris tam scriptis quam editis permulta et textus et versionis et aliorum auctorum vett. loca tentauit ac sanauit, interpretumque errores aperuit sciteque tollere studuit; sed etiam multa philosophiae antiquae capita docte eruditeque tractauit. Rossium tamen aliis reliquisse spicilegium, nec vbiuis vidisse verum, ostenderunt censores in ephem. Gotting. litterar. a. 1789. plag. 130. pag. 1306 sqq. et in Ien. A. L. Z. a. 1792. nr. 34. m. Febr.

Septima editio est, quam, textu quidem ex edit. Meibomiana seruato, correctis tamen manifestis operarum vitiis, librisque in tot capita dissectis, quot philosophi separatim descripti erant, et capitibus in tot numeros, quot res ipsa postulare videbatur, gr. ac lat. insertis

XXVI.

iudicio supremo Burgundiae consiliarii, sed nescio, quomodo perinde vt alia ipsius scripta lucem non adspexere. Vide *Basnagii Bellonallii* historiam operum eruditorum a. 1696. mense Febr. p. 283.

dd) Elegans carmen graecum in laudem huius editionis a praeceptore meo *Io. Georgio Herrichio* τῷ μακαρίτῃ concinnatum exstat in actis eruditorum a. 1692. pag. 318.

XXVI. philosophorum figuris aeri incisis et additis indicibus, ante vulgatis longe locupletioribus, curauit *Paul. Dan. Longolius*, rector quondam gymnasii Curiensis, Curiae Regnitianae apud Gotthard. Io. Püttnerum. 1739. 8. II. tom. In praefatione, duce Fabricio nostro, de Diogene Laertio, eius opere huiusque editionibus etc. copiose disseruit. Idem spem fecerat commentarii in Diogenis Laertii libros: sed non expleuit.

Octaua denique est ea, quae ex Longoliana, omissis iconibus et praefatione, plane ducta et nitidis typis renouata prodiit Lipsiae 1759. mai. 8. ex officina I. G. I. Breitkopfii, impensis Io. Paulli Kraussii, bibliop. Viennensis. *Harl.*

Praetereo, quod magnam vitae Epicuri partem e Laertio graece descripsit, et cum Lucretio contulit in sua illius poetae praeclara editione *Obertus Gifanius* Lugd. Batauorum 1695. 8. Vitam Diogenis et Aristippi ex Laertio excerpsit et latine vertit paucis in hoc genere litterarum comparandus *Paulus Leopardus* Antwerp. 1556. 8. Varia quoque ex Laertio expressit et latine vertit *Erasmus* in suis apophthegmatis. Denique *electa Laertiana* siue locos communes philosophicos e Laertio digessit, et graece ac latine edidit *Guilelmus Donaldsonus* Francof. 1625. 8. *Fabric.* Aristotelis vitam ex Diogene Laertio emendatam notisque instructam praemisit *Buhle* tom. I. edit. Opp. Aristotel. — *Diogenis Laertii de vitis — liber decimus*, gr. et lat. separatim editus, atque adnotatt. illustratus a *Carolo Nürnbergero*, philos. doctore. Noriberg. 1791. 8. Primum dedit vir doctiss. qui tum Venetiis commorabatur, in praesentia autem professor est gymnasii Tremonensis, (Dortmund in Westphalia,) libr. decimum ex recensione Meibom. tum Epicuri epistolam, (quam quidem alii spuriam esse iudicant,) ad Herodotum, ex sua recensione, duobus codd. Venetis vsus, cum suis adnotatt. et criticis et philosophicis. *Harl.*

Versiones Laertii in linguas vernaculas.

Italice siue Hetrusco idiomate Laertius bis prodiit Venetiis a. 1535 et 1545. 8. per *Felicem Astolfum. Fabric.* Fabric. errauit, vti ex sequentibus patebit. In *Paitoni* enim biblioteca degli Autori-volgarizzati I. pag. 292 sqq. multo plures versiones atque editt. excitantur, atque vberius describuntur. *Incomincia el libro dela vita de' Philosophi. delle. loro elegantissime. sententie. extracto. da. D. Laertio. et. da altri. antiquissimi.* In fine: *Impressum — Venetiis per Bernard. Celerium de Luere.* 1480. 4. — rec. Florent. per Franc. de Bonaccursiis et Anton. Venetum. 1488. 4. — Venet. per Io. Rossi. 1488. 4. (in Pinelli catal. tom. V. pag. 77. a. 1489.) et Venet. s. a. 8. — *Diogene* etc. *Vita de Philosophi.* Florent. 1488. 8. (est repetitio superioris libri *Incomincia* etc.) — Florent. per Iac. Chierico, (Clericum) et Onofr. de Bonaccursium. 1489. 4. (Paitonius castigat non solum errorem Fontanini et auctoris catal. Capponiani, qui editt. harumque auctores confuderunt; sed etiam *Freytagium*, qui in Analectis litter. pag. 290 sq. vbi paucas quasdam vett. editt. versionis italicae indicat, typographos pro interpretibus habet.) — Bononiae. 1494. 4. et 1495. 4. — Mediolani 1495. (1497. 4. in catal. bibl. Vallerian. tom. III. pag. 357.) — Florent. 1505. 4. — Vita de Philosophi etc. Venet. 1508. 4. — Vite de Philosofi etc. Venet. 1517. 8. — Vite — historiate e di nuovo in lingua Tosca corrette. Venet. 1526. 8. — 1585. — 1605. 8. Venet. s. a. per Matth. Pagan. 8. — Vite de Filosofi di Diogene Laertio, tradotte dal Latino in lingua Italiana.

liana. Venet. ſ. a. et typographi indicio, in 8. — Le Vite de gli illuſtri Filoſofi di Diogene Laertio da 'l greco idiomate ridutte, (per fratres Roſitinos, e quorum epiſtola dedicatoria quaedam adfert Paitoni,) ne la lingua commune d' Italia. Venet. apud Vicent. Vaugris, (Valgriſium.) 1545. 8. — 1561. 8. — 1566. 8. vbi in titulo libri additur: Di nouvo dal Greco ridutto nella lingua Italiana per i *Roſſetini* da Prat' Alboino. — Venet. 1567. 8. (eſt eadem edit. cum antecedenti.) — Compendio delle Vite de Filoſofi antichi gr. e latini et delle Sentenze. — Tratte da Laertio et da altri gravi Auttori. Nuovamente ridotte a piu purgata lettione, et di belliſſime figure di Gioſeffo Salviati adornate. Venet. apud Ioach. Brugnuolo. 1598. 4. Inſunt tantum 104. vitae philoſophorum; — rec. Venet. 1602. 4. ſed numerus vitarum auctus eſt, ita vt ad 120. creſcerent. — Delle Vite de' Filoſofi di Diogene Laertio. — del *Gio. Felice Aſtolfi.* — (multo melius ordinatae et auctae, additis illuſtrium oratorum ac poetarum antiq. vitis et figg. Ioſ. Saluiati:) Venet. apud Io. Bapt. Bertonum. 1606. 4. — ibid. 1611. 4. (conf. *Mazzuchelli* degli Scrittori d'Italia vol. I. part. II. pag. 1190. vbi dicitur Aſtolfus floruiſſe ſub initium ſuperioris ſaeculi, nr. XVII.) — Delle Vite de' Filoſofi di Diogene Laerzio libro VI. in Anton. Mar. Saluini Diſcorſi academici, part. III. Florent. 1733. 4. *Harl.*

Gallice per *Franciſcum de Fougerolles*, doctorem medicum, cum notis. Lugd. 1601. 8. Iterumque ex noua verſione gallice. Pariſ. 1668. 12. [II. tom. per *B.* (h. e. Gilles Boileau, fratrem poetae,) et ab anonymo Amſtel. 1758. III. part. — Vita Ariſtippi, gallice verſa et notis illuſtrata a *Tan. Fabro*, in Mem. de Litterature, tom. I. part. II. nr. 2. et rec. in Dacierii les Vies des Hommes illuſtres de Plutarque, tom. IX.]

Anglice non vno auctore Lond. 1688. 8. [ꝑ]

Germanicam Auguſtae a. 1490. excuſam, Belgicamque Ioanni Mollero in Hypomnematis ad Polyhiſtorem philoſophicum Morhofii laudatas, haud vidi. [Atque germanica eſt ſuſpecta. vid. quae notaui in Introd. in hiſt. L. Gr. I. pag. 245. vbi pag. 146 ſq. plura iam enumeraui ſcripta, in quibus Laertiana loca emendantur aut explicantur. *Harl.*]

IV. Menagio in notis pag. 255 ſq. obſeruante plenus eſt Laertius additamentorum: atque, vt idem pag. 253. notat, plenus eſt idiotiſmis ſiue plebeio dicendi genere tam in phraſi, quam in verbis, quemadmodum a *Salmaſio* pridem obſeruatum in commentario de lingua Helleniſtica pag. 107. Paſſim quoque obſcurus eſt et ambiguus, quo nomine reprehenditur a Baelio in lexico ee), tamquam parum accuratum ſcriptorem traducente. *Bartholomaeus Kecker-*

ee) Tom. II. edit. 1. pag. 1258. *Il y a mille endroit obſcurs et ambigous dans Diogene Laërce. Cela ne lui fait guere honneur. Un eſprit exact auroit évité ces tenebres.* Idem alibi: *Cet auteur n'ayant guere plus d'exactitude dans ſes raiſonnemens que dans ſes recits on peut fort bien ſe tromper en lui imputant les penſees qui ſemblent avoir la plus grande liaiſon avec ſes-phraſes.* Tom. II. edit. 2. pag. 1130. *Io. Clericus* tom. X. bibl. ſelectae pag. 140. *Mr. Dodwel parle avec raiſon d'une maniere conditionelle du ſtile de Diogene, parce que cet Auteur n'écrit point exactement, et à un ſtile que les Grecs appelloient des idiots ou idiotique, qui étoit celui dont les gens ſans lettres ſe ſervoient, lorqu'ils écrivoient quoique ce fût un homme d'une grande lecture.* Traiectiones Laertii frequentes obſeruat Iſ. Caſaubonus ad Polemonis vitam IV. 20. *Fabric.* conf. *Thom. Pope-Blount* cenſur. celebr. authorum pag. 158 ſq. *Adr. Baillet* Iugemens des Savans. Amſtel. 1725. 4. tom. II. pag. 65 ſq. *Harl.*

Keckermannus libro de historia *languide et frigide, saepe tamen non inutiliter* Laertium scripsisse dixerat, quod non ferens *Gerh. Ioh. Vossius* lib. II. de hist. gr. cap. 13. frigidam vocat laudem operis vtilissimi et auro contra non cari. Certe Melchior Canus professus fuit, melius in isto et fide dignius traditas esse vitas philosophorum, quam a multis Christianis vitas sanctorum. Auctor vitae Laertii, quae anglicae eius versioni praefigitur, non satis caussae habuit, cur dubitaret, an Platonis vita, Zenonis dogmatum epitome et tres Epicuri epistolae ab ipso Laertio fuissent adiectae. Nullam certe caussam, cur ita sentiret, memorauit, et quam animo pressisse videtur, alienum et diuersum hoc videri a ratione scribendi Laertiana per reliquum operis corpus seruata, tanto minus me mouet, quo minus sibi in ceteris omnibus similis est Laertius. Neque exploratissimum omnino est, illum fuisse sectatorem Potamonis Alexandrini, vt idem auctor vitae tradit, etsi nusquam sectae cuiusdam rigidum adsectatorem fautoremue deprehendi facile largior. [conf. not. *g.* ad §. II. *Longolii* praef. p. 19 sqq.] At Potamonis sententiam in prooemio sect. 21. ita refert Laertius, vt nullo modo innuat, eam sibi probari, neque Potamonis animus fuit nullam amplecti sectam; sed ex quauis illarum certa quaedam seligere, ita, vt noua inde secta conflaretur; sed nullius nominis illa et nemini fere probata, quoniam libellis Potamonis forte deerat genius, [?] vt notatum Isaaco Casaubono in notis ad Dionem Chrysostomum. Mirum quoque, ne vitam quidem Potamonis a Laertio referri, quem sub Tiberio floruisse Hesychius illustris testatur, Laertius ipse ait haeresin eius πρὸ ὀλίγυ introductam. Aut adsentiamus Claudio Salmasio adfirmanti, plures a Laertio descriptas vitas temporum iniuria intercidisse. Ita enim ille pag. 888. ad Solin. edit. Paris. *Myrmecis illius* (Stephano laudati) *nulla quod sciam mentio inuenitur in iis libris Diogenis, qui hodie exstant. Sed magnus defectus in illa historia philosophica Laertii iniuria temporum accidit, vt ex indice vetustissimi codicis obseruatum mihi olim, quo longe plures philosophorum vitas habemus. In eo laterculo memini legere et* Κρένσον *et* Πολέμωνα *et* Ἄρειον *et alios quam plurimos, vt alibi dicam. In his et* Μύρμηξ *philosophus* Διαλεκτικὸς, *qui fuit ex oppido Eneto Paphlagoniae oriundus:* verum memoria lapsus est Salmasius, quum Myrmecis mentionem et Polemonis vitam in libris editis exstare non putauit: *Sed fortasse* τυπογραφικὸν *fuit* ἁμάρτημα *Polemonis pro Potamonis. An Cornuti, Arei et Myrmecis vitas scripserit Laertius, dixerit vates aliquis, non ego. Crediderim, non scripsisse. Aliquid tamen in opere Laertii desiderari nullus dubito. Certe deesse videtur praefatio aliqua ad foeminam illam* φιλοπλάτωνα, *cui opus dicauerat. Etiam in catalogo librorum Chrysippi omnes libri physici desunt, aliique non pauci, vt ad eum catalogum ostendemus. Epitomen solum esse hoc opus, vir acerrimi iudicii Tanaquilles Faber existimabat.* Haec ad Salmasii locum Menagius in limine suorum in Laertium commentariorum.

V. Ante historiam philosophicam a Diogene Laertio scripta fuerat atque edita ff) ΠΑ'ΜΜΕΤΡΟΣ siue *liber epigrammatum poematiorumque in viros claros* vario carminis genere,

ff) Hoc Is. Casaubonus probat ex Laertii Empedocle, vbi ait φέρεται δὲ καὶ ἡμῶν εἰς αὐτὸν ἐν τῇ παμμέτρῳ σκωπτικὸν μὲν, τῦτον δὲ ἔχον τὸν τρόπον. En, inquit, φέρεται. *Fabric.* Illud autem epigrammatum opus a Laertio satis inepte fuisse inscriptum πάμμετρον, censet *Heinsius* in Peplo graecorum epigrammatum, (tum separatim edito 1613. 4. et 1616. tum Heinsii poematibus inserto, Leidae 1621. 12. et alibi) pag. 259. edit. Leid. iam adnotante *Heumanno* in actis philos. III. pag 790. qui Heinsii epigrammata praeferenda iudicat Laertianis. *Harl.*

genere, qui iam pridem intercidit, exceptis epigrammatis, quae ex hoc paſſim ſcoptica partim, partim ſeria produxit in vitis philoſophorum ipſe Laertius et poſt Laertium Heſychius illuſtris. Exſtant etiam *Laertii* epigrammata quaedam in anthologia Maximi Planudae et *Iohannes Tzetzes* Chiliad. III. hiſt. 61. adſert Laertii epigramma in Democritum, ſed quod legitur etiam in vita Democriti a Laertio ſcripta, vt viſam a Tzetza ipſo Pammetron non ſit neceſſe. Auctorem adpellat Ἐπιγραμματογράφον, et in ora libri adnotatur ὁ Διογενιανὸς, quod idem nomen eſt ac Διογένης. Ἐπιγραμματογράφος τέ τις γράφει τὸ τῦ ᾄδυ etc. Si Ambroſio, Laertii interpreti, credimus, ſcripſit is etiam ὑπομνήματα ſiue *commentarios in ſillos Timonis*, eorumque librorum primum [?] laudat ipſe in Timonis vita ſub initium. Decepit Ambroſius *Gyraldum* dialogo 3. de poetis pag. 291. Thomam Aldobrandinum in Laertii verſione, Thomam Pinedo in elencho ſcriptorum a Stephano Byz. citatorum aliosque. Sed iamdudum hic error ab aliis Laertii interpretibus, Menagio et Meibomio, emendatus eſt, animaduerſusque etiam a *Voſſio* lib. II. de hiſt. graecis cap. 3. Neque enim adfirmat ſe, ſed Apollonidem Nicaeum τὸν πρὸ ἡμῶν gg), *qui paulo ante nos*, inquit Laertius, *vixit*, commentarios in Sillos Timonis Phliaſii conſcripſiſſe et Tiberio imp. dicaſſe. Vide et *Franciſcum Patricium* lib. I. diſcuſſionum peripateticarum pag. 19. *Voſſium* inſtitutionum poeticarum lib. II. cap. 20. *Leonem Allatium* de Simeonibus pag. 204 ſq. et *Ioh. Ionſium* lib. III. hiſt. philoſoph. cap. 3. [*Longolii* praefat. pag. 28 ſqq.]

VI. *Index ſcriptorum, quorum meminit Diogenes Laertius,*

depromtus ex editione Wetſteniana. [*Longolius* accommodauit indicem ſuae editioni et diſtinctionibus ab ipſo factis.]

Ἀγρίππας, IX, 88.
Ἀθήναιος, X, 12.
Ἀθήναιος ὁ Ἐπιγραμματοποιὸς, IV, 14.
VII, 30.
Ἀθηνόδωρος, VII, 68. 121. 149.
ἐν ή. περιπάτων, III, 3. V, 36. IX, 42.
Αἰνησίδημος, IX, 62. 87. 102. 106. 107.
ἐν τῇ εἰς τὰ Πυῤῥώνεια ὑποτυπώσει, IX, 78.
ἐν α΄. τῶν Πυῤῥωνείων λόγων, IX, 106. 116.
ἐν τῷ κατὰ σοφίας, IX, 106.
Αἰνεσίδημος Κνώσσιος, IX, 116.
Αἰσχίνης, II, 60. et ſqq.
Ἀλέξανδρος, VIII, 36.
ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων διαδοχαῖς, II, 19. 106. III, 5. V, 4. 62. VIII, 24. IX, 61.
Ἀλεξῖνος, II, 110. VII, 163.
Ἀλέξις.
Ἀγκυλίωνι, III, 27.
Μεροπίδι, III, 27.
Ὀλυμπιοδώρῳ, III, 28.
Παρασίτῳ, III, 28.
Ἀλέξων.
ὁ Μύνδιος ἐν θ΄. μυθικῶν, I, 29.
Ἀλκιδάμας, IX, 54.
ἐν τῷ Φυσικῷ, VIII, 56.
Ἄλκιμος ἐν τοῖς πρὸς Ἀμύνταν, III, 9. 12. 17.
Ἀλκμαίων, VIII, 83.
Ἀλκαῖος, I, 31. 81.
Ἀμβρόων.
ἐν τῷ περὶ Θεοκρίτυ, V, 11.
Ἀμειψίας, II, 28.

 Ἀμφικρά-

gg) Ita Voſſius probante Menagio, licet ante legebatur ὁ παρ' ἡμῶν, quod a Marco Meibomio exponitur: *qui a nobis laudatus eſt in Pammetro.*

Ἀμφικράτης.
ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, II, 101.
Ἄμφις.
Ἀμφικράτῃ, III, 27.
Δεξιδημίδῃ, III, 27. [†]
Ἀναξαγόρας, II, 6. 11.
Ἀναξανδρίδης.
ἐν Θησεῖ, III, 26.
Ἀναξίλαος, I, 107.
Ἀναξίλας.
Βοτρυλίωνι, III, 28.
Κίρκῃ, III, 28.
Πλουσίαις, III, 28.
Ἀναξιλίδης.
ἐν τῷ β΄. περὶ φιλοσόφων, III, 2.
Ἀναξίμανδρος, II, 11.
Ἀναξιμένης, I, 40. II, 4.
Ἀνάχαρσις scripta, I, 101. Epistola, I, 105.
Ἄνδρων ὁ Ἐφέσιος, I, 119.
ἐν τῷ τρίποδι, I, 30.
Ἀνταγόρας, IV, 21. 26.
Ἀντίγονος, IV, 22.
Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος, II, 136. 143. V, 67. VII, 12. IX, 62.
ἐν τῷ περὶ Ζήνωνος, II, 66.
ἐν τοῖς βίοις, IV, 17.
ἐν τῷ περὶ Πύῤῥωνος, IX, 62.
ἐν Τίμωνος βίῳ, IX, 110. 111.
Ἀντικλείδης.
ἐν β΄. περὶ Ἀλεξάνδρου, VIII, 11.
Ἀντιλέων.
ἐν β΄. περὶ χρόνων, III, 3.
Ἀντίοχος ὁ Λαοδικεὺς, IX, 106.
Ἀντίπατρος, VII, 54. 55. 68. 84. 92.
περὶ λέξεων καὶ τῶν λεγομένων, VII, 57.
ἐν τῷ α΄. περὶ ὅρων, VII, 60.
Ἀντίπατρος ὁ Τύριος ἐν τῷ η΄. περὶ κόσμου, VII, 139.
ἐν τοῖς περὶ κόσμου, VII, 140.
ἐν τῷ ι΄. VII, 141.
ἐν τῷ ζ΄. περὶ κόσμου, VII, 148.
ἐν τῷ β΄. περὶ οὐσίας, VII, 150.
ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, VII, 157.
Ἀντίπατρος ὁ Σιδώνιος, VII, 29.
Ἀντισθένης, IX, 38. 39. 56.
ἐν ταῖς διαδοχαῖς, I, 40. II, 38. 134. VI, 77. 88. VII, 168. IX, 27. 35.
Ἀντισθένης ὁ κύων.
ἐν τῷ Ἡρακλεῖ, VI, 104. 105.
ἐν Σάθωνι, III, 35.
Ἀντιφῶν.
ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων, VIII, 3.
Ἀπελλᾶς ἐν τῷ Ἀγρίππᾳ, IX, 106.
Ἀπολλόδωρος, II, 3. VII, 140. 143. 157. IX, 24. 50. 56.
ἐν τοῖς χρονικοῖς, I, 37. 74. II, 2. 7. 44. III, 2. IV, 65. V, 9. VII, 184. VIII, 52. 58. 90. XI, 25. 41. 61. X, 13. 14.
ἐν γ΄. περὶ χρονικῶν, IV, 23. 28.
ἐν β΄. περὶ νομοθετῶν, I, 58.
ἐν τῷ περὶ φιλοσόφων αἱρέσεων, I, 60.
ἐν τῇ ἠθικῇ, VII, 102. 118. 121. 127.
ἐν τῇ φυσικῇ κατὰ τὴν ἀρχαίαν, VII, 125. 135. 142. 143. 150.
Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος.
ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν δογμάτων, VII, 182.
Ἀπολλόδωρος ὁ Ἐπικούρειος, X, 2. 10.
ἐν τῷ α΄. περὶ τοῦ Ἐπικούρου βίου, X, 2.
Ἀπολλόδωρος ὁ Ἔφιλλος, VII, 39. 54. 64. 84.
Ἀπολλόδωρος ὁ Κηποτύραννος, X, 25.
Ἀπολλόδωρος ὁ Κυζικηνὸς, IX, 38.
Ἀπολλόδωρος ὁ Λογιστικὸς, I, 25. VIII, 12.
Ἀπολλοφάνης, VII, 92.
ἐν τῇ φυσικῇ, VII, 140. [†]
Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς, IX, 109.
Ἀπολλώνιος, VII, 28. ὁ Τύριος, VII, 1. 6. 24. ἐν α΄. περὶ Ζήνωνος, VII, 2.
Ἀρισταγόρας, I, 11.
Ἀρισταγόρας ὁ Μιλήσιος, I, 72.
Ἀρίστιππος, VIII, 60.
περὶ τῆς ἡδονῆς, X, 4.
ἐν α΄. περὶ παλαιᾶς τρυφῆς, I, 96. V, 3.
ἐν δ΄. περὶ παλαιᾶς τρυφῆς, II, 23. 48. III, 29. IV, 19. V, 39.
Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος.

ἐν

ἐν τῷ περὶ Φυσιολογιῶν, VIII, 21. Scripta, II, 83.
Ἀριστόξενος, I, 42. II, 19. III, 8. 37. VIII, 1. 7. 20. 79. 82.
ἐν ι. παιδευτικῶν νόμων, VIII, 15.
ἐν τῷ Πλάτωνος βίῳ, V, 35.
ἐν τοῖς Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι, IX, 40.
ἐν τοῖς σποράδην, I, 107. 108.
ἐν τῷ περὶ Πυθαγόρου καὶ τῶν γνωρίμων αὐτοῦ, I, 118.
Ἀριστόξενος ὁ Μουσικὸς, V, 92. VIII, 13.
Ἀριστόξενος ὁ Σπινθάρου, II, 20.
Ἀριστοτέλης, I, 24. 98. 99. II, 23. 26. 45. 55. III, 80. VIII, 19. 36. 52. 63. 74. IX, 25. 82.
ἐν τῷ μαγικῷ, I, 1. 8.
ἐν τῷ ζ΄. τῶν ἠθικῶν, V, 21.
ἐν τῷ α΄. περὶ ποιητῶν, III, 48. VIII, 57.
ἐν τῷ γ΄. περὶ ποιητικῆς, II, 46.
ἐν τῷ σοφιστῇ, VIII, 57.
ἐν Δηλίων πολιτείᾳ, VIII, 13.
ἐν τῷ περὶ τῶν κυάμων, VIII, 34.
ἐν ἐπιτομῇ τῶν Ῥητορικῶν, II, 104.
ἐν τῷ περὶ παιδείας, IX, 52.
ἐν ὕμνῳ, V, 7.
διαθῆκαι, V, 11.
Scripta, V, 22 et ſqq.
ἄλλοι, V. 35.
Ἀριστοφάνης, IV, 18. 19.
Νεφέλαις, II, 18. 20. 27. 28.
Ἥρωσι, VIII, 34.
Ἀριστοφάνης ὁ Γραμματικὸς, III, 61. X, 13.
Ἀριστοφῶν Πυθαγοριστῇ, VIII, 38.
Ἀρίστων, IV, 33. VIII, 11.
ὁ Κεῖος, V, 64.
ὁ Χῖος, IV, 40. VII, 160.
ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείτου, IX, 5.
Libri eius, VII, 163.
ἄλλοι, VII, 164.
Ἀρκεσίλαος.
ἐν ἐπιγράμμασι, IV, 30 et ſqq.
ἐπιστολὴ, IV, 44.
ἐν ἱστορίᾳ, V, 42.
ἄλλοι, IV, 45.
Ἀρτεμίδωρος ὁ διαλεκτικὸς, IX, 53.
ἐν τῷ πρὸς Χρύσιππον, ibid.
Ἀρχέδημος, VII, 40. 68. 84. 88. 134.
ἐν τῇ περὶ Φωνῆς, VII, 55.
ἔν τινι περὶ στοιχείων, VII, 136.
Ἀρχέλαος, II, 17.
Scripta, VI, 15.
ἄλλοι, VI, 19.
Ἀρχέτιμος ὁ Συρακούσιος, I, 40.
Ἀρχίλοχος, IX, 71.
Ἀρχύτας Ταραντῖνος ἐν ἐπιστολῇ πρὸς Διονύσιον, III, 22. VIII, 79.
πρὸς Πλάτωνα, VIII, 80.
ἄλλοι, VIII, 82.
Ἀσκάνιος ὁ Ἀβδηρίτης, IX, 61.
Ἄσων Κροτωνιάτης, VIII, 7.
Αὐτόδωρος Ἐπικούρειος, V, 92.
Ἀχαϊκός.
ἐν ἠθικοῖς, VI, 99. [Ꝑ]
Ἀχαῖος.
σατυρικῇ Ὀμφάλῃ, II, 133.
Βίας, I, 85.
ᾀδόμενα, ibid.
Βίων, IV, 47.
ἐν ταῖς διατριβαῖς, II, 77.
ἄλλοι, IV, 58.
Βόηθος, VII, 54. 142.
ἐν τῇ περὶ φύσεως, VII, 148.
ἐν ιά. περὶ εἱμαρμένης, VII, 149.
Γλαῦκος, VIII, 52.
Γλαῦκος ὁ Ῥηγῖνος, IX, 38.
Γλαύκων, II, 124.
Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, VIII, 58.
Δαίδακος ὁ Πλατωνικὸς, I, 30.
Δάμων ὁ Κυρηναῖος, I, 40.
Δείναρχος.
ἐν τῷ πρὸς Ξενοφῶντα ἀποστασίου, II, 52.
Δείνων.
ἐν ε. ἱστοριῶν, I, 8. [ἐν Περσικοῖς, IX, 8. nr. 1. *Longol.*]
Δημήτριος, I, 114. IX, 40.
Δημήτριος ὁ Βυζάντιος, II, 20.

Δημήτριος ὁ Μάγνης, II, 52. 56. 57. VI, 84. 88. X, 13.
ἐν τοῖς ὁμωνύμοις, I, 38. 79. 112. V, 3. 75. 89. VI, 79. VII, 31. 169. 183. VIII, 84. 85. IX, 15. 27. 35. 36.
Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, I, 2. II, 44.
ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ, IX, 15. 37. 57.
ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ, II, 7.
ἐν τῷ περὶ γήρως, II, 13. IX, 20.
Scripta, V, 80.
ἄλλοι, V, 83.
[Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος ἐν τῷ κατὰ σοφιστῶν βιβλίῳ, VIII, 2. nr. 11. *Longol.*]
Δημόδοκος ὁ Ἀλέριος, I, 84.
Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης, I, 22. 23. IX, 41. 44. 72. περὶ ἀτόμων, X, 4. [ἐν τῷ μικρῷ διακόσμῳ, IX, 7. nr. 9. *Longol.*]
Scripta, IX, 46 et sqq.
ἄλλοι, IX, 49.
Δημόκριτος [rectius Δημήτριος.] ὁ Τροιζήνιος, VIII, 74.
ἐν τῷ κατὰ σοφιστῶν βιβλίῳ, ibid.
Δίδυμος.
ἐν συμποσιακοῖς, V, 76.
Διευχίδας.
ἐν ε. Μεγαρικῶν, I, 57.
Δικαίαρχος, I. 40. 41. III, 38. 46. VIII, 40.
ἐν α. περὶ βίων, III, 40.
Δίνων ἐν Περσικοῖς, IX, 50.
Διογένης, VII, 84. 88.
Διογένης ὁ Πτολεμαεὺς, VII, 41.
Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης, IX, 57.
Διογένης ὁ Βαβυλώνιος, VII, 39. 55. 57.
ἐν τῇ περὶ φωνῆς τέχνῃ, VII, 55. 57.
ἐν τῇ διαλεκτικῇ τέχνῃ, VII, 71.
Διογένης ὁ Κυνικὸς, II, 112. VII, 131.
ἐν τῷ ποδάλῳ, VI, 20.
ἐν Θυέστῃ, VI, 73.
Scripta, VI, 80.
ἄλλοι, VI, 81.
Διογένης ὁ Ταρσεὺς, X, 25.
Ἐπιλέκτους σχολὰς ἔγραψεν, ibid.
Διογένης ὁ Ἐπικούρειος.
ἐν τῇ α. τῶν ἐπιλέκτων, X, 96.
ἐν τῷ ε. X, 119.
ἐν τῷ ιβ'. X, 118.
ἐν τῷ ις'. X, 136.
ἐν τῷ κ'. X, 137.
ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Ἐπικούρου ἠθικῶν δογμάτων, X, 118.
Διόδοτος γραμματικὸς, IX, 15.
Διόδωρος.
ἐν α. ἀπομνημονευμάτων, IV, 2.
Διόδωρος ὁ Ἐφέσιος, VIII, 70.
Διοκλῆς, VI, 12. 13. 20. 36. 87. 91. 99. 103. VII, 166. 179. 182. IX, 61. 65. X, 12. [?]
ἐν τοῖς βίοις τῶν φιλοσόφων, II, 54.
Διοκλῆς ὁ Μάγνης ἐν τῇ Ἐπιδρομῇ τῶν φιλοσόφων, VII, 48. 162. X, 11.
Διονύσιος, VIII, 47.
Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, X, 4.
Διονύσιος ὁ Καρχηδόνιος, II, 106.
Διονύσιος ὁ Κολοφώνιος, VI, 100.
Διονύσιος ἐν Κριτικοῖς, I, 38.
Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος, V, 92. VII, 67.
Διονύσιος.
Παρθενοπαίῳ, V, 92.
Διονύσιος ὁ Στωϊκὸς, VI, 43.
[Διονύσιος ὁ Σπίνθαρος, V, 6. nr. 7. *Longol.*]
Διονύσιος ὁ τύραννος ἐν ἐπιστολῇ, IV, 2.
Διονυσόδωρος, II, 42.
Διοσκουρίδης.
ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν, I, 63.
Διότιμος ὁ Στωϊκὸς, X, 3.
Δοῦρις, I, 19. 74. 82. 89. II, 19.
ἐν τῷ β'. τῶν ἱερῶν, I, 119.
ἐν τῷ περὶ ζωγραφίας, I, 38.
Ἑκαταῖος, I, 9.
ἐν τῇ α. περὶ τῆς Αἰγυπτίων φιλοσοφίας, I, 10.
Ἑκάτων, VII, 2. 91. 182.
ἐν τῷ α. τῶν χρειῶν, VI, 32. 95.
ἐν τῷ β'. τῶν χρειῶν, VIII, 26.
ἐν τῷ περὶ τελῶν, VII, 87.
ἐν τῷ α. περὶ ἀρετῶν, VII, 89.
ἐν τῷ γ'. περὶ ἀγαθῶν, VII, 101.

ἐν τῷ ζ΄. περὶ τέλους, VII, 102.
ἐν τῷ β΄. παθῶν, VII, 110.
ἐν ιγ΄. περὶ παραδόξων, VII, 124.
ἐν τῷ γ΄. περὶ ἀρετῶν, VII, 125.
ἐν τῷ β΄. περὶ ἀγαθῶν, VII, 121.
ἐν τῷ ιθ΄. περὶ ἀγαθῶν, VII, 103.
ἐν ταῖς χρείαις, VI, 7. VIII, 72. [¶]
Ἔλευσις.
ἐν τῷ περὶ Ἀχιλλέως, I, 29.
Ἐμπεδοκλῆς, VIII, 59. 61. 65. 66. IX, 73.
προοίμιον πρὸς Ἀπόλλωνα, VIII, 57.
τὰ Περσικὰ, VIII, 57.
ὁ ἰατρικὸς λόγος, VIII, 77.
τὰ περὶ φύσεως, VIII, 77.
Τραγῳδίαι, VIII, 59. 77.
καθαρμοὶ, VIII, 63. 77.
Ἐπίκουρος, IX, 52. X, 139.
βιβλία, X, 27 et sqq.
ἐν ἐπιστολαῖς, VII, 5. 9. X, 8. 11. 14. 30.
ἐν τῷ περὶ τέλους, X, 6. 136.
ἐν τῇ πρὸς τοὺς ἐν Μιτυλήνῃ φιλοσόφους, X, 6. 136.
πρὸς Ἀριστόβουλον (Ἀριστόδημον), VII, 9.
ἐν τῇ πρὸς Λεόντιον ἐπιστολῇ, X, 5. 6.
ἐν τῇ πρὸς Θέμισταν, X, 5.
ἐν τῇ α΄. περὶ φύσεως, X, 39. 40.
ἐν λζ΄. περὶ φύσεως, X, 7. 30. 91. 119.
ἐν τῇ β΄. περὶ φύσεως, X, 73.
ἐν τῷ ια΄. X, 91.
ἐν τῇ ιβ΄. X, 74. 96.
ἐν τῇ ιδ΄. et ιε΄. X, 40.
ἐν τῇ πρὸς Μενοικέα ἐπιστολῇ, X, 29. 122.
ἐν τῷ α΄. Μητροδώρῳ, X, 23.
ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων, X, 136.
ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων καὶ φυγῆς, X, 136.
ἐν τῷ α΄. περὶ βίων, X, 119. 136.
ἐν τῷ β΄. περὶ βίων, X, 119.
ἐν τῷ συμποσίῳ, X, 119.
ἐν ταῖς διαπορίαις, X, 119.
ἐν μεγάλῃ ἐπιτομῇ, X, 39. 40. 73.
ἐν μικρᾷ ἐπιτομῇ, X, 85. 135.
ἐν τῇ πρὸς Ἡρόδοτον ἐπιστολῇ, X, 29. 30. 35.
ἐν ταῖς κυρίαις δόξαις, X, 29. [¶]
[ἐν τῷ περὶ τῆς ῥητορικῆς, X. nr. 7. *Longol.*]
[ἐν Τιμοκράτης γ΄. X. nr. 11. *Longol.*]
πρὸς Ἰδομενέα, X, 22.
ἐν ιβ΄. στοιχειώσεων, X, 44.
ἐν τῇ πρὸς Εὐρύδικον ἐπιστολῇ, X, 13.
Κανὼν, X, 14. 30. 31.
Διαθῆκαι, X. 16 et sq.
πολλοὶ, X, 26.
Ἐπίκτητος, X, 6.
Ἐπιμενίδης.
Scripta I, 111. 112.
ἐπιστολῇ, I, 113.
Ἐπίχαρμος Κωμῳδοποιὸς, III, 9. 10. 13. 16. 17.
Scripta, VIII, 78.
Ἐρασίστρατος, VII, 186.
ἰατρὸς, I, 119. VI, 88. VIII, 47.
Ἐρατοσθένης.
ἐν τῷ περὶ πλούτου καὶ πενίας. IX, 66.
ἐν ή. περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, VII, 5.
ἐν ταῖς ὀλυμπιονίκαις, VIII, 51.
ἐν τοῖς πρὸς Βάτωνα, VIII, 89.
Ἕρμαχος, X, 15.
βιβλία, X, 25.
Ἕρμιππος, I, 72. 101. 117. II, 109. 120. 142. III, 2. IV, 44. V, 41. 67. 78. 91. VI, 2. 99. VII, 184. VIII, 1. 40. 41. 51. 56. 69. 85. IX, 4. 27. 43. X, 2.
ἐν τῷ περὶ Θεοφράστου, II, 55.
ἐν β΄. περὶ Πυθαγόρου, VIII, 10.
ἐν τῷ α΄. περὶ μάγων, I, 8.
ἐν τοῖς βίοις, I, 33. II, 13. V, 2.
ἐν τῷ περὶ τῶν σοφῶν, I, 42.
ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους, V, 1.
ἐν δ΄. περὶ σοφῶν, VIII, 88.
Ἑρμόδωρος, I, 8. II, 106. III, 6.
ὁ Πλατωνικὸς ἐν τῷ περὶ μαθημάτων, I, 2
Εὐάνθης ὁ Μιλήσιος, I, 29.
Εὐβουλίδης, II, 41. VII, 187.
ἐν τῷ περὶ Διογένους, VI, 20.
Εὔβουλος.
ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Διογένους πρᾶσις, VI, 30.

[Εὐδη-

[Εὔδημος, VII, 1. nr. 33.
ἐν τῇ περὶ τῶν ἀστρολογεμένων ἱστορίᾳ, I, 1. nr. 2. *Longol.*]
Εὔδημος ὁ Ῥόδιος, I, 9.
Εὔδοξος ἐν γῆς περιόδῳ, I, 8. VIII, 90.
ἐν τῇ α΄. περιόδων, IX, 83.
Ὀκταετηρὶς, VIII, 87.
πολλοὶ, VIII, 89.
Scripta, VIII, 89.
Εὔδρομος, VII, 39.
ἐν τῇ ἠθικῇ στοιχειώσει, VII, 39.
Εὐθύφρων ὁ Ἡρακλείδε τε Ποντικε, I, 107.
Εὐκλείδης, II, 107.
Εὔμηλος ἐν ε΄. τῶν ἱστοριῶν, V, 6.
Εὔπολις.
ἐν ἀστρατεύτοις, III, 7.
ἐν κόλαξι, IX, 50.
Εὐριπίδης, I, 76. VII, 23. IX, 71.
ἐν τῇ Αὐγῇ, II, 33.
ἐν τῷ Παλαμήδει, II, 44.
ἐν Λικυμνίῳ, III, 63.
ἐν Ἰξίονι, IX, 55.
Μηδείᾳ, II, 134.
Βελλεροφόντῃ, IV, 26.
Ἀνδρομέδῃ, IV, 29.
Φαέθοντι, II, 10.
Εὔφαντος ἐν ἱστορίαις, II, 141.
Εὔφαντος ὁ Ὀλύνθιος, II, 110.
Εὐφορίων, III, 37. IX, 56.
Εὔφορος, I, 40. 41.
Ἔφορος, I, 96. 98.
ἐν κε΄, II, 45. [?]
Ζεῦξις.
ἐν τῷ περὶ διττῶν λόγων, IX, 106.
Ζηνόδοτος ὁ Στωϊκὸς, VII, 30.
Ζήνων ὁ Κιττιεὺς, VI, 91. VII, 108. 110. 120. 148. 149. 157. IX, 72.
βιβλία, VII, 4.
περὶ ἐρωτικῆς τέχνης, VII, 34.
ἐν ταῖς διατριβαῖς, VII, 34.
ἐν τῷ περὶ τε ὅλε, VII, 136. 142. 143. 145. 153.
ἐν πολιτείᾳ, VII, 32. 121 sq. 131.
ἐν τῷ περὶ λόγε, VII, 39. 40.
ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπε φύσεως, VII, 87.
ἐν τῷ περὶ παθῶν, VII, 110.
ἐν τῷ περὶ ἐσίας, VII, 134.
Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, IX, 29. 72.
Σιδώνιος, X, 25.
ὁ Ταρσεὺς, VII, 41. 84.
πολλοὶ, VII, 35.
Ζώϊλος ὁ Περγαῖος, VI, 37.
Ζώπυρος ὁ Κολοφώνιος, VI, 100.
Ἡρακλείδης, I, 25. II, 43. 113. 120. 138. 143. 144. III, 5. 25. 26. VIII, 72.
ἐν τῇ περὶ τῆς ἄπνε, I, 12. VIII, 67.
ἐν τοῖς περὶ νόμων, IX, 50.
ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν τε Σωτίωνος διαδοχῶν, V, 79.
περὶ νόσων, VIII, 51. 60.
ἐν τῇ τε Σωτίωνος ἐπιτομῇ, VIII, 53. IX, 1.
ἐν τῇ τῶν Σατύρε βίων ἐπιτομῇ, VIII, 40. IX, 26.
Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, V, 86 et sqq. VIII, 4.
Ἡρακλείδης ὁ τε Σεραπίωνος, VII, 7. 44. 59.
Ἡρακλείδης ὁ Ταρσεὺς, VII, 121.
Ἡρακλείδης ὁ Φυσικὸς, VIII, 6.
ἄλλοι, V, 93.
Ἡράκλειτος, I, 23. 76. 88. IX, 2. 7. 8 et sqq. 73.
περὶ φύσεως, IX, 6.
ὁ Φυσικὸς, VIII, 6.
πολλοὶ, IX, 17.
Ἥριλλος, VIII, 166.
Ἡρόδοτος, I, 9. 22. VIII, 2. IX, 34.
ἐν τῇ πρώτῃ, I, 9. 95.
ἐν τῷ περὶ Ἐπικέρε ἐφηβείας, X, 4.
Ἡρόδοτος Ταρσεὺς, IX, 116.
Ἡσίοδος, VII, 25. X, 2.
Θαλῆς.
ναυτικὴ ἀστρολογία, I, 23.
ᾀδόμενα, I, 35.
Θεαίτητος ὁ ποιητὴς, IV, 25. VIII, 48.
Θεοδόσιος.
ἐν τοῖς σκεπτικοῖς κεφαλαίοις, IX, 70.
Θεόδοτος.
ἐν τῷ δ΄. τῶν πρὸς Ἐπικέρον, X, 5.

Θεόδω-

Θεόδωρος ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων, II, 65.
περὶ θεῶν, II, 97.
πολλοὶ, II, 103. 104.
Θεόκριτος ὁ Χῖος, V, 11.
Θεόπομπος, I, 109. III, 40. VI, 13.
ἐν τοῖς θαυμασίοις, I, 117.
ἐν τῇ η'. τῶν Φιλιππικῶν, I, 8.
Θεόπεμπτος ἐν Αὐτόχαρι, III, 26.
Θεοφάνης.
ἐν τῷ περὶ γραφικῆς, II, 104.
Θεόφραστος, VIII, 55.
ἐν τῇ πρὸς Φανίαν ἐπιστολῇ, V, 37.
ἐν τῷ Μεγαρικῷ, VI, 22.
ἐν τῇ ἐπιτομῇ, IX, 21.
ἐν τοῖς Φυσικοῖς, IX, 22.
διαθῆκαι, V, 51.
Scripta, V, 42.
Θέων ὁ Τιθωρεὺς ὁ Στωϊκὸς, IX, 82. [?]
Θρασίβουλος.
ἐπιστολῇ, I, 100.
Θράσυλλος aut Θρασύλαος, III, 1. 50. 61. IX, 37.
ἐν τοῖς πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων, IX, 41.
Ἰδομενεὺς, II, 20. 60. III, 36.
ἐν τοῖς περὶ τῶν Σωκρατικῶν, II, 20.
Ἱερώνυμος, I, 17. VIII, 20. 57. 58. IX, 16.
ἐν τῷ περὶ ἐποχῆς, II, 105.
ἐν τῷ β'. τῶν σποράδην ὑπομνημάτων, I, 26. II, 14.
Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος, II, 26.
ὁ περιπατητικὸς, IX, 112.
[Ἱκέτας ὁ Συρακούσιος, VIII, 7. 85.]
Ἰοῦστος ὁ Τιβεριεύς.
ἐν τῷ στέμματι, II, 41.
Ἵππαρχος, IX, 43.
Ἵππαρσος, VIII, 7. 85.
Ἱππίας, I, 24.
Ἱππόβοτος, V, 90. VI, 85. 102. VII, 25. 38. VIII, 43. 51. 69. 72. IX, 5. 40. 115.
ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων, I, 19. II, 88.
ἐν τῇ τῶν Φιλοσόφων ἀναγραφῇ, I, 42.
Ἱπποκράτης, IX, 73.
Ἱππῶναξ, I, 84. 88. 107.
Ἰσίδωρος ὁ Περγαμηνὸς, VII, 34.
Ἰσοκράτης, V, 35.
Ἴστρος, II, 59.
Ἴων ὁ Χῖος, I. 120. II, 23.
ἐν τοῖς τριαγμοῖς, VIII, 8.
Καινεὺς, IV, 2.
Καλλίας.
ἐν πεδήταις, II, 18.
Καλλίμαχος, VIII, 17. IX, 23.
ἐν τοῖς πίναξι, VIII, 86.
ἐν τοῖς Ἰάμβοις, I, 23. 25. 28. 29.
ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν, I, 79. II, 111.
Καρνεάδης, IV, 65. 66.
Κάσσιος ὁ Σκεπτικὸς, VII, 32. 34.
Κέβης, II, 125.
Κερκίδας ὁ Μεγαλοπολίτης ἢ Κρὴς, ἐν τοῖς Μελιάμβοις, VI, 76.
Κλεάνθης, VII, 41. 89. 91. 92. 127. 128. 139. 142. 157.
ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς, VII, 87.
ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτόμων, VII, 134.
ἐν τῷ περὶ χαλκοῦ, VII, 14.
βιβλία 174. VII. et sqq.
Κλεάνθης ὁ Ποντικὸς, IX, 15.
Κλέαρχος, II, 30.
ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ, III, 2.
Κλέαρχος ὁ Σολεὺς ἐν τῷ περὶ παιδείας, I, 9.
Κλέαρχος ὁ Φιλόσοφος, I, 81.
Κλεινόμαχος ὁ Θούριος, II, 112.
Κλείταρχος ἐν τῇ δωδεκάτῃ, I, 6.
Κλειτόμαχος, IV, 67.
ἐν τῷ α'. περὶ τῶν αἱρέσεων, II, 92.
Κλεόβουλος.
ἐπίγραμμα, I, 89.
αἴνιγμα, I, 91.
ἐπιστολὴ, I, 93.
Scripta, I, 89.
Κλεομένης.
ἐν τῷ παιδαγωγικῷ, VI, 75.
Κράντωρ, IV, 24. 25.
περὶ πένθους, IV, 27.
Κράτης Ἀθηναῖος, II, 126. IV, 23.

Κράτης Θηβαῖος, VI. 85. 86. 98.
πολλοὶ, IV, 23.
Κρατῖνος.
ἐν Ἀρχιλόχῳ, I, 12.
ἐν Κλεοβυλίναις, I, 89. [P]
ἐν Πυθαγοριζούσῃ, VIII, 37.
ἐν Ταραντίνοις, ibid.
ἐν τοῖς χείρωσι, I, 62.
Ψευδυποβολιμαίῳ, III, 28.
Κρίνις, VII, 62. 68.
ἐν τῇ διαλεκτικῇ τέχνῃ, VII, 71. 67.
Κρίτων, II, 121.
Κρότων ἐν τῷ Κατακολυμβητῇ, IX, 12.
Κωμικῶν τὶς, II, 108. IV, 20.
Λεκάνδριος ὁ Μιλήσιος, I, 28. 41.
Λεύκιππος, IX, 30 et sqq. 46.
Λέων, III, 62.
Λόβων ὁ Ἀργεῖος, I, 34.
ἐν τῷ περὶ ποιητῶν, I, 112.
Λυκόφρων.
ἐν Σατύροις, II, 140.
Μενεδήμῳ, II, 140.
Λύκων, V, 16.
διαθῆκαι, V, 69.
ἄλλοι, V, 69.
Λυσανίας ὁ Αἰσχρίωνος, VI, 23.
Λυσίας, II, 40.
ἐν τῷ κατὰ Νικίου, I, 15.
κατ᾽ Αἰσχίνου περὶ Συκοφαντίας, II, 63.
Λυσίας ὁ Κεφάλου, III, 25.
Λύσις ὁ Ταραντῖνος, VIII, 7.
ἐν ἐπιστολῇ πρὸς Ἵππαρχον, VIII, 42.
Οἱ τὰ περὶ Μάγων γράψαντες, I, 9.
Μανέθως.
ἐν τῇ τῶν Φυσικῶν ἐπιτομῇ, I, 10.
Μελάνθιος ὁ ζωγράφος.
ἐν τοῖς περὶ ζωγραφικῆς, IV, 18.
Μελέαγρος, VI, 99.
ἐν τῷ β΄. περὶ δοξῶν, II, 92.
Μέλισσος, IX, 24.
Μένανδρος ὁ κωμικός.
ἐν Ἱπποκόμῳ, VI, 83.
ἐν Διδύμοις, VI, 93.
Μένιππος, VI, 99. 100.
ἐν τῇ Διογένους πράσει, VI, 29.
ἄλλοι, VI, 101.
Μηνόδοτος, II, 104. IX, 115.
Μητρόδωρος, IX, 58.
ἐν τῷ περὶ εὐγενείας, X, 1.
ἐν τῷ Τιμοκράτει, X, 136.
βιβλία, X, 24.
Μητροκλῆς.
ἐν ταῖς χρείαις, VI, 33.
Μίμνερμος, I, 60.
Μιύης, I, 27.
Μνησίλοχος, II, 18.
Μνησίμαχος.
Ἀλκμαίωνι, VIII, 37.
Μόλων, III, 34.
Μόνιμος, VI, 83.
Μουσαῖος, I, 3.
Μυρωνιανὸς Ἀμαστριανὸς, IV, 8.
ἐν ὁμοίοις, III, 40. [I, 10. nr. 12. et IV, 2. nr. 5. *Longol.*]
ἐν τοῖς ἱστορικοῖς κεφαλαίοις, X, 3.
ἐν τῷ α΄. τῶν ἱστορικῶν ὁμοίων κεφαλαίων, IV, 14. V, 36.
Ναυσιφάνης, IX, 102.
Νεάνθης, III, 3. 4. VI, 13. VIII, 55. 58.
Νεάνθης Κυζικηνὸς, I, 99. III, 25. VIII, 72. IX, 4.
Νεόφρων ὁ Σικυώνιος, II, 134.
Νικόλαος, X, 4.
Νικομήδης, IX, 15.
Νικόμαχος, VIII, 88.
Νικόστρατος ὁ Κλυταιμνήστρα, IV, 18.
Νουμήνιος, IX, 68. 102.
Ξάνθος, VI, 101.
ἐν τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέους, VIII, 63.
ὁ Λυδὸς, I, 2. [P]
Ξενοκράτης, IV, 11 et sqq. IX, 19.
Scripta, IX, 18. 19.
ἄλλοι, IV, 15.
Ξενοφάνης, I, 23 IX, 72.
ἐν ἐλεγείᾳ, VIII, 36.
ἄλλος, IX, 20.
Ξενοφάνης, ὁ Κολοφώνιος, I, 111.

Ξενοφῶν,

Ξενοφῶν, II, 29. 45.
ἐν Συμποσίῳ, II, 31. 32. VI, 14.
ἐν Σωκράτους ἀπολογίᾳ, III, 34.
ἐν Κύρου παιδείᾳ, III, 34.
ἠθικὰ ἀπομνημονεύματα, III, 34.
Scripta, II, 57.
Ὀλυμπιόδωρος ὁ Ἀθηναίων προστάτης, VI, 23.
Ὅμηρος, I, 90. III, 7. VI, 85. VIII, 74. IX, 67.
Ὀνησίκριτος, VI, 84.
Ὀνήτωρ, II, 114.
ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Εἰ χρηματιεῖται ὁ σοφὸς, III, 9.
Ὀρφεὺς, I, 5.
Παμφίλη, I, 24. 68.
ἐν ὑπομνήμασι, I, 90.
ἐν λβ΄. ὑπομνημάτων V, 36.
ἐν β΄. ὑπομνημάτων I, 76.
ἐν ε΄. ὑπομνημάτων I, 98.
ἐν η΄. ὑπομνημάτων II, 24.
ἐν κε΄. ὑπομνημάτων III, 23.
Παναίτιος, II, 64. III, 37. VII, 41. 92. 142. 163.
ἐν τῷ περὶ τῶν αἱρέσεων, II, 87.
ὁ Στωϊκὸς ἐν τῷ περὶ εὐθυμίας, IX, 20.
Παρμενίδης, I, 107. IX, 22. 23.
ἄλλος, IX, 29.
Πασιφῶν ὁ Ἐρετρικὸς, II, 61. VI, 73.
Παυσανίας Ἡρακλειτιστὴς, IX, 15.
Πεισίστρατος ὁ Ἐφέσιος, II, 60.
Πεισιστράτου ἐπιστολαὶ, I, 53.
Περίανδρος.
ἐπιστολαὶ, I, 99.
Περσαῖος, II, 61. VII, 120.
ἐν ταῖς ἠθικαῖς σχολαῖς, VII, 28.
ἐν ὑπομνήμασι συμποσιακοῖς, VII, 1.
Scripta, VII, 36.
οἱ περὶ Πινάκων γράψαντες, VII, 188.
Πίττακος.
ᾄδομενα, I, 78.
ἐπιστολαὶ, I, 81.
Scripta, I, 79.
Πλάτων, I, 29. 41. 77. 99. VII, 131. IX, 72.
ἐν Μένωνι, II, 38.
ἐν Πρωταγόρᾳ, I, 108. IX. 50. 55.
ἐν Θεαιτήτῳ, II, 18. 29. IX, 50. 55.
ἐν Συμποσίῳ, II, 28. III, 34.
ἐν Εὐθυδήμῳ, II, 30. IX, 52.
ἐν τῷ σοφιστῇ, IX, 25.
ἐν Ἀπολογίᾳ, II, 39. 45. III, 34.
ἐν Φαίδωνι, II, 42.
ἐν τῷ περὶ ψυχῆς, II, 65. III, 36.
ἐν Ἀντερασταῖς, III, 4. IX, 36.
ἐν Φαίδρῳ, III, 25. 38.
ἐπιγράμματα, III, 29 et sqq.
διαθῆκαι, III, 41.
ἠθικὰ ἀπομνημονεύματα, III, 34.
ἐν πολιτείᾳ, III, 34. VIII, 83.
νόμοι, III, 34.
ἐν Λύσιδι, III, 35.
ἐν Παρμενίδῃ, IX, 23. 25.
Scripta, III, 57 et sqq.
Πλάτωνες πολλοὶ, III, 109.
Πλούταρχος, IX, 60.
ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ καὶ Σύλλα, IV, 4.
Πολέμων, II, 104. III, 46. IV, 18. V, 85. [?]
Πολύαινος, II, 105.
Πολύκριτος ὁ Μενδαῖος.
ἐν τῷ α΄. τῶν περὶ Διονύσου, II, 63.
Πολύευκτος ὁ Ῥήτωρ, VI, 23.
Ποσείδιππος, VII, 27. [ἐν μεταφερομένοις, VII, 1. nr. 24. *Longol.*]
Ποσειδώνιος, VII, 39. 41. 62. 84. 92. 142. 157. IX, 68.
ἐν γ΄. περὶ μετεώρων, VII, 135.
ἐν ιζ΄. περὶ μετεώρων, VII, 144.
ἐν τῇ μετεωρολογικῇ στοιχειώσει, VII, 138. 152.
ἐν τῷ περὶ Θεῶν, VII, 139. IX, 51.
ἐν τῷ α΄. περὶ θεῶν, VII, 148.
ἐν τῷ ιγ΄. περὶ θεῶν, VII, 138.
ἐν τῷ α΄. τοῦ Φυσικοῦ λόγου, VII, 134.
ἐν τῷ ς΄. τοῦ Φυσικοῦ λόγου, VII, 145.
ἐν τῷ η΄. τοῦ Φυσικοῦ λόγου. VII, 153. 154.
ἐν ιε΄. τοῦ Φυσικοῦ λόγου. VII, 140.
ἐν ιβ΄. τοῦ Φυσικοῦ, VII, 149.
ἐν β΄. περὶ εἱμαρμένης, VII, 149.

ἐν τῷ περὶ κριτηρίου, VII, 54.
ἐν τῇ περὶ λέξεως εἰσαγωγῇ, VII, 60.
ἐν τῷ περὶ τελῶν, VII, 87.
ἐν τῷ περὶ μαντικῆς ε. VII, 149.
ἐν τῷ ά τοῦ Ἠθικοῦ λόγου, VII, 91.
ἐν τοῖς προτρεπτικοῖς, VII, 91. 129.
ἐν τῷ ά. περὶ καθηκόντων, VII, 124. 129.
ἐν τῷ β΄. τοῦ φυσικοῦ λόγου, I, 134. 140.
ἐν τῷ ά. περὶ κόσμου, VII, 142.
ὁ Στωϊκὸς, X, 4.
Ποταμίλλα, VIII, 63.
Ποτάμων ἐν στοιχειώσει, I, 21.
Πραξιφάνης, III. 8.
Πραΰλος.
Πρωταγόρας, IX, 54.
ἐν ἀντιλογικοῖς, III, 37.
Scripta, IX, 54.
ἄλλοι, IX, 56.
Πτολεμαῖος.
Πυθαγόρας, VIII, 6. 7.
τὰ περὶ Σκύλλης, VIII, 47.
ἐπιστολὴ, VIII, 49.
Libri, VIII, 7. 13.
ἄλλοι, VIII, 46.
Σαβῖνος περὶ μελετητικῆς ὕλης δ΄. III, 47.
Σάτυρος, I, 68. 82. II, 26. III, 8. VIII, 59. 60.
ἐν τοῖς βίοις, II, 12. VIII, 53. 58.
ἐν τῷ δ΄. τῶν βίων, VI, 80.
βίων ἐπιτομή. Vide Ἡρακλείδης.
Σέλευκος.
ἐν ά περὶ φιλοσοφίας, III, 109.
ὁ Γραμματικὸς, IX, 12.
Σέξτος, IX, 87.
ὁ ἐμπειρικὸς, IX, 116.
ἐν τῶν Σκεπτικῶν δέκα βιβλίοις, IX, 116.
Σειληνός.
ἐν τῇ ά. τῶν ἱστοριῶν, II, 12.
Σιμμίας, II, 144.
Σίμων, II, 122. 123.
πολλοὶ, II, 122. 123.
Σιμωνίδης, I, 76. 90. IV, 5. 45. VIII, 65.
Σκυθῖνος ὁ τῶν Ἰάμβων ποιητὴς, IX, 16.
ὁ Στωϊκὸς, IX, 16.
Σόλων.
ἐλεγεῖα, I, 47. 49. 50. 52.
ᾀδόμενα, I, 61.
ἐπιστολαὶ, I, 64.
Scripta, I, 61.
Σόφιλος ἐν γάμοις, II, 120.
Σοφοκλῆς Οἰνομάῳ, IV, 35. [?]
Σπεύσιππος ἐν τῷ περὶ Φιλοσόφων, IX, 23.
ἐν τῷ Πλάτωνος περιδείπνῳ, III, 2.
Scripta, IV, 4.
ὁ ἰατρὸς, IV, 5.
Σπίνθαρος, V, 92.
Στησικλείδης ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ, II, 56.
Στίλπων, II, 120.
Στράτων, V, 58. διαθῆκαι, V, 62.
ἄλλοι, V, 61.
Σφαῖρος, VII, 159. IX, 15.
Scripta, VII, 179.
Σωσίβιος ὁ Λάκων, II, 115.
Σωσίθεος ὁ ποιητὴς, VII, 172.
Σωσικράτης, I, 38. 49. 68. 75. 95. 106. VII, 163.
ἐν διαδοχαῖς, VIII, 8.
ἐν γ΄. διαδοχῶν, VI, 13.
Σωσικράτης ὁ Ῥόδιος, II, 84.
Σώφρων ὁ Μιμογράφος, III, 18.
Σωτίων, I, 98. IX, 5. 18. 20. 21. 115.
ἐν β΄. τῶν διαδοχῶν, II, 74.
ἐν β΄. / ἐν κγ΄. / ἐν τῷ δ΄. / ἐν τῷ ή. / ἐν τῷ ζ΄. } τῆς διαδοχῆς { I, 1. 6. / VI, 26. / VIII, 183.
ἐν διαδοχαῖς, V, 86. VIII, 86.
ἐν τῇ διαδοχῇ τῶν Φιλοσόφων, II, 112.
ἐν τῷ ιά. IX, 110.
ἐν τοῖς ιβ΄. τῶν ἐπιγραφομένων Διοκλείων ἐλέγχων, X, 4.
Ταρσικοὶ, IV, 58.
Τηλαυγής.
ἐπιστολὴ, VIII, 53. 74.
ἐν τῇ πρὸς Φιλόλαον, VIII, 53.
Τίμαιος, VIII, 10. 60. 66. 71.

ἐν

ἐν ιέ. τῶν ἱςοριῶν, VIII, 51.
ἐν δ'. VIII, 71. 72.
ἐν τῇ ά. καὶ β'. VIII, 66.
ἐν τῇ θ'. VIII, 54.
ἐν τῇ ιή. VIII, 60.
ἐν τῇ β'. I, 114.
ἐν ί. τῶν ἱςοριῶν, VIII, 11.
Τιμόθεος ὁ Ἀθηναῖος.
ἐν τῷ περὶ βίων, III, 5. IV, 4. V, 1. VII, 1.
Τιμοκράτης, X, 4.
ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις εὐφραντοῖς, X, 6.
ἐν τῷ γ'. X, 23.
ἐν τῷ Δίωνι, V, 1. 2.
Τίμων, II, 55. 62. 66. 107. 126. III, 26. IV, 33. 34. 42. 67. V, 11. VII, 16. 161. 170. VIII, 67. IX, 6. 18. 23. 25. 40. 52. 69. 102. 107. X, 2.
ἐν Σίλλοις, I, 34. II, 6. 19. VII, 15. VIII, 36. IX, 65. 112.
ἐν τῷ Πύθωνι, IX, 65. 67. 76. 105.
ἐν τοῖς Ἰνδαλμοῖς, IX, 67. 105.
ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεων, IX, 105.
ἐν τοῖς Ἰάμβοις, IX, 110.
Ἀρκεσιλάε περιδείπνῳ, IX. 115.
Scripta, IX, 110. 111.
Φαβωρῖνος, III, 37. V, 41. IX, 29.
ἐν παντοδαπῇ ἱςορίᾳ, II, 1. 11. 20. 38. 40. III, 3. 19. IV, 54. 63. V, 5. 9. 77. VI, 25. 73. VIII, 15. 83. IX, 34. 50. 87.
ἐν ή. παντοδαπῆς ἱςορίας, III, 24. VIII, 47. [P]
ἐν ά. ἀπομνημονευμάτων, I, 79. II, 23. 39. 40. III, 19. 25. V, 76. IX, 20.
ἐν τῷ β'. ἀπομν. etc. IV, 5. VI, 89.
ἐν γ'. ἀπομνημονευμάτων, III, 40. VIII, 12.
ἐν τῷ έ. ἀπομν. etc. III, 62. IX, 23.
ἐν ἀπομνημονεύμασι, III, 48. VIII, 53. 73. 90.
Φαίδων, II, 105.
Φανίας ὁ Ἐρέσιος, II, 65.
ἐν τῷ περὶ Σωκρατικῶν, VI, 8.
ἐν τῷ ά. τῶν Ποσειδωνίων σχολῶν, VII, 41.
Φανόδικος, I, 31. 82. 83.
Φερεκύδης ὁ Σύριος, I, 119.
ἐν ἐπιςολῇ, I, 122.
Φιλήμων ὁ Κωμικὸς, VI, 87.
ἐν φιλοσόφοις, VII, 27.
Φίλιππος ὁ Μεγαρικὸς, II, 113.
Φίλισκος ὁ Αἰγινήτης, VI, 73.
Φίλιππος ὁ Ὀπέντιος.
Ἐπινομὶς, III, 37.
Φιλόλαος, VIII, 84.
Φιλόδημος, X, 24.
ὁ Ἐπικέρειος ἐν τῷ ί. τῆς τῶν φιλοσόφων συντάξεως, X, 3.
Φιλόχορος, II, 44. IX, 55.
Φίλων, III, 40. ὁ Ἀθηναῖος, IX, 67.
Φλέγων.
ἐν τῷ περὶ μακροβίων, I, 111.
Φρύνιχος, IV, 20.
Φύλαρχος, IX, 115.
Φυσικῶν τις, X, 90.
Φῶκος.
ναυτικὴ ἀςρολογία, I, 23.
Χαμαιλέων, III, 46. V, 92.
Χίλων.
Χοίριλος, I, 24.
ἐπιςολὴ, I, 73.
Χρύσιππος, VII, 57. 62. 65. 68. 79. 84. 89. 92. 102. 127. 129. 151. 157.
ἐν ά. παροιμιῶν, VII, 1.
τῷ περὶ πολιτείας, VII, 131. 138.
ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ὅροις, VII, 67.
τῷ ά. τῶν Φυσικῶν, VII, 29. 134. 136. 141. 142.
τῇ ιβ'. περὶ ψυχῆς, VII, 50.
ἐν τῇ ιβ'. τῶν Φυσικῶν, VII, 54.
ἐν τῇ β'. τῶν Φυσικῶν, VII, 55. 157.
ἐν τῷ περὶ ὅρων, VII, 60.
τῷ ά. περὶ λόγε, VII, 39. 54.
ἐν ταῖς διαλεκτικαῖς τέχναις, VII, 71.
ἐν τῷ ά. περὶ τελῶν, VII, 84. 87. 91.
ἐν τοῖς περὶ τε καλε, VII, 101. 128.
ἐν τοῖς περὶ ἡδονῆς, VII, 103.
ἐν τῷ περὶ παθῶν, VII, 110.
ἐν τῷ ά. περὶ βίων, VII, 121. 129.
ἐν τῷ περὶ τε κυρίως κεχρῆσθαι Ζήνωνα ὀνόμασι, VII, 122.

ἐν τῷ δ΄. τῶν ἠθικῶν ζητημάτων, VII, 130.
ἐν τῷ α΄. περὶ δικαιοσύνης, VII, 129.
ἐν τῷ περὶ ἔρωτος, VII, 130.
ἐν τῷ ια΄. περὶ θεῶν, VII, 148.
ἐν τῷ α΄. περὶ ἀρετῶν, VII, 125. 127.
ἐν τῷ περὶ κενȣ̃, VII, 140.
ἐν τοῖς περὶ εἱμαρμένης, VII, 149.
ἐν τῷ β΄. περὶ Μαντικῆς, VII, 149.
ἐν γ΄. τῶν φυσικῶν, VII, 150. 151.
περὶ τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων, VII, 187.
ἐν τῷ περὶ τῶν μὴ δι᾽ ἑαυτὰ αἱρετῶν, VII, 188.
ἐν τῷ γ΄. περὶ δικαίȣ, VII, 188.
ἐν τῷ β΄. περὶ βίȣ καὶ πορισμȣ̃, VII, 188.
ἐν τῷ α΄. περὶ προνοίας, VII, 139. 142.
Ἐπιστόλια, X, 3.
Scripta, VII, 190 et sqq.
ἄλλοι, VII, 186. [⁋]

CAPVT XXIV (olim XX)

DE OPPIANO

I. *Oppiani aetas.* II. Ἁλιευτικὰ *et* Κυνηγετικά. III. *Horum codd. et editiones.* IV. *Vbi et de Graecis in illa scholiis.* Ἰξευτικὰ *et Eutecnii paraphrasis.*

[Cum supplementis *G. C. Harles.*]

I.

OPPIANVS [a]), Anazarbeus [b]), Cilix, matre Zenodota, patre Agesilao, viro opulento et philosophiae dedito, qui, quum imperatori, L. Septimio Seuero Anazarbum venienti, cum reliquis ciuibus obuiam ire neglexisset, ab eo in insulam maris Adriatici Meliten siue Maltam relegatus est. Filius a patre in bonis litteris enutritus eiusque in exsilio comes animum ad poesin adpulit et poema de piscatione obtulit siue eidem imperatori Seuero, vt *Sozomenus* [c]) auctor est, siue, vt alii [d]) testantur, et inspectio [⁋] ipsa poematis euincit, Antonino

a) Alius *Oppianus* ad quem M. Varronis litterae apud Gellium lib. XIV. cap. 7. Alius item malus poeta, Oppianus, quem non vno in loco perstringit Martialis.

b) Sic auctor anonymus graecus vitae Oppiani: vt adeo Anazarbi incolas intelligat poeta 3. ἁλιευτ. v. 205 sq. quos distinguere videtur ab incolis Corycii, (quae hodie Turcis Carachifar siue Churoho,) quam Oppiani patriam faciunt Suidas et alius vitae eius auctor, [aliusque in cod. Matrit.] respicientes forte ad 3. ἁλιευτ. v. 8 sq. *Fabric.* Sed quam parum fidei tribuendum sit nugatori illi graeco, anonymo auctori vitae Oppiani, docet cl. *Schneider.* post praefat. suae edit. pag. XXVII. *Harl.*

c) Praefat. ad hist. eccles. Theodosio iuniori inscriptam: Τοιȣ̃τος πάλαι ἐγένετο Σεβῆρος ὁ Καῖσαρ περὶ Ὀππιανὸν τὸν ἐν τοῖς μέτροις τῶν ἰχθύων τὰ γένη καὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν θήραν ἀφηγησάμενον μετρίας ποιήσεως χρυσȣ̃ν κατὰ στίχον Ὀππιανῷ δωρησάμενος, ὡς χρυσᾶ ἔπη τὰ τȣ̃ Ὀππιανȣ̃ εἰς ἔτι νῦν παρὰ τοῖς πολλοῖς ὀνομάζεσθαι.

d) Suidas etc. Sane Antoninum adloquitur lib. I. de piscibus v. 3. γαίης ὕπατον κράτος Ἀντωνῖνε. Vtrumque vero et Seuerum et Antoninum lib. II. v. 683. Ἄμφω θεσπέσιός τε πατὴρ καὶ φαίδιμος υἱὸς ἐκ τῶν μοι γλυκὺς ὅρμος ἀνακτορίης πεπέτασαι, et lib. IV. v. 5. αὐτός τ᾽ Ἀντωνῖνε καὶ υἱέος ἠγάθεον κῆρ. Sic lib. I. Cyneget. v. 3. Αὐσονίȣ Ζηνὸς γλυκερὸν θάλος Ἀντωνῖνε, vbi per *Ausonium Iouem* ipsi Seuerus adhuc viuens intelligitur. Caracalla a Seuero in regni consortium adscitus est a. C. 198. obiit a. 211. Fallitur enim Syncellus, qui pag. 352. 353. Oppianum refert ad tempora M. Aurelii Antonini, philosophi. *Fabric.* Küster ad Suidam II. voc. Ὀππιανός, p. 703. verba Suidae ἐπὶ Μάρκȣ

nino Caracallae, eius filio, verum superstite adhuc Seuero patre, in ludis saecularibus [e]) anno Christi 204. illique elegantiam ingenii sui ita probauit, vt non modo remissionem exsilii parenti impetraret, sed et pro singulis versibus, (vicies mille [f]) fuisse Suidas testatur, aureos inde dictos,) praemii loco ab imperatore ferret singulos numos aureos. In patriam reuersus exstinctus est, non diu post grassante pestilentia, quum annum aetatis non vltra tricesimum adtigisset, monumento illius post mortem hoc fuit inscriptum epigramma:

Ὀππιανὸς κλέος εἷλον ἀοιδέων [g]), ἀλλά με μοίρης
Βάσκανος ἐξήρπασε [h]) μίτος, κρυερός δ' ἀΐδης τε [i]).
Καὶ νέον ὄντα κατέσχε τὸν εὐεπίης ὑποφήτην,
Εἰ δὲ πολύν με χρόνον ζωῆς [k]) μίμνειν φθόνος αἰνὸς
Εἴασεν, οὐκ ἄν μοι τις ἴσον κλέος [l]) ἔλλαχε φωτῶν.

Quod ita vtcumque transtuli, quum acumen poetae in primis duobus versibus ab aliis interpretibus praeteritum videam [m]):

Oppianus palmam vatum rapui, inuida sed me
Fati immaturo rapuit vis funere in orcum;
Ac iuuenem me morte tenet suadaeque sequestrem.
Nempe pepercisset nostris liuor malus annis,
Nulli hominum mecum par gloria lausque fuisset.

[E P I M E T R O N.

Saxius quoque in Onomast. I. pag. 344. collocat Oppiani aetatem in a Chr. 204. eiusque tumulo incisum epigramma, notat, superesse apud *Murator.* DCCXXVII. 1. qui quidem id repetiit ex cod. msto bibl. Ambrosianae cum iisdem vitiis, quae vulgatos obsident codd. atque in vita Oppiani graece scripta apud Rittershus. quaedam vocabula aliter leguntur. Sed contro-

κα Ἀντωνίνα intelligit de *Caracalla*, quem in nummis veteribus *Marcum Antoninum* interdum adpellari constet; et sub eo floruisse Oppianum scribit. Sed confer, quae ex Schneideri notis paullo post adnotata sunt. *Harl.*

e) Hoc *Scaliger.* ad Euseb. pag. 222. colligit ex lib. II. ἁλιευτ. v. 685. πολλαῖς ἐν δεκάδεσσιν ἑλισσομένων ἐνιαυτῶν, quae saeculi romani descriptio est ex decem ἐν δεκάδεσσι annorum constantis. Et quamquam *Tillemontius* tom. III. hist. imperator. pag. 229. illam coniecturam Scaligeri leuissimam vocat, nihil tamen adfert, qua illa infringatur. Ibidem ait, in graeca Oppiani vita tradi quaedam, quae defendi nequeant. Neque tamen subiungit certa, quibus fides illis detrahatur, argumenta.

f) Videtur Suidas computasse omnes versus omnium poematum Oppiani: nam quinque libri Halieuticon non plures continent versus, quam 3648. *Fabric.* Quod de dono splendidissimo traditur, ad vnum de piscatione carmen pertinere, ex Sozomeno et ipso scriptore vitae Oppiani clarum esse, monet *Schneider* l. mox memorando pag. 348. Et nollem, ait, Rittershusius ac Windingius ingenium digitosque in supputandis rationibus Suidae contriuissent, quum fere omnia, quae de Oppiano traduntur, dubia et incerta sint. adde eumdem ad vitam gr. Oppiani pag. XXIX. *Harl.*

g) ἀέθλων, *Schneider*, qui id epigramma e codd. dedit emendatius in gr. vita Oppiani pag. XXVI. ἀοιδῶν, *Rittershus. Harl.*

h) ἐξήρπαξε, *Schneid. Harl.*

i) κρ. τ' Ἀΐδας με, *Rittershus.* et *Schn. Harl.*

k) ζωὸν, *Schneid.* et *Rittershus. Harl.*

l) γέρας, *Schneid.* et *Rittershus. Harl.*

m) Aliam versionem metr. dedit *Rittershus.* in prooemio edit. ipsius de vita, ingenio, carminibusque Oppiani et dicendi genere, quod valde celebrat, praemisso. *Harl.*

controuerſia, quae de Oppiani aetate magna eſt, facile componitur, ſi cum *Schneidero* V. C. (vti iam in Introd. in hiſt. L. Gr. I. vbi pag. 225 ſqq. de Oppiano egi paullo fuſius, adnotaui,) auctorem carminis de piſcatione, fuiſſe ab eo, qui de venatione verſus pepigit, omnino diuerſum ſtatuimus. Ille quidem in animaduerſſ. ad libr. I. de venatione pag. 345 ſqq. multus de aetate Oppiani, demonſtraſſe ſibi videbatur, Oppianum verſ. 10. de venat.

τῷ ῥα πατὴρ, κρατερῇσι πονησάμενος παλάμῃσι,

(vbi olim legebatur τόν ῥα - μεγάλῃσι etc.) h. e. *cui pater orbis imperium habere dedit, quod ipſe validis lacertis acquiſierat,* reſpexiſſe bella ciuilia Seueri, quibus quum *Albinum* denique, imperii aemulum, viciſſet, et paullo poſt, bello Parthico profligato, Cteſiphontem cepiſſet, filium maiorem, *M. Aurelium Antoninum* primum a. V. C. 951. circa hiemem imperii participem fecit, Oppianum igitur hoc de venatione carmen paullo poſt ea tempora ſcripſiſſe videri, viuo adhuc Seuero, qui demum a. V. C. 964. d. 4. Febr. obiit. Tum, poſtquam Tillemontii, Fabricii, Scaligerique ſententias examinauit, addito teſtimonio innominati auctoris, qui vitam Oppiani ſcripſit, haud quidem certo tutoque, et multis de varietate lectionis et de diſſenſu veterum, cui imperatori Oppianus poemata ſua dedicarit, in medium prolatis, ait, ſatis adparere, mirifice falli cum Scaligero Voſſium, qui in libro de poetis graecis pag. 221. ſcripſit, Caracallae ἁλιευτικὰ dedicata fuiſſe, viuo adhuc Seuero patre, Cynegetica vero eidem, mortuo patre. Contra adfirmat, carmen de venatione ab Oppiano, niſi paene puero adhuc, et germanae indolis linguae graecae prorſus ignaro, ſcribi non potuiſſe. „Comparent, ait, quaeſo viri intelligentes, et graecae linguae probe periti elegantiam librorum de piſcatione, cum duritie, fere dixerim barbarie dictionis, quae per quatuor reliquos Cynegeticorum libros vbique magis latinae linguae indolem, quam graecae dictionis natiuum et germanum nitorem prae ſe fert; conſiderent vniuerſi operis totiusque de venatione diſciplinae partes, quam male ſtructae, quam inepte verbis et ſententiis coniunctae ſint, nec, credo, dubitabunt, ſententiae noſtrae accedere.“ Verum pag. 404. ad libr. III. de piſcatione vulgarem ſententiam omnino damnat, et diſerte pronuntiat, auctorem carminis *de venatione* Apamea oriundum, (quam patriam ſuam ipſe libro II. v. 27. clare indicat,) qui, imperante Caracalla Seueri filio ſcripſerat, plane diuerſum eſſe ab *Oppiano, Halieuticorum auctore,* qui ſub Marco Antonino eiusque filio Commodo, (cuius tamen vltimum imperium non adtigit,) in viuis fuit, et carmen ſuum de piſcatione iisdem dedicauit: quod iam olim Euſebius et Suidas adfirmarunt. Argumentum ducit ex eo, quod *Athenaeus,* (qui M. Antonini aetate vixit,) lib. XII. pag. 537. Commodum aequalem ſibi nominat, τὸν καθ' ἡμᾶς Κόμμοδον· libro vero I. pag. 13. *Oppianum,* Halieuticorum ſcriptorem, Cilicem, paullo ante ſuam aetatem ſcripſiſſe adfirmat his verbis, τὸν ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν γενόμενον Ὀππιανὸν Κίλικα. Suam ille V. D. ſententiam vberius exponit et potiſſimum probat ex inſigni per vtrumque carmen ingenii dictionisque diuerſitate cum in toto corporis habitu, tum in ſingularum partium conformatione; quae diuerſitas tanta illi videtur, vt nulla vmquam ratione a ſenſu iudicioque ſuo impetrare potuerit, vt libros de Venatione et Piſcatione ab eodem auctore profectos eſſe crederet. Quae poſtquam paullo latius explanauit, (et ego magnam illius iudicii partem iam repetii in Introd. l. c. pag. 230 ſq.) ingenioſe oſtendit, vnde nata ſit manifeſta ſimilitudo, quae plurimis ſane locis cum in ſingulorum verborum forma et vſu, in quibus nonnulla ſunt a vulgari conſuetudine remota, tum in quibusdam ſententiarum figuris, quatuor de Venatione

tione libris cum carmine de Piscatione intercedit. Schneiderus tamen grauem nactus est aduersarium, *Belin de Ballu*, qui in prolegom. ad suam edit. ope duarum emendationum ex duplici Oppiano vnum, qui Seueri et Caracallae temporibus vixerit, restituisse sibi videtur. Sed conf. censorem in Bibliothek der alten Litteratur und Kunst, part. III. Gotting. 1788. 8. pag. 78 sqq. — Idem *Schneider*, V. D. post praefat. pag. XXVI sqq. posuit vitam gr. ab auctore innominato profectam, et varie ex variis codd. proditam de pluribusque exemplis in vnum redactam, spuriis multis et plane ineptis, quae sequior aetas breui scriptiunculae adstruxerat, omissis: eamque notis illustrauit criticis. Sub harum finem, „verbum, inquit, adhuc addam de vita Oppiani, quam a *Fr. Rostgardo* Parisiis in biblioth. publ. ex cod. nr. MCCXIX. descriptam cum Ixeuticis edidit *Erasmus Windingius*. A *Constantino Manasse* n) profectam esse, ex inspectione codicis vetusti sibi constare, ait *d'Orville*, qui multis locis exemplum *Windingii* eximie emendauit Obss. miscell. vol. IV. pag. 376. Habebat eam etiam cod. regius nr. MMDCCXXXVII. manu Angeli Vergitii scriptus, quem apud Brunckium inspeximus; sed nullibi auctoris nomen adparet; scriptura vero vt plurimum cum codice, a *d'Orvillio* inspecto, conuenit. Est tamen in bibl. regia codex nr. MMDCCXXXVI. qui vitam Oppiani cum hoc indice praefert: Κωνϛαντίνȣ τȣ̃ Μανασῆ γένος Ὀππιανȣ̃ διὰ ϛίχων πολιτικῶν ἐμμέτρων." Sed haec sufficiant ad supplenda ea et emendanda, quae Fabricius noster de vno Oppiano et de auctore vitae Oppiani scripserat. *Harl.*]

II. Exstant huius Oppiani carmine heroico scripti ἉΛΙΕΥΤΙΚΩ͂Ν o) siue *de Piscatione libri quinque* ad imperatorem Antoninum Caracallam: et ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΩ͂Ν siue *de Venatione*

n) Vide paullo post tradita de cod. Veneto.

o) Alios huius argumenti scriptores laudat *Athenaeus* lib. I. pag. 13. *Suidas* in Κιχίλιος, vbi Seleucum Tarsensem refert inter eos, qui ἁλιευτικὰ scripserunt prosa. At in Σέλευκος testatur, Seleucum Emisenum scripsisse libros quatuor ἁλιευτικῶν carmine epico. [conf. Schneid. praef. p. XXIII sq.] Plures memorant *Lilius Gyraldus* dialogo 4. de poetis, et *Rittershusius* in prolegomenis ad Oppianum. *Damostrati* libros viginti ἁλιευτικῶν citant *Aelianus* lib. XIII. cap. 21. lib. XV. cap. 19. [et *Eudocia* pag. 128. adde de eo et de *Agathocle*, Atracio, qui idem argumentum oratione prosaica tractauerat, atque Aeliani aetatem praecessisse videtur, *Schneid.* praef. pag. XXIV sq. *Harl.*] Scriptoribus Cynegeticon, ab eodem Rittershusio memoratis, addendus *Arrianus*, Nicomediensis, de quo supra. Versus postremus ἁλιευτικῶν Oppiani apud Suid. in Ἀσφάλιος. Halieutica Oppiani memorat *Athenaeus* lib. I. dipnosophist. pag. 13. laudans τὸν ὀλίγω πρὸ ἡμῶν γενόμενον Ὀππιανὸν τὸν Κίλικα. *Hieronymus* in Chron. sub M. Antonino, philosopho, quem perperam ponit pro Antonino Caracalla. *Oppianus Cilix poeta agnoscitur, qui Halieutica miro splendore scripsit.* Idem in Ezech. 47. *Aiunt autem, qui de animantium scripsere naturis et proprietate, qui ἁλιευτικὰ tam latino quam graeco docuere sermone, de quibus Oppianus Cilix est poeta doctissimus, centum quinquaginta tria esse genera piscium* etc. Omitto iuniores grammaticos graecos, qui dictis Oppiani passim vtuntur, tantum noto memoria lapsum Rittershusium, qui in prooemio de vita Oppiani †† 8. b. adfirmat, Oppiani carmina laudari etiam ab Aeliano περὶ ζώων ἰδιότητος. Philen enim dicere voluit, qui Oppianum passim sequitur, licet nomine tenus, quod memini, numquam Oppianum compellat. Commentario Halieutica illustrauit *Iohannes Tzetzes*, in vsum filii sui, vt praemissi ab eo Iambi testantur. Hunc, vel excerpta saltem eius inter scholia graeca ad halieutica ex tribus codd. MSS. collecta edidit in sua Oppiani editione Conradus Rittershusius. Paraphrasis graeca in Halieutica concinnata ab *Eutecnio*, sophista, hactenus lucem non adspexit. *Iohannis* vero *Diaconi Galeni* scholia graeca in Oppianum de Piscibus, quae MSta memorat *Labbeus* bibl. nou. MSS. pag. 111. haud diuersa esse videntur ab iis, quae Rittershusius edidit.

Venatione libri quatuor, ita, vt *quintus* siue [₱] postremus interciderit[p]). Nam de hoc argumento quoque illi quinque libros compositos fuisse, graecus auctor vitae Oppiani diserte testatur. Et hos eidem Antonino Caracallae ab auctore inscriptos paullo ante obseruaui.

III. [Primum de *codd. msstis*, dein de *editionibus* verba faciam. *Rittershusius* tres adhibuit codd. msstos, duo ex bibl. *Heidelbergensi*, quorum alter continet integros quinque libros Halieuticωn; alter tres tantum priores libros, et vnum cod. ex bibl. Friderici Sylburgii, qui cod. tres tantum priores libros Halieut. habet, eosque pluribus scholiis, tum inter lineas versuum, tum ad oram adpositis, illustratos. Cum eodem Rittershusio Sylburgius Cynegeticωn emendationes quasdam ex V. C. excerptas vltro communicauit. Scholia, quae, Rittershusius adfirmat, se ex tribus illis msstis bona fide descripsisse et in formam, quam dedit, digessisse, in praefatione, illis praemissa, pag. 5. fatetur, se, num eadem sint, quae Aldus iam olim promisisset, dicere non posse; pag. autem 8. suspicatur, illorum auctorem esse Tzetzem, grammaticum: id, quod colligit ex eius versibus, quos, Halieuticis praefixos, ex cod. Sylburgiano adscripsit. Atque consentit Schneid. in praef. p. XI. pag. autem XIX. coniicit, plurima sequiore aetate a Tzetze aliisque grammaticis vetustioribus scholiis, quae et ipsa recentiores habebant auctores, fuisse adstructa, inepta pleraque et ridicula. — Ex cod. *Salmanticensi* et *Vaticano* Schottus quosdam suppleuit versus, vt ipse postea Fabric. adnotauit. — Quatuor codices in bibl. *Vaticana* consuluerat *Hippolytus Saluianus*, atque inde scripturas aliquot praeclaras retulerat in opus de Aquatilibus, notante Schneidero in praef. pag. XII. — *D'Orville* in notis ad Wassii obss. in Oppianum, (de quibus infra sermo erit,) hinc inde laudauit lectiones codicis scripti. — Quatuor codd. msstos, qui in bibl. *Parisiensi* adseruantur, contulit cl. Schneider. de iisque aliisque, quos *Guietus* laudat, intelligenter fuseque iudicauit in praefat. et *Fr. Guieti*, critici pari sagacitate atque audacia, (qui etiam in Oppiano plurimos versus, totumque librum *de piscatione* quartum, spurios pronuntiare ausus est,) lectiones atque coniecturas, exemplo editionis Rittershus. adscriptas, maximam partem exscripsit. Pag. XX sq. praef. idem de codice paraphraseos in Oppiani Halieutica, quem habuit *Conr. Gesnerus* et memorauit in praefatione ad historiam aquatilium, quam et pluribus argumentis auctiorem, quam in cod. Paris. MMDCCXXXV. exstitisse, et a Tzetze profectam esse, probabili docet ratione. — *Bellin de Ballu* contulit duo codd. Parisin. et habuit collationes codicis Veneti atque Vaticani, qui multas praeclaras lectiones et nouum vers. I. 292. suppeditauit. vide eius praefat. p. XXX. Ope illorum variar. lectionum multae a Schneidero vel receptae vel inuentae lectiones pondus atque auctoritatem acceperunt. Sequitur, vt ordine persequar codices, quorum notitiam ex catalogis parare mihi licuit.

Venetiis in bibl. D. Marci sunt in cod. CCCCLXVI. Oppiani libri de piscatione; — in cod. CCCCLXVIII. de piscat. libri V. de venatione libri III. priores; — in cod. CCCCLXXVIII. de piscat. libr. V. — in cod. CCCCLXXIX. de venat. libri V. in margine habentur animalium imagines. Sequitur Oppiani vita versibus politicis exscripta a *Constantino*

p) Qui iam aetate Suidae, *quatuor* de Venat. libros laudantis, non amplius exstitisse videtur. vid. Schneider. not. pag. 348. *Harl.*

tino Manasse: — in cod. CCCCLXXX. de piſcat. libri V. cum ſcholiis quibusdam, inter lineas ſcriptis, et de venatione: teſte catal. codd. gr.

Mediolani in bibl. Ambroſiana, cod. membran. item alter bombycinus et alius, auctore *Montfaucon* in diario ital. pag. 18.

Florentiae in monaſterio Halieutica cum ſcholiis, teſte eodem, ibid. pag. 370. — Ibidem in biblioth. *Laurent. Medicea,* teſte *Bandin.* in catal. codd. gr. tom. II. col. 77 ſqq. cod. III. plut. 31. Opp. de piſcat. libri V. cum anonymi gr. vita Oppiani et capitum indice, varia piſcium genera, de quorum piſcatione agitur, complectente, nec non cum ſcholiis marginalibus: cod. ſcriptus eſt manu *Manuelis Sphineae,* a. 6799. (a. Chr. 1291.) Sequuntur de venatione libri IV. cum paraphraſi anonymi, margini adſcripta, quam Bandinius ſuſpicatur, eamdem eſſe, cuius meminit Lambecius, adfirmans, exſtare in ipſa Eutecnii, ſophiſtae, paraphraſi gr. in opp. Ixeutica etc. (vid. mox §. IV. not. *l.*) Praecedunt iambici verſus octo in ipſam paraphraſin, et álii hexametri quatuor in Oppiani laudem. — p. 99. cod. XXVII. plut. 31. de venatione, cum vita poetae. — pag. 120. cod. membran. XXXIX. de piſcat. libri V. cum gloſſis interlinearibus. — pag. 142. cod. 16. plut. 32. chart. ſcriptus a. Chr. 1281. de venat. lib. IV. et de piſcatione libri V. — tom. III. col. 365. cod. XXI. plut. 86. de piſcat. libr. V. cum ſcholiis ad libr. II. et III. et de venat. libri IV. — col. 396. cod. XXVI. optimae notae; ſed partim lineis, partim madore corruptus, ita, vt multa perierint, de piſcat. libri V. cum ſcholiis marginal. quae partim non habentur inter ſcholia, a Rittershuſio publicata. — col. 378. cod. XXXIII. bombycin. ſaec. XIV. 4. cuius vero ſcriptura partim ob vetuſtatem euanida eſt, partim corrupta madore. de piſcibus, cum vita poetae, et cum quibusdam ſcholiis in principio, et gloſſis interlinearibus per totum carmen.

Taurini in bibl. regia, cod. chart. CCXXXV. ſaec. XVI. de piſcatione, libri III. priores, cum breuibus in margine ſcholiis et inter lineas explanationibus, praemiſſis paucis de Oppiani genere. — cod. chartac. ſaec. XVI. paraphraſis librorum Oppiani de venatione. vid. catal. codd. gr. pag. 318 et 271.

Neapoli in bibl. regia cod. LXXXXI. chartac. ſaec. XIV. de piſcat. libri III. priores et principium quarti, qui deſinit in verſ. 46. cum gloſſis interlinear. et ſchol. marginal. — *Ibid.* in bibl. Auguſtinenſ. S. Ioan. ad Carbonariam, Halieutica et cynegetica cum ſcholiis et gloſſis interlin. cod. chartac. ſaec. XV.

Pariſiis in bibl. quondam regia cynegetica in codd. MMDCCXXIII. MMDCCXXXV. cum gloſſis, inter lineas poſitis, et ſcholiis margin. quae inedita dicebantur: MMDCCXXXVI. cum imaginibus pictis et Conſtantini Manaſſae de Oppiano verſſ. politicis; pariter MMDCCXXXVII. tum MMDCCLV. MMDCCCLX. — Halieutica in cod. MMDCCCLXI. teſte catal. tom. II. de quibusdam egit cl. Schneider.

Lugduni Bat. in bibl. publ. inter codd. Voſſianos, Oppiani vita et halieutica. vid. catal. pag. 402. nr. 16.

Matriti in bibl. regia, teſte *Iriart.* catal. codd. graec. pag. 81. cod. XX. ſcriptus manu Conſtant. Laſcaris, Meſſanae 1488. Halieutic. libri V. et Cynegetic. libri IV. cum breui Oppiani vita, quam, quia a Suidae narratione aliquantum differt, Iriarte euulgauit: — Inter

codd. quos Solimanus II. imperator Turcarum, dono miserat Mendozae, fuerunt commentaria in V. libros Oppiani de piscibus, teste Iriarto, p. 277. — tum p. 346. in cod. LXXXIV. fol. 182. de piscibus ex Oppiano, h. e. variorum piscium, de quibus Oppianus, descriptio, ex vno vel pluribus eius scholiastis aut paraphrastis, siue editis siue ineditis desumta: nec non fragmentum XVIII. tantummodo versuum, ex Oppiano forsan, de piscium calliditate. — pag. 408. cod. CIII. fol. 61. Halieuticor. libri V. in libro primo post versum 130. insertus est versus in cod. Σμύραιναί σκάρες τε καὶ ὀψιγόνων γένος ὀρφῶν. Libris secundo et reliquis praefiguntur argumenta, quae, quoniam a Rittershusianis non parum abludunt, transscripsit Iriarte: qui praeterea versus bene multos indicauit, quos vel initio, vel medio, vel fine mutilos deprehendit. — In bibl. *Escurial Plüer* in itinerario per Hispan. pag. 155. notat cod. ex Oppiani libris *de Aucupio,* quaedam de Volatilibus: sed num ex ipso carmine sit, an ex paraphrasi, non declaratur.

In *Anglia,* in bibl. *Baroeciana,* cod. XXXVIII. (catal. pag. 4.) Halieutica cum scholiis. In biblioth. *Bodleiana* seruari scholia gr. mssta in duo priores Oppiani libros Halieut. quae neque plane cum editis eadem sint, neque omnino diuersa, interdum vberiora, prodit *Warton* ad Theocrit. XXI. 44. Ex antiquioribus igitur graecis commentariis et aliunde eiusmodi scholia a diuersis grammaticis diuersimode corrasa et consuta fuisse, vel inde patet. — Inter codd. *Vossian.* (tom. II. pag. 61. catal.) ita cod. nr. MMCCLXIII. notatur: „Oppiani seu potius Dionysii Periegetae trium, quos de aucupio scripsit, librorum periphrasis.“ Huius fragmentum ex filii, puto, codice adducit Ger. Io. Vossius in libello de poetis gr. pag. 72. (sed male *Periegetae* nomen, loco *Characeni* probabiliter, scriptum est: atqui Vossius ipse in commentar. in Melam pag. 73. *Dionysium Characenum in Ixeuticis, aliquando a nobis in lucem proferendis:*) — tum ibid. pag. 62. nr. MMCCCIV. Oppiani vita et eiusdem liber primus de piscatione, cum scholiis interlinearibus. — In bibl. *Iacobaea,* (catal. pag. 246. nr. MMMMMMMMDLXX.) *Tetri* (f. Tzetzae) et aliorum scholia in Oppiani Halieutica. Eiusdem paraphrasis in Oppiani Cynegetica.

De codd. Oppiani atque Eutecnii, in bibl. caesarea Vindobon. exstantibus, egerunt *Lambecius* in comment. illius, vol. II. pag. 260 sqq. et vol. VII. pag. 288. ibique copiosus est *Kollar.* in not A. de illis codd. atque editt Oppiani. Lambecius igitur priore loco, in codice cel. Dioscoridiano nr. XI. reperiri, scribit, antiquam gr. *Eutecnii* sophistae prosaicam paraphrasin in Nicandri Theriacam atque Alexipharmacam, vt et in *Oppiani Halieutica* (libr. IV et V.) *et in eiusdem Ixeutica* f. *poema de aucupio:* Ixeuticωv vero paraphrasin tam in principio, quam in fine esse mutilam. Idem col. 262 sq. adnotat, se in alio quodam codice caesareo deprehendisse *Eutecnii* paraphrasin prosaicam in Oppiani carmen de venatione, ex eoque typis excudi fecit prooemium Eutecnii atque initium finemque paraphraseos. Denique memorat, in eadem bibl. insuper exstare *quatuor* alios codd. mstos poematum Oppiani eorumque praecipuum esse membranaceum, qui olim fuisset Io. Alexandri Brassicani, et praeter ipsum halieutic. et cynegetic. Oppiani contextum scholia antiqua graeca, tum inedita, ab iisque, quae Rittershusius publicauit, diuersa et partim ad marginem, partim inter lineas posita, contineat; Cynegeticis autem praefixam esse praefationem Eutecnii, quem etiam illorum scholiorum fuisse parentem suspicatur: (quod tamen Schneider in praefat. pag. XIX. vbi de illo cod. Vindob. et Lambecii sententia plura refert, de vniuersa illa scho-

liorum

liorum farragine pronunciare non audet: eiusque de illa iudicium iam ſupra adtuli.) Denique repetit, quae *Conr. Gesner.* in bibl. ſua vniuerſali ſub litt. E. et O. de Eutecnii paraphraſi et de Oppiano ſcripſerat. *Kollarius* plures codices Caeſarianos, quorum ope Oppiani carmina poſſint correctiſſime vulgari, breuiter laudat. 1) peruetuſtum illum membran. qui olim fuit I. Al. Braſſicani: 2) chartaceum recentioris aeui, continentem halieutica cum ſcholiis marginalibus et interlinearibus: 3) chartac. bonae notae, quo continentur itidem halieutica cum perſimilibus ſcholiis: 4) chartac. complectentem halieutica et cynegetica ſine ſcholiis: 5) chartaceum, continentem fragmentum halieuticorum ſine ſcholiis: 6) comprehendentem proſaicam Eutecnii halieuticorum et Ixeuticorum, in cod. Dioſcoridiano, quem e Lambecio paullo ante laudaui. 7) de quo Lambecius in comment. VII. col. 488. egit: in illo autem eſt *Eutecnii* in Oppiani poema de venatione, in libros quatuor diuiſum, paraphraſis proſaica. Hunc codicem a Neſſelio in catalogo ſuo codd. in claſſe MSSt. philoſophorum et philologic. nr. XIV. fuiſſe indicatum, at in indice omiſſum, contra Fabricium, qui, codicem, negarat, a Neſſelio eſſe memoratum, in nota monet Kollarius. — Schneider in praef. pag. XIII. tradit, ſe olim in Stiglitziana bibliotheca vidiſſe ſcholia inedita in Oppianum, ex codicibus *Monacenſibus* deſcripta, quae dein perueniſſent ad Iac. Reiskium, et poſt huius mortem translata eſſent in bibl. Guelferbytanam.

Editiones ſequuntur, quarum plurimas idem *Kollarius* l. c. pag. 490. indicat et adnotat, *Frid. Boernerum* in noctibus Guelphicis p. 229. de rarioribus Oppiani editt. agere: — *Schneiderus* vero acute intelligenterque recenſet in praefat. ad ſuam edit. Prius, quam textus graecus typis eſt expreſſus, lucem vidit *Oppiani* poema, *Halieutic.* libr. V. *latino carmine hexametro, Laurentio Lippo, Collenſi, interprete.* In calce, epigrammati *Philippi Poſci* ad Laurentium Lippium, ille ad lectorem haec verba ſubdidit: *Laurentius Lippius Collenſis — hoc diuinum Oppiani opus traduxit Gallus cognomine Bonus — — Impreſſum in* Colle *oppido municipio Florentino,* anno — MCCCCLXXVIII. (1478.) 4. vid. *Maitt.* A. T. IV. part. I. p. 391. (qui in nota de editione Oppiani Halieut. *graece* et lat. in 4. a. 1471. Collae, per Gallum Bonum, quam Ioan. de la Caille adfert pag. 29. valde meritoque addubitat.) *Panzer* A. T. I. pag. 273. (vbi plura leges,) in primis *Foſſii* catal. codd. ſaec. XV. in bibl. Magliab. II. col. 253 ſq. Lippius non modo, (vt ait Fabr.) a ſenſu auctoris hinc inde aberraſſe viſus eſt Rittershuſio et *Leopardo* libr. 21. cap. 20 ſqq. emendationum; ſed et in modulis ſyllabarum turpiter adeo ſe paſſim dat, vt non lippire, ſed prorſus coecutire videatur *G. I. Voſſio* lib. II. de arte grammat. cap. 40. — Eadem tamen *Lippii* verſio et addita eſt Aldinae graecae editioni ac latinae Morelianae; eadem ſeorſim iterata eſt cum Plinii Secundi de piſcium natura et medicina tractatu, item Paulli Iouii de piſcibus libro vno; cum ſcholiis *Io. Caeſarii.* Argentorati, exc. Iac. Cammerlandus Moguntinus. 1534. 4.

Graeca princeps editio eſt: Ὀππιανȣ ἁλιευτικων βιβλια πεντε. *Oppiani* de natura ſeu venatione piſcium, libri V. Florent. in aedibus Philippi Iuntae. 1515. 8. vid. *Bandin.* Annal. typogr. Iuntarum, tom. II. pag. 87 ſq. Apud *Maittaire* A. T. II. pag. 269. adduntur *Muſaeus* et *Homeri* Batrachomyomachia: ſed error in nota anni, et editio Muſaei etc. ſine Oppiano, ibid. 1519. intelligenda eſſe videtur. Atque in indice, II. A. T. voc. *Oppian.* pag. 104. ſolus Oppianus in hac edit. citatur. Optimam vero illam et ex ſex codd. (vt ex Iuntae praefat. ad Marc. Muſurum colligitur,) emendate curatam editionem Aſulanus in edi-

tione Aldina, carmine Oppiani de venatione aucta, vel inuidia motus, vel quia nimis religiose sequutus est fidem codicis sui, magis deprauauit, quam, quod quidem vane gloriatus est, bene correxit. Inscriptio editionis haec est:

Ὀππιανȣ — *Oppiani* de piscibus *libri V. Eiusdem* de venatione *libri IIII. Oppiani de piscibus Laurentio Lippio interprete libri V.* ad calcem versionis latinae, quae separata est a graeco textu; *Venetiis* in aedibus Aldi et Andreae Soceri, mense Decembri M.D.XVII. (1517.) 8. Aldus promiserat quidem in praefatione ad Pindarum, se scholia inedita proxime in lucem emissurum esse, sed nomen illud numquam exsoluit.

Oppiani Cynegetica, graece, Paris. ap. Vascosanum, 1549. 4. Editor, (quem Turnebum fuisse, *Schneiderus* suspicabatur in praefat. pag. VIII. contra in *analectis criticis in scriptores vett. graecos et lat.* (Traiecti ad Viadr. 1777. 8.) pag. 33. docet, *Bodinum* fuisse illius editionis auctorem,) editor igitur, quisquis fuit, nimis religiose pressit vestigia editionis Aldinae, et vero aliquot scripturae vitiis Aldinam lectionem magis obscurauit. In commentariis tamen multa editionis Aldinae vitia post Brodaeum emendauit. Exemplar, cui additi sunt codex, ex quo Oppianum edidit Rittershus. et scholia atque indices aliaque, manu Rittershusii scripta, est in bibl. Dresdensi.

Nouam manum medicam poetae adtulit *Turnebus*, tum beneficio ingenii sui, tum ope codd. msstorum et collatione editt. Iuntinae pariter ac Aldinae [q]), in editione nitida nec hodie frequenti:

Oppiani Anazarbei de piscatu libri V. de venatione libri IIII. Paris. typis regiis apud Adrian. Turnebum, typographum regium, 1555. 4. graece. de qua editione vid. *Freytag* in Anal. litterariis pag. 642. — Eodem vero anno prodiit versio latina: *Oppiani Halieutici libri latinis* versibus heroicis a *Laurentio Lippio*, Collense, expressi, et *Cynegetici latine* ita versi, vt singula verba singulis respondeant. Paris. ap Guil. Morelium, 1554. 4. A Turnebo autem confectam esse versionem Cynegeticorum, vel ex eo patet, quod illa recusa est in *Turnebi* operibus, Argentor. 1600. fol. tom. II. nr. 14. — Oppiani halieuticωn versionem molitus etiam fuit *Iacob. Hertelius*, vt testatur in praefat. ad fragmenta graecorum comicorum. Aliam reliquit *Pfeifferus*, vt paullo inferius obseruatum est. *Harl.*]

Cynegetica latina prosa vertisse se testatur *Gesnerus* in bibl. sed nunquam in publicum prodiit eius interpretatio. *Latino carmine* vtcunque [r]) reddidit Cynegetica *Iohannes Bodinus*, notasque addidit, in quibus *Adriani Turnebi* [?] lectiones sublegisse [s]) dicitur. Ceterum

q) Turneb. tamen in halieuticis sequi maluisse Aldinam, quam Iuntinam edit. aegre fert *Schneider*. in praef. et alia culpat, in Analectis vero pag. 32. animaduertit, Turnebum in Cynegeticis parum aut nihil omnino mutasse, quod non antea sollerter ingenium Brodaei et Bodini excogitauerit.

r) Ita de eius metaphrasi sentit *Bochartus* I. Hieroz. pag. 761 sq. licet Bodinus ipse hanc metaphrasin et commentarium omnibus suis aliis praetulerit scriptis, vt ex eius epistola ad Ioh. Cocinium refert Rittershusius.

s) Vide [ipsum Turnebum in fine suae editionis,] *Colomesii* Galliam Oriental. pag. 75 et 83. epistolas *Georgii Richteri* pag. 205. Prima Scaligerana pag. 21. [quam tamen infamiam a nomine Bodini depellere studet *Schneider* in praefat. pag. VIII sq. adde eumdem in Analectis etc. p. 33 sq.] Ceterum in catalogo Thuaneo tom. II. pag. 271. metaphrasis Bodini perperam refertur ad Laur. Lippium,

rum Adrianus *Bailletus,* qui metaphrasin ipsam Turnebo per Bodinum subreptam scripsit, reprehenditur ab *Aegidio Menagio* cap. 19. Anti-Bailleti. Post *Bodinum*, cuius editio prodiit Parisiis apud Vascosanum a. 1555. 4. [t]) eadem Cynegetica latino carmine expressit *Michael Piccartus*, professor Noricus, quod excusum est Ambergae a. 1604. 8. Eruditis notis Cynegetica illustrauit *Iohannes Brodaeus* [u]), Basil. 1552. 8. [Idem Brodaeus scripserat commentar. in Halieutica, vnde Gesnerus loca quaedam protulit; sed illi perierunt.]

Turnebi editionem ad tres codices MSS. Palatinos recensuit, ex iis varr. lection. excerpsit, prooemium de vita et opp. Oppiani praemisit cumque noua versione prosaica, commentariis eruditis, indicibus locupletissimis, et graecis ad Halieutica scholiis veteribus, eo vsque ineditis, vulgauit *Conradus Rittershusius,* Lugd. Bat. 1597. 8. Versionem, tamquam nimis adfectatam, reprehendit *Bigotius* in Menagianis pag. 418. laudat *Fridericus Taubmannus* in diss. de lingua latina pag. 61. [v]) Recusus hinc *Oppianus* graece et latine in corpore poetarum graecorum, curante *Iac. Lectio*, Geneu. 1606. fol. *Frischlinus* quoque versionem Oppiani parasse constat ex eius notis in Callimachum pag. 186. [Versionem libr. IV. de venatione, carmine latino, a *Dau. Peiffero* confectam, necdum editam, possidet cl. Loesnerus, prof. Lipsiens. obseruante Schneidero. Epistolam praemissam edidit Foertsch in diss. infra laudata. *Harl.*] Versus quosdam in Rittershusii et aliis editionibus praetermissos, ex codice Salmanticensi et Vaticano supplet *Andreas Schottus* lib. II. obss. human. cap. 41. testatus, se ex eisdem loca plurima sanasse et scholiastem longe vberiorem reperisse. Conf. eiusd. lib. V. cap. 27. Parisiis in biblioth. publ. exstat Oppianus Angeli Cretensis, qui et Bergitus dicitur, manu elegantissime scriptus, cuius in margine habentur animalium imagines, ad viuum pictae ab Angeli filia, si vera referebat Puteanis [w]), Emericus Bigotius, quum Oppianum istum ostenderet, qui Henrici II. temporibus scriptus est. Oppianum saepe λατινίζειν, notat *Daniel Heinsius* ad Nonni Dionysiaca pag. 196. et *Scipio Gentilis* lib. I. parergon cap. 4. vbi latinos poetas, Lucretium, Ouidium, Horatium aliosque imitatum esse obseruat. Si *Arnoldum*

Lippium, et in pandectis Brandenburgicis minus recte dicitur Bodinus libros de piscibus commentario illustrasse. In catalogo biblioth. Heinsianae tom. II. pag. 72. male excusum *Budaeus* pro *Bodino. Fabric.* Polycarpus quidem Lyserus in sectis de vita et scriptis Bodini §. 13. contradicit Fabricio, auctoritate tantum catal. Heinsiani nixus, sed leuitatem testimonii, et iudicium Fabricii pluribus commonstrat probatque *Freytag.* in Anal. litterar. pag. 645 sq. item *Voigt* in catal. librorum rarior. voc. *Oppianus* p. m. 438. *Hamberger* in zuverläss. Nachricht. II. pag. 467. 469. *Harl.*

t) Inscriptio est: *Oppiani* de venatione libri IV. *Io. Bodino*, Andegauensi, interprete — . His accessit commentarius varius et multiplex eiusdem interpretis. Lutetiae apud Mich. Vascosanum. MDLV. *Harl.*

u) Hic praecipua Aldin. edit. vitia feliciter correxit. *Harl.*

v) *Boernerum* in Noctibus Guelph. (quo libro aegre careo,) retectos aliquot Rittershusii errores humanissime correxisse, obseruat Kollarius l. c. qui ipse ad nouam Oppiani editionem parandam multa se collegisse fatetur. — De studio operaque et editione Rittershusii grauiter iudicat *Schneider* in praef. pag. X sq. eumque, pronuntiat, exigua linguae graecae scientia leuiter imbutum, rerumque tractandarum, i. e. historiae animalium fere prorsus ignarum, in Cynegeticis parum, in Halieuticis vero plane nihil intellexisse. Hanc editionem diligenter copioseque descripsit *Hummelius* in noua biblioth. rariorum libror. vol. I. part. III. Noriberg. 1776. 8. pag. 299—310. Ille quoque exemplum habuit, cui Rittersh. postea quaedam adscripserat et emendarat, quae publicauit Hummel. add. *Schneid.* anal. pag. 34 sqq. *Harl.*

w) In notis ad Scaligerana, Voce; Messer *Angelo.*

Arnoldum Bootium audimus lib. III. Animaduersionum sacrarum pag. 109. etiam sacras [] litteras legit Oppianus, et elogium equorum, quod lib. I. Cyneget. v. 173 sq. inseruit, ex Iobi capite vndequadragesimo maximam partem expressit. Quod autem Renati Rapini iudicio siccus *) est Oppianus ac ieiunus, si omnino verum est, ex argumento prouenit, quod doceri contentum negat ornari. Quantum tamen in illo fieri licuit, iampridem ingenii, doctrinae et floridae eloquentiae ac perspicuitatis laudem ille tulit. *Fabric.*

[*Ian. Rutgersius* in variarum lectionum libr. sex, Lugduni Batau. 1618. 4. non solum pag. 71. 72. 304. 306. 454 et 455. aliquot loca Oppiani emendauit; sed etiam lib. VI. cap. 5. pag. 552. Glossarium graecum e vetusto cod. primum edidit, glossasque secundum elementa digessit, ignorans, illas pendere e versibus cuiusdam poetae: paucasque criticas in fine adiecit animaduersiones. *Frideric.* autem *Strunzius*, professor quondam poeseos publ. in vniversitate Witembergensi, odoratus est et demonstrauit, illud glossarium eiusmodi tantum explicare vocabula, quae ex Oppiani Halieuticorum libris depromta sint, atque adeo reuera sistere scholia, vel scholiorum saltem fragmenta alicuius illius poetae enarratoris. Strunzius igitur separatim edidit, copiose docteque exposuit, et vbique sedes in Oppiani carmine inuestigauit et aperuit. Inscriptio libelli haec est: *Iani Rutgersii* Glossarium graecum nunc penitus restitutum, origini suae vindicatum atque annotatt. illustratum a *Frid. Strunzio.* Vitembergae 1719. 8. Posthaec *Doruillius* ex eodem, (vt manifestum fecit,) codice biblioth. publ. Amstelod. idem *glossarium*, sed ordine vocum, qui est in codice, et versibus carminis accommodatus, restituto, tertio luci exposuit publicae, veriorem codicis reddidit lectionem et in amplissimis notis tum glossas, tum multa Oppiani aliorumque loca tentauit et correxit, Rutgersii et Sladi, (de quo in prooemio quaedam obseruauit,) notis msstis vsus. — In iisdem Miscell. obss. vol. II. tom. II et III. libri II. Cyneget. tum in vol. III. tom. I. iidem et libri Halieut. et hi vol. IV. tom. I. II et III. et ab anglo editore et in notis a Doruillio critice pertractantur. — *Georg. d'Arnaud* in Lection. graec. (Hagae Comit. 1730.) lib. II. cap. 7—15. face critica illustrat Oppiani poemata. — Pari ratione aliquot poetae loca persequuntur *Pierson.* in Verisimil. pag. 39. 166—176. 192 sq. *Koen*, hinc inde in notis ad Gregorium Cor. de dialectis; *Dorville* in comment. ad Chariton. saepius; *Valcken.* ad Euripidis Phoen. p. 99. 162. 167. *Toup* in Emendatt. in Suid. et Hesych. tom. III et IV. cel. *Herelius* in epist. critica ad Meusel. pag. 27 sqq. 47. *Beuerland* in Stoschii museo critico, fascic. II. et ita alii passim in suis libris veterumque auctorum editionibus. Sed plurimis illorum subsidiorum iam vsus est cl. Schneiderus in curanda praestanti sua, quam saepe iam laudavimus, editione, sic inscripta:

Oppiani poetae Cilicis de venatione libri IV. et de piscatione libri V. cum paraphrasi graeca librorum de aucupio. Graece et latine. Curauit Io. Gottlob Schneider. Argentorati impensis Amandi Koenig. 1776. mai. 8. Versio latina, quae excipit textum graecum, e codd. et editionibus recensum et correctum, librorum de venatione est Turnebiana, sed emendatior; librorum autem de piscatione, ab ipso cl. Schneidero confecta, qui in eruditis animaduersionibus modo de varia lectione eiusque veritate acute disputat, modo formulas loquendi bene explicat, modo, qua quidem re omnibus praestat superioribus editoribus,

*) *Rapin* reflex. sur la Poetique pag. 176. *Nicander est dur, Oppian est sec.*

bus, ex hiftoria naturae multa adtulit, quae ad meliorem poematis facerent intelligentiam aut interpretationem. Carmen de venatione maxime emendauit Brunck. Largum tamen fpicilegium obferuatt. dedit ipfe *Schneider* in Analectis etc. l. c.

Oppiani poemata de venatione et pifcatione, cum verfione latina (Turnebi) et fcholiis. Acceffit *Eutechnii* (lege *Eutecnii,*) paraphrafis Ἰξευτικῶν, et *Marcelli Sidetae* fragment. de pifcibus tom. I. Cynegetica, ad quatuor msstor. codd. fidem recenfuit, et fuis auxit animaduerfionibus *Io. Nicol. Belin de Ballu*, in Galliae monetarum curia fenator. Argentor. 1786. 4. et mai. 8. Contra Schneiderum multa difputat; de illa tamen editione plura notaui in Introd. in hift. L. Gr. I. pag. 229 fq.

Carmine *gallico* expreffit Cynegetica, *Quintus Septimius Florens Chriftianus*, Parif. 1575. 8. — Carm. de venatione *gallica* profa cum Arriani libro de venatione, nefcio, quis? Parif. 1690. 12. et *Belin de Ballu*, cum animaduerff. Argentor. 1787. 8. — *Germanicis* verfibus idem carm. de venat. reddere conatus eft *Lieberkühn*, Lipfiae 1755. 8. — *Italice* vertit vtrumque carmen et adnott. illuftrauit *Ant. Maria Saluini*, Florent. 1728. 8. — Cynegetica anglice fcripfit et confecit *W. Sommerville*, ed. II. Londini 1788. 8. — *Paul. Iac. Foertfch* in diff. de Oppiano poeta Cilice (pauca) differit et *Dau. Pfeifferi* epift. ad Rudolph. II. imperator. Oppiani venaticis, latino carmine ab illo redditis, praemiffam, in lucem profert, Lipfiae 1749. 4. *Harl.*]

IV. Scriptor graecus vitae Oppiani teftatur, eum ἸΞΕΥΤΙΚΑ quoque fiue *Poëma de aucupio*, *quinque* [y]) *libris* compofuiffe [z]), quod hactenus lucem non adfpexit neque vsquam repertum eft, licet olim illud habere fe iactarit Francifcus Afulanus, et quamquam in Vindobonenfi [aa]) et aliis bibliothecis MS. exftat *Eutecnii* [bb]), fophiftae, *paraphrafis graeca profaica in* Oppiani *Ixeuticon libros duos*, iam olim lecta Gesnero, qui eius editionem cum variis lectionibus et caftigationibus in Oppianum pridem promifit et ex illa hinc inde quaedam adducit in opere fuo de animalibus, praecipue in auium hiftoria. Eutecnii paraphrafin Ixeuticon Oppiani ex apographo MSti Vaticani, per Holftenium recenfito, cum latina verfione fua et erudita praefatione de vocabulis artis Ixeuticae, apud Graecos vfitatis, in lucem edidit *Erasmus Vindingius*, Pauli filius, Hafniae a. 1702. 8. [et cum nouo tantum titulo in fronte, Hauniae

y) *Quatuor* libr. fcripfit auctor breuis vitae Oppiani in cod. Matrit. XX. *Harl.*

z) *Dionyfium* (Characenum,) potius parentem fuiffe Ixeuticωn, fufpicatur *Schneider* in notis pag. 437 fq. atque Ifaaci Voffii cod. videtur illius nomen habuiffe infcriptum. Hinc Schneider pag. 171. praefixit infcriptionem Εὐτεκνιε τε Σοφιςε παραφρασις των Ὀππιανε ἢ μαλλον Διονυσιε Ἰξευτικ. ἐν λογ. τρισι. *Harl.*

aa) Lambecius lib. II. p. 595. teftatur in bibl. Auguftiffimi imperatoris exftare Eutecnii, fophiftae, paraphrafin graecam in Oppiani Ixeutica, principio ac fine mutilam, tum in Halieutica eiusdem ac Cynegetica, quam poftremam in Cynegetica Gesnero etiam apud Arnoldum Paraxylum Arlenium olim infpectam, miror a Neffelio haud memorari. [Omnino memorauit. vid. fupra in notit. codd. Vindobon.] *Fabric.* De illa paraphrafi, edit. Vinding. etc. copiofus eft cl. *Schneider* in praef. pag. XVII fqq. et in notis ad illam, (quam gr. et lat. emendatiorem reddidit,) pag. 426 fqq. 437 fq. *Harl.*

bb) De aetate huius Eutecnii mihi non conftat, licet certum fit, falli fcriptorem ephemeridum Parifienfium, a. 1703. pag. 205. edit. Amfterd. eum ait vixiffe fub Antoninis, quibus ipfe Oppianus fuit iunior.

niae 1715. 8. plura leges de hac paraphrasi et de hac edit. in Neuen Bücher-Saal part. 51. (Lipsiae 1716. 8.) pag. 203—213. *Harl.*] Constat autem non libris quinque, vt Suidas, nec duobus, vt Gesnerus cc) scribunt, sed *libris tribus*, quorum primo agitur de auibus rapacibus ac domesticis earumque natura, secundo de auibus amphibiis in aquis pariter ac terra vitam degentibus, ac tertius [⁋] denique de variis generibus et rationibus singulas capiendi. Ixeutica graecis versibus scripserat etiam, teste Suida, *Christodorus Thebanus*, verum illud poema perinde, vt Oppiani, ad nos non peruenit. Quod Rittershusius coniicit, praeterea ab Oppiano scriptum esse poema de rebus gestis Seueri imp. leui nimis coniectura nititur. Neque auctor graecus vitae eius, qui post commemorationem Halieuticon alia ab Oppiano poemata composita adfirmat, alia respexit, quam quae statim nominat Ixeutica et Cynegetica. Et quamquam *Herodianus* lib. II. extremo auctor est, res Seueri a poetis copiosius descriptas esse, nihil tamen inde ad Oppianum concludi potest, in flore paene aetatis fato interceptum.

CAPVT XXV (olim altera pars capitis XX)

DE ATHENAEO

I. *Athenaeus. Plures hoc nomine.* II. *Athenaei Dipnosophistica.* III. *Eorum interpretes, codices mssti, editiones et graeca epitome.* IV. *Scripta Athenaei deperdita.*

[Cum supplementis *G. C. Harles.*]

I.

[Praeter *Suidam* in Lex. h. v. egerunt de Athenaeo *G. I. Vossius* de hist. graec. lib. II. cap. 15. *Tillemont* hist. des Emp. tom. II. p. 451. *Pope-Blount* in censura celebr. autor. p. 167 sq. *Bayle* Dict. h. v. pag. 373 sqq. vol. I. (qui in nota *A* quaedam monet contra Tillemont.) *Hamberger*. Zuverläss. Nachricht. II. pag. 470 sqq. *Saxius* in Onomast. I. pag. 347. *Harl.*]

ATHENAEVS a), ex Naucrati, vrbe Aegypti celebri, [⁋] [vid. *Herodot.* II. cap. 97. et capp. 178 ac 179. vbi dicitur Amasis Graecis dedisse facultatem, Naucratin vrbem incolendi: adde

cc) In bibliotheca pag. 527. b. vbi refert, Venetiis in bibl. Bessarionis siue S. Marci seruari Oppiani Halieutica et Cynegetica cum figuris aliquot animalium vetustis, quas depingendas sibi curauerit, quantumuis multas ex illis minime conuenientes descriptioni poetae.

a) Ἀθήναιος scribitur, quum nomen proprium viri denotat; quum vero Athenis natum, Ἀθηναῖος, teste *Eustathio* ad Iliad. β'. pag. 237. vbi alia adfert consimilia. Nec praetereunda *Varronis* obseruatio, qui lib. VII. de lingua lat. docet, trinas fuisse Athenas, quarum ab vna dicuntur *Athenaei;* ab altera *Athenienses;* a tertia *Athenaeopolitae.* Atque sex vrbes, Athenarum nomine, memorat Steph. Byzant. quem vide. Ceterum Naucratin patriam suam testatur *Athenaeus* noster ipse lib. XI. pag. 480. καὶ ἐν τῇ τοῦ συσσίτου ἡμῶν Ἀθηναίου πατρίδι Ναυκράτει. [Idem tamen lib. VI. p. 241. ait; *Alexandria mea*, et lib. XII. pag. 541. *Alexandrini mei:* it. pag. 650 et 673. sed lib. VII. pag. 301. *Naucratis mea.* Conf. *Casaubon.* animaduerss. in Athenaeum lib. VI. cap. 3. pag. 403. *Heum.*] *Suidas:* Ἀθήναιος Ναυκρατίτης γραμματικὸς γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Μάρκου, ἔγραψε βιβλίον, ὄνομα δειπνοσοφισταί. Vide etiam eumdem in Ναύκρατις. De hac vrbe, quae etiam patria fuit Iulii Pollucis Staphylique, in scholiis ad Apollonium laudati, et Polycharmi et Herostrati,

adde ibid. notas Wesseling. pag. 190 sq.] grammaticus [b]) post Commodum imp. quin etiam post Oppiani poetae mortem scripsisse testatur [c]), licet Suidas adfirmet, eum floruisse imp.

Marci

strati, de quo Athenaeus XV. pag. 674 sq. et Charonis, de quo Suidas, et Lyceae siue Lynceae, quem laudat Athenaeus, et ex quorumdam sententia etiam Apollonii, (vid. *Aelian.* XV. 23. de animal. et *Athenaeum* VII. pag. 283.) et Philisti atque Aristophanis, (*Athen.* VI. pag. 229.) videndus prae ceteris *Petrus Bayle* in Diction. histor. critico, voc. *Naucratis*, tom. III. [pag. 487 sqq.] et *Athenaeus* ipse XIII. pag. 596. vbi de Naucratide Archedice. Alii praeter ea fuere *Athenaei* celebres. 1) *Athenaeus Attalensis*, Cilix, medicus, quem pneumaticorum principem memorat Galenus passim, vt lib. IX. de composit. medicam. secundum genera, cap. 5, lib. de venae sect. contra Erasistratum cap. 5. lib. I. de differentia pulsuum cap. 3. et lib. IV. capp. 10. 11 et 14. et lib. V. de caussis symptomatum, vbi lib. XXIV. huius Athenaei citat. [conf. *Ionsium* de scriptor. histor. phil. II. cap. 1. §. 5. *Fabric.* B. Gr. V. 45. vol. X. pag. 492. vol. XII. pag. 779. in primis in elencho medicorum, vol. XIII. pag. 93.] Eiusdem forte, qui *Nicandri* Alexipharmaca illustrauit, quemque Theodori medici magistrum memorat *Laertius* in Aristippo, lib. II, sect. 104. et quem Athenaeum Tarsensem vocat *Caelius Aurelianus* lib. II. de morbis acutis, cap. 1. 2) *Athenaeus rhetor*, (teste *Varrone* lib. VII. de lingua lat. non, Atheniensis,) aemulus Hermagorae, qui rhetoricam dixit fallendi artem, *Quinctil.* lib. III. cap. 1. §. 16. siue, vt *Sextus Empir.* II. aduersus mathemat. pag. 75. λόγων δύναμιν στοχαζομένην τῆς τῶν ἀκουόντων ψυχῆς. Vide etiam *Quinctil.* libr. II. cap. 15. [sect. 23. vbi Turnebus eum cum Athenaeo peripatetico, et Mosellanus cum Athenaeo Naucrat. confundit. vid. Burmann. ad Quinctil. not. pag. 182. it. *Quinctil.* III. 3, 13. III. 5, 5. III. 6, 46.] et *Phoebammonem* rhetorem pag. 98. vbi adfert definitionem schematis Athenaei Naucratitae, siue quod et rhetor ille Naucratites fuerit, siue quod Phoebammon nostrum confuderit cum rhetore. 3) *Athenaeus* ἐπιγραμματοποιὸς laudatus *Laertio* libr. VI. cap. 14. et lib. VII. cap. 30. [vid. supra, vol. IV. pag. 466.] — 4) *Athenaeus Seleucensis*, philosophus peripateticus, cuius tamquam aequalis sui meminit *Strabo* lib. XIV. p. 670. Eundem esse suspicor, quem in rebus Semiramidis laudat *Diodorus Siculus* lib. II. cap. 20. [conf. *Bayle* l. c. voc. *Athenée* not. *G.*] 5) *Athenaeus Cyzicenus*, in omni mathematum genere, maxime vero in geometria celebris, teste *Proclo* lib. II. in Euclidem pag. 19. Hic Archimedis aequalis, de machinis bellicis scripsit ad Marcum Marcellum, vt dixi supra lib. III. cap. 24. [vol. IV. p. 222 sqq.] 6) *Athenaeus stoicus*, Porphyrio in vita Plotini cap. 20. memoratus. [vid. supra, vol. III. p. 542.] 7) *Athenaeus Byzantius*, quem cum Cleodamo instaurandis vrbibus muniendisque praefecit Gallienus imp. teste *Trebellio Pollione* in huius vita c. 13. His adde 8) *Athenaeum*, Antigoni amicum, quem ille ducem aduersus Arabes Nabataeos misit Olymp. CXVII. 1. *Diodor.* XIX. tom. II. pag. 730 sq. et 9) *Athenaeum*, Archini patrem, qui Atheniensibus suasit, vt Ionum litteris vterentur Ol. XCIV. 2. *Apostol.* XVII. 25. prouerb. et Suidas in Σαμίων ὁ δῆμος. [10) *Athenaeus epicureus.* vid. vol. III. pag. 600.]

b) Grammaticum vocat Athenaeum nostrum Suidas, certe eius libri Dipnosophiston referunt industriam et institutum critici ac grammatici. Maximam enim partem de verbis, et locis scriptorum explicandis solliciti sunt, et physica, quae adtingunt, grammatice potius tractant et critice, quam philosophice. Vnde et Eustathio ad Iliad. ψ'. pag. 1394. adpellatur κανονιστής. Itaque, quod *Daniel Clericus* parte III. hist. medicinae pag. 204. Athenaeum nostrum pro medico haberi posse ait, laxius ita intelligendum puto, non, quod professione medicus fuerit, sed quod medica quaedam libris suis intexuerit, medicis etiam duobus Daphno Ephesio et Rufino Nicaensi inter conuiuas confabulantes inductis. *Fabric.* Iure vocari potest Varro et Plinius Graecorum. adde quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. I. pag. 232. *Harl.*

c) *Athenaeus* lib. I. pag. 13. inter eos, qui Halieutica composuerunt, laudat τὸν ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν γενόμενον, Oppianum Cilicem, vnde primus, quod sciam Athenaei aetatem constituit *Tan. Faber* lib. I. epist. 63. pag. 211 sq. edit. II. Post Commodi imp. mortem scripsisse iam obseruauit *G. I. Vossius* ex hoc eius loco lib. XII. pag. 537. τί ἂν θαυμαστόν, εἰ καὶ καθ' ἡμᾶς Κόμμοδος ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῶν ὀχημάτων παρακείμενον εἶχε τὸν Ἡράκλειον ῥόπαλον ὑπεστρωμένης αὐτῷ λεοντῆς καὶ Ἡρακλῆς καλεῖσθαι ἤθελεν. Neque obstat, quod lib. XV. pag. 677. (non Athenaeus,

Marci Antonini temporibus. *Fabric.* Recte. Ipse enim *Athenaeus* libr. XV. pag. 673. dicit, aequalem sibi esse Hephaestionem grammaticum, (de quo vide Fabric. Bibl. Gr. V. 7. pag. 16.) ibid. coaeuos suos, Andrantum et Demetrium, memorat, et p. 676. Asclepiadem; pag. 677. Pancratem, [quem vero Vlpianus, non Athenaeus laudauit, Fabricio iam animadvertente,] et pag. 689. *nunc*, ait, Arsinoe et Berenices. Lib. XIII. pag. 607. dicitur *nuper* vixisse rex, Antigonus. conf. pag. 622. 623. 633. *Heum.* Hinc quoque *Saxius* l. c. aetatem Athenaei a. Chr. 210. circiter adligandam esse colligit. Quia vero *Athenaeus* lib. XII. p. 537. Commodum coaeuum sibi nominat, τὸν καθ' ἡμᾶς Κόμμοδον, et Oppianum Cilicem, Halieuticorum auctorem, (quem ab Oppiano auctore de venatione, Apamea oriundo, qui imperante Caracalla, Seueri filio, in viuis fuit, discernendum esse, et sub Marco Antonino eiusque filio vixisse, supra in cap. de Oppiano vidimus,) ante aetatem suam scripsisse adfirmat lib. I. p. 13. ex his duobus locis contra Vossium, Fabrum et Fabricium *Schneider* ad Oppian. pag. 404. argumentatur, Suidam Athenaei aetatem recte adsignasse Marci Antonini temporibus. Certiora tamen possemus edicere, si, quando mortuus sit Athenaeus, aut quot annos vixerit, cognitum compertumque haberemus. *Perizon.* (qui quidem Oppianorum duorum discrimen haud animaduertit,) in praef. ad Aeliani V. H. stell. ****** edit. Gronou. in Suidae loco non intelligit Marcum philosophum, imperatorem; sed *Caracallam*, qui Caesar factus istis nominibus semper est vsus. Sequitur ergo, inquit, certa prorsus ratione, Athenaei opus si exaratum est demum post mortem Oppiani, qui mortuus fertur anno aetatis XXX. vltimis annis Caracallae, confectum ergo esse post Caracallam, sub Elagabalo haud dubie, vel primis annis Alexandri. Nam vt illam scriptionem in inferiora demittamus tempora, quod velle videtur Faber, non patitur ratio aetatis Aeliani nostri, qui sub Alexandro floruit, et scripsit haud dubie, quoniam Philostratus eum refert inter vltimos quidem sophistas, sed tamen ante duos, quorum posterior dicitur nominatim *sub Alexandro viguisse, et in eius comitatu varias perlustrasse terras* etc." Tum, multis exemplis in medium adductis, late docet, Aelianum hausisse quam plurima ex Athenaeo, atque adeo post hunc vixisse. *Harl.*

II. Eius ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ siue eruditorum conuiualium [d]) sermonum [e]) libri XV. quamquam haud integri ad nos peruenerunt: desunt [P] enim, praeter lacunas, hinc

naeus, sed Vlpianus, qui ab Athenaeo loquens inducitur,) adfirmat, sibi cognitum fuisse Pancratem poetam, qui iam floruit tempore Hadriani imp.

d) *Conuiuii philologici* libr. *Heum.*

e) Fingit in hoc opere scriptor πολυμαθέστατος, Platonis symposium imitatus, se *Timocrati* narrare, quae ipse percepisset in conuiuio, quod *Laurensis*, (male Laurentius doctis viris adpellatus,) Romanus, vir opulentus itemque doctissimus, et magnae instructor bibliothecae parauerat viris praestantissimis *Masurio*, Icto, *Monio*, poetae, *Plutarcho*, Alexandrino, (vide VI. pag. 241 f. VII. pag. 276. a) *Leonidae* Eleo, *Aemiliano* Maurusio et *Zoilo* grammaticis: tum philosophis *Pontiano* ac *Democrito* Nicomediensibus, *Philadelphoque* Ptolemaeensi, *Theodoro* item *Cynulco* siue Cynico, pluribus canibus stipato, rhetoribusque aliquot, in quibus eminebat *Vlpianus* Tyrius ob adsiduam inquisitionem ὀνοματοθήρης et κειτούκειτος ab Athenaeo adpellatus, a Cuiacio autem male, ni fallor, confusus cum Vlpiano Icto lib. XXIV. cap. 39. obs. denique medicis *Daphno* Ephesio, *Galeno* Pergameno, et *Rufino* Nicaensi, musicoque *Alcidae* Alexandrino, *Arriano* praeterea et *Vdro* et *Palamedi* ac *Myrtilo* Thessalo. Hi per occasionem potus ciborumque adpositorum iucundos et plenos

hinc inde obuias, libri duo primores cum tertii principio, quae iactura vtcunque in editionibus refarcita eft ex *epitome huius operis* [f]), confecta ante annos circiter fexcentos a grammatico quodam CPolitano, (*Hermolaum*, a quo Stephanus Byzantinus contractus eft, parum accurate adpellat *Raphael* [g]) *Volaterranus*,) cuius etiam argumentum libro primo praefigitur. Lacunam bene magnam, libro XV. non longe a fine in antiquioribus editionibus occurrentem, primus e MS. codice Farnefiano [h]) fuppleuit *Guil. Canterus* lib. IX. nouarum lect. additis Iof. Scaligeri caftigationibus [i]). Athenaeo licet nominetenus haud laudato,

plus plenos vrbani falis et apertorum iocorum, fed non minus curiofiffimae ac maxime reconditae doctrinae fermones caedunt, ac tot laudant loca fcriptorum omnis generis propemodum octingentorum, (vtinam femper accurate,) vt res non adeo fpiffe coaceruari optet *Gaddius* de fcriptoribus non eccleſ. tom. I. pag. 50 fq. et viro acerrimi iudicii, *Rolando Marefio*, hoc ipfo nomine fictio Athenaei abfurda vifa fuerit, quod incredibile fit, talia eo modo et in vno conuiuio tractata, vel tot auctorum et tanta loca quemquam memoria tenere ep. 49. ad Nic. Heinfium pag. 222. Simile iudicium eodem in loco vir doctus fert de libris Iufti Lipfii, dialogorum more confcriptis, quale etiam de Laur. Begeri fcriptis ferret aliquis, Marefio fimilis, licet in vtroque fummi ingenii viro eruditio pariter fit admiranda. De Baffompierii memoriis non minus incredibile vifum eft Buffio Rabutino, (vide perfonati Vignolii Maruillii miſcellanea tom. II. p. 80.) quod prae fe ferant ex fola memoria recollecta ac defcripta, quicquid dixerit feceritque per totos retro triginta annos. *Fabric.* — Reformatos ob doctrinam fuam de S. coena *dipnofophiftas* vocat Henr. Meibomius in elegia in obitum Til. Heshufii. *Heum.*

f) Euftathius quoties Athenaeo ad Homerum vtitur, vtitur autem faepiffime, iam fub nomine Athenaei, iam fub nomine Δειπνοσοφιστῶν, non ipfum Athenaei opus, fed epitomen, fiue auctorem παρεκβολῶν, ad manus habuit, vt obferuatum *Rich. Bentleio* diff. de epiftolis Phalaridis pag. 30 et 131. Haec epitome MSta fuit apud Marcum Mufurum primum Athenaei editorem, tum et apud If. Cafaubonum, qui eam ab Hoefchelio, (vide Cafauboni epift. 26.) acceperat, auctorique nec eruditionis denegat teftimonium, nec excufare interdum negligentiam poteft. Delitefcit adhuc in variis bibliothecis inedita, exceptis libris primis duobus et parte tertii, qui pridem editi funt, et quibus defectum ipfius Athenaei Mufurus primus merito fuppleuit.

g) Decepit Volaterranus Carolum Stephanum, Nic. Lloydium, Ioh. Iac. Hofmannum, Moreriumque, vt adfirmarent, a Suida auctorem epitomes Athenaei vocari Hermolaum Byz. et, quod peius eft, nonnulli ex illis traderent, folam epitomen nobis fupereffe atque relictam effe, integro opere Athenaei deperdito. Hallucinationes hafce ante me notauit *P. Baylius* tom. I. lexici pag. 404 fq. [pag. 374. not. *F.* edit. nouiff.]

h) Vide *Hieronymum Mercurialem* lib. I. varr. lect. cap. 21. *Fabric.* Eft quoque illud fragm. inter codd. Voffian. tefte auctore catal. MSStor. Angliae et Hibern. tom. II. p. 62. nr. MMCCCIX. *Harl.*

i) Quum Athenaeus ex infinito paene auctorum vett. numero fuos congeffiffet fermones conuiuales, et forfan non omnes, quos laudat, libros ipfe habuiffet aut legiffet: facile accidere potuit, vt interdum aut ipfe minus curate excerperet, aut fidem aliorum, qui antiquiora et forfan Athenaei aetate iam deperdita minusue obuia compilarint fcripta, temere fequutus in nominibus propriis aut temporis ordine erraret. Neque tamen dubito fubfcribere iudicio *Hemfterhufii* ad Lucian. dial. mortuor. X. tom. I. pag. 368. b. Athenaeum fuiffe fubactum, fi quisquam, in libris veterum euoluendis, et eumdem diligentem fingularium vocc. captatorem. Atque varios errores iam notarunt *Cafaubonus* in commentario paffim, e. gr. II. cap. 20. V. cap. 15. etc. et *Ionfius* de fcript. hift. phil. I. 2. 2. I. 6. 5. I. 16. 3. II. 10. 1. in primis II. 16. 3. Multi errores etiam tarditate atque incuria librariorum fufi fuiffe videntur. Quare futurum editorem quantum diligentiae, ingenii atque fubtilis iudicii variaeque eruditionis adferre oporteat, ad corrigendum et textum graecum et ipfum auctorem, ex his facile intelligetur. Praeter ea vt Salmafii et Schneideri ampla omnis hiftoriae naturae fcientia ad infinita loca rite interpretanda explicandaque accedat, omnino eft optandum. *Harl.*

plus fimplici vice vfus eft eidem fuppar Aelianus, vt ad huius [*] varias hiftorias notatum viris doctiffimis, Iohanni Scheffero et Iacobo Perizonio. „Semel monendum eft, inquit *Schefferus* ad lib. I. cap. 14. videri noftrum pleraque huius operis ex Athenaeo, recenti tum auctore fortaffis vni tantum alteriue noto defumfiffe, adeo vbique ferme non fenfus modo fed et verba eius retinet." Quod vero Harpocration Athenaeum exfcripferit, vel hunc ille, Suidam auctorem laudans perperam tradit auctor pandectarum Brandenburgicarum [k]): nusquam enim hoc Suidas fcripfit. Laudatur femel de nomine Athenaeus nofter ab Harpocratione in Ναΐς. Sopater quoque fophifta librum fecundum eclogarum magnam partem ex Athenaei dipnofophiftis compofuerat, tefte *Photio* cod. CLXI. Praetereo Suidam, Euftathium aliosque recentiores, Athenaeo frequentius vfos, ex quibus *Stephanus Niger* Mufonium fuum fiue opus de nimio vitae luxu fiue nimia opfoniorum adpetentia totum ex Athenaeo carptim collegiffe animaduertitur.

III. Paulus Iouius in libello de pifcibus romanis auctor eft, *Sangae* Romani, poetae, familiaris fui, beneficio latinum Athenaeum nos debere. Sed numquam verfio illius, fi vsquam perfecta fuit, adfpexit lucem. Neque *Hieronymi Parifeti*, ICti, a quo maiorem Athenaei partem latine fuiffe redditam teftatur *Iacobus Gaddius* tom. I. de fcriptoribus non ecclefiafticis pag. 51. *Natalis* vero *Comitis* Veneti translatio haud vsquequaque probanda prodiit, adiectis ex codice Mediceo locis, quae in graecis editis hactenus defiderabantur, Venet. per Andr. Arriuabenum, 1556. fol. Bafileae eodem a. 1556. [l]) 8. et Parif. 1557. 8.

[De codd. msstis funt quaedam praemonenda. Farnefianum et Vrfini codd. iam Fabric. memorauit. *Cafaubon.* vt in praef. ad edit. Lugdun. ipfe teftatur, vfus eft codd. *Heidelbergenfi*, (de quo vid. Sylburgii catal. in monumentis pietatis etc. pag. 19. nr. 47.) per omnia fere fimili codici Aldino, tum alio, cuius ei copiam fecit Andreas Huraldus Meffaeus, inprimis integriore atque emendatiore *Farnefiano*, cuius varias lectiones et exempla ab H. Stephano aliisque, quos laudat, acceperat. Parilem illi codicem etiam feruari in *Vaticana* Romae, fe audiuiffe ait. — In bibl. *Guelferb.* eft cod. Athenaei, (num grammatici noftri, an alius, f. mechanici, equidem nefcio.) — In biblioth. publ. *Parif.* duo exftant codd. MDCCCXXXIII. (ab initio ferme libri tertii ad noni vsque finem,) et MMMLVI. (libri decem priores: codex autem exaratus eft manu Hermolai Barbari, a. Chr. 1482.) — In bibl. *Iacobaea* (tefte catal. codd. Angl. et Hibern. II. pag. 246.) eft cod. MMMMMMMMDLXVI. Athenaei, fed defiderantur lib. I. et init. libri fecundi. — In bibl. *Leidenfi* inter codd. Voffianos, fragmentum ex libro XV. (catal. p. 403. nr. 32.) — in eadem bibl. funt *Bonauent. Vulcanii* emendatt. in Athenaeum aliosque, (catal. pag. 345. nr. 20.) — *Florentiae* in bibl. Laurent. medic. plut. 60. cod. I. membran. faec. XV. Ath. Dipnof. libri XV. in margine fummaria capitum et auctorum, quorum ab Athenaeo fit mentio, nomina adnotantur: et cod. II. papyrac. faec. XIV. iidem libri: in fine tamen fupplentur pauca, in libr. II et XIII. praeter-

k) Quod in iisdem pandectis ex adpendice bibl. Gesneri traditur, Athenaeum philofophum fcripfiffe libros decem Theogoniae, et de rerum principiis librum, idque tefte Aeliano, itidem error eft, neque vsquam hoc teftatur Aelianus. Ceterum Pherecydes, philofophus Athenienfis, fiue, vt alii, Syrius, fcripfit de rerum principiis et libros decem Theogoniae, vide quae fupra lib. II. in Hefiodo.

l) Conf. *Clement* Biblioth. curieufe etc. II. pag. 180. not. *Harl.*

praetermissa: initio autem praefixus est index scriptorum, qui in hoc opere ab Athenaeo laudantur: quorum deinceps etiam in margine suis locis nomina adponuntur. — *Iustus Rycquius* testatur in centuria noua epistol. 29. se in bibl. Saregi, Perusiae et Vmbriae praefecti, reperisse *parecbolas* quasdam eorum, quae in excusis *Athenaei* codicibus desiderantur. vid. Fabr. B. Gr. vol. XIII. pag. 644.

Iriarte in catal. codd. gr. bibl. reg. Matrit. pag. 277. prodit, in Mendozana bibl. fuisse tabulam in Pollucem et *Athenaeum. Harl.*

Primus graece Athenaeum cura *Marci Musuri*, qui et varios MSS. codices et epitomen graecam contulerat, quaeque deerant ex hac suppleuerat, edidit *Aldus Manutius*, Venetiis a. 1514. [m]) apud Aldum et Andream socerum. fol. — Deinde *Iacobus Bedrotus* et *Christianus Herlinus* iuuenes germani, addito scriptorum, qui ab Athenaeo laudantur, elencho [n]), aliisque indicibus, et adnotationibus in loca quaedam, collectis ex Budaei, Erasmi aliorumque doctorum hominum lucubrationibus [o]). Basil. 1535. fol. — Libri decimi quinti lacunam ingentem a pag. 647. a. ad pag. 696. a. ex *Farnesiana* bibl. primus suppleuit *Guilelmus Canterus* IX. 1. nouar. lect. cap. 21. vbi alterius MSti codicis, a *Fuluio Vrsino* sibi monstrati, meminit. — Ex accuratiore *Iac. Dalechampii*, Cadomensis medici, interpretatione, cum breuibus ad oram [✠] notis *Athenaeus* latine emendatius recusus est Lugd. a. 1583. fol. et licet non omne punctum tulisset Dalechampius, a Casaubono etiam hinc inde non praeter rem reprehensus, maiorem tamen longe industriam probauit Veneto interprete, et per triginta paullo minus annos hunc foetum suum, quantum per frequentissimas aegrotantium visitationes facere potuit, horis subsiciuis expoliuit. — Postea a. 1597. fol. versioni Dalechampii notisque a Commelino recusis accessit praeter graecum textum ex codd. Palatinae, Vaticanae aliarumque bibliothecarum MSS. ab *Is. Casaubono* emendatum, eruditissimus in Athenaeum eiusdem Casauboni commentarius. [tom. I. 1597. tom. II. Lugduni 1600. vid. *Pinelli* catal. III. pag. 109.] — Atque ita Athenaeus cum Dalechampii versione notisque et Casauboni commentariis iterum praela subiit Lugduni tom. I. 1612. tom. II. 1621. fol. iterumque a. 1657. — 1664. II. voll. in qua editione accessit praeter obseruationes pauculas virorum illustrium L. I. et *Pauli Fermat*, senatorum Tolosanorum, in quaedam loca Athenaei, index scriptorum Athenaeo laudatorum in prioribus graeco latinis omissus, et longe quam in graeca Basileensi plenior. [Inedita tamen sunt, quae in praefat. suae fine promisit Casaubonus, prolegomena de Athenaeo, quibus copiose egit de auctore et argumento huius operis, idem de conuiuatione Larensi et omnibus conuiuis. *Heum.* — Nouam editionem promiserunt celebb. *Beckius* et *D' Ansse de Villoison.* Atque noua editio cum commentario Casauboni aliorumque V. D. notis obseruationibusque hinc inde sparsis Lipsiae in mai. 8. sub prelo

m) Conf. *Clement* in Biblioth. curieuse etc. II. pag. 179. — Aldum et Musurum neque in exemplaribus nanciscendis fuisse felices, neque in editionis suae emendatione nimis diligentes, iudicat Casaubon. in praefat. Alii quoque critici, quamuis Aldus suam et Musuri operam in conferendis codd. in contextu emendando augendoque et in carminibus in sua metra restituendis mirifice iactitasset; hanc tamen edit. maxime vitiosam et tamquam exemplum habent Aldinae in excudendis exemplaribus incuriae. *Harl.*

n) Hunc catalogum pluribus scatere erroribus, scribit *Ionsius* lib. IV. pag. 348. s. pag. 271. edit. Dornii. *Harl.*

o) Quarum praecipue ope multa Aldinae edit. vitia sustulerunt: ceterum a librorum scriptorum et idoneae eruditionis praesidio imparati. *Harl.*

prelo sudare et magna primi tomi pars in lucem iam exiisse dicitur curante M. *Schäfero;* duo priores tomi comprehendent textum gr. subiecta ex Lugdunensi edit. a. 1607. varietate lectionis: in reliquis autem commentarius Casaub. et notae variorum collectae comparebunt. [Prodiit iam particula ita inscripta: Ἀθηναιȣ Δειπνοσοφιςῶν βιβλια πεντεκαιδικα. *Athenaei Deipnosophistarum libri quindecim, ad editionem Lugdunensem postremam emendatius expressi. Accedunt Villebrunii interpretatio gallica et notae itemque Isaaci Casauboni animaduersiones integrae. Curauit, Virorum doctorum emendationes adnotationes vel editas vel ineditas adiecit, indices nouos confecit Godofredus Henricus Schäfer,* Art. L. L. M. *Pars I. Athenaei Textum graecum continens. Tomus I. Lib. I — V. continens.* Lipsiae in bibliop. Schäferiano, MDCCXCVI. 8. mai. *Beck*] Constat autem, acutissimos criticos post insignem Casauboni laborem in explicandis, tentandis emendandisque etiam defendendis permultis Athenaei, cum primis poetarum, quorum ille versus fragmentaque crebro adtulit, locis passim diligenterque versatos esse: quorum omnium curas criticas congerere atque enumerare longum est. Iis tamen, quos iam laudaui in Introduct. l. c. pag. 234. addi possunt *Thom. Reinesius* in variis lectionibus, Altenburgi 1640. 4. frequenter, *Bentleius* in dissertatione de Phalaridis — — epistolis etc. e versione I. D. a Lennep lat. pluribus locis, *Corsin.* in fastis atticis II. pag. 147. II. 355. III. 3. IV. 65 et 73. — cl. *Iacobs* in Exercitatt. criticis in scriptor. vett. tom. I. cap. II. *Burmannus* II. ad Propertium, multis locis, *Rossius* in commentatt. Laertianis, qui pauca loca emendat aut illustrat, *Stephan Weston* Hermesianax siue coniecturae in *Athenaeum* atque aliquot poetarum graecorum loca, quae cum corriguntur et explicantur, tum carmine donantur. Londini 1784. mai. 8. *Hoeschelius* edidit Io. Damasceni homiliam etc. gr. lat. cum notis Augustae Vindel. 1588. 8. atque notis adiunxit adpendicis loco ex codd. msst. Augustanis obseruationes, quibus quam plurima loca insignium scriptorum possunt emendari vel suppleri, atque *Athenaei* quidem pag. 85 — 92. et pag. 94. ex MSto epitomes Athenaei restituit versus sedecim *Panyasis* poetae, πρῶτοι μὲν χάριτές τ' ἔλαχον etc. qui libro secundo Athenaei desiderabantur, vid. Fabr. B. Gr. vol. XIII. pag. 541. *Harl.*]

Denique quinque primos libros gallice a se translatos vulgauit *Marollesius*, Paris. 1680. 4. *Fabric.* De perrara hac editione vid. *Bayle* l. c. not. *D. Clement* l. c. pag. 180. et ex illo *Widekind* in ausführl. Verzeichniss von raren Büchern. part. I. pag. 234. — De noua gallica versione: *Banquet des Savans par Athénée,* traduit tant sur les textes imprimés, que sur plusieurs mssts. par M. *le Febure de Villebrune,* Paris. ap. Lamy. 1788. et 1789. IV. voll. 4. iam quaedam notaui in Introd. etc. l. c. pag. 233 sq. *Harl.*

IV. Scripsit et alia *Athenaeus*, ex quibus lib. V. pag. 211. memorantur libri de regibus Syriae: περὶ ȣ̓ (Δημητρίȣ) ἱςόρησεν ὁ ἑταῖρος ἡμῶν Ἀθήναιος ἐν τοῖς περὶ τῶν ἐν Συρίᾳ βασιλευσάντων. Equidem alium Athenaeum, Diodoro Siculo laudatum, innui hoc loco, non Naucratitem, existimabat Paulus Colomesius notis ad Gyraldi dialogos de poetis pag. 420. Sed verisimillimum est, a dipnosophista, qui loquens inducitur, ἑταῖρον vocari non alium, quam conuiuam suum. Vnde a Colomesii sententia recte etiam recessere clarissimi Lipsienses actorum eruditorum collectores a. 1696. pag. 233. Praeterea *Vossius* lib. II. de hist. graecis cap. 15. obseruat, Athenaeum collegisse historias ducum, qui, singulari certamine pugnantes, exercitibus suis salutem attulere. Verba Athenaei haec sunt lib. IV. p. 155. ὅτι δὲ καὶ οἱ ἔνδοξοι καὶ οἱ ἡγεμόνες ἐμονομάχȣν καὶ ἐκ προκλήσεως τȣ̃τ' ἐποίȣν, ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. *Mich.*

Mich. Neander in prolegomenis ad gnomologiam ex Stobaeo collectam pag. 11. adfirmat, exſtare etiam Athenaei noſtri paraphraſin in Nicandri Alexipharmaca, et de machinis bellicis. Sed ſcholia in Nicandrum ab aliis tribui Athenaeo Attalenſi medico, iam ſupra dixi, et liber de machinis longe antiquiorem auctorem agnoſcit *Athenaeum*, aequalem Archimedis, qui librum ſuum inſcripſit M. Marcello, Syracuſarum expugnatori. Vide ſupra lib. III. cap. 24. [‡] [vol. IV. pag. 222 ſqq.]

[Fabricius ex edit. Lugdun. 1657. indicem, aliquot locis auctum atque emendatum, ſubiunxerat. Enimuero quod cum ego eum ſaepe vitioſum mancumque deprehendi, atque, quamquam quaedam adnotare et corrigere coeperam, tamen et laborem ingratum maximeque imperfectum facturum eſſe ſenſi, tum *Valckenar.* in diſſ. (adiecta *Vrſini* Virgilio collatione graecorum ſcriptorum illuſtrato) de ſcholiis ad Homerum pag. 149. eum indicem iudicauit, centenis erroribus ſcatentem et auctorem indignum profecto, cuius turpiſſimum centonem operi duraturo interſereret Fabricius, vt aliorum ſilentio praetermittam querelas; ego, vt illum indicem hoc loco reſcinderem, quam omnibus vitiis oppletum repeterem, ſatius eſſe duxi. Forſan licet, ope eruditi cuiusdam amici, eum alio tempore curatiorem et pleniorem, praeterea veris nominum lectionibus multis locis emendatis atque reſtitutis, certiorem exhibere. *Harl.*]

C A P V T XXVI (olim XXI)
DE CLAVDIO AELIANO

I. *Aeliani aetas et vita.* II. *Variae hiſtoriae.* III. *Hiſtoria animalium.* IV. *Tactica antiquioris vt videtur Aeliani.* V. *Epiſtolae ruſticae.* VI. *Scripta Aeliani deperdita.* VII. *Index ſcriptorum, in varia et animalium hiſtoria citatorum.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

[P R A E M O N E N D A.

De *Aeliano*, eius aetate, et num auctores hiſtoriar. variarum atque hiſt. natur. tacticorumque fuerint diuerſi, nec ne? quia viri quidam docti valde diſſentire et in alia omnia abire ſolent: quorumdam, qui plura diſputarunt in vtramque partem, aut vitam Aeliani expoſuerunt, commentationes excitabo.

Philoſtratus de vitis ſophiſt. II. 31. vbi Olear. in notis pag. 624. ſententiam Perizonii amplexus, Aelianum, Hiſt. var. auctorem, cenſet, floruiſſe cum Caracalla, Alexandro Severo et, qui iis ſucceſſere, imperantibus. In Philoſtrati locum quaſi commentatus eſt *Melchior Schmid* in progr. de Cl. Aeliani V. H. libris quaedam traduntur, et ipſius Aeliani vita a Philoſtrato deſcripta exhibetur. Helmſtadii 1671. 4.

Conrad. Gesneri disquiſitio, *vnum Aelianum* omnium, quae in editione eius operum Gesneriana exhibentur, auctorem eſſe, et obiter quaedam de hoc ſcriptore, eiusque ſcriptis et nominibus, in *Gesneri* praefat. ad Aeliani opera, Tiguri, 1556. fol.

Iac. Perizonii et *Abrah. Gronouii* praefatt. de Aeliani aetate atque hiſtoria, praemiſſae illorum editionibus. Perizonii rationes adoptauit Fabricius noſter.

Val. Hermanni Thrylittii, medici ciuitatis Geithayn. ord. obſeruatio de Aelianorum, quorum monumenta ſuperſunt, aetatibus, in Miſcellan. Lipſienſ. tom. IV. obſeru. 81. pag. 120 ſqq. Ille, auctorem libri, Hiſtoire critique de la Republique des lettres, part. I. p. 174. *Bochartum* in Hierozoico, part. I. libri II. cap. 46. pag. 522. et cap. 55. pag. 627. part. II. libr. I. cap. 4. pag. 21. et *Iſ. Voſſium* in adpend. obſeruatt. ad Pompon. Melam pag. 38. ſequutus, contendebat et euiciſſe ſibi videbatur, auctorem hiſtoriae animalium diuerſum ab compilatore variarum hiſtoriarum, vixiſſe aetate Germanici, Alexandriae natum, quod collegit ex libr. II. cap. 11. (ego vero rationem et firmitatem argumenti non ſatis intelligo et perſpicio:) tum quod ipſe lib. XI. cap. vlt. ſcribat, ſe in magna vrbe Alexandria bouem deo ſacrum, quinque pedibus, miratum eſſe, contra alter Aelianus, auctor varr. hiſt. apud Philoſtratum l. c. neget, ſe numquam vlla parte terrarum vltra Italiae fines peregrinatum eſſe, neque nauem vmquam conſcendiſſe, neque expertum eſſe mare. Sed *Valeſius* iam loco mox citando p. 123. praeoccupauit hanc quaeſtionem et ita ſoluit, vt ſtatueret, Philoſtratum, parum diligentem in ſcribendis ſophiſtarum vitis, falli neceſſe eſſe, et ſcribendi genus in libris de animalibus redolere ſophiſtam, planeque ſimplicem eſſe ac nitidum, qualem Aeliano ſophiſtae tribuat Philoſtratus: Hambergerus autem Aeliani et Philoſtrati narrationes commode ita conciliat, vt opinetur, Aelianum poſtea, quam Philoſtratus id memoriae prodidiſſet de illo, iter in Aegyptum ſuſcepiſſe. Atque ipſe Fabric. iam init. §. I. caute ſobrieque ſcripſit, illum *vix* vmquam egreſſum eſſe fines Italiae. Philoſtrato tamen potiſſimum duce idem Tryllit. pugnans contra Perizonium, ſtatuit Aelianum ſophiſtam, iuniorem altero, vixiſſe poſt Hadriani tempora, nec potuiſſe ad Elegabali et Alexandri Seueri imperium peruenire. Sed haec et alia, ingenioſe quidem expoſita, ab aliis vero iam occupata refutataque, talis haud firmiſſimis nituntur. Adde quae iam adnotaui in introd. in hiſtor. L. Gr. I. p. 248 ſq. vbi de Aeliano diſputaui. — *Chriſtian Ioſ. Iagemann* (ſ. *Tiraboſchius,* cuius opus in compendium redegit) in der Geſchichte der freyen Künſte und Wiſſenſchaften in Italien, (tom. II. Lipſiae 1778. 8.) pag. 257 ſq. Aelianum *Praeneſtinum* V. H. compilatorem omnino diſcernendum putat ab Aeliano, *Romano,* auctore hiſt. anim. Nulla tamen noua adtulit argumenta, ſed ea, quae ab aliis iam excogitata exornataque, at aeque refutata memorauimus.

Henr. Valeſius in Emendationum libro quinto, cap. I. contra Geſnerum dimicans oſtendere conatur, (comprobante Burmanno in nota, pag. 121.) Aelianum de inſtruenda acie diuerſum eſſe ab Aeliano ſophiſta, auctore variarum hiſtoriarum et librorum de animalibus; hunc autem non ſub Hadriano, ſed praecipue, quoniam a Philoſtrato dicatur diſcipulus Pauſaniae, qui circa Seueri tempora fuit auditor Herodis Attici, ſub Alexandro Seuero floruiſſe: cap. 2. ſuam corroborare ſtudet ſententiam loco ipſius Aeliani ſophiſtae, qui in libro X. de animalibus cap. 1. laudet *Dionem,* quo nomine hiſtoricum innui putat Valeſius, non, philoſophum. Enimuero *Schneider* in Periculo critico in anthologiam Conſtantini Cephalae pag. 128. id argumentum, ex teſtimonio Dionis petitum, infirmum iudicat, quia in Aeliani loco, vt ex libro XVII. cap. 10. adparet, ſine dubio legendum ſit Δίνων· Is tamen in ſua Aeliani editione pag. 312. lectionem priſcam Δίων retinuit, nec in nota ſubiecta ſollicitauit, nedum proſcripſit. Porro *Valeſius* in cap. 13. docet, Aelianum ſophiſtam auctorem eſſe librorum de animalibus et ab eo diuerſum tacticorum ſcriptorem. Eius tamen quartum vltimumque argumentum, ex eo ductum, quod in msto codice bibl. Pariſ.

vidit

vidit Aeliani librum de re militari, inscriptum, Αἰλιανῦ τῦ φιλοσόφυ, qui titulus non conveniat sophistae, et quando Aelianus in libro II. de animalibus cap. 11. se ipsum vocet, φιλοσοφῦντα ἄνδρα, id haud repugnare, quoniam aliud sit philosophari, aliud philosophum esse; *Schneider* in periculo critico pag. 128. falsum esse pronuntiat, quoniam titulus ille procul dubio debeatur librariis, et interpretatio τῦ φιλοσοφῦντος ἀνδρὸς sit ridicula. — In sequentibus capp. IV — XVI. *Valesius* permulta Aeliani lib. de animalibus loca face critica illustrat aut interpretatur.

Kretzschmar post praef. ad suam edit. Aeliani V. H. e Fabricii B. Gr. cap. de Aeliano repetiit; quibusdam tamen rescisis et paucis adiectis.

Gottl. Beniam. Lehnert de vita, moribus ac scriptis Aeliani, post praefat. ad suam edit. pag. XXXIX sqq.

Hamberger in zuverl. Nachr. tom. II. pag. 515 sqq.

I. G. de Chaufepié Nouv. diction. histor. et crit. voc. *Elien.*

Saxius in Onomast. I. pag. 301. de Claudio Aeliano, Tactico, (circa a. Chr. 130.) et pag. 356. de Aeliano Praenestino, sophista, (circ. a. Chr. 225.) *Harl.*]

CLAVDIVS AELIANVS, Politiano et aliis male Helianus, Praenestinus [a]), vix vmquam fines Italiae patriae suae egressus [b]) sed Graecorum [c]) graecaeque eloquentiae amantissimus fuit. Audiuit Pausaniam rhetorem [d]) et Nicostrati simplicem venustatem, Dionisque Chrysostomi dictionem imitatus, Herodem Atticum tamquam suauissimum rhetorum prae ceteris admiratus est. Magnam inde dictionis atticae facultatem et elegantiam sibi comparauit, ita, vt, Philostrato iudice, ipsis posset certare Atheniensibus, et μελίγλωσσος siue μελίφθογγος, h. e. *mellei oris*, inde dictus sit, teste Suida, qui ἀρχιερέα quoque siue Pontificem [e]) fuisse, et rhetoricam [†] Romae professum esse memorat. Declamationibus faciendis

Hhhh 2

a) Suidas [tom. I. pag. 649. vbi Küster. in notis adsentitur Perizonio,] Αἰλιανὸς ἀπὸ Πραινέστυ τῆς Ἰταλίας, ἀρχιερεὺς καὶ σοφιστὴς ὁ χρηματίσας Κλαύδιος. Ὃς ἐπεκλήθη μελίγλωσσος ἢ μελίφθογγος καὶ ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ αὐτῇ ἐπὶ τῶν μετὰ Ἀδριανὸν χρόνων. Quia vero Praenestini ius ciuitatis romanae habebant, (vide *Io. Mariae Suaresii* libros III. de Praeneste antiqua editos Romae an. 1650. 8.) hinc Romam patriam suam vocat *Aelianus* lib. II. var. hist. cap. 38. lib. XII. cap. 25. et lib. XIV. cap. 45. et *Philostratus* de sophist. pag. 618. Αἰλιανὸς (male in codice meo MS. Philostrati bis legitur Φιλιανός.) δὲ Ῥωμαῖος μὲν ἦν, ἠττίκιζε δὲ ὥσπερ οἱ ἐν τῇ μεσογαίᾳ Ἀθηναῖοι.

b) Idem Philostratus testatur, Aelianum ipsum de se praedicasse, quod nunquam nauem conscenderit, neque mare nouerit, neque vsquam profectus sit vltra fines Italiae. Atque ideo pluris etiam Romae habitum esse ὡς τιμῶντα τὰ ἤθη vt qui moribus patriis vnice duceretur. At ipse Aelianus auctor est fuisse se Alexandriae, XI. vlt. de animal. [vid. *praemonenda.*]

c) Vide var. hist. lib. IX. cap. 32. et lib. XII. cap. 25.

d) Philostratus: ἡ μὲν ἐπίπαν ἰδέα τῦ ἀνδρὸς ἀφέλεια προσβάλλυσά τι τῆς Νικοστράτυ ὥρας. Ἡ δὲ ἐνίοτε πρὸς Δίωνα ὁρᾷ καὶ τὸν ἐκείνυ τόνον — Παυσανίυ μὲν ἦν ἀκροατὴς ἐγένετο, ἐθαύμαζε δὲ τὸν Ἡρώδην ὡς ποικιλώτατον ῥητόρων.

e) Alius fuit, 1) *Plautius Aelianus*, pontifex, sub Vespasiano clarus, quem memorat *Tacitus* lib. IV. hist. cap. 52. Mentio fit et 2) *C. Aeliani* in plerisque editionibus historiae naturalis Plinianae, inter auctores, ex quibus composuerit Plinius librum tertium. Sed Io. Harduinus ex MSS. recte ibi reposuit *Gellianum*, qui citatur lib. III. cap. 12. 3) *Aemilius Aelianus*, qui Cos. fuit sub Traiano A. V. C. 868. diuersus a 4) *Casperio Aeliano*, praefecto praetorio sub Nerua imp. apud *Dionem* lib. LXVIII. pag. 770. qui rusticorum tumultuantium sub

ciendis parum aptum se expertus [f]), ad scribendum se contulit, sub imp. Elegabalo [❡] vel primis annis Alexandri Seueri [g]), ac coelebs sexagesimum vltra aetatis annum vixit [h]). *Fabric.* Quod,

sub Domitiano caput fuit, teste *Eutropio* IX. 20. Confer *Barthium* pag. 2481. aduers. 5) *Aelianus* patria, (vt ipse videtur in praefat. innuere,) Graecus, graecaeque rei militaris, quam romanae peritior, qui ad Adrianum imp. *Tactica* scripsit, et in illis testatur, se de hoc argumento olim sermones fecisse, Nerua Traiano imperante, cum Frontino viro consulari. Hunc tacticorum scriptorem cum Cl. Aeliano nostro confundunt *G. I. Vossius* de hist. gr. II. 11. et alii viri docti: sed antiquiorem atque adeo diuersum esse probe post *Is. Vossium* et *Tillemontium* tom. II. hist. imperatorum pag. 995 sq. notauit *Iacobus Perizonius* in prolegomenis ad varias historias Aeliani. Non plane constat, idemne cum hoc Tacticorum scriptore sit 6) *Facundus Aelianus*, laudatus *Martiali* lib. XII. epigr. 24. vel 7) *Aelianus*, amicus Apollonii Tyanensis, de quo *Philostratus* in huius vita lib. VII. cap. 8 sq. 8) *Aelianus Platonicus*, cuius *hypomnemata in Timaeum Platonis* laudat Porphyrius in Ptolemaei harmonica et Proclus ad Timaeum, *Is. Vossius* de viribus rhythmi pag. 82. 88 et 111. [vid. vol. III. pag. 160. ibid. p. 95. et vol. VIII. p. 524.] 9) *Papirius Aelianus*, Cos. sub fratribus Antoninis, A. V. C. 915. nisi potius cum fastis, a Norisio editis, legendum *Lollianus*, [et *Cassiodor.* ac *Prosper* in chron. *Laelianus*, sed *Relandus* in fastis consularibus pag. 36. illud per errorem ex τῷ *L. Aelianus* ortum esse suspicatur, et plura testimonia pro *L. Aeliano*, (ita enim nominatur,) tam vetera, quam recentiora adfert. In *Almeloueenii* fastis consular. scribitur pag. 89. *L. Papirius Aelianus*. 10) *Aelianus*, qui A. V. C. 936 et 939. Cos. fuit sub imperatore Commodo, [de hoc *Cn. Papirio Aeliano* multus est *Relandus* in fast. consular. pag. 60 sqq. et pag. 67 sq.] 11) *Aelianus*, qui Cos. fuit A. V. C. 975. idem forte cum *Flauio Aeliano*, qui praef. praetorio sub Alexandro Seuero, memoratur in inscriptione veteri apud Gruterum pag. 491. vt coniicit *Io. Glandorpius* in Onomastico Rom. pag. 20. [Sed in fastis Relandi pag. 149. ex inscription. nominatur *L. Roscius Aelianus*, Cos. *Harl.*] 12) *Celsus Aelianus*, de quo Iulius Capitolinus in Maximo et Balbino cap. 17. 13) *L. Aelianus*, vnus e sex tyrannis, qui inter initia Diocletiani imperium vsurpauere, cuius mentio apud *Eutropium* lib. IX. sect. 20. et cuius numus a Foucaulto inuentus refertur in memoriis litterariis Gallicis Triuultinis anni 1702. pag. 35. Vide et Tillemontii notam 12. ad vitam Gallieni tom. III. historiae imperator. vbi e numis mentio alterius *Auli Pomponii Aeliani*. 14) *Aelianus*, Probiani in proconsulatu Africae sub Constantino M. successor, lib. I. codicis Iustinianei tit. 38. et Augustin. epist. 68. siue 88. edit. Benedictinor. 15) *Aelianus*, ad quem Gregorius Thaumaturgus scripsit expositionem fidei, laudatam Basilio Magno epist. 64. 16) *Aelianus*, dux bellicus sub imp. Valente, de quo Suidas in Αἰλιανός [t. I. p. 649 sq. ibique Küster.] 17) *Aelianus*, praetorio praefectus sub imp. Zenone. Vide *Cuiacii* obseruationes lib. XVI. cap. 14. 18) *Aelianus Meccius* (Μέκκιος), Galeni praeceptor, qui eum laudat libro de Theriaca ad Pamphilianum tom. II. p. 470. [vid. infra in elencho medicor. tom. XIII. p. 35.] Hisce omnibus aetate prior 19) *Aemilius Aelianus*, Cordubensis, de quo *Suetonius* in Augusto cap. 51. [20) *Thryllit.* l. c. addit *Cn. Papirium Aelianum*, Traiani legatum, ex I. Gruteri inscript. CCXXVII. 3. „quem, ait, *Casp. Barthium* aduersar. lib. CLVI. qui est in ineditis, cap. 1. vt in Claudium transformaret, multum aliquando, sed frustra forsan, laborasse deprehendi.“ Ille igitur non nomine, sed aetate diuersus esse videtur ab eo, qui nr. 9. citatus est. *Harl.*]

f) Philostratus de Aeliano nostro: ἑαυτὸν εὖ διασκεψάμενος ὡς μελέτῃ οὐκ ἐπιτήδειον, τῷ συγγράφειν ἐπέθετο, καὶ ἐθαυμάσθη ἐκ τούτου.

g) Hoc ex eo probant viri docti, quod aequalis fuerit Philostrati iunioris, et Athenaei dipnosophistas subinde sit in variis suis historiis sequutus, quod postremum in primis obseruauit et luculenter demonstrauit Perizonius, [qui, Aelianum quam plurima hausisse ex Athenaeo, ex collatione plurium locorum ostendit. vide ad cap. anteced. de Athenaeo notata.] Ceterum *Vossius* lib. IV. c. 53. de idololatria merito Iac. Greuinum reprehendit, cui Aelianus noster Plinio, nat. historiae scriptore, antiquior est lib. et capite 3. de venenis.

h) Philostratus: Ἐβίω γὰρ ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη, καὶ ἐτελεύτα οὐκ ἐπὶ παισί. Παιδοποιίαν γὰρ παρῃτήσατο, τῷ μὴ γῆμαί ποτε.

Quod, Gesnero iam animaduertente, multa capita verbotenus ex Oppiano vertit et μεταφράζει Aelianus in historia animalium, ita, vt millies propemodum vterque ex se inuicem possit emendari, et inde ratio orationis nimis floridae in Aeliani hist. reddi; illum post Oppianum suam animalium historiam scripsisse, colligit *Schneiderus* in Periculo critico pag. 127 et 133 sq. Atque Corn. de Paw in notis ad Philen aliquoties Oppianum ex Aeliano restituit feliciter. *Harl.*

II. Ex eius scriptis exstant ΠΟΙΚΙΛΗΣ ἹΣΤΟΡΙΑΣ βιβλία ιδʹ. *variae historiae* siue historiae per saturam lib. XIV. i) quod opus Iohanni Stobaeo k) laudatur sub titulo ἱστορία vel σύμμικτος ἱστορία, Stephano Byz. l) ἱστορικῆς διαλέξεως, Suidae m) περὶ ποικίλης ἀφηγήσεως. [Ex quibus vett. auctoribus, et quomodo more illius aeui compilarit Ael. opus suum, docet Perizon. in praefat. *Harl.*] Quamquam vero parum verisimilis videtur sententia virorum doctissimorum, qui vel ob stilum minus, quam in historia animalium limatum extremam operi manum auctoris accessisse negant n) imperfectumque relictum o) esse, aut excerpta tantum illius exstare contendunt p): non absurde tamen suspiceris, prologo et epilogo et quibusdam forte libris truncatum ad nos peruenisse. Nam Stobaeus q) et Suidas nonnulla ex eo proferunt, quae in editis desiderantur, et liber quintus in binos a librario diuisus esse videtur, quum sextus liber interciderit. Praetereo, quod libri decimi quarti extrema varie turbata sunt in codd. et editionibus: et quod librum XVII. in bibl. caesarea exstare illatum a Io. Sambuco ex Mugii, Tredecimuiri Argentoratensis, fide tradidit Scheferus et Kuhnius, de qua re Lambecii et Nesselii silentium iubet nos addubitare. *Inscriptiones capitum* ab ipso Aeliano non esse, disputat *Gisbertus Cuperus* in variis suis obseruationibus [libr. III. cap. 11.] pag. 302 sq. in quibus [a cap. 10 — 16. et lib. II. 18. IV. 11.] plura istorum librorum loca erudite illustrauit, tum *Scheferus* ad praef. et lib. III. cap. 24. ac *Perizonius* ad IV. 4 et 29. Lectum hoc Aeliani opus etiam ab Eustathio, qui illud respicit in suo ad Homerum commentario, locis ad minimum decem.

[Notitiam *codd. msstorum* more sueto inserere et praemittere iuuat. *Perizonio* in praefat. videntur omnes, qui quidem cogniti sunt et excussi, huius historiae variae codices ex duobus antiquioribus exemplaribus deriuati. Ita duas ille semper reperit diuersas per totum paene auctorem lectiones, quarum alteram hi codices, alteram illi, constanter

 seruant

i) Licet plures fortasse auctor scripserit, vt statim dicam.

k) In Florileg.

l) In Χεῤῥόνησος.

m) In Ἀσέλγεια. Idem tamen ποικίλην ἱστορίαν vocat in Δώς, Κοίνη et Φιλιωθέντες.

n) *G. I. Vossius* de hist. gr. pag. 218. *Fabric.* *Perizon.* in praefat. negat, esse imperfectum opus ab auctore relictum: e contrario censet, illud opus, varias historias, ante libros de animalibus et de prouidentia fuisse editum; Aelianum ipsum sua forte sine prologo et epilogo edidisse, vtramque tamen historiam a vitio imbecillitatis seu negligentiae non esse immunem, contra Kuhnium disputat, arbitrantem, nos tantum analecta et quaedam ruta caesa pro iusto V. H. opere habere; neque tamen negat, codd. V. H. tarditate librariorum non magis esse ita passim mutilatos aut redactos in epitomen vel excerpta ex iusto Aeliani opere, quam illos, quibus vsus iam olim est Stobaeus. Haec et alia copiose persequitur et explanat. *Harl.*

o) *Io. Clericus* I. artis criticae pag. 89. *Io. Schefferus* pag. 149. de stilo et Kühnius ad Aelianum.

p) Vide Kühnii praefat. et *Perizonii* notas ad librum VI. cap. 1.

q) Sed hunc in citandis et mutandis Aeliani locis fuisse nimis liberalem, eiusue codd. esse corruptos, multis docet Perizon. in praef. *Harl.*

ſeruant, certo ferme indicio, ex duobus tantum omnes eſſe propagatos. Atque idem ille nactus eſt et contulit duo codd. msstos, alterum et antiquiorem a *Fred. Sluiskenio*, curiae Hollandiae, Zelandiae et Friſiae praeſide; alterum recentiorem ex bibl. *Lugdunenſi Bat.* diuerſae vtrumque propaginis, ita, vt in illis haberet vtramque veterum codicum lectionem. Atqui a librariis aut aliis V. D. olim contractos fuiſſe aut interpolatos, aut transpoſitos Aeliani libros, cognoſcitur quoque ex codd. Pariſ. et e codice *Vratislauienſi* bibl. Rhedigerianae, quem cl. *Fülleborn* in praefat. orationum Plethonis et Apoſtolii, (Lipſ. 1792. 8.) curatius deſcripſit, et de quo in litteris ad Lehnertum nouiſſimum Ael. V. H. editorem. (vid. praef. pag. XLVII.) quaedam docte adnotat: „habet enim, ait, codex ille e variis Ael. hiſtoriis tria tantum capita, reliqua ex Aeliano de animalibus, ac ne haec quidem integra et vulgari ordine collocata; ſed in compendium redacta, paſſim etiam immutata, ita, vt non tam deſcripſiſſe Aelianum videatur Mich. Apoſtolius, Conſtantinopolitanus, qui ſaec. XV. vixit, quam in ſuum vſum excerpſiſſe."

In bibl. Laurent. Medicea, *Florentiae* eſt ille cod. *varr. hiſtor.* XIX. plut. 60. quem Iac. Gronou. contulerat, et cuius V. L. filius, Abrah. Gronou. in ſua edit. protulit. (*Bandin.* catal. codd. gr. II. col. 609.) — cod. XXVI. plut. 70. *varr. hiſtor.* lib. XIV. ſed, notante *Bandinio* l. c. pag. 686. nulli in hoc cod. tituli praemittuntur capitibus, ac liber VI. cum V. ita eſt coniunctus, vt, vno ex duobus conflato, ſextus deſiderari videatur. Ex his duobus mediceis Marquard. Gudius varias enotarat lectiones. — In eadem biblioth. eſt cod. VII. membran. ſaec. XII. plut. 86. qui continet Aeliani *de natura animalium* libros XVII. ad quem cod. adornatam eſſe edit. Abr. Gronou. *Bandin.* (l. c. III. col. 296 ſq.) colligit ex Gronou. praefatione. — tum cod. VIII. eiusdem plut. Aelianus *de animalium proprietate*, praeuia capitum 225. tabula, et praefat. Nullam tamen eſſe, adnotat *Bandin.* l. c. col. 298. in hoc codice librorum diſtinctionem, capitum vero ſeriem prorſus diuerſam ab editione Gronouiana. — Citatur *Ael.* ab *Arſenio*, Monembaſiae archiepiſc. teſte *Bandin.* I. pag. 549. — In cod. VII. plut. 55. pag. 265. Bandinius reperiſſe ſibi videbatur quaedam inedita Antonini philoſ. reliquis immixta; ſed ea eſſe excerpta *ex Ael. hiſt. animal.* docet *Leſſing* in Beyträgen etc. I. pag. 188 ſqq.

Venetiis in biblioth. monaſt. S. Michael. eſt excerptum ex *Ael.* de *anim. hiſt.* in cod. gr. ſaec. XIII. cum Heroicis Philoſtrati, teſte *Mittarellio* in bibl. codd. etc. pag. 9. — Ibid. in bibl. *D. Marci* cod. DXVIII. membr. ſaec. XV. fol. *Ael. hiſtoria animalium.*

Patauii in bibl. canonicor. S. Ioan. *Ael.* hiſtor. animal. cod. gr. bombyc. in 4. teſte *Tomaſino* in biblioth. Patauin. pag. 21. XVIII. — *Mediolani* in bibl. Ambroſ. *Ael. variae hiſt.* in membr. ſaec. XIII. (*Montfauc.* in diario ital. pag. 14.)

Neapoli in bibl. S. Ioann. de Carbonaria Auguſtinianorum, *Ael. hiſt. animal.* cod. rec. bombycin. (teſte eodem, ibid. pag. 310.) — in bibl. regia de hiſt. animal. libri XVII.

Matriti in bibl. regia, cod. LXIII. *Aeliani* epiſtolae ruſticae XX. (*Iriarte* catal. codd. gr. pag. 226 ſq.) — cod. LXXXIV. excerpta ex Aeliani libr. de natura animal. lib. IX. cap. 6 et 26. X. 40. VI. 57. XVII. 16. et cod. CVII. excerpta ex lib. XI. 37. et lib. VII. 47. (*Iriart.* pag. 346 et 427.) — In bibl. *Eſcur.* teſte *Plüer* in itinerario etc. pag. 155. *Ael.* de inſtruendis aciebus, bis; de varia hiſtoria lib. XIV. de animalium proprietate libri XVII.

In

In bibl. publ. *Parisina*, *Ael. variae hist.* in codd. MDCLVII. (vbi vero libri et capita vbique ferme loco suo mota sunt.) MDCXCIII. MDCXCIV. MDCCLVI. (XV. priores libr. et vix dimidia pars libri I.) MDCCLVII. MDCCLXXIV. (manu Antonii Eparchi. Singulorum vero capitum tituli ab editis plerumque discrepant. Perizon. quasdam huius cod. lectiones habuerat communicatas.) — *Histor. animal.* codd. MDCXCIV et MDCXCV. — *Tactica* in XII. codd. secundum catal. codd. tom. II. — In cod. *Coislin.* CLXVIII. in lexico gr. ex Aeliani libris vocc. et loca sunt quoque desumta, (*Montfauc.* bibl. Coislin. p. 238.) — in alio lexico (pag. 469. b.) ex *Ael.* *περὶ προνοίας* libro III. citatur *ἀβασανίστως*, pro *ἄνευ ὀδύνης*. — in cod. CCCXXI. recenti sunt *Ael.* V. historiae libri XIV. sed multa deficiunt, pluraque sunt praepostere posita. (id. pag. 444.) — In Maximi opp. cod. CCCLXXI. citantur loca ex Ael. historia (id. pag. 576.) — *Montpellier* in bibl. Pellicier. teste Montfauc. *Ael.* hist. et Tact.

In bibl. *Leidensi* inter codd. Vossian. cod. chart. variae hist. liber integer, cuius vltimum caput est de Thespiensibus, (catal. pag. 399. nr. IV.) — inter libr. Perizon. varr. hist. edit. a. 1618. collata cum MS. Sluyskeniano et Lugdunensi. (catal. pag. 494. nr. VI.)

In biblioth. caesarea *Vindobon.* apud *Lambec.* in commentar. etc. vol. VI. col. 361 sq. in cod. XLV. chartac. et bonae notae, *Ael.* hist. animal. a libro primo vsque ad caput 36. libri XVI. et in cod. XLVI. eiusdem historia anim. a capite octauo libri septimi. In *Nesselii* catal. iidem codd. memorantur in part. III. cod. VII et LI. pag. 21 et 55. — A *Kollario* in supplem. ad Lambec. I. pag. 503. describitur cod. LXXXII. qui nr. IX. continet Georgii Gemisti Plethonis excerpta ex Aeliani hist. animal.

Monaci in bibl. elect. Bauar. cod. CXLVIII. de proprietatibus animal. libri XVII. (catal. pag. 59.) — *Augustae Vindel.* in biblioth. publ. *Ael.* de animal. cuius collationem exemplo Tornaesiano adscriptam adhibuit Schneider: cuius praef. ad H. A. pag. VII sq. conferes.

In bibl. *Heidelbergensi* quondam fuerunt *Ael.* hist. animalium cum indice, bis. — excerpta ex Aeliano, bis. — *Ael.* var. hist. teste *Sylburgio.* — *Giessae* in bibl. acad. *Steinheilii* et *Maii* manu scriptae obss. ad *Ael. V. H.* — De cod. *Gudiano* selectorum ex hist. animal. in biblioth. Guelferbyt. vid. *Lessing* in Beyträgen zur Geschichte und Litteratur, part. I. pag. 187 sqq.

Ad *editiones*, de quibus iam disputaui in Introd. etc. I. c. pag. 250 sqq. est progrediendum. *Harl.*]

Graece primus edidit cum Heraclide de politiis, Polemonis, Adamantiique physiognomicis [*] et Melampode *Camillus Peruscus* Romae 1545. 4. [Ante indicem in singulari folio notatur: Ἐνετυπώθη ἐν Ῥώμῃ, ἔτει αφμέ, μηνὶ Γαμηλιῶνι. adde *Clement* Bibliotheque curieuse etc. I. pag. 60. *Freytag.* adpar. litter. I. pag. 217 sqq.] *Latine* vertit Ael. V. H. et de politiis, s. rerumpublicar. descriptiones ex Heraclide, *Iustus Vulteius*, Wetteranus, Basil. apud Oporin. 1548. 4. et Lugduni 1567. 12. apud Ioh. Tornaesium. [V. H. latine reddita a *Iac. Laureo.* Venetiis, 1550. 8. in bibl. Pinell. II. pag. 29.] — *Graece et latine* in collectione auctorum, qui exempla virtutum et vitiorum conscripsere, per Io. Heroldum, Basil. 1555. Porro cum versione Vulteii a *Conrado Gesnero*, hinc inde emendata et illustrata quibusdam notulis,

notulis, Tiguri, inter *Aeliani* opera a. 1556. fol. [r]) et cum versione Vulteii ad Graecum denuo collata Lugduni apud Io. Tornaesium [s]) 1587. 1616. et 1626. 12. [t]) et Geneu. 1599. 1630. Parif. 1618. 12. in quibus editionibus Gesneri obseruationum ratio habita, sed *Is. Casauboni* emendationes ac coniecturae paucissimae insertae. [gr. et lat. Colon. Allobrog. 1513.] — Multis annis post, egregie de hoc opere promeritus est *Io. Schefferus*, qui denuo recensitum cum Vulteii versione edidit, notisque et indice rerum phrasiumque graecarum illustrauit Argentorat. 1647. 8. et secundis accuratioribus curis, ibid. 1662. 8. Etsi enim mstis codd. destitutum se fatetur vir doctus, multa tamen ex ingenio feliciter castigauit, et erudita luce perfudit, ostensis etiam interpretis erroribus, quamquam est, vbi in Scheffero quoque graecismi peritiam non ab re desiderarunt Kühnius et Perizonius. [Additum est vtile lexicon in Aeliani H. V. praef. autem II. edit. scripta est Vpsaliae 1661.] — Editionem hanc Schefferi alteram, omissis eius notis atque indice, adpositisque in horum locum paucis suis emendationibus et coniecturis, ex ingenio profectis, recudi curauit *Tan. Faber* Salmurii a. 1668. 8. professus, se graecum Aeliani contextum, quanta maxima fieri potuerit diligentia, recensuisse, et, vbi res postulabat, emendauisse. Sed hoc minime factum in editione illa deprehendit Perizonius, qui in nulla editione vitiosum magis contextum Aeliani adfirmat exhiberi. Schefferus, editione secunda haud contentus, quam male a typographo habitam queritur in commentario ad Phaedrum pag. 227. amissis plerisque schedis, in quibus adnotauerat, quae addi, quae demi immutarique vellet; varias Aeliani historias tertiis curis illustrare est conatus, quas post eius fata [v]) in lucem edidit vir graece doctissimus *Ioachimus Kühnius*, professor Argentoratensis. In hac insigni editione, quae prodiit Argentorati a. 1685. 8. non modo contextus longe emendatior cum Vulteii versione passim castigata et Schefferi notis auctioribus exhibetur, sed et *Georgii Matthiae Koenigii* et *Kühnii* doctissimae notae sunt adiectae, in quibus et scriptor illustratur, emendaturque, dictioque eius explicatur, et errores Vulteii, Schefferi ac Tan. Fabri notantur, tum praeter fragmenta Aeliani a Kühnio collecta indicemque [?] graecum longe locupletiorem et elenchum auctorum ab Aeliano citatorum accedunt variae lectiones ex tribus codd. MSS. Parisiensibus, quas a Norcopensi episcopo Schefferus acceperat [w]). Posthaec *Iacobus Perizonius* praeclaram huius operis editionem curauit Lugd. Bat. 1701. 8. ad quam concinnandam vsus est binis codd. MSS. vno Fred. Sluiskenii, altero bibl.

r) Hic annus non in fronte, sed in fine dedicationis in exemplo, quod equidem in manibus habui, est notatus. adde *Clement* l. c. pag. 61. Gesnerus in ipsa inscriptione profitetur, se quaedam, (n. hist. animal.) primum, alia multo, quam antehac emendatiora in vtraque lingua edidisse. *Harl.*

s) In catal. bibl. Krohnii citatur edit. Ael. V. H. cum Heraclide gr. et lat. apud Io. Tornaes. typogr. reg. Lugduni 1527. 8. sed error typogr. esse videtur et legendum a. 1587. *Harl.*

t) Editionis Tornaesianae exemplar, quod habeo, inscriptum est: *Aeliani variae historiae libri XIIII. Rerumpublicarum descriptiones ex Heraclide. cum latina interpretatione. Editio postrema, multo quam antehac emendatior.* apud Io. Tornaesium M. DCXXV. (1625.) 12. Nota igitur a. 1626. apud Fabric. error esse videtur typographicus. Praemissae sunt paucae obss. grammaticae; margini autem textus hinc inde adscriptae coniecturae Casauboni aut variae lectiones, aut interpretationes. *Harl.* Idem est titulus ed. 1610. 12. vbi etiam praemissae sunt obss. de stylo Aeliani et in marg. notatae emendationes vel Casaub. vel aliorum.

v) Obiit Vpsaliae 7. Cal. April. 1679.

w) Recusa est edit. Kühnii, et melior facta curante *Io. Henr. Lederlino*, Argentor. 1713. 8. Kühnium et ingenio et eruditione superiorem esse Perizonio, Hemsterhus. ad Lucianum aliquoties adfirmauit. *Harl.*

bibl. Lugdunensis Batauorum academiae: praeterea a Ioh. Boiuinio edoctus de lectionibus locorum dubiorum ex tribus codd. biblioth. publ. Paris. MMLXXXIII. MMMLXIV et MMMCXXXII. (quas negligentius collectas Schefferus habuit,) et a Graeuio nactus variationes, quas ex duobus MSS. Mediceis et vno Mediolanensi notauerat Marquardus Gudius. His subsidiis instructus, collatisque superioribus editionibus, Romana praesertim et Gesneri, quas reliquae fere omnes, (exceptis non adeo multis ex coniectura modo vera modo falsa per editores immutatis,) insequuntur, contextum Aeliani multo quam ante exhibuit correctiorem, versionem Vulteii ita emendauit integramque recensuit, vt noua posset videri, deinde totum opus commentario luculento ornauit, quo et dictio graeca et historia atque antiquitates erudite et iucunde illustrantur. In hoc subinde lector ad Schefferi et Kühnii notas remittitur, quas ne suae editioni adiungeret, typographi Argentoratensis precibus, suo Aeliano metuentis, impeditus fuit. Sed et fragmenta Aeliani adiunxit, monens, Kühnium non pauca praeter rem et facili nimis suspicione ad Aelianum auctorem retulisse. Indices quoque Perizonianae editioni locupletissimi subiiciuntur, praecipue vtilissimus ille et singulari plane studio atque accuratione confectus, quo graeca Aeliani dictio explicatur.

[Multa tamen vlcera in contextu graeco vel plane intacta reliquit Perizon. vel subtiliore aliorum criticorum sagacitate felicius curanda: quod etiam ab Hemsterhusio et Ruhnkenio aliquoties obseruatum me legere memini. Inter ea praestantioribus eruditisque editionibus omnino adnumeranda est illa Perizoniana: quae, additis Schefferi Kühniique adnotationibus et praemissis superiorum editorum dedicationibus ac praefationibus, luculentis typis recusa est curante *Abr. Gronouio,* qui varias subiecit cod. Medicei ac Sluiskiani lectiones, rarius induxit meliorem lectionem e codd. et paucas adleuit vel proprias obseruationes, vel patris sui et aliorum auique coniecturas atque emendationes. Gesneri notis accesserunt curae illius secundae eousque ineditae: Inscriptio autem haec est:

Κλ. Αἰλιανȣ — *Cl. Aeliani Sophistae varia historia,* cum notis integris Conradi Gesneri, Ioh. Schefferi, Tanaquilli Fabri, Ioachimi Kuhnii, Iac. Perizonii et interpretatione latina Iusti Vulteii, innumeris in locis emendata. curante *Abrahamo Gronouio,* qui et suas adnotationes adiecit. Lugd. Batau. Amstel. etc. 1731. 4.

Hanc editionem plurimum sequutus est *Kretzschmar*, qui textum graecum adnotationibus quidem destitutum dedit, sed adeo plenum et locupletem adiecit indicem, vt is quasi vices commentarii posset explere. Editurus quidem erat Kretzschmar vtramque Aeliani historiam, et variam et animalium; sed primus tantum comparuit tomus, inscriptus:

Aeliani operum tomus I. variam historiam continens, editio accuratior atque scholarum vsibus accommodata. Praefatus est et indices vocum subiecit M. *Christoph Kretzschmar,* Cruciani Dresd. Conrect. Dresdae et Lipsiae 1746. 8. — Posthaec nouam V. H. editionem, cum integro commentario Iac. Perizonii aliorumque virorum doctorum notis, nondum comprehensis in editione Gronouiana, curauit et graecitatis adiecit indicem *Car. Gottl. Kuehn,* Lipsiae 1780. mai. 8. II. voll. — *Ael. variae histor.* libri XIV. cum vers. latina seorsim edita, Halae Sax. 1772. 12. — gr. ex rec. Abr. Gronou. et lat. Basil 1774. 8. — gr. Halae Sax. ex rec. Kühnii et Lederl. lectionibus Gronou. in margine notatis. — Nouissima editio est:

Cl. Aeliani sophistae varia historia, graece. adnotationibus Iac. Perizonii in primis et aliorum selectis [x]) *instructa vsuique iuuenum graeca amantium priuato, quod dicunt, adcommodata. Praefatione Schelleri V. C. praemissa. Curauit editionem, notas suas indicesque adiecit Gottlieb Beniamin Lehnert.* II. partt. Vratislauiae 1793. impensis C. F. Gutschii, et, mutato titulo, Lipsiae 1794. mai. 8. apud Breitkopf.

Epitoma ex Aeliani V. H. et historia animalium vsum esse *Michaelem Apostolium*, notat passim ad huius prouerbia Petrus Pantinus. — Suos in Aelianum commentarios memorat *Thom. Dempsterus* not. ad Accolti de bello sacro librum II. p. 129. et lib. IV. p. 286. — *Abrah. Gronouius* in fine praefationis suae, „inter illos, ait, qui Aeliano operam nauauerunt, superiori saeculo huic *variae historiae* illustrandae manum admouisse Ianum Gebhardum, constat ex duabus eiusdem epistolis ad Io. Kirchmannum, quae exstant inter epistolas cl. et doct. virorum a Marquardo Gudio collectas. vid. epist. CCXXXIII et CCXXXIV." — *Germanice* V. H. Aeliani editas esse Stetini, interprete *Gotfrido Guil. Sacerio* ex Chstph. Hendreichii Pandectis brandenburgicis Fabricius aliique produnt: sed certum editionis annique indicium nullibi deprehendi. — *Germanica I. H. F. Meinecke* versio cum obss. a Perizonio potissimum mutuis sumtis, lucem vidit Quedlinburg. 1775. 8. et mutato tituli folio 1787. 8. — *Italice* vertit *Iac. Laureas.* Venet. 1550. 8. — Gallice *Formey*, Berol. 1764. 8. de qua versione conf. *Klotz* in actis litterar. vol. II. part. II. pag. 167. *Harl.*

III. ΠΕΡΙ' ΖΩ'ΩΝ [y]) ἢ ΠΕΡΙ' ΖΩ'ΩΝ 'ΙΔΙΟ'ΤΗΤΟΣ [z]) βιβλία ιζ'. *Historiae Animalium, siue de animalium sollertia ac proprietatibus libri XVII.* [aa]) in quibus similiter, vt in libris variarum fecerat, iucunde ac breuiter res, [P] quae sibi notatu dignae videbantur, χρηματισμῶν more, nullo seruato rerum ordine, interdum etiam in vno breui capite admodum diuersa, (confer VII. 45.) describit, tractans ad adliciendum varietate ipsa lectoris animum ποικίλα ποικίλως, vt in epilogo ait. Praecipua collegit non modo ex Aristotele, Athenaeo et aliis, qui ante eum de animalibus scripserant, ceterisque scriptoribus omnis generis, sed et ipse nonnulla noua a se obseruata adtulisse se profitetur [bb]), selectumque ac stili suauitatem addidit, atque narratis mutarum animantium virtutibus homines [cc]) dat in ruborem, aut ab illis exempla capere docet sibi. Nonnulla etiam fabulosa exponens, testatur, se iis non temere habere fidem, vt XII. 21. 38. Sic XVII. 14. Ἐγὼ μὲν ὖ πεπίςευκα, εἰ δὲ ἕτερος Εὐδόξῳ πείθεται, πιςευέτω etc. et 18. εἰ φανεῖταί τῳ πιςὰ πιςευέτω, εἰ δὲ ἧττον τοιαῦτα, μὴ προσεχέτω. et XV. 8. vbi de muliere, in mustelam versa ab Hecate, ἡ μὲν ὖν Θεὸς ἵλεως ἔςω, μῦθυς δὲ ἐῶ καὶ μυθολογίαν ἄλλοις. et 16. Ἡρόδοτον δὲ ἀξιῶ, μή μοι μηνιᾷν, εἰ μύθοις ἐγγράφω, ὅσα ὑπὲρ τῆς τῶν ἐχεων ὠδῖνος λέγει. et XIV. 18. vbi de Hippo-

x) Nec vero rite discretis, vt, quae cuiusque sint, discerni nequeant.

y) Ita hos libros compendii caussa laudat Suidas.

z) Ita in MSS. et in editionibus et ab Eustathio in Iliad. α'. pag. 44. hi libri inscribuntur. Neque alium titulum Emanuel Phile praefixit suis iambis quos de animalibus ex Aeliano fere collecta materia composuit.

aa) Non tantum XVI. vt scribit Hendreichius in pandectis Brandenburgicis, Gyllii ex Aeliano collectanea sequutus.

bb) ζῶα γὰρ αὐτὸς ἄλλα πλᾶσαι ὖκ ἐδυνάμην, ὅτι δὲ ἔγνων πολλὰ ἐπεδαξάμην. ἤδη μέντοι καὶ ἄπόν τινα ὧν ὖκ ἄλλος ἄπε διά γε τῆς πείρας τῆσδε ὁ αὐτὸς ἐλθών. XVII. vlt.

cc) Huius rei exemplum vide VI. 2. VII. 10 sq. VIII. 3. 9. IX. 7. etc. Vitia quoque brutarum animantium persequitur, vt VII. 19 sq.

Hippomane: Καὶ ἴσως λέγουσί τι οἱ λέγοντες, ἴσως δὲ οὐδὲν λέγουσι. Ἃ δ᾽ οὖν ἤκουσα, ὑπὲρ τούτων εἶπον. XIV. vlt. *καὶ μέντοι καὶ διαμυθολογεῖσθαι μικρὰ ἄττα ἐν μακρᾷ τῇ συγγραφῇ, οὐδὲν ἀλλ᾽ ἢ διαναπαῦσαί τε τὴν ἀκοὴν καὶ ἐφηδῦναι τὸν λόγον.* Adde VII. 22 et 40. IX. 14. XI. 11 et vlt. *Λέγει δὲ Ἀπίων, εἰ μὴ τερατεύεται* etc. XII. 3. *Λέγουσιν Αἰγύπτιοι, καὶ ἐμὲ μὲν ἥκιστα πείθουσι.* Adfirmat autem, ſe maluiſſe in huiuscemodi rebus tempus atque otium ſuum impendere, quum ad multo maiora adſpirare, grauitatem auctoritatemque apud vulgus ſibi comparare, atque inter potentes in aulis principum viros cenſeri, magnasque diuitias ſibi conquirere potuiſſet. *Ἀλλ᾽ οὔ μοι φίλον*, inquit, *σὺν τοῖς πλουσίοις ἀριθμεῖσθαι καὶ σὺν ἐκείνοις ἐξετάζεσθαι. Εἰ δὲ ὧν καὶ ποιηταὶ σοφοὶ, καὶ ἄνδρες φύσεως ἰδεῖν τε ἅμα καὶ κατασκέψασθαι δεινοὶ καὶ συγγραφεῖς ἐκ πείρας εἰς τὸ μήκιστον προελθόντες ἑαυτοὺς ἠξίωσαν, τούτων τοι καὶ ἐμαυτὸν ἀμωσγέπως ἕνα πειρῶμαι ἀριθμεῖν καὶ ἐθέλω, δῆλον ὡς ἀμείνων ἐμαυτῷ σύμβουλός εἰμι τῆς ἐξ ἐκείνων κρίσεως. Βουλοίμην γὰρ ἂν μάθημα ἓν γοῦν πεπαιδευμένον περιγίνεσθαί μοι, ἢ τὰ ᾀδόμενα τῶν πάνυ πλουσίων χρήματα ἅμα καὶ κτήματα. Copioſis et locupletibus adnumerari et ex illorum ordine cenſeri non libet. Quod ſi de numero hominum naturae ſtudioſorum, inter quos et* [P] *poetae ſunt eruditi et philoſophi ingenioſi et alii ſcriptores rerum experientia clari, etiam ipſe vnus eſſe cupio et enitor, multo ſane honeſtiore loco et dignitate maiori quam pro illorum conſilio futurum me confido. Ita enim ſentio, vt vel vnam alicuius egregiae diſciplinae portiunculam potius quam celeberrimas ditiſſimorum quorumuis opes atque poſſeſſiones mihi accedere optarim.* Quod *Iſ. Voſſius* in adpendice obſeruationum ad Melam pag. 38. Aelianum hiſtoriae animalium auctorem ſcriptore variarum hiſtoriarum integro ſaeculo iuniorem eſſe pronunciat, merito a Perizonio reprehenditur, eumdem vtriusque operis parentem confirmante, variis argumentis probabilibus a ſcribendi genere et phraſi petitis. Suſpicor autem, Iſ. Voſſium lapſum memoria et tacticorum auctorem pro ſcriptore variarum hiſtoriarum dicere voluiſſe [dd]). De capitum diſtinctione haec Conradus Gesnerus: *An per capita ipſe Aelianus ſuos libros diuiſerit,* (ita ſane videtur,) *an alius quispiam, non habeo quod adfirmem. Ego vt in vetuſtiſſimo codice MSto capitum numeros et argumenta* [ee]) *reperi, ita curaui deſcribenda. Aelianus quidem an ipſe diſtinxerit et inſcripſerit capita, dubitari poteſt: quum et argumenta in capitibus proximis, vt nunc ſunt diſtincta, interdum plane cohaereant: et ipſa etiam dictionis ratio alicubi, non capitis noui initium fieri, ſed cum praecedente continuari ſermonem loquatur: Nam et alibi plures eiusdem argumenti hiſtoriae in vnum caput recte ſunt coniunctae. Vtcunque eſt, ſic eſſe diuiſum librum non inutile fuerit.* Primus libros de animalibus ex MS. codice cardinalis Georgii Armaignaci *latine* vertit *Petrus Gyllius*, Albienſis. Sed eius verſionis duplices exſtant eaeque longe inter ſe diſcrepantes editiones. Vna Lugd. 1535. [ff]) 4. apud Gryphium, cum libro eiusdem Gyllii de piſcium Maſſilienſium gallicis et latinis nominibus. In hac

 ampliora

dd) Vide hiſt. crit. reipubl. litt. tom. V. pag. 95 ſqq. Ibid. tom. I pag. 172 ſqq. contenditur, auctorem variae hiſtoriae diuerſum eſſe ab auctore hiſt. animalium. Sed vnum eumdemque eſſe eiusdem libri auctorem, ibid. docetur tom. V. pag. 95 ſqq. Eadem de re diſputat *Thryllitius* in Miſcell. Lipſ. tom. IV. pag. 120 ſqq. *Heum.*

ee) Graeca tamen argumenta capitum non ſolum barbara oratione, adeoque non ab ipſo Aeliano, ſcripta eſſe; ſed manca etiam atque imperfecta adeoque inutilia adparere, cl. *Schneider.* in praefat. pag. VIII. adſeuerat, ideoque ea omnia reſecuit in ſua editione. *Harl.*

ff) 1533. apud Schneider. in praefat. *Harl.*

ampliora excerpta tantum ex Aeliano contineri dixeris, ita quae de ſingulis animantibus ille pluribus locis ſcripſerat, per XVI. digeſſit libros et ordinem plane mutauit, et multa omiſit, et ex Oppiano aliisque plura adiecit. Itaque *Conradus Geſnerus,* quum hoc opus ex duobus MSS. primum *graece* ederet inter Aeliani opera, Tiguri 1556. fol. Gyllii, quam addidit verſionem, ſe in ordinem reuocaſſe et ſuppleuiſſe teſtatur, alienaque ab Aeliano omiſiſſe et in ſuum de animalibus opus ſuis quaeque locis tranſtuliſſe. Poſtea vero Lugduni a. 1562. 8. apud Guil. Rouillium excuſa eſt verſio *Gyllii* integra nullis omiſſionibus interpolationibusue inquinata, ſed ſuo ordine libros XVII. Aeliani integros latine exhibens, cum eiusdem Gyllii deſcriptione elephanti et *Demetrii CPol.* libris de cura accipitrum canumque, latine translatis. Ab eo tempore Aelianus de animalibus ex *graeco-latina* Gesneri editione vitioſe recuſus eſt Lugduni apud [⁋] Io. Tornaeſium, [Col. Allobr. (al. Geneuae; locus enim in meo quidem exemplo additus non legitur;) cum variis lectionibus et coniecturis margini adpoſitis, gr. ac lat. 1611. 12. — ibid. ap. Phil. Albertum, 1616. 12. — Pleniſſima editio eſt:

Ael. de natura animalium libri XVII. gr. et lat. cum animaduerſionibus *Conr. Geſneri* et *Dan. Wilh. Trilleri.* Curante *Abr. Gronouio*, qui et ſuas adnotationes adiecit. Londin. exc. Gul. Bowyer. 1744. mai. 4. II. voll. Gronou. inprimis lectiones codic. medicei publicauit: *Trillerus* parum noui adtulit, nec Schneidero probauit operam ſuam. Idem tamen non ſolum reliquit notas msstas, editioni Ael. Geneu. 1616. adſcriptas, (vid. catal. biblioth. Trilleri, fol. vlt. nr. 43.) ſed etiam in obſſ. criticis, (Francof. ad Moen. 1742. 8.) multa loca vtriusque hiſtoriae et variae et de anim. paſſim emendauit. — Illa Londin. editio recuſa eſt *Baſil.* 1750. 4. et alius bibliopola Heilbronnenſis tituli folium, vt nouos adliceret emtores, mutauit et praefixit loci et anni notam, *Heilbronnae* 1765. 4.

Nouiſſima eaque critica ac praeſtans eſt editio, in qua in addendis et excurſibus multa hiſt. nat. capita comparantur et explicantur:

Αἰλιανȣ —. *Aeliani de natura animalium libri XVII. graece et latine cum priorum interpretum et ſuis animaduerſionibus* (et cricitis, et iis, quibus res verbaque ex hiſtoria nat. et recentiorum obſſ. ſaepe explanantur illuſtranturque,) *edidit Io. Gottlob Schneider.* Lipſiae 1784. mai. 8. — Idem tamen auctarium emendationum atque adnotatt. ad hos Aeliani libros dedit in tom. II. commentarii ad Reliqua librorum Friderici II. imperatoris de arte venandi cum auibus et Alberti M. Lipſ. 1789. 4. Antea vero in libro periodico, germanice ſcripto, *Allerneueſte Mannigfaltigkeiten*, Berolin. 1782. hebdom. 28. de vſu et pretio horum XVII. librorum Aeliani iudicauit, nimiasque *Sanderi* laudes, in Aelianeam compilationem in ſingulari proluſ. Carlsruhae 1776. effuſas, ad aequam redegit aeſtimationem.]

Nonnulla huius operis loca feliciter illuſtrat accuratiſſimus ſcriptor *Lambertus Bos* in obſeruationibus criticis cap. XXXIV. *Fabric.* [Ad interpretationem vtriusque hiſtoriae partim criticam, partim grammaticam, miſſis et illis commentatt. quas iam memoraui, et illis, quas in Introduct. I. pag. 254 ſq. laudaui, pertinent:

Car. Gottl. Kühn de via et ratione, qua Cl. Aelianus, in hiſtoria animalium conſcribenda, vſus eſt. Lipſiae 1777. 4.

Corn.

Corn. de Paw et *Wernsdorf.* in editt. ſuis Philae, qui in carm. iambico de natura animalium multa ex Oppiano, Aeliano aliisque decerpſit, paſſim in notis illuſtrare aut emendare ſuſtinuerunt Aeliani hiſtor. animal. Quasdam Pauonis coniecturas improbat examinatque Trillerus in ſuis obſſ. — Vtriusque hiſtoriae, praecipue hiſt. animalium, permulta loca in notis ad Thom. Magiſtrum edit. Blancardi, ad Moerin edit. Pierſon. ab Ruhnkenio ad Timaei lexicon, hinc inde exponuntur aut emendantur: nec non *Gerardus Horreus* in animaduerſſ. ſacris et profanis (Harlingae 1749. 8.) ſaepiſſime, *Io. Frid. Gronou.* in obſeruationibus, octies, *Toup.* ad Longin. ſemel, in Emendatt. vero in Suidam et Heſych. frequenter, *Valcken.* ad Theocritum, *Hemſterhuſ.* ad Lucianum, *Dorville* ad Chariton. *Koen* ad Gregor. Corinth. aliique interpretes vett. auctorum eruditi paſſim multa vtriusque hiſtoriae loca face critica illuſtrarunt. — Huc quoque referendae ſunt *Perizonii* diſſ. de morte Iudae et verbo ἀπάγχεσθαι, ad vindicanda dicta ad Ael. V. 8. Leidae 1702. 8. eiusd. reſponſio ad nuperam notitiam de variis Aeliani aliorumque auctorum locis, ibid. 1703. 8. et reſponſio II. ad notitiam II. de Lucae, Aeliani aliorumque locis. ibid. coll. *Iac. Gronouii* exercitatt. acad. de pernicie et caſu Iudae Lugd. Bat. 1683. 8. et auct. 1702. *Harl.*]

IV. Inter Aeliani huius opera a *Gesnero* quoque edita ſunt TAKTIKA', ſiue *de inſtruendis aciebus liber* ad Hadrianum imp. qui a Sixto Arcerio aliisque quam plurimis ſine controuerſia ei tribuitur. At enim iam ſupra ex Tillemontii et Perizonii veriſſima obſeruatione monui, alium atque hiſtoriarum ſcriptore integro prope ſaeculo antiquiorem eſſe auctorem tacticorum, qui graecae rei militaris peritia inprimis pollere ſe praedicat, romanae non item; et cum Nerua imp. cumque Frontino Formiis de hoc argumento ſermones contuliſſe ſe ſcribit [gg]); quum alter Aelianus nec militaria curaſſe nec frequentaſſe aulas impp. videatur, et praeterea Romanus fuerit, ſcripſeritque circa tempora Alex. Seueri. Non alienum tamen erit ab hoc loco, etiam de tacticis illius, quisquis fuit, Aeliani breuiter agere, qui in MSS. et prioribus editt. ſimpliciter dicitur Αἰλιανὸς non Κλαύδιος Αἰλιανὸς, vt in Scriverii et Arcerii editionibus, *Franciſcus Robortellus* primus edidit ſub titulo, quem Gesnerus eſt ſequutus, περὶ ϛρατηγικῶν τάξεων Ἑλληνικῶν: *de inſtruendis copiis more Graecorum:* quod argumento ſane perquam reſpondet: videtur tamen vocabulum Ἑλληνικῶν in MSto haud reperiſſe Robortellus, certe in ipſo libri titulo interiore omiſit, vti *Theodorus Gaza* quoque in ſua verſione vulgata [hh]) Colon. 1524. 8. [et 1580. 8.] Pariſ. [ii]) 1532. [1553. fol. 1515. 4. in biblioth. Leidenſi, catal. pag. 183.] etc. *Aeliani de inſtruendis aciebus opus ad Diuum Hadria-*

gg) Verba eius in prooem. Τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησι τακτικὴν θεωρίαν πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν συνέγραψαν οὐκ ἔχοντες, ἣν ἡμᾶς ἐν τοῖς μαθήμασιν ἐπιστεύθημεν ἕξιν ἔχειν. Ἐμαυτὸν δὲ πάθων ἐβελήθην ταύτην συντάξαι τὴν θεωρίαν, ὅτι τοῖς ἡμετέροις οἱ μεθ' ἡμᾶς πρὸ τῶν ἀρχαιοτέρων προσέξουσι συγγράμμασι. Τῆς δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ μέρος τοῦτο δυνάμεως καὶ ἐμπειρίας οὐκ ἔχων γνῶσιν (δεῖ γὰρ ὁμολογεῖν ἀληθῆ) ὄκνῳ κατεχόμην περὶ τὸ συγγράφειν — — Ἐπεὶ δὲ τῷ θεῷ πατρί σου Νέρουᾳ συμβαλὼν παρὰ Φροντίνῳ τῶν ἐπισήμων ὑπατικῶν ἐν Φορμίαις ἡμέρας τινὰς διέτριψα δόξαν ἐπενεγκαμένῳ περὶ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἐμπειρίαν, συμβαλών τ' ἀνδρὶ εὗρον οὐκ ἐλάττονα σπουδὴν ἔχοντα εἰς τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησι τεθεωρημένην μάθησιν, ἠρξάμην οὐκ ἔτι περιφρονεῖν τῆς τῶν Τακτικῶν συγγραφῆς etc.

hh) Codex mst. eſt in biblioth. Vaticana, teſte Montfaucon, et ex eo *Heilbronn.* in hiſtor. matheſ. pag. 543. *Harl.*

ii) Apud *Maittaire* A. T. II. pag. 771. citatur *Ael.* cum reliquis ſcriptor. rei milit. Pariſ. apud Chriſt. Wechel. 1532. et *Aelian.* ſolus, ibid. apud Colinaeum eodem anno 1532. 8. *Harl.*

Hadrianum a Theodoro Thessalonicensi latinum factum et Antonio Panormitae Alphonsi, regis, praeceptori dicatum [kk]). *Robortelli* perquam elegans editio, in qua seorsim Graeca Aeliani ex tribus MSS. recensita et variis picturis atque imaginibus, partim e MSS. partim a Robortello adiectis, illustrata: seorsim eiusdem Robortelli latina versio ac denique translatio latina Theodori Gazae [?] exhibentur, prodiit Venetiis a. 1552. 4. [ll]) et in soceri mei bibliotheca exstat referta quam plurimis adnotationibus MSS. viri docti. Vtramque versionem in sua graecolatina *Aeliani* operum editione recudi curauit *Conradus Gesnerus*, Tiguri a. 1556. fol. Ab eo tempore *Gazae* translatio saepius recusa est cum Vegetio, Frontino et aliis scriptoribus rei militaris a Godeschalco Stewechio et Petro Scriuerio illustratis [Antwerp. 1585.] Lugd. Bat.

kk) *Latina* versio diu ante edit. a Fabricio citatam lucem adspexit cum Vegetio aliisque latinis scriptoribus militaribus. vid. quae scripsi in Breviore notitia litteraturae rom. pag. 614 sqq. *et Fabricii* B. L. tom. III. pag. 174 sqq. edit. Ernesti. Num *Aelianus* additus sit editioni Vegetii romanae 1478. 4. (vt *Audiffredus* quidem in catalog. roman. editt. saec. XV. in indic. voc. *Aelianus*, significat,) non liquet: nam ille pag. 228. vbi illius anni editionem adfert, *Vegetii* tantum facit mentionem, et prouocat ad *Orlandium* pag. 79. *Tiraboschi* storia della Letteratura italiana, tom. II. pag. 400. Certior est edit. *romana* cum Vegetio, Frontino et Modesto, separatim quoque excusis, a. 1487. vbi singulis auctoribus in calce subiicitur: *impressum Romae per ven. virum Magistrum Eucharium Silber: alias Franck. Anno Millesimo quadringentesimo octogesimo septimo*, (1487.) 4. Inscriptio operis conspirat cum ea, quam indicauit Fabric. vid. *Audiffred.* l. c. pag. 278 sq. *Laire* indic. librorum ab inuenta typogr. ad an. 1500. (Senonis 1791. 8.) part. II. pag. 109 sqq. *Maittaire* A. T. IV. part. II. pag. 486. *Bure* bibl. instructive, vol. de la Iurisprudence etc. nr. 2139. pag. 584 sq. — Iidem, *Romae* per M. Euchar. Silber. 1494. 4. (*Audiffred.* l. c. pag. 329.) — Num *Aelianus* additus sit Vegetii edit. *romanae* 1497. 4. vt *Audiffred.* l. c. innuit in indice, potius coniici licet, quam clare cognosci ex iis, quae pag. 340. ex *Maittaire* I. pag. 640. scripsit: *Vegetius et alii de re militari. Romae per Euchar. Silber*, MCCCCXCVII. (1497.) atque cel. *Panzer* A. T. II. pag. 516. pleniore scripto titulo: *Vegetius, Frontinus, Modestus, Aelianus de re militari* etc. est, inquit, sine dubio editio a. 1487. — Curante et textum emendante *Beroaldo*, *Bononiae* exierunt Benedicti Hectoris prelo, *Frontinus* et *Vegetius*, 1495. *Aelianus* autem et *Modestus*, 1496. decimo sexto Kal. Febr. ita tamen, vt signaturae in Frontino inchoatae continuarentur in sequentibus: quare in calce legitur: *de arte militari: Frontinum: Vegetium:* Aelianum *et Modestum — — castigatissime impressit omni solertia Plato de Benedictis Bononiensis — Bononiae* ann. salutis M.CCCC.LXXXXVI. (1496.) fol. quod manifesto est indicio, Beroaldo aut typographo fuisse propositum, ex quatuor hisce auctoribus vnum integrum conficere volumen. Duorum tamen auctorum priorum aliquot exemplis iam forsan 1495. divenditis, factum est, vt integrum volumen aut singuli auctores et a. 1495 et a. 1496. editi haberentur. vid. *Maittaire* IV. part. II. 2. pag. 609. cum primis *Audiffred.* specimen editt. italic. saec. XV. pag. 104 sq. ad a. 1495. et pag. 108. ad a. 1496. *Fossii* catalog. codd. saec. XV. bibl. Magliabech. vol. I. col. 710 sq. et *Gemeiner* Nachrichten von den in Regensburg. Stadtbiblioth. befindlichen — Büchern, pag. 239 sqq. qui putat, typis renouatam esse edit. Bononiae anni 1486. quam quidem Maitt. citat ex catal. quodam; sed *Panzer* A. T. I. pag. 212. habet dubiam, suspicans, esse edit. a. 1496. — Iidem scriptores rei militaris, per Io. Anton. de Benedictis, Bononiae 1505. fol. — *Graece* tamen ante Robortellum Aeliani libellus, (num integer, dicere non possum,) est editus in collectione inscripta:

Thomae Magistri dictionum atticarum collectio, *Phrynichi* atticorum verborum et nominum collectio, *Manuelis Moschopuli* vocum atticarum collectio e libro de arte imaginum Philostrati et scriptis poetarum. — Ex scriptis *AELIANI* libellus de antiqua ratione instruendarum acierum et ductorum militarium appellationibus. *Orbicius* de ordinibus exercitus. Lutetiae apud Mich. Vascosan. m. Nou. 1532. 8. vid. *Widekind* von raren Büchern part. I. pag. 28. *Harl.*

ll) Conf. *Clement.* bibl. curieuse etc. I. pag. 59. *Goetzii* mem. bibl. Dresd. vol. I. p. 434. *Harl.*

Bat. 1592. 8. et 1607. 8. Denique Aeliani liber graece cum noua verſione et animaduerſionibus *Sixti Arcerii* editus eſt Lugd. Batau. apud Ludou. Elzeuir. 1613. 4. adiectis ex Xenophonte, Diodoro Sic. Polybio aliisque pugnarum quarumdam deſcriptionibus. [vid. *Goetz.* memorabil. bibl. Dresd. I. pag. 435.] Ex hac Arcerii verſione libellus Aeliani latine recuſus legitur in ſcriptoribus rei militaris ex recenſione *Petri Scriuerii,* Lugd. Batau. 1632. et 1644. 12. [in catal. bibl. Leid. l. c. a. 1633. et 1645.] et Veſaliae Cliuiorum 1670. 8. *Iſaacus* quoque *Caſaubonus* Aeliani tactica ex codice regis Galliae emendata et notis a ſe illuſtrata editurum ſe recepit praefat. ad Polybium. Codicis illius MS. ex H. Stephano et Rigaltio meminit etiam Arcerius in notis pag. 155. ipſe alioqui ad editionem ſuam adornandam nullo manu exarato codice vſus.

[*Codices* quosdam iam laudaui ſupra in notitia codd. msst. Aeliani ſophiſtae. Hic addo aliorum indicem. *Ael.* — ex verſione *Franciſci Theodori,* Theſſalonicenſis, eſt in cod. msto biblioth. *Vaticanae*, teſte Heilbronnero, l. c. p. 545. — De codice mediceo *Florent.* vid. *Bandin.* catal. gr. codd. II. pag. 230. et in epiſt. de celeberr. codice Tacticorum bibliothecae Laurent. Florent. 1766. 8. adde ſupra in vol. IV. pag. 335. — De codice *Bernenſi* Aeliani et aliorum tacticorum multus eſt *Sinnerus* in catal. codd. MSSt. biblioth. Bernenſ. pag. 598 ſqq. — Ael. codices ſunt quoque in bibl. Henr. Sauilii, *Oxon.*, tum in elector. Bauar. *Monac. Wratislau. S. Germani,* monaſterii Pariſ. et aliis gallicis. vid. Heilbronn. l. c. pag. 578. 581. 582. 584. etc. — De cod. *Coislin.* CCCXXXVI. vid. *Montfaucon* catal. bibl. Coislin. pag. 449.

Germanice vertit notisque inſtruxit *A. H. Baumgärtner* ediditque primum cum Onoſandro, praefixa inſcriptione: *Vollſtändige Sammlung aller Kriegsſchriftſteller der Griechen.* Manhem. 1779. 4. deinde ſeorſum, titulo tantum mutato et cum praefatione, 1786. — *Italice, Laelius Carani,* Florent. 1552. 8. vid. *Paiton.* bibl. degli Autori etc. II. pag. 4. *Harl.*]

Gallice Aeliani tactica [cum reliquis ſcript. rei militar. par le Polygraphe humble Secr. et Hiſtorien du Parc d'honneur. Pariſ. ap. Chr. Wechel. 1536. fol. vid. Maitt. II. pag. 841. *Harl.*] — tranſtulit *Ludouicus de Machault,* Pariſ. mm) 1615. fol. *Anglice Iohannes Bingham,* Lond. 1616. 8. Aelianum laudat Leo imp. in tacticis pag. 62. 90 et 91. edit. Meurſii. Conſtantinus Porphyrogenetus cap. 1. καθὼς Αἰλιανὸς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ γράψαντες τὰ Τακτικὰ λέγουσι. Porro cap. 2. teſtatur Aelianus, ſe ſingulatim acturum quoque fuiſſe *de inſtructionibus claſſicis,* περὶ μὲν τῶν ἐν ταῖς ναυμαχίαις συντάξεων ὕστερον ἐροῦμεν. Et fuerunt, qui Gesnero adfirmarent, librum huius argumenti Aeliano auctore exſtare in bibliotheca chriſtianiſſimi regis et Palatina, quae in Vaticanam tranſiit. Sed nemo hactenus fuit, qui ex tenebris proferret et in lucem ederet.

V. Ad Aelianum inſuper referuntur *epiſtolae* XX. quibus inſcribitur titulus: ἘΚ ΤΩ͂Ν ΑἸΛΙΑΝΟΥ͂ ΑΓΡΟΙΚΙΚΩ͂Ν ἘΠΙΣΤΟΛΩ͂Ν. *Ex Aeliani epiſtolis ruſticis:*

mm) Apud Drouart, ſ. a. fol. cum figg. teſte *Clement.* l. c. pag. 60. not. 21. ſed *Widekind* von raren Büchern. I. pag. 28. adfirmat, Clement. errare, et anni notam 1560. habere illam editionem. *Harl.*

cis: ita, vt de pluribus hae ſint ſelectae, ſcriptae nominibus agricolarum Athenienſium, vt diſerte prodit epiſtola vltima his verbis: *εἰ δὲ σοφώτερα ταῦτα ἐπέςαλταί σοι ἢ κατὰ τὴν τῶν ἀγρῶν χορηγίαν, μὴ θαυμάσῃς. Οὐ γὰρ ἐσμὲν ὅτε Λυδοὶ, ἀλλ' Ἀθηναῖοι γεωργοί.* Hae primum graece vulgatae ſunt ab Aldo Manucio in collectione epiſtolarum graecarum Venet. 1499. 4. deinde latine verſae a *Sebaſtiano Guldenbeckio*, Tigurino, et cum eius verſione recuſae inter Aeliani opera, *Conrado Gesnero* curante iunctim edita, Tiguri a. 1556. fol. Denique in collectione epiſtolarum graecarum graece et latine, ſub falſo *Iacobi Cuiacii* nomine prelis ſubiectarum, Geneu. 1606. fol. 417 ſq. quod propterea noto, quia [¶] in illius editionis indice Aeliani nomen video praetermiſſum. In actis eruditor. a. 1696. p. 101. pro *Achano* legendum *Aeliano.*

VI. Scripta Aeliani deperdita ſunt libri tres vel etiam plures *περὶ προνοίας de diuina prouidentia*, ex quo proferuntur quaedam a Suida in Ἀβασάνιςος et alibi: atque ab Euſtathio ad Homerum et ad Dionyſium Periegetem, vt notatum Kühnio et Perizonio in Aeliani fragmentis, [quae eam ob cauſſam omiſit Lehnert. in ſua editione.] Diuerſus ne, an (quod clariſſimo Perizonio videtur) idem cum hoc de prouidentia fuerit liber *περὶ θείων ἐναργειῶν, de diuinis ſiue diuinae prouidentiae declarationibus manifeſtisque documentis*, non plane exploratum eſt. Laudatur a Suida in Ἀνεμάξατο, Ἐνςάτης, Καλλιγόλας, Ὠψίσθη. Ex eodem ſunt quae refert in Ἰαχήν. In hoc opere aduerſus nn) Epicurum paſſim diſputauerat Aelianus, itaque illud reſpicitur a Caſaubono, cum in commentariis ad Athenaeum memoratur Aelianus de doctrina Epicuri, qui qualis ſit aut quando vixerit ſcire ſe potuiſſe negat Schefferus in limine notarum ad varias hiſtorias.

Fuit praeterea ſcripta Aeliano *κατηγορία τοῦ Γύννιδος*, *accuſatio Gynnidis* oo), ſiue *hominis effoeminati*, de qua haec *Philoſtratus* pp) in Aeliani vita: *Ἐντυχὼν δέ ποτε αὐτῷ Φιλόςρατος ὁ Λήμνιος βιβλίον ἔτι πρόχειρον ἔχοντι καὶ ἀναγινώσκοντι αὐτὸ σὺν ὀργῇ καὶ ἐπιτάσει τοῦ φθέγματος, ἤρετο αὐτὸν ὅ, τι σπουδάζοι; καὶ ὃς, ἐκπεπόνηταί μοι, ἔφη, κατηγορία τοῦ Γύννιδος. Καλῶ γὰρ οὕτω τὸν ἄρτι καθήμενον Τύραννον, ἐπειδὴ ἀσελγείᾳ πάσῃ τὰ Ῥωμαίων ᾔσχυνε. Καὶ ὁ Φιλόςρατος, ἐγώ σε, εἶπεν, ἐθαύμασα ἄν, εἰ ζῶντος κατηγόρησας. Εἶναι γὰρ δὴ τὸ μὲν ζῶντα τὸν Τύραννον ἐπικόπτειν ἀνδρὸς, τὸ δὲ ἐπεμβαίνειν κειμένῳ, παντός. Hunc olim Lemnius Philoſtratus librum quemdam in manibus habentem reperit, quem cum indignatione et vocis intentione lectitabat. Et quum ille, quid eſſet, quaereret, Gynnidis accuſationem a ſe elaboratam dixit. Sic autem vocare ſe tyrannum, qui paullo ante Romanum imperium tenuerit, eique omni genere libidinis turpem inuſſerit maculam. Cui Philoſtratus: admirarer, inquit, ſi viuentem accuſaſſes. Siquidem viuentem tyrannum ſtilo perſtringere, viri opus eſſe cenſeo: in iacentem vero inuehi, cuiusuis.* Tyrannum, cuius accuſationem ſcripſit Aelianus, non *Domitianum*, vt Voſſio et aliis viris doctis videbatur, ſed *Elegabalum* fuiſſe, pulcre probat de ſcriptore noſtro praeclare promeritus *Iacobus Perizonius.* Confer Triſtanum tom. II. pag. 322 ſq. [¶]

VII. *Index*

nn) Epicureos tangit idem Aelianus VII. 44. animal. Ἐλέφαντες μὲν οὖν θεοὺς προσκυνοῦσι, οἱ δὲ ἄνθρωποι εἰ ἄρα γε εἰσὶ θεοὶ, καὶ ὄντες εἰ φροντίζουσιν ἡμῶν, διαπορῶσι.

oo) De hac voce confer Suidam in Ἀῤῥεν.

pp) Vid. ſupra in cap. de Philoſtrato, ſect. VIII. *Harl.*

VII. *Index ſcriptorum in Aeliani variis hiſtoriis citatorum, depromtus ex editione Perizoniana.*

Aeſopus X. 5.
Alcman I. 27. XII. 36 et 50.
Alexis X. 6.
Anaxagoras de regno IV. 14.
Anaxilas, comicus, I. 27.
Androtion VIII. 6.
Archilochus IV. 14.
Ariſtophanes I. 18. II. 13.
Ariſtophanes, Byzant. XII. 5. 1. not.
Ariſtoteles I. 14 et 15. II. 26. V. 3.
Callimachus I. 15.
Charon, Lampſacenus, I. 15.
Cratinus II. 13. pag. 88. [pag. 155. edit. Gron.]
Critias X. 13 et 17.
Damon III. 14.
Dinon VII. 1.
Ephorus XIII. 23.
Epitimides IV. 7.
Eumenes, Cardianus, III. 23.
Eupolis in Marica XII. 30.
Euripides II. 12. XII. 15.
Herodotus II. 41. vbi eius fidem quaſi dubiam videtur adſtruere.
Heſiodus IX. 28. XII. 20 et 36.
Homerus III. 9. VI. 9. VII. 2 et 8. X. 18. XII. 1. 14. 27. 36. 44 et 64. XIV. 23.
Laſus XII. 36.
Menander III. 14.
Mimnermus XII. 36.
Oracula III. 43. 44. 45.
Pauſanias XII. 61.
Philippides XII. 31.
Pindarus IX. 15. XII. 36.
Plato IV. 15. VIII. 2. XII. 25.
Poſidippus I. 26.
Theophraſtus II. 38. IX. 11.
Theopompus III. 18. 13. not. VI. 12. VII. 2.
Thucydides XII. 50.
Timaeus XII. 29.
Xanthus IV. 26.
Xenophon VII. 14. XIII. 32.

Index ſcriptorum, in hiſtoria animalium ab Aeliano laudatorum, recens a me additus, [et ex Schneideri indice hinc inde auctus et correctus.]

Achaeus ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς VII. 47.
Αἰγύπτιος λόγος XI. 10. 11. etc.
Aeſchylides ἐν τοῖς περὶ γεωργίας XVI. 32.
Aeſchylus IX. 42. XII. 8. Eleuſinius VII. 16. vbi de eius morte.
ἐν Ἀγαμέμνονι VII. 47.
Ἀμφιαράῳ XII. 9.
Γηρολόρδῳ XII. 9.
Δικτυουλκοῖς VII. 47.
Σισύφῳ XII. 5. [¶]
Agatharchides V. 27. XVI. 27.
[Αἰθίοπες λόγοι II. 21.]
Alcman Homerum imitatus XI. 3.
Alexander ἐν τῷ περίπλῳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης XVII. 1. Myndius III. 23. IV. 33. V. 27.
Amometus (Ἀμώμητος) XVII. 6.
Amyntas V. 14. ἐν σταθμοῖς XVII. 17.
Anacreon IV. 2. VII. 39.
Anaxagoras VII. 8.
Anaxippus ἐν ἐπιδικαζομένῳ XIII. 4.
Antenor ἐν λόγοις Κρητικοῖς XVII. 35.
Antiphon ἐν τῷ πρὸς Ἐρασίστρατον V. 21.
Apelles, pictor, IV. 50.
Apicius III. 42.
Apion XI. 40.
Apollinis oraculum fide dignum omni cuicunque νοῦς τε ὑγιαίνει καὶ ἔῤῥωται ἡ φρὴν XIII. 21. εἰ τοίνυν ὁ πάντα εἰδὼς Τρίτωνας εἶναί φησι, ἡμᾶς ὑπὲρ τούτου διαπορεῖν οὐ χρὴ id.
Apollodorus ἐν τῷ Θηριακῷ λόγῳ VIII. 7. 12.

Apollonius, Rhodius, (ἡ Ναυκρατίτης) XII. 23. locus eſt ex Athenaei VII. pag. 283.
Apollophanes, comicus, VI. 51.
Archelaus II. 7.
Archilochus XII. 9.
Arionis, Methymnaei, hymnus in Neptunum, et epigramma, ſtatuae Arionis ſubſcriptum XII. 45. adde II. 6.
Ariſteas VI. 51.
Ariſtippus, a matre, Arete, edoctus III. 40.
Ariſtagoras XI. 10.
[Ariſtocleon VII. 40.]
Ariſtocles, poeta eleg. XI. 4.
Ariſtophanes XII. 4.
[ἐν Ἀμφιαράῳ XII. 9.]
[ἐν Γηρολόρδῳ ibid.]
ἐν ὄρνισιν IV. 42. XVI. 5.
Ariſtophanes, Byzant. I. 38. VII. 47 et 39. ex quo loco colligas, in Anacreontem ſcripſiſſe.
Ariſtoteles II. 34. 39. 49. 52. III. 24. 40. 45. IV. 6. 57. 58. V. 8. 11. 14. 27. 34. 43. VI. 3. 14. 18. VII. 7. 13. 40. VIII 1. 9. IX. 6. 7. 20. 39. 42. 54 64. X. 11. 32. 36. XI. 12. 18. XII. 6. 12. 14. 28. 35. 40. XIII. 4. XV. 28. XVI. 33. 41. XVII. 15. 20.
ὁ τῶ Νικομάχῳ II. 34. VIII. 64.
ἐν τῇ ή. περὶ ζώων XVII. 7.
Ariſtoxenus II. 11. VIII. 7.
Artemon ἐν τοῖς ὅροις τοῖς Κλαζομενίων XII. 38.
Autocratis Τυμπανιςαὶ XII. 9.
Babylonii et Chaldaei aſtrologi I. 22.
Brachmanes XIII. 18. XVI. 20. XVII. 5.
Callias ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν περὶ τὸν Συρακούσιον Ἀγαθοκλέα λόγων XVI. 27.
Callimachus IX. 27. XV. 28.
Chaldaei XII. 21.
Charmides, Maſſilienſis, V. 37. Οἱ τὰς ὑπὲρ τῆς Χίου συγγράψαντες ἱςορίας XVI. 39.
Charondae leges VII. 61.
Cleanthes IV. 45. VI. 50.
Clearchus, peripateticus, XII. 34.
Clitarchus XVII. 2. 22. 23. 25.
Crates ὁ ἐκ τῶ Μυσίω Περγάμω XVII. 9. ὁ Περγαμηνὸς 37. [?]
Cratinus ἐν ταῖς δραπέτισι XII. 10. VII. 1. XVII. 29.
Critici XIII. 6.
Cteſias III. 3. IV. 26. 27. 36. 46. 52. Cnidius IV. 21. V. 3. XVI. 37. 42.
ἐν λόγοις Ἰνδικοῖς XVI. 23.
Damon, muſicus, II. 11.
Demetrius ἐν τῇ Σικελίᾳ τῷ δράματι XII. 10.
Democritus V. 39. VI. 40. IX. 64. XII. 16. 17. 18. 19. 20.
Abderites XII. 7.
Demoſtratus XVII. vlt. ἀνὴρ ἁλιευτικῆς σοφίας ἐπιςήμων, ναὶ μὰ Δία, καὶ ἑρμηνεῦσαι χρηςός XV. 4. 9. Senator Romanus XV. 19. ἐν λόγοις ἁλιευτικοῖς XIII. 21.
Diagoras, atheus, VI. 40.
Dinolochus, infra Epicharmus.
Dinon XVII. 10.
Diogenes ὁ τραγῳδίας ὑποκριτής VI. 1.
Dion ἐν συγγραφῇ X. 1.
Empedocles IX. 64. XII. 7. ὁ Φυσικὸς περὶ ζώων ἰδιότητος λέγων XVI. 29.
Epicharmus ἐν Ἥρας γάμῳ XIII. 5. Epicharmi aduerſarius Dinolochus VI. 51.
Epimenidis ἔπη XII. 7.
Eratoſthenes VII. 48.
Euclides VI. 57.
Eudemus III. 20. 21. IV. 8. 45. 53. 56. V. 7.
Eudoxus X. 16. XVII. 14. 19.
Euphorion VII. vlt. ἐν τοῖς ὑπομνήμασι XVII. 28.
Euripides III. 15. 17. IV. 54. V. 2. 34. VI. 15. VII. 25. 28. XII. 7. 44. XIV. 6.
ἐν Βάκχαις V. 42.
ἐν Ἰφιγενείᾳ VII. 39.
ἐν Πελειάσι VII. 47.
ἐν τοῖς Τημενίδαις VII. 39.
Hecataeus, Abderita, XI. 1.

Hecataeus, Milesius, XIII. 22. ὁ λογοποιὸς, μύθων ἀρχαίων συνθέτας accensetur IX. 23.
Hegemon ἐν Δαρδανικοῖς VIII. 11.
Hermetis ὑφήγησις XI. 10.
[Heraclides XVII. 15.]
Hermippus VII. 40.
Herodotus II. 53. V. 8. VI. 15. 60. VII. 11. X. 3. 4. XI. 10. XV. 5. 16. XVII. 21. 36. ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις λόγοις VIII. 25.
Hesiodus VI. 50. XIV. 28.
Hipparchus, Bithynus, Neronis tempore, diversus ab antiquo illo, VII. 8.
Hippiae ars memoriae VI. 10.
Hippo, atheus, VI. 40. memoratur cum Herostrato et Diagora.
Hipponax VII. 47.
Hippys συγγραφεὺς ὁ Ῥηγῖνος IX. 33.
Homerus I. 34. 42. 43. 52. II. 1. 18. 21. 30. III. 27. IV. 2. 6. 23. 40. 45. 54. V. 39. 45. 54 et 38. vbi varia lect. VI. 1. 4. 6. VII. 7. 27. 29. IX. 11. 23. X. 1. 8. 14. 26. XI. 11. 17. XII. 3. XIII. 7. 17. XIV. 8. 25. 28 et vlt. XV. 24. XVI. 24. XVII. 6. 37. 43. ὁ ποιητὴς VIII. 28. ἐν Ἰλιάδι XI. 10. XIV. 28. 29. XVI. 25. Ἐν Ὀδυσσείᾳ V. 16. XI. 50. XV. 28.
Ibycus, Rheginus, VI. 51. [ꝑ]
Ἰνδικοὶ λόγοι VIII. 1. infra in Orthagoras. Ἰνδῶν λόγοι II. 34.
Ἰόβας (Iuba) XV. 8. rex IX. 28. ὁ Μαυρέσιος ὁ τȣ̃ παρὰ Ῥωμαίοις ὁμηρεύσαντος πατήρ. VII. 23.
Ischomachus et Socrates ὑπὲρ τῆς ἀξιολόγȣ οἰκονομίας σπȣδάζοντες VI. 43.
Ister V. 27.
Lacydes, peripateticus, VII. 41.
Lasus in dithyrambis VII. 47.
Leonides XII. 42. Byzantinus II. 6. 50. III. 18. Metrodori filius XVII. vlt.
[Lycus XVII. 16.]
Lycurgi leges VI. 61. VII. 15.
Manetho, Aegyptius, σοφίας εἰς ἄκρον ἐληλακὼς X. 16.
Megasthenes VIII. 7. XVI. 41. XVII. 39.
Menander ἐν τῇ Θαΐδι XII. 10. ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ XIII. 4. ἐν ταῖς παννυχίσιν VII. 19. ἐν τῷ πλοκίῳ XII. 10. Theron parasitus apud Menandrum IX. 7.
Metrodorus, Byzantinus, XVII. vlt.
Mitylenaei cuiusdam Aeliano noti μέτρα XIV. vlt.
Mnaseas ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς XVII. 46.
Mnesimachus, poeta, ἐν τῇ Ἰσθμιονίκῃ XIII. 4.
Neocles, medicus, XVII. 15.
Nicander, Colophonius, V. 42. VIII. 8. IX. 20. X. 9. XV. 18. XVI. 28. et ipso non nominato XV. 13.
Nico, pictor, IV. 50. VII. 38.
Nicocreon, Cyprius, XI. vlt.
Nymphis ἐν τῷ θ'. τῶν περὶ Πτολεμαῖον XVII. 3.
Nymphodorus XI. 20. XVI. 34.
Onesicritus XVII. 6. Astypalaeus XVI. 39.
Oracula XII. 5. 31. 35. etc. Vide supra, Apollo.
Orthagoras XVII. 6. ἐν Ἰνδοῖς λόγοις XVI. 35. ex eo videntur petita quae XV. 21.
Pammenes ἐν τῷ περὶ θηρίων XVI. vlt.
Philemon XII. 10.
Philo XII. 37.
Philochorus XII. 33.
Philoxenus, musicus, II. 11.
Φοίνικες λόγοι XVI. 33.
Phylarchus VI. 29. ἐν τῇ ιβ'. XVII. 5.
[Φρύγιοι λόγοι II. 21.]
[Phylarchus VI. 29. ἐν τῇ ιβ'. XVII. 5.]
Pindarus VII. 19. ὁ Θηβαῖος Μȣσοποιὸς ἔν τινι τῶν ἐπινικίων VII. 39.
Plato V. 13. VI. 1. vbi de Icco Tarentino.
Poetae I. 15. II. 32. VI. 25. 43. 61. 64. VII. 2. 19. 47. IX. 23. XII. 36. XIV. 14. XV. 5. ᾄσμασιν ᾄδȣσιν IX. 17.
Polemo XII. 40.
Polus τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴς VII. 40.
Polycletus (Πολύκλειτος) XVI. 41.
Προφητῶν Αἰγυπτίων λόγος XI. 10.
Ptolemaeus VIII. 4.

Pythagoras V. 11. XVII. 9. Samius IX. 10.
Pythagoras ἐν τοῖς περὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης XVII. 8.
Simonides ἐκ παντοδαπῶν θηρίων λέγων τὰς γυναῖκας γενέσθαι τε καὶ διαπλασθῆναι XVI. 24. ἐν τοῖς Ἰάμβοις XI. 36. eius ars memoriae VI. 10.
Socrates ap. Platon. V. 34. vide et ſupra in Iſchomacho.
Solonis leges I. 13. II. 42. VI. 61. IX. 1.
Sophocles II. 10. VI. 51. ὁ τȣ̃ Σοφίλȣ ἐν τοῖς Ἀλεάδαις VII. 39. ἐν τῇ Τυρῷ τῷ δράματι XI. 18. Οἰδίπȣς ὁ τȣ̃ Σοφοκλέȣς III. 47.
Sophron XV. 6.
Soſtratus V. 27. VI. 51.
Spintharus, muſicus, II. 11.
Steſichorus ἔν τινι ποιήματι ἐκ εἰσφοιτήσαντί πȣ εἰς πολλȣ̀ς XVII. 37.
ᾄδȣσιν οἱ συγγραφεῖς I. 22.
Syrorum λόγος ἱερός XII. 30.
Thales, Mileſius, VII. 42.
Θηβαῖοι μῦθοι XII. 7.
[Telephus, criticus, ex Pergamo, X. 42. Ita enim Κριτικὸς pro Κρὴς emendat Valeſius V. 10.]
Theocles ἐν τῇ δ'. XVII. 6.
Theocritus ὁ τῶν νομευτικῶν παιγνίων συνθέτης XV. 19.
Theodectis ars memoriae VI. 10.
Theodorus ψάλτης VII. 40.
Theophraſtus III. 17. 32. 35. 37. 38. V. 29. IX. 27. 37. (τὸ αἴτιον φυσικώτατα ἀνιχνεύσας ibid.) 64. X. 35. XI. vlt. XII. 36. XV. 16. 26. δαιμονιώτατος V. 27.
Theopompus V. 27. XI. vlt. XVII. 16.
Timaeus XVII. 15.
Τραγῳδοὶ I. 24. III. vlt.
Τυρταίȣ μέτρα VII. 1.
Xenophilus, muſicus, II. 11.
Xenophon VI. 25. VIII. 3. XII. 10. XVII. 30. aureus ſcriptor II. 11. de venatione XIII. 24. Alius Xenophon, Solenſis, I. 6.
Zeno IV. 45.
Zenothemis XVII. 30.

IO. ALB. FABRICII
BIBLIOTHECAE GRAECAE
LIBRI IV
PARS ALTERA

Vol. IV. p. 1 [?]2

CAPVT XXVII (olim XXII)

DE NICOMACHO GERASENO, ET AVCTORE THEOLOGVMENON ARITHMETICAE, DE DIOPHANTO ATQVE ALIIS SCRIPTORIBVS, QVI DISCIPLINAM NVMERORVM TRADIDERVNT

I. *Nicomachi Gerafeni aetas.* II. *Alii Nicomachi.* III. *Nicomachi Gerafeni inftitutio arithmetica.* IV. *Mufica.* V. *Index fcriptorum, a Nicomacho citatorum.* VI. *Scripta Nicomachi deperdita.* VII. *De Theologumenis arithmeticae.* VIII. *Index fcriptorum, in illis laudatorum.* IX. *De Diophanto Alex.* X. *Eius arithmeticorum problematum VI. libri.* XI. *Codd. et editiones.* XII. *Alii Diophanti.* XIII. *Alii fcriptores de numeris graeci editi.* XIV. *Inediti.* XV. *Deperditi.* [*]

[Cum fupplementis *G. C. Harles.*]

I.

De hoc *Nicomacho* conf. *G. I. Voff.* de fcientiis mathemat. cap. X. nr. 1. pag. 37. *Brucker.* in hiftoria critica philof. tom. II. pag. 160 fqq. *Io. Chriftoph. Heilbronner* in hiftoria mathef. vniuerfae, cum primis pag. 309 fqq. *Montucla* in hiftor. mathefeos, tom. I. part. I. lib. V. §. 5. pag. 318. *Meiners* in hiftoria originis etc. doctrinarum in Graecia et Romae, tom. I. pag. 250 fqq. et pag. 537 fq. vbi grauiter iudicat de Nicomacho. *Harl.*

NICOMACHVS e Gerafa, Arabiae vrbe [a]), philofophus Pythagoricus [b]), non fuit antiquior Platone, vt vifum Iofepho Blancano in chronologia mathematicorum, fed longe

a) *Gergafenum* Nicomachum vocare malunt nonnulli. Nimirum eadem vrbs dicta Γέρασα, quae antea Γεργασά, vt docet *Eufebius* de locis hebr. pag. 119. edit. Bonfrerianae: confer *Graeuii* lectiones Hefiodeas cap. 16. et *H. Valefium* ad Ammianum XIV. 8. *Origenes* quidem pag. 131. in Matth. Gergafam Palaeftinae a Gerafa Arabiae diftinguit. Sed fuit et altera Gerafa Syriae coeles, cuius meminere Stephanus Byz. et Ptolemaeus, quamque Nicomachi noftri fuiffe patriam omnes vnanimiter adfeuerare adfirmat *Abr. Berkelius* ad Stephanum pag. 296. Sed neminem certe veterum hoc

longe iunior, quum nullam ipſius mentionem faciat in arithmeticis muſicisque Theon, Smyrnaeus, qui Plutarchi aequalis fuit, ipſe vero Nicomachus lib. I. Enchiridii harmonici meminerit non Platonis modo et Eratoſthenis, ſed et Thraſylli [c]), mathematici, qui Auguſto ac [[P]] Tiberio imperante floruit: quin libro altero memorat Claudium Ptolemaeum [d]), clarum Antonini Pii temporibus, niſi cum Marco Meibomio adfirmare velis, verba illa de Ptolemaeo eſſe a recentiore manu, praeſertim quum enchiridion harmonicum integrum libro primo abſoluatur, et, quae libri ſecundi vice ſubiunguntur, tantum excerpta ſint ex maiore, vt videtur, opere muſico, quod pluribus libris Nicomachus poſt enchiridion concinnarat [e]). Ceterum Claudio Ptolemaeo ſuppar fuit *Apuleius*, Madaurenſis, qui Nicomachi Arithmeticen latine conuerterat, teſte *Caſſiodoro* de Arithmet. pag. 555. ex quo idem tradunt *Iſidorus Hiſp.* lib. III. originum cap. 2. et Beda libro de computo, aliique. Vnde conſtat

hoc adfirmare video. Itaque malo adſentire antiquo ſcriptori, (non Iamblicho, in cuius commentario per Tennulium edito nihil tale legitur, ſed Iohanni Philopono vel Aſclepio Tralliano,) qui patriam Nicomachi ſcribit Geraſam finitimam Boſtrae in Arabia. Γερασηνὸς δὲ λέγεται ἀπὸ τῆς πόλεως, ἣ ὄνομα Γέρασα. Ἔςι δὲ περὶ Βόςραν καὶ Ἀρρβίαν (Γυφαρίαν legit Berkelius, forte ſcribendum Βόςραν τῆν Ἀραβίας). Porro in Photii etiam codicibus Γερασηνὸς vocatur Nicomachus, non Γεργασηνὸς, quod adfirmat vir praeſtantiſſimus p. 81. lect. Heſiod. [conf. *Cellarii* notit. orbis antiq. tom. II. pag. 547 ſq. vbi de ſitu Geraſae in extremo limite ad orientem, iuxta Arabiae Philadelphiam: et pag. 588. de Geraſa in Arabia Petraea. *Harl.*]

b) *Porphyrius* apud Euſeb. VI. 19 hiſt. et Nicephorum V. 13. Nicomachum iungit Moderato, et teſtatur, Origenem horum aliorumque ἐν Πυθαγορείοις ἐλλογίμων ἀνδρῶν lectione delectatum fuiſſe. Pythagoreum quoque vocat Pappus Alex. lib. III. collect. Matheſ. pag. 19. vbi e libro II. iſagoges arithmeticae Nicomachi refert medietates proportionum, et Marinus in vita Procli cap. 28. quem ſomnio edoctum narrat, Nicomachi Pythagorei animam ſibi contigiſſe.

c) *Nicomachus* lib. I. enchirid. harmon. p. 24. καὶ προσεκτησάμεθα τὴν Πυθαγορικȣ̃ κανόνος κατατομὴν ἀκριβῶς κατὰ τὸ βȣ́λημα τȣ̃ διδασκάλȣ συντετελεσμένην, ȣ̓χ ὡς Ἐρατοσθένης παρήκȣσεν ἢ ΘΡΑ'ΣΥΛΛΟΣ, ἀλλ' ὡς ὁ Λοκρὸς Τίμαιος, ᾧ καὶ Πλάτων παρηκολȣ́θησεν ἕως τȣ̃ ἑπτακαιεικοσιπλασίȣ. Diviſionem muſici canonis ex mente Thraſylli habes apud *Theonem Smyrnaeum* cap. 35. 36. 37. muſic. p. 137 — 145. Laudat Thraſyllum iterum cap. 2. p. 74. περὶ τῆς ἐν ὀργάνῳ αἰσθητῆς ἁρμονίας. Equidem *Thraſylli* cuiusdam muſici ac poetae antiqui patria Philiaſii mentio apud *Plutarchum* de muſica pag. 1137. atque hunc a Nicomacho laudari putabat doctiſſimus Ionſius pag. 224. Sed ſcripſiſſe illum minus conſtat; itaque veriſimilius eſt, intelligi Thraſyllum Mendeſium, multarum artium ſcientiam profeſſum et Platonicae ſectae addictum, quem Tiberius in contubernium adſciuit, aſtrologicis eius diuinationibus vſus, de quo nota loca *Suetonii* Auguſt. 99. Tiber. 14 et 62. Calig. 19. *Taciti* VI. annal. 20 ſq. *Dionis* ſiue *Xiphilini* p. 555 ſq. et 638. *Zonarae*, *Cedreni* etc. ſchol. *Iuuenalis* VI. 576. *Themiſtii* orat. V. pag. 63. VIII. p. 108. XI. p. 145. Citatur etiam *Thraſyllus* a *Porphyrio* ad tetrabiblon Ptolemaei p. 189. *Achille Tatio* ad Aratum cap. 16 et 19. et Plinio plus vno loco: tum inter eos, qui Pythagorica et Platonica dogmata expoſuerunt a Porphyrio in vita Plotini. Eius Aegyptiaca citat praeter Stobaeum Plutarchus de flum. in Nilo. Ex his petitae fortaſſis obſeruationes chronologicae, quas Thraſyllo auctore laudato refert *Clemens* I. Strom. p. 335. Librum III. περὶ λίθων et Τραγικὰ citat Plutarchus de flum. in Strymone. Digeſſit et libros Democriti ac Platonis in tetralogias, de quibus e Laertio alibi dicere me memini. Ἐν τῷ περὶ τῶν ἑπτὰ τόνων citatur Thraſyllus a Porphyrio in Ptolomaei muſic. pag. 266. De aliis *Thraſyllis* vide, ſi placet, *Ionſium* III. 3. 2. et *Voſſ.* de hiſtor. graecis IV. 16.

d) *Nicomachus* lib. II. Harmon. pag. 36. ᾧ δὴ καὶ Πτολεμαῖος συναρέσκεται etc. Reſpicit Ptolemaei Muſicor. lib. II. cap. 9.

e) *Saxius* quoque cum Fabricio ponit Nicomachi aetatem in a. Chr. circ. 147. *Hamberger.* vero in zuverläſſ. Nachricht. II. pag. 258. eum ſub Traiano ante a. Chr. 117. vixiſſe contendit. *Harl.*

ſtat quoque, Nicomachum ſeniorem, e cuius ſchedis *vitam Apollonii* deſcriptam a Taſcio Victoriano memorat *Sidonius* Apollinaris VIII. 3. epiſt. diuerſum a noſtro eſſe, etiam Philoſtrato, cuius codices emendauit ac recenſuit [f]), iuniorem: nec quicquam videtur obſtare, quo minus hic Sidonio memoratus idem ſit cum *Virio Nicomacho Flauiano* [g]), praefecto praetorio Italiae a. Chr. CCCXCI. ad cuius filium, Nicomachum Flauianum, totus liber ſecundus et ad filios totus ſextus epiſtolarum Symmachi exſtat.

II. De aliis *Nicomachis* Suidam, Meurſium [h]), et Io. Ionſium [i]) conſulere lector poterit, dum mihi interim ſufficiet, breuiter [*] perſtrinxiſſe hos tredecim vel quatuordecim a duobus vel tribus, quos iam commemoraui, diuerſos. Fuit enim

1) Nicomachus, medicus antiquiſſimus, Machaonis F. de quo Suidas et in Meſſeniacis *Pauſanias* pag. 287 et 353 ſq. qui diuinis adfectum honoribus fuiſſe auctor eſt. [vid. ſupra vol. I. pag. 134. not.]

2) Nicomachus, Stagirita, ex prioris poſteris, Ariſtotelis parens, regis Amyntae archiater, teſte Ammonio in philoſophi vita. Hic Ἰατρικῶν ſex libros et vnum Φυσικῶν ſcripſiſſe a Suida traditur.

3) Nicomachus, Athenienſis, quo archonte Olymp. CIX. 4. cometam viſum narrat *Ariſtoteles* lib. I. cap. 7. Meteorolog.

4) Muſicus antiquiſſimus, Nicomachus, Iſmeniae, (atque adeo Platonis, vt obſeruatum Ionſio,) aequalis, de quo adi *Plinium* XXXVII. 1.

5) Nicomachus, Ariſtodemi F. pictor, de quo loca Ciceronis, Vitruuii, Plinii, Plutarchi, Seruiique ac Stobaei congeſſit *Franciſcus Iunius* in catalogo artificum pag. 134. Ceterum dubito, fueritne is auctor Elegiae περὶ ζωγράφων, e qua hos verſus de pictore Apollodoro refert *Hephaeſtio* in enchiridio pag. 14.

Οὗτος δή σοι ὁ κλεινὸς ἀν' Ἑλλάδα πᾶσαν Ἀπολλόδωρος· γινώσκεις τοὔνομα τοῦτο κλύων.

Pictorem certe Nicomachum hunc Hephaeſtio non adpellat, ſed eius teſtimonio inter probatiſſimos poetas vtitur.

6) et 7) Nicomachi, tragici duo, ex Alexandria Troadis alter, alter Athenienſis. De vtroque dixi lib. II. cap. 19.

8) Nicomachus, comicus, quem rhythmicum *Athenaeus* VIII. p. 364. vocat, et cui dramata quaedam, Pherecrati ab aliis tributa, Eratoſthenes adſcripſit, vt notaui ſupra lib. II. cap. 22.

9) Nicomachus, filius Ariſtotelis, cui pater Ethica ſua inſcripſit. Hunc Suidas ait et ipſum ſcripſiſſe ἠθικῶν libros ſex, et de patris ſui phyſica acroaſi. Dixi de illo ſupra lib. III. cap. 5. §. 29. et cap. 11.

10) Ni-

f) Vide *Sirmondum* ad Sidon. et quae ſupra de vita Apollonii a Philoſtrato ſcripta.

g) Confer de hoc *Thomae Reineſii* inſcriptiones pag. 79. et epiſtolas ad Hofmannum pag. 624. *Iac. Sponii* Miſcellanea eruditae antiquitatis p. 123.

h) *Meurſ.* notis ad Nicomachi manuale Harmonic.

i) *Ionſ.* de ſcriptoribus hiſtor. philoſ. III. 13. [nr. 2. pag. 75. vbi etiam de aetate *Nicomachi Geraſeni* diſputat. *Harl.*]

10) Nicomachus γραμματεὺς legum Solonis, quae describendae ei fuerunt commissae, corruptor, contra quem exstat *Lysiae* oratio XXIX.

11) Nicomachus, qui in coniurationem aduersus Alexandrum consentire recusauit. *Plutarch.* Alex. pag. 692. *Curtius* VI. 7. *Diodorus Sic.* XVII. pag. 604.

12) Nicomachus, Zenobiae reginae, ab epistolis, de quo *Vopiscus* in Aureliano cap. 27. [P]

13) Senator Consularis romanus, Maenus Falconius Nicomachus, cuius idem Vopiscus in Tacito imp. mentionem facit cap. 5.

14) Aruntius Nicomachus, archon primus secundum apud Temenothyrenses, in veteri numismate apud *Ezech. Spanhemium* tom. I. pag. 258. de V. et P. numism.

III. Vt ad Nicomachum Gerasenum reuertamur, exstant eius ἈΡΙΘΜΗΤΙΚῆΣ k) ΕἸΣΑΓΩΓῆΣ, *Arithmetices institutionum* siue *introductionis in numerorum disciplinam libri II.* quos graece excudit Christianus Wechelus, Paris. 1538. 4. Latine olim verterat *Apuleius*, cuius versio intercidit: et *Boethius*, quem laudat *Cassiodorus* lib. I. variar. epist. 45. Exstantque adhuc libri duo Arithmetices *Boethii*, quae pro liberiore versione Nicomachi haberi possunt, quem nominetenus laudat pag. 1323 et 1341. quamquam non hanc isagogen solum sed et alterum, maius Nicomachi opus Arithmeticum, quod temporum iniuria amisimus, simul consuluisse et in compendium misisse videtur. *Ea,* inquit in praef. *quae de numeris a Nicomacho diffusius disputata sunt, moderata breuitate collegi. Et quae transcursa velocius angustiorem intelligentiae praestabant aditum, mediocri adiectione reseraui, vt aliquando ad euidentiam rerum nostris etiam formulis ac descriptionibus vteremur.*

[*Codd. msstor.* notitiam inserere iuuat: plurimos iam passim ex Montfaucon. Biblioth. MSS. indicauit *Heilbronner;* quos hic laudauit, iis adposui paginam.

Noribergae in bibl. publ. est arithmet. institut. cod. saec. XV. chartac. in 4. vid. *Mannerti* Miscellanea, pag. 104. *Murr* memorabil. bibl. publ. Norimbergens. part. I. pag. 52.

Romae in bibl. Vatic. *Nic.* arithmet. bis (*Heilbr.* pag. 539. §. 3. nr. 27 et 31.) rursus (pag. 545. §. 19. nr. 2. et §. 22. anonymi arithmetica.) — in bibl. Archiuii Basilicae S. Petri pag. 547. §. 31, 5. Arithmetica Algorismi, saec. XV. nr. 17. (iterum §. 34. 1.) *Boëtii* arithmetica. nr. 22. tres codd. de arithmet. et astronomia nr. 23. *Nicomachi* in arithm. isagoge.

Florentiae in biblioth. *medicea,* cod. haud emendatus XXXV. plut. 28. introd. arithmet. lib. II. cum antiquis scholiis marginal. (*Bandin.* catal. codd. gr. II. col. 62.) — cod. XXIX. plut. 58. arithmet. introd. cum commentario *Asclepii* Tralliani inedito et glossis interlinearibus. (*Bandin.* l. c. col. 473.) — Citatur in cod. violar. compos. ibid. tom. I. pag. 549. — In bibl. b. *Mariae* Arithm. cod. bombyc. saec. XIV. teste *Montfauc.* in diario italico p. 369.

Bononiae in bibl. canonic. regularium arithmet. (p. 559. §. 62.) bis, auctore *Montfauc.* l. c. pag. 369.

Venetiis

k) Εἰσαγωγὴν videtur adpellare Nicomachus ipse pag. 30. 35. 44. 62. 64. 67. *Photio* quoque ἀγωγὴ dicitur cod. CLXXXVII. vbi tria diuersa Nicomachi opera memorat Theologumena Arithmetices, Arithmeticen vberiorem, et introductionem.

Venetiis in museo *Caroli Auantii* arithmet. (pag. 561. §. 73.) — in bibl. *Dominican*. Nicom. arithmet. (teste Montfaucon.) — in bibl. *D. Marci* secundum catalog. codd. gr cod. CCCIX. Arithmet. libri II. cum scholiis aliquibus marginalibus: cod. CCCXVI. iidem cum subiunctis commentariis *Io. Philoponi.* codd. CCCXVII. CCCXVIII. CCCXIX. CCCXX. iidem libri. In cod. CCCXVIII. sunt praeterea *Nicomachi harmonices enchiridion, lib. I.* et *Domnii*, philosophi Larissaei, enchiridion introductorium in arithmeticam. In cod. CCCXXIII. est tractatus in compendio scientiae calculatoriae, παράδοσις σύντομος καὶ σαφεστάτη τῆς ψηφοφορικῆς ἐπιστήμης. — codd. CCCXXX. CCCXXXIII. DXIV. DXCI. DXCII. DXCV. *Nicomachi* arithmet. institutionis libri II. — Ibidem in biblioth. *Naniana*, (teste catal. codd. MSStorum apud Nanios — adseruatorum pag. 256.) in cod. CCLXVIII. Aristoxeni, *Nicomachi* et Alypii opera de Musica n. Nicom. ἁρμονικῆς ἐγχειρίδιον βιβλία δύο.

In bibl. regia *Neapolitana*, arithm. instit. libri II. cum scholiis inter lineas et in margine scriptis, cod. chart. saec. XV. item, cod. saec. XIV. cum schol. margin. — harmonices manualis liber I. cod. chart. saec. XV.

Mediolani in bibl. Ambrosiana, *Nicomachi* arithmet. cum scholiis *Asclepii* et aliorum. Item introductio, sexies. (*Heilbronn.* pag. 562. §. 83.) In *Montfauc.* diar. ital. pag. 15. memorantur cod. saec. XIII. exposit. in libr. de arithm. et cod. saec. XIV. ipsa *Nic.* arithmet.

In bibl. *Paris.* publ. (teste catal. vol. II. add. Heilbronner pag. 571 sqq. ex Montfauc. tom. II. Bibl. — MSStor.) *harmonices enchirid.* in codd. quatuor: de arithmet. libri II. in duodecim codd. quos omnes pluribus enumerare longum est. In cod. MMCCCLXXII. est quoque anonymi opuscul. de arithmetica. — in cod. MMCCCLXXVI. etiam *Asclepii* scholia in Nic. arithm. — in cod. MMCCCLXXVII. it. MMCCCCLXXXIII. et insert. codici MMCCCCLXXX. *Io. Philoponi* comment. in Nic. arithm. — cod. MMCCCCLXXXII. *Iamblichi* introduct. ad Nicom. arithmeticam. — cod. MMDCCLXII. additus est *Io. Pediasmi* tractat. ineditus, quo illustrantur quaedam de arithmetica et musica ab aliis obscurius dicta. — In biblioth. *Coisliniana*, (auctore *Montfauc.* in catal. MSSt. gr. illius biblioth. pag. 229) in cod. CLXXIII. *Nicom.* harmon. enchiridion, et *Domnii* philos. Larissaei enchirid. arithmetices, — in cod. CLXXIV. Nicom. introd. ad arithmeticam. — In biblioth. Abbatiae *S. Rhemigii* Rhemensis, *Asclepius* in Nicom. (Heilbronner pag. 582. §. 184.) — inter codd. msst. de *Mesme* Diophanti et Nicomachi arithmetica, (it. pag. 584. §. 190.)

In biblioth. *Bodleiana*, bis Nicom. arithm. (id. pag. 597. §. 243. et pag. 612. §. 297. ac pag. 618. §. 316.) *Philoponus* comment. in Nicom. arithm. In alia bibl. Anglica (secundum tom. II. catalog. msstor. pag. 59. et *Heilbronner* pag. 624.) *Nic.* Arithm. libri II. cum scholiis graecis tum in catal. pag. 257. atque apud *Heilbronn.* pag. 641. §. 433. *Philoponus* in Nicom. arithmeticam.

In bibl. *Scorialensi* regis Hispan. apud *Heilbronner* pag. 568. §. 116. ex Montfauconii catal. MSSt. *Nicom.* arithmet. cum expositione *Philoponi:* sed teste *Plüer.* in itinerario per Hisp. pag. 184. plura ibi exstant MSSta. *Nicom.* arithm. libri II. cum Io. Grammatici expositione; idem opus cum quibusdam scholiis; eadem arithmetica; eadem cum incerti expositione

poſitione in I. librum; ex eodem libro fragmentum; eiusdem et *Anatolii* theologica natura arithmeticae pythagoricae. — Pag. 159. *Aſclepii* ſcholia in I et II. arithmeticae Nicomachi.

Madriti in bibl. regia cod. XLVIII. ſaec. XIV. Introduct. arithm. libri II. (vid. *Iriarti* catal. codd. gr. pag. 163.)

In bibl. *Leidenſi*, inter codd. Scaligerianos, *Nicom.* enchirid. harmon. cod. chartac. (catal. bibl. pag. 341. nr. 47.) — id. opuſcul. inter codd. Voſſianos. (catal. pag. 395. nr. 69. et pag. 396. nr. 23.) arithmet. introduct. libri II.

In biblioth. elector. *Bauar. Monac.* cod. CXLIV. *Nicom.* arithmet. libri II. it. *Aſclepii* ſcholia in illos libros et *Philoponi* enarratio in arithmet. Nicom. — cod. CLXXV. et cod. CLXXVIII. *Nicom.* harmonices enchiridii lib. II. — cod. CLXXVIII. liber ex arithmetica Nicom. introductione. (catal. pag. 57. 58. 68 et 69.)

In *Heidelbergenſi* biblioth. quondam fuit (teſte Sylburg. in catal. 348.) *Philoponus* in Nicom. arithmet.

In bibl. *Auguſtana* Vindel. apud *Reiſerum*, catal. pag. 81. male ſcriptum eſt *Aeſculapii* philoſophi *Troiani*, (loco *Aſclepii-Tralliani*) in primam Nicom. de iſagoge arithm. librum ſcholia. — ibid. pag. 89. *Nic.* arithmet. libr. II. cum ſcholiis copioſis; eiusdem de analogia muſices, (forſan, harmonices manuale eſt,) et *Io. Philoponi* commentar. in Nicom.

In bibl. *Hamburgenſi*, (ex bibl. Vffenbach. vid. Vffenbachii catal. tom. III. pag. 59. et bibl. MSt. pag. 571.) *Nicom.* manuale harmon. libr. II. cum Ariſtoxeno et Alypio. ibid. *Meurſii* notae manu Meibomii ſcriptae ad Nicomachum et reliquos duos.

In biblioth. caeſarea *Vindobonenſi* a *Lambecio* in commentar. de illa biblioth. libro et vol. VII. — cod. XXVI. recenſetur, in quo nr. 8. ſint anonymi cuiusdam auctoris *excerpta arithmetica*, ſed *Kollarius* in nota *A.* col. 137 ſq. animaduertit, in eodem cod. contineri fol. 133 ſqq. *Nicomachi* arithmet. inſtitutionis librum primum, fine mutilum, et libri ſecundi partem non minimam; ſed initio et fine mutilam. — Ibidem in cod. LI. col. 201 ſq. ſunt *Nicom.* introd. arithmet. libri II. cum adnotationibus nonnullis antiquis graecis, margini adſcriptis. Kollarius hunc codicem et fragmenta ſuperiora de meliori nota commendat futuro editori; quum praeſertim fragmenta, (vbi tamen compactoris incuria codicis folium 134. tranſpoſitum locum occupare debeat poſt folium 140.) quia et diligenti doctaque manu ſcripta ſint et diagrammatibus, i. e. figuris, auctoris doctrinam oculorum etiam ſenſui ſubiicientibus, inſtructa, quae in editione Pariſina iure deſideres. — ibid. pag. 466 ſq. in cod. CXXI. *Nicomachi* enchirid. harmonices, libri II.

Villoiſon in Prolegom. ad edit. Homeri Iliad. Venet. pag. XLVI. not. memorat laudatque ſibi dono datum codic. ſaec. X. membran. *Nicom.* inſtitutt. arithm. cum doctis ſcholiis ineditis, ex bibl. Nicolai Maurocordati, Valachiae quondam principis — Editurus erat Bernard. vid. ſupra in vol. IV. pag. 211. vbi etiam quidam codd. et commentatores ac recentiores arithmet. ſcriptores nominantur. *Harl.*]

E Graecis certatim hanc Nicomachi iſagogen illuſtrarunt *Heronas*, cuius ὑπόμνημα εἰς τὴν Ἀριθμητικὴν εἰσαγωγὴν laudatur ab Eutocio in Archimedis II. de ſphaera et cylindro pag. 28. *Proclus*, Laodicenus, quem Suidas auctor eſt ſcripſiſſe εἰς τὴν Νικομάχȣ εἰσαγωγὴν

γὴν τῆς Ἀριθμητικῆς. *Asclepius, philosophus Trallianus*, Ammonii discipulus, (male *Troianus* dicitur in catalogo codd. MSS. biblioth. Augustanae pag. 81.) et *Ioannes Philoponus*, quorum commentaria scholiaque adhuc supersunt [vt partim in notitia codd. msst. adnotatum est,] in variis bibliothecis Angliae, Italiae, Galliae, Belgii, Germaniae: manu exarata etiam Lucae Holstenii beneficio habentur in Iohannea huius vrbis Hamburg nsis. Editionem vtriusque promisit *Io. Fellus*, Oxoniensis episcopus, notis ad Eratosthenis Cribrum, a Nicomacho seruatum pag. 42. Loca quaedam ex *Asclepii* commentariis graece produxere *Ismael Bullialdus* ad Theonem pagin. 293. et *Marcus Meibomius* in dialogo de proportionibus pag. 82 et 186. qui pag. 80. etiam specimen scholiorum graecorum interlinearium profert. De *Iohannis Philoponi* ἐξηγήσει vide *Reinesii* epistolas ad Bosium pag. 262. 266. *Iamblichus* denique, ceteris, quos memoraui, antiquior, cuius [*] commentarius, libri quarti locum inter decem libros de secta Pythagorica olim occupans [l]), graece ex codice Meminiano regio Romanoque siue Vaticano et Claramontano [m]) editus est cum latina versione et notis *Sam. Tennulii*, Arnhemiae et Dauentriae a. 1668. 4. additis etiam *Ioach. Camerarii* [n]) ad Nicomachi librum vtrumque obseruationibus, symbolisque Arithmeticis, quae vna cum eius libro de logistica et graecis latinisque numerorum notis lucem viderant Lipsiae 1569. 8. [o]) Iamblichi iudicium de Nicomacho, quod pag. 4. exstat, quia praeclarum est, non videtur omittendum: Εὑρίσκομεν δὴ πάντα κατὰ γνώμην τοῦ Πυθαγόρου τὸν Νικόμαχον περὶ Ἀριθμητικῆς ἀποδεδωκότα ἐν τῇ Ἀριθμητικῇ τέχνῃ. Ὅ, τε γὰρ ἀνὴρ μέγας ἐστὶν ἐν τοῖς μαθήμασι, καὶ καθηγεμόνας ἔσχε περὶ αὐτὸν τοὺς ἐμπειροτάτους ἐν τοῖς μαθήμασι. Καὶ ἄνευ τούτων τάξιν θαυμαστὴν καὶ θεωρίαν μετ' ἀποδείξεώς τε θαυμαστῆς τῶν ἐπιστημονικῶν ἀρχῶν ἐπιστήμην ἀκριβῶς παραδίδωσι. Omitto alia, quae in eius laudem a Iamblicho scripta sunt. Nam in Arithmeticis certe Nicomachus adeo omne punctum tulit, vt in prouerbium etiam res abierit. Auctor dialogi inter Luciani opera, qui Philopatris inscribitur pag. 468. καὶ γὰρ ἀριθμέεις ὡς Νικόμαχος ὁ Γερασηνός. Itaque tamquam princeps auctor

l) Codex, *Iamblichi* de secta pythagorica lib. IV. quorum duo priores et quartus diu editi sunt, tertius vero a cl. *Villoisonio* in anecd. graec. tom. II. pag. 188 sqq. primum publicatus est, (vide infra cap. 28. de Iamblicho, §. IV. pag. 286 sqq. vol. IV. vet. edit.) est in biblioth. caesar. teste *Lambecio*, commentar. lib. VII. p. 459 sqq. etiam alii sunt in biblioth. Veneta D. Marci aliisque. vid. *Villoison.* l. cit. *Harl.*

m) Claromantanus codex, abolita Iesuitarum societate, cum reliquis bibliothecae illius collegii codd. iure emtionis transiit in Hollandiam, in bibl. Meermanni. *Harl.*

n) Inscriptio libri haec est: De graecis latinisque numerorum notis farracenis s. indicis, cum indicio elementor. eius, quam Logisticen Graeci nominant — et vocabulorum artis interpretatione et aliis quibusdam ad hanc pertinentibus. *Accessit explicatio arithmetices doctrinae Nicomachi et alia quaedam ad contemplationem scientiae istius pertinentia studia, Ioachimi Camerarii* s. l. et a. sed nuncupatoria epistola scripta est *Lipsiae* d. 25. m. Sextilis, a. 1569. conf. de hoc libro cel. *Kästneri* Geschichte der Mathematik etc. tom. I. Göttingae 1796. 8. pag. 124 sqq. Paucula pag. 44 sq. dedit de edit. Nicomachi et antiquiorum scientia ac doctrina arithmetices. adde *Morhof.* Polyhist. tom. II. lib. I. cap. 2. §. 4. pag. m. 13 sq. — *Io. Keeble* edidit: *The Theorie of Harmonics; or, an illustration of the Grecian Harmonica.* 1) *As it is maintained by Euclid, Aristoxenus, Bacchius senior.* 2) *As it is established on the doctrine of the Ratio; in which are explained the two diagrams of Gaudentius, and* the Pythagorean numbers in Nicomachus. Londin. 1784. 4. *Harl.*

o) Cel. *de Murr* in memorab. biblioth. Norib. I. p. 52. memorat quoque editt. August. Vindel. 1554. 8. Norimbergae 1556. 8. *Harl.*

huius disciplinae celebratur a Cassiodoro, Isidoro, Beda: meminit et Boethius geometr. lib. II. pag. 1528. 1542. et auctor altercationi synagogae et ecclesiae cap. I. *Arithmeticam Samius Pythagoras inuenit, Nicomachus scripsit.* *Cassiodorus* in Psal. I. *quicquid ab vno plus est, sicut ait Nicomachus, iam fit numerabile.* *Alanus* Anti-Claudiani libro III. pag. 74.

Hic pictura docet auctores, qui numerandi
Inuenere vias, artem docuere, latentem
Produxere foras, fama coluere iacentem.
Illic Nicomachus praedicta ludit in arte
Et quasi per numeros rerum secreta prophetat.

Ex Nicomachi arithmeticis pleraque in opus suum de expetendis et fugiendis transtulit, atque adeo in libris tribus de arithmetica latine interpretatus est *Georgius Valla*, Placentinus, Venet. p) 1501. fol. In actis eruditorum Lips. a. 1691. pag. 200. et tom. I. supplementi pag. 341. spes facta est *Iohannem Baptistam Lentinum* ad praela paratam versionem latinam Pappi Alexandrini de numeris et arithmeticae Nicomachi cum notis, in quibus analysin veterum Graecorum restituere est adgressus.

IV. ἘΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ ἉΡΜΟΝΙΚΗ͂Σ, *Manuale Harmonices* libris II. editum est e Ios. Scaligeri codice *graece* primum a *Ioanne Meursio*, Lugd. Bat. 1616. 4. vna cum aliis musicis, Aristoxeno et Alypio, et [P] breuibus notis. Deinde emendatius a *Marco Meibomio* V. C. qui vsus fuit codice per *Gerardum Langbainium* cum duobus MSS. Oxoniensibus collato, et latinam versionem notasque addidit. Amstelod. 1652 4. Iunctus est Nicomachus in hac quoque editione aliis musicis graecis, Aristoxeno, Euclidi, Alypio, Gaudentio, Bacchio et Aristidi Quinctiliano de quibus iam dixi lib. III. cap. 12. [pag. 632 sq vol. III. conf. *Forkel* allgemeine Litteratur der Musik pag. 44 — 50. *Lambecium* cum nota Kollarii in comment. de bibl. caesar. VII. pag. 467. et pag. 89. de *Gonganus. Harl*] Ceterum licet *Vossius* lib. de scientiis mathemat. pag. 94. Nicomachi manuale ab Antonio Hermanno Gongaua latine translatum scripserit, secutus Gesnerum in bibl., numquam tamen illa versio lucem vidit. Longiorem ex hoc Nicomachi enchiridio locum, dissimulato eius nomine, ad verbum repetit *Iamblichus* lib. I. de vita Pythagorae cap. 26. Sequuti quoque Nicomachum sunt *Boethius* libris de musica, qui eum laudat pag. 1583. 1392. 1406. 1418. tum *Michael Bryennius* pag. 364.

V. *Indiculus scriptorum, aliorumque virorum clarorum, a Nicomacho memoratorum.*

M. *paginas editionis graecolat. Enchiridii Harmonici, et* A. *paginas editionis graecae Arithmetices indicat.*

Androcydes, pythagoricus, A. lib. I. pag. 5.
Archytas, Tarentinus, *ἀρχόμενος τῶ ἁρμονικῶ* A. lib. I. pag. 5.

Aristote-

p) Apud Aldum 1497. auctore Fabricio in bibl. Mansi: at apud alios non reperi eo anno editum latin. mediae et inf. aetat. tom. IV. pag. 251. edit. ene Vallae opus de exper. et fugiendis. *Harl.*

Ariſtoteles A. lib. I. pag. 36. lib. II. pag. 75.
Cadmus, Agenoris F. lyrae repertor. M. lib. II. pag. 30.
Eratoſthenes M. lib. I. pag. 25. Eius κόσκινον ſiue cribrum A. lib. I. pag. 17 ſq. Vide, quae de hoc cribro arithmetico dixi ſupra lib. III. cap. 20. §. 14. [vol. IV. pag. 123.]
Hiſtiaeus, muſicus, M. lib. II. pag. 35.
Linus M. lib. II. pag. 29.
Mathematici et phyſici A. lib. II. pag. 58. οἱ νεώτεροι pag. 64. ὑπομνηματογράφοι καὶ αἱρετισαὶ pag. 75. οἱ παλαιοὶ φυσιολογεῖν ἀρχόμενοι pag. 59. 74. 76.
Muſici canonis pythagorici κατατομὴ A. lib. II. pag. 72. M. lib. I. pag. 24.
Orphei lyra a Mercurio accepta M. lib. II. pag. 29.
Περσῶν πρόβλησις A. lib. I. pag. 31.
Pherecrates, comicus, in Chirone. M. lib. II. pag. 35. [P]
Philolaus M. lib. I. pag. 27. A. lib. II. pag. 59. 73. ὁ Πυθαγόρε διάδοχος ἐν τῷ πρώτῳ φυσικῷ M. lib. I. pag. 17.
Plato A. lib. II. pag. 63. 75. M. lib. I. pag. 24. lib. II. pag. 36. ἐν τῇ Ψυχογονίᾳ A. lib. II. pag. 40. M. lib. I. pag. 15. Reſpicit *Timaeum* Platonis, qui laudatur etiam A. lib. I. pag. 4. lib. II. pag. 59. *Libri de republica* A. lib. I. pag. 6. lib. II. pag. 69. *XII. de legibus* M. lib. II. pag 41. liber ille a quibusdam inſcriptus φιλόσοφος, quia docet, qualem eſſe oportet philoſophum A. lib. I. pag. 6. Confer quae notaui ſupra lib. III. cap. 1. nr. XXXV. Πλατωνικὸν Θεώρημα A. lib. II. pag. 67.
Poeta (Homerus) A. lib. I. pag. 21.
(Claudius) Ptolemaeus M. lib. II. pag. 36.
Pythagoras A. lib. I. pag. 3. lib. II. pag. 63. 75. M. lib. I. pag. 9. 10. lib. II. pag. 36 et 38. vbi Πυθαγόρας ὀμώμενος reſpicit notum illud in aureis carminibus: ἐ μὰ τὸν ἡμετέρᾳ ψυχᾷ etc. Pythagorica definitio numeri paris A. lib. I. pag. 9. οἱ περὶ Πυθαγόραν καὶ τὲς αὐτῦ διαδόχες A. lib. II. pag. 56.
Pythagorici A. lib. II. pag. 64. M. lib. I. pag. 8. οἱ ἀπὸ τῦ Πυθαγορικῦ διδασκαλείε M. lib. I. pag. 3.
Terpander, lyrae inuentor. M. lib. II. pag. 30.
Thamyris M. lib. II. pag. 29.
Theophraſtus, Pierites, muſicus, M. lib. II. pag. 35.
Thraſyllus M. lib. I. pag. 25.
Timaeus, Locrus, M. lib. I. pag. 24.
Timotheus, Mileſius, muſicus, M. lib. II. pag. 35.

VI. *Scripta Nicomachi*[q]) *deperdita.*

1. *Collectio pythagoricorum dogmatum.* Syrianus in XII. Metaphyſ. pag. 57. b. Hoc opus reſpicere videtur *Iamblichus*, Nicomachum laudans in vita Pythag. cap. 35. ſect. 251. et *Simplicius* in II. de coelo pag. 122. εἰ μὴ ἴσως ἡ τῶν ἐκκέντρων κύκλων ὑπόθεσις ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων ἐγνωσμένη ἦν, ὡς ἄλλοι τινὲς διηγῦνται, καὶ Νικομάχῳ ἑπόμενος ὁ Ἰάμβλιχος.

q) Huic *Nicomacho* vitam deperditam Apollonii Tyanei tribuit *Ionſius* III. 13. pag. 280. *Heum.*

Liber Iamblichi, quo hoc tradiderat, intercidit et ipse; erat autem liber decimus περὶ Πυθαγορικῆς αἱρέσεως, cuius argumentum fuit περὶ Σφαιρικῆς atque Ἀςρολογικῆς.

2. *Libri de Musica.* Ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μεσικῆς laudatur ab *Eutocio* in Archimedis II. de sphaera ac cylindro pag. 28. Fuit enim hoc opus plenius ac copiosius enchiridio harmonices Nicomacheo, quod habemus, et de quo supra dixi. Promittit illud Nicomachus ipse pag. 3. συντάξω δέ σοι μείζονα καὶ ἀκριβεςέραν εἰσαγωγὴν περὶ [✝] αὐτῶν, καὶ πλήρη r), τὸ λεγόμενον συλλογισμῶν διηρθρωμένην καὶ ἐν πλείοσι βιβλίοις, καὶ διὰ τῆς πρωτίςης ἀφορμῆς ἀναπέμψω, ἔνθα ἂν διάγειν ὑμᾶς πυνθανόμεθα. Et pag. 13. Τέτων δὲ πάντων τὰς καθ' ἕκαςον φθόγγον εὑρέσεις καὶ αἰτίας καὶ προαγωγὰς, ὡς ἐγένοντο, καὶ πότε, καὶ ἐκ ποίας ἀφορμῆς, ἐν τοῖς κατὰ πλάτος ἀποδώσομεν σοι. Similiter pag. 27. et in extremo libri: προσδέχε δὲ Θεῶν ἐπιτρεπόντων πληρεςάτην τὴν περὶ αὐτῶν τέτων τεχνολογίαν αὐτίκα μάλα σοι ὑπ' ἐμε πεμφθησομένην μετὰ τῆς πρώτης ἀφορμῆς. Ex illo pleniore opere musico fragmenta videntur ad nos peruenisse, quae sub titulo libri secundi legi monui.

3. Θεολογέμενα ἀριθμητικῆς, *de numeris* ad varias res theologicas, physicas et morales adplicatis speculationum libri II. quorum argumentum persequitur *Photius* codice CLXXXVII. Ex iisdem plura adferuntur in libro eiusdem argumenti et tituli, qui Iamblicho vel quocumque alio auctore graece prodiit Paris. 1543. 4. De hoc mox infra dicturus sum. Iam lubet obseruare, quod Nicomachus ipse ad illud opus suum lectorem remittit lib. II. Arithmet. 64. vbi de denario, in variis rebus conspicuo, differens, quum illarum quasdam enumerasset, addit: καὶ ἕτερα μύρια, ἃ κατ' οἰκεῖον τόπον ἐν ἑτέροις ὀψόμεθα.

4. Τέχνη Ἀριθμητικὴ, *vberior de numeris doctrina,* quam a theologumenis arithmeticae et ab isagoge, quae exstat, distinguit *Photius* loco laudato: ἐχ ὥσπερ ἐν τῇ Ἀριθμητικῇ αὐτε καὶ πρὸ ταύτης εἰσαγωγῇ κ. τ. λ. Ex hac quoque fragmenta in theologumenis arithmeticae exstant, et nominatim e libro secundo pag. 33. 43.

5. *Isagogen* suam *in Geometriam* videtur citare *Nicomachus* lib. II. Arithmeticae pag. 44. ἃ δὴ ἰδίως ἐν τῇ γεωμετρικῇ παραδίδοται εἰσαγωγῇ.

Nicomachus ἐν πρώτῳ περὶ ἑορτῶν Αἰγυπτίων laudatur ab *Athenaeo* XI. pag. 478. noster, an alius hoc nomine, adfirmare non audeo.

VII. Nicomacho non ab re subiunxerim Θεολογέμενα Ἀριθμητικῆς siue librum insignem incerti scriptoris de iis, quae veteres, (Pythagorici maxime, hos enim numeris vsos ad res physicas, ethicas et theologicas explicandas vti solitos, praeter alios docet *Iamblichus* libro inedito s) de communi mathematica scientia cap. 30 et 31. et *Proclus* [✝] lib. I. cap. 4. Theol. Platon. notat, Ὀρφικὲς διὰ συμβόλων, Πυθαγορείες δι' ἀριθμῶν ὡς εἰκόνων τὰ Θεῖα μηνύειν instituisse,) theologice ac philosophice de numeris speculati sunt. *Hoc praeclarum antiquitatis in eo genere monumentum ad manus nostras peruenisse, est, quod nobis*

r) Sensus horum verborum non est, vt doctus interpres vertit: *quaeque plena sit, vt prouerbio dicitur, ratiocinationibus membratim disquisitis.* Quaeso enim, quale hoc prouerbium? Potius igitur haec videtur esse Nicomachi sententia: *quae plenior sit, et compendio hic dicta ratiocinationibus articulatim explicet.*

s) A Villoisonio editum esse librum, supra iam declarauimus. *Harl.*

nobis gratulemur, inquit *Meursius* pag. 7. libri de Denario Pythagorico [t]), quo libello vestigiis horum theologumenon diligenter insistit, et loca non pauca illorum vicissim erudite illustrauit. Prodiere hactenus semel tantum graece Paris. apud Christianum Wechelum, 1543. 4. adeo vt operae pretium esset, nouam illorum editionem dari, addita latina versione et necessariis castigationibus ac notis, quam operam non negabo fortassis infra harum litterarum studiosis, vbi otium se obtulerit. Nunc moneo, illa MSta exstare in regis christianissimi codice CCCCLXXXIV. [s. in cod. MDCCCCXLIII. secundum catal. codd. tom. II. pag. 425.] teste *Labbeo* in bibl. noua MSS. pag. 117. emendationesque in illum librum et fortassis latinam eius versionem fuisse in bibliotheca Renati Moreau, vt ex eodem *Labbeo* p. 213. coniicio [u]). Equidem theologumena illa partim e *Nicomachi* libris duobus eiusdem tituli et argumenti, quos legit *Photius* cod. CLXXXVII. collecta esse, facile mihi persuaserim, at Nicomachi ipsius non sunt, qui nominetenus in illis plus simplici vice citatur; sed nec *Theonis*, vt existimo, etsi Gesnerus testatur, se in catalogo quodam legisse *Theonis Theologumena*, quo titulo, ni fallor, indicata sunt ea, quae ad Platonem ex disciplinis mathematicis scripsit Theo Smyrnaeus, et partem Bullialdus edidit, nisi plane aliud fuit opus non de numeris, sed de diis et rebus diuinis, qualia exstitere Theologumena *Aristotelis*, de quibus dixi lib. III. cap. 5. Theologumena *Asclepiadis Mendesii*, de quibus videndus Casaubonus ad Suetonii Augustum cap. 94. et *Sosiclis Attici* Theologumena, quae laudantur a Fulgentio lib. III. Mytholog. Non absurda de cetero coniectura mihi videtur doctissimi viri *Thomae Galei* in notis ad Iamblichum de Mysteriis Aegyptiorum pag. 201. qui Theologumenorum arithmeticae auctorem magna ex parte eumdem *Iamblichum* esse suspicatur. Sane constat, ei sollemne esse, scripta antiquiorum et singillatim Nicomachi delibare, et in commentario ad Nicomachi arithmeticam pag. 167 et 176. diserte librum eiusmodi de numerorum abditis rationibus, et de nominibus antiquis ab vnario ad denarium vsque κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον καὶ τὸν ἠθικὸν καὶ ἔτι πρὸς τούτοις τὸν θεολογικὸν promittit. Confirmat Galei coniecturam itidem, quod in codice mediceo pluteo LXXXVI. 3. licet quatuor tantum libri de secta Pythagorica ex opere Iamblichi supersint, tamen seruati sunt hi tituli posteriorum

t) Recusus est *Meursii* Denarius Pythagoricus post editionem Lugd. Bat. 1631. 4. in tomo IX. thesauri antiquitatum graecarum Gronouiani. Conferendae etiam *Ioach. Camerarii* symbolae arithmeticae, *Petrus Bungus* de mysteriis numerorum, *Kircherus* tom. II. Oedipi part. I. class. 4. p. 331 sq. et part. II. sub init. *Cornel. Agrippa* libro II. occultae philosophiae. Spectat etiam huc Isidori Charisii Logothetae Philyropolitani, h. e. *Iohannis Christiani Langii*, Lipsiensis, professoris Giessensis, theologia in numeris, Francof. 1702. 4. de quo libro consulendae obseruationes Hallenses selectae ad rem litterariam spectantes tom. IV. obs. 12. Ex antiquis vide *Aphrodisеum* ad I. Metaphys. p. 17 sq. *Sextum Empiricum* III. 18. Pyrrhon. hypotypos. et IX. aduersus Math. pag. 424 sq. *Porphyr.* II. περὶ ἀποχῆς pag. 188.

u) Secundum catalog. l. c. in cod. MDCCCCXL. saec. XVI. sunt nr. 2. viri cuiusdam docti emendatt. in arithmetices θεολογούμενα et nr. 3. opusculum latine scriptum, de iis, quae veteres de numeris theologice philosophati sunt. Est quoque in bibl. *Medic. Florent.* in cod. XXX. nr. 2. plut. 71. atque *Bandin.* in catal. codd. gr. tom. II. col. 15. cum Holstenio arbitratur, theologumena ista magnam partem ex Anatolii Alexandrini, (qui episcopus in Syria Laodicenus creatus est, circ. a. Chr. 270.) arithmeticorum libris X. et Nicomachi nostri libris eiusdem argumenti duobus esse collecta, quorum nomina saepius in titulis capitum citentur. In biblioth. Veneta D. Marci, cod. CCXXXIV. conf. *Villoison.* anecd. gr. II. pag. 243. *Harl.*

rum quinque, V. de Phyficis Arithmeticae fcientiae, VI. de Arithmetica fcientia, quae eft in Ethicis, VII. de Arithmetica fcientia quae eft in Diuinis, VIII. de Geometria Pythagorica et IX. de Mufica Pythagorica. *Fabric.* *Tiedemann* in principibus Graeciae philofophis, (*Griechenlands erften Philofophen,*) pag. 213 fq. diffentit a Fabricio, negatque, auctorem theologumenorum magna ex parte Iamblichum effe: contra ex manifefta ftili diuerfitate et quia diuerfi in opufculo nominantur auctores, concludit, id effe ex variis fcriptis infcite compilatum. *Harl.*

VIII. *Index fcriptorum in Theologumenis Arithmeticae, citatorum.*

Anacreon, Xenophanis et Pythagoras temporibus clarus. pag. 41.

Anatolius. 8. 9. 16. 24. 34. 42. 56. 64.

Anaxagoras, Euripidis praeceptor. 9.

Androcydes, pythagoricus, περὶ τῶν συμβόλων γράψας. 41.

Ariftaeus, pythagoricus. 42.

Ariftoxenus de Pythagora. 41.

Aftronomi. 55.

Babyloniorum δοκιμώτατοι, Oftanes et Zoroafter. 43.

Cadmi vxor Harmonia. 55.

Clinias, Tarentinus. 19.

Diocles Caryftius, medicus, 47. perperam Δικλῆς. 49.

Empedocles. 8. auctor aureorum carminum. 20.

Eubulides, pythagoricus, de Pythagora. 41.

Euripides, Anaxagorae difcipulus. 9.

Exaeretus. 61. vide infra, *Speufippus.*

Hefiodus. 8.

Hippobotus (opere de fectis) de Pythagora. 41.

Hippocrates. 24. 43. 49. περὶ παιδὸς Φύσεως. 47.

Homerus. 22 fq. 33 et 61. vbi de Atlante, coelum portante humeris.

Linus, theologus, ἐν τῷ πρὸς Ὑμέναιον δευτέρῳ Θεολογικῷ. 51.

Megillus περὶ ἀριθμῶν. 28. [P]

Neanthes de Pythagora. 41.

Nicomachus. 6. eius Θεολογέμενα. 16. δεύτερον Ἀριθμητικῆς (diuerfum opus ab eo, quod exftat) 33. 43. Ifagoge Arithmetica. 5. 6. κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀριθμητικῆς. 5.

Orpheum Pythagorici fequuntur. 37.

Oftanes, Babyloniorum δοκιμώτατος. 43.

Parmenides. 8.

Philolaus. 56. 61. ἐν τῷ περὶ φύσεως. 21. e Philolai συγγράμμασι Speufippus profecit. 61.

Philo-

Philoſophi. *οἱ πλεῖϛοι τῶν σοφῶν* ſtatuerunt *ἑϛίας τόπον* in medio vniuerſi. 9. *κατὰ πολλȣ̀ς τῶν φιλοσόφων.* pag. 50.

Plato. 26. 24. 43. (e Timaeo) in Theaeteto. 12.

Poeta (Homerus) 22 ſq. 61.

Prorus, pythagoricus, *ἐν τῷ περὶ ἑβδομάδος.* 44.

Pythagoras. 9. eius aetas, aliaque de illo et ſcriptores. 41. definitio iuſtitiae. 29. Symbolum *Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν.* 32. *φυσικοὶ* et *ἱεροὶ λόγοι.* 44. *ἐν τῷ δηλȣμένῳ περὶ Θεῶν συγγράμματι.* 19.

Pythagorici. 8. 9. 20. 44. Orpheum ſequuntur. 37. et Babylonios. 43. e Pythagoricis profecit Speuſippus. 61.

Solonis apophthegma, *τέλος ὁρᾶν μακρȣ̃ βίȣ.* 22.

Speuſippus *ὑποτάνης* (leg. *ὁ Ποτώνης*) *μὲν υἱὸς τῆς τȣ̃ Πλάτωνος ἀδελφῆς, διάδος* (leg. *διάδοχος*) *δὲ Ἀκαδημίας παρὰ Ξενοκράτȣ, ἐκ τῶν Ἐξαιρέτȣ σπȣδασθεισῶν ἀεὶ Πυθαγορικῶν ἀκροάσεων, μάλιϛα δὲ τῶν Φιλολάȣ συγγραμμάτων βιβλίδιόν τι συντάξας γλαφυρὸν, ἐπέγραψε μὲν αὐτὸ περὶ Πυθαγορικῶν ἀριθμῶν.* 61 ſq.

Strato, peripateticus. 47.

Xenocrates, Platonis ſucceſſor. 61.

Xenophanes, phyſicus, Anacreontis et Pythagorae aetate clarus. 41.

Zoroaſter, Babyloniorum *δοκιμώτατος.* 43.

IX. DIOPHANTVS, Alexandrinus, licet ab aliis ante Chriſtum natum vixiſſe v), ab aliis Neronis vel Antoninorum tempora adtigiſſe tradatur; tamen quando vixerit, incertum reliquit: nullius enim ſcriptoris, nullius rei meminit, e quo tempus, quod ingenio ſuo illuſtrauit, colligere poſſis. Annos natum fuiſſe LXXXIV. quum diem obiret, ex hocce gripho eius epitaphii cognoſcitur, quod ex anthologia inedita promit *Bachetus* in notis ad lib. V. pag. 270. [P]

Οὗτός τοι Διόφαντον ἔχει τάφος, ὢ μέγα θαῦμα,
Καὶ τάφος ἐκ τέχνης μέτρα βίοιο λέγει.
Ἕκτην κȣρίζειν βιότȣ Θεὸς ὤπασε μοίρην,
Δωδεκάτῃ δὲ ἐπιθεὶς μῆλα πόρεν χλοάειν.
Τῇ δ᾽ ἄρ᾽ ἐπ᾽ ἑβδομάτῃ τὸ γαμήλιον ἥψατο φέγγος
Ἐκ δὲ γάμων πέμπτῳ παῖδ᾽ ἐπένευσεν ἔτει.
Αἶ αἶ τηλύγετον δειλὸν τέκος, ἥμισυ πατρὸς
Τȣ̃ δὲ καὶ ἡ κρυερὸς μέτρον ἑλὼν βιότȣ.
Πένθος δὲ αὖ πισύρεσσι παρηγορέων ἐνιαυτοῖς,
Τῇ δὲ πόσȣ σοφίῃ τέρμ᾽ ἐπόρησε βίȣ;

Hic

v) Vide *Voſſ.* de ſcient. Math. pag. 27. 341. 432. 464.

Hic Diophantus habet tumulum, qui tempora vitae
Illius mira denotat arte tibi.
Egit ſextantem [w]) *iuuenis, lanugine malas*
Veſtire hinc coepit parte duodecima [x]).
Septante [y]) *vxori poſt haec ſociatur, et anno*
Formoſus quinto [z]) *naſcitur inde puer.*
Semiſſem [aa]) *aetatis poſtquam attigit ille paternae,*
Infelix ſubita morte peremptus obit.
Quatuor [bb]) *aeſtates genitor lugere ſuperſtes*
Cogitur, hinc annos illius aſſequere.

Fuiſſe videtur idem Diophantus, in cuius Ἀστρονομικὸν κανόνα ſcripſerat olim (Suida teſte) Hypatia, Theonis Alexandrini filia. Pythagorae et Euclidi iungitur a Iohanne Hieroſolymitano in vita Iohannis Damaſceni, cap. 11. vbi Damaſcenum et Coſmam adfirmat, ita in Arithmeticis profeciſſe, vt Pythagoras et Diophantus; in Geometricis vt Euclides: Ἀναλογίας δὲ ἀριθμητικὰς ὅτως ἐξήσκησας εὐφυῶς, ὡς Πυθαγόρας καὶ Διόφαντος. *Fabric.* — Fabricius ſequutus eſſe videtur *Bachetum*. *Hambergerus* in zuverläſſ. Nachricht. tom. II. pag. 335. eius aetatem cum aliis collocat in an. Chr. circ. 160. ſub imperatoribus Antoninis. At multo ſeriori aeuo, n. Iuliani imper. circa a. Chr. 362. adligat eum *Saxius* in Onomaſtico etc. I. pag. 417. vbi; „Themiſtii aetate, inquit, adeoque principe Iuliano, floruiſſe, ex *Gregorii Abulpharaii* hiſtoria Dynaſtiarum veriſimiliter demonſtrauit ampliſſ. *Gerard Meermannus* in praefat. Speciminis calculi fluxionalis, Lugd. Batau. 1742. 4. (X. 3 ſq.) et doct. *Montucla* in hiſtoria matheſ. Pariſ. 1758. 4. tom. I. part. I. lib. V. §. 6. pag. 315." — Fabricium exſcripſit *Heilbronner* in hiſtoria matheſ. vniuerſae pag. 338 ſqq. Adde *Scheibelii* Einleitung zur mathematiſchen Bücher-Kenntniſs part. XI. pag. 326. *Harl.*

X. Editi ſunt e libris XIII. quos ſcripſerat ad *Dionyſium*, neſcio quem, (Τιμιώτατον Diophantus adpellat,) et quos in Vaticana MStos adſeruari iam pridem teſtatus eſt *Ioannes Regiomontanus* praef. in Alfraganum, [P] problematum *Arithmeticorum libri VI.* et *de numeris* polygonis ſiue *multangulis liber I.* [cc]) Mira ſubtilitate excogitatas quaeſtiones ſubtilius reſoluit noua ratione analytica, quam ipſe ante ſe ignoratam profitetur, recentiores a Gebro Arabe *Algebraicam* adpellant et Arabibus tanquam inuentoribus falſo tribuunt, quum hi illam vtique a Graecis, vt alia pleraque, acceperint [dd]). Libro ſexto arithmeticas ſuas ſpeculationes etiam

w) 14. annos.
x) 7. —
y) 12. —
z) 5. —
aa) 42. —
bb) 4. —
Summa 84. —

cc) *Du Perron*, pater purpuratus, Meziriaco adfirmauit, ſe quoque habuiſſe cod. qui XIII. libros Diophanti continuiſſet; ſe illum cod. communicaſſe cum Guil. Goſſelino, nouam edit. cum commentario paraturo: illo vero peſtilentiae atrocitate abrepto, periiſſe codicem, nec repertum fuiſſe. *Harl.*

dd) Diophanti libr. de algebra interpretatum eſſe *Mohammed Ebn Thaya Ebn lo Wapha Albu*[illegible], ex Abulphar. obſeruat *Heilbronner* l. c. pag. 433. *Harl.*

etiam ad geometriam adplicare incipit exemplo Euclidis, quem praeter rem eo nomine reprehenderunt viri doctissimi ee). Libri V. quaestio 23. metro siue epigrammate octasticho continetur, vnde Bachetus ansam illo loco sumsit ex inedita Anthologia XLV. eiusmodi griphos arithmeticos producendi atque interpretandi, vt notaui supra lib. III. cap. 32. §. 6. [vol. IV. pag. 452.] vbi etiam feci mentionem LXI. epigrammatum graecorum, aenigmata iucunda arithmetica continentium, quae composuit cumque versione et enodatione sua edidit et *Otii Sorani* titulo proscripsit *Ioannes Laurenbergius*, Hafniae 1640. 4. Bachetus in notis ad Diophantum pag. 196. illustrat etiam griphum arithmeticum latini epigrammatis, obuii in collectione veterum poematum Pithoeana, quod incipit:

Vt tot emantur aues, bis denis vtere numis etc.

Vide et Anthologiam epigrammatum graecorum lib. I. cap. 46. f. 97 sq. ac *Maximi*, monachi (Planudae), scholia graeca, ante H. Stephani adnotationes excusa in edit. Wechel.

XI. [Notitiam *codicum msstorum*, quorum magnam copiam *Heilbronner* in oper. mem. passim ex Montfauconii catal. codd. iam adtulit, hic praemittam. Numeri paginarum, simpliciter adpositi, indicant loca, vbi Heilbronner codd. fecit mentionem. In biblioth. *Vaticana*, Dioph. arithmet. libri III. et alia eiusdem. (pag. 538. §. 2.) — eius arithmetica Hermae Trismegisti. (pag. 539. §. 3.) — arithm. in cuius calce quaedam ex *Maximo Planude* adiunguntur. (pag. 541. §. 9. item pag. 447. §. 33.) Exemplum codicis cuiusdam Vaticani a Iac. Sirmondo accepit Meziriac.

In biblioth. *Ambrosiana* Mediol. *Dioph.* arithmeticorum libri et de numeris polygonis, *Iosepho Auria* interprete. (pag. 563. §. 90.) — Secundum *Montfaucon* in diario ital. pag. 15. duo codd. gr. recent. in illa exstant bibliotheca.

Venetiis in biblioth. D. Marci cod. CCCVIII. chart. saec. XII. in 8. Dioph. arithmetic. libri VI. quorum duo priores illustrantur scholiis, et de numeris polygonis, s. multangulis liber I. (vid. catal. codd. gr. pag. 144.)

Taurini in biblioth. regia, cod. LXXIII. chart. saec. XVI. arithmet. libr. VI. quorum duobus prioribus addita sunt in margine scholia *Maximi Planudae;* et Dioph. de multangulis numeris. (catal. codd. Taur. gr. pag. 170.)

Patauii in biblioth. quondam Hector. Dioph. arithmet. (teste *Tomasino* in biblioth. Patauin. pag. 115.)

In bibl. publ. *Paris.* teste cat. tom. II. *Diophanti* arithmetica in codd. MMCCCLXXVIII. MMCCCLXXIX. MMCCCLXXX. MMCCCCLXXXV. in secundo et tertio est quoque illius

Mmmm 2 liber

ee) *Villoison* in Anecd. graec. tom. II. p. 153 sqq. animaduertit, anonymum auctorem dissertat. mathematico criticae de numeralium notarum minuscularum origine, in tomo 48. Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici, pag. 21 – 110. plurimis comprobare exemplis, minusculas numerorum notas, quas arabicas immerito vocamus, Romanis innotuisse, et illum auctorem pag. 70. adfirmare, Diophantum Alexandrinum, qui medio fere saeculo secundo Algebram instituisse a plurimis putetur, illarum notarum non penitus fuisse ignarum. Plura ex illa dissert. scite excerpsit cl. Villoison. *Harl.*

liber de multangulis. — In biblioth. *Car. de Montchal.* Diophant. libri VI. cum scholiis Max. Planudis, in II. priores libros. (*Heilbronn.* pag. 575. §. 145.) — inter codd. *de Mesme* graecos, *Dioph.* arithmet. (pag. 584. §. 190.)

Oxonii in bibl. Bodleiana, *Dioph.* algebrae libri I. propositiones decem priores, (*Heilbr.* pag. 594. §. 233.) et arithmetic. libri VI. ac de numeris multangulis cum scholiis Planudis Maximi. (pag. 617. 6.)

In bibl. *Escorialensi*, (auctore *Plüero* in itinerar. per Hispan. pag. 166.) *Dioph.* arithm. libri VIII. iterum iidem cum expositione Maximi Planudis. — *Matriti* in biblioth. regia, cod. XLVIII. *Dioph.* arithm. libri VI. eiusdem de numeris multangulis, liber. (teste *Iriarto*, catal. pag. 163.)

In bibl. *Heidelbergensi* fuit quondam codex Dioph. (391. ap. Sylburg.) — *Guelferbyti* ex bibl. Gudii, *Dioph.* cum figg. fol. add. synopsin vett. mathematic. etc. supra in vol. IV. pag. 211. *Harl.*]

Diophanti libri sex cum scholiis graecis *Maximi Planudae* in duos primores libros, atque liber Diophanti de numeris polygonis, collati cum Vaticanis codd. et latine versi a *Iosephi Auria* fuere in bibliotheca Caroli de Montchall, teste *Labbeo* in bibl. noua MSS. p. 191. Post Auriam, cuius versio adhuc inedita delitescit, eosdem Diophanti septem libros, quos ab Andrea Dudithio acceperat, et de numeris multangulis, latine vertit, illaque lingua primus edidit, Planudaeque scholia et sua ipsius perdocta commentaria adiunxit *Guilelmus Xylander*, Basil. 1575. fol. [ff]) Hinc praecipua laus est *Claudii Casparis Bacheti* [gg]) Meziriaci Sebusiani, qui noua versione et luculentis commentariis explicatum [p] Diophantum, (praemissis tribus suis porismatum libris et subiecta de polygonis numeris adpendice,) graece et latine vulgauit Paris. 1621. fol. [hh]) Xylandri obseruationes plerumque non aspernatus, scholiasten vero graecum nil fere nisi futilia et a Diophanti sensu prorsus aliena effutire observans. Non praetereundum, quod ad lib. II. quaest. 28. notat, sibi videri, sciolum quempiam e tredecim libris Diophanti eas, quae sibi viderentur, in vnum colligentem quaestiones, eos, quos habemus, sex arithmeticorum libros consarcinasse. Verum haec coniectura parum

ff) Conf. cel. *Kaestneri* Geschichte der Mathemat. part. I. pag. 184 — 197. vbi multa is docte disseruit de Xylandri labore et ipso Diophanto; et pag. 195. memorat, in: Les Oeuvres mathematiques de *Simon Stevin* — — par *Albert Girard*, Leidae 1634. fol. reperiri pag. 102 sqq. *Les six livres de Diophante* — —, quatuor priores esse a Steuino; duo posteriores a Girardo ex versione Xylandri in linguam franco-gallicam translatos. *Harl.*

gg) Qui non capiuntur libris studiisque, nisi quae sunt πρὸς τὰ ἄλφιτα, iis vtique sordebit Diophantus, sordebunt virorum doctorum in eum labores, quantumuis ingeniosissimi, quemadmodum Malherbius ex Bacheto, amicis quibusdam comitantibus et opus tamquam vtilissimum extollentibus, Diophantum sibi offerente, rogare non dubitauit *s' il feroit amender le pain? Baelius* dictionar. historico tom. III. pag. 3132. ex Malherbii vita.

hh) Per errorem *Koenig* in biblioth. pag. 252. scripsit, editionem illam in lucem emissam esse a. 1613. et *Vossius* de scient. mathem. errauit in nota anni 1623. vt bene obseruauit *Bayle* in Diction. voc. *Meziriac*, tom. III. p. 386 sqq. not. *B* in qua et seq. nota *C.* de Meziriaci meritis in Diophantum multus est. Adde (*de Sallengre*) Memoires de Litterature, Hagae Com. 1715. 8. tom. I. vbi pag. 76 — 86. edit. Bacheti Meziriaci copiose recensetur, et de Diophanto eiusque aetate, atque interpretibus fuse disputatur. *Harl.*

parum mihi quidem videtur veriſimilis. Ceterum Bacheti obſeruationes verſioque ſeruatae ſunt in editione graeco-latina, quae prodiit Toloſae 1670. fol. adiunctas habens notas quasdam breues ac ſubtiles et ingenioſas *D. Pauli de Fermat*, ſenatoris Toloſani, praefixo eiusdem inuento nouo doctrinae analyticae, quod ex epiſtolis eius, ad ſe ſcriptis, collegit *Iacobus de Billy*, S. I. cuius Diophantus rediuiuus prodiit Lugd. 1670. 8. poſt vulgatum Pariſ. 1660. 4. librum, quo rationibus Euclideis enodare problemata geometrica inſtituit, quae Diophantus algebraicis reſoluerat. Inedita *Ioannis Pellii*, Britanni, matheſeos in gymnaſio Bredano profeſſoris, commentaria vehementer laudat *Voſſius* de ſcientiis math. pag. 37. Conferre etiam iuuabit *Bacheti* eiusdem, quem iam dixi, librum, gallice vulgatum, cui titulus *problemes plaiſans et delectables qui ſe font par les nombres.* Lugd. 1612. 8. *Caroli Renaldini*, patricii Anconitani, algebram veterem Diophanteam, ſiue numeroſam, Anconae 1644. 4. *Raphaelis Bombellii* [ii]) algebram, italico ſermone editam Bononiae 1567. 4. qui ſua problemata Diophanteis admiſcuit [kk]): et *Guil. Oughtredi*, Etonenſis collegii regal. Cantabrig. ſocii, opuſcula mathematica, Oxon. 1677. 8. in quibus libri tres primores Diophanti algebraico more ſoluuntur. De ingenioſiſſimi *Ozanami* Diophanto vide *Iohannis Walliſi* opera tom. III. pag. 681 ſq. Diophantum editum eſſe ab *Iſm. Bullialdo*, legi in Koenigii [ll]) biblioth. et Hendreichii pandectis Brandeb. ſed nunquam vidi, neque alius quisquam vt puto. Quamquam exſtat opus Bullialdi ſubtiliſſimum, a Diophantei argumento haud abludens, de arithmetica infinitorum libris VI. Pariſ. 1682. fol.

Harmonica Diophanti, quae Gesnerus et alii memorant, intellige de harmonicis numeris, non de ſcripto quodam muſici argumenti.

XII. Fuere et alii Diophanti, veteribus memorati, quorum nonnullos hoc loco referam. [¶]

Diophantus, Amphitropenſis, accuſator Ariſtidis. *Plutarch.* Ariſtide pag. 335.

Diophantus, Athenienſis, Themiſtoclis F. qui gloriari ſolitus eſt, quod ſibi placeret idem per matrem atque adeo patrem ſuum omnibus probari Athenienſibus, vt refert idem Plutarchus in limine libri de pueris inſtituendis.

Diophantus, archon Athenis Olymp. XCVI. 2. de quo Suid. in Δραχμή, Heſychius et Zenobius in Δραχμὴ Χαλαζῶσα, atque *Andreas Schottus* ad Prouerbia pag. 61. [Conf. *Corſin.* faſt. attic. tom. III. pag. 284 ſq. qui alium *Diophantum*, ab Ariſtotele Polit. II. 7. memoratum, ab illo diſcernendum eſſe, contra Meurſium cenſet. *Harl.*] Videtur idem fuiſſe auctor ςήλης ſiue columnae Diophanti, a Demoſthene memoratae, orat. in Leptinem, qua iureiurandi fide data, eadem praemia promittebantur libertatis ciuilis futuris vindicibus, quae Harmodio et Ariſtogitoni data erant. *Fabric.* Enimuero Fabricii ſuſpicio nititur falſa lectione, iam a *Valckenario* ad Herodot. V. 55. pag. 293. correcta. Locus autem *Demoſth.* adu.

ii) De huius et *Franc. Vietae* opera vid. Mezir. et Sallengre Mem. l. c. pag. 83. *Harl.*

kk) Add. *I Problemi di Diofanto Aleſſandrino, tradotti in Italiano e* [illegible] *illuſtrati*, in tom. II. Elementi di Fiſica del *P. Giovanni Crivelli* Somaſco, Venezia, nella Stamperia Baglioni. 1744. 4. vid. *Paitoni* biblioth. degli Autori volgarizzati, tom. I. pag. 292. *Harl.*

ll) Koenigii errorem notauit Bayle l. c. pag. 587. not. *B. Harl.*

adu. Leptin. exstat in edit. Reiskiana vol. I. oratt. graec. pag. 505. lin. 23. vbi vero Reiske ex codd. Paris. August. et Bauar. rescripsit Δημοφάντε. et sic quoque iam legerat Vlpianus. Atque Fabricium, h. l. prauam eamque vulgarem lectionem sequutum, rem male retulisse ad *Diophantum*, archontem, monet cl. *Wolf.* in not. ad suam Demosthenicae illius orationis editionem pag. 377 sq. — Sed *Diophanti* psephisma de victoria, aetate posterius, refertur a *Demosthene* de falsa legat. pag. 368. edit. Reiskii, cui in indice histor. in Demosthen. pag. 849. hic ille videtur, quem *Diodor. Siculus* II. pag. 119. Olymp. CVII. 3. operam ait egregiam regi Persarum in bello aegyptiaco nauasse. Occurrit quoque in orat. Demosth. de falsa legat. pag. 403, 10. *Harl.*

Diophantus Arabs, sophista, qui Proaeresium pro funere laudauit. De eo Eunapius. Vide et Holstenium in Porphyrii vita pag. 50.

Caesius Diophantus, in veteri Inscript. apud Gruterum pag. 673.

Diophantus, chirurgus, cuius emplastra referunt Asclepiades apud *Galenum* V. 4. de medicamentis κατὰ γένη. et *Andromachus* apud eumdem II. 7. Aliud contra lichenes, V. 7. κατὰ τόπες. [vid. Fabr. B. Gr. vol. XIII. pag. 144. vbi alius quoque Diophantus, medicus, occurrit.]

Diophantus, dux, quem Mithridates in Cappadociam misit, teste Memnone apud *Photium* cod. CCXXVI.

Diophantus in M. Lepidi numo, apud Coos percusso, quem exhibet *Tristanus* tom. I. pag. 64.

Diophantus, Herodis, regis, scriba falsarius, atque ideo supplicio adfectus; de quo *Tzetzes* Chil. VI. hist. vs. 273 et 461. ex *Iosephi* XVI. 16. Antiqu.

Diophantus, Lacedaemonius, cuius Antiquitatum libri XIV. Hygino et Fulgentio laudantur. In eodem fortasse opere egerat *De sacris Deorum*, quod scriptum citat idem Fulgentius in Nefrendes. In Πολιτικοῖς, quae Stephanus in Ἀβιοι citat in testimonium, videtur de variis ciuitatibus egisse, Septentrionis maxime, vt Agatharchides apud Photium et Stephanus in Ἄβιοι confirmant. Dixerunt iam de hoc Diophanto *Meursius* IV. 17. Misc. Lacon. *Vossius* de Hist. Graec. lib. III. pag. 359. eumque sequutus *Io. Faes* ad Gyraldum de sepultura pag. 698. [add. Munker. ad Fulgent. cap. 1. pag. 622. auctorum mythograph. lat. edit. Staueren.]

Diophantus, Lycius, cuius colicum pharmacum memorat *Andromachus* apud Galenum IX. 4. de medicamentis κατὰ τόπες.

Diophantus, Mitylenaeus, rhetor, inter exquisitos e Graecia magistros, [?] quos Tiberius Gracchus, laudatus a *Cicerone* in Bruto cap. 27. quamquam codices plerique vocant Diophanem mmm), etiam apud *Plutarchum* in Gracchis cap. 8 et 20. pag. 827. 834. Fuit et Diophanes quidam Nicaenus, de quo infra in Geoponicis et veterinariis scriptoribus libro VI.

[Diophan-

mmm) Atque *Diophanem* dederunt Verburg, Ernesti ac Wetzel, quorum postremus in nota (p. 73. suae libelli editionis.) obseruat, eumdem Diophanem vocari ῥήτορα a Strabone pag. 918. *Harl.*

[Diophantus, peripateticus. vid. ſupra, in vol. III. pag. 491.]

Diophantus, rhetor antiquus, Demoſthenis aequalis, memoratus Harpocrationi ac Suidae in Μελιτέωπος. *Fabric.* A *Demoſthene* in orat. περὶ παραπρεσβείας pag. 436. edit. Reisk. numeratur in claris et potentibus oratoribus; eumque *Reiske* in indice hiſtor. in Demoſth. pag. 848. eumdem eſſe ſuſpicatur, cuius pſephisma paullo ante ad Diophantum archonta memorauimus. *Harl.*

Diophantus, Syracuſanus, philoſophus pythagoreus, cuius de mundi originibus ſententiam refert *Theodoritus* lib. IV. de curatione graecar. affectionum. [Aliis dicitur *Ecphantus*, et floruiſſe fertur ante Ariſtotelem. vid. *Mongitor.* biblioth. Sicul. I. pag. 170. adde ſupra in vol. I. pag. 843. *Harl.*

Diophantus, ad quem *Theocritus* Idyllio XXI.

Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

Paupertas, Diophante, vna eſt, quae ſuſcitat artes.

Diophantus, cuius paruiſſimam ſtaturam lepide ridet Lucillius, poeta, ſub extremum ſaeculi quarti poſt natum Chriſtum clarus, in epigrammate graeco pag. 279. quod cum metaphraſi ſua exhibet *Caſaubonus* ad Suetonii Auguſt. cap. 43. tum ex altero hoc pag. 230. Anthologiae edit. Wechel.

Βουλόμενος ποθ' ὁ λεπτὸς ἀπάγξασθαι Διόφαντος,
Νῆμα λαβὼν ἀράχνης αὐτὸν ἀπηγχόνισεν.

Cum paruus vellet laqueo Diophantus obire,
Penſilis eſt filo factus araneoli.

Nomine Diophanti idem *Lucillius* pag. 216. vtitur, naſo ſuſpenſurus Hermogenem medicum; dicit enim, illo tantummodo per ſomnium conſpecto, Diophantum obiiſſe.

Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις,
Οὐκ ἔτ' ἀνηγέρθη, καὶ περίαμμα φέρων.

Viderat Hermogenem medicum in ſomnis Diophantus,
Amuleta licet corpore ferret, obit.

Idem *Lucillius* Diophantum hunc alibi vocat aſtrologum: Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν ὁ Ἀστρολόγος Διόφαντος εἶπε μόνους ζωῆς ἐννέα μῆνας ἔχειν.

Omitto M. Pilium, Marci libertum, Diophantum, in veteri inſcriptione Narbonenſi, et Diophantum, ornatorem glabrorum Tiberii Caeſaris, apud Gruterum pag. 988 et 578.

XIII. Qui praeterea doctrinam numerorum e veteribus graecis illuſtrarunt, et quorum ſcripta edita feruntur, ne de latinis, Marciano Capella, Caſſiodoro, Boethio, Iſidoro Hiſp. et Beda memorem, hi fere ſunt: *Euclides* libris ſeptimo, octauo et nono elementorum, [♃] de quo vide, ſi placet, quae notaui ſupra lib. III. cap. 19 § 10. [vol. IV. p. 78.] *Archimedes*, de cuius Pſammite vide lib. III. cap. 22. *Theo Smyrnaeus*, de quo dixi in eodem libro III. cap. 18 §. 11. [p. 35 ſqq.] *Sextus Empiricus* libro IV. contra mathematicos, de quo libri IV. cap. 17. *Michael Pſellus* in ſyntagmate ſynoptico quatuor diſciplinarum mathematicarum, arithme-

arithmeticae, musicae, geometriae et astronomiae, scripto anno Graecorum 6516. hoc est Christi 1008. et graece atque latine vulgato Basileae 1554. 8. cum Guil. Xylandri versione et notis, et latine Lugd. Bat. 1647. 8. Prodierat etiam Pselli compendium arithmeticae separatim graece Paris. 1538. 8. 1545. 8. *Barlaam* denique, Calaber, monachus S. Basilii, medio saeculo decimo quarto post Christum natum clarus, et τὰ Εὐκλείδȣ καὶ Ἀριστοτέλȣς καὶ Πλάτωνος ἐκμελετήσεις καὶ διαβόητος περὶ ταῦτα ὤν. celebrante *Io. Cantacuzeno* II. 39. hist. pag. 329. Huius Barlaami ἀριθμητικὴ ἀπόδειξις τῶν γραμμικῶς ἐν δευτέρῳ τῶν στοιχείων ἀποδειχθέντων, *Arithmetica demonstratio eorum, quae Euclides libro secundo suorum elementorum* (in lineis et figuris planis) *demonstrauit*, edita est graece et latine addita Conradi Dasypodii versione, vna cum primo et secundo Euclidis libro, Theonis commentariis illustrato. Argentorat. 1564. 8. Eiusdem Barlaami Λογιστικὴ, *Logistica* siue arithmetica algebraica *libris sex* cum versione et scholiis *Ioannis Chamberi*, collegii Etonensis apud Anglos Socii, prodiit Paris. 1599. 4. et reginae Anglorum, Elisabethae, ab interprete est inscripta. Barlaamus in praefatione etiam γραμμικῆς στοιχειώσεως meminit, Euclidis puto, non suae. Barlaami Logisticen nonnulli graece et latine editam prius narrant a Dasypodio Argent. 1572. 8. quam editionem non vidi. De *Nic. Smyrnaei* numerorum notatione per gestum digitorum, siue δακτύλων κάμψεις, dixi bibl. latinae IV. 6. 12. *Fabric.* De ortu minuscularum notarum numerorum vid. *Villoison.* anecd. gr. tom. II. pag. 152 sqq. *Harl.*

XIV. *Scriptores inediti de disciplina numerorum.*

E Nicolai Artabasdae arithmeticis MSS. locum graece producit Gilbertus Gaulminus ad Eustathii amores pag. 37.

Asclepii Tralliani in arithmeticen Nicomachi, de quo dictum supra, §. 3.

[*Domnii*, (qui ab aliis male, opinor, dicitur *Damianus*,) Larissaei philosophi, enchiridion arithmetices, in cod. Coislin. teste *Montfaucon* catal. illius biblioth. Coisl. pag. 229. in cod. CCCXVIII. Veneto D. Marci, (catal. pag. 147.) Δομνίȣ φιλοσόφȣ Λαρισσαίȣ ἐγχειρίδιον εἰσαγωγικὸν ἀριθμητικῆς. — In bibl. Mazarin. (ap. Heilbronn. pag. 583. vbi tantum scribitur *Larissaei enchirid. arithmeticae introductionis*.) Esse autem videtur *Heliodorus Larissaeus*, et praenomen, *Domnus*, honoris vocabulum. De eius optica, quae in variis exstat codd. msstis et edita est, vid. *Fabric.* vol. VI. lib. V. cap. 5. §. 5. pag. 783 sq. et *Lambec.* atque *Kollar.* in comm. de codd. Vindob. vol. VII. col. 193 sq. *Harl.*

Arithmetica Indica. *Labbe* Bibl. nou. MSS. pag. 117.

Iohannis Pediasimi arithmeticarum quaestionum expositio.

Isaaci, monachi, arithmetica. Labbe Bibl. nou. MSS. pag. 201.

Τȣ̃ Σκηπίωνος τȣ̃ Ματαράκτȣ (Ματαράγγȣ) ἀπομνημονεύματα, de quibus *Lambecius* VII. pag. 263. [P] [pag. 561. edit. Kollarii.]

Georgii Pachymeris de quatuor disciplinis mathemat. MS. idemne sit cum Pselliano edito, an diuersum, dubitat *Allatius* de Georgiis pag. 373. Diuersum esse docet *Ismael Bullialdus* pag. 192. ad Theonem, vbi notat, vtrumque Theonis vestigiis insistisse.

Nicetae Gregorii synopsis quatuor disciplinarum MS. in bibl. medicea, LXXXVII. 10.

Palladii

Palladii de arithmetica, MS. in bibl. Renati Moreau, teſte *Labbeo* pag. 217. biblioth. nouae MSS.

Pſelli de methodo arithmetica Aegyptiorum. MS. in bibl. medicea LVIII. 29.

Iohannis Philoponi ἐξήγησις arithmeticae Nicomacheae, de qua ſupra dixi §. 3.

Omitto anonymos de numeris ſcriptores, quos in bibliotheca regia exſtare teſtatur *Labbeus* pag. 217. Ex codice regio περὶ λιτρισμῶν, *de librarum ſupputationibus*, notas numerales myriadum, Graecis vſitatas, profert *Montfauconus* praef. ad Palaeographiam Graecam pag. XII ſq. laudans etiam Georgii Heniſchii opuſculum de numeratione multiplici. Videas autem ibi notari myriadem vnam, non accentu graui ſub iota poſito, ſed duobus litterae alpha impoſitis punctis: ſic myriades duas impoſitis duobus punctis litterae beta, atque ita porro. Mille myriades ſignantur poſito vno puncto infra litteram alpha et duobus ſuperpoſitis, et ſic deinceps.

XV. *Scriptores Arithmetici deperditi.*

Inprimis dolendum eſt, ad nos haud perueniſſe *Eudemi* ἱστορίαν ἀριθμητικὴν, cuius librum primum citat Porphyrius ad harmonica Ptolemaei pag. 288.

Anatolium, Alexandrinum, epiſcopum Laodicenum, cuius fragmenta quaedam in theologumenis arithmeticae leguntur, *decem libros* ſcripſiſſe *de Arithmeticae inſtitutionibus* ſiue Ἀριθμητικῆς συντάξεως, vt eſt apud graecum interpretem, teſtatur S. Hieronymus in catalogo cap. 73. Apud Honorium Auguſtod. legas ſcripſiſſe *decem libros de Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Grammatica, Rhetorica, Dialectica*, ſed error hic inde eſt, quod paullo ante dixerat Hieronymus, Anatolium in diſciplinis his omnibus mirae doctrinae fuiſſe. Et aliis quoque exemplis docuit *Io. Pearſonius* in vindiciis [¶] Ignatii f. 256. malum ſaepe Hieronymi interpretem eſſe Honorium. Sane Euſebius quoque, quem Hieronymus ſequitur, auctor eſt, Anatolium reliquiſſe Ἀριθμητικὰς εἰσαγωγὰς ἐν δέκα συγγράμμασιν. *Fabric.* Vide ſupra, in tom. III. in catalogo Peripateticorum, pag. 461. Codex tamen, in quo ſit Anatolii theologica natura arithmeticae pythagor. eſſe dicitur in biblioth. Eſcorialenſi, teſte *Plüero* in itinerar. per Hiſpan. pag. 184. *Harl.*

Megillus περὶ ἀριθμῶν laudatur in iisdem theologumenis arithmeticae pag. 28.

De Nicomachi, Diophanti et Iamblichi ſcriptis perditis ſupra dixi.

Speuſippus περὶ Πυθαγορικῶν ἀριθμῶν. Theologum. arithmeticae pag. 62.

Pythagoras quoque arithmeticen ſcripſerat, ſi credimus Iohanni Malalae et aliis quibusdam, vt notaui lib. II. cap. 12. Sed verius eſt ipſum voce diſcipulis ſuis plura de numeris tradidiſſe, quae illi deinde litteris conſignarunt, vt Archytas, Ariſtaeus, Eudoxus, Hippaſus, Philolaus et Thymaridas a Iamblicho ad Nicomachum laudati. Dixi ibidem [§. VI. p. 790. vbi vid. not. XX] etiam de *tetracty Pytagorica*, et de tabula multiplicatorum numerorum, quam *abacum Pythagoricum* vocant, et de ludo Pythagorico *Rhythmomachia*

CAPVT XXVIII (olim XXV)

DE ALEXANDRO APHRODISIENSI

I. *Alexandri Aphrodisiensis aetas, praeceptores et dogmata quaedam.* II. *Scriptorum editorum recensio cum obseruationibus criticis.* III. *Scripta inedita atque deperdita.* IV. *Index auctorum, in scriptis Aphrodisei editis vniuersis citatorum.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

[PRAEMONENDA.

Supra in vol. III. cap. V. de Aristotele passim et frequenter memorati sunt Alexandri Aphrod. commentarii in Aristotelem, eorumque codd. mssti atque editt. Praeter ea conferri possunt,

Cel. *Buhle* in primo Aristotelis Opp. tomo pag. 287 — 294. et passim in narratione de codd. atque editionibus Aristotelis.

G. I. Vossius de philosophorum sectis cap. XVII. §. 16. 17. pag. 89.

Brucker. in histor. critica philos. vol. II. pag. 480.

Homberger in zuverläss. Nachrichten, tom. II. pag. 473 sqq.

Haller. in biblioth. anatom. I. pag. 109 sqq. et in biblioth. botan. I. pag. 121.

Ego quoque in Introduct. in hist. L. Gr. II. pag. 236 sqq. plura de eo, praecipue de editionibus, iam congessi. *Harl.*]

I. ALEXANDER, ex Aphrodisiade [a]), Cariae vrbe, *Aphrodisiensis*, Ἀφροδισιεὺς, philosophiam aristotelicam, (non Romae [b]), [⁋] sed [c]) Athenis, vel Alexandriae, vt suspicor,) ab impp. Septimio Seuero et Antonino Caracalla docere iussus, primitias laborum suorum eisdem inscripsit, libellum de fato, adeoque post a. Chr. 199. et ante annum 211. quo Seuerus diem obiit supremum. Quoniam vero primitias ingenii [d]) tunc ei obtulit Alexander, hinc postea

a) De Aphrodisiade, Cariae vrbe, vide *Stephanum Byz.* in Ἀφροδισιάς, in Μεγάλη πόλις et Νινόη. Xenocratis Aphrodisiensis mentio apud *Artemidorum* IV. 24. pag. 214. De Adrasto Aphrodisiensi dixi libro III. cap. VIII. vol. III. pag. 458 sq.

b) Negat enim, imperatores praesenti adire sibi licuisse, sub init. libri de fato: ἦ μὲν δι' εὐχῆς μοι etc. *Erat quidem mihi in votis, maximi imperatores, Seuere et Antonine, vt ipsi apud vos esse mihi contingeret et conspicari et alloqui vos, et gratias agere pro beneficiis saepenumero a vobis acceptis, vt qui omnia semper, quae postulauerim, obtinuerim simulque testimonium acceperim, dignum me esse, qui, quae postulaueram, obtinerem.* Athenis fuisse, colligas ex commentar. in Metaphys. librum V. p. 206. vbi de statua Aristotelis, quae fuit in Lyceo.

c) Quod maxime probabile videtur Buhlio, qui tamen a suspicione quoque non alienus est, eum publice docuisse Alexandriae. *Harl.*

d) Ibid. Ἐθάρσησα πρὸς ἡμᾶς τῇ πρὸς τὸ θεῖον ἐξουσίᾳ καὶ τινας ἀπαρχὰς ὑμῖν τῶν ἡμετέρων καρπῶν ἀνάθημα πέμψαι — βιβλίον ὑπισχνούμενον θεωρίαν φιλόσοφον περιέχειν καὶ τὴν δόξαν τὴν Ἀριστοτέλους, ἣν ἔχει περί τε εἱμαρμένης τε καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, οὗ τῆς φιλοσοφίας προΐσταμαι, ὑπὸ τῆς ὑμετέρας μαρτυρίας διδάσκαλος αὐτῆς κεκηρυγμένος. *Ea libertate, qua erga Numen vti licet, ausus sum aliquas vobis fructuum nostrorum primitias mittere, — — librum, qui contemplationem continet, ad philosophiam*

poſtea adhuc per pluſculum temporis floruiſſe illum colligas, tot et tantorum commentariorum auctorem [e]). Laudat etiam alibi Athenaei dipnoſophiſtica, edita poſt Oppiani mortem, qui carmina ſua iisdem imperatoribus obtulit. Audiuit Aphrodiſeus Herminum et Ariſtoclem Meſſenium peripateticos, de quibus dixi lib. III. cap. 8. Soſigenem item, iuniorem peripateticum. [In cod. Coislin. CCCLXXXVII. teſte *Montfauc.* in bibl. Coisl. pag. 598. a grammatico quodam gr. Alex. iis accenſetur, qui et in philoſophia floruerunt et in *medicina.*] De Deo ſatis pie ſentit et loquitur, quem ſolum habere immortalitatem ſcribit in V. Topic. pag. 178. *omni honore digniſſimum, cunctis votis expetendum atque omnium parentem* vocat in VII. Metaphyſ. pag. 282. et in IX. pag. 320. *Proprie ens et ſimplex, ac, vt ita loquar, ſubſtantialis ſubſtantia, et quae immobilis mouet, hoc eſt Deus optimus Maximus, non gignitur neque interit.* adde in XII. pag. 381. 382. 388. 395. 398. et lib. II. quaeſtion. et ſolut. cap. 21. vbi ait, prouidentiam ſi quis Deo auferat, idem eſſe, ac ſi quis demat niui alborem frigusque, calorem igni, melli dulcedinem. Ἐπεὶ τί τὸ καταλειπόμενον, εἴ τις χίονος ἀναφέληται τὸ λευκὸν καὶ ψυχρὸν, τί δὲ πυρὸς ἂν τὸ θερμὸν σβέσῃς, μέλιτος δὲ τὸ γλυκὺ, καὶ ψυχῆς τὸ κινεῖσθαι, καὶ τοῦ Θεοῦ τὸ προνοεῖν; [f]) Animae vero immortalitatem et ſeparabilitatem a corpore aperte negat ad lib. II. Topicor. pag. 77. 81. et alibi, atque ita quidem, vt pag. 72. temere dicat eos, qui illam animae tribuunt, perinde mentiri ac ſi quis bis duo aiat eſſe quinque. Tum lib. II. quaeſtionum et ſolut. cap. 8 ſq. et in libro vtroque de anima pluribus diſputat animam [⁊] eſſe εἶδός τι τοῦ σώματος ὀργανικοῦ, καὶ οὐκ οὐσίαν τινὰ αὐτὴν καθ' αὑτὴν, profeſſus, Ariſtotelis [g]) ſe ſententiam tradere, atque vt in aliis, ita in hoc quoque capite de anima ſequi. Vt vel hinc adpareat, alium Alexandrum auctorem eſſe problematum, quae ſub Aphrodiſei nomine circumferuntur: in illis enim libri II. praefat. et problemate LXIII. LXVII. anima immortalis eſſe diſerte adfirmatur. Etiam problemate LXXXVIII. ex illis, quae in ſola Gazae verſione leguntur, plus fato aſtrologico, quam Aphrodiſienſis ſolet facere, tribuitur. Ceterum lib. I. de anima pag. 138. b. fatetur Aphrodiſienſis, animum μηδὲ τὴν ἀρχὴν ὀργάνῳ τινὶ σωματικῷ προσχρῆσθαι πρὸς τὴν λῆψιν τῶν νοουμένων, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι αὐτὸν αὐτῷ πρὸς τὸ γνῶναι τὸ νοούμενον, *omnino non indigere inſtrumento corporeo ad res intelligibiles capiendas, ſed ſufficere ſibimet ipſi illorum ad rerum intelligibilium perceptionem.* Quam in ſententiam plura legas libro II. pag. 144. a. ſq. vbi ait, ſe a quodam accepiſſe

 ſententiam

ſophiam pertinentem et qui de fato deque eo, quod in noſtra poteſtate eſt, explicet ſententiam Ariſtotelis, cuius ego philoſophiae profeſſor et magiſter publico teſtimonii veſtri praeconio conſtitutus ſum.

e) *Hamberger* eius aetatem collocat ante an. Chr. 211. *Saxius* in Onom. I. pag. 598. eum circa a. Chr. 204. *Buhle* vero p. 287. ſub finem saec. II. poſt Chr. natum et ineunte tertio, Septimio Seuero et Antonino Caracalla floruiſſe ſcribunt. Arabicae philoſophorum biblioth. auctor (teſte *Caſir.* in bibl. arabico-hiſp. I. p. 243.) „Alexander —, ait, aequalis Galeni medici, quem ipſe vidit, et ob capitis robur animique in diſceptando contentionem *Muli caput* adpellauit; cum enim inter et Galenum complures habitae ſunt diſputationes. Inſignis fuit aeui ſui philoſophus, plerorumque Ariſtotelis operum interpres egregius, cuius commentarii non Romanorum modo, ſed et Muſalamorum temporibus ad hunc vsque diem auide conquiruntur.“ adde *Fabric.* ſupra in vol. III. p. 460. *Harl.*

f) Vide *Reimmann.* hiſtor. theol. iud. lib. I. cap. 17. §. 17. pag. 552. *Heum.*

g) Praefat. lib. I. de anima: Ἐπεὶ δὲ, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, τὰ Ἀριστοτέλους πρεσβεύομεν, ἀληθεστέρας ἡγούμενοι τὰς αὐτοῦ παραδεδομένας δόξας τῶν ἄλλοις εἰρημένων, οὕτω δὲ καὶ ἃ ἐν τῷ περὶ ψυχῆς δόγματι φρονοῦμεν.

ſententiam Ariſtotelis ita expoſitam, quod mens diuina extrinſecus adueniens per humanum corpus velut organum operetur: atque ea ratione immortalem illum et incorruptibilem dici poſſe. Ἤκουσα δὲ περὶ νοῦ τοῦ θύραθεν παρὰ Ἀριστοτέλους, ἃ διεσωσάμην etc. vsque ad illa pag. 145. ἔλεγε δὴ, ὅτι εἰ ὅλως ὑπολαμβάνειν χρὴ κατὰ Ἀριστοτέλην, θεῖον καὶ ἄφθαρτον εἶναι τὸν νοῦν, οὕτως ἡγεῖσθαι δεῖν, οὐκ ἄλλως.

Melius ceteris peripateticis ſenſum Ariſtotelis interpretari, ſed Platoni eſſe iniquiorem iudicat *Simplicius* in II. de coelo pag. 91. b. edit. graecae. Atque poſteriores plerique omnes libenter eum ſequuntur, non Graeci modo, vt Themiſtius, Ammonius, Philoponus, Olympiodorus, Simplicius, Michael Epheſius, et latini, vt Boethius, ſed Arabes quoque, vt Auerroes. Peculiari veluti nomine illis vocatur ἐξηγητὴς, *explanator, ſeu quod omnes Ariſtotelicos libros expoſuerit, ſeu quod excellentiſſime, ſeu quod vtrumque*, vt *Franciſci Patritii* verbis vtar tom. I. diſcuſſ. Peripatet. pag. 138. [*Commentator* ſimpliciter vocatur a *Petro Aponenſi* in comment. in Ariſtot. problemata, f. 1, b. *Heum.*] Atque hic eſt Alexander, cuius ſcripta perinde, vt peripateticorum celeberrimorum, Aſpaſii et Adraſti, ἐν ταῖς συνουσίαις lecta teſtatur Porphyrius in vita Plotini. Commentarios quosdam Aphrodiſei arabice verſos etiamnum exſtare, teſtantur *Hottingerus* pag. 253 ſq. Analect. et *Bartholomaeus Herbelotus* biblioth. oriental. in *Eſcander al Afrodiſſi*, [et *Caſir.* in bibl. arab. hiſpan. tom. II. p. 243 ſq.] De aliis Alexandris [?] tribus peripateticis, Craſſi praeceptore, et Aegaeo atque Damaſceno, dixi lib. III. [cap. VIII. vol. III. p. 459 ſq.] de aliis Alexandris, qui graece ſcripſerunt, cap. II. §. vlt. eiusdem libri. [vol. III. pag. 55 ſqq.] Fuit et circa a. Chr. 1350. peripateticus quidam *Alexander de S. Elpidio*, Italus, qui in libros quosdam Ariſtotelis latine eſt commentatus, quemque cum Aphrodiſeo confundi a nonnullis notat *Ionſius* pag. 352. de ſcriptoribus hiſtor. philoſ. De illo Alexandro videndus Poſſeuinus in adparatu ſacro.

II. *Scripta* [h]) *Alexandri Aphrodiſienſis edita.*

1. Περὶ εἱμαρμένης [i]) καὶ τοῦ ἐφ' ὑμῖν. Ad imperatores, Seuerum et Antoninum Caracallam, *de fato, deque eo, quod in noſtra poteſtate eſt*, ex mente Ariſtotelis, *liber* eximius, e quo prolixum locum, quo fatum impugnatur, adducit *Euſebius* VI. 9. de praeparat. euangel. Pleraque breuiter repetit iisdem fere verbis Aphrodiſeus ipſe poſtremis capitibus libri poſterioris de anima. Apud Euſebium quidem male Vigerius verba ἐν τοῖς περὶ εἱμαρμένης vertit *in libris iis, quos de fato edidit*, parum quoque accurate omittit inſigne elogium, quod Aphrodiſeo ibi tribuit Euſebius, vocans eum ἄνδρα εὖ μάλα διαφανῆ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις. Hoc libro Alexander videtur Seueri imp. animum, (vt ſuſpicatur *Ioh. Picus* pag. 384. Opp.) a ſuperſtitione aſtrologica reuocare voluiſſe. Ceterum non ſatisfecit noſter olim Hierocli, qui in libro ſuo de fato et prouidentia inter alios Alexandrum oppugnauit, teſte

h) In hoc catalogo videbis, me non pauca addidiſſe laudatiſſimae *Philippi Labbei* induſtriae, quam in conſpectu Ariſtotelis et Platonis graecorum interpretum, typis editorum Pariſiis 1657. vulgato, pag. 3 et 4. Aphrodiſei ſcripta edita recenſet.

i) Fragmentum Alexandri de eodem argumento adhuc ineditum graece habere ſe teſtatus eſt *Thomas Galeus* notis ad Salluſtium de diis cap. 9. Vide et lib. I. Alexandri quaeſtionum et ſolutionum cap. 4.

teſte *Photio* cod. CCXIV. Cardanus quoque in libro de ſcriptis propriis ait, *Ciceronem de fato ornatius quam verius, Aphrodiſeum male, Pomponatium tenuiter, neminem ſufficienter ſcripſiſſe.* [Conf. *Maximus Tyrius* diſſ. 3. (edit. II. Dauiſ. diſſ. 19. pag. 220 ſqq.) Totum hunc Alexandri Aphrodiſienſis librum rigide examinat, et Stoicorum de fato doctrinam propugnat *Petrus Pomponatius* toto libro primo de fato. Ibidem p. 414. dubitat, an Alexander Aphrodiſienſis huius libri auctor ſit. vid. *Fabric.* libr. de ſcriptoribus de veritate relig. chriſtianae cap. 2. pag. 146 ſq. *Heum.*]

Inſerere iuuat codd. mstor. notitiam. In biblioth. publ. *Pariſ.* lib. de fato in cod. MDCCCLXVIII. nr. 3. ſed initium deſideratur. — in cod. MMXLIX. nr. 3. — cod. MMLXXVII. nr. 5. — cod. MMDXLIV. nr. 2. (vti infra in cod. Leidenſi,) excerptum ex Alexandri Aphrodiſ. libro I. *problematum ethicorum*, vbi de fato, et de eo, quod eſt in noſtra poteſtate, et in cod. MDCCCCXCVI. Alex. ſcholium ex *ethicorum* illius *problematum* libro. Ibi inquiritur, an fato omnia fiant, nullusque liberae hominis voluntati locus relinquatur. Quae inſcriptio ſi graece ab antiqua manu ſcripta legitur in codice, inde colligi poſſit, hunc libellum fuiſſe maioris operis partem: at tamen ex initio et fine libelli adparet, id, niſi peculiare fuerit, opuſculum a reliquis etiam ſeparatum fuiſſe. — *Traiecti Moſae* ſ. *Montpellier* Alex. de fato, teſte Montfaucon.

Mediolani in bibl. Ambroſ. Alexandri Aphrod. opuſc. (ſed quod ſit, non additur,) eſſe in cod. quodam ſaec. XIV. et in alio recentiore, notatur a *Montfaucon.* in diario ital. pag. 14.

In cod. regio CXIX. *Matrit.* (teſte *Iriarto*, in catal. codd. gr. pag. 428 ſq.) ſunt quatuor quaſi opuſcula, aut forſan quatuor particulae. 1) fol. 25. Ἀλεξάνδρȣ ἀφροδισιέως ἐκ τῶν παρ᾽ Ἀριστοτέλȣς περὶ τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν· 2) fol. 27. Ἀλεξ. ἀφροδ. ἐκ τῶν Ἀριστοτέλȣς περὶ τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν. 3) fol. 33. Ἀλεξ. Ἀφροδ. περὶ τύχης καὶ αὐτομάτȣ, de fortuna et fortuito. 4) fol. 37. περὶ εἱμαρμένης τȣ̃ αὐτȣ̃· neque initium neque finis, (illorum forſan fragmentorum, conſpirat cum libello, Londini 1658. 8. edito: neque ego dicere poſſum, num in illis ineditum quid latitet. Iriartus quidem, cui editionis aut graecae, aut latinae videndae copia deeſſet, ſuſpicabatur, forſan in illis eſſe nondum edita; in qua opinione confirmatus eſt teſtimonio *Thomae Galei* ad Salluſtium de diis, cap. IX. inter opuſcula mythologica, phyſica et ethica ab eo collecta, ſe Alexandri fragmentum de eodem argumento adhuc ineditum graece habere. An ſunt excerpta ex libro ſecundo de anima aut problemat. ethicis. vid. ad nr. 9 et 11. dicta: nam Alexander Aphrod. aliquoties et in variis ſcriptis de fati poteſtate diſſeruiſſe videtur.

Oxonii in collegio corporis Chr. cod. MDCCX. Alex. de fato (catal. codd. Angliae et Hibern. codd. Oxon. part. II. pag. 57.)

Leidae in bibl. publ. inter libros Scaliger. Alex. Aphrod. ex primo libro ethicorum eius problematum ſcholium vel dialogus de fato, an omnia ſecundum id fiant: (catal. pag. 341. nr. 51) — inter codd. Voſſianos, cod. XCVI. vid. catal. MSSt. IſT. Voſſii, ſub fin. Opp. Colomeſii, edit. Fabricii pag. 855. — Inter codd. hebraicos legati Warneriani, (catal. bibl. Lugd. Bat. pag. 406. nr. 2.) ſunt ſcientiae (an, ſententiae?) philoſophorum, R. Schemuel F. Tybbon, verſae ex arab. collectae ex Ariſtot. *Alexandri Aphrodiſ.* Abul Ferag.

In XLII. cod. *Vindobon.* nr. 60. apud Lambec. commentar. tom. VII. col. 176. memorantur *Mathuſalae*, monachi, excerpta quaedam de fato, ex *Alexandri Aphrod.* libro ſecundo de anima. — In bibl. *Bernenſi* cod. chart. ſaec. XIV. at mutilus, continet libr. de fato, graece, teſte *Sinnero* in catal. codd. Bernenſis bibl. pag. 275. *Harl.*

Graece prodiit, (ſine capitum diſtinctione,) edente *Victore Trincauello*, medico, Venetiis 1534. [k]) fol. ex Aldi officina, ad calcem commentariorum Themiſtii, quibus libros duos Alexandri Aphrodiſ. de anima adiunxit Trincauelius, in epiſtola ad Caſparem Contarenum [?] obſeruans, Alexandrum hunc eſſe, quem Themiſtius ſaepiſſime ſectetur et imitetur. Biennio poſt itidem Venetiis a. 1536. ſed minus nitido typorum charactere hunc de fato librum ſubiecit *Trincauellus* libris quatuor quaeſtionum Alexandri Aphrod. in fol. editis, et Petro Daneſio inſcriptis, cuius ſtudium in emendandis illis celebrat. Promittit titulus etiam metaphraſin ex Damaſcio in primum librum de coelo et mundo, epitomen per modum commentarii in quatuor primos et octauum phyſices libros, Theophraſti librum de ſenſu et Priſciani Lydi metaphraſin in libros Theophraſti de ſenſu et phantaſia; ſed in volumine ipſo fruſtra illa quaeſiui, licet plura illius editionis exempla viderim. [Plenus titulus exemplaris in bibl. Leid. quoque memoratur in catal. bibl. illius pag. 155. nr. 117. et in *Maittaire* A. T. indic. pag. 29. ſed non indicatur, num ea omnia inſint. *Harl.*] Ab eo tempore recenſitus et emendatius editus graece ſeparatim eſt liber de fato a *Ioh. Caſelio*, Roſtoch. 1588. 4.

Latine vertit *Hieronymus Bagolinus*, qui diuiſit in capita vndeuiginti, et libris quatuor quaeſtionum Alexandri ſubiecit. Venet. 1541. apud Hieron. Scotum. fol. atque inde 1549. 1555. 1559.

Hugonis Grotii interpretatio exſtat in philoſophorum ſententiis de fato, a magno illo viro collectis partim, partim de graeco verſis Pariſ. 1648. [al. 1645.] 4. et Amſterd. 1648. 12. teſtaturque Grotius, ſe ad verſionem ſuam concinnandam graeca et cum Euſebio et cum MSto codice contuliſſe. Exſtant etiam in eius operibus theolog. tom. III. pag. 409.

Denique *graece et latine* cum noua verſione prodiit hic Alexandri liber, in ſectiones tributus 39. neſcio quo editore, Londini 1658. 8. addito ad calcem Ammonii loco eiusdem argumenti ex commentario eius in Ariſtotelem περὶ ἑρμηνείας. *Fabric.* Editor in praefat. ait, ſe, quae in Aldinis exemplaribus graecis truncata ſint, aut quouis modo mutilata, partim ex Euſebio Εὐαγγελ. προπαρασκ. βιβλ. ς. partim ex coniectura non vana reſtituiſſe, et verſionem perſpicuam magis, quam concinnam adieciſſe. *Harl.*

2. Ὑπόμνημα ſiue Commentarius *in primum priorum Analyticorum* Ariſtotelis [l]), *graece* Venet.

k) Cum huius anni nota memoratur exemplar in *Maittarii* A. T. ind. pag. 28. in Bure catal. Gaignat., catal. Pinelli, I. pag. 241. nr. 1378. et *Themiſtii opp. a Victore Trincauello*, in Serie dell' Ediz. Aldine, edit. II. pag. 68. ſed in eodem libello, Serie etc. pag. 65. nr. 4. *Themiſtii* Opp. et *Alexandri Aphrod.* libri duo de anima et de fato vnus, cum praefat. *Vict. Trincauelli*, Venet. in aedib. heredum Aldi Manutii et Andr. Aſulani, m. Maio. 1533. fol. In bibl. Leidenſi ſunt duo exemplaria, a. 1534. quibus varia ſunt manu adſcripta, (vid. catal. pag. 154.) *Harl.*

l) Conf. ſupra in vol. III. pag. 215. ibique not. *zz.* et *fff.* In bibl. *Mutinenſi* exſtare *Alexandri*

Venet. 1489. m) apud Aldum, fol. et Venetiis 1520. atque 1536. fol. cum Philopono et Magentino, qui eum vocat τὸν ἐξηγητήν, [v. infra vol. VI. libr. V. cap. 5. p. 583. edit. vet.] in priora analytica, et Anonymi tractatu de ſyllogismo, tum Florentiae, ap. Iuntam, a. 1521. 4. cum Alexandri commentariis in elenchos ſophiſticos. *Latine* interprete *Iohanne Bernardo Feliciano*, qui verſionem ſuam Diogeni Hurtado Mendozae inſcripſit. Venet. 1542. 1546. 1549. (in catal. bibl. muſei Brit. vol. I.) 1559. in bibl. Bodleiana, et 1560. fol. [conf. catal. bibl. Leidenſis pag. 155.]

3. Commentarius *in VIII. Topicorum libros* n), quos a Marco Muſuro recognitos *graece* edidit et Alberto Pio, Carporum principi, dedicauit Aldus, teſtatus, ſe Franciſci Victorii Bergomatis commentarios [67] graecos in eadem Topica addere voluiſſe, ni ſubito incendio Victorii in Ariſtotelem, Platonem et Galenum aliosque medicos ſcripta conflagraſſent. Prodiere Venetiis 1514. o) et 1526. fol. *Latine* interprete *Guilelmo Dorotheo*, Veneto, ibid. 1524.

xandri *Aphrodiſei*, Simplicii, Io. Philoponi et aliorum paene innumerorum codd. in Ariſtotelem, prodit *Montfaucon* in diario ital. pag. 33. — In bibl. regia *Neapolitana* CXCVII. cod. chart. ſcriptus a. 1561. Alex. ὑπόμνημα εἰς τὸ β΄. τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν. — *Florentiae* in librum primum analytic. priorum in cod. medic. XI. plut. 62. et cod. XIII. eiusd. plut. cum ſcholiis graecis ad marginem, manu, vt videntur, Angeli Politiani, (*Bandini* catal. III. col. 31 et 33.) — *Oxonii* in bibl. collegii noui eſſe dicitur ſecundum catalogum codd. Angl. et Hiberniae I. part. II. in cod. MCXCIV. *Alex. Aphrod.* commentarius in Ariſtotelis *poſteriora* analytica, graece, et in cod. MCXCV. in Ariſt. analytica atque elenchos, graece. Sed comm. in *poſteriora* analytica periiſſe, et eum, qui circumfertur mstus Alexandri non eſſe, iam obſeruatum eſt in cap. de Ariſtotele, l. m. pag. 215. adde *Buhle* l. m. pag. 288. Enimvero teſte quidem auctore catalogi, in cod. Pariſ. MMXLIX. non eſt, (vt cl. Buhle ſcripſit) comm. in *poſteriora* Ariſtot. analytica; ſed *Alex.* lib. de fato etc. Contra in cod. MDCCCLXXIII. eſt *Alex.* comm. in librum ſecundum priorum analyticorum Ariſtotelis: in cod. autem MDCCCCXVII. ſunt anonymi ſcholia in Ariſtot. poſteriorum analytic. libros inedita, et in cod. MDCCCCXIX. nr. 2. *Ariſtot.* analytica *priora*, adiunctis *Alex. Aphrod.* commentariis, et nr. 4. anonymi comm. in librum ſecundum poſteriorum analyticorum Ariſtot. — In biblioth. eccleſ. *Weſtmonaſter. Alexandri Aphrod.*, *Ammonii*, Michaelis Patricii etc. commentarii graeci in Logicam Ariſtot. (catal. codd. Angl. et Hibern. tom. II. pag. 27. cod. MXCVIII. *Harl.*

m) At *Maittaire* in A. T. IV. pag. 513. non dubitat, quin hic vitioſi ſint numeri, quum Aldus nullos libros edidiſſet ante annum 1494. et a. 1495. pollicitus eſſet in epiſtola, Ariſtotelis Organo praefixa, ſe Alexandrum cum reliquis Ariſtotelis commentator. editurum eſſe: nec putat Maitt. haec hypomnemata ex Aldina offic. niſi poſt a. 1500. graece prodiiſſe. Nec memoratur illa ed. in Serie dell'Edizioni Aldine. De initiis Aldinae officinae vid. *Geret* diſp. de Aldi Pii Manutii vita etc. Wittembergae 1753. p. XII ſqq. LXIX ſq. not. LXXXI. CXXXI ſqq. *Harl.*

n) Vide ſupra, in vol. III. pag. 217. *Buhle* in tom. I. Opp. Ariſtot. pag. 288 ſq. In bibl. regia *Neapolitana* cod. CXXIX. continet *Ariſtot.* Topicorum libr. VIII. cum ſcholiis *Alex. Aphrodiſ.* — In bibl. *Medic.* cod. IX. plut. 72. et cod. I. plut. 85. nr. 16. (*Bandin.* catal. codd. gr. III. col. 31 et 241.) *Oxonii* in biblioth. collegii noui cod. MCXCV. Alex. comment. in 8. libr. Topicorum, graece. — In bibl. publ. *Pariſ.* ſecundum catal. codd. tom. II. in cod. MDCCCXXXII. nr. 3. *Alex.* comment. in Ariſtot. quatuor libros topicorum; — in cod. MDCCCXLIII. Ariſtot. topicorum libri VIII. cum *Alex. Aphrod.* commentariis. — in cod. MDCCCLXXIV. *Alex.* comm. in topica. — in cod. MDCCCCXVII. nr. 8. *Alex.* comm. in octo libros topic. Verum cum Alexandri commentario ſic coaluerunt ſcholia anonymi, neſcio cuius, vt diſcrimen ſit valde obſcurum. *Harl.*

o) A. 1513. exemplar in bibl. Leid. cum notis mstis V. D. vid. Catal. pag. 154 et 155. et a. notam 1513. refert quoque *Maittaire* in indice A. T. pag. 18. *Harl.* Eundem annum habet exemplar bibl. Paul. Lipſ.

1524. 1541. 1547. 1554. Parif. 1542. fol. et ex accuratiore verfione *Ioannis Baptiftae Rafarii*, Nouarienfis, medici, Venet. a. 1563. fol. apud Hieron. Scotum, (licet haec editio nomen Rafarii praefixum non habeat) et 1573. fol. Librum *tertium* vertit quoque *Petrus Geuardius*, Burgenfis, Florent. 1569. fol. et *feptimum* elegantiffimus *Muretus*, cuius interpretatio dicata L. Memmio Fremioto, patricio Diuionenfi, poft auctoris fata vidit lucem Ingolftad. 1602. 8. cum Mureti notis in ethica et oeconomica Ariftotelis, Platonis I et II. de Rep. atque Xenophontis Cyropaediam et anabafin, notisque et variis lectionibus (Iacobi Gretferi, vt fufpicor,) in Codinum de officiis Palatii CPolitani. Σφάλματα γραφικὰ quandoque in codicibus Ariftotelis emendat Alexander, vt lib. V. pag. 190. et ex variis lectionibus [p]) diiudicat, quae probabilior ipfi videtur, vt lib. VIII. pag. 272. Alexandro Aphrodifienfi hunc commentarium diferte tribuit etiam Suidas, verba quaedam ex illo, (quod faepius alibi nomine eius diffimulato facit,) citans in Διεξοδικῶς. Neque audiendus Francifcus Patricius, qui ad longe iuniorem auctorem refert. Quod adtinet ad duplicem Patricii obiectionem, quae ex libro quinto petitur, refpondendum, *quinque voces* fiue praedicabilia non a Porphyrio primum reperta, fed iam in Topicis, vt *Vici* etiam III. de corrupt. art. pulcre notatum eft, ab Ariftotele tradi. *Angelorum* vero vocabulum, quo pag. 186. Alexander vtitur pro bonis fpiritibus, occurrit etiam apud Ariftidem, (Aphrodifienfi antiquiorem,) tum apud Porphyrium, Simplicium, Hieroclem, fchol. Hermogenis pag. 8. (et 11. vbi δαιμόνων ἀγγελικῶν mentio,) Capellam, aliosque. Animas vero immortales eo loco fcribit, exempli cauffa hanc aliorum fententiam referens, non propriam exponens. Librum primum et fextum exftare arabice, refert *Herbelotus* Bibl. oriental. p. 966. [P] *Fabric.* Arabice verfi fuerunt ab *Ifaaco Ben Honain* etc. tefte *Cafir.* bibl. arab. hifpan. tom. I. p. 305. *Harl.*

4. Commentaria fiue ἀπομνημονεύσεις *in Flenchos Sophifticos* [q]), primus *graece* edidit Hercules Gyrlandus, ad Hieronymum Canofium, abbatem, Venetiis, apud Aldum, 1520. fol. Additae ad calcem variae lect. e quatuor codicibus. Mox recufum hoc opus Florentiae vna cum commentariis iam memoratis in I. Analyticor. Florentiae a. 1521. 4. [r]) *Latinae* verfiones

p) Idem etiam in aliis commentariis facit, vt in I. Analytic. pag. 9. 79. in fophift. elench. pag. 7. b. 35. b. in metaphyf. pag. 21. 26. 33. 76. 81. 224. de fenfu pag. 109. 12c. b. 123. b. etc.

q) Conf. fupra in vol. III. pag. 218. Codd. in bibl. *Vindobon.* apud Lambec. VII. pag. 142 fq. et 152. — in biblioth. regia *Neapolit.* cod. CXX et CXXIX. cum textu Ariftot. — In cod. *Medic. Florent.* XIII. nitidiff. plut. 71. et in cod. II. plut. 72. qui habet quoque praefationem et quaedam fchematia ad varia fyllogismorum genera demonftranda, cum textu Ariftotelis, commentar. (nullo auctoris nomine addito,) in duo libros Ariftot. de fophiftic. elenchis: nullum tamen diftinctionis in duo libros adparet veftigium in his codicibus. (*Bandin.* III. catal. codd. gr. col. 9.) — In cod. XVII. (notante *Bandin.* l. c. col. 10.) tribuitur ille comm. *Michaeli Ephefio*, fiue, vt alii volunt, *Pfello*. In cod. VI. eiusdem plut. et cod. I. plut. 85. nr. 17. (*Bandin.* III. col. 30 et 241 fq.) fub nomine *Alexandri Aphrod.* exftat ille commentarius. — In bibl. *Parif.* anonymi quidem, fed, fi Herculi Gyrlando fides, *Alexandri Aphrod.* comm. in Ariftotelis fophifticos elenchos, in codd. MDCCCCXVII et MDCCCCXLVI. (catal. codd. Parif. II. pag. 418 et 423. — *Oxon.* in bibl. collegii noui, cod. MCXCV. (catal. p. 36.) *Harl.*

r) Vid. *Buhle* l. c. pag. 289. In bibl. Leidenfi eft exemplar cum notis V. D. msstis. vid. catal. pag. 155. *Harl.*

versiones [s]) mihi innotuerunt tres, prima *Guilielmi Dorothei*, Veneti, quae post editionem Venetam 1541. fol. Marco Mauroceno, senatori Veneto, inscriptam, ex *Iohannis Nalosienensis* recognitione lucem vidit Paris. apud Simonem Colineum, 1542. fol. Altera melior *Ioh. Baptistae Rasarii*, ad Matth. Donatum, Aloysii F. Venetiis apud Ludouicum Auanc[i]num a. 1557. fol. Tertia *Gaspardi Marcelli*, ibid. [1528. in biblioth. Bodlei. I. pag. 29.] 1559. fol. Passim innuit Alexander alios ante se eosdem Aristotelis libros exposuisse, quorum sententias expendit. Ex his nominat Galenum pag. 8. b. Miratus sum, quod pag. 17. b. legi: εἰσὶ γάρ τινα ἀρχὴν μὲν ἔχοντα, μὴ γεγονότα δὲ καθ' Ἕλληνας, ὡς τὰ οὐράνια καὶ θεῖα σώματα. Numquid verba καθ' Ἕλληνας sunt ab aliena manu? ita certe mihi videntur [t]). Distinctionis in libros duos nullum est in Alexandro vestigium pag. 28. b. *Fabric. Arabice* eum verterunt *Ebn Naama* et *Iahia Ben Adi; Syriace* autem *Abu Baschar Matthaeus.* vid. *Casiri* bibl. arab. hisp. I. pag. 243. *Harl.*

5. Commentarii *in libros XII. Metaphysicorum* [u]), latine tantum hactenus prodierunt ex versione *Ioh. Genesii Sepuluedae*, Cordubensis, ad Clementem VII. pontificem max. Romae 1527. Paris. 1536. Venetiis 1544. et 1561. fol. Vsus est Sepulueda, vt in epistola, libro sexto praemissa testatur, codicibus quatuor, in quibus praefatio operi praemissa defuit, quam e codice alio MS. graece et latine dedit *Antonius Posseuinus* libro XII. Bibl. Selectae cap. 29. Desideratur quoque extrema pars in librum X. *Ceterum eiusdem Aphrodisei siue scholia siue paraphrasis graeca MSta in XIII et XIV. librum Metaphysices Aristotelis, nondum, quod sciam, prodiit in lucem, quamuis earum exempla tum apud Petrum Fonsecam nostrum, tum apud Fredericum Pendasium publicum philosophiae in gymnasio Bononiensi professorem, cui probata sunt, quique in exemplari quaedam emendauit, quae exstant apud me.* Haec Posseuinus loco laudato tom. II. pag. 74. Quamuis vero idem cap. 25. scholia ista Aphrodisei dictionem et stilum sapere contendat, quae manu exarata fuere etiam in aliis bibliothecis, vt in illa Ioh. Vincentii Pinelli teste *Andrea Scaotto* in vita Aristotelis pag. 160. tamen commentaria haec in metaphysicorum libros *Alexandro* [?] *Aegaeo* vel alteri cuicunque,

s) Editionem *Parisinam* a. 1442. apud *Maittaire* A. T. IV. pag. 5. inter alios librorum quorumdam editt. mire suspectas memoratam, aut plane fictitiam, aut ex errore numeri ortam esse, aut annum, quo librarius manu scripserit exemplar, designari, opinor. *Harl.*

t) Καθ' ὕλην suspicatus est *Heumann* in margine. *Harl.*

u) Conf. supra, in vol. III. p. 227 sq. et 255 sq. in primis pag. 257. not. *fffff.* de auctore horum commentariorum et codd. msstis vberius disserui. In bibl. regia *Taurinensi*, cod. CX. in VII. libr. metaphys. Arist. et cod. CXXXIV. in vltimos IX. libros: notatu digna sunt scholia in libr. XIII et XIV. vid. catal. pag. 216 et 230. add. *Buhle* l. c. pag. 186 sq. et pag. 292 sq. In cod. *Paris.* MDCCCLXXV. Alex. comment. in *quinque* libros metaphys. Arist. in cod. MDCCCLXXVI. Alex. comm. in *quatuor* priores libr. metaphys. et *Michaelis Ephesii*, (cuius tamen nomen vni tantum libro quinto inscriptum est.) scholia in metaphysicorum libros sequentes ad XIII. vsque: sed auctor catalog. vol. II. pag. 414. malit ea tribuere Alexandro Aphrod. — in codd. MDCCCLXXVII. et MDCCCLXXVIII. et MMXLVI. Alex. comm. in IV. libr. priores: in cod. MDCCCLXXIX. in libr. X. met. posteriores: in cod. MDCCCCXXII. — *Bandini* catal. codd. gr. Laurent. III. col. 246. et pag. 393. — In cod. regio *Neapolit.* CXIV. (Alex. Aphrod.) comm. in XII. priores Arist. metaphys. libros, qui in hoc codice alio, ac in editis, ordine recensentur, et sub nomine Alexandri Aphrod. in cod. CLVII. *Harl.*

que, aut *Michaele Ephesio*, tribuere maluerunt Franciscus Patricius v) et Antonius Scaynus. Sed Alexandro Aphrodisiensi tribuuntur etiam a Syriano, qui saepe illa citat, et ab Auerroe. Theologiam Aleskenderi Al Afrodis, quam *arabice* exstare testatur *Herbelotus* in bibl. orientali pag. 966. suspicor, esse hos in metaphysica commentarios. *Fabric.* Sed *Buhle* l. c. pag. 295. putat, Fabricii opinionem, *theologiam* Alexandri Aphrodisei, *arabice* exstantem, esse hos in metaphysica commentarios, posse vix firmari. „Namque, memoratur, ait, in *arabica philosophorum bibliotheca* apud *Casirium* bibl. arab. hisp. I. pag. 243. singularis operis loco Alexandri Aphrodis. *de Theologia seu Metaphysica liber I.* cum commentario *Abu Othman*, Damasceni. Conf. *Abulpharag* hist. dynast. p. 78. *Hottinger*. analect. p. 253 sq. *Herbelot*. bibl. orient. art. *Escandre al Esfrodisi.*" *Harl.*

6. Ὑπόμνημα εἰς τὸ περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, *Commentarius in librum Aristotelis de sensu et iis, quae sub sensum cadunt.* Meminit Aphrodiseus ipse lib. I. de anima p. 133. ἐπὶ πλέον δὲ εἴρηται περὶ τούτων (σωφρόντων) ἐν τῷ περὶ αἰσθητῶν καὶ αἰσθήσεων. et lib. I. quaestionum et solutionum cap. 2. ἄμεινον τέτακται τοῦτο τὸ πρόβλημα (de coloribus) ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ λέξεων τινων ἐκ τοῦ περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητοῦ ἐξήγησις καὶ ἐπιδρομή. [vide supra in vol. III. sect. XV. *a*. *Cantabrigiae* in biblioth. collegii Caio-Gonuilensis in cod. DCCCCXCVI. nr. 5. (secundum catal. codd. Angliae et Hibern. II. p. 117) est cod. Alexandri Aphrod. de sensu. — In cod. *Paris.* MDCCCLXXXII et MDCCCCXXI. cum textu gr. Aristot. et MDCCCCXXIV. vbi vero non pauca desiderantur, Alex. comm. in Arist. librum de sensu et sensibili. *Harl.*] Lucem vidit *graece* ad calcem Simplicii in libros de anima, subiectis Michaelis Ephesii in Aristotelis, quae vulgo vocant, *parua naturalia*, scholiis. Venet. apud Aldum 1527. fol. w) Praemittitur Francisci Asulani epistola ad Alexandrum Campegium, Bononiae episcopum designatum. *Latine* Alexandri commentarium vna cum Michaelis Ephesii, quae dixi, scholiis conuertit ediditque *Lucillus Philaltheus*, Venetiis apud Hieron. Scotum, 1544. 1549. 1559. eiusque haeredes 1573. fol. Ex iis, qui ante Aphrodiseum in librum eumdem scripsere, laudatur, pag. 94. edit. graecae, *Aspasius.* [vid. *Buhle* l. c. pag. 296.]

7. Ὑπόμνημα εἰς τὰ Μετεωρολογικά, *in quatuor libros Aristotelis de Meteoris commentarius* x), *graece* editus a Francisco Asulano vna cum libro de mixtione et Ioh. Philoponi commen-

v) Hunc Patric. refutat *Gaudentius* de philos. romana, Add. cap. 18. *Heum.* *Buhle* quoque l. c. pag. 292. refutat Patricium. *Harl.*

w) Vid. *Bure* Catal. des Livres du Cabinet de — Gaignat. I. p. 218. vbi commentarii Alex. dicuntur adhaerere. In Grammatici comment. etc. *Harl.*

x) Vide supra, in vol. III. pag. 231. Ibi dictis haec adde. In cod. DCCXXXVIII. *Guil. Laudi*. biblioth. Bodlei. *Alex. Aphrod.* comm. in Aristotel. de meteoris, graece. (catal. I. p. 57.) sub eiusdem nomine *Oxonii* in bibl. collegii noui, cod. MCXCIV. comm. in Aristot. libros meteorologicos, graece. (catal. I. part. II. p. 36.) — *Cantabrigiae* in biblioth. collegii Caio Gonuil. auctor catalogi l. c. p. 117. prodit, in cod. DCCCCXCVI. nr. 4. reperiri *tractatum* Alex. Aphrod. *de tempore* *): qui num graece scriptus sit, non significatur; sed eum ad libros meteorol. pertinere suspicor. Num ad hunc *Alexandrum*, et ad opusc. *de*

*) In libro tamen Arist. quarto de Organo s. de physica auscultatione reperiri sectionem *de tempore* ab Alexandro expositam et ab *Abu Ahmad Ben Karnib* arabice versam esse, cognoscitur ex arab. philos. historia ap. Casir. l. c. I. pag. 244.

commentariis ad libros de generatione et interitu. Venet. 1527. fol. [duo exemplaria cum notis msstis ſunt in biblioth. Bodleiana. vid. catal. I. pag. 29.] *Latine* vertit *Alexander Piccolomineus*, Venet. 1540. 1548. 1573. 1561. fol. *Iohannes* item *Camotius*, Venet. 1556. fol. Aphrodiſienſem auctorem agnoſcere negat *G. Voſſius* libro de ſectis cap. 17. §. 17. et ante eum *Petrus Victorius* XXV. 22. varr. lectt. *Andreas Schottus* in vita Ariſtotelis pag. 157. et *Franciſcus Patricius* tom. I. diſcuſſ. peripatet. pag. 32. his vſus argumentis, quod lib. III. dubitationum et ſolutionum cap. 10 et 14. atque in Olympiodoro ad libros meteorologicos lib. I. prax. 3, 4. et lib. III. prax. 1, 34. quaedam ex Alexandri Aphrod. commentario citantur, quae in his non occurrunt: tum quod [P] auctor huius commentarii y) praeceptorem ſuum laudat Soſigenem, qui Iulii Caeſaris tempore clarus fuerit, adeoque non potuerit eſſe Aphrodiſei praeceptor, ſed Alexandri forte Aegaei, itidem peripatetici. De Soſigene inprimis res manifeſta eſſet, ni forte fuerit aliquis peripateticus Soſigenes iunior z), et Soſigenem praeceptorem citat etiam *Alexander* ad Metaphyſica pag. 239 et 325. Alexandri in meteorologica commentarios laudat praeter Olympiodorum et Philoponum *Nicephorus Chumnus* in epiſtola ad Theodorum Protoueſtiarium, quam edidit *Ioannes Boivinus* notis ad Nicephori Gregorae hiſt. pag. 755. *Fabric.* *Buhle* V. C. l. cit. pag. 291. eorum ſententiae adſtipulatur, qui illum commentarium alii iuniori auctori adſcribendum cenſuerunt. Argumentis vero, a Fabricio prolatis, addit, quod etiam *Io. Philoponus* in meteorol. comm. 17 et 39. quaeſt. de aetern. mundi adu. Proclum lib. III. cap. 10, 14. ea, quae in noſtro commentario non reperiantur, ex Aphrodiſienſis libro excerpſit. Huius igitur commentarius, qui quondam exſtitit, eſt deperditus, nec idem eſt cum eo, qui ſub eius nomine vulgo circumfertur, quem quidem Alexandro Aegaeo, Soſigenis diſcipulo, probabiliter adſcribendum iudicat Buhle. *Harl.*

8. Περὶ μίξεως, *de mixtione* et temperatione corporum liber, quo Stoicorum praecipue ſententiam de penetratione corporum et Deo mundi anima refellit. *Graece* editus ad calcem commentariorum Alexandri in libros meteorologicos, de quibus iam dixi, Venet. 1527. fol. apud Aldum; [Venet. 1534. cum notis msstis, in bibl. Bodleiana I. pag. 29.] *Latine* vero interprete *Angelo Caninio*, ad calcem quaeſtionum naturalium et librorum de anima, Venet. 1555. 1559. fol. apud Hieron. Scotum. Verterat et *Iacobus Schegkius*, Tubingae 1540. 8. apud

de tempore Cenſorinus de die nat. cap. 19. reſpexerit, dum ſcribit *Aphrodiſium* prodidiſſe, annum naturalem habere dies CCCLXV. et partem diei octauam, equidem neſcio, nec adfirmo. — In codd. MDCCCLXXX et MDCCCLXXXI. biblioth. *Pariſ.* eſt Alex. Aphrod. comment. in Ariſt. IV. libros de meteoris. — In bibl. *Coisliniana* in cod. CLXVI. fol. 349 ſqq. *Alex. Aphrod.* et Olympiodori comment. in IV. libr. meteor. Ariſtot. — *Florentiae* in cod. medic. IX. plut. 87. *Alexandri Aphrod.* comment. in IV. libr. Ariſtot. de meteoris cum iis textus ariſtotelici locis, quorum fit explicatio, teſte *Bandin.* catal. codd. gr. III. col. 388 ſq. *Harl.*.

y) Alex. ad lib. III. meteorolog. pag. 116. edit. Aldin. Ἀλλ᾽ ὅτι μὲν αἱ τοιαῦται δόξαι περὶ τῆς ἅλω ψευδεῖς, ἱκανῶς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν Σωσιγένης ἐν τῷ ὀγδόῳ περὶ τῆς ὄψεως ἔδειξεν. *Philoponus* libro II. ad lib. I. priorum Analyt. p. 33. b. Καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ φιλοσόφου ἐξηγητὴς ἔν τινι μονοβίβλῳ καὶ τὸν αὐτοῦ διδάσκαλον Σωσιγένην ταύτης εἶναι τῆς δόξης, ὡς ὅτι τὸ ἐξ ὑποθέσεως ἀναγκαῖον συνάγει ἐνταῦθα ὁ Ἀριστοτέλης.

z) Quod etiam ſtatuit *Pag. Gaudentius* libr. de philoſ. rom. Add. cap. 18. *Heum.*

apud Morhardum. Si Gesnerum audimus, in Vaticana bibl. exſtat etiam Aphrodiſiei liber περὶ κράσεως καὶ αὐξήσεως, ab illo περὶ μίξεως diuerſus, ac nondum editus. [In cod. *Parif.* MDCCCXLVIII. et in cod. MMDXL. in quo quidem (vt in cod. Vatic.) inſcribitur περὶ κράσεως καὶ αὐξήσεως. Sed auctor catal. pag. 518. teſtatur, eſſe omnino eumdem, cui titulus ſit περὶ μίξεως. Atque in cod. bibl. *Taurinenſis* XCIV. fol. 43. inſcribitur Ἀλεξ. Ἀφροδ. περὶ κράσεως καὶ μίξεως. vid. catal. codd. gr. illius bibl. pag. 184. *Tomaſinus* in bibl. ... *nis* mstis pag. 127. memorat ſuum codicem, cum aliis poſt mortem bibliothecae S. Mariae in Vantio Patauii, vi legati illatum his verbis: „*Alexandri Aphrodiſaei* de mixtione verſio latina, ceteris vulgaribus magis propria et elegantior, cuius Gabrielem, Patauinum med. eum cl. eſſe auctorem, monſtrat ſtilus.“ *Harl.*] — Conferenda etiam, quae ad librum IV. meteorolog. et de ſenſu pag. 104 b. ſq. et in quaeſtionum ac ſolut. lib. III. cap. 14. Alexander diſputat.

9. Περὶ ψυχῆς, *libri duo de anima*, non liber primus et ſecundus eiusdem operis, ſed, vt legenti adparebit, duo diuerſi libri eiusdem argumenti, niſi quod libro poſteriori [aa]) diſſertationes [P] luculentae de aliis etiam rebus variis adnectuntur, vt de natura quatuor elementorum, de viſu et luce [bb]), quid ſit ſecundum Ariſtotelem, quod tamquam bonum maxime homo adpetat ac deſideret: de indiſſolubili nexu ac vinculo virtutum, de iure naturae, ὅτι φύσει τὸ δίκαιον, et diſſertatio [cc]), quae argumentis duodequadraginta contra Stoicos probat virtutem non ſufficere ad beatitatem. Item quod femina a mari ſpecie non differat: et denique de libero arbitrio, fortuna, et fato ex Ariſtotelis ſententia, eamdem fere in ſententiam, vt peculiari libro, quem hac de re ab Aphrodiſico editum, paullo ante monui. Neſcio, ſcripſeritne etiam Aphrodiſeus diſtinctum ab his ὑπόμνημα ſiue commentarium in libros

aa) Ex hoc libro ſecundo, (maxime p. 144 ſq. edit. graecae) petitum breue ſcriptum latine ſub titulo: *Alexandri Aphrodiſei de intellectu*, occurrens in opere ſeptiſegmentato, quod *Alexander Achillinus* edidit [cum verſ. lat. *Ariſtotelis* de ſecretis ſecretorum etc. Venetiis ſine a. nota. fol. vid. *Foſſii* catal. bibl. Magliabecch. I. p. 206.] — Bononiae 1501. 1516. fol. et praeter libellum iſtum, (ex arabico, vt videtur, verſum et Pariſiis etiam a. 1520. 8. excuſum, in quo *Iſaac* quidem citatur,) complectitur Ariſtoteli tributum ſecretum ſecretorum, 2. de ſignis tempeſtatum, 3. de muneribus, Auerrois de animae beatitudine, Alexandrum de mirabilibus Indiae et Alexandrum Achillinum de vniuerſalibus. [In bibl. *Bodlei.* inter codd. Digbaei latinos eſt in cod. MDCCCXVIII. *Alexander de intellectu*, ſec. ſententias Ariſtotelis, de graeco translatus per *Iſaacum filium Ioannis*: catal. pag. 87. *Harl.*] Ceterum Alexandri Aphrodiſienſis ſcripta Arabibus etiam non incognita fuiſſe, vel ſis Auerroe patet. *Fabric.* *Caſiri* in bibl. arabico-hiſp. vol. I. pag. 243 ſq. ex arabica philoſophor. biblioth. recenſet Alexandri Aphrod. ſcripta, horumque verſiones ſyriacas et arabicas, nec non interpretum nomina: quae omnia hic repetere longum eſt et moleſtum. pag. 306. Alexandro, ſcribit, accenſeri commentarios in illos Ariſtot. libros. adde infra nr. 16. de deperditis libris. *Harl.*

bb) Videtur hanc diſſ. reſpicere *Alexander* 3. Meteorolog. pag. 115. ἐδείχθη ἐν τοῖς περὶ τῶ, πῶς ὁρῶμεν.

cc) Hanc Fridericus Sylburgius Francof. 1584. 4. in luculenta ſua operum Ariſtotelis editione ad calcem Ethicorum magnorum et Eudemiorum graece edidit tamquam peculiare ſcriptum hoc titulo: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως, ὅτι οὐκ αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. Subiecta etiam Ariſtotelis et Xenophontis ethicis, politicis et oeconomicis, graece excuſis Baſileae apud Ioannem Walderum ſine temporis nota, in 8. Ceterum tota illa diſputatio non multum afuit a logomachia, vt patet ex his *Senecae* epiſt. IX. *Se contentus eſt ſapiens ad beate viuendum, non ad viuendum.*

libros Aristotelis de anima, quem citat libro I. dubitationum et solution. cap. 11. vbi aliquid ex libro primo philosophi περὶ ψυχῆς adferens addit: ὡς εἴρηταί μοι ἐν τῷ εἰς ἐκεῖνο ὑπομνήματι [dd]). Etiam in librum VI. metaphysicor. pag. 223. *Principia geometriae astronomiae principiis exactiora sunt, quamquam huius subiectum geometriae materiae longe praefertur, vt dictum est a nobis in libro de anima.* [— In cod. *Augustano Vindel.* (Reiseri catal. pag. 70.) Apospasmation ex libro Alex. Aphrod. de mente, secundum Aristotelem. — *Oxon.* in collegio S. Mariae Magdal. cod. lat. MMCCXXI. Alexandri summa de anima tribus libris. — In bibl. caesar. *Vindobon.* XLII. nr. 6. (*Lambec.* comment. VII. col. 175.) Mathusalae, monachi S. montis Sinai, excerpta quaedam de fato ex Alexandri Aphrod. libro II. de anima. In eodem codice nr. 7. Themistii paraphrasi adscripta sunt in margine Alexandri Aphrod. scholia, ex libris eius duobus de anima a Mathusala monacho excerpta. *Harl.*] — Duo illi, quos dixi, libri, lecti etiam Auerrhoi, *graece* prodierunt ad calcem operum Themistii, subiuncto libro Alexandri de fato, Venetiis, editore Victore Trincauello, 1534. fol. ex officina Aldi. Librum primum *latine* interpretatus est *Hieronymus Donatus,* patricius Venetus [ee]), Venet. 1502. 1514 fol. et 1538. 8. Basil. 1535. 8. atque Parisiis ad calcem Themistii 1528. fol. Alterum librum vertit *Angelus Caninius*, Anglariensis, cuius interpretatio cum priore libro, per Donatum verso, prodiit latine ad calcem quaestionum naturalium Venet. 1555. 1559. fol. apud Hieronymum Scotum, addito libro Alexandri de mixtione. [*]

10. Φυσικῶν σχολίων ἀπορίων καὶ λύσεων βιβλία δ'. *Physicorum scholiorum per dubitationes, et solutiones ad varia Aristotelis loca libri quatuor.* Politianus *quaestiones naturales* vocat: de his enim, non de problematibus intelligenda haec eius verba capite 1. Miscell. *Quod et Alexander Aphrodisieus peripateticorum omnium etiam ab Auerrhoe laudatissimus, in egregie subtilibus illis naturalium quaestiorum libris ostendit, quos a se lectos diuus Hieronymus gloriatur.* S. Hieronymi verba sunt I. in Rufin. *Reuolue Aristotelem et Alexandrum Aristotelis volumina differentem, et, quanta ambiguorum sit copia, eorum lectione cognosces.* Quamquam in his ambiguorum est mentio, tamen commentarios potius ceteros Alexandri in Aristotelem, quam illos quaestionum libros innuere his verbis Hieronymus videtur, quibus non raro Alexander de breuitate, obscuritate et ambiguitate verborum Aristotelis conqueritur. — [*Neapoli* in bibl. Augustinens. S. Ioan. ad Carbonar. cod. IV. a. 1523. scriptus: Alex. Aphrod. Φυσικῶν σχολίων ἀπορίων καὶ λύσεων βιβλία γ'. Eiusdem σχολίων ἠθικῶν ἀποριῶν καὶ λύσεων βιβλίον δ'. — In bibl. publica *Paris.* cod. MCCLXVIII et MDCXXX. nr. 82. *Alex.* dubia et illorum solutiones. — In biblioth. *Vindobon.* cod. XLV. (*Lambec.* VII. col. 184 sq.) 1) Alex. Aphrod. difficilium physicarum s. naturalium quaestionum et solutionum libri III.

dd) Hic Alex. comm. in Aristotelis libros de anima; diuersus ab Alex. libris de anima, temporis iniuria nobis est ereptus. *Harl.*

ee) Oxon. 1481. fol. (Buhle pag. 291. sed alius Alex. esse videtur; nam in *Maitt.* A. T. IV. p. 777. citatur Alex. *Alensis* comm. in Arist. libros III. de anima et in adpendice siue tom. V. part. II. p. 564. *Expositio venerabilis Alexandri super tres libros de anima; per Theodoricum Rood de Colonia in alma vniuers. Oxon.* 1488. Forsan est *Alexander monachus*, de quo vid. *Caue* scriptor. eccles. hist. litter. tom. II. diss. I. pag. 5. edit. Basil. sed penes alios, qui edit. illam Oxon. conferre possint, iudicium esto. In *Panzer* A. T. II. pag. 244. citatur *Alexander de Alexandria* etc.) Brixiae 1495. 4. vid. *Maittair.* A. T. IV. pag. 594. *Audiffred.* spec. editt. ital. saec. XV. p. 169. *Panzer* A. T. I. p. 254. *Foss.* catal. pag. 66. *Harl.*

libri III. 2) eiusdem difficilium ethicarum f. moralium quaeſtionum et ſolutionum liber. Vtriusque opuſculi titulus eſt et principium Ἀλεξ. Ἀφροδισιέως σκολιῶν etc. atque Lambec. ad prius notat, pro σκολιῶν perperam ibi legi σχολιῶν et σχολικῶν. — In cod. *Baroc-ciano* Oxon. CXXXI. (catal. I. p. 14.) *Alex.* quaeſtiones nonnullae et ſolutiones. Διὰ τί τῶν ἀλόγων ζώων. Ita quoque incipit cod. *Vindobon.* Ἀλεξάνδρου Ἀφροδ. ἀπορίαι καὶ λύσεις. Διατί τῶν ἀλόγων ζώων ἡ κόπρος ἧττον δυσώδης ἐξέρχεται. Sed Lambec. (VI. col. 200.) citat *Alex. problemata quaedam phyſico-medica.* — In cod. *Thomae Gale* (catal. II. pag. 189. cod. MMMMMDCCCCXCV.) Alexander de naturis rerum: niſi ſit opuſculum nr. II. a Fabricio recenſitum. *Cantabrigiae* tamen in bibl. publ. cod. MMCCLXXXVIII. Alex. de naturis rerum libri quinque. — In cod. *Matrit.* LXXXIV. *Iriarte* reperiſſe ſibi videbatur Alexandri Aphrod. problemata quaedam phyſica, quae quum in problematis Alexandri a Sylburgio editis non inueniret, vt adhuc inedita in ca al. codd. gr. bibl. Matrit. pag. 327. typis vulgauit; ſed cl. *Buhle* l. c. pag. 289. monuit, perperam id factum eſſe, et ea referenda ad phyſicorum ſcholiorum, dubitationum et ſolutionum libros. vid. ſupra in vol. III. p. 253. not. *Harl.*]

Quatuor iſti libri quaeſtionum graece primum editi ſunt ab *Victore Trincauello*, Venet. 1536. fol. atque additus liber de fato, de quo iam ſupra dixi. Latine vertit [adhibitis msstis codd. graecis, quorum ope multa ſunt emendatiora reddita,] *Hieronymus Bagolinus*, Veronenſis, cum filio, *Iohanne Baptiſta*, inſcripſitque quaeſtiones naturales et morales. Venet. 1541. 1549. 1555. 1559. 1563. fol. adiuncto vel libro de fato, vel duobus de anima libris. Exſtat et latina interpretatio *Gentiani Herueti* Baſil. 1548. 8. apud Io. Oporinum. *Quaeſtiones Alexandri Aphrodiſei naturales, de anima, morales: ſiue difficilium dubitationum et ſolutionum libri IV. nunc primum in lucem editi.* Quod additur tunc primum in lucem editos, niſi de Herueti verſione intelligas, id refellunt, quae diximus. [*Alex.* ſuper nonnullis phyſicis quaeſtionibus ſolutionum liber, et *Plutarchi* amatoriae narrationes, latine; Angelo Politiano interprete, Baſil. apud Cratandr. 1520. 4. vid. *Maittaire* A. T. II. p. 596.] — Graeca parum vel accurate vel nitide excuſa ſunt, vnde Io. Baptiſta Bagolinus in epiſtola ad Vincentium Modium: *Alexander, optime noſti, quam corruptus graece circumferretur, admirabilis auctor in philoſophia, miſerabilem in modum mendoſus. Sed, vt ſcis, veteribus adhibitis manuſcriptis exemplaribus, graecis multo melioribus, locis collectis vel in Alexandro ipſo, vel Themiſtio, Iohanne grammatico, Simplicio, Ariſtotele plurimum, mea ſumma induſtria, doctis conſulendis, et te, inprimis, Vincenti, effeci, vt plurimis in locis antea obſcurum nunc clarum fecerim Alexandrum, quantum eius propria breuitas, obſcura et conciſa quaedam oratio hactenus a me fieri dilucidior potuit.* [Hinc illa verſio futuro graeci textus editori valde commendanda eſt.]

II. Ἰατρικῶν καὶ Φυσικῶν προβλημάτων βιβλία β'. *Problematum medicorum et naturalium libri duo*, lectu digni, ſed qui alium, vt videtur [?] Alexandrum, quam Aphrodiſienſem noſtrum, auctorem habent. Medicorum et philoſophorum ſententias ſubinde conſulit, vt lib. I. problem. 99 et 141. ipſeque auctor medicus videtur, tum propter medicae artis elogium, quod libro ſecundo praemittitur, tum quod lib. II. problem. 11. vt medicus ait, προσφέρομεν τὰ βοηθήματα, et praeter ea totum opus virum indicat, medicae artis peritiorem: praeterea et libros ſuos allegoriarum in confictas de diis narrationes laudat lib. I. problem. 87. Itaque Theodorus Gaza, qui iuſſu Nicolai V. pontificis primus illa latine vertit,

tit, *Alexandri*, inquit, *illius haec viri foecunda ſapientia praediti et veri atque germani opinionum Ariſtotelis ſpeculatoris, nullo pacto equidem credere poſſum. Nam et doctrina auctoris illius cum in plerisque aliis, tum in iis, quae de animo* [ff]) *iſthaec diſſerunt problemata, omnino deſiderantur, et ab elocutione illius adeo longe haec diſſonant, vt facile quisque lectione veterum litterarum graecarum exercitatus intelligere poſſit, non id opus ad Alexandrum Aphrodiſeum, ſed ad aliquem multo recentiorem auctorem referri oportere.* Non defuere igitur, qui auctorem eſſe ſuſpicarentur *Alexandrum Trallianum*, medicum, Iuſtiniani imp. aetate clarum, de cuius ſcriptis infra lib. VI. dicendi locus dabitur. Ita viſum veriſimile *Hieronymo Mercuriali* lib. I. cap. 11 et 22. var. lect. et lib. I. artis gymnaſticae cap. 11. atque *Thomae Gatackero* pag. 424. aduerſar. et ad M. Antoninum pag. 34. [gg]) Fuere et alii Alexandri medici, vt Laodicenſis ille Aſclepiadeus, cognomento Philalethes, de quo dixi lib. III. cap. 8 §. vlt. Alexander idem medicus, Luciani aequalis, qui eius meminit lib. de morte Peregrini pag. 305. Theophylactus Simocatta in extremo ſuorum problematum, inter *ἀπορειῶν φυσικῶν* ſcriptores etiam Alexandrum laudat.

[*Codices MSSt.* quantum equidem ſcio, hi fere adhuc exſtant. In cod. paullo ante memor. Matrit. (*Iriart.* catal. pag. 327.) ſunt quoque Alex. Aphrod. problemata phyſica. adde ſupra in vol. III. pag. 253 ſq. — *Venetiis*, Alex. problem. (*Montfauc.* diar. ital. p. 64.) — *Pariſ.* in biblioth. publ. in codd. MDCCCLXXXIII. MDCCCLXXXIV. libri V. in cod. MDCCCXCIII. libr. II. — in cod. MDCCCCXCVI. ex libro *problematum* (forſan, ſcholiorum.) *ethicorum* eſt ſcholion de fato. (vide ſupra ad nr. 1.) — cod. MMXLVII. Excerpta ex problematum libro. — cod. MMXLVIII. problematum medicorum et natural. libri duo. — cod. MMCCXXX. anonymi problemata phyſica et medica; item Alex. Aphr. problemata ſimilia. — codd. MMCCCLXXXI et MMMXLIV. problemata phyſica. — *Neapoli* in bibl. regia, cod. CLXXV. problemata. — *Florentiae* in bibl. Laurent. medic. cod. XIII. plut. 75. problemata in libros duo diuiſa, quorum prior 149. poſterior 171. continet problemata. (*Bandin.* catal. codd. gr. III. col. 161.) — *Oxonii* in biblioth. publ. inter codd. Ashmolii in cod. ſunt mathematica *Alexandri*, (alius, credo,) *ſummi aſtrologi.* — *Heidelbergae* quondam duo codd. vid. Sylburg. catal. nr. 199 et 237. — *Vindobonae* in bibl. caeſarea, cod. III. (*Lambec.* VI. col. 200. et conf. ad nr. anteced.) Alex. problemata quaedam phyſico-medica. Quae in msstis *problemata ethica* dicuntur, ea ad opuſc. nr. 10. memorata, pertinuiſſe, et pars illius, interdum ſeorſum deſcripta, eſſe videtur. vid. notit. codd. ad nr. 1 et 10. *Harl.*]

Prodierunt *graece* problemata Alexandri [in edit. Ariſtot. opp. Aldina, tom. III. aliis, IV. Venet. 1497 etc. vid. Serie dell' ediz. Aldine, pag 5 ſq. *Bandin.* catal. codd. gr. medic. III. col. 282. ſupra in vol. III. pag. 316. — it. in edit. Aldina opp. Ariſtot. a. 1551. etc. 8. vid. ſupra vol. III. pag. 319. *Harl.*] a *Friderico Sylburgio* recenſita et caſtigata in praeclara, quam adornauit, Ariſtotelis editione, Francof. apud Wechel. 1585. 4. adiunctis Ariſtotelis et

ff) Confer, quae dixi ſupra §. 1. huius capitis.

gg) Nec non cl. *Kurt Sprengel* in hiſtor. medicinae, (germanice ſcripta,) tom. II. pag. 219 ſq. quem vide. *Harl.*

et Caſſii problematis, de quibus dixi lib. III. cap. 5. §. 25 et 38. Teſtatur Syburgius, ſe praeter editionem Venetam Camotii, atque Pariſienſem Conradi Neobarii, minore forma Iacobi Tuſſani auſpiciis a. 1541. [a 1540. apud Maitt. A. T. III. pag. 313] publicatam, vſum eſſe libro amici, in quo plurimorum locorum correctiones, quaedam hiantia et mutila e vet re italicae [?] cuiusdam biblioth. codice expleta erant et interpolata. [*Alex. Aphrod.* problemata medica et phyſica, graece ac lat. per *Ioan. Dauionum.* Pariſ. 1541. 8 vid. catal. bibl. Leidenſis pag. 155.] — In *latina* verſione *Theodori Gazae*, praefatio libri ſecundi, et vnum hinc inde alterumque problema vel alio ordine ponitur vel omittitur, viciſſim liber ſecundus longe pluribus problematis eſt auctior, nam cum graeca editio libro priore CLII. poſteriore LXXVI. abſoluatur, in Gazae verſione liber primus habet problemata CXLVII. ſecundus CXXX. in quibus omnia quae poſt ſeptuageſimum ſecundum ſequuntur in Graeco deſiderantur. Saepius excuſa eſt *Gazae* verſio cum problematis Ariſtotelis ab eodem translatis, vt [ſ. l. et anno. vid. ſupra, vol. III. pag. 308.] Venetiis 1501. 1524. 1552. fol. Pariſiis, 1524. et cum copioſo indice Baſil. apud Andream Cratandrum, 1537. fol. Etiam in editionibus operum Ariſtotelis latinis, quae Auerrois commentarios iunctos habent, vt Venet. 1560. 8. tomo nono. Poſt Gazam vertit *Georgius Valla* hh), Placentinus, cuius verſio lucem vidit Venet. 1488. [1501. tum 1505. fol. adnexa Petri Aponenſis commentar. in problemata Ariſtotelis. *Heum.*] 1519. fol. [vid. ſupra in vol. III. pag. 313 et 315.] Librum priorem etiam *Angelus Politianus*, cuius interpretationem poſt eius fata inuentam in lucem Petrus Crinitus edidit et Iohanni Franciſco Pico Mirandulano principi dicauit, inter Politiani opera Florent. 1497. fol. [ibid. 1499. fol. vid. *Bure* Bibl. inſtruct. B. L. tom. II. p. 271 ſq.] recuſa Venet. 1498. fol. [de qua rara edit. vid. *Freytag.* adpar. litt. I. pag. 666 ſqq. Baſil. 1553.] et Lugd. apud Gryphium 1537. 8. [ſeparatim Pariſ. 1541. 8. 1552. 12. — cum Ariſtotelis problem. Lugduni 1501. 12. apud Theobald. Paganum. Pariſ. 1558. 12. vid. *Freytag.* adpar. litt. III. pag. 134 ſqq. et plures editt. etiam antiquiores, ſupra in vol. III. pag. 354 ſqq. recenſui. Iis adde edit. Francofurt. 1580. 8. Pariſ. 1534. fol. Lugd. 1573. 12. *Harl.*] etc. Haec verſio problemata CLI. et alio ſubinde, quam ceterae editiones ordine, atque in illis duo vel tria etiam poſterioris libri exhibet. Ab his omnibus differt *Georgii Merulae* interpretatio, qui non in duos libros, ſed in ſectiones quinque diuiſit, quarum ſecundam inſcribit medicinalium et naturalium ambiguitatum, tertiam de quadrupedibus, ceteras reliquit ἀνεπιγράφους: problemata plura etiam numero, nimirum CCCL. exhibet, adſperſis paſſim ſcholiis et teſtimoniis aliorum auctorum. Pariſ. 1520. fol. cum Petri de Apono commentariis in Ariſtotelis problemata. *Fabric.* Gallice verſa cum Ariſtotelis problem. Lugd. 1587. 12. vid. *Freytagii* adpar. litter. III. pag. 137. Fabric. in vol. XIII. pag. 51. vbi in elencho medicorum vett. mentionem quoque fecit Alexandri Aphrodiſei, addit, Petrum de Abano in conciliatore ſuo, quem a. Chr. 1303. ſcripſit, differentia quinta teſtari, ſe Alexandri medici problemata latine vertiſſe. *Harl.*]

12. *Libellus de febribus* ad Apollonium, medicum, eiusdem vt videtur, cuius problemata ſunt auctoris. Graece exſtat MS. in bibliotheca caeſarea, teſte Lambecio, [in comment. VI.

hh) Georgius ille Valla in epiſtola dedicatoria de auctore huius libri plane nullam profert dubitationem. *Heum.* Conf. *Foſſii* catal. codd. ſaec. XV. in bibl. Magliab. I. pag. 63 ſqq. *Harl.*

ment. VI. col. 232 sq.] hac inscriptione: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ἰατροῦ περὶ πυρετῶν, πρὸς Ἀπολλώνιον. Incipit: ἤτησας ἡμᾶς, Ἀσκληπιαδῶν ἄριστε Ἀπολλώνιε, περὶ πυρετῶν σοι τοσαῦτα διὰ γραφῆς παραδοῦναι, ὅσα σχεδὸν παρ' ἡμῖν φοιτῶντι διὰ γλώττης παρεδηλώσαμεν, ἵν' ὥσπερ etc. ii) Hactenus *latine* tantum prodiit *Georgio Valla* interprete, primum quidem in volumine, excus. Venetiis a. 1489. fol. kk) et non vsque quaque obuio, quo haec scripta veterum [P] ex Vallae versione exhibentur: *Nicephori* Blemmidae *Logica*, *Euclidis lib. XIV. elementorum*, *Hypsiclis Anaphoricus*, *Nicephorus de Astrolabio*, *Aristarchi de magnitudinibus et distantia solis et lunae. Timaeus de Mundo. Cleonidae* (haec est, quam ad Euclidem alii referunt,) *musica. Eusebius de theologicis ambiguitatibus. Cleomedes. Athenagoras de resurrectione. Aristotelis de coelo, magna moralia, poetica: Rhazis de peste. Galenus de inaequali distemperantia, de bono corporis habitu, de confirmatione corporis humani, de praesagitura, de praesagio, de succidaneis. Alexander Aphrodiseus de causis febrium. Psellus de victu humano.* In syntagmate quidem scriptorum veterum graecorum, arabum et latinorum de febribus libellus, Venet. 1576. fol. quod miror, omissus est iste Alexandri de febribus in capita vndecim distributus, et naturam, genera, differentias et causas febrium succincte persequens: at lucem vidit etiam Geneuae, siue Coloniae Allobrogum 1612. et separatim Basil. 1542. 8. apud Robertum Winter, atque in Symphoriani Campegii libro posteriore de claris medicinae scriptoribus [sine a. et l. in catal. Bünau. tom. I. pag. 190.] Lugd. 1506. 8. ll) Fallit doctissimus *Tiraquellus*, qui capite XXXI. de nobilitate pag. 298. Alexandri Aphrodisei *libros de febribus* hodie habere nos adfirmat. *In catalogo cuiusdam bibliopolii*, inquit Gesnerus, *Alexandri Aphrodisei* practica *nominatur, quod nomen ipsius libro de febribus ab imperito aliquo impositum suspicor, cum et alii quidam barbari scriptores sua scripta de febribus practicas appellent. Hoc autem Aphrodisei opus non actum curandi febres, sed earum naturae speculationem continet.*

13. Idem praeclarus vir, *Conradus Gesnerus* in partitionibus rhetoricis titulo II. Aphrodiseo tribuit commentarium siue scholia graeca in libros tres rhetorices Aristotelis, quae initio mutila sine auctoris nomine prodierint graece Paris. per Conradum Neoburium 1538. minoris folii forma. Sed longe iuniorem illa et Christianum auctorem agnoscunt, vt notare me memini supra lib. III. cap. 5. §. 6. [vol. III. pag. 221.] Quamquam Aphrodiseum etiam in libros Aristotelis rhetoricos scripsisse inficiari nolim mm): arabicam enim commentarii Alexandri in rhetorica versionem, ab Isaaco ben Homin concinnatam, memorat *Herbelotus*

ii) Illi conuenit cod. *Florent.* bibl. Medic. XIV. plut. 75. apud *Bandin.* catal. codd. gr. III. col. 161. *Harl.*

kk) In *Fabricii* B. L. med. et infimae aetatis, tom. VI. edit. Mansi citatur illa collectio Venet. per Anton. de Strata, 1488. et recusa ibid. per Simonem Papiensem, dictum Beuilaquam, 1498. fol. add. *Fossii* catal. bibl. Magliab. I. pag. 68. *Harl.*

ll) In *Halleri* bibl. medicinae practicae tom. I. pag. 227. citantur editt. lat. ex interpretat. *Vallae*, Venetiis, 1498. fol. et Lion 1516. 8. cum *Symphoriano* de claris medicinae scriptoribus, Geneuae 1612. 8. — In bibl. *Bodleiana*, (catal. illius bibl. tom. I. pag. 29.) citatur edit. lat. in calce operum *Iac. Fontani*, p. 271. Colon. Allobrog. 1612. 4. *Harl.*

mm) In cod. *Matrit.* LVIII. (*Iriart.* catal. codd. gr. p. 196.) est excerptum ex Alex. Aphrod. quod ad comm. rhetoricorum pertinere videtur: τί διαφέρει ἡ ῥητορικὴ τῆς διαλεκτικῆς, *quo differat rhetorica a dialectica*, et incipit: Ἀλέξανδρος ὁ ἀφροδισιεὺς ταύτῃ διαφέρειν φησὶ τὴν διαλεκτικὴν τῆς ῥητορικῆς. *Harl.*

tus bibl. oriental. pag. 970. *Fabric.* Secundum auctorem *arabicae philosophorum bibl.* in *Casiri* bibl. arab. hispan. pag. 243. scripsit Alexander Aphrod. librum *de rhetorica*, et commentatus est in eum *Alkendus*, arabice autem fecisse fertur *Isaacus* aut *Abrahamus Ben Abdalla:* commentariis quoque illustrauit *Abu Nasser Alpharabius:* qui liber charactere vetusto, *Ahmedi Ebn Althaieb Alsarkhasi* manu exaratus, centum circiter foliis constans dicitur. *Harl.*

Libros duos de figuris sensus et dictionis inter scripta Aphrodisei idem Gesnerus male refert, quum sint Alexandri rhetoris, Numenii [?] F. vt ex Iulio Rufiniano pulchre obseruauit Laurentius Normannus, Vpsaliae suae nuper decus. Dixi de illis infra in rhetoribus. Alexandrum Aphrodiseum scriptoribus musices practicae ac speculatiuae accenset Posseuinus XV. 6. bibl. selectae, sed nihil eius exstat hoc argumento, quod sciam.

III. *Scripta Alexandri Aphrodisei deperdita, vel quae inedita adhuc delitēscere feruntur.*

Ineditis praefiximus Asteriscus.

1. *Commentarius in Aristotelis κατηγορίας.* Meminit *Simplicius* in Categ. et in I. de coelo pag. 38. b. edit. graecae. et *Alexander* ipse in Topic VII pag. 225 atque in elenchos sophist. pag. 13. b. et 58. *Fabric.* Exstitisse eum, ex eo patet, quod (in *Casiri* bibl. mem. I. pag. 304.) auctor arabicae philosoph. biblioth. tradit, *Abu Zacharia* ... *categoriarum* Aristot. librum cum *Aphrodisiensis* commentariis in arabicum vertisse, eamque versionem trecenta circiter folia complecti. Idem auctor pag. 305. prodit, Aphrodisiensem in *syllogismum categoricum* duplicem edidisse commentarium, alterum altero perfectiorem: sed ille comm. in analytica priora fuisse videtur. *Harl.*

2. *In librum περὶ ἑρμηνείας.* Alexander in Metaphys. pag. 319. *in libri de enunciatione lectione secunda declaratur.* Mentio et pag. 14. in elenchos sophist. et in *Leonis Magentini* comm. in Aristot. περὶ ἑρμην. atque apud *Boethium* passim in suis ad eundem Aristotelis librum commentariis: inter alia pag. 291. *Aspasius quoque et Alexander sicut in alios Aristotelis libros, in hunc quoque commentarios ediderunt. Fabric.* Alexandri Aphrod. commentarium iam tempore auctoris arabicae philosophorum bibliothecae intercidisse, cognoscimus ex *Casir.* l. cit. I. pag. 305. *Harl.*

3. *In librum secundum Analyticorum priorum.* Alexander ipse in sophisticos elenchos p. 16. b. et clarissime p. 20. *Iohannes Philoponus* in II. analytic. prior. p. 94. b. p. 108. b.

4. * *In libros analyticorum posteriorum* Alexander ipse sub init commentarii in sophisticos elenchos: ἤδη φθάσαντες εἴπομεν ἐν οἷς τε περὶ τοῦ ἁπλῶς συλλογισμοῦ διελέγετο ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ ἐν οἷς τὴν ἀποδεικτικὴν ἀπεδίδου μέθοδον. Et pag. 31 b. ὡς ἐν τῇ ἀποδεικτικῇ δέδεικται. Meminit et *Philoponus* III. 3. contra Proclum de Mundi aeternitate. Exstant graece in bibl. Vaticana teste Gesnero et *arabice* adhuc superesse notat *Hottingerus* pag. 253. analect. historico theolog. [sed confer *Casiri* bibl. mem. I. pag. 305.] Etiam commentarium Alexandri in librum secundum posteriorum analyticorum vna cum Eustratio et Anonymo in eundem librum latine editum esse, scribit Hendreichius in pandectis Brandenburgicis. Sed scribit praeter rem.

Hos

Hos Alexandri commentarios, (nescio, num omnes,) latine vertisse se testatus est *S. Hieronymus* epistola XXXII. ad Domnionem, [P] cuius verba adfert etiam Rufinus contra Hieronymum disputans: *Frustra ergo Alexandri verti commentarios, nequidquam me doctus magister per εἰσαγωγὴν duxit in logicam.* Idem Rufinus: *Sic tibi Alexandri tui commentarii profuere, sic Porphyrii εἰσαγωγή?*

5. * *In libros physicae acroaseos.* Alexander in sophisticos elench. pag. 51. b. καὶ ὅσα ἄλλα αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ ζ΄. τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως εἴρηκεν. καὶ ἡμεῖς ταῦτα ἐξηγούμενοι τεθεωρήκαμεν. et pag. 56. καὶ ἐν τοῖς τὰ φυσικὰ ἡμετέροις εἰρήκαμεν θεωρήμασιν. Ad eadem remittit lectorem in lib. V. metaphys. pag 165. et in lib. XI. pag. 364. 389. et ad IV. meteorolog. pag. 128. b. ὡς ἐν τῇ φυσικῇ ἀκροάσει ἐδείχθη. Ceterum accenseo hos in physica commentarios libris Alexandri deperditis, licet graece illa in, nescio qua, Veneta bibliotheca superesse scripserit Gesnerus; arabice *Hottingerus* p. 254. analector. *Fabric.* de syriacis et arabicis version. vid. *Casiri* bibl. mem. I. pag. 243 sq. *Harl.*

6 et 7. *In libros Aristotelis de anima, et rhetoricos.* Vide supra in recensione editorum Aphrodisei scriptorum, nr. 9 et 13. *Fabric.* Apud *Casir.* l. c. I. pag. 243. Alex. scripsit quoque *de poetica* libr. I. quem in arabicam linguam transtulit *Abu Baschar Matthaeus* et *Iahia Ben-Adi: Alkendaeus* vero in epitomen contraxit. *Harl.*

8. * Ὑπόμνημα *in libros de generatione et corruptione.* Meminit Alexander ipse libro II. dubitationum et solutionum cap. 22. et arabice exstare *Hottingerus* loco laudato auctor est. *Fabric.* Syriace reddidit *Honainus;* arabice *Isaac* et *Abu Othman Damascenus.* Plura vid. apud *Casir.* l. c. I. pag. 244 sq. *Harl.*

9. * *In libros de coelo.* Etiam in hos scripsisse Aphrodiseum vel e Simplicio satis constat. Et meminit *Philoponus* VI. 27. aduersus Proclum. Atque *Alexander* ipse in I. Meteorolog. pag. 76. et in XII. Metaphys. pag. 391. Sed et arabice exstare *Hottingerus* loco iam memorato scripsit. [adde *Casir.* l. c. I. pag. 244.]

10. Μονόβιβλος, cuius meminit *Philoponus* in I. Analytic. prior. loco, quem adduxi paullo ante in nota ad catalogum editorum Alexandri scriptorum, nr. 7.

11. * *Disputatio de virtutibus,* ἐπιδρομὴ πόθεν ἡ τῶν ἀρετῶν εὕρεσις καὶ σύστασις. Exstat *Lambecio* teste manu exarata graece in codice caesareo philosophico CCCXI. et paginas viginti duas circiter in quarto implens, incipit: ἐπεὶ ἡ εὐδαιμονία τοῖς ἀνθρώποις σκοπὸς, καὶ δεῖ πάντα πράττειν, ὅπως ταύτην κτησαίμεθα, ὡς τέλος τε καὶ μέγιστον τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν, ἀδύνατον δὲ etc. *Fabric.* Apud Nesselium part. IV. est cod. CCCXI. sed in *Lambecii* comment. VII. col. 231. nr. V. numeratur cod. LXVI. et occupat folia tria et viginti, notante Kollario. Incipit vero: ἐπιδρομὴ, πόθεν ἡ τῶν ἀρετῶν εὕρεσις καὶ σύστασις. ἐπεὶ ἡ εὐδαιμονία etc. definit autem: Τέλος τῶν περὶ ἀρετῶν Κεφαλαίων Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀφροδισιέως. *Harl.*

12. Πρὸς Ζηνόβιον τὸν Ἐπικούρειον. *Aduersus Zenobium Epicureum. Simplicius* in physica Aristotelis pag. 113. b.

11. Περὶ δαιμόνων λόγος. *Liber de Daemonibus. Michael Ephesius* pag. 148 in Aristotelem de diuinatione per somnium: πᾶς δὲ κινεῖται καὶ σχηματίζεται [P] (τὰ εἴδωλα)

 εἴρηται

εἴρηται Ἀλεξάνδρῳ ἐν τῷ περὶ δαιμόνων λόγῳ. Thomas Galeus notis ad Iamblichum de Mysteriis Aegypt. pag. 204. *Si exstarent, quae Posidonius fertur consignasse litteris, de daemonibus et heroibus, aut quae περὶ δαιμόνων scripti sit Alexander Aphrodisieus, quem in eo argumento Michael Ephesius, vbi de diuinatione agit, nec non Camotius collaudant, certiora de his comperiremus.*

14. *De lapidum natura et viribus.* *Michael Psellus* extremo libri de lapidibus, quum laudasset de hoc argumento Anaxagoram, Empedoclem et Democritum, τῶν δὲ, inquit, ὁ πολὺ πρὸ ἡμῶν ὁ ἐκ τῆς Ἀφροδισίας Ἀλέξανδρος, ἄνθρωπος περὶ πάντων ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων τῆς φύσεως προχειρότατος.

15. *Libri allegoriarum in confictas de diis narrationes*, quorum secundus allegatur in Alexandri problemate LXXXVII. libri primi, ὥσπερ μοι, inquit, δεδήλωται κατὰ τὸ δεύτερον βιβλίον ἀλληγοριῶν τῶν εἰς Θεὸς ἀναπλαττομένων πιθανῶν ἱστοριῶν. Sed incertum est num problemata illa Alexandrum Aphrodiseum habeant auctorem. Ex eodem opere petita sunt quae de Pane, Endymione et Prometheo leguntur lib. I. problemate CXXXIV. tum, quae de Baccho lib. II. problem. LXXXIX. ex iis, quae sola Gazae versio nobis seruauit. Nisi diuersus sit auctor, possint etiam ex hoc opere petita videri, quae disputat Alexander in XII. Metaphys. pag. 395. Aliud plane opus et alterius Alexandri est Θαυμασίων συναγωγὴ, de qua *Photius* cod. CLXXXIX. *Fabric.*

[16. De *theologia* seu *metaphysica* lib. I. quem librum diuersum fuisse ab Alexandri commentariis in libros XII. metaphysicorum Aristot. supra ad nr. V. iam adnotauimus. Num illius aut alius opusculi partes, aut peculiares fuerint libri, *de prouidentia* liber I. *de discrimine materiae a genere* lib. I. *de confutatione sententiae eorum qui contendunt, nihil fieri ex non ente* lib. I. *de ente immobili et aeterno contra Galenum*, quos apud *Casir.* l. c. I. pag. 243. auctor arabicae philosophorum bibliothecae nostro accenseri prodit, et num reuera illi nostrum habuerint parentem, pro certo edicere non audeo. Idem Arabs pag. 245. scribit, in librum *de astrorum influxu* exstare etiam *Alexandri Aphrodisei* commentarium. *Harl.*]

IV. *Index scriptorum, in vniuersis quae edita exstant Aphrodisei scriptis laudatorum, per otium a me concinnatus.*

De anima vsus sum editione graeca Venet. 1534 fol. In I. *analyticor.* latina Venet. 1542. fol. In *elenchos sophisticos* graeca Venet. 1520. fol. *De fato* allego lectiones edit. graecolatinae Lond. 1658. 8. *De febribus* latine Venet. 1588. fol. *De intellectu*, itidem latine in opere septisegmentato, Bononiae 1516 fol. In *metaphysica* edit. latina Paris. 1536. fol. In *meteorologica* graec. Venet. 1527. fol. *De mixtione*, graece ad calcem commentarii in meteorol. *Problemata* ex edit. graeca Frid. Sylburgii, et vbi haec deficit, latina versione Theodori Gazae. *Quatuor partium librum*, graece [?] Venet. 1536. fol. *De sensu et sensibilibus*, graece, Venet. 1527. fol. *In topica*, graece, Venet. 1513.

Academici. *de anima* pag. 154.
Aelius. *Meteor.* pag. 118.
Aegyptii. *Meteor.* pag. 79. Aegyptiorum sapientes. id. pag. 395.
Aeschylus, Hippocratis, Chii, discipulus. *Meteor.* pag. 78. a. b. 79.

Aesculapii

Aesculapii donum, ars medica laudatur *prooem. libri II. problem.*

Aesopi fabula de mari. *Meteor.* pag. 95.

Ἀγαθὸς nomen proprium Olympionicae. *Sophist. Elench.* pag. 53.

Alcmaeon, Crotoniata. *Metaphys.* pag. 19.

Alexander sui ipsius meminit *Metaphys.* pag. 227. 233. 261. 267. 273. 274. 276. 308. 362. inprimis pag. 278. *Alexander gracilis, philosophus, albus, Aphrodisius.*

Anaxagoras, Clazomenius. *Metaphys.* pag. 12. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 27. 28. 31. 41. 134. 135. 141. 144. 158. 159. 160. 235. 339. 359. 372. 373. 383. 384. 399. 400. *de mixtione* pag. 141. b. *de sensu* pag. 105. b. *Meteor.* pag. 73. 78. a. b. 79. b. 81. b. 85. b. 86. 106. b. 107. 111. b. 112. *de anima* pag. 148.

In physicis non contemnendus, fatum, dixit, inane esse nomen, *de fato* sect. 2. *de anima* pag. 161.

Anaximander. *Metaphys.* pag. 20. 26. 27. 328. *Meteor.* pag. 91. 93. b.

Anaximenes, Milesius. *Metaphys.* pag. 12. 20. 98. *Meteor.* pag. 106. b. 107. a. b.

Andronicus librum περὶ ἑρμηνείας negans Aristotelis esse refellitur I. *Analytic.* pag. 88. adde 233.

Antipatri syllogismi μονολήμματοι. *Topic.* pag. 6. Antipatri discipulus, Sosigenes. *de mixtione* pag. 142.

Antiphontis sententia de natura. *Metaphys.* pag. 171. τετραγωνισμὸς κύκλȣ διὰ μηνίσκων. *Sophist. Elench.* pag. 30. a. b.

Antisthenes. *Topic.* pag. 24. docebat, ὅτι ȣ̓κ ἔςιν ἀντιλέγειν. id. 39. 43. vbi refellitur *Metaphys.* pag. 217 sq. 292.

Apollonius, medicus, cui liber inscribitur de febribus.

Aratus. *Meteor.* pag. 38. 103.

Οἱ ἀρχαῖοι. *Meteor.* pag. 115. 84. Platonici veteres *Metaphys.* pag. 82. Pythagorici, *de anima* pag. 140. Physici, *Metaphys.* pag. 72. *de sensu* pag. 106.

Archelaus, *de mixtione* pag. 141. b.

Archimedes, geometra. *Topic.* pag. 49. [?]

Archytas. *Metaphys.* pag. 290.

Aristarchi γραμματική. *Topic.* pag. 39. Aristarchus, grammaticus. *Metaphys.* pag. 228.

Aristippus, mathematicis disciplinis detrahens. *Metaphys.* pag. 74.

Aristoteles, in libris περὶ τἀγαθȣ͂. *Metaphys.* pag. 25. 26. 119. 386. 330. 349.

περὶ ἀποδείξεως. *Metaphys.* pag. 242. 270.

ἐν τῷ περὶ ἰδίȣ λόγῳ. *Topic.* pag. 246. respicit librum quartum Topicorum.

περὶ κινήσεως sunt libri vltimi de physica auscultatione. *de sensu* pag. 114. b.

Liber primus minor metaphysicorum Aristoteli non abiudicandus. *Metaphys.* pag. 82. 55.

Liber quartus meteorologicorum reuera est de generatione et corruptione. *Quaest. et solut.* lib. III. cap. 14.

ἐν τοῖς περὶ τȣ͂ Νείλȣ ἀναβάσεως. *Meteor.* pag. 68. b.

ἐν τῷ περὶ προβλημάτων. *Topic.* pag. 43. respicit, et I. *problem.* 141. II. 47.

Libro secundo de opinionibus pythagoricorum. *Metaphys.* pag. 2. 18.

ἐν τοῖς περὶ ςοιχείων, i. e. de generatione et corruptione. *de sensu* pag. 106. b.

 Liber

Liber octauus topicorum a quibusdam inscribitur *περὶ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως*, ab aliis *περὶ τάξεως καὶ ἀποκρίσεως. Topic.* pag. 249.
περὶ ὑγείας καὶ νόσου εἰ ἐγένετο, οὐ σώζεται. de sensu pag. 94.
Aristotelis *περὶ φυτῶν πραγματεία οὐ φέρεται*, sed Theophrasti. *de sensu* pag. 109.
Hyperbaton notatur VII. *Metaphys.* pag. 258. obscuritas. id. pag. 271. 357. etc. verba ab aliena manu inserta. id. pag. 329. 393.
Solet ob veritatis confirmationem bis de iisdem rebus meminisse. *Metaphys.* pag. 383.
Eius sententia de prouidentia. *lib. I. quaest. et solut. cap. 25.* et *lib. II. cap. 21.*
Aristoxenus, musicus. *Topic.* pag. 49.
Ἁρμονικοί. *de sensu* pag. 120. b.
Arithmetici. *problem.* II. 47. *Metaphys.* pag. 120.
Aspasius. *Metaphys.* pag. 19. 26. *de sensu* pag. 94. b.
Astrologi. *de anima* pag. 159. *Metaphys.* pag. 84.
Athenaeus *ἐν τῷ δειπνοσοφιστῇ. Sophist. Elench.* pag. 4. b.
Atheniensium lex, ratum esse debere, quod iudices statuissent. *Sophist. Elench.* pag. 55. [?]
Atlas, Olympum sustentans. *Metaphys.* pag. 210.
Boethus. *de anima* pag. 154.
Brysonis, geometrae, *τετραγωνισμὸς κύκλου. Sophist. Elench.* pag. 25. b. 30. a. b.
Caeneus. *Sophist. Elench.* pag. 29. b.
Callias, musicus et grammaticus. *Metaphys.* pag. 362.
Callicles (apud Platon.). *Sophist. Elench.* pag. 38. 60. b. *Topic.* pag. 269. etc.
Callippus, astrologus. *Metaphys.* pag. 390. 391. 392. 393.
Censorinus, academicus. *lib. I. quaest. et solut. cap. 13.*
Choerili inepta similia. *Topic.* pag. 255.
Chrysippus. I. *Analytic.* pag. 98. *Topic.* pag. 43. *de mixtione* pag. 141. b. 142. a. b.
Clidemus (Κλείδημος). *Meteor.* pag. 112. a. b.
Corax, rhetor. *Topic.* pag. 61.
Coriscus, musicus. *Sophist. Elench.* pag. 40. 50. 53. 56. b. *Metaphys.* pag. 174 sq. 228. etc.
Cratylus, Heracliti auditor. *Metaphys.* pag. 144. Platonis familiaris. id. pag. 22.
Cyclus Epicus. *Sophist. Elench.* pag. 27. b.
Democritus. *Metaphys.* pag. 16. 20. 26. 27. 141. 143. 144. 147. 172. 235. 279. 288. 372. *de mixtione* pag. 141. b. *lib. II. quaest. et solut. cap. 23.* *Topic.* pag. 13. *de sensu* pag. 97. a. b. 98. 103. 105. b. sq. 108. b. 109. 116. b. *de anima* pag. 128. *Meteor.* pag. 78. a. b. 79. b. 81. b. 91. b. 95. a. b. 106. b. 107. Ex duabus atomis vnam fieri posse negauit. *Metaphys.* pag. 274.
Demosthenes. *Topic.* pag. 84 sq.
Dialectici. *Metaphys.* pag. 117.
VI. *Quomodo quod est superius ente non intelligat, quidue primo sit intelligens, quidue secundo.* — 34. περὶ τοῦ τὸ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος μὴ νοεῖν, καὶ τί τὸ πρώτως νοοῦν, καὶ τί τὸ δευτέρως.

VII. *Vtrum* — 18. περὶ

telis, qui animam pro entelechia siue forma actuali corporis habuit, sed prolixam disputationem, opinioni illi oppositam *Eusebius* XV. 10. praeparationis Euangelicae adfert ex Plotini περὶ ἀθανασίας ψυχῆς secundo libro. Eam vnde habuerit Eusebius, mirum est; nam in iis quidem, quae exstant, Plotini scriptis incassum illam quaeres.

aa) Vocabulum ἀποριῶν in omnibus tribus libris supra cap. 5. desideratur. Ex hoc tertio libro Enneadis quartae locum citat *Augustinus* VIII. 10. de Ciuitate Dei.

bb) Confer *Eusebii* praeparat. lib. XV. cap. 22.

cc) Ex hoc libro loca adferunt *Eusebius* XI. 17. praeparat. *Cyrillus* I. contra Iulian. pag. 67. IV. pag. 145. VIII. pag. 273. 275. 276. 280. *Theodoritus* II. Therapeut. pag. 33.

dd) Rectius supra cap. 4. τὰ μετὰ τὸ πρῶτον. Nam post vnum illud non vnum tantum, sed plura et infinita deinceps sequuntur; vnde et Enneadis V. liber II. iam fuit περὶ γενέσεως καὶ τάξεως τῶν μετὰ τὸ πρῶτον.

ee) De hoc libro et Porphyrii, qui contra scripserat, retractatione supra cap. 18. et cap. 20. in Longini fragmento sect. 13. Ex Plotini περὶ νοητῶν ἢ περὶ τἀγαθοῦ locum producit *Philoponus* contra Proclum de mundi aeternitate II. 5. et IV. 16.

18. περὶ τοῦ, εἰ καὶ τῶν καθέκαστά ἐστιν εἴδη [ff]).

31. περὶ τοῦ νοητοῦ κάλλους.

5. περὶ νοῦ καὶ τῶν ἰδεῶν καὶ τοῦ ὄντος [gg]).

VII. *Vtrum singularium sint etiam ideae.*

VIII. *De intelligibili pulchritudine.*

IX. *De intellectu, ideisque et ente.*

C. XXVI. Καὶ τὴν τετάρτην οὖν καὶ τὴν πέμπτην Ἐννεάδα εἰς ἓν σωμάτιον κατετάξαμεν, λοιπὴν δὲ τὴν ἕκτην Ἐννεάδα εἰς ἓν ἄλλο σωμάτιον, ὡς διὰ τριῶν σωματίων γεγράφθαι τὰ Πλωτίνου πάντα, ὧν τὸ μὲν πρῶτον σωμάτιον, ἔχει τρεῖς Ἐννεάδας, τὸ δὲ δεύτερον δύο, τὸ δὲ τρίτον, μίαν. [¶] ἔστι δὲ τὰ τοῦ τρίτου σωματίου, Ἐννεάδος δὲ ἕκτης, ταῦτα.

Quartam igitur atque quintam Enneadem in corpus vnum redegimus: *Sextam* vero Enneadem in vnum aliud corpus cogere placuit, vt scripta Plotini omnia in tria corpora redigantur, quorum primum quidem tres continet Enneades, secundum vero duas, tertium denique vnam. Libri vero tertii corporis, sed Enneados sextae ita sequuntur:

42. περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος, πρῶτον.

43. περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος, δεύτερον.

44. περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος, τρίτον.

22. περὶ τοῦ τὸ ὂν ἓν καὶ ταὐτὸ ὂν ἅμα, πανταχοῦ εἶναι ὅλον, πρῶτον.

23. περὶ τοῦ τὸ ὂν ἓν καὶ ταὐτὸ ὂν ἅμα, πανταχοῦ εἶναι ὅλον, δεύτερον.

34. περὶ ἀριθμῶν [hh]).

38. πῶς τὸ πλῆθος τῶν ἰδεῶν ὑπέστη, καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ.

39. περὶ τοῦ ἑκουσίου καὶ θελήματος τοῦ ἑνός [ii]).

9. περὶ τἀγαθοῦ ἢ τοῦ ἑνός.

I. *De generibus entis, primus.*

II. *De generibus entis, secundus.*

III. *De generibus entis, tertius.*

IV. *Quod vnum idemque simul vbique sit totum, primus.*

V. *Quod vnum idemque simul vbique sit totum, secundus.*

VI. *De numeris.*

VII. *Quomodo idearum exstitit multitudo, atque de bono.*

VIII. *De libertate voluntateque vnius.*

IX. *De bono vel vno.*

Τὰ μὲν οὖν βιβλία εἰς ἓξ Ἐννεάδας τοῦτον τὸν τρόπον κατατετάξαμεν, τέσσαρα καὶ πεντήκοντα ὄντα. καταβεβλήμεθα δὲ καὶ εἴς τινα αὐτῶν ὑπομνήματα ἀτάκτως, διὰ τοὺς ἐπείξαντας ἡμᾶς ἑταίρους γράφειν, εἰς ἅπερ αὐτοὶ τὴν σαφήνειαν αὐτῶν γενέσθαι ἠξίουν. Ἀλλὰ

Libros igitur quatuor et quinquaginta in sex nouenarios ita disposuimus, inseruimus autem in libros quosdam absque certo ordine commentaria, quoniam amici, qui nos vrgebant ad commentandum, ea potissimum a nobis exigebant exponi, quae maxime declaratione

ff) Supra cap. 4. pro εἴδη legitur ἰδέαι, eodem sensu.

gg) Vide supra cap. 19.

hh) Citat *Proclus* lib. I. theologiae platonicae cap. 11. pag. 27. respicit et IV. 32.

ii) Titulus generalior supra cap. 5. περὶ τοῦ ἑκουσίου.

tione apud illos egebant: quin etiam capitula omnium secundum editionis librorum tempora fecimus, praeterquam de pulchro. Nam deerat hic nobis notitia temporis. Verum in his non capitula solum secundum vniuscuiusque libri modum exposita sunt, verum etiam argumenta, quae sunt capitulorum more connumerata. Nunc vero libros singulos percurrentes puncta etiam signaque adhibere conabimur, et si quid vsquam in dictionibus erratum fuerit, emendare, ac si quid aliud nos moueat, opus ipsum significare potest.

Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ κεφάλαια αὐτῶν πάντων, πλὴν τȣ̃ [P] περὶ τȣ̃ καλȣ̃ kk) διὰ τὸ λεῖψαι ἡμῖν, πεποιήμεθα κατὰ τὴν χρονικὴν ἔκδοσιν τῶν βιβλίων, ἀλλὰ καὶ ἐπιχειρήματα, ἃ ὡς κεφάλαια συναριθμεῖται. νυνὶ δὲ πειρασόμεθα ἕκαστον τῶν βιβλίων διερχόμενοι, τάς τε στιγμὰς ll) αὐτῶν προστεθεῖναι, καὶ εἴ τι ἡμαρτημένον εἴη κατὰ λέξιν, διορθȣ̃ν, καὶ ὅτι ἂν ἡμᾶς ἄλλο κινήσῃ, αὐτὸ σημαίνει τὸ ἔργον.

Hactenus Porphyrius. *Harl.*

I. *De Plotino.* II. *Eius obscuritas. Genius.* III. *Num Spinozismo faueat.* IV. *Dogma eius de diuina trinitate.* V. *Iulii Firmici et Petri Petiti de Plotino censurae.* VI. *Scripta eius ab Eustochio, Porphyrio, Proclo recensita vel illustrata.* VII. *Dexippus contra Plotinum de decem praedicamentis.* VIII. *Indiculus scriptorum, a Dexippo citatorum. Anonymus graecus aduersus Plotinum de anima.* IX. *Plotini operum a Porphyrio in Enneades distributorum editiones. Scripta Plotino tributa, quae in Enneadibus non exstant.* X. *Indiculus scriptorum a Plotino laudatorum.* XI. *Ammonius Saccas, Plotini praeceptor. Cum Ammonio, peripatetico,* [?] *eiusdem aetatis et cum Ammonio Hermeae non confundendus, nec cum Ammonio Christiano saeculi tertii scriptore.* XII. *De Ammonio Hermeae.* XIII. *Eius scripta.* XIV. *Index scriptorum, in vniuersis Ammonii huius commentariis citatorum.* XV. *Alii decem Ammonii scriptis clari. Index scriptorum, quos laudat Ammonius, grammaticus, in libro de differentiis vocabulorum.*

I.

Constat aliorum etiam testimoniis auctorum, quanta fuerit Plotini inter philosophos auctoritas, quantum etiam post fata nomen, vt velut alterum Platonem reddidisse aetati suae videretur. Vnde *Proclus* in Theologia Platonica libro et capite primo, Τȣ́τȣς δὴ, inquit, τȣ̀ς τῆς Πλατωνικῆς ἐποπτείας ἐξηγητὰς καὶ τὰς παναγεστάτας ἡμῖν περὶ τῶν θείων ὑφηγήσεις ἀναπλώσαντας καὶ τῷ σφετέρῳ καθηγεμόνι (τῷ Πλάτωνι) παραπλησίαν τὴν φύσιν λαχόντας

kk) Ennead. I. liber VI. Ceterum commentarii Porphyrii, quibus scripta Plotini illustrauit, interciderunt, scripta Plotini ipsa ex eius recensione habemus, quae chronologico etiam, quo scripta sunt, ordine supra cap. 4 sq. recensuit. Illam capitum, quam hic commemorat, temporis ordine factam descriptionem itidem amisimus. Porro ἀφορμὰς Porphyrii πρὸς τὰ νοητὰ Holstenius, qui eas auctiores e codice Vaticano edidit, pridem obseruauit, nihil aliud esse, quam introductionem quamdam in Plotini scripta.

ll) Criticorum munus, interpungere colis et punctis celebrium scriptorum monumenta, quod interdum facere non est cuiusuis, vt de Heracliti scriptis *Aristoteles* III. 6. Rhetor. τὰ Ἡρακλείτȣ διαστίξαι ἔργον. *Fabric.* conf. *Villoison.* anecd. gr. II. pag. 139. *Harl.*

λαχόντας εἶναι θείην ἂν ἔγωγε ΠΛΩΤΙ'ΝΟΝ τὸν Αἰγύπτιον, καὶ τὰς ἀπὸ τούτου παραδεξαμένους τὴν θεωρίαν, 'ΑΜΕ'ΛΙΟ'Ν τε καὶ ΠΟΡΦΥ'ΡΙΟΝ, καὶ τρίτους οἶμαι τοὺς ἀπὸ τούτων ὥσπερ ἀνδριάντας ἡμῖν ἀποτεχθέντας, "ΙΑΜΒΛΙΧΟ'Ν τε καὶ ΘΕΟ'ΔΩΡΟΝ [a]), καὶ εἰ δή τινες ἄλλοι μετὰ τούτους ἑπόμενοι τῷ θείῳ τούτῳ χορῷ περὶ τῶν τοῦ Πλάτωνος τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν ἀνεβάκχευσαν. Eunapius: Πλωτίνου θερμοὶ βωμοὶ νῦν, καὶ τὰ βιβλία οὐ μόνον τοῖς πεπαιδευμένοις διὰ χειρὸς ὑπὲρ τοὺς Πλατωνικοὺς λόγους, ἀλλὰ καὶ τὸ πολὺ πλῆθος ἐάν τι παρακούσῃ δογμάτων, εἰς αὐτὰ κάμπτεται. *S. Augustinus* IX. 10. de ciuitate Dei: *Plotinus certe nostrae memoriae vicinus temporibus, Platonem ceteris excellentius intellexisse laudatur.* Et VIII. 12. *Ex Platonicis sunt valde nobilitati Graeci, Plotinus, Iamblichus, Porphyrius.* Idem III. 18. contra Academicos: *osque illud Platonis, quod in philosophia purgatissimum est et lucidissimum, dimotis nubibus* [?] *erroris emicuit maxime in Plotino, qui Platonicus philosophus ita eius similis iudicatus est, vt simul eos vixisse: tantum autem interesse temporis, vt in hoc ille reuixisse putandus sit.* Φιλοζητητὴς ὢν ἄγαν, καὶ διὰ πάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἰσχνομυθίας ἐληλακώς, quod *S. Cyrilli* de eo elogium est VIII. contra Iulian. pag. 273. *Inter philosophiae praeceptores cum Platone princeps*, iudice *Macrobio* lib. I. in somnium Scipionis cap. 8. Laudant Plotinum praeterea Eusebius, Iulianus imperator, Theodoritus, Aeneas Gazaeus in Theophrasto, Syrianus, Sidonius III. epist. 6. ad Eutropium, quem Plotini consectaneum vocat, et alii infiniti. E recentioribus vnum memorabo *Ioannem Picum Mirandulanum*, cuius Hexameron quum legisset Hermolaus Barbarus, ita ad eum scripsit a. 1499 Venetiis pridie Non. Septembr. (inter epistolas Politiani XII. 36.) *Omitto, quam multa ex Plotino egregia, quam cursim et eleganter attigeris, vt quicquid fere quatuor eius et quinquaginta volumina in sex nouenarios a Porphyrio digesta continent, non plus legisse, quam edidisse videaris.* [conf. *Pope-Blount* censur. celebrior. auctor. pag. 203 sqq.]

II. Obscuritatem in eo praeter Longinum ipse notat *Porphyrius* cap. 18. et *Eunapius* Porphyrium Plotino defuncto ait, tanto magis Romae communiter fuisse probatum, quod cuncta aperte ac dilucide traderet, quum Plotinus τῷ τε τῆς ψυχῆς οὐρανίῳ καὶ τῷ λοξῷ καὶ αἰνιγματώδει τῶν λόγων βαρὺς ἐδόκει καὶ δυσήκοος. Caussae obscuritatis, quod *magis quam quisquam verborum parcus* fuerit, vt de illo est apud *Macrobium* II. 12. in somnium Scipionis, cui rei accessit subtilitas abstrusarum profundarumque cogitationum, non habentium semper vbi consistant, et de rebus a captu non minus hominis quam sensu remotis, cum dubitatione quadam audax et praefidens disputatio, et mystico interdum atque allegorico velo obducta. Interim Socratis exemplo genium se habere iactauit, neque aliquod e vulgo daemonium, sed Deum [b]) quempiam maiorem daemonibus, quin imo ad summi Dei [c]) coram fruendi contemplationem procul forma et idea quacunque, actu ipso aliquoties admissum se gloriatus est. Itaque et *Ammianus Marcellinus* [d]) inter eos, quibuscum familiares genii versati

a) Theodorum Asinaeum puto a Proclo innui, quem saepe laudat commentariis in Timaeum. Etiam *Sopatrum* Apameensem προεστῶτα τῆς Πλωτίνου διαδοχῆς vocat *Sozomenus* lib. I. cap. 5. hist. Iamblichi nempe discipulum a Constantino M. interemtum, teste Eunapio in Aedesii vita, Zosimo lib. II. et Suida in Σώπατρος.

b) *Porphyr.* in Plotini vita cap. 10.

c) *Porphyr* in Plotini vita cap. 23.

d) Lib. XXI. histor. cap. 14.

ſati ſunt, refert Plotinum, *auſum quaedam* [[150]] *ſuper hac re diſſerere myſtica, altique monſtrare* [e]), *quibus primordiis hi genii animis connexi mortalium, eas tanquam gremiis ſuis ſusceptas tuentur quoad licitum eſt, docentque maiora, ſi ſenſerint puras, et a colluuione peccandi immaculata corporis ſocietate diſcretas. Fabric.* G. *Naudé* apologie pour tous les grands perſonnages, qui ont eſté fauſſement ſoupçonnez de Magie, (Hagae 1679. 8.) pag. 268. a magiae crimine abſoluit Plotinum, arbitrans, illa de daemone et miraculis Plotini ficta fuiſſe ab illius ſectatoribus, et ad opinionem Chriſtianorum de ſua doctrina, miraculis ſtabilita, illudendam atque euertendam. Verum compara *Meiners* Beytrag etc. pag. 20 ſqq. pag. 47 ſqq. *Brucker* l. c. pag. 228. 230 ſq. *Tiedemann* l. c. pag. 281 ſqq. 372 ſq. *Harl.*

III. *Petrus Baelius,* qui vitae Plotini a Porphyrio ſcriptae compendium amoeno ſtilo gallico condidit, inſeruitque dictionario ſuo hiſtorico, inter alia pag. 2455. [pag. 758. edit. nouiſſ.] D. notat, Plotini philoſophiam non longe diſtare a Spinoſiſmo: nec diffiteor, quaedam eius dogmata propius ad eum accedere videri; tamen ſi attentius conſideraueris, plurimum diſtant. Nam Deum concipit ſibi Plotinus primam cauſſam omnium rerum, vt luminis ſolem [f]): prouidere omnibus rebus, adeo diuerſam [g]) ab illis omnibus, quarum cauſſam voluntate et ratione [h]) illum eſſe agnoſcit, vt, quicquid in his vel ſenſibus vel intelligendo etiam concipitur, locum tempusque Deo inferius eſſe putet, adeoque ab illo remoueat: at ita remoueat, vt tamen habere illum aliquid omni ſenſu et intelligentia ſublimius, pulcrius, perfectiusque et amabilius profiteatur, ad cuius contemplationem beatiſſimam vnionemque ſenſu omni et intelligentia ſuperiorem puritate mentis, huiusque acie in ipſum demerſa atque in illo acquieſcente accedatur. Quod vero Ennead. VI. 4 ſq. diſputat, *ens vnum idemque exiſtens ſimul eſſe vbique totum,* non ad Spinoſae impietatem [[151]] pertinet, ſed ne Deum magnitudine corporea menſuremus aut loco includamus [i]), verum pariter perſuaſi ſimus, in ipſo nos viuere, eſſe ac moueri, quam ipſum adeſſe vnicuique noſtrum, vt adeo in Deo vnum ſimus et iterum diuerſa ab eo, vt a ſole radii. Similiter quod VI. 5. et IV. 9. animam vnam vbique et vitam vnam vnamque rationem per vniuerſum ſparſam contendit, ſic ipſe explicat [k]), vt vna ſcientia dici poteſt pluribus ineſſe: vnde patet, vnitatem hanc originis, exem-

e) Reſpicit Ennead. III. librum 4. *περὶ τοῦ ἀληχότος ἡμᾶς δαιμονίου.* Sic heroibus ſuis adſignat Homerus primi plerumque ordinis Deos, *Vlyſſi Mineruam, Achilli Thetidem, Paridi Venerem, Hectori Apollinem*, et ſic de aliis, quae Henrici Dodwelli obſeruatio eſt praelect. 2. Cambdenian. §. 3. vbi de daemonibus ſiue geniis non protrita.

f) Ennead. VI. lib. 9. p. 761. et lib. 7. p. 709.

g) Ennead. III. lib. 2. pag. 263. Ennead. VI. lib. 7. pag. 733. etc. Nolo enim plura loca adſcribere, quia eam, quam dixi, mentem Plotini eſſe, euolutio eius librorum, praecipue trium poſtremorum Enneadis vltimae lectorem attentum ſatis edocebit.

h) Ennead. VI. lib. 8. p. 753. de Deo inter alia, quod ſit cauſſa omnium cauſſarum, *μειζόνως ἄρα οἷον αἰτιώτατον καὶ ἀληθέστερον αἰτία, ὁμοῦ πάσας ἔχον τὰς μελλούσας ἀπ᾽ αὐτοῦ ἔσεσθαι νοερὰς αἰτίας, καὶ γεννητικὸν τοῦ οὐχ, ὡς ἔτυχεν, ἀλλ᾽ ὡς ἠθέλησεν αὐτός.* (adde pag. 751.) *ἡ δὲ θέλησις οὐκ ἄλογος ἦν οὐδὲ τοῦ εἰκῆ, οὐδ᾽ ὡς ἐπῆλθεν αὐτῷ, ἀλλ᾽ ὡς ἔδει κ. τ. λ.* Neque cum hoc pugnat, quod lib. 7 pag. 729. negat, Deum *ποιεῖν*, aut vllum eius eſſe *ἔργον*, ipſum enim ſufficere ſibi et rebus omnibus. Nam nec ſolem dixerit aliquis radios facere, quibus tamen emittendis ſufficit. Eo autem Deus cauſſa praeſtantior, quod illum voluntate et ratione omnium cauſſam eſſe iam faſſus eſt Plotinus.

i) Hinc pag. 750. ait, Deum eſſe *πανταχοῦ καὶ αὖ οὐδαμοῦ.* Confer, quae Carteſii ſectatores diſputant de nullibitate (ſit verbo venia) ſpirituum.

k) Pag. 480 ſq.

pli et ſpeciei, eum multitudini et varietati indiuiduorum opponere, vel iſtam negare certe haud voluiſſe. Neque huic aduerſatur, quod moriturus Plotinus ad Euſtochium dixit, ſe in eo eſſe, vt, quod in ſe haberet, diuinum πρὸς τὸ ἐν τῷ παντὶ θεῖον adduceret, quam eius vocem litteris aureis, vel ſi quid etiam auro reperitur pretioſius, perſcribendam adfirmauit *Coelius Rhodiginus* XXI. 10. antiquar. lectionum. *Fabric.* A ſpinozismi crimine liberant quoque Plotinum *Io. Franc. Buddeus* in exercit. de ſpinozismo ante Spinozam §. 12 ſqq. in Analectis hiſtoriae philoſ. pag. 329 ſqq. *Reimmann.* in hiſtoria atheismi, pag. 167 ſq. et *Villoiſon.* in anecdotis graecis, tom. II. pag. 226. Eum tamen et pantheismi et ſpinozismi reum facit *Tiedemann* l. c. pag. 428 ſqq. *Harl.*

IV. Alii ab Ammonio praeceptore arcana [l]) chriſtianismi edoctum ſub ſilentii fide, et ad ſacra dogmata propius accedere Plotinum ſibi perſuaſerunt, nimis et illi in alteram partem faciles, licet *S. Auguſtinus* epiſtola 56. ad Dioſcorum [m]) aliquos Plotini condiſcipulos in Chriſti militiam tranſiiſſe ſcribat, Origenem fortaſſe in animo habens, et Adamantium adeo cum Plotini συμφοιτητῇ confundens [n]): et *Theodoritus* lib. VI. Therapeut. pag. 96. tradit, ὡς ȣ̓ μόνον τὰ τῶν Ἑβραίων etc. *quod non modo Hebraeorum, vt Plato, ſed piſcatorum quoque* (Petri et aliorum apoſtolorum) καὶ τὰ τȣ̃ σκυτοτόμȣ *et Pauli perdoctus dogmata, ab iis didicerit, ex Mente Verboque, quod ex Mente gignitur et emanat, omnia conſtare et digeſta, congruentemque harmoniam conſequuta eſſe.* Nam Ammonium, Plotini praeceptorem, a Chriſtiano ſcriptore huius nominis diſtinguendum, et cum Plotinum inſtitueret, alieniſſimum iam a Chriſti ſacris fuiſſe, Porphyrius diſerte docet, et infra pluribus argumentis a me confirmabitur. Quae de Trinitate [ꝑ] diuina a Plotino et aliis Platonicis agnita iactantur, a ſacris litteris et catholicae eccleſiae chriſtianae ſcitis longiſſime diſtant. Nam Platonis et Plotini ſacra Triga nihil aliud eſt, quam ſub *Deo* ſummo *mens* ſiue mundus intelligibilis, et *anima* ſiue ſpiritus mundi huius adſpectabilis, vnde Plotinum tritheismi arguit *Iohannes Henricus Feuſtkingius* diſp. ſingulari de tribus hypoſtaſibus Plotini, edita Witebergae 1694. et *Albertus Chriſtianus Rothius* in exercitatione de Trinitate Platonica Lipſ. 1693. Certe graui de cauſſa cardinalis Beſſarion lib. II. in Calumniatorem Platonis cap. 4. monet, ne quis ſiue Platonem ſiue Ariſtotelem ideo laudandum cenſeat, quod Trinitatem diuinam aut coluerint aut ſcripſerint. Vterque enim verae opinionis exſors fuit, et noſtrae pietatis ignarus. Confer eumdem lib. III. cap. 15—19. *Fabric.* adde *Tiedemann* l. c. pag. 370 ſqq. 387 ſqq. etc. *Harl.*

V. Grauis eſt cenſura ſiue criminatio *Petri Petiti*, qui lib. I. de Sibylla cap. 6. pag. 23. Plotinum refert inter eos, quos vocat ſapientiae Antiſtites, *qui modo aliquid, quod ad propoſitum alludat, dicant, parum, id verum an falſum ſit, curant.* Sane ſerium veritatis ſtudium

l) *Holſten.* de vita Porphyrii cap. 6. *Labbeus* de S. E. tom. I. pag. 58. *Baron.* ad a. Chr. 234. *Fabric.* et *Heineccius* in diſſ. de philoſophis ſemichriſtianis, Halae Magdeb. 1714. §. 19. p. 26 ſqq. *Harl.*

m) Tom. II. pag. 269. *Tunc Plotini ſchola Romae floruit, habuitque condiſcipulos multos acutiſſimos et ſolertiſſimos viros. Sed aliqui eorum magicarum artium curioſitate deprauati ſunt; aliquid Dominum Ieſum Chriſtum ipſius veritatis atque ſapientiae incommutabilis, quam conabantur attingere, cognoſcentes geſtare perſonam, in eius militiam tranſierunt.*

n) Vide ſupra, vol. III. pag. 186 ſq. *Harl.*

dium vbique prae ſe fert Plotinus; ſed abſtruſiſſima quaeque ſectantem ſe a rerum ſublimitate vinci quandoque, ipſe non obſcure paſſim innuit, et quod verbis aequari magnitudo rerum diuinarum non poſſit neque cogitatione humana ſatis attingi, diſerte prae ſe fert ac profitetur. Eſt etiam, vbi Platonicis dogmatis innutritum abripit, vel ſuperſtructa illis ſubtilior meditatio, vel imaginationis foecunditas ſpecioſam phantasmatum nubem obducit veritati.

Aliud in Plotino reprehendit *Iulius Firmicus Maternus*, quod in eo laudandum potius multis videbitur: vitio enim vertit illi, quod aſtrologorum diuinationibus non nimium tribuerit. Neque tamen hoc temere fecit Plotinus; ſed quum plurimum ſtudii illi diſciplinae impendiſſet, et vanitatem eius agnouiſſet, vt a Porphyrio obſeruatum in eius vita cap. 14. Firmici tamen locum integrum adſcribam, quia praeter inſigne de Plotino teſtimonium, etiam alia de eius morbo et extrema vitae parte continent, quibus Porphyrii narratio illuſtratur. Ita vero ille libro primo ſiue prooemio Matheſeos pag. VI. *Ad te nunc, ſingularem virum, Plotine, venimus, vt citationes noſtras recentium exemplorum patrociniis muniamus. Quas ille philoſophiae non attigit partes, cum doctrina eius vitae ſequeretur inſignia, cum id, quod docebat, ſed proprio virtutis oſtenderetur exemplo, cuius ex* [153] *ore, tamquam ex adyto quodam diuinae ſententiae proferebantur. Fuit namque ille vir ad omnia virtutis ornamenta compoſitus, et omni diuinarum diſpoſitionum ſtudio firmatus: iuſtus, fortis, prouidus, temperatus* [o]*, et qui ſe crederet fortunae impetus prouidentiae poſſe ratione ſuperare. Primum itaque locum ſibi quietae ſedis elegit, vt ab omni humanae converſationis ſtrepitu ſeparatus, fortunae ſe liberaret inuidia, ſolis diuinae inſtitutionis vacaturus inſignibus: vt contra fortunae omnes minas integro ſe et incorrupto praeſidio virtutis armaret. Iſta itaque confidentia mentis erectus, etiam corporis ſui* [p] *curam tuitionemque ſuſcepit, vt nihil vacuum ac nudum relinqueret, vbi ſe poſſet licentia fortunae ſaeuientis exercere, in ſalubri ſe ac pura regionis parte conſtituit. Nam ad collocandam ſedem amoenum ſibi Campaniae* [q] *ciuitatis ſolum elegiſſe narratur, vbi ſemper aëris quieta moderatio cunctos incolas ſalubri vegetatione ſuſtentat, vbi nec vis hiemis nec flagrantis ſolis acceſſio, ſed compoſita temperies ex vtroque moderatur, vbi aegritudine aliqua laborantibus hominibus ingentium fontium calore, et ferueſcentium aquarum ſalutari fomento conciliata ſanitas irrigatur. Illic conſtitutus, honorum primo contemſit inſignia, illos veros honores putans, quoscunque illi diuinum prudentiae magiſterium contuliſſet. Nulla illum diuitiarum deſideria ceperant, ſed has putabat eſſe diuitias, quibus animus ornatus auctorem poſſet propriae originis invenire. Hicce in quadam parte orationis ſuae* [r]*, (ſicut mihi videtur, inprouidus et incautus,)*

o) Laudat Firmicus Plotinum a quaternario virtutum numero, vt *Ammianus Marcellinus* XXV. 4. Iulianum imp., M. Antoninum *Ariſtides* tom. I. oratione 10. Traianum *Dio Chryſoſtomus* diſſ. 3. de regno pag. 37 ſq. Pythagoram *Iamblichus* in eius vita cap. 29—32. *Marinus* Proclum etc. Deum Amorem Agatho apud *Platonem* in Conuiuio pag. 325. edit. Ficini.

p) Corporis ſui adeo nullam alioqui curam geſſit Plotinus, vt illius etiam eum puderet, quamobrem ne εἴδωλον εἰδώλου exſtaret, nec pingi ſe, nec fingi voluit, vt narrat Porphyrius cap. I. vitae, cuius exemplo *Aeneas* etiam *Gazaeus* epiſt. 12. ἐμοὶ δὲ ἦν δεδογμένον μηκέτι τοῦ εἰδώλου τὸ εἴδωλον ἐγκαταγράφειν.

q) Confer *Porphyrium* in Plotini vita cap. 2 et 7.

r) Ennead. 2. lib. III. et alibi, vt dixi ad Porphyrii cap. 15.

tus,) vim fatalis necessitatis aggreditur, et homines fortunae decreta metuentes seuera orationis obiurgatione castigat, nihil potestati stellarum tribuens, nihil fatorum necessitatibus reseruans, sed totum dicens in nostra positum esse potestate. Longum est enarrare, quid de rebus singulis senserit, qua se ratione fatali sorti subtraxerit, qua vim istam, id est, stellarum atque fati, sententiarum argumentatione turbauerit. Sed haec adhuc integer incolumisque narrabat. Numquam ille ad Socratis finem, Platonisue exitum con orsit ocul s vel mentem, vtique sicuti suspicari [?] datur, multa illorum mentibus, multa vitiis adscribens. Ecce se illi, in ista confidentiae animositate securo, tota fatorum potestas impressit [s]*), et primum membra eius frigido sanguinis corpore riguerunt, et oculorum acies splendorem paulatim extenuati luminis perdidit, postea per totam eius cutem malignis humoribus nutrita pestis erupit, vt putre corpus deficientibus membris, corrupti sanguinis morte tabesceret, per omnes dies ac per omnes horas serpente morbo, minutae partes viscerum defluebant, et quicquid paullo ante integrum videras, statim confecti corporis exulceratio deformabat: sic corrupta ac dissipata facie, tota ab illo figura corporis recedebat, et in mortuo, vt ita dicam, corpore solus superstes retinebatur animus, vt ista grauis morbi continuatione confectus et tormentis propriis coactus, ac verae rationis auctoritate conuictus vim fati potestatemque sentiret, et vt confecti corporis laceratione quassatus sententiam fortunae pronunciantis exciperet. Quid nunc de huius famosa dicemus morte, cur eum non potuere virtutes, id est prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia ab istis fortunae animaduersionibus liberare? Sensit itaque iste etiam vim fati et excepit finem, quem illi stellarum ignita iudicia decreuerant: et istius valetudinis acerbitate confectus proprio exemplo, non sermonis licentia, cunctos homines docuit, vim potestatemque fatorum nulla posse ratione contemni.*

VI. Opera Plotini praeter *Porphyrium*, ex cuius emendatione et recensione illa ad nos peruenerunt, digesserat etiam *Eustochius*, Alexandrinus, medicus, Plotini discipulus, Porphyrio in Plotini vita cap. 2 et 7. memoratus, cuius ἔκδοσιν aliquando diuersam fuisse a Porphyriana in distinctione librorum, docemur Ennead. IV. lib. IV. pag. 413. vbi haec verba adnotata reperies: *ἕως τούτου ἐν τοῖς Εὐστοχίου τὸ δεύτερον περὶ ψυχῆς, καὶ ἤρχετο τὸ τρίτον. Ἐν δὲ τοῖς Πορφυρίου συνάπτεται τὰ ἑξῆς τῷ δευτέρῳ. Proclum* quoque commentariis illustrasse Plotini Enneades, testatur anonymus scholii auctor, quod Iamblichi libro de mysteriis Aegyptiorum in codd. MSS. praefixum inuenerunt viri docti. Ἰστέον, ὅτι ὁ φιλόσοφος Πρόκλος ὑπομνηματίζων τὰς τοῦ μεγάλου Πλωτίνου Ἐννεάδας, λέγει, ὅτι ὁ ἀντιγράφων εἰς τὴν προκειμένην τοῦ Πορφυρίου [?] Ἐπιστολὴν, ὁ θεσπέσιός ἐστι Ἰάμβλιχος. *Horum commentariorum*, inquit praestantissimus Galeus, *quae in Plotinum scripsit Proclus, praeter anonymum hunc, qui meminerit, vix reperio. Nisi forte ea intelligat Damascius quodam loco περὶ ἀρχῶν. Nam Ficinus aliique post eum,* (vt *Lilius Gyraldus* dialogo 2.

s) De aegrotatione Plotini, Porphyrius cap. 2. Morbo sacro laborasse, scribit, nescio quo auctore Suidas in Πλωτῖνος. Fugit autem Firmicum ratio, quod fato tribuit et astris, quae non potest negare ex aliis caussis accidere homini posse. Et Ptolemaeus ipse, astrologorum princeps, fatetur, geniturae speciali singulorum hominum praeualere mala epidemica, (*τὰ διὰ καθολικωτέρας περιστάσεις τοῖς ἀνθρώποις συμβαίνοντα κατὰ μεγάλας καὶ δυσφυλάκτους· τοῦ περιέχοντος τροπὰς ἐκ πυρώσεων ἢ λοιμῶν, ἢ κατακλυσμῶν*, lib. I. tetrabibl. cap. 3.) quale tunc fuit pestilentiae, quae Plotinum corrupit.

logo 2. hiſt. poetar. *Labbeus* bibl. nou. MSS. pag. 286. et *Bullialdus* ad Theonem pag. 224.) *Anonymum ſequuntur*. Fallitur tamen Colomeſius, qui in notis ad Gyraldum pag. 77. pro Plotino Platonem legere iubet; ſiquidem non Plotinum tantum, ſed Plotini etiam Enneades diſerte anonymus memorat. *Vtinam* vero, inquit Ficinus, *in myſteriis Plotini interpretandis adminiculum Porphyrii, aut Euſtochii, aut Procli, qui Plotini libros diſpoſuerunt atque expoſuerunt, nobis adeſſet*. Nam Porphyrius quoque non modo digeſſit libros Plotini in Enneades, et ita, vt hodie exſtant, emendauit, Plotino rogante, (vide vitam eius cap. 7.) ſed etiam ipſe cap. vltimo vitae innuit, ſe argumenta et capitum conſignationes obſcurisque locis commentaria illuſtrandi cauſſa addidiſſe in gratiam amicorum. Meminit et cap. 20. Amelium Plotini, praeceptoris ſui, monumenta ex eius autographis exſcripta habuiſſe, et cum Longino communicaſſe.

VII. Quum *Plotinus* Ennead. VI. lib. I. doctrinam Ariſtotelis de praedicamentis examini ſuo ſubiecîſſet, haec enim eſt *Simplicio* in Categor. pag. 4. b. memorata Πλωτίνȣ πρὸς τὰς κατηγορίας ἀντιλογία, dubitationibus eius et obiectionibus occurrit *Dexippus* libris tribus quaeſtionum in praedicamenta Ariſtotelis, libro maxime ſecundo et, (cuius maior pars videtur intercidiſſe,) tertio. Conſtat ex eodem *Simplicio* pag. 1. *Dexippum* hunc [t]) Iamblichi fuiſſe diſcipulum, adeoque iuniorem Dexippo Herennio, Athenienſi. [☞] [Plura vid. ſupra. in vol. III. pag. 39 ſq.] Neque Franciſco Patricio adſentior, qui verba Simplicii ita intellexit, vt Dexippum, philoſophum, Iamblichi filium eſſe putaret, diſcuſſ. Peripatet. pag. 140. *Dexippi* libri tres quaeſtionum in Categorias, dialogi more conſcripti ſunt, quaerente *Seleuco* diſcipulo, et Dexippo magiſtro reſpondente [u]). Prodierunt latine tantum hactenus, *Ioanne Bernardo Feliciano* interprete, Venet. apud Hieron. Scotum 1546. 1566. fol. ad calcem Porphyrii in praedicamenta, et ſeparatim Pariſiis apud Vaſcoſanum 1549. 8. Graece illos ex Italiae vel Galliae vbi deliteſcunt bibliothecis nemo adhuc protulit: [*Iriartum* tamen pauca euulgaſſe, adnotauimus.]

VIII. *Indiculus ſcriptorum, in Dexippi libris tribus ad Categorias citatorum.*

Alexander in Categorias lib. I. cap. 2. peripateticus II. 12.
Andronicus I. 17.
Archytas I. 6. pythagoricus III. 1.

Ariſtoteles

t) Verba *Simplicii* ſunt: Καὶ Δέξιππος δὲ ὁ Ἰαμβλίχȣ, καὶ αὐτὸς μὲν τὸ τȣ̃ Ἀριστοτέλȣς βιβλίον συντόμως ἐξηγήσατο, προηγȣμένως δὲ τὰς Πλωτίνȣ ἀπορίας ὡς ἐν διαλόγῳ προτεινομένας αὐτῷ διαλύειν προτίθεται. *Tzetzes* Chil. IX. v. 498. Δέξιππος φιλόσοφος μύστης ὢν Ἰαμβλίχȣ.

u) Codices Matritenſes iam ſupra memoraui in vol. III. pag. 170. et pag. 486. *Iriarte* tamen l. ibi citato pag. 274. graece quaedam euulgauit. Vtroque autem Fabricii loco agitur de Dexippo. — Denique in Ariſtotelis categorias quaeſtion. illarumque ſolution. lib. eſt quoque in biblioth. Pariſ. cod. MMDCCCCXLII. tum in cod. Coiſlin. CCCXXXII. teſte *Montfauc.* catal. bibl. coiſlin. pag. 447. — *Bononiae* in coenobio canonic. *Dexippi* in *Platonem* codex exſtare dicitur a *Montfaucon.* in diario italico pag. 409. — *Florentiae* in biblioth. medic. cod. XXXIII. nr. IV. plut. 71. et cod. XXI. plut. 72. (vid. de vtroque cod. *Bandin.* catal. III. col. 21 et 37.) *Harl.*

Ariſtoteles vndecimo Metaphyſ. II. 3. 12.
Boethus I. 17. peripateticus II. 12.
Heſiodus I. praefat. et III. praefat.
Homerus I. praefat.
Iamblichus in Categorias I. praefat.
Pindarus III. praefat.
Plotinus, platonicus philoſophus I. praef. et lib. ſecundo ſingulis capitibus, et III. 1. 2. 4. 5. 7.
Porphyrius in Categorias I. praefat. et cap. 2.
Pythagorici 1. 6. 7. III. 1. (Veteres I. 19. 21. II. 21.)
Soſigenes, peripateticus, I. 3.
Stoici I. 19. 21. 24. 35. II. 22.

Scripſit etiam aduerſus Plotini dogmata de Animae Πρoϋπάρξει et transmigratione Anonymus quidam graecus, qui in caeſarea bibl. ſupereſt MS. vt dixi ſupra ad Plotini vitam cap. 24. nota r. [¶]

IX. *Editiones Plotini operum.*

Graeco-latina vnica hactenus prodiit cum verſione et argumentis atque analyſi *Marſilii Ficini*. Baſil. 1580. fol. ad Perneam Lecythum, hoc eſt ex officina Petri Pernae, qui codicem graecum vtendum accepit a Ioh. Sambuco v). Is codex hodie exſtat in bibl. caeſarea, teſte *Lambecio* VII. pag. 21. [pag. 43 ſqq. edit. Kollarii] vbi memorat, in eodem MS. duas inſuper exſtare diſſertationes extraordinarias Porphyrio non memoratas w), nec tamen Plotino indignas x). Vna inſcribitur: *Πλωτίνȣ περὶ τȣ̃ πῶς δρᾷ ἡ ȣ̓ρανία διάθεσις εἰς τὸν περίγειον κόσμον.* Incipit: *ἐπειδὴ πεπίστευται, ὡς διὰ τῶν ἄστρων πολλὰ τελεῖται.* Altera: *Πλωτίνȣ περὶ τῆς πρώτης ἀρχῆς τῶν πάντων, ἤτοι περὶ τȣ̃ ἑνός.* Incipit: *Ἐπειδήπερ δεῖ εἶναι τὸ ἐπέκεινα τȣ̃ νȣ̃ς* etc. adde pag. 36 ſq. vbi Lambecius meminit alterius codicis operum Plotinianorum mutili, in eadem bibliotheca obuii, quem Perna non vidit y). Nonnullis exemplis Baſileenſis editionis nouus titulus praefixus praefert annum 1615. impenſis Ludouici Regis.

Latine

v) Perna tamen in dedicat. ad ſenatum Norimberg. ſe non ſolum cod. Sambuci, ſed tribus quoque italicis vſum eſſe profitetur. *Harl.*

w) Etiam quae ex libro ſecundo Plotini *περὶ ἀθανασίας τῆς ψυχῆς* profert *Euſebius* XV. 10. praeparat. in Plotini nouenariis editis non exſtant, vt iam ſupra monui. [Illa Plotiniana apud Euſebium exſtant quoque Vindobonae in cod. *Caeſareo* XI. nr. 6. pag. 73. Kollarii, et cod. XIV. nr. 4. pag. 80 ſq. In vtroque cod. ſunt quoque in iisdem excerptis ex Euſebii Pr. Eu. fragmenta Plotini de ſecundo principio. *Harl.*

x) Sed ſunt in editis. vid. *Grimm* comment. paullo infra laudatam pag. 5 et 6. *Harl.*

y) Eum Lambec. collatu digniſſimum cenſet. Eſt vero cod. XIII. pag. 76. *Lambecii* comment. edit. Kollarii. Eaedem duae diſſertatt. ſunt in cod. Caeſar. XIV. apud Lambec. VII. pag. 80. vt in nota iam memorauimus. Sed in cod. XII. (pag. 75.) continentur *Plotini* diſſ. philoſophicar. Platonicarum Enneades ſex: item eiusdem *Plotini* ſermo de principio vniuerſi ſiue de vno: nec non ex eiusdem Plotini libro ſecundo de immortalitate animi fragmentum, (quod etiam apud Euſebium de praepar. euang. exſtare iam animaduertimus.) — In cod. CXXXVI. nr. 2. eſt Enneadis primae liber primus: de eo, *τί τὸ ζῶον; καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος;* teſte *Kollario* in ſupplem. ad Lambecii commentar. pag. 767.

In bibl. elector. *Bauar. Mon.* in cod. CLIV. et cod CCXLIV. vita Plotini, auctore Porphyrio, et Plotini Enneades, (vid. catal. codd. etc. pag. 60 ſq. et

Latine ex verſione Ficini, qui poſt Platonem etiam Plotinum in Coſmi Medicis gratiam tranſtulit vna cum eius commentariis ſiue argumentis lucem viderunt *Plotini* Enneades, Florentiae z) 1492. fol. et Saligniaci anno 1540. fol. apud Io. Soterem, et Baſil. apud Petrum Pernam, 1559. fol. Argumenta ſiue commentarii Ficini exſtant etiam in tomo ſecundo operum Marſilii, plus ſimplici vice excuſorum. [Conf. quae notaui in Introduct. in hiſt. L. Gr. II. part. I. p. 274. et de editt. opp. Marſilii Ficini *Clement* bibl. curieuſe etc. tom. VIII. p. 313 ſqq. — Cel. *Villoiſon* in duobus codd. Venetis ſe reperiſſe ratus duas Plotini diſſertatt. (quae etiam ſunt in cod. Vindob.) adhuc nondum editas; eas in Anecd. graec. tom. II. pag. 227 ſqq. primus, vt ſibi videbatur, graece euulgauit cum paucis notis criticis. Sed poſtea ſuum ipſe agnouit errorem, et *Frid. Chriſt. Grimmius* in comment. *qua Plotini de rerum principio Ennead. III. lib. VIII. cap. 8 — 10.* (quae eſt particula prima poſterioris diſſertationis, a Villoiſonio, tamquam ineditae, in lucem prolatae,) *animaduerſionibus illuſtrauit*, Lipſiae 1788. 8.

 oſtendit,

et 83.) — Eaedem in codice biblioth. *Auguſtanae Vindel.* (ex direptione Budenſis biblioth.) cum Schegkii gloſſis msstis, teſte *Reiſero*, in catalog. pag. 73.

Venetiis in biblioth. D. Marci, cod. CCIX. *Plotini* de animi immortalitate: quid homo? quid animal? de eſſentia animi. (catal. codd. gr. p. 113.) — codd. CCXL et CCXLI. *Plot.* enneades ſex. — codd. CCXLII. enneades duae priores; enneadis tertiae libri VII. poſteriores, quarum poſtremus fine mutilus; quintae lib. VIII et IX. fine vlla diſtinctione; ſextae a libro IV. vsque ad IX. incluſiue; tum duae illae diſſertatt. quas Fabricius in cod. Vindobon. exſtare, e Lambecio iam memorauit, et nr. 6. ex Plotino excerpta de principiis rationem habentibus. — Duae illae diſſ. ſunt quoque in cod. CCXLIV. in quo etiam continentur capp. ex Enneadibus de aeternitate ac tempore: de intelligibili pulcritudine, et quod vnum idemque ſimul vbique ſit totum; et aliud eiusdem opuſculum ſine vlla inſcriptione: incipit Νοῦς ὁρᾷ, — — —, quod publicauit *Villoiſon.* in anecd. graecis II. pag. 241 ſq. (catal. pag. 121 ſq. — *Ibid.* in biblioth. monaſt. S. Michaelis, *Plot.* Enneades VI. cum Plot. vita, a Porphyrio enarrata, cod. chart. gr. ſaec. XV. cum notis graecis ac lat. Hermolai Barbari. vid. *Mittarelli* bibl. codd. illius monaſterii, pag. 911. — *Florentiae* in bibl. medic. cod. XV. plut. 85. Plotini vita a Porphyrio expoſita, et Plotini enneades ſex. (*Bandin.* catal. codd. gr. III. col. 274.) eaedem in cod. III. (quo vſus eſt Marſilius Ficinus,) plut. 87. (*Bandin.* l. c. col. 383.) — Eaedem in bibl. *Taurinenſi*, cod. CCXXXII. (teſte catal. pag. 316.)

Romae in Barberin. bibl. ſaec. XV. — in bibl. Chigglan. ſaec. XIV. teſte *Montfauc.* in diario ital. pag. 238.

In *Hiſpaniis* in bibl. *Eſcorialenſi* 1) Enneas I et II. 2) Enneades mutilatae, cum eiusdem vita per Porphyrium; 3) Enneades VI. teſte *Pliiero* in itinerar. per Hiſpan. pag. 187.

In bibl. *Leidenſi* inter codd. Voſſian. vita et enneades, (ſec. catal. bibl. Leidenſis pag. 391. nr. 8. catal. codd. Angliae et Hibern. tom. II. pag. 58. nr. 2116.)

In biblioth. *Pariſ.* vita et enneades, in codd. MDCCCXVI. (cum notis latinis exegeticis.) MDCCCCLXVIII. MDCCCCLXIX. MDCCCCLXX. MDCCCCLXXVI. MMLXXXII. — Plotini fragmentum de virtutibus, de dialectica et beatitate, in cod. MDCXLIV.

Oxoniae in bibl. collegii corporis Chriſti, cod. MDLXXXV. Plotini vita et enneades. — in bibl. *Barocciana* in cod. CXLV. ampliora fragmenta, (vid. catalog. pag. 19.) — *Cantabrigiae*, cod. CCCXVIII. bibl. collegii S. Trinitatis, opp. Plotini, gr. — In biblioth. *Georg. Wheleri*, canonici quondam Dunelmenſis, Plot. enneades, gr. (catal. cit. pag. 357. nr. 9090.) *Harl.*

z) Sumtu Laurentii Medicis — impreſſit ex archetypo Antonius Miſcominus. MCCCC. LXXXXII. (1492.) nonis Maii. vid. *Braun* in notitia de libris ſaec. XV. in bibl. monaſt. ad SS. Vdalr. et Afram Auguſtae Vindel. tom. II. pag. 234. cl. *Morell.* ad Pinelli catalog. I. nr. 1331. pag. 231 ſq. *Audiffred.* ſpecim. editt. italic. ſaec. XV. pag. 329. qui editionem Florent. a. 1482. ex catalogo quodam a Maittario, A. T. IV. pag. 437. citatam, cum hoc ipſo, iure cenſet ſpuriam. *Harl.*

oftendit, priorem illarum ex Ennead. IV. lib. IV. cap. 30 fqq. pofteriorem vero e pluribus particulis, iam vulgatis fuiffe cognitam. Plura fcripfi in Introd. l. c. pag. 275. *Harl.*]

X. *Indiculus fcriptorum et virorum illuftrium, a Plotino memoratorum, concinnatus a me.*

Ad paginas editionis graeco-latinae.

Aegyptiorum fapientes et hieroglyphica. pag. 547.
Anaxagoras. 162. 450. [P]
Ariftoteles. 97. 174. 490. entelechia. 361. (et apud Eufeb. XV. 10. praeparat.) doctrina de decem praedicamentis. 566 fq.
(Διονύσȣ κάτοπτρον. 381.)
Empedocles. 162. 468. 469. 473. 490.
Epicurus. 213. perftringitur et fuppreffo nomine. 230. 457 fq.
Fabula Vlyffis. 57. de Helena, Paride et Idomeneo. 274. Therfite. 257. Πριαμικαὶ Τύχαι. 32. de Prometheo et Epimetheo. 383. de Penia et Poro. (ex Platonis Conuiuio pag. 328.) 317. 290 fq. de Hercule, apud inferos reminifcente. 392. 396. de Saturno ligato. 554. de ἀναβάσεσι animarum ex fpelaeo. 203. τὰ μυςήρια καὶ οἱ μῦθοι περὶ Θεῶν αἰνίττονται. 489.
ὁ Γεωμέτρης. (Euclides) 481.
Heraclitus. 97. 468. 473. 490.
Hippocrates. 738.
Homerus (ὁ ποιητής). 7. 527.
Lex, σώζεσθαι ἐκ πολέμων φησὶ δεῖν ὁ νόμος ἀνδριζομένȣς ἀλλ' ȣ̓κ εὐχομένȣς. 261.
(Lynceus. 545.)
Magi. δυνάμεις Μάγων 382. 479. et γοητείαι 434 fq. ἡ θεωρία ἀγοήτευτος. 438.
Minos ὀαριςὴς Διός. 763 fq.
Myfteria, οἱ πάλαι σοφοὶ ἐν τελεταῖς. 321. 380. 547.
Oraculum, Θεȣ̃ παρακέλευσμα αὑτȣ̀ς γινώσκειν. 371. 733. ἀναπόδραςος ὁ θεῖος νόμος. 389. Θεία φήμη Ἀδράςεια. 262.
Parmenides. 489 fq. nomine diffimulato. 648.
(Phalaridis taurus. 37.)
Pherecydes. 491.
(Phidiae Iupiter. 542.)
Τινὲς τῶν ἀρχαίων καὶ μακαρίων φιλοσόφων. 325.
Plato. 6. 21. 38. 97. 99. 100. 101. 102. 109. 145 164. 203. 204. 215 292. 296. 313. 329. 338. 357. 364. 372. 414. 473. 489. 491. 540. 594. 595. 614. 616 674. 698. 717. 729. 753. et omiffo nomine. 7. 8. 74. 75. 76. 77. 144. 259 283. 284. 28[illegible] 287. 315. 337 347. 356. 385. 417. 470. 515 688. 690. 708 721 727. 732. 739 ὁ θεῖος Πλάτων πολλὰ πολλαχȣ̃ περὶ ἔρωτος γράψας. 291. πολλά τε καὶ καλὰ περὶ ψυχῆς εἶπε 469. οἱ πάλαι περὶ ψυχῆς ἄριστα φιλοσοφήσαντες. 648 Μῦθος Platonis de Penia et Poro 29 fq. 317. Plato ἐν Θεαιτήτῳ. [P] 491. Ἐν Φαίδρῳ. 298. Φαίδωνι. 491. Φιλήβῳ 293. 376.

376. 717. *Συμποσίῳ.* 293. 295. *Τιμαίῳ.* 142. 203. 285. 376. 469. Refpicitur et Timaeus Platonis 77. 285. 286. 326. 330. 337. 356. 361. 376. 491. 562.
Poetae verba. 7. 438. 483. 527.
Τοῖς σοφοῖς τῶν προφητῶν αἰνίττεται. 770. *ὑπὸ Θεοῦ κατασχεθεὶς, Φοιβόληπτος ἢ ὑπό τινος Μούσης.* 552. *θείᾳ φήμῃ καὶ φύσει ἀπομαντευόμενοι.* 419.
Pythagoras. 468. 491.
Pythagorici. 491. 525. 674. Ex aureis carminibus locus. 465.
Contra Stoicos *τὶ* genus entis ponentes, et fub eo quatuor claffes rerum ftatuentes. 588 fq.
Theologi. 292. 298.
Timaeus. 100.

XI. Plotini praeceptor a Porphyrio in vita ipfius, Ammiano Marcellino XXII. 16. et aliis dicitur AMMONIVS [aa]), Alexandrinus, cognomento *Saccas* [bb]), (Σακκᾶς) quod prius fuiffet *faccarius*, (σακκοφόρος,) vt notat Suidas in Πλωτῖνος, fiue faccis frumenta transportando antea victum quaefiuiffet, donec, eis relictis, ad philofophiam acceffit, vt fcribit *Theodoritus* VI. Therapeut. pag. 96. Ad hunc plura referre folent viri docti, quae ad alios Ammonios pertinere mihi perfuadeo. Ex Porphyrio quidem et Longino, qui res eius ignorare non potuerunt, hactenus de Ammonio ifto, Plotini magiftro, nobis conftat, quod Chriftianis natus parentibus, fimulac adoleuit, ad ethnicos acceffit [cc]), conftanterque

apud

aa) Conf. *Ionfius* III. 13, 3. [qui vero, quando illi adtribuit *vitam Ariftotelis*, etiamnum fuperftitem, Ammonium Saccam confundit cum Ammonio Hermeae F.] *Bayle* diction. voc. *Ammon* pag. 199 fq. [pag. 188 fqq. edit. quintae,] *Olearius* de eclecticis cap. 3. diff. [quae fubiecta eft tom. III. eius latinae verfioni Stanleianae hiftor. philof. pag. 348 fq. edit. Venetae,] *Weismann.* hiftor. ecclef. pag. 171 fq. *Moshem.* inftitutt. hift. ecclef. pag. 120 fq. *Pagius* annal. ad a. Chr. 232. §. 4. *Heum.* — adde *Moshem.* de turbata per Platonicos ecclefia, §. 7 fqq. et quos laudaui fupra in vol. III. pag. 161. et pag. 460. et in Introd. in hift. L. Gr. II. part. I. pag. 272. *Harl.*

bb) *Valef.* ad Ammian. pag. 344. *Burmann.* ad Petron. pag. 234. *Iac. Gothofredus* ad Cod. Theodof. XIV. 22. de faccariis portus Romae tom. V. pag. 261. *Küfterus* ad Suidam in Ἀμμώνιος. Aliud nomen Σάκκας, pro Barbaro, Thrace vel Scytha vfurpatum, quod cum Sacca male confundit Colomefius, quem, fi placet, vide pag. 163. ad Gyraldi dialogos de poetis.

cc) *Porphyrius* apud Eufeb. VI. 19. hift. *Ἀμμώνιος μὲν γὰρ χριστιανὸς ἐν χριστιανοῖς ἀνατραφεὶς τοῖς γονεῦσιν, ὅτε τοῦ φρονεῖν καὶ τῆς φιλοσοφίας ἥψατο, εὐθὺς πρὸς τὴν κατὰ νόμους πολιτείαν μετεβάλετο.* Suid. in Ἀμμώνιος. *Fabric.* Porphyrium mendacii accufat *Hieronymus* catal. S. E. cap. 55. p. 132. edit. Fabricii, et Eufebius loco cit. *Holftenius* in lib. de vita Pythagorae duos Origenes, Plotini difcipulum alterum, alterum, Adamantium, perpetuo confundit, et vnum tantum agnofcit Origenem, chriftianum. Conf. *Vincentii Lirini* commonitor. cap. 23. *Heumann.* Etiam Fabricius in vol. III. pag. 460. inter philofophos peripateticos Ammonium Saccam nominauit Chriftianum. Atque Eufebium et Hieronymum fequuti, Ammonium Saccam vsque ad vltimum vitae in profitenda doctrina chriftiana perftitiffe, Valefius, Ionfius, Caveus, Bayle, Basnagius, Seldenus, Cafimirus Oudinus, aliique multi, (apud *Bruckerum* in hiftoria critica philof. vol. II. p. 206. vbi a p. 205. de noftro Ammonio multus eft,) etiam, vt videtur *Saxius*, (qui in Onomaft. I. pag. 352. illius aetatem nominisque florem ad a. Chr. 220. refert,) contenderunt. *Francifcus Baltus* in Defenfe des SS. Peres accufez de Platonisme lib. I. cap. 3. p. 21. in eam quidem inclinauit fententiam, Ammonium eclecticum effe diuerfum ab Ammonio, de quo loquuntur Eufebius et Hieronymus; at tamen noluit incertae narrationi, virorum ecclefiafticorum auctoritate confirmatae, nuntium mittere; et vero in eum incidit errorem, vt iudicaret, Ammonii conciliationem in eo fuiffe verfatam, vt philofophiae,

apud eos mansit. Deinde quod, alios philosophos longe cum vinceret ingenio ac doctrina, platonicam [dd]) philosophiam docuit Alexandriae, multosque habuit discipulos [ee]), in his *Origenem* vtrumque, Adamantium nempe illum, qui, ex ethnicis natus [ff]), christianae deinde ecclesiae tantum nomen [?] euasit, tum iuniorem alterum [gg]), qui nihil quicquam scripsit praeter librum, quo exposuit magistri sui sententiam de daemonibus [hh]), et aliud scriptum ad imperatorem Galienum. Praeterea *Longinum* [ii]), *Herennium*, *Olympium* Alexandrinum [kk]), *Antonium*, atque inprimis *Plotinum*, qui ei adhaesit ab anno aetatis suae duodetrigesimo inchoato vsque ad finem duodequadragesimi, hoc est, annum Christi 241. Gordiani imp. 6. [ll]) morte tunc fortassis exstincto et plusquam [mm]) octogenario. Nihil porro

losophiae, quam professi sunt idolorum cultores, placita ad scripturae sacrae normam emendaret. Praeter ea *Olearius* l. c. adfirmat, Ammonium, quod professionem christianae doctrinae ad finem vitae retinuit, ita suam philosophandi viam Christianis pariter atque alienis a vero dei cultu monstrauisse. In primis *Heineccius* in disp. de philosophis semichristianis §. 19. pag. 26—32. omnes ingenii atque eruditionis vires intendit, vt testimoniis Eusebii et Augustini atque iudiciis recentiorum nixus demonstret, Ammonium non solum numquam desciuisse a coetu et doctrina Christianorum, sed etiam praeter philosophica scripta, (de quibus tantum loquatur Longinus,) etiam alia theologici argumenti confecisse. Contra a Fabricii partibus tutius rectiusque stant, eiusque sententiam pluribus argumentis ornant firmantque cum *Hambergerus* l. m. qui quidem pag. 563. discernit eum ab Ammonio seriore negatque Amm. Saccam composuisse libros, et *Moshemius* (in comm. de turbata per recentiores Platonicos ecclesia, tom. II. versionis lat. Cudworthiani operis pag. 757 sq. edit. Leidensis, tum inprimis *Bruckerus* l. c. pag. 207 sqq. qui etiam Seldeni reiicit sententiam, esse hunc Ammonium Plotini atque Origenis praeceptorem, eumdemque canonum euangelicorum auctorem, facileque fieri potuisse, vt deficeret a fide; reuocatum tamen ab Heracla patriarcha alexandrino postea in professione doctrinae christianae tenacissimum vsque ad obitum mansisse. *Harl.*

dd) Longinus apud *Porphyr.* vita Plotini c. 20. sect. 4.

ee) *Ruhnken.* in disp. de Longino §. V. pag. 9. (edit. II. Longini a Toupio editi,) „magna, inquit, huius philosophi fama erat; partim iustis de caussis orta, partim ab adolescentibus, temere, vt fieri solet, nouitatem disciplinae mirantibus, commota. Etenim rem inauditam et prope incredibilem profitebatur, se ex diuersarum sectarum sententiis vnum quasi philosophiae corpus confecturum, Platonemque cum Aristotele in concordiam redacturum." *Harl.*

ff) *Porphyr.* apud Euseb. loco laudato.

gg) Vita Plotini cap. 3. hunc enim Origenem ab altero distinguendum esse argumentis clarissimis euicerunt *Valesius* ad Euseb. lib. VI. cap. 14 et 19. *Huetius* in Origenianis lib. I. cap. 1. sect. 7. *Pearson.* Vindic. Ignatii II. pag. 10. *Tillemontius* memor. hist. eccles. tom. III. part. II. p. 86. *Fabric.* Adde *Moshem.* diss. de turbata per Platonicos ecclesia §. 7 sqq. et historiam christiani saeculi II. §. 27 sqq. *Ruhnken.* in diss. de Longino, §. V. *Pagium* ad A. C. 246. §. 2. *Harl.*

hh) De illo aliisque duobus scriptis Origenis vid. supra in vol. III. pag. 181. De titulo alterius scripti ibidem Ruhnkenii coniecturam adtuli. Idem Ruhnk. cum Fabricio ad vitam Plotini cap. 3. repudiat Valesii opinionem, libellum, in Porphyrii textu gr. ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς, vitiose inscriptum, fuisse comparatum ad imperatoris Gallieni facultatem poeticam laudandam. Heumannus vero in ora exempli Fabric. ad cap. 3. vitae hanc scripsit notam. „In Gallieni gratiam hunc librum esse scriptum, inde patet, quod Porphyrius hic Gallienum nominat. Neque enim nominat principem, sub quo Origenes alterum librum scripserit. Videtur scriptura esse deprauata. Fortasse legendum: νοητὸς, (quod est vocab. platonicum,) pro edito, ποιητής." *Harl.*

ii) Longinus ipse loco laudato.

kk) De *Olympio* vide vitam Plotini cap. 10. de *Antonio* Proclum pag. 187. lib. III. ad Timaeum Platonis.

ll) Vita Plotini cap. 3.

mm) *Ionsius* III. 13. pag. 282.

porro scripsit Ammonius iste [nn]), sed satis ipsi fuit, auditores suos viua voce instituere, inter quos ipsos etiam initio conuenerat dogmata ab Ammonio accepta habere ἐν ἀποῤῥήτοις, et cum familiaribus quidem communicare, neutiquam vero in vulgus edere [oo]): at Herennius primus promisso non stetit, inde Origenes librum vulgauit de daemonibus, ac denique Plotinus plurima scriptis exposuit. Igitur quod S. *Gregorius Nyssenus* de anima tom. II. pag. 91 et 109. siue potius *Nemesius* [pp]) libro de homine cap. 2. pag. 41 et 94. edit. Oxon. Ammonii placita de animae natura et coniunctione profert, non ex scripto ipsius, sed ex eius discipulorum aliquo hausisse existimandus est, neque scriptum vllum Ammonii laudat; Plotini tamen magistrum vtroque loco adpellat, non etiam Numenii, vt Iohannes *Cono* [qq]), Nysseni interpres, male accepit [f] verba: τὰ παρὰ Ἀμμωνίου τοῦ διδασκάλου Πλωτίνου καὶ Νουμηνίου Πυθαγορικοῦ εἰρημένα. Rectius enim Nemesii interpres: *quae ab Ammonio, doctore Plotini, et Numenio Pythagoreo disputata sunt:* Numenius enim Ammonio ipso fuit antiquior, et ad Antoninorum tempora a Ionsio III. 10. non absurde refertur. Quod autem *Hierocles* lib. de prouidentia, (apud *Photium* cod. CCXIV. pag. 283. et cod. CCLI. pag. 570.) Ammonii huius, quem Θεοδίδακτον, *diuinitus edoctum* adpellat [rr]), sapientia, ait, primum philosophorum illustrium, Platonis maxime et Aristotelis sententias, quae inter se dissidere hactenus videbantur, purgatas et in concordiam reuocatas fuisse, hoc etiam ex eius disciplina tenuit Plotinus, licet vnum alterumue Aristotelis dogma impugnet: nam, vt de illo Porphyrius in eius vita cap. 14. notat, in eius scriptis obserues Stoicorum Peripateticorumque dogmata, praesertim vero frequentes ex metaphysicis Aristotelis sententias. Et Porphyrius, Plotini discipulus, inter alia septem libros, teste Suida, scripserat, quibus probauit, vnam sectam esse Platonis atque Aristotelis. Apud eumdem *Photium* pag. 285. quia Hierocles hunc Ammonium Alexandrinum vocat, laudatque γνωρίμους eius ἐπιφανεστάτους Plotinum et Origenem, ne putes, eum loqui de Ammonio antiquiore, Plutarchi magistro, quem inter eclecticos philosophos a doctissimo *Vossio* cap. 21. de sectis philosophor. §. 6. poni, nostro omisso, miror.

Ex his, quae de Ammonio Sacca dicta iam a me sunt, non obscure adparere puto, illum diuersum esse ab Ammonio christiano saeculi III. scriptore, et ab Ammonio, peripatetico, de quo Philostratus: tum ab Ammonio, Hermeae F. et ab aliis huius nominis, quos deinceps, ordine temporis seruato, strictim recensebo, cum prius de *Ammonio Hermeae,* licet multo iuniore, dixero, quoniam scripta eius quaedam ad nos peruenerunt.

XII. AM-

nn) Longinus loco laudato, vbi Ammonium primum memorat inter Platonicos philosophos suae aetatis, qui nihil scripserunt.

oo) Vita Plotini cap. 3.

pp) Multi iam notarunt, libellum de anima, inter *Greg. Nysseni* opera tom. II. graece et lat. editum, nihil aliud esse, quam caput secundum et tertium e libro Nemesii Emeseni de homine. Et iam pridem totum illum Nemesii librum plus simplici vice editum et latine versum a Iohanne Conone Norimontano constat sub falso titulo librorum octo Greg. Nysseni philosophiae de homine.

qq) Ante Cononem Gotfridus Viterbiensis in Chron. *Contra omnes, animam corpus esse dicentes, sufficiant, quae ab Hammonio, Magistro Plotini et Mummii,* (recte Ionsius pag. 265. legit Numenii, sed locus, vnde haec hauserat Viterbiensis, eum fugit) *Pythagorici, dicta sunt.*

rr) Conf. *Bayle* l. c. not. *D. E.* p. 189. *Hart.*

XII. AMMONIVS, Hermeae F. [ss]) Alexandriae docuit, ipſe antea Athenis vna cum Heliodoro, fratre ſuo, diſcipulus *Procli* [tt]), defuncti a. Chr. 484. praeceptor vero *Simplicii*, *Aſclepii* Tralliani, *Iohannis* Philoponi, grammatici Alexandrini et [?] *Damaſcii* [uu]), qui cum non parum ceteris ſuae aetatis philoſophis praeſtitiſſe ſcripſit, ac praecipue mathematicarum diſciplinarum peritia enituiſſe, cuius rei paſſim veſtigia in eius, quae ſuperſunt, commentariis [vv]) occurrunt. Qualem oporteat eſſe eum, qui Ariſtotelis libros interpretari velit, ipſe deſcribit his verbis commentario in categorias pag. 5. Ὁ δὲ τούτων ἐξηγούμενος ὀφείλει μήτε κατ᾽ εὔνοιαν ἐπιχειρεῖν τὰ κακῶς λεγόμενα συνιστᾶν, καὶ ὡς ἀπὸ τρίποδος ταῦτα δέχεσθαι, μήτε τὰ καλὰ κακοτρόπως δέχεσθαι κατὰ ἀπέχθειαν, ἀλλὰ κριτὴς ἀπαθὴς τῶν λεγομένων ὑπάρχειν, καὶ πρῶτα μὲν τὴν διάνοιαν τοῦ ἀρχαίου σαφηνίζειν καὶ ἑρμηνεύειν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα, ἔπειτα τὴν παρ᾽ ἑαυτῷ ἐπιφέρειν κρίσιν. *Qui explicare Ariſtotelis libros velit, eum decet neque beneuolentia adductum dare operam, vt falſas ſententias defendat, neque eas perinde accipere, ac ſi ab Apollinis tripode manarent: neque vt, quae vere ac recte dicta ſunt, pro peruerſis per odium capiat; ſed incorruptum eſſe eorum, quae dicuntur, iudicem, ac primum quidem auctoris debet explicare ſententiam, et, quae illi probantur, interpretari, deinde de eisdem ferre iudicium.* Non contemnendum monitum, omnibus, qui veteres ſcriptores interpretantur, diligenter obſeruandum. Neque vero Ariſtoteli adeo ἀπρὶξ Ammonius iſte adhaeſit, vt non Platonem in plurimis etiam probauerit, (exemplo antiquioris Ammonii Saccae et ex eius ſchola profectorum philoſophorum, Plotini, Porphyrii, Iamblichi et ipſius Procli,) atque dogmata vtriusque inter ſe conciliare [ww]) fuerit conatus, vnde ὁ τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους δογμάτων ἐξηγητὴς ὁ τὰς Ἀθήνας μὲν καταλιπὼν, ἥκων δὲ παρὰ τοῦ Πρόκλου, dicitur Zachariae ſcholaſtico ſub init. dialogi, quo Ammonii huius, ethnici videlicet philoſophi, placitum de aeternitate mundi oppugnat. Nihil tamen ex eius ſcriptis, quibus Platonem vel Ptolemaeum ex inſtituto illuſtrauit, peruenit ad nos, et ex illis quoque, quae Ariſtotelicis operibus illuſtrandis impendit, plurima perierunt, vt quae in Πραγματείαν Stagiritae de ethicis virtutibus, memorat idem Zacharias pag. 107. vide ſupra in cap. de Ariſtotele paſſim adnotata. Quae autem ipſius monumenta in lucem edita exſtant, (ne de his, quae ex ore eius excerpta in variis Iohannis Philoponi editis [?] et Aſclepii Tralliani ad ſex libros metaphyſicorum ineditis commentariis leguntur, in praeſenti dicam,) haec ſunt:

XIII. *Am-*

ss) Conf. ſupra in vol. III. pag. 161. et p. 461. *Buhle* tom. I. Opp. Ariſtotel. pag. 294 ſq. *Hamberger* Zuverläſſ. Nachr. III. pag. 293 ſqq. *Saxii* Onom. (qui eum Marini aequalem circ. a. Chr. 485. eſſe putat,) et quae ſcripſi in introd. in hiſt. L. Gr. II. 1. pag. 392 ſqq. *Harl.*

tt) Ammonius ipſe in limine commentarii ad librum περὶ ἑρμηνείας· ἀπομνημονεύσαντες τῶν ἐξηγήσεων τοῦ θείου ἡμῶν διδασκάλου Πρόκλου, τοῦ Πλατωνικοῦ διαδόχου. Confer Zachariam Mitylenaeum ſub initium dialogi de mundi aeternitate.

uu) *Photius* cod. CLXXXI. pag. 213. de Damaſcio: Τῆς δὲ φιλοσόφου θεωρίας ὅ τε Ζηνόδοτος αὐτῷ καθηγεμὼν Ἀθήνησι καὶ αὐτὸς ἐγεγόνει, (διάδοχος δὲ καὶ οὗτος Πρόκλου, τὰ δεύτερα Μαρίνου φέρων,) καὶ Ἀμμώνιος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὁ Ἑρμείου, ὃν οὐ μικρῷ μέτρῳ τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ φησὶ διαφέρειν, καὶ μάλιστα τοῖς μαθήμασι.

vv) Vide loca in indice ſcriptorum infrà citata, vocabulo *Geometrae*.

ww) Confer *Zachariam Scholaſticum* pag. 208. edit. Caſp. Barthii. [conf. *Bayle* l. m. pag. 190. not. I. *Harl.*]

XIII. *Ammonii, Hermeae F. ſcripta edita.*

1. Commentarius *in Iſagogen Porphyrii de quinque praedicabilibus.* Graece editus ab Aldo, ſeparatim, Venet. 1500. fol. minore et a Io. Bernardo Feliciano, qui Aloiſio Cornelio, magno Cypri commendatario inſcripſit. Venet. 1545. 8. xx) Praeter ἔκδοσιν illam vtramque graecam verſiones latinas poſſideo tres, vnam *Ioh. Baptiſtae Raſarii,* medici Nouarienſis, qui omnia Ammonii tranſtulit, Venet. 1569. fol. apud Vincentium Valguſium. Prodierat etiam antea a. 1558. Nam Labbeo memoratas editiones Lugd. a. 1547. et 1555. non vidi. [1547. 1555. 1558. ap. *Buhl.* Opp. Ariſtot. I. pag. 294.] Lugd. a. 1547. ſubiectus eſt *Nili* libellus de ratiocinationibus, ex eiusdem Raſarii interpretatione, qui num alibi editus ſit, neſcio.

Alteram *Petri Roſetini,* medici phyſici, qui itidem omnia Ammonii eſt interpretatus, Venet. apud haeredem Hieron. Scoti, 1581. fol. Labbeus etiam editionem anni 1559. commemorat. [Eamdem, et edit. a. 1553. memorat *Buhle* l. c.]

Tertiam *Anonymi* ſeparatim editam Pariſ. apud Ioh. Roingy, 1542. fol. hoc titulo: *Porphyrii Phoenicis de quinque vocibus Inſtitutio, Boethio interprete, vna cum Ammonii Hermaei in eandem commentario. Additae ſunt ex Boethio quorundam locorum enodationes, quibus acceſſerunt luculenta viri cuiusdam vt docti ita acuti philoſophi ſcholia* etc. Labbeus praeterea meminit editionis Venetae a. 1539. et verſionis elucubratae ab amicis Nicolai Martimboſii, Pariſ. 1542. 4.

2. *In Categorias Ariſtotelis* ὑπόμνημα ſiue commentarius, cui *Vita Ariſtotelis* yy) praefigitur, quam *Ammonio Saccae* quidam praeter rem tribuunt, at msti codices nonnulli, vt

xx) In ſerie dell' ediz. Aldine ed. II. citantur editt. Aldinae gr. Ammonii in Porphyrium comment. 1545. 8. (pag. 80. et p. 86.) Ammonii Hermeae in voces Porphyrii commentar. Venet. 1546. 8. — In catalog. biblioth. *Pinell.* I. pag. 211. Ammonii Hermeae comment. in V. voces Porphyrii, gr. Venet. apud Aldi fil. 1546. 8. — commentar. in V. voces Porphyrii, in Ariſtotelis praedicamenta, et librum de interpretat. gr. Venet. Aldi fil. 1546. 8. (adde *Hamberger* Zuv. Nachr. III. p. 298.) De codd. msst. vid. ſupra in vol. III. pag. 208 ſqq. et paullo infra in cap. de Porphyrio. *Maittaire* in A. T. IV. pag. 583. ex catal. Menarſ. citat lat. verſionem Ammonii in V. voces Porphyrii per Pompon. Gauricum. Venet. 1494. fol. — Codd. *Romae* in cod. Barberino CCLXIV. et *Ammonii* comment. de quinque vocalibus. — eiusdem comm. in Porphyrii iſagogen, in cod. *Bauarico* CLX. — in V. voces Porph. comm. in cod. *Veneto* D. Marci CCXXV. — *Venet.* in biblioth. *Naniana* cod. CCXCVI. catal. pag. 497. — *Florent.* in biblioth. *medic.* ſaepius. vid. *Bandin.* catalog. codd. gr. I. pag. 493. II. 117. III. 3 et 8 et 17. 23. 31. 38 et 237. *Harl.*

yy) Haec vita graece et latine cum veteri translatione et *Petri Ioh. Nunneſii* erudito commentario prodiit Lugd. Bat. 1621. 8. edente Holſtenio, vt ipſe teſtatur cap. I. de vita Porphyrii, et Helmſtadii 1666. 4. vna cum eiusdem Nunneſii inſtitutione peripateticae philoſophiae, et oratione de cauſſis obſcuritatis Ariſtotelis, earumque remediis. *Fabric.* Conf. ſupra in vol. III. p. 196 ſq. *Hambergerus* vero in Zuverl. Nachr. III. pag. 297. tres editt. ita diſtinguit; primam Lugd. Bat. 1621. 12. (in *Pinelli* catal. III. pag. 165. non, vt Fabricius ſcripſerat, a. 1631. 8.) alteram, *Ammonii ſiue Io. Philoponi vita Ariſtotelis.* Acceſſit *eiusdem* vita ex vetere translatione cum *Petri Ioannis Nunneſii* locupletiſſimis et doctiſſimis ſcholiis, quibus accurate de Ariſtotelis vita, moribus, philoſophandi ratione, ſcriptis, auditoribus ſucceſſoribusque disputatur. Helmſtadii, I. Müller. 1666. 4. Denique cum *Nunneſii* peripateticae philoſophiae inſtitutione;

vt Vindobonensis, rectius referunt ad *Iohannem Philoponum* zz). In eodem praestantissimo [P] Vindobonensi codice ab Ammonii ἀποσημειώσεσι probe distinguuntur Philoponi eiusdem ἴδιαι ἐπιστάσεις, quae in editis confusa omnia exhibentur sub vno Ammonii nomine, additurque Κατηγοριῶν σύνοψις adhuc inedita, *Photio* auctore. Titulus ibi est: Ἰωάννε Γραμματικῦ Ἀλεξανδρέως τῦ Φιλοπόνε ἐκ τῶν συνεσιῶν Ἀμμωνίε τῦ Ἑρμείε σχολικαὶ ἀποσημειώσεις εἰς τὰς Ἀριστοτέλες δέκα κατηγορίας. Vide *Nesselium* parte IV. p. 7 sq. aaa) Erudita quoque sunt et iucunda lectu, quae commentariis hisce praefiguntur de variis haeresibus philosophorum, de diuersis generibus scriptorum Aristotelis, ordine ea legendi, de caussis obscuritatis eius, et qualem auditorem, qualem interpretem poscat, denique vnde factum sit, vt iampridem plura scripta ad eum relata tamquam auctorem sint, quae non sunt ipsius, et quomodo genuina a spuriis oporteat dignoscere. Operae pretium quoque est videre, quomodo immortales esse animos et per prouidentiam diuinam omnia regi probat f. 60 sq. (edit. gr. in 8. pag. 113. b.) *Graece* edidit Aldus et Alberto Pio Carporum principi, inscripsit Venet. 1503. min. fol. vna cum commentario Ammonii, Magentinique Metropolitae Mitylenaei in librum Aristotelis de interpretatione, et Mich. Pselli paraphrasi eiusdem libri. Post editionem hanc, quam habeo manu Henrici Stephani passim notatam, Ammonii commentarius vulgatus a *Feliciano* graece est separatim, perinde vt eius commentarius in Porphyrii isagogen, Venet. 1545. 8. [vid. ad nr. anteced. In Pinelli catal. I. p. 211. citatur edit. Amm. commmentar. in praedicamenta Aristot. gr. Venet. Ald. fil 1546. 8. et sic quoque apud *Hamberger* zuverl. Nachr. III. pag. 298.] Praeter latinam versionem *Rasarii* et alteram *Rosetini*, teneo et tertiam *Bartholomaei Syluanii*, Salonensis, recognitam a *Gastono Sala.* Paris. 1542. fol. apud Simonem Colinaeum. Hac omissa alias duas versionis huius editiones *Labbeus* memorat, Venet. 1541. fol. et Paris. 1554. fol. [conf. infra, cap. V. libr. V. vol. VI. pag. 383. edit. vet.]

3. *In librum Aristotelis* περὶ ἑρμηνείας, siue *de interpretatione*, commentarius, in quinque Τμήματα bbb) diuisus, in quorum secundo inter [P] alia pag. 57 sqq. editionis Aldinae

stitutione. Helmstadii 1667. 4. adde infra, libr. V. cap. 37. de Io. Philopono, vol. IX. pag. 363. *Harl.*

zz) De hoc Iohanne Philopono, Ammonii discipulo, eiusque scriptis infra differendi locus erit libro V. In praesenti sufficiat notasse, grauiter errare pandectarum Brandenburgicarum scriptorem, qui pag. 153. Ammonium cum Iohanne Philopono eumdem facit. *Fabric.* vid. supra in vol. III. pag. 209 sq. *Harl.*

aaa) In primis *Lambecii* comment. vol. VII. col. 143 sqq. *Buhle* l. c. pag. 147. In bibl. *Paris.* (vti in cod. *medic.* vid. *Bandin.* II. pag. 116. 686. III. pag. 38.) manu exarata adseruantur *Ammonii prolegomena in vniuersam philosophiam*, quae *Buhlio* l. c. pag. 294. videntur eadem esse cum prooemio, huic commentario in categorias plerumque praefixo. In cod. *Bauarico* CLX. sunt *Ammonii* prolegom. in categorias et scholia. — in cod. *Venet.* D. Marci CCXVII. in codd. *Medic.* teste *Bandin.* III. 4. 24. 33. 35 et 38. *Harl.*

bbb) Itaque pag. 98. pro verbis: ἐν τῷ συμπεράσματι τῦ πρώτε σχήματος τῦδε τῦ βιβλίε pro σχήματος legendum τμήματος. Ceterum τμῆμα quintum a Porphyrio non fuisse illustratum, et post Aristotelem ab alio additum sibi videri, scribit pag. 108. τὰ γὰρ ἐφεξῆς ὑποπτεύω ἤτοι μὴ εἶναι γνήσια τῦ Ἀριστοτέλες, ἀλλὰ προστεθῆσθαι ὑπό τινος τῶν μετ᾽ αὐτόν, — διὸ καὶ τὸν φιλόσοφον Πορφύριον ὑπολαμβάνω παραιτήσασθαι τὴν ἐξήγησιν τῦδε τῦ θεωρήματος. *Fabric.* Conf. supra in vol. III. p. 212 sq. — In cod. *Neapolit.* regio CXXIX. est Aristot. περὶ ἑρμηνείας cum glossis interlinear. et scholiis marginalib. *Ammonii.* — In codd. Medic. *Florent.*

nae occurrit luculenta disputatio de prouidentia et πρoγνώσει Dei atque libero hominis arbitrio, qua fatum impugnatur. Hanc latine vertit et in sententiis philosophorum de fato edidit magnus *Grotius*, Paris. 1648. 4. et Amstelod. anno eodem, forma minore, et inter opera theologica, tomo tertio, ibid. 1679. fol. Subiicitur etiam graece et latine [ex cod. Bodleiano correctior] editioni Londinensi libelli Alexandri Aphrodisei de fato, 1688. ccc) 8. vulgati. Commentarius Ammonii integer prodiit graece vna cum commentario in Categorias, Venet. apud Aldum, 1503. fol. [conf. *Hamberger* zuverl. Nachr. III. pag. 296.] et separatim, Feliciano edente, Venet. 1545. 8. [al. 1546.] Latine vertit praeter Rasarium, Rosetinumque, Bartholomaeus Syluanius ibid. 1549. 8. nam duas *Labbeo* memoratas editiones Venet. 1543. et Paris. 1544. non vidi.

4. Scholia *in Metaphysicorum libros septem* primores, msta in codice Bauarico CLVI. *Fabric.* Conf. supra in vol. III. p. 258. In bibl. *Paris.* superest in cod. MDCCCCLXXIV. saec. XV. mstus commentarius Ammonii in Aristotelis analytica priora et posteriora nondum editus. — In *Topica Aristotelis* scripserat Ammonius commentarium, quem arabice, non syriace, conuertit *Isaacus*, vt et postea *Iahia Ben Adi*, vid. *Casiri* bibl. arab. hispan. I. pag. 305. — In bibl. *Escorial.* (teste Plüero in itinerario per Hispan. pag. 156.) sunt graeci codd. *Ammonii Hermiae* 1) in quinque voces Porphyrii; 2) in easdem, in decem categor. Aristot. et in eiusdem libr. de interpretatione; 3) in eiusdem metaphysicam; 4) *methodus construendi astrolabium.* — *Ammon.* de vsu astrolabii in cod. Medic. XXI et XXXI. (vid. *Bandin.* catal. codd. gr. II. pag. 39 et 55.) *Harl.*

XIV. *Index scriptorum, in Ammonii, Hermeae F. commentariis memoratorum, concinnatus a me ad paginas*

Vitae Aristotelis, edit. graecolatinae Helmst. 1667. 4.
In Porphyrii Isagogen, edit. graecae Venet. 1545. 8.
In Categor. edit. graecae Aldi fol. 1503.
In librum de Interpretat. id., cui numeris paginarum destitutae, adscribi illos oportuit.

(Accentibus destituti veteres graeci libri. *de interpret.* pag. 10. 43. 50. 52. Accentu differentia vocabula. *In Categor.* pag. 9.)

Ὁ Ἀκραγαντῖνος σοφὸς (Empedocles) ἐπιῤῥαπίζων τοὺς περὶ Θεῶν ὡς ἀνθρωποειδῶν ὄντων παρὰ τοῖς ποιηταῖς λεγομένους μύθους. *de interpret.* pag. 107. eius versus ibid. (adde Tzetz. Chil. 13. hist. 464.)

(Apud Aegyptios luna generis masculini. *de interpret.* pag. 15.)

Vvvv 2 Alexander.

rent. IV. plut. 71. VII. et XXXIII. plut. 72. cod. I. plut. 85. (teste *Bandinio* catal. codd. gr. III. p. 5. 31. 38 et 239.) — In cod. *Veneto* D. Marci CCXXXV. *Amm.* in libr. Aristot. de interpretatione. — In bibl. *Parisina* sunt in II. codd. Ammonii memorata prolegomena in vniuersam philosophiam; in octo codd. commentarii in Aristotelis categorias; in quatuor codd. comm. in libros de interpretatione; in octo codd. comm. in Porphyrii isagogen; adde ad nr. seq. *Harl.*

ccc) Hoc loco et supra in cap. de Aphrodis. Fabric. ponit ann editionis 1688. sed vitiose, opinor: meum quidem exemplar habet notam a. 1658. *Harl.*

Alexander. *in Categor.* pag. 6. ὁ ἀπὸ τῆς Ἀφροδισιάδος ἐξηγητής. *de interpret.* pag. 6. 7. 12. 17. 25. 29. 44. 67. 87. 104. 114.

Ammonius ipſe ὡς ἐν τοῖς προοιμίοις ῥηθήσεται τῶν Ἀναλυτικῶν. *de interpret.* pag. 5. ὡς δέδεικται ἐν τῇ ἀποδεικτικῇ. *ad Iſagog.* pag. 57. ὥσπερ ἐν ταῖς εἰσαγωγαῖς [?] ἐμάθομεν. *in Categor.* pag. 8. ὡς ἐν εἰσαγωγαῖς ἀπεδόθη. id. pag. 47. κατὰ παραδιδομένην ἐν τῇ εἰσαγωγῇ μέθοδον. id. pag. 83.

Andronicus, Rhodius, ἑνδέκατος ἀπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους. *de interpret.* p. 2. non recte librum περὶ ἑρμηνείας Ariſtoteli ſuppoſitum eſſe exiſtimauit, pag. 3. Boethi Sidonii praeceptor. *in Categor.* pag. 5.

Antiſthenis dictum ἵππον μὲν ὁρῶ, ἱππότητα δὲ οὐχ ὁρῶ. *ad Iſagog.* pag. 29. a. b.

Οἱ κατὰ Ἀπολλώνιον τὸν ποιητὴν Γίγαντες. *ad Iſagog.* pag. 14.

Archilochus. *ad Iſagog.* pag. 9.

Archimedes μόνος τὸ σύνεγγυς ἀνεῦρε τοῦ τοῦ κύκλου τετραγωνισμοῦ. *in Categor.* pag. 58.

Archytae κατηγορίαι. *ad Iſagog.* pag. 20. 23. b.

Ariſtarchus, grammaticus. *de interpret.* pag. 91. Ariſtarchi grammatica. *in Categor.* pag. 22.

Ariſtotelis λέξις συνεστραμμένη, ἐμφάσεως καὶ πολυνοίας γέμουσα, καὶ ὑπὸ βραχείας παραλλαγῆς ἅπαν ἐνίοτε τὸ νόημα ἐξαλλάττουσα, καὶ ἐν πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων τούτων πεπονθυῖα. *de interpretat.* pag. 4. συντομίας ſiue breuitatis ſemper amans. *in Categor.* pag. 8. τὴν ἀσάφειαν ἐπιτηδεύων. id. pag. 17. delectatur vocibus vſu parum tritis nec vulgo cognitis. id. pag. 19.

De ordine legendorum librorum eius, eorumque claſſibus et generibus: de ſcriptis exotericis ſiue per dialogos compoſitis et acroamaticis etc. *in Categor.* p. 5. de cauſſis obſcuritatis. *ibid.*

Ariſtotelis definitio philoſophiae. *ad Iſagog.* pag. 7. b.

Ariſtoteles Θεολογῶν. *de interpret.* pag. 58. Eius Θεολογικὴ πραγματεία. id. pag. 12. Θεολογικά. *in Categor.* pag. 4.

κατ᾽ ἀρχὰς τῶν Ἀναλυτικῶν ἐν τῷ περὶ τῶν ἀντιστρεφῶν λόγῳ. *de interpretat.* pag. 105.

ἐν τῇ ἀποδεικτικῇ (Analytic. poſter.) *in Categor.* pag. 35.

ὅπως δεῖ τὰς ἀποικίας ποιεῖσθαι, ad Alexandrum regem. id. pag. 4.

περὶ βασιλείας liber ad eumdem regem. id. pag. 4. et *Vita Ariſtot.* pag. 7.

ἔγραψε καὶ γραμμάς τινας. *in Categor.* pag. 4.

Epigramma in Platonis laudem. *Vita Ariſtot.* pag. 5.

Epiſtolae, *in Categor.* pag. 4. συστατικαὶ ad Alexandrum regem. *Vita Ariſtot.* p. 6. [?]

Liber περὶ ἑρμηνείας, non ſatis elaboratus, ὑπομνηματικώτερον ddd) βιβλίον. *de interpret.* pag. 92.

ὅτι οἱ πολλοὶ τῶν Ἀριστοτέλους ἑταίρων (Eudemus, Phanias, Theophraſtus. *in Categor.* pag 5.) κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου ἔγραψαν κατηγορίας, καὶ περὶ ἑρμηνείας, καὶ ἀναλυτικά. *ad Iſagog.* pag. 20.

Liber κατηγορίαι, περὶ τῶν γενῶν τῶν μόνως κατηγορουμένων. *in Categor.* pag. 8. ſcopus et vſus libri pag. 7.

In

ddd) Ammonius in Categor. p. 4. ὑπομνηματικὰ ἐκεῖνα καλοῦσιν, ὅσα πρὸς οἰκείαν ἀπεσημήναντο ὑπόμνησιν.

In Ptolemaei Philadelphi bibliotheca reperti XL. libri Ἀναλυτικῶν. *in Categor.* pag. 6. et duo κατηγοριῶν. *ibid.* in omnibus fere iidem. *id.* pag. 8.
Aristotelis Ὁμήρου προβλήματα. *vita Aristot.* pag. 4.
Physicae acroaseos libros quatuor postremos doctrinae de motu impendit Aristoteles. *in Categor.* pag. 89.
Aristotelis περὶ τῆς ποιητικῆς. *in Categor.* pag. 4. περὶ ποιητικῶν καὶ πρὸς ποιητάς. *vita Aristot.* pag. 4.
Πολιτεῖαι σνέ. *vita Aristot.* pag. 7.
Aristotelis scripta vndique diligenter et curiose conquirens largeque remunerans Ptolemaeus Philadelphus rex, fecit, vt sub illius nomine multa falso sint obtrusa. *in Categor.* p. 5.
Aristotelis domus, domus Ἀναγνώστου dicta a Platone. *vita Aristot.* pag. 6.
Ἀριστοτελεία ἑορτὴ celebrata a Stagiritis. *vita Aristot.* pag. 4.
Οἱ Ἀριστοτελικοί. *ad Isagog.* pag. 32. b.
Alii Aristoteles, quorum συγγράμματα ad Stagiritam male relata. *in Categor.* pag. 5.
Arius, Patrensis, infra in Dusarius.
(Atticus mos εἰς δῆμον πλείονα ἅμα ψηφίσματα εἰσφέρειν. *de interpretat.* pag. 21.)
Βόηθος καὶ Σιδώνιος (leg. ὁ Σιδώνιος). *in Categor.* pag. 4. Andronici Rhodii discipulus. *id.* pag. 5.
Callimachi epigramma in Cleombrotum, qui lecto Phaedonis Platone se interemit. *ad Isagog.* pag. 6. Vide et infra, Cyrenaeus.
(Cnemone et Timone μισανθρωπότεροι. *de interpret.* pag. 50.)
Cynici. *in Categor.* pag. 3.
Ὁ Κυρηναῖος (Callimachus). *de interpret.* pag. 16.
Cyrenaici ab Aristippo. *in Categor.* pag. 3.
Οἱ Κωμῳδοποιοί. *de interpret.* pag. 11. [P]
(ὁ μῦθος ὁ περὶ Δαιδάλου ὅτι πτερῶσαι ἐπινενόηκεν ἑαυτὸν καὶ τὸν υἱὸν Ἴκαρον. *in Categor.* pag. 57.)
ὁ Δημήτριος τὸ περὶ λογογραφικῆς ἰδέας βιβλίον συγγράψας καὶ αὐτὸ ἐπιγράψας περὶ ἑρμηνείας. *de interpret.* pag. 2.
Demosthenes. *de interpret.* pag. 21. 28. 115. eius ἐννέα λόγοι τῶν δημοσίων et ἕνδεκα κατὰ Φίλιππον. *in Categor.* pag. 49.
Diodorus, dialecticus. *de interpret.* pag. 16.
Dionysius, (Thrax, grammaticus). *de interpret.* pag. 10. οἱ τὴν γραμματικὴν μετιόντες τέχνην. pag. 19.
Ὁ Πατρεαῖος Δουσάρειος (interpreti Rasario Arius Patrensis). *de interpret.* pag. 17.
ὁ Ἐλεάτης ξένος (apud Platonem sophista). *de interpret.* pag. 80. ὁ Ἐλεάτης σοφός; pag. 81.
Epicurus (haud nominatus) perstringitur. *de interpret.* pag. 58.
Epicurei ἡδονικοί. *in Categor.* pag. 3.
Epigramma in Aristotelem, *vita Aristot.* pag. 3.
Euclides ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἕκτῳ αὐτοῦ θεωρήματι. *ad Isagog.* pag. 48. b.
Eudemus. *in Categor.* pag. 5. vide supra in Aristotele.
Euripides, (Phoenissis vs. 1386.). *de interpret.* pag. 8.
Eustathius (Aristotelis interpres). *in Categor.* pag. 6.

Geometrae. *in Categor.* pag. 43. 58. 87. 90. ὁ Γεωμέτρης (Euclides). *id.* pag. 43. 66.
Heraclitus. *de interpret.* p. 415. 10. *in Categor.* p. 37. Pyrrhonis discipulus. *in Categor.* p. 3.
Herminus. *de interpret.* pag. 10. 23.
Herodianus. *in Categor.* f. 82. vbi Etymologia τῦ σκότυς, παρὰ τὸ σχέθειν, *a cohibendo.*
Hesiodi versus, Αἰεὶ δὲ ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει. *in Categor.* pag. 67.
Hippocrates. *ad Isagog.* pag. 76. b.
Homerus. *de interpret.* pag. 57. 80. 89. 115. *vita Aristot.* pag. 7. *in Categor.* pag. 62.
Homeri versus respiciuntur. *de interpret.* pag. 1. 5. 19. 26. 34. 42. 43. 50. 58. 64. *ad Isagog.* pag. 9. 64. 67. b. *in Categor.* pag. 11. 16. 38. 82. ἡ μυθολογία πατέρα ἀνδρῶν τε καὶ θεῶν καλεῖ τὸν Δία. *id.* pag. 54. b.
ὁ θεῖος Ἰάμβλιχος. *de interpret.* pag. 87. ὁ μέγας Ἰάμβλιχος. *ibid.* οἱ δὲ ἀκριβέστερον λέγοντες, ὧν εἷς ἐστι καὶ Ἰάμβλιχος. *in Categor.* pag. 6.
  eius ὑφήγησις oraculorum. *de interpret.* pag. 59.
Isocrates. *ad Isagog.* pag. 13. b.
Megarici ab Euclide. *in Categor.* pag. 3. [P]
Νικοκλῆς ἢ Λυσίμαχος, (titulus orationis credo Isocratis,) *de interpret.* pag. 89.
Nicomachus, Amyntae regis medicus, Aristotelis pater. *vita Aristot.* pag. 3.
Nicomachus, Aristotelis filius, ad quem Nicomachea pater scripsit. *vita Aristot.* pag. 3.
Oracula. *de interpret.* p. 59. ὅτι καὶ τῦ συμφέροντος ἕνεκεν τῶν ἀκουόντων πολλάκις ἀμφίβολοι δίδονται χρησμοὶ, τὴν διάνοιαν αὐτῶν γυμνάζοντες, p. 60. Oraculo monitus Aristoteles. vt se philosophiae daret. *vita Arist.* pag. 4. Aliud oraculum, οἶδα δ᾽ ἐγὼ ψάμμυ τ᾽ ἀριθμόν. *ad Isagog.* pag. 58. ὑπερβάθμιον πόδα μὴ πέμπειν. *in Categor.* pag. 5.
Parmenides. *de interpret.* pag. 4. οὐχ ὁ παρὰ Πλάτωνι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν τοῖς οἰκείοις ἔπεσιν, pag. 58. ὁ μέγας Παρμενίδης, pag. 59. eius versus οὐ γὰρ ἔην οὐδὲ ἔσται ὁμοῦ πᾶν, ἔστι δὲ μοῦνον. *ibid.*
Peripatetici. *in Categor.* pag. 2. 3. 38. *de interpret.* pag. 19. *ad Isagog.* pag. 32. illorum ἀξιώματα. *id.* pag. 69. Aristotelis discipuli peripatetici e Lyceo, Xenocratis vero auditores peripatetici ex academia, pag. 32. b. Πλάτων γυμνασίας ἕνεκεν περιπατῶν ἐποιεῖτο τὰς πρὸς τοὺς ἑταίρους συνουσίας, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης διαδεξάμενος ἔσχε τὴν ἐκ τῆς ἐνεργείας, ἤτοι τὴν ἐκ τοῦ συμβεβηκότος ἐπωνυμίαν. *in Categor.* pag. 4.
Pindarus, Thebanus. *ad Isagog.* pag. 35.
Plato antea dictus Aristocles. *de interpret.* pag. 9. ab Aristotele per viginti annos auditus. *vita Aristot.* pag. 4. 5. 9.
  Dialectica eius ab Aristotelis longe diuersa. *ad Isagog.* pag. 25. b.
Plato citatur. *de interpret.* pag. 12. 47. 66. *ad Isagog.* pag. 5. 6. 12. b. 18. 26. 30. a. b. 31. 32. b. 36. b. *in Categor.* pag. 3. 4. 11. 18. 21. 37. 39. 66. 78. 85.
  Conuiuio. *de interpret.* pag. 15.
  Cratylo. *de interpret.* pag. 14. 15. 16. 18. 26. *ad Isagog.* pag. 40.
  Gorgia. *de interpret.* pag. 21. 87. 88. 96. *in Categor.* pag. 2. 4. 54.
  De Legibus. *de interpret.* pag. 4. 58.
  Parmenide. *ad Isagog.* pag. 33. *de interpret.* pag. 38. *in Categor.* pag. 2.
  Phaedone, ἢ περὶ ψυχῆς. *de interpret.* pag. 87. 89. Supra in Callimacho.

Phaedro. *de interpret.* pag. 28. 112. *in Categor.* pag. 2.
Philebo. *de interpret.* pag. 28. 113.
De Rep. *de interpret.* pag. 6. 92. 109.
Sophista. *de interpret.* pag. 18. 20. 21. 80. 81. 109. 113. *ad Isagog.* pag. 57.
Theaeteto. *in Categor.* pag. 51. [☞]
Timaeo. *in Categor.* pag. 28. *de interpret.* pag. 34. 58. 59. *ad Isagog.* pag. 48. b.
In Platonis laudem, epigramma Aristotelis. *vita Aristot.* pag. 5.
Οἱ Πλατωνικοί. *ad Isagog.* pag. 30. *in Categor.* pag. 38.
Ὁ θεῖος Πλωτῖνος. *ad Isagog.* pag. 11. b. *in Categor.* pag. 5. 21.
Porphyrius, philosophus. *in Categor.* pag. 6. 20. *de interpret.* pag. 7. 14. 19. 21. 22. 24. 30. 32. 41. 42. 43. 48. 74. ἐν ταῖς εἰσαγωγαῖς. *in Categor.* pag 19. platonicus. *ad Isagog.* pag. 32. b. tamen in Isagoge de quinque vocibus non Platonica sed Aristotelica placita sequitur. *id.* pag. 72. *in Categor.* pag. 35. quia debet esse introductio ad Aristotelis Categorias. *ad Isagog.* pag. 18. b. 32. b. 56. b. 70. 71. b. scripta ad discipulum Chrysaorium, et genuina esse cognoscitur διὰ τὸ φράσεως σαφὲς etc. *id.* pag. 16. b. 17. b.
Τμῆμα quintum libri Aristotelis περὶ ἑρμηνείας interpretari omisit. *de interpret.* pag. 108. ἀπομνημονεύσαντες τῶν ἐξηγήσεων τοῦ θείου ἡμῶν διδασκάλου Πρόκλου τοῦ Πλατωνικοῦ διαδόχου. *de interpret.* pag. 5.
Protagoras, sophista. *in Categor.* pag. 51.
Pyrrho ccc), auctor haereseos ἐφεκτικῆς. *in Categor.* pag. 3.
Pythagoras. *ad Isagog.* pag. 9. a. b. 12. b.
ὁ Σίμων ὁ τῷ Σωκράτει γνώριμος. *de interpret.* pag. 88.
Socratis per tres annos discipulus Aristoteles. *vita Aristot.* pag. 4. annos XVII. natus ad eum accessit. *id.* p. 9. Dictum eius *amicus Socrates, sed* φιλτάτη ἡ ἀλήθεια, *amica maxime veritas.* *id.* pag. 5. Σωκράτης υἱὸς Σωφρονίσκου, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, προγάστωρ, φαλακρός, γρυπός. *ad Isagog.* pag. 39. b. 61.
Speusippus, Platonis successor, filius Potonae, Platonis sororis. *vita Aristot.* pag. 6.
Stoici. *de interpret.* pag. 1. 7. 19. contra eos disputatur, logicam non esse partem philosophiae. *in Categor.* pag. 2.
ὁ μέγας Συριανός. *de interpret.* pag. 60. 109.
Thales rationem eclipseos lunaris primus reperit. *in Categor.* pag. 57. 59.
Theophrastus antea Tyrtamus. *de interpret.* pag. 9. ἑταῖρος Aristotelis pag. 69. citatur p. 28. 39. 69. 70. *in Categor.* pag. 5. vide supra in Aristotele. Eius patria Eressus ab Aristotele exemta periculo. *vita Aristot.* pag. 6.
Timaeus. *de interpret.* pag. 94. Vide supra in Platone. [☞]
ὡς ὁ Τίμαιος ἡμᾶς ἐδίδαξε. *de interpret.* pag 58. ὡς ἐν Τιμαίῳ παρειλήφαμεν. *id.* p. 59.
Xenocrates, Platonis post Speusippum successor. *vita Aristot.* pag 6. eius discipuli Ἀκαδημαϊκοί. *in Categor.* pag. 3. περιπατητικοὶ ἐξ Ἀκαδημίας. *ad Isagog.* pag. 32. b.
ἐξηγητῶν οἱ ἀκριβέστεροι. *de interpret.* pag 72. τινὲς τῶν ἐξηγησαμένων. *id.* pag. 76. οἱ πλεῖστοι ἐξηγητῶν τοῦ Ἀριστοτέλους. *id.* pag. 93.

οἱ

ccc) Miror Pyrrhonis discipulum ab Ammonio ibidem dici Heraclitum, qui eum longe aetate antecessit.

οἱ διὰ μυθολογίας παραδόντες ἡμῖν τὰς Θεολογίας. *de interpret.* pag. 16.

Versus poetae, ἄλλη γὰρ ἄλλῳ γλῶσσα. *de interpret.* pag. 8. ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. *in Categor.* pag. 22. πάντες γὰρ σείοντο πόδες πολυπίδακος Ἴδης. *in Categor.* pag. 60. κείνου γὰρ ποίη κεφαλὴ τοιαὶ δέ τε χεῖρες. *ibid.*

οἱ παλαιοί. *de interpret.* pag. 8. 86. 89. *in Categor.* pag. 52. 54. etc. οὐδὲ ἐν ὀνείρου ἴχνει τοῦ ἐναρέτου (ἀπὸ τῆς ἀρετῆς) οἱ παλαιοὶ μέμνηνται. *in Categor.* pag. 16.

οἱ ποιηταί. *ad Isagog.* pag. 5. a. b.

οἱ φιλόσοφοι. *in Categor.* pag. 34.

De philosophorum sectis locus insignis *in Categor.* pag. 3 sq. de scientiarum generibus et disciplinarum pag. 4.

XV. *Alii, decem amplius, Ammonii, scriptis clari.*

1. Ammonius, Ammonii F. grammaticus, Alexandri discipulus, Alexandrinus et in schola Aristarchi, paullo ante Augusti imperium, successor, teste Suida, [et *Eudocia* p. 56.] Hic videtur, qui plus simplici vice citatur in scholiis ad Pindarum et Aristophanem. *Fabric.* [Citatur quoque aliquoties in scholiis ad Homeri Iliada Venetis, a Villoisonio editis, vide supra in vol. I. pag. 444. voc. *Ammonius*. Ad Iliad. ι. vers. 356. laudatur *Ammonius* ἐν τῷ περὶ τῶν ὑπὸ Πλάτωνος μετενηνεγμένων ἐξ Ὁμήρου. ad Iliad. κ'. 397. ἐν τῷ περὶ τοῦ μὴ γεγονέναι πλείονας ἐκδόσεις τῆς Ἀρισταρχείου διορθώσεως, et τ'. 365. ἐν τῷ περὶ τῆς ἐπεκδοθείσης διορθώσεως. A scholiastis autem innui Ammonium grammaticum, de quo paullo inferius, nr. 8. agitur, vix credo. vid. supra in vol. I. p. 503. *Fabric.* infra in vol. VII. lib. V. cap. 7. p. 49. adde *Villoison.* prolegom. ad Homerum pag. XXVI sq. et in anecd. graec. II. pag. 184. not. *Harl.*]

2. Ammonius λιθοτόμος laudatus *Celso* VII. 26. nescio, an diuersus ab *Ammonio chirurgo* apud Aetium plus semel memorato, et ab *Ammonio*, cuius apud Paulum Aeginetam mentio. *Fabric.* De vtroque, et alio Ammonio medico, vid. in elencho medicorum infra in vol. XIII. pag. 55 sq. *Harl.*

3. Ammonius Λαμπρεὺς, siue vt rectius in scholiis ad Hermogenem pag. 407. Λαμπτρεὺς, e Lampris Atticae pago, citatur ab altero, de quo mox dicam, Ammonio, (qui de differentiis verborum scripsit,) in βωμός· Ἀμμώνιος ὁ Λαμπρεὺς ἐν πρώτῳ περὶ θυσιῶν. Inscriptio integra operis fuit περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν, vt patet ex *Harpocratione* in Ἀμαζόνιον, et *Athenaeo* XI. pag. 476. Sed ab eodem Harpocratione in Ἐσχάρα et in Θολὸς, (vbi quartum librum citari videas,) et laudato scholiorum ad Hermogenem loco tantum altera pars tituli exstat περὶ βωμῶν. [*] Idem Ammonius intelligitur a Suida in Ἐσχάρα, Harpocrationis vestigiis insistente. Idem quoque videtur, qui scripsit περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων, teste *Athenaeo* XIII. pag. 576. licet res non plane sit explorata. *Fabric.* conf. *Bayle* diction. voc. *Ammonius* de hoc et nr. 4. prolato Ammoniis tom. I. pag. 187 sq. Sed *Corsin.* in vita Plutarchi pag. V sq. hunc et superiorem nr. 3. vnum eumdemque esse opinatur. vide supra in hoc volum. cap. 13. pag. 153 sq. *Harl.*

4. Ammonius, Plutarchi praeceptor, Athenis defunctus, de quo vide, si placet, supra [in vol. III. in catal. peripatet. pag. 460.] hoc libro IV. cap. 13. §. 1. [ibique notam,] et

Io.

Io. Rualdum in Plutarchi vita cap. 7. Hunc ſaeculo integro antiquiorem, male cum Ammonio Sacca confundunt Hadrianus Iunius ad Eunapium, Hendreichius in pandectis Brandenburgicis aliique.

[*Hammonii* legati regis Aegypti mentio fit apud *Ciceron.* ad diuerſ. I. 1. ex qua ſcriptura patet, hoc nomen factum eſſe a Ioue *Hammone. Heum.*]

5. Ammonius, peripateticus, qui, (φιλολογώτατος licet,) nihil ſcripſit, niſi quod amici cauſſa poemata quaedam et declamationes miſit in litteras, teſte *Longino* apud Porphyrium in Plotini vita cap. 20. Idem eſt Ammonius ὁ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, quo πολυγραμματώτερον neminem nouiſſe ſe teſtatur *Philoſtratus* in Hippodromi vita lib. II. ſophiſt. c. 27. §. 4. Sed diuerſus haud dubie ab Ammonio, Plotini praeceptore, quem Platonicis adſcribit, et a peripatetico clariſſime diſtinguit Longinus loco laudato, vt Baelius in lexico hiſtorico [l. c. p. 190. not. *H. Harl.*] pulcre etiam obſeruauit, et Tillemontius tom. III. memor. eccleſiaſt. part. II. pag. 391 ſq. *Fabric.* Confuderunt illos Ionſius de ſcript. hiſt. phil. III. 13. et *Olearius* ad Philoſtrati l. m. pag. 618. ſed omnino ſunt diuerſi. adde quoque *Ruhnken.* diſſ. de Longino. §. 4. fin. pag. 8. ante edit. Longini Toupianam. *Harl.*

6. Ammonius, Chriſtianus, ſcriptor Monoteſſari euangelici, (de quo dixi in codice apocrypho Noui Teſt. p. 378 ſq.) et libri deperditi περὶ τῆς Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ συμφωνίας, quem memorat *Euſebius* VI. 19. hiſt. atque *elegans opus* vocat *Hieronymus* de ſcript. eccleſ. cap. 55. fff) diuerſus mihi videtur ab Ammonio Sacca, Plotini praeceptore. Nam Porphyrius apud *Euſebium* pag. 220. diſerte teſtatur, hunc natum quidem et educatum a Chriſtianis, ſimul ac autem philoſophiae limen adtingere potuit, ſtatim πρὸς τὴν κατὰ νόμους πολιτείαν, hoc eſt ad ethnicismum ſe contuliſſe. Huic accedit, quod non videtur credibile, Plotinum per annos vndecim chriſtiano homini tam familiariter fuiſſe adhaeſurum, neque Chriſtianum ei traditurum fuiſſe veluti arcana et ἀπόρρητα de daemonibus dogmata, quae [[?]] Herennius deinde et Origenes, (diuerſus ab Adamantio,) libro de daemonibus vulgarunt. Certe qui vitam Plotini a Porphyrio ſcriptam adtente legerit, neutiquam adſentietur viris doctis, qui Ammonium diſcipulis ſuis, Plotino, Herennio, Origeni religionis chriſtianae arcana ſub ſilentii fide communicaſſe ggg) ſcribunt, aut eos edocuiſſe, quod, quicquid praeclari in Graecorum philoſophis continetur, multo prius traditum ſit a prophetis, et longe pulcrius in ſacris Chriſtianorum libris contineatur. Itaque Euſebius duos Ammonios inter ſe confudit, et ſcriptoris chriſtiani libros Ammonio, Plotini praeceptori, quem nihil ſcripſiſſe Longinus teſtatur; praeter rem tribuit hhh). Euſebii veſtigia, non mirabitur lector, quod S. Hieronymus et alii [v. g. *Petauius* in rationar. temp. part. I. lib. V. cap. XI. pag. 197. *Heum.*] magno numero ſunt inſequuti. *Fabric.* Scripſerat *harmoniam euangelicam*, quam a Victore Capuano, ſed ipſo incerto atque haeſitante, perperam eſſe Tatiano tributam, nec a Tatiano profectam eſſe harmoniam euangelicam, vulgo Ammonianam, ab Ottomaro Luſcinio editam, docet Fabric. in cod. apocrypho N. T. pag. 378 ſq. not. qui alios quoque ſententiae ſuae patronos adpellat. Adde *Hamberg.* Zuverl. Nachr. II. pag. 562 ſqq. eosque, quos citat, bene multos

fff) Conf. *Lambec.* comment. de biblioth. caeſar. III. col. 111. *Harl.*

ggg) Vide ſupra hoc capite §. VII.

hhh) Hoc eſt firmiſſimum argumentum ad probandum, Ammonium Chriſtianum diuerſum eſſe ab Ammonio platonico. *Heum.* vid. ad §. XI. *Harl.*

multos viros doctos. Ille vero harmoniam, a Victore adtributam Tatiano, scribit, a Zacharia Chrysopolitano, scriptore saec. XII. fuisse Ammonio adsignatam et explicitam: eam vero, quam publicauit Luscinius, f. Nachtigall, negat Ammonium habuisse parentem. Idem vberius id docet lib. et tom. cit. pag. 396. *Riederer* tamen, theologus quondam Altdorfinus, in: Nachrichten zur Kirchen- Gelehrten- und Bücher-Geschichte, tom. II. Ammonianam harmon. euang. Tatiano adscribendam esse statuit. Prioris, a Victore versae, editiones sunt, notante Hamberg.

Ammonii, vulgo *Tatiani Diatessaron* (pro quo voc. apud Victor. olim male scriptum esse *diapente*, idque criticos vexasse, docet Fabricius l. c.) *s. Harmonia in quatuor euangelia, Victore Capuano interprete*, in Monumentis P. P. orthodoxogr. Basil. 1569. vol. I. tom. II. pag. 659. et in biblioth. P. P. max. Lugd. tom. II. part. II. pag. 203. et alibi. conf. *Thom. Ittig.* de bibliothecis et catenis patrum, Lipsiae 1707. 8. pag. 20. 34. 73. 125. 423. 489. — supra, in vol. III. pag. 880 sq. — sub nomine *Tatiani* illa harmonia e latina Victoris Capuani versione translata est in linguam *theotiscam antiquissimam*, et edita a *Io. Phil. Palthenio*, Gryphiswaldiae 1706. 4. et e codd. duobus emendatius a *Io. Schiltero*, Vlmae 1727. fol. adpendicis loco ad Schilteri antiquitatum teutonicarum tom. I. vid. *Hamberger*. l. c. p. 298. — Alterius harmoniae editt. sunt:

Ottom. Luscinii euangelicae historiae ex quatuor euangelistis perpetuo tenore, ex *Ammonii Alexandrini* fragmentis quibusdam e graeco versa etc. Augustae Vindel. per Simpert. Ruff. 1523. 4. vid. *Riederer* lib. mem. tom. III. pag. 109—113. — Eadem Luscinii versio recusa est in Monument. P. P. Orthodoxogr. Basil. 1569. vol. I. tom. II. pag. 747. — in bibl. P. P. maxima, Lugd. tom. III. pag. 265. — cum veterum quorumdam theologorum breui elencho, Basil. 1550. fol. — in bibliotheca theologica, Basil. 1555. fol. — in Marg. de la Bigne bibliotheca sanctorum patrum, tom. II. Paris. 1676. fol. — Vita Iesu Christi ex quatuor euangelistis ex *Ammonii Alex.* fragmentis graecis latine versa per *Ottom. Luscin.* et edita a *Gasp. Bruschio.* Erfurt. 1544. 8. vide *Am Ende* de vita et scriptis Ottmars *Nachtgalls* in Strobelii Miscellaneen literarischen Inhalts, part. IIII. pag. 61 sq. et pag. 50. agit de versione germanica, cuius inscriptionem refero ex *Schelhornii* amoeni att. litterariis tom. V. pag. 487.

Dye euangelisch Histori nach aller Ordnung, wie sie ergangen, in ain Red gestelt, allen Christlichen Gemyeten nützlich zu betrachten, vnd zu ayner Gedächtnuss der Göttlichen Guttat zu machen dienstlich. Von Ammonio Alexandrino *Kriechisch beschriben, vnd durch* Othmarum Nachtgal *Doctorem zu Latein vnd Teutschen gebracht.* Augustae Vindel. ex offic. Symp. Ruff. 1524. 8. conf. infra, libr. V. 1, 19. vol V. pag. 83. edit. vet. — et lib. V. 4, 15. vol. VI. pag. 96 sq. Nomen eius (aut forsan rectius, *Ammonii presbyteri*, de quo nr. 10.) et fragmenta occurrunt quoque in catena patrum, e. gr. in Danielem in psalmos, acta et epistolas catholicas, vide infra, V. 17, 9. vol. VII. pag. 764. et pag. 790. *Montfauc.* biblioth. Coislin. cod. CLXXXIX. pag. 244. cod. CCII. pag. 263. cod. XXXVII. pag. 111. cod. CXXII. pag. 198. et pag. 399. in cod. CCLXXXII. vita *Amun*, (qui si noster Ammonius esse et haberi potest,) atque vxoris, ex historia Lausiaca. In expositione siue catena patr. in Psalmos, edita a *Cordeiio*, Antwerp. 1643 et 1646. III. tom. e cod. Vindob. X. (vid. *Lambec.* comm. III. col. 53 sq.) in cod. XIV. ex quo Corderianam collectionem augeri posse, monet *Lambec.* ib. col. 64 sqq. *Harl.*

7. Ammo-

7. Ammonius, monachus Alexandrinus, qui ad episcopatum cum trahi se videret, aurem sibi amputauit, teste *Socrate* IV. 23. et Palladio in historia Lausiaca pag. 27 sq. Huic *Guil. Caueus* verisimili prorsus coniectura tribuit historiam de excisione monachorum montis Sinai et Raithu a. Chr. 377. a Saracenis facta, quam ex Aegyptiaco versam graece a Iohanne quodam presbytero, cum latina versione et notis edidit *Franciscus Combefisius* ex cod. Mazarin. et Seguieriano, in actis martyrum antiquis Paris. 1660. 8. pag. 88 — 132. *Fabric.* Conf. infra, lib. V. 45. vol. X. pag. 475. IX. pag. 125. — Cod. Coislin. olim Seguerian. CV. cod. CCLXXXIII. et cod. CCCVII. vid. *Montfaucon.* biblioth. Coislin. CLXXIX ac CCCXCIX et CCCCXXIII. — codd. DXIII et MCLXXIX. in bibl. publ. *Parisina. Harl.*

8. AMMONIVS, grammaticus, cuius et Helladii, itidem grammatici, auditorem fuisse se, (Ammonium vero πιθήκε *Simiae* sacerdotem,) testatur *Socrates* historiae ecclesiasticae scriptor. V. 16. pag. 275. edit. Mogunt. narratque Alexandria eos profugisse in graui illo tumultu, qui accidit a. Chr. 389. iii) ob euersa Theodosii imp. iussu ethnicorum templa. Exstat huius, vt suspicor, Ammonii περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων kkk), siue de distinguendis vocabulis adfinem significationem habentibus liber lexici more conscriptus ordine alphabetico.

[*Codices* mssti hi fere sunt. In biblioth. *Veneta* D. Marci cod. DCLII. *Ammonii* περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων vsque ad voc. Οἰκῆας. vid. *Villoison.* anecd. gr. tom. II. p. 102 et 149. — *Paris.* in bibl. publ. in codd. MMDCLII et MMDCLXIX. at in cod. MMDCLXII. esse dicitur (catal. codd. tom. II. pag. 536.) anonymi de similibus et differentibus vocabulis libellus, ab Ammonio et Ptolemaeo Ascalonita diuersus, cuius tamen ope Ammonius prodire possit emendatior. In eadem bibl. est auctore *Labbeo* in noua bibl. MSSt. libror. Paris. 1653. pag. 103. cod. MD. (apud Fabr. scriptum erat, cod. XXIV.) Ammonio de different. adiunctus est eiusdem auctoris libellus lll) περὶ ἀκυρολογίας. Eiusdem tituli libellus mstus auctore *Polybio Sardiano* exstat in bibl. regia *Matrit.* teste Iriarto in catal. codd. gr. I. pag. 117.

 conf.

iii) Ad hunc annum refert quoque Ammonii aetatem *Saxius* in Onom. I. p. 449. *Valckenaer* tamen in praef. ad suam edit. pag. XVI sqq. iudicat, argumentis vsus speciosis, Ammonium grammaticorum, qui supersunt, fere antiquissimum, saeculo post Christum natum primo, seu sub initium secundi maxime floruisse: sed nouissimus editor, qui magnam praefationis Valckenarianae partem suae subiecit praefationi, p. XLV sq. et p. XXI sq. suae praefat. discedit a sententia Valckenarii. Vid. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. pag. 338 sq. Ceterum de ipso Ammonio, eius opere huiusque editionibus conferes praefationes *Valckenarii*, qui hunc libellum Ammonio copiose docteque vindicauit, atque recentissimi editoris, *Christph. Frid. Ammonii. Harl.*

kkk) Valcken. praef. pag. XX. credibile videtur, Ammonium posuisse περὶ διαφόρων λέξεων, *de vocum differentia;* quod tamen paucula quidem, ὅμοια, apud antiquos promiscue vsurpata, recentiore autem aeuo male disparata, Κωφὸς et ἐνεός, περιμάξαι et ἐκμάξαι, τύραννος et βασιλεύς, Ammonius ostendit; accidisse putat Valck. vt librarii postea libello facerent titulum, περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων. Idem pag. IV. sibi persuadet, et probabiles adfert rationes, Ammonium lexicon suum conscripsisse ἄτακτον, et, quas tradit, differentias verborum in certas potius disparasse classes, neque vllam habuisse ordinis litterarum rationem. *Harl.*

lll) Hunc libellum non solum genuinum esse Ammonii opus, sed alteram veluti huius de differentiis etc. opusculi partem constituisse, censet *Valcken.* praefat. pag. XVI.

conf. supra in vol. IV. pag. 334. — In *Britannia* in biblioth. aedium Iacobaearum, in cod. DCCCXLI. secundum catal. MSt. Angliae et Hiberniae, vol. II. pag. 246. — In biblioth. *Leidensi* inter codd. Vossianos sunt in collectione plurium opusculorum etc. (vid. catal. bibl. Lugdun. Bat. p. 399. nr. 7.) variae in Ammonium lectiones, quas e MS. aduersariis inseruerat Is. Vossius, suis etiam emendatt. interpositis, vsque ad voc. Ἐμπειρία. Ex iis se multum profecisse, *Valcken.* qui eas omnes produxit, in praef. pag. VII. testatur. Attamen ex cod. Parisin. decerptas esse varias illas lectt. putat Valck. in praef. pag. XVI. vbi de aliis quoque codd. agit.

Editionum tres classes constitui possunt, Aldina, Stephaniana et Valckenariana. Agmen igitur ducit edit. *Aldina: Dictionarium graecum* copiosissimum secundum ordinem alphabeti cum interpr. latina; *Cyrilli* opusculum de dictionibus — gr. et lat. *Ammonius de differentia dictionum per litterarum ordinem, graece* etc. Venetiis in aedibus Aldi Manutii M.IIID. (1497.) fol. conf. *Maittaire* A. T. IV. 2. pag. 637 sq. et *Fossii* catal. codd. saec. XV. impr. in bibl. Magliabech. I. pag. 607. *Bure* bibliogr. instruct. B. L. nr. 2225. Hanc editionem, a qua postea operarum negligentia et mala correctorum sedulitate in plurimis fuit recessum, valde laudat Valcken. in praef. pag. VI sq.

Postea lib. Ammonii accessit operi: *Dictionum graecarum thesauro* etc. per *Io. Mariochium Bondenum*, Ferrariae, 1510. fol. (vid. *Maittaire* II. 1. p. 220.) et *Lexico graeco.* Paris. 1521. — Basileae, typis nitidis Valentini Curionis, 1522. (teste Valcken.) ibid. 1525. (vid. *Maittaire* A. T. II. 2. pag. 669.) 1532. — Paris. 1530. vitiose.

A prima Veneta edit. interdum dissidet altera *Veneta*, eaque auctior, collectio grammaticorum: *Dictionarium graecum* etc. (in quo etiam continentur: collectio dictionum, quae differunt significatu —. *Ammonius*, — *Orbicius*, — *Corinthus*, — *Herodianus*, — *Thom. Magister*, — *Phrynichus* et alii,) Venet. in aedibus Aldi et Andreae Asulani soceri, 1524. fol. vid. *Maittaire* A. T. IV. 2. pag. 655. et *Fabric.* infra in vol. VII. pag. 15.

Correctior comparuit Ammonius subiectus Lexico gr. a *Iac. Tusano* curato Paris. 1552. fol. — Aldina I. tamen excepta, omnium editionum ante Stephanianam optima fuit a *Io. Frellonio* Lugduni a. 1553. vulgata, a qua Basileensis a. 1554. latum vnguem vix discedit. — Contra ab Aldina I. *H. Stephanus*, qui in Adpendice ad Thesaurum L. Gr. col. 45 sq. (a. 1572 fol.) dedit Ammonium, quam longissime recessit. Is enim, animaduertente Valckenario, Homeri et aliorum scriptorum loca, quae minus plene adferri videbantur, suo periculo ex editis suppleuit et correxit, malo instituto, sed satis tum vulgato. — Ex Stephaniana recensione repetitum est Ammonii opusculum in adpendice ad *Scapulae* lexicon, saepius editum: item in libello, inscripto: Σταχυολογία τεχνολογική, Venet. 1694. 8.

Ammonius quoque ex Stephani quidem recensione, at multis locis correctior, a *Bonauent. Vulcanio* insertus est *thesauro vtriusque linguae*, quo glossaria et veteres grammatici de proprietate et differentiis vocabulorum vtriusque linguae continentur. Lugduni Bat. 1600. fol. (de qua edit. vid. *Fabric.* B. Gr. lib. V. 40. 8. vol X. pag. 50. not.) — Etiamnum (vt ait Fabricius,) ope MSS. vel maxime indigere hunc librum notauit *Io. Pearson* part. II. vindiciarum Ignatii pag. 151. vbi ex codice regis Angliae bina loca supplet. — Nec defuit libro Ammonii emendando diligentia et sollertia V. D. In actis erud. litterariis Sueciae, a. 1723.

a. 1723. p. 432. exſtat *Zach. Plantini* coniecturarum in textum Ammonii graecum, breue ſpecimen. *H. Valeſius* in notis in notas Mauſſaci ad Harpocrat., p. 84. et in emendationum libr. IV. cap. 9. p. 110. *Burmann.* in not. ad illud opus lib. V. cap. 17. p. 134. ſaepius *Hemſterh.* ad Lucianum, *Nunneſius* ad Phrynichum, *Doruillius* ad Charitona, et alii tentarunt aut curarunt loca Ammonii corrupta. Atque nouam editionem moliti erant, *Sallerius* et *Car. Andreas Duckerus*, (vid. ephem. litter. Lipſienſ. 1727. p. 179. et obſſ. miſcell. vol. V. part. II. p. 31.) atque *Emman. Martinus*. (vid. Valcken. praef. pag. II.) Sed quia illi conſilium poſtea abiecerant: fauſtis auibus Grammatici curam ſuſcepit *Valckenaer*, qui illud Ammonii opuſculum ſeparatim edidit, vſus collatione MS. et variarum editionum, doctorum coniecturis, (inter quos elucent Scaligeranae, exemplo theſauri Vulcanii adſcriptae,) veteribusque graecis grammaticis, praecipue Thoma Magiſtro et Ptolemaeo Aſcalonita, qui Ammonii notas deſcripſerunt. Stephanianam quidem editionem recentauit, ſed eam ex prima edit. Aldin. et reliquis, quae habuit, ſubſidiis, ingeniique bonitate frequenter dedit emendatiorem, et veteris grammatici verba non minus quam multorum aliorum veterum auctorum loca cum in notis ſubſtratis, tum in primis in animaduerſionum libris adiectis erudite copioſeque explicuit atque illuſtrauit et nouis locupletauit opuſculis. Inſcriptio autem egregiae editionis haec eſt:

Ἀμμωνίȣ — *Ammonius de adfinium vocabulorum differentia. Accedunt opuſcula nondum edita, Eranius Philo de differentia ſignificationis; Lesbonax de figuris grammaticis; incerti ſcriptoris de ſoloeciſmo et barbariſmo; Lexicon de ſpiritibus dictionum ex operibus Tryphonis, Choerobosci, Theodoriti etc. ſelectum. Ammonium ope MS. primae editionis Aldinae et aliunde, emaculauit et notis illuſtrauit: reliqua ex codd. MSS. bibliothecae Lugduno-Batauae nunc primum vulgauit Ludou. Caſp. Valckenaer.* Lugd. 1739. 4. — Acceſſit opus inſignis eruditionis doctrinaeque ampliſſimae: *L. Caſp. Valcken. animaduerſionum ad Ammon. Grammaticum libri III. in quibus vet. ſcriptorum loca tentantur et emendantur. Acc. ſpecimen ſcholiorum ad Homerum ineditorum ex cod. Voſſiano bibl. Lugd. Bat.* ibid.

Neque tamen Valcken. ita potuit emaculare et perpolire omnia Grammatici loca, vt in verbis Ammonii curandis atque interpretandis nihil ſupereſſet futurae criticorum ingenio atque diligentiae: immo potius latum aliis, qui periculum facerent in eodem decurrendi ſtadio, reliquit campum. Ipſe Valcken. in notis ad Herodotum edit. Weſſelingii, ad Euripidis Phoeniſſas atque Hippolytum quaedam ſuggeſſit. Inprimis *Pierſon* ad Moerin et viri docti ad Thomam Magiſtrum in edit. Bernardi frequenter, et aliquoties *Toup.* in emendatt. in Suidam atque Heſychium verſati ſunt in locis Ammonii corrigendis atque illuſtrandis. Huc quoque pertinet *Caroli Segaar* epiſtola critica ad — Valcken. complectens collationem msti etymologici Traiectini cum *Ammonio* et cum Etymologico M. quod ad excerpta, quae habet ex dictionario eccleſiaſtico. Traiecti ad Rhen. 1766. 8. Ex illa vero epiſtola conſpectum V. L. e cod. depromtarum dedit *Ammon*, in praeſenti theologus Gottingenſis, in ſua edit. pag. LX ſqq. prolegomenor. Hic vero V. D. quum adhuc in vniuerſitate litterarum Erlangenſi humanis diuinisque litteris operaretur, primum in diſputatione, me praeſide habita, edidit: *Animaduerſionum in quaedam Ammonii grammatici loca ſpicilegium, praemiſſa breui de vita eius disquiſitione*, Erlangae 1786. 4. Tum ipſe curauit editionem, inſcriptam:

Ἀμμωνίȣ — *Ammonius de adfinium vocabulorum differentia*, cum selectis L. C. Valckenarii notis atque animaduersionibus edidit, suas obseruatt. adiecit *Christoph. Frid. Ammon*, Baruthinus. Erlangae sumt. Palmii, 1787. m. 8. Aliquoties discessit a lectione et iudicio Valcken. In prolegg. et ipse de nostro aliisque Ammoniis disseruit et magnam Valckenarianae partem recudi fecit. *Harl.*]

Similem libellum *Ptolemaei Ascalonitae*, Ammonio etiam laudati, dabo infra, [lib. IV. cap. 33. §. V.] vbi de lexicis graecis disseram. *Herennii Philonis* περὶ διαφόρων σημαινομένων, siue de differentiis vocabulorum per alphabetum, in codice DCCCCI. regis christianissimi exstare scribit *Labbeus* biblioth. noua MSS. pag. 103. et hoc ipsum, quod Ammonio tribuitur, ad Herennium Philonem potius veluti auctorem referendum esse, Eusthathii suffragio quibusdam videtur apud *Leopardum* IX. 19. et X. 6. emendationum [mmmm]). Idem audacter tamquam rem certam adfirmat *Menagius* ad Laertii Anaximenem pag. 72. Sed pleraque omnia *Ptolemaei Ascalonitae* etiam, in isto Ammonii libello iisdem verbis leguntur, et verisimile est, plures grammaticos in hoc genere elaborasse, quamquam adhuc dum ieiuna et tenuis admodum collectio ista esse videtur *Gisberto Voetio* in bibliotheca studiosi theologiae p. 373. adeoque perfectius quiddam in hoc genere ab aliquo viro docto exspectandum. Ammonii obseruationem de differentia inter Κύριον et δεσπότην exhiberi ab *Eustathio* ad Odyss. ξ' notat idem *Pearsonius* commentario ad symbolum apostol. pag. 257. sed Ammonii nomen apud Eustathium dissimulatur, qui illam forte in Herennio Philonis libro legerat [nnn]). Ammonio, Hermeae F. (de quo iam dixi,) adscribere aliquando libellum istum non dubitavit *Ionsius* lib. III. cap. 18. pag. 300. de scriptoribus hist. philosoph. [et Martinus, vid. *Valcken* praefat. pag. XVII.] quoniam scilicet ille *Photio*, teste cod. CCXLII. ἠγάπα τὴν ἐπὶ ποιητῶν ἐξηγήσει καὶ διορθώσει τῆς Ἑλληνικῆς λέξεως καθημένην τέχνην. Sed de Ammoniano quodam grammatico, Syriani propinquo, id scribit p. 552. Photius, ex quo repetit illud etiam Suidas in Ἀμμωνιανός, neque audiendus *Langbaenius*, qui Ammonium in Suidae codicibus reponere iubet pag. 100. ad Longinum: videtur enim Ammonius Hermeae ab Ammoniano illo diuersus esse. Ammonius iste in voce Σταφυλὴν Heraclidem in testimonium citans, vocat ἡμέτερον [ooo]). [ꝑ] Sed age aliorum etiam scriptorum catalogum in hoc Ammonii libello citatorum, cum doctissimi viri, qui eum concinnauit, Bonau. Vulcanii et nostris emendationibus quibusdam subiungamus.

Index auctorum, qui ab Ammonio grammatico citantur et interdum reprehenduntur

[Ex editione Valckenarii correctior et auctior.]

Insertae sunt variorum locorum emendationes.

Aeschines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχȣ. Voce Κέλης et voce Κίθαρις ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. Voce Μάγος.

Aeschylus ἐν Ἀμυμώνῃ. Voce Γῆμαι et voce Θεωρός.

Alcman. Voce Ἴπες.

Alexion

mmmm) Compara Valck. praef. p. XIII sq. *Harl.*

nnn) Conf. omnino *Valcken.* praef. p. XIV sqq. *Harl.*

ooo) Conf. Valcken. (pag. XIX sq.) et Ammon. (pag. XVII sq.) dissentientis, praefat. *Harl.*

Alexion ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Διδύμȣ συμμίκτων. Voce Γέρων.
Ammonius, ὁ Λαμπρεὺς, ἐν πρώτῳ περὶ θυσιῶν. Voce Βωμός.
Anacreon. Voce Γῆμαι et ἐν δευτέρῳ, voce Διαβόητος.
Antiphanes, ἐν Ἀφροδίτης γοναῖς. Voce Λυχνίον.
Antiphon, ἐν τοῖς Φοινικοῖς ppp). Voce Ἐνθύμημα.
Idem ἐν τῇ τέχνῃ. Voce Σημεῖον.
Apollodorus ἐν ἐφήβοις. Voce Σχισαί.
Apollonides, ὁ Νικαεὺς, ἐν ὑπομνήματι περὶ παραπρεσβείας Δημοσθένȣς. Voce Ὄφλειν.
Idem ἐν τῷ τρίτῳ περὶ κατεψευσμένων. Voce Κατοίκησις.
Archilochus, voce Αἶνος et voce Ῥόδον.
Aristocles ὁ Ῥόδιος, ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς. Voce Ἐπικήδειος.
Aristonicus ἐν ὑπομνήματι. Voce Ὀλίγον. [vbi v. Valcken.]
Ariston, περὶ ἀνθρώπȣ γενέσεως καὶ αὐξήσεως ἄχρι γήρως. Voce Γέρων. [Sed Valcken. in animadu. cap. XII. pag. 50 sq. pro Ἀρίστωνος legendum censet docuitque Ἀριστοφάνȣς. Hinc in suo indice omisit voc. *Ariston. Harl.*]
Aristophanes, (grammaticus, voc. Ἄῤῥωστος. — περὶ ἀνθρώπȣ γενέσεως καὶ αὐξήσεως ἄχρι γήρως, ex Valcken. coniectura,) voc. Γέρων.
Aristophanes, Βαβυλωνίοις. Voce Χέλικες.
Idem, voce Ἀλοᾶν, et Ἀῤῥαστῶν, Καταχύματα. [Παρειαί. Ὑπάγειν.]
Idem, Κέραις. Voce, Διέφθαρται.
Idem, ἐν νεφέλαις, voce Ἐδίδαξε et voce Κυπτάζειν, [¶] [Κύπτειν.]
Idem Λημνίαις. Voce Τύραννος.
Idem Ἀχαρνεῦσιν. Voce Χόας.
Aristoteles, voce Βίος et voce Χλαμύς.
Idem ἐν δικαιώμασι τῶν qqq) πολέμων. Voce Νῆες.
Aristoxenus, ἐν τῷ περὶ ὀργάνȣ. Voce Κίθαρις.
Idem ἐν τῷ πρώτῳ τραγῳδοποιιῶν περὶ νεωτέρων. Voce Ῥύεσθαι et Ἐρύεσθαι.
Idem ἐν Δικαιώμασι τῶν πολέμων. Voc. Νῆες.
Aristoxenus ὁ μȣσικὸς, (idem cum superiore) voce Αἰδώς.
Ascalonita voc. Τριετες.
Asclepiades, voce Ἅμα.
Caecilius, (sub testimonio Lysimachidae,) voc. Θεωρός.
Callimachus, voce Αἶνος, reprehensus.
Idem voce, Ἀτθὶς (voce Γῆμαι.) Voce Γράμμα. Voce Ἡμέρα et Ἠὼς reprehensus.
Idem ἐν ἑκάλῃ bis reprehensus. Voce Τȣ̃νεκα.
Idem voce Τȣ̃νεκα et Οὕνεκα reprehensus. Voce Φθῖοι.
Callimachi versus emendatus, voce Αἶνος.
Demosthenes, voce Αἰκίαι. Voce Βασκαίνειν. Voce Καταχύματα. Voce Ξενίζειν. Voce Ὅσιον. Voce Παρέχεσθαι. Voce Παῖς. Voce Πομπεία. [Πομπή.] Voce Ποτός.
Didymus, ἐν ὑπομνήματι τῷ πρώτῳ τῶν παιάνων Πινδάρȣ. Voce Θηβαῖοι. Voce Συμμαχεῖν.

Idem

ppp) Lege Φοινικοῖς.

qqq) Lege πόλεων.

Idem ἐν δεκάτῳ ῥητορικῶν ὑπομνημάτων. Voce Νῆες.
Idem ὑπομνήματι δευτέρῳ ἰλιάδος. Voce Χλαμὺς, et Χλαῖνα et voce Λειτεργεῖν.
Idem ἐν ὑπομνήματι Βακχυλίδε ἐπινικίων. Voce Νηρείδες et voce Συμμαχεῖν.
Dinarchus, ἐν τῷ κατὰ Κλεομέδοντος αἰκίας. Voce Μαρτυρία et voc. Ἐκμαρτυρία.
Diphilus, ἐν Πύῤῥᾳ. Voce Εὑρεῖν.
Eius verſus emendatus. ibid.
Ephorus, ἐν τῇ δευτέρᾳ, voce Θηβαῖοι.
Eius locus emendatus. ibid.
Eubulus, ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας ποιητὴς, ἐν Καλαθηφόροις. Voce Ἔνδον.
* Idem, reprehenſus. ibid.
Euphemus, voce Ἴσθι.
Eupolis, ἐν ταξιάρχοις. Voce Ἀμυγδαλή. Eius locus ibi emendatus.
Idem, Φίλοις. Voce Σχιςαί.
Idem, ἐν δήμοις. Voce Τύραννος. [P]
Idem, ἐν Βάπταις. Voce Ὑπάγειν.
Euripides, voce Ἀῤῥωδεῖν, [Θεωρὸς] Κύειν.
Idem, ἐν Ἀλόπῃ. Voc. Τροχοί. Idem ἐν Πλεισθένει. Voce Βωμός.
Idem, ἐν Ἡρακλείδαις, voce Ἔνδον. Reprehenſus.
Idem, ἐν Ὀρέςῃ voce Μεταβάλλεσθαι. Reprehenſus.
Idem, ἐν Τηλέφῳ voce Πρόξενος.
Euripidis locus correctus. Voce Τροχοί.
Heraclides, ἐν πρώτῃ περὶ καθολικῆς προσῳδίας. Voce Νῦν et Νυνί.
Idem, Heraclides rrr) ὁ ἡμέτερος, voce Σταφύλη.
Idem, voce Ἱκέσθαι.
Herodotus, voce Δέος, et voce Ἱερεῖον. Voce Ἱςοριογράφος. Voce Μάγον. Voce Τύραννος. Voce Ξυςός.
Heſiodus, voce Αἶνος. Voce Βωμός. Voce Ἡμέρα. Voce Ὄρθρος. Voce Ἑςίη. Voce Ζῆλος. Voce Μετρεῖσθαι. Voce Ὀψαρότης. Voce Οὗτος. Voce Πρωΐ. [Voc. Ὀψέ. vid. Valck.]
Homerus. Voce Ἀλλοίωσις. Voce Ἄςυ.
Idem, voce Ἔρως. Voce Ἑταῖρος. Voce Ἕτερος et Ἄλλος. Voce Ἧς et Ἧ. Voce Ἱκέσθαι. Voce Ἵςασθαι. Voce Ἰσοδόκη. Voce Κωφός. Voce Λαγχάνειν. Voce Λέχος. Voce Λεῖαι. Voce Λειτεργεῖν. Voce Μαςός. Voce Οἰκῆες. Voce Ὀλίγον. Voce Οὐδέν. Voce Οὕνεκα et Εἵνεκα. Voce Οὗτος. Voce Οὐλή, et Ὠτειλή. Voce Οὐρός. Voce Ὀψέ. Voce Παραβολὴ et Παράδειγμα. Voce Πατρίς. Voce Πόλις. Voce Πε. Voce Πρότερος et Πρῶτος. Voce Πρωΐ. Voce Σταφύλη. Voce Σοῖο et Σεῖο. Voce Σφάξαι et Θῦσαι. Voce Τρίετες. Voce Ὑπάγειν. Voce Φθῖοι et Φθία. Voce Φράσαι. Voce Χλαῖνα et Χλανίς. Voce Χολάδες. Voce Ψάμαθος et Ἄμαθος.
Hyperides, ἐν τῷ κατὰ Ἀρχιςρατίδε. Voce Ἱερά.

[Incer-

rrr) Id eſt, ex Ariſtarchi ſchola grammaticus. [conf. Valcken. praef.]

[*Incertorum fragmenta;* voc. Ἀκαρής. Ἀναγκάζειν. Διαβόητος. Εὐθύς. Ἐπικηρύξαι. Ἑσπέρα. Κατοίκησις. Κέδρος. Ληστεργεῖν. Οἰκίζεται. Ὀλίγον. Οὐδέν. Πρόξενος.]
Οἱ ἱστορικοί. Voce Ἔκγονος.
Lucius Tarrhaeus, ἐν τῷ πρώτῳ παροιμιῶν. Voce Αἶνος.
Lyſimachides, ἐν τῷ πρὸς Καικίλιον περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων. Voce Θεωρός. [Sed Valcken. in animadu. pag. 95 et 96. Lyſimachides non videtur ſcripſiſſe περὶ ῥητόρων, ſed περὶ ἑορτῶν.]
Idem, voce Θεωρικόν.
Menander, ἐν τῷ ὕμνιδι. Voce Αἰτῶ, et voce Ἁρπαγή.
Idem, ἐν Ἡνιόχῳ. Voc. Ἁρπαγὴ et Χειμάζειν.
Idem, ἐν Παιδίῳ. Voce Δικαστής.
Idem, ἐν ἀδελφοῖς. Voce Διέφθαρται. [?]
Idem, ἐν δυσκόλῳ. Voce Εὐθὺς, et Εὑρεῖν.
Idem, ἐν ψευδηρακλεῖ. Voce Ἧς.
Idem, ἐν παρακαταθήκῃ. Voce Θύρα.
Idem, ἐν ἥρωϊ. Voce Ἴσθι.
Idem, voce Ἀποκηρύττω. Κηρύξαι. Πότος.
Idem, ὑποβολιμαίοις. Voce Λέμβοι.
Idem, ἐν νομοθέταις. Voce Λυχνίον.
Idem, ἐν δακτυλίῳ. Voce Παιδίσκη, et voce Πότος.
Menandri locus emendatus, voce Εὐθύς.
Eiusdem verſus correctus, voce Αἰτῶ et Αἰτοῦμαι.
Eiusdem locus ἐν δακτυλίῳ correctus. Voce Παιδίσκη.
Menarchus sss), ἐν τῷ κατὰ Κλεομέδοντος. Voce Ἐκμαρτυρία.
Mnaſeon ttt), ἐν τοῖς περὶ τῆς Εὐρώπης. Voce Νηρεΐδες.
Neanthes, ὁ Κυζικηνὸς, ἐν τρίτῳ τῶν κατὰ πόλιν. Valck. in animadu. pag. 50. corrigit ἐν τρίτῳ τελετῶν.] Voce Βωμός.
Nilus, voce Πειραστής. vbi vide Valck.
Philemon, ὁ ἀγξωνεύς. Voce Πονηρόν. [*Philoſophi* voc. Ἐρωτᾶν· Λαλεῖν.]
Philarchus, voce Χλαμύς. ſub teſte Didymo.
Pindarus, voce Δίσκος.
Plato, ἐν Πρωταγόρᾳ. Voce Δύναμις.
Idem, voce Εὐφραίνεσθαι. Voce Ἴσοι. Voce Λαλεῖν. Voce Πρῶτος.
Idem, ἐν ὅροις. Voce Παίδευσις.
Pliſthenis verſus emendatus, voce Βωμός.
Ἔνιοι τῶν ποιητῶν voc. Διαβόητος.
Polemo, voce Χλαμύς.
[Poſidippus voc. Βάρις, ex coniectura Valck. pro vulgato Φιλίππου.]
Ptolemaeus, ἐν πρώτῳ περὶ Ἡρώδου τοῦ βασιλέως. Voc. Ἰδουμαῖοι.
Ptolemaeus, Aſcalonites, voce Τριέτες.

Ptolemaeus,

sss) Lege *Dinarchus.*   ttt) Lege *Mnaſeas.*

Ptolemaeus, ἐν δευτέρᾳ περὶ τῶν ἐν Ἰλιάδι καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ προσῳδιῶν. Voce Σταφυλή.
Pythia. Voc. Κωφός.
Sappho, voce Ἀρτίως et voce Χλαῖνα et Χλαμύς.
Sapphus verſus emendatus, voce Ἀρτίως.
Solon, ἐν τοῖς ἄξοσιν. Voce Οἰκοτρίψ.
Sophocles, ἐν Χρύσῃ. Voce Βωμός.
Idem, ἐν Τραχινίαις. Voce Ἔνδον, reprehenſus.
Idem, ἐν Ἠλέκτρᾳ. Voce Ἐνταυθοῖ.
Sophron, voce Πῦς.
Theopompus, voce Διαπολιτεύεσθαι, et ἐν εἰκοςῇ ἕκτῃ, voce Ἱερά. [?]
Thucydides, oce Ἄγγελος, et voc. Μοχθηρὸς, et voc. Παρέχειν, et voce Συγγραφεύς, et voce Πρόξενος, et voce Φάκελος, et ἐν τῇ πρώτῃ voc. Συμμαχεῖν.
Trypho, ἐν πέμπτῳ περὶ ἑλληνισμοῦ. Voce Δίσκος. Voce Χλαῖνα.
Idem, ἐν δευτέρῳ περὶ ἀττικῆς προσῳδίας. Voce Ἐξανεψιοί.
Idem, θαλαμάς. Voce Μισήση. Τροχοί.
Idem, voce Πονηρὸν reprehenſus.
Idem, voce Τρίετες.
Idem, voce (ψιλὴ προσῳδία) Δήμητερ. Ἐπικήδειος. Ψάλλιον.
[Veteres, οἱ παλαιοὶ, in voc. Γράμμα. Κωφός. Μετρεῖσθαι.
τινὲς τῶν ἀρχαίων. in voc. Εὐθύς.
οἱ ἀρχαῖοι. Voc. Εὐθύς. Τύραννος.]
Xenophon, ἐν τῇ ἀναβάσει. Voce Ἀποδράναι.
Idem, ἐν οἰκονομικῷ. Voce Ξυστός. Voce Χλαῖνα. (citatus Tryphoni.)
Zenodotus reprehenſus, voce Οὐθέν.

[Add. *Strodtmanni* epiſt. — ſeu ſpecimen differentiarum Gr. L. collectarum ad Ammonii libel. περὶ ὁμοίων. Altonae 1745. 4. Nuper etiam *Pierſonii* obſſ. criticae, quas margini ed. Valck. adſcripſerat, a *Bruiningio* vulgatae in Actis litter. ſociet. Traiect. tom. II. (1795.) p. 164—168.]

Ammonii varii.

9. Ammonius, poeta, qui de Gainae Gothi tyrannide ab Arcadio imp. oppreſſa carmen compoſuit et a. Chr. 438. recitauit coram Theodoſio iuniore, et ipſi vehementer eſt probatus, teſte *Socrate* VI. 6. hiſt tripartita X. 6. *Nicephor. Calliſtus* XIII. 6. Ex illo videntur petita, quae adfert Etymologici M. ſcriptor in Μίμαντες. *Fabric.* Num hic an alius Ammonius, *rhetor* ac *philoſophus* innuatur, cui in cod. *Veneto* D. Marci CCCCLXXXI. (catal. codd. gr. p. 253) adſcribitur metaphraſis epica euangelii S. Ioannis, ſub nomine *Nonni Panopolitae* edita, equidem definire non auſim. *Harl.*

10. Ammonius, eccleſiae Alexandrinae presbyter et oeconomus, qui a. Chr. 458. ſubſcripſit epiſtolae epiſcoporum Aegypti ad Leonem imp. pro defenſione concilii Chalcedonenſis. Hic eſt Ammonius, presbyter, de quo haec ex *Mich. Glycae* epiſtola 50. adfert *Allatius* de libris eccleſiaſticis Graecorum pag. 325. ἐπιμαρτυροῦσι δὲ ταῦτα καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἀμμώνιος λέγων· ὅτι τοῦ Χριστοῦ κατελθόντος εἰς ᾅδην αἱ ψυχαὶ πᾶσαι αὐτὴ ἡ τοῦ ᾅδου τῶν δεσμῶν ἀπελύθησαν. Idem eſt [illegible] Franciſco [illegible] Bibl. Concionatoria, cuius multae in Catenis ad N. T. [illegible] in quibus Cyrillum

Cyrillum et Chrysostomum videtur sublegisse. Confer etiam *Rich. Simonis* lib. III. hist. criticae N. T. pag. 410. Anastasio Sinaitae in Hodego pag. 278. dicitur ὁ περὶ πάντα πολυπειρότατος τῶν ἐξηγητῶν Ἀμμώνιος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, et contra Iulianum Halicarnasseum Eutychianae haereseos antesignanum, scripsisse cognoscitur etiam ex pag. 266. Atque p. 284. ante verba ἔστι γοῦν τὸ παρ' αὐτοῖς τοῖς τῆς συνόδου Χαλκηδόνος ἐπιμεμφομένοις, in MS. caesareo CCCVI. teste *Nesselio* uuu) legitur: Ἀμμωνίου πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ πρὸς τῆς αἱρέσεως Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου. Eumdem esse putat doctissimus *Caueus*, qui in Nicetae Catena in Psalmos [?] citatur sub nomine Ammonii iunioris vvv), et ex cuius ἑρμηνεία τῶν πράξεων fragmentum MS. memorat *Lambecius* lib. V. pag. 154. [pag. 325. edit. Kollar. it. in cod. Medic. Laurent. cod. IV. plut. VI. nr. 2. teste *Bandin.* I. pag. 98.] Commentarium huius Ammonii, probatissimi ecclesiae Alexandrinae ἐξηγητοῦ, in Hexaemeron e SS. Patrum et Cyrilli maxime scriptis concinnatum, laudat idem Anastasius praefatione Anagogicarum suarum in Hexaemeron contemplationum.

Fuere et alii quidam *Ammonii*, vt:

Ammonius, Anastasius, grammaticus Pictauiorum, ab Ausonio celebratus.

Ammonius, episcopus, ab Arianis in exsilium pulsus, teste S. *Athanasio* in apologia ad imp. Constantinum tom. I. pag. 705. [conf. *Fabr.* Bibl. Gr. vol. VIII. pag. 343 sq. et X. pag. 475. vbi plures *Ammones* recitantur, et indicem.]

Ammonius, episcopus www) ab Heracla, patriarcha Alexandrino, constitutus, sed religionis desertor, cuius mentio apud *Eutychium* tom. I. Annal. pag. 332.

Yyyy 2 Ammonius

uuu) Aut *Lambecio* comm. vol. V. col. 268. item in cod. reg. *Taurin.* vid. catalog. codd. gr. pag. 298. cod. CC. nr. 19. *Harl.*

vvv) Vid. nr. 7. et sub nomine *Ammonii iunioris* citat *Lambecius*, (vt ibid. notaui). In cod. V. plut. 6. nr. IV. biblioth. *Medic. Laurent.* (vid. *Bandin.* catal. codd. gr. I. pag. 101 sq.) est catena quorumdam interpr. in VII. epistolas canonicas: in qua memoratur quoque Ammonius presbyter. — it. in catena ad Danielem, et in quatuor euangelistas. vid. *Bandin.* l. c. pag. 21 et 161. adde *Fabric.* B. Gr. VII. pag. 764. et pag. 790. de cod. Oxoniensi, in quo est catena in Acta et epistolas catholicas, et in illa symbolae *Ammonii.* — In cod. *Coisliniano* VIII et XXV. est *Seueri Antiocheni* epistola ad Ammonium presbyterum (ἐκ τῆς πρὸς Ἀμμώνιον πρεσβύτερον,) teste *Montfaucon* in biblioth. Coislin. pag. 55. nr. 2 et 29. sed posteriore loco is obseruat, in regio cod. legi ad *Ammonium scholasticum*, qui illi videtur alius esse ab *Ammonio presbytero.* Ibid. pag. 56. nr. 37. eiusdem Seueri epistola ad *Ammonium* et Petrum in cod. Coislin. LXXXI. memoratur. — Cod. *Coislin.* XXV. saec. X. complectitur Acta apostolorum et epistolas catholicas cum commentariis, ex Chrysostomo aliisque patribus et auctoribus collectis in ordinemque digestis ab Andrea presbytero. In illis frequentissime occurrit nomen Ammonii, semel memorato libro vel libri parte, cui titulus παραγραφή· et *Montfaucon* l. c. 76. ponit fragmenti initium, in quo respondet Ammonius Caesario scholastico interroganti, adfirmans, quum descendisset Iesus ad inferos, omnium animorum vincula esse soluta. Secus sentit *Seuerus Antiochenus* in epistola ad Ammonium. (ibid. pag. 77.) Quum vero *Seuerus* ille *Antiochenus* vixisset a. Chr. 512. a quo anno episcopus Antiochenus factus est, (vid. *Saxii* Onom. II. pag. 17. et *Fabric.* B. Gr. vol. IX. pag. 343.) sequitur, vt Ammonius ille presbyter aut scholasticus, ad quem scripsit Seuerus, diuersus sit ab Ammonio, de quo hic egit Fabric. *Harl.*

www) *Seldenus* in Originibus ecclesiae Alexandrinae pag. 147. hunc Ammonium eundem facit cum Ammonio Sacca, Plotini praeceptore, sed merito diuersus ab illa sententia abit *Tillemontius*, memor. histor. eccles. tom. III. part. II. pag. 392.

Ammonius, martyr ſub Diocletiano, memoratus *Euſebio* VIII. 13. hiſt. p. 308. vt alios huius nominis, in Martyrologiis laudatos, omittam. Acta paſſionis *Ammonii* ſpuria eſſe, docet *Iac. Basnage* in epiſtola de ſyntagmate fidei, S. Athanaſio tributa pag. 142.

[*Ammonius*, abbas, ex cuius inſtitutionibus aſceticis ſunt capita viginti duo in cod. Vindob. CL. nr. 2. et capita ſeptemdecim in cod. CLVI. nr. 6. teſte *Lambecio* in comment. de biblioth. Vindob. IV. col. 318 et 325. atque Lambecius priore loco in nota: „videtur, ait, hic intelligi Abbas ille Ammon vel Ammonas, pater ter mille monachorum, quem *Rufinus Aquileienſis* in opere de vitis patrum ab Heriberto Rosweido edito, lib. II. cap. 3. refert, ſe vidiſſe in Thebaide, regione Aegypti, et virum adpellat ingentis abſtinentiae. Idem quoque confirmat *Palladius*, epiſcopus *Helenopolitanus*, eiusdem operis lib. VIII. cap. 48." Nouemdecim capp. exſtant inter opera *S. Ephraemi Syri*, a *Gerardo Voſſio*, praepoſito Tungrenſi, latine, pag. 499 ſqq. Colon. apud Quentel. 1603. fol. Kollarius autem addit, prima huius opuſculi quatuor capita nihil aliud eſſe, quam illius Ammonae lucubratiunculam, cuius meminit *Labbeus* (biblioth. nou. MSSt. p. 91.) apud *Caueum*, (quem conferes,) tom. II. diſſ. I. pag. 3. reliqua a recentiore quodam Graeculo miſere truncata, contracta, diſcerptaque cum illis, vetuſtiori manu ſcriptis, conuenire, quae cod. CLVI. nr. 6. indicantur. Ex iis capp. XVII. aſceticis quaedam a Ioanne, patriarcha, qui claruit circa a. 1090. excerpta eſſe in Eclogis aſceticis, idem Caueus l. c. prodit. — In cod. Florent. Medic. III. plut. X. (apud *Bandin.* I. pag. 472. nr. XXII.) ſunt abbatis, Ammonae, *capp. vtilia* XIX. (τȢ̃ Ἀββᾶ Ἀμμωνᾶ κεφάλαια ὠφέλιμα ιθ΄.) — Primum, (vti in cod. CLVI. Vindobon.) incipit: Τήρει σεαυτὸν ἀκριβῶς, ἀγάπητε etc. adde infra, libr. V. cap. 24. in vol. VIII. pag. 343. et vol. X. pag. 475. *Harl.*]

CAPVT

CAPVT XXX (olim XXVII)

DE PORPHYRIO PHILOSOPHO

I. *Porphyrii aetas.* II. *Scripta edita.* III. *Inedita.* IV. *Deperdita.* V. *Index autorum, in scriptis Porphyrii editis citatorum.* [?]

[Cum supplementis *G. C. Harles.*]

I.

[Ne oratio Fabriciana, interiectis meis et Heumanni adnotationibus, nimis discerpatur, iisque fiat paullo obscurior: initium paragraphi ipsum ita constituam, vt quae supplenda videantur, aut ab aliis sint adnotata, congeram et in perpetua oratione verbis immisceam Fabricianis.]

Porphyrius patrio nomine *Malchus*, quod Syrorum lingua *regem* sonat, dicebatur. Hinc ipse in narratione de vita Plotini, se, cap. 16. prodit, ab Amelio, qui ipsi librum dicarat, ipsa inscriptione cognominatum fuisse βασιλέα. Atque *Longinus* περὶ τέλυς apud Porphyr. l. c. cap. 20. circa fin. laudat eum, tamquam communem amicum, citando nomen Βασιλέα (h. e. *Malchum*) τὸν Τύριον. *Hieronym.* tom. I. epist. 52. pag. 165. *Erat*, inquit, *illic qu dam senex*, *nomine* Malchus, *quem nos latine* Regem *possumus dicere.* Idem tamen *Longinus*, patrium Malchi nomen, graecis auribus molestum, mutauit in Πορφύριος, veluti *purpureus*, (et Holstenio nomini graeco, *Porphyrius*, apud Latinos respondet *Purpureonis* adpellatio, quo nomine apud Liuium est *L. Furius Purpureo*, XXVII. 2, 10. et XXXI. 6, 2. et ad vtrumque locum vide *Sigonium* de scriptura nominis). Detorta igitur fuit significatio ad purpuram, regium in vestimento insigne, ἐς τὸ, (vt ait Eunapius in Porphyrio, pag. 13.) βασιλικὸν τῆς ἐσθῆτος παράσημον τὴν προσηγορίαν ἐπιτρέψας. adde Eudociae explicationem pag. 364. ea autem nominis mutatio a Longino, qui eum graeco nomine primum cum Amelio adpellasset Βασιλέα, post ea temporis facta fuisse videtur. Hac quidem ratione vindicari potest *Eunapius* a crisi *Valesii* de critica I. cap. 18. pag. 116. Conf. *Ruhnken.* diss. de Longino, §. 8. De alio *Malcho*, Philadelphiensi Syro, sophista, vid. *Fabric.* B Gr. V. 5. sect. 5. vol. VI. pag. 236. Plures eiusdem nominis refert *Holstenius* de vita Porphyrii cap. 2. circ. initium. Noster autem *Porphyrius* fuit *Bataneotes* Tyrius [a]), natus

a) Quoniam Porphyrius diserte Bataneotes dicitur non modo a S. *Hieronymo* praef. epistolae ad Galatas, sed etiam a S. *Chrysostomo* homil. VI. in 1. ad Corinth. pag. 58. suspicor, patriam veram eius fuisse Bataneam, oppidum Syriae, de quo Stephanus Byz. Tyriorum fortasse coloniam, vnde Porphyrius maluit Tyrium se adpellare, vt in vita Plotini cap. 7. [Sed apud Hieronymum verborum structura repudiat illam sententiam, et refutat *Holstenius* de vita Porphyrii cap. V. vbi varias in locum Hieronymi adfert coniecturas: ipse vero suspicatur, βιοθάνατος *sceleratus ille Porphyrius. Heum.*] Noui quidem, viros doctos esse, qui *Bataneoten* dictum putent, quod instar taurorum Βατανεωτῶν Psal. XXII. 22. petuleo impetu nomen Christi et sacra nostra inuaserit. Confer, si placet, *Steph. Lemonium* ad varia sacra pag. 607. *Tan. Fabrum* lib. I. epist. pag. 216. *Ionsium* III, 15. et *Ioachimum Kühnium* in pentade I. quaest. philolog. 5. Sic Iulianus imperator κασσίταυρος dicitur *Tzetzae* Chil. XIII. v. 546. Paullo coactius tamen id mihi videtur, perinde vt altera, erudita licet, Sirmondi coniectura, qui Βαλανεώτης legebat, hoc est, περίεργον et πολυπράγμονα, in epistola ad Holstenium tom. IV. opp. pag. 656. Itaque nec Holstenio ipsi illa satis se probauit, vt testatum

natus vero anno 12. Alexandri Seueri imper. a. Chr. 233. Admodum adolefcens Origene vfus eft praeceptore, tefte *Vincentio Lirinenfi*, Commonit. cap. I. 23. apud Holftenium cap. 2. coll. tamen *Bruckero* in hiftoria crit. phil. vol. II. pag. 241 fq. qui Holftenii iudicium et rationes caftigat. Poftea Athenas profectus in arte grammatica praeceptorem habuit *Apollonium*, vt ipfe ait quaeft. homeric. 25. Tum fubtiliorem grammatices atque critices et vniverfae eruditionis, adeoque probabiliter philofophiae (elegantioris, non abftrufae illius et obfcurae) fcientiam ibidem haufit ex *Longini* praeceptis fcholisque. Ita autem ego intelligo verba *Eunapii* in Porphyrio p. 13. *παρ᾽ ἐκείνῳ* (Longino) *τὴν ἄκραν ἐπαιδεύετο παιδείαν, γραμματικῆς τε εἰς ἄκρον ἁπάσης, ὥσπερ ἐκεῖνος ἀφικόμενος καὶ ῥητορικῆς· πλὴν ὅσον οὐκ ἐπ᾽ ἐκείνην ἔνευσεν, φιλοσοφίας τε πᾶν εἶδος ἐκματτόμενος.* Qua ratione Eunapius cum ipfo Porphyrio mihi videtur poffe conciliari, quum fecus fentiret *Valefius* de crit. l. c. atque Eunapium ofcitantiae ac negligentiae adcufaret. Sed quum Longinus liberalem illam philofophiam platonicam fectaretur; Porphyrius autem, qui natura effet melancholicus, (vt ipfe teftatur in vita Plotini cap. 11.) fama Plotini, cuius philofophandi ratio et doctrina ipfius ingenio videbatur aptior, permotus Romam a. Chr. 263. triginta annos natus migrauit ad Plotini fcholam, (vid. in fuperiore capite confpectum vitae Plotini,) eique per fexennium ibi ita adhaefit Plotino, vt fe illi totum traderet. In eo tamen fuperauit Plotinum, quod Longini, magiftri fui, exemplo philologiam cum philofophia vinculo coniunxit artiore.

Atque

teftatum reliquit cap. 5. vitae Porphyrii. *Fabric.* Diuerfas fententias recitarunt aut nouas exclufe-runt *Clericus* B. ant. et mod. tom. I. pag. 165 fq. V. D. in actis erud. Lipf. 1686. pag. 149. et in nova biblioth. (germanice fcripta,) tom. IV. p. 730. atque in Gundlingianis tom. VIII. part. 40. pag. 444 fqq. *Relandus* in Palaeftina p. 483. *Iac. Hafaeus* lib. de acad. Beryt. cap. XI. §. 3. *Tanaquilli Fabri*, qui *Botanioten* refcribit, quod herbis vefceretur, fententiam probat *Vrbanus Cheuraeus* in Opufc. pag. 415. Vt autem a Sicilia *Siciliotes*; ita a Bithynia *Bithyniotes* fortaffe dictus eft Porphyrius. conf. *Lactant.* lib. V. cap. 2 et 11. [Haec autem minus probabilis coniectura niti videtur Baroniana opinione, ab Holftenio autem reiecta, in Bithynia Porphyrium fcripfiffe famofos fuos contra Chriftianos libros. Baronius enim in Lactantiani prioris loci verbis (Bithyniae) *alter antiftitem fe philofophiae profitebatur* etc. intellexit Porphyrium. Illius autem interpretationis falfitatem vtut *Holftenius* de vita Porphyr. cap. 3. *Bayle* in diction. voc. *Hierocles*, aliique a *Bünemanno* in nota ad Lactantii locum pag. 577. citati, abunde refutaffent: de Porphyrio tamen, alteram quidem Lactantiani loci partem denuo intellexit *Siberus* in Mifcell. Lipf. tom. I. pag. 331 fqq.] — *Ioannes Botaniotes* laudatur a *Fabricio* B. Gr. V. 7. p. 17. pag. 45 et 63. vol. VII. et *Nicephorus Botaniotes* ab eodem lib. V. 5. pag. 547. vol. VI. (vet. edit.) *Heum.* — Gundlingii explicationem, qui *Bataneotae* nomen confictum putat ab Hieronymo ex *Battus*, cuius nominis poeta *battologiae* nomen fecit, et *νεότης*, adeoque ita vocari *nouum nugivendulum*, reiecit *Heumannus* in Poecil. tom. III. art. 6. pag. 46 fqq. qui tamen nouam, ingeniofam quidem, at minus probabilem excogitauit interpretationem. Loco enim Chryfoftomi in eam fententiam adductus eft, vt crederet, a Porphyrio fuum illud opus editum fuiffe *Ψευδωνύμως*, hincque verba Hieronymi ita emendanda effe: *quod nequaquam intelligens* Bataneotes, *id* eft, (editi libri habent, *et*) *fceleratus ille Porphyrius, in primo operis fui aduerfus nos libro* etc. Inde coniecit etiam, ideo hoc nomen adfcititium praefixiffe operi fuo aduerfus Chriftianos Porphyrium, vt Chriftiani crederent, auctorem illius operis, quem verfatiffimum effe in codicis facri lectione adparebat, effe natione Iudaeum, in regione *Batanea* natum. Sed illam Heumannianam coniecturam atque expofitionem fub examen vocat et reiicit *Bruckerus* l. c. pag. 238. qui diuerfas variorum V. D. opiniones collegit, et Ionfii, quem fequutus eft Fabricius, fententiam amplexus ornansque ftatuit, Bataneoten fuiffe Porphyrium; fed a loco nobiliore, vbi educatus eft, Tyrium cognominatum et hoc quoque nomine notum. *Harl.*

Atque Longinus eius discessum moderate tulit, nec se a Porphyrio contemtum censuit: id, quod patet tum ex libro Longini de finibus bonorum ac malorum, (περὶ τέλȣς) in Porphyrii vita Plotini cap. 20. circa fin. tum ex epistola, quam hic e Phoenice scripsit ad Porphyrium, qui tum in Sicilia aeger morabatur. Nam, quod atra bile laborabat, atque mortem voluntariam sibi consciscere aliquando cogitabat; Plotini suasu, ad animum corpusque reficiendum, Roma relicta, profectus est in Siciliam, cognito, *Probum*, philosophum [b]), tunc circa Lilybaeum habitare; quo quidem, (vt ipse profitetur in vita Plot. cap. XI. fin.) factum est, vt hac animi perturbatione liberaretur; sed interea impediretur, cum Plotino ad eius obitum vitam ducere. In Sicilia doctrinam christianam oppugnasse et fabulis poetarum subtilius interpretandis, prauas atque superstitiosas opiniones defendisse dicitur, testibus *Eusebio* H. E. lib. VI. cap. 19. et Hieronymo in catalogo illustrium script. vbi Eusebii opera recenset. Enimuero, num philosophus noster Pythagoreo-Platonicus et mathematicus idem fuerit, atque acerbus iste veritatis christianae et purioris doctrinae hostis, cum *Pagio* in critic. Baron. ad a. Chr. 302. nr. X — XIII p. 316 sqq. dubitauerit *Saxius* Onom. I. p. 375 sq. Atque ab hac opinione parum discessisse videtur, Baronii quidem sententiam, praecipue eam, Porphyrium non in Sicilia, sed in Bithynia impiis suis libris disciplinam christianam oppugnasse, late refutat *Holstenius* l. c. cap. 3. et tamen *Pearsonius* in prolegom. ad Hieroclem ac *Siberus* in miscell. Lipsiens. tom. I. pag. 332. accesserunt Baronii sententiae. Immo vero in eadem haeresi versatus *Lardner* in Collection of ancient Iewish and Heathen Testimonies to truth of the Christian Religion, vol. III. cap. 37. non solum cum multis existimat, eum fuisse acrem Christianorum hostem, sed de eo quoque et eius obiectionibus contra vaticinia Danielis atque aliquot N. T. loca copiosius differit. Sed v. *Brucker*. l. c. pag. 246 sq. et pag. 249 sqq. qui quidem nostrum philosophum fuisse, contendit, hostem istum christianorum sacrorum acerrimum. Recte autem idem, temporis rationibus adductus, reiicit Holstenii sententiam, Porphyrium ex Sicilia ad Longinum Athenas transiisse. Contra rediit Romam, ibique philosophiam et artem orandi, plaudentibus Romanis, docuit, teste Eunapio. Romae quoque obiit septuagenario, vt videtur, maior, postremis Diocletiani annis, circa a. Chr. 304 aut 305. neque enim ad Constantini M. tempora, aetatem produxisse eum, contra Baronium, *Holsten*. cap. IV. et *Bruckerus* l. c. liquido demonstrarunt. In vita autem Plotini cap. 23. (vt Fabricius pergit,) memorat, quid sibi, duodeseptuaginta annos nato, acciderit, quomodo scilicet diuinam lucem sibi modo quodam sensum omnem et intellectum supergrediente perceperit adsulgentem. Multa eius loca praeparationi suae euangelicae inseruit, suppar illi, *Eusebius*, qui III. 6. ita de eo scribit: Μάλιϛα φιλοσόφων ἔτος τῶν καθ' ἡμᾶς δοκεῖ καὶ δαίμοσι καὶ οἷς φησι Θεοῖς ὡμιληκέναι, ὑπέρ τε τȣ́των πρεσβεῦσαι, καὶ πολλῷ μᾶλλον τὰ παρ' ἑαυτῶν ἀκριβέϛερον διηρευνηκέναι. et V. 14. ὁ γενναῖος Ἑλλήνων φιλόσοφος, ὁ θαυμαϛὸς θεολόγος, ὁ τῶν ἀποῤῥήτων μύϛης etc. *Cyrillo* I. in [P] Iulian. pag. 19. dicitur ἐπὶ παιδείᾳ κοσμικῇ δόξαν ἔχων παρ' Ἕλλησι ȣ̓κ ἀγεννῆ. Quam eruditus vero disertusque fuit, tam parum sibi constans, vt *Georgius Pisides* de eo canit vs. 1045.

Τῷ

b) De *Probo* hoc Siculo, cuius mentionem nullam fecit Fabricius, vide *Mong. or.* in bibl. Sicula, tom. II. pag. 129. qui non solum plures de eo scriptores excitat, sed eum quoque scripsisse tradit *philosophicas lucubrationes*.

Τῷ Πορφυρίῳ γλῶσσα μὲν τεθηγμένη.
Γνώμης δὲ φύσις ἀστατῶν ἀθισμένη.

Sane in posterioribus scriptis suis multa tradidit, (teste [c]) Eunapio,) prioribus suis ingenii monumentis repugnantia. Licet quoque fuisset primitus Christianus [d]), vt *Socrates* III. 23. p. 200. testatur, et Augustinus X. 28. de C. D. innuit: acerbus tamen postea ac vehemens sacrae religionis nostrae euasit hostis et insectator, vnde τῆς καθ᾽ ἡμῶν ἀθυροστομίας πατὴρ eidem *Cyrillo* audit lib. III. pag. 87. Ex discipulis eius celeberrimus fuit Iamblichus, de quo infra dicturus sum. De Theodoro Asinensi et aliis, qui ex Porphyrii schola prodiere, vide, si placet, Holstenium capite VI. [et *Brucker* l. c. pag. 249.] De *Optatiano Porphyrio*, quem cum nostro quidam, inprimis Baronius, male confuderunt, vid. Holsten. de vita Porphyrii cap. 4. et quae ego dixi in Bibliotheca Latina. *Fabric.* — De Porphyrio eiusque philosophia librisque praeter *Eunapium* l. m. *Eudociam* in Violario pag. 364 sq. *Ionsium* de script. hist. philos. III. cap. XV. p. 90 sqq. edit. Dornii, *Bruckerum* l. c. p. 235—260. et in adpendice s. vol. VI. p. 368 sq. *Vossium* de histor. graecis II. cap. 16. p. 197—199. atque de scient. mathem. cap. 61. §. 6. pag. 358. atque *Holstenium* in diss. de vita et scriptis Porphyrii adiecta eius vitae Pythagorae, Romae 1630. 8. (quam diss. Fabricius in vetere edit. pag. 207 sqq. recusam capiti nostro subiunxerat,) et scriptores tam ecclesiasticae quam ciuilis atque catholicae historiae copiosius egerunt *Sam. Basnagius* tom. II. annal. ad a. Chr. 278. *Tillemontius* tom. IV. historiae imperatorum pag. 107 sq. *Christoph. Arnoldus* in spicilegio ad I. H. Vrsini librum de Zoroastre pag. 62 sqq. *Meiners.* V. C. in historia ortus etc. doctrinarum apud Graecos et Romanos, germanice scripta tom. I. pag. 257—270. dum vitam Pythagorae a Porphyrio confectam sub examen vocat, in genere quidem laudat philosophum nostrum ab ingenii subtilitate acieque iudicii et litterarum copia, eumque defendit a crimine Lloydii, Küsteri, Moshemii, Bruckeri aliorumque multorum, illum ipsum plurima, Pythagorae tributa, miracula eo consilio effinxisse, vt miracula, a sotere nostro eiusque discipulis patrata, in suspicionem adducerentur eorumque vis fidesque frangeretur ac debilitaretur; eius tamen vitam pythagoricam tum ex aliis scriptoribus, vt plurimum detectis ac nominatis, inscite compilatam, tum testem esse animi leuis ridiculisque phantasmatibus

c) *Eunapius* pag. 21. Φαίνεται δὲ ἀφικόμενος εἰς γῆρας βαθύ. Πολλὰς γοῦν τοῖς ἤδη πεπραγματευμένοις θεωρίας ἐναντίας κατέλιπε, περὶ ὧν οὐκ ἔστιν ἕτερόν τι δοξάζειν, ἢ ὅτι προϊὼν ἕτερα ἐδόξαζεν.

d) Verum enim vero Porphyrium initio fuisse Christianum, negant *Iac. Thomasius* et *Heumannus* in obseru. de Porphyrio apostata, in Poec. tom. III. pag. 53 sqq. vbi pag. 57. quidam opinionis, Porphyrium a sacris christianis defecisse, patroni nominantur. Illam tamen de apostasia Porphyrii sententiam omnibus fere subsidiis eruditionis et ingenii adhibitis acriter propugnauit *Vrban. Godofr. Siber* in Misc. Lips. tom. I. pag. 317 sqq. Sed *Brucker.* l. c. pag. 252. argumenta Siberiana in compendium redacta et curatius examinata refutat, ipsamque historiolam fabulis adnumerat Milesiis. adde *Scharbau* in iudaismo detecto, p. 105 sqq. — Idem Brucker. l. mem. caussam, cur Ariani in edicto quodam Constantini M. apud Socratem h. eccles. lib. I. cap. 9. p. 32. vocati sint Porphyriani, inquirit et variorum interpretationes sententiasque persequitur, ipse vero censet, id eam ob caussam factum esse, quod Arius eiusque sectatores mores Porphyrii sint imitati, et doctrinam ac religionem christianam subruere tentauerint. adde de *Rhoer* iudicium infra vbi eius edit. Porphyrii de abstinentia recensetur. De Porphyrii autem ingenio, disciplina, philosophandi commentandique ratione, eruditione moribusque idem ille Brucker. minus benigne, nedum aeque superbe sentit, ac *Holsten.* cap. VI. fecerat. At enim, medium tenuere beati. *Harl.*

tasmatibus occupati, superstitionis incredibilis turpisque negligentiae locupletissimam demonstrat.

Cel. *Dieter. Tiedemann* in tom. III. operis, inscripti: Geist der spekulativen Philosophie, cap. XI. pag. 433 sqq. philosophandi rationem et placita deliriaque Porphyrii persequitur. — *Cudworth* in systemate intellectuali eiusque interpres, *Moshemius*, in notis dogmata et errores Porphyrii passim et vero frequenter adferunt explicantque. *Harl.*

II. *Scripta Porphyrii, quae exstant.*

1. Πυθαγόρε βίος, *Pythagorae vita* [e]), sed initio et extrema parte mutila, et forte fragmentum ex Porphyrii libro I. historiae philosoph. in quo de Pythagora egisse Porphyrium testatur *Cyrillus* IX. contra Iulian. pag. 300. vbi locus de Pythagorae symbolis, qui in vita non exstat. Vide et lib. III. pag. 87. Ex hac Iamblichus pleraque ad verbum in suam Pythagorae vitam transtulit. [vid. *Meiners.* l. paullo ante cit.] Editionem libri Porphyrii meditatus fuerat *Ioh. Wowerанus*, vt testatur cap. 28. Polymathiae pag. 335. MStum codicem ad Velserum miserat *Ioh. Vincentius Pinellus*, teste *Hoeschelio* pag. 985. ad Photium. [Codd. huius opusculi in tanta copia aliorum Porphyrianorum, qui adhuc supersunt, librorum msstorum, admodum infrequentes esse videntur. Rittershusius autem, vnde suum acceperit, haud significauit. Forsan fuit Velserianus. *Mediolani* in biblioth. Ambrosiana est Pythagorae vita per *Malchum*, teste *Montfaucon.* in diario ital. pag. 14. — *Porphyrius* a Montfaucon. dicitur exstare in biblioth. Pellicierii, Traiecti Mosae, (*Montpellier.*) Sic in genere in catalogis MSS. interdum, at negligentius, citatur Porphyrius, aut Porphyrii opera: in quibus num insit Pythagorae vita, expiscari mihi non licuit. Nec editiones multae possunt numerari. *Harl.*]

Primus edidit graece, duobus ante obitum Wowerii annis, *Conradus Rittershusius*, Altdorfii 1610. 8. sine versione, at cum notis, in quibus adcuratam diligentiam laudat *Holstenius* pag. 77. etsi leues illae vocantur *Ionsio* pag. 287. de scriptoribus hist. philos. *Malchi* nomen in [?] MSto codice suo reperit *Rittershusius*, et sub *Malchi* nomine libellum edidit, non sane Malchi, Philadelphiensis, cui e Rittershusii coniectura tribuitur in *Hydei* catalogo bibl. Bodleianae; sed Malchi Tyrii, quem graeco nomine βασιλέα [f]) et Πορφύριον dictum esse iam obseruaui. Non aspernanda autem mihi videtur viri docti coniectura, qui Malchi nomen a librariis praefixum existimat, vt eo magis liber in manus hominum iret, cum Porphyrii scripta Christianorum imperatorum edictis grauissime prohibita essent. Latine vertit vitam Pythagorae, a Porphyrio scriptam, *Iohannes Donatus Ferrarius*, Mediolani 1629. 8. Anno post, vir doctissimus *Lucas Holstenius* graece a se recensitam cum latina sua versione et notis pereruditis, sed exiguam duntaxat partem libri illustrantibus, (in pagina 17. enim subsistunt, auctore per iter, in vltimam vsque, vt ait, Sarmatiam suscipiendum, impedito) vulgauit Romae 1630. 8. [Plura inesse in hac editione, patebit ex inscriptione libri: *Porphyrii philosophi liber de vita Pythagorae: Eiusdem sententiae ad intelligibilia ducentes. De antro*

e) De consilio Porphyrii et ratione scribendi vid. supra in vol. I. pag. 763 sq. *Harl.*

f) Atque cod. additum habuisse ἢ βασιλέως, ipse Rittershus. testatur pag. 3. notar. *Harl.*

antro Nympharum, quod in Odyssea describitur. Lucas Holstenius latine vertit, dissertationem de vita et scriptis Porphyrii et ad vitam Pythagorae obseruationes adiecit. Romae, typis Vaticanis, 1630. 8. Holsten. *sententias* auxit capitibus XXIV. addidit quoque *fragmentum de Styge* et anonymi *vitam Pythagorae. Harl.*] Repetita dehinc editio illa graeco-lat. Cantabrig. 1655. 8. adiunctis Arriani dissertationibus Epicteteis et opere *Porphyrii* περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων. Etiam Iamblicho de vita Pythagorae, noua cura a se expolito, *Ludolphus Kusterus* Porphyrium ex Holstenii editione, adiunctis Rittershusii notis, subiunxit Amst. 1707. 4. Transtulit etiam vitam Pythagorae, a Porphyrio scriptam, *Andreas Schottus*, cuius versio latina MS. fuit in biblioth. Nic. Heinsii. Vide catalogum eius bibl. parte I. p. 253.

2. Περὶ Πλωτίνου βίου καὶ τῆς τάξεως τῶν βιβλίων αὐτοῦ, *de vita Plotini, et ordine scriptorum eius* liber, scriptus a Porphyrio circa annum aetatis LXX. vt e capite 32. colligas. Eunapio memoratus et Theodulo siue Thomae Magistro in epistola ad Iohannem philosophum apud Cangium adpendice ad glossar. graec. pag. 5. in Ἀγγελικὸς βίος. Plotini Enneadibus praemittitur, in latinis et graeco-latinis editionibus, quas, si placet, superiore capite recensitas vide, [vbi et illius ipsius vitae pars cum Marsilii Ficini versione et notis Fabric. breuibus exhibita est.] MSta exstat in biblioth. Augustae Vindelicorum. Nam in Antonii Reiseri catalogo librorum illius bibliothecae pag. 73. vbi memoratur Porphyrii oratio de vita Platonis et dispositione librorum eius, legendum Λόγος siue liber de vita Plotini. [P] *Fabric.* [Codd. mssti praeter Augustanum hi fere sunt: in biblioth. publ. *Parisina* vt plurimum cum Plotino, codd. MDCCCXVI. MDCCCCLXVIII. MDCCCCLXIX. MDCCCCLXX. MDCCCCLXXVI. MMLXXXII. MMCCXC. — In biblioth. *Coislin.* cum Plotino, cod. CLXIX. teste Montfaucon. in biblioth. Coislin. pag. 225. — Ex Porphyrii scriptis sunt excerpta s. eclogae in cod. Coislin. CCXCIV. auctore Montfaucon. l. c. pag. 412. — *Florentiae* in biblioth. medic. cod. XV. plut. 85. cod III. plut. 87. (*Bandin.* catal. codd. gr. III. col. 274 et 383.) — *Venetiis* in biblioth. monast. S. Michaelis cum Plotino, vt alibi, (vid. *Mittarelli* biblioth. codd. MSStor. col. 957. — *Vindobonnae* in cod. CLXXV. nr. 2. (*Lambec.* comment. VII. col. 405) — *Monaci* in biblioth. elector. Bauar. cod. CCXLIV. (catal. pag. 83.) — In biblioth. *Escorial.* teste quidem *Ant. Augustino* in catal. Tarracone 1597. 4. codd. gr. nr. 199. sed a Plüero et Clarkio in indice codd. gr. omittitur; nisi in Plüeri indice, *de vita Platonis et de ordine librorum eiusdem* vitiose pro *Plotino* exaratum fuerit *Platonis* nomen. — *Oxonii* in biblioth. collegii corporis Christi, cod. MDLXXXIV. (catal. codd. Angliae et Hibern. tom. I. part. II. 51.) *Harl.*]

3. Περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, *de abstinentia ab esu animantium* g) ad Firmum Castricium h), condiscipulum et amicum suum, libri IV. quibus excutit rationes Heraclidis Pontici, Hermachi

g) Conf. Nouvelle bibl. choisie, tom. I. cap. I. Amstel. 1714. 12. *Harl.* — Cleric. B. anc. et mod. tom. I. p. 165. *Pag. Gaudentius* de philos. Rom. cap. 165. *Heum.*

h) Eum Porphyrius in vita Plotini cap. 7. laudat his verbis, vbi Plotinum in eius praedio ad sextum lapidem ante Minturnas in Campania, versatum refert: ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΣ ὁ Φίρμος καλούμενος, ἀνδρῶν τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοκαλώτατος γεγονώς, καὶ τότε Πλωτῖνον σεβόμενος, καὶ τῷ Ἀμελίῳ οἷα οἰκέτης ἀγαθὸς ἐν πᾶσιν ὑπηρετούμενος, καὶ Πορφυρίῳ ἐμοὶ οἷα γνησίῳ ἀδελφῷ ἐν πᾶσι προσεσχηκώς. Ibidem politicam vitam amplexum, siue ad remp. accessisse testatur. [add. *Kuster* not. 1. pag. 2. edit.]

Hermachi Epicurei, aliorumque peripateticorum, ſtoicorum et epicureorum, ſingillatim *Claudii Neapolitani* [i]) in libro, quem aduerſus eos, qui a carnium eſu abſtinent, ſcripſerat.

[Plotinum in hoc quoque libro, alias reliquorum illius opp. fere grauiſſimo et a plurimis VV. DD. maximi aeſtimato, eſſe miſerum compilatorem, qui ex Theophraſto, Dicaearcho aliisque ea, quae ceteris meliora et venuſtiora eſſent, exſcripſiſſet, oſtendit *Meiners* in hiſtoria dogmatum etc. I. pag. 266. not. — *Codices* autem, in quibus id opus ſeruatur adhuc, hos, qui ſequuntur, notatos deprehendi. *Pariſ.* in biblioth. publ. codd. MMLXXXIII et MMLXXXIV. — E biblioth. patrum S. I. e Francia cum aliis *Meermannus* acquiſiuerat ſibi cod. rec. chartac. — *Florent.* in biblioth. medic. cod. XV. plut. 80. (*Bandin.* catal. III. col. 205. — In biblioth. regia *Taurin.* cod. I. (catal. codd. gr. pag. 67.) — In biblioth. *Eſcorial.* bis. (*Plüer* itinerar. per Hiſp. p. 188.) — *Oxoniae* in codd. *Bodlei.* MMCCCXLVIII et MMMCCCLXVII. (catal. p. 121 et 122. — In bibl. *Harleiana* cod. MMMMMMCCXCVI. cum notis paucis Io. Meurſii, ad calcem adiectis, (catal. vol. II. Londin. 1769. ſub illo numero.) — In biblioth. *Auguſtana* Vindel. (vid. *Reiſer.* catal. pag. 81.) — In cod. *Bauar. Monac.* CXXXV. (catal. p. 55.) — *Lipſiae* in biblioth. Paullina; de quo cod. egit Rhoer in praefat. ad ſuam edit. *Harl.*]

Primus illos [vna cum eiusd. Porphyrii ſelectis breuibusque ſententiis, ducentibus ad intelligentiam rerum, quae mente noſcantur,] *graece* e codice Mediceo edidit *Petrus Victorius*, praemiſſos *Michaelis Epheſii* ſcholiis in IV. libros Ariſtotelis de partibus animalium et ſubiecta Porphyrii vita, ab Eunapio ſcripta. Florent. 1548. fol. *Latine* primus circa idem tempus nec infeliciter vertit vir doctus *Io. Bernardus Felicianus*, et praemiſſa ad Aloiſium Michaelium praefatione latine edidit Venet. 1547. 4. apud Iohannem Gryphium. Rarius obuia eſt haec interpretatio, et neutri interpretum [k]) qui poſtea libros hos latine verterunt viſa, non *Franciſco de Fogerolles* [l]), conſiliario et medico regio, qui cum verſione ſua, longe infra priorem ſubſidente, illos graece et latine edidit Lugd. in Galliis, 1620. 8. Neque viſa eſt Feliciani verſio *Iohanni Valentino*, cuius melior interpretatio et emendationes [m]) adiunctae ſunt in editione graeco-latina librorum Porphyrianorum Cantabrigienſi a. 1655. 8. Argumenta autem, quae libris et ſectionibus ſingulis ibi praemittuntur, Fogerolleſii ſunt, qui etiam ſuae ἐκδόσει carmen heroicum de Apoche Pythagorica, et diſſertationes quasdam de virtutum mediocritate, virtutibus heroicis et abſtinentia chriſtiana praemiſit. [Plures quidem moliti ſunt aut promiſerunt nouas editiones, *Mericus Caſaubonus*, (vid. not. ad Diogenem Laertium lib. II. ſegm. 7.) *Thomas Galeus*, (vid. not. illius ad Iamblich. de myſteriis ſect. V. cap. 4.) *Hoeſchelius*, (notante ipſo Fabricio,) *Dauiſius*, *Lakemacherus*, *de la Croze*, in primis *Io. Frid. Thomas*, gymnaſii Suidnicenſis in Sileſia rector, qui quidem in epiſt. III. ad Siberum, (in Miſcell. Lipſienſ. tom. I. pag. 315.) ſignificabat, ſe per Gentilottum ab Engelsbrun, prae-

 fectum

i) Huius meminit quoque Porphyrius in fragmento, quod edidit *R. Bentlei.* in epiſt. ad Millium p. 49. neque alium eius meminiſſe, ait Bentlei. *Harl.*

k) Excepto tamen *de Rhoer*, qui in praefat. quoque intelligenter diſſerit de illa verſione. *Harl.*

l) In huius verſionem acriter inuehitur *Holſtenius* in vita Porphyrii cap. IX. pag. 259. et cap. X. pag. 267. atque *Duportus* ad Theophr. charact. cap. 14. pag. 427 ſq. *Heum.*

m) Verſio et notae a Petito obſeru. I. cap. 5. auctore cat. Bün. aliisque male tribuuntur Holſtenio, cuius vita Porphyrii addita eſt. *Harl.*

fectum biblioth. Vindobon. integram cod. Vaticani deſcriptionem et Holſtenii animaduerſſ. ad cod. Vatic. ineditas accepiſſe: atque *de la Croze* in epiſt. ad Moshem. (in theſauro epiſt. Lacroziano, tom. III. pag. 225.) ſcribit, ſe non ſolum ſuas emendationes atque obſeruationes cum *Petri Petiti* notis autographis in exemplari Florentino Spanhemianae bibliothecae exſtantibus, Thomae miſiſſe, ſed etiam comperiſſe, *Vaticanum exemplar* antiquum et elegans ad illum Roma delatum adeoque eius editionem praelo eſſe paratam. Et tamen Rhoerius neque Romae illum cod. Vatican. neque Vindobonae Holſtenii notas adhuc reperiri, in praefat. conqueſtus eſt. Lackemach. vero et de la Croze, conſilio Thomae cognito, huic prouinciam reliquerunt. vid. theſ. epiſt. La Croz. tom. I. pag. 308 et 309. pag. 340 — 343. tom. II. pag. 99. ac pag. 120 — 123. de Dauiſii conſilio et Galei adnotatt. et emendatt. ad Thomam miſſis. Enimuero vel Thomae conatus, neſcio, quo caſu, felici caruit exitu: atque diu multo poſt, Porphyrianum opus, nouo veſtitu ornatum et perpolitum, denuo lucem vidit. Editio autem, a ſplendore externo typorum chartaeque non magis quam ab eruditione curaque editoris commendabilis, inſcripta eſt:

Πορφυρίε — *Porphyrii philoſophi de abſtinentia ab eſu animalium libri quatuor, cum notis integris Petri Victorii et Ioannis Valentini et interpretatione latina Io. Bernard. Feliciani. Editionem curauit et ſuas itemque Io. Iac. Reiskii notas adiecit Iac. de Rhoer. Accedunt IV. epp. de apoſtaſia Porphyrii. Traiecti ad Rhen.* 1767. 4. Fundus eſt edit. Cantabrig. ſed a mendis purgata et e codd. caſtigata correctaque. In praefat. agit de Porphyriano libro, de editionibus et aliis ſubſidiis, quibus vſus eſt ad emendandum et illuſtrandum textum; praeterea laudat Abreſchium, qui varias ſuppeditauit obſſ. ac Reiskium, qui non ſolum contulit cod. Lipſienſ. ſed etiam de plerisque iudicium addidit lectionibus et ingentem emendationum ſuarum copiam philoſopho adfudit. Sub finem praefationis, „crediderim, ait, paene, Porphyrium ſimulaſſe per aliquod tempus animum, a religione chriſtiana haud alienum, vt ſolebant callidi iſti homines, loquendi etiam formulas doctrinamque ipſam Chriſtianorum praeceptis adcommodare, vt eo melius incautos circumuenirent. Hinc orta perſuaſio, ſacris illis nomen dediſſe philoſophum; ſed a quibus, Platonismi cauſſa id exigente, reſiliebat. Ideoque forte imperator Conſtantinus Arianos publico edicto Porphyrianos vocari voluit. — — cauere volebat imperator, ne ſub ſpecioſo nomine credulis imponeretur.“ etc. *Harl.*]

Gallice libros Porphyrii vertit *Philippus Iacobus Mauſſacus.* Pariſ. 1622. 8. [item *de Burigny,* cum vita Plotini, a Porphyrio compoſita, et diſſ. de Geniis. Pariſ. 1747. 12. vid. noua acta erudit. Lipſ. a. 1752. m. Mart. pag 185 ſqq.] Editionem Porphyrii περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων ad MSS. codices parauit olim etiam *David Hoeſchelius*, vt cognoſcitur ex eius litteris ad Ioh Kirchmannum, poſt Gudianas pag 157. Codex MS. huius operis, *Euſebio* IX. praeparat. *Theodorito* VII et IX. Therapeut. Cyrillio contra [P] Iulian. IV et IX. pag. 310. X. pag. 348. Hieronymo, Stobaeo et aliis veteribus lecti.

4. *Epiſtola ad Anebonem, Aegyptium.* πρὸς Ἀνεβὼ τὸν Αἰγύπτιον *), ex qua loca ampla ſeruauit *Euſebius* in praeparat. euangelica. lib. III. pag. 9–. 97. 98. et lib. V. pag. 192. 197 — 199.

*) *Anebonem* per *Ab Nebiim*, i. e. patrem prophetarum explicat *Hornius* hiſtor. philoſ. lib. V. cap. 5. pag. 272. *Heum.*

197—199. XIV. pag. 741. et *Theodoritus* I. Therapeut. pag. 11. et lib. III. pag. 47. 48. Vide et S. *Augustinum* X. 11. de ciu. Dei. Quaestiones et dubia continet de diis, daemonibus, eorumque natura et colendi eos adque illos accedendi ratione, ad quam respondet, et Porphyrii saepe ipsius scitis dubitationes soluit sub *Abammonis* nomine delitescens *Iamblichus*, de cuius libro de mysteriis Aegyptiorum dicturus infra sum cap. XXVIII. §. 2. Huic Iamblichi libro epistolam illam cum latina versione sua praemittens *Thomas Galeus*, Oxon. 1678. fol. negat, se illam satis integram potuisse in lucem proferre, sed, *scio me*, inquit, *non Porphyrium, sed Absyrtum aut Hippolytum aliquem tibi ponere. Fabric.* — *De diuinis atque daemonibus*, cum Iamblicho, Proclo et aliis, Venetiis apud Aldum 1497. fol. vid. *Panzer* A. T. III. pag. 420 sq. *Harl.*

5. Πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμαί, *sententiae ad intelligibilia ducentes*, magnam partem e Plotino excerptae, ac velut introductio quaepiam ad Plotini scripta. *Latine* ex *Marsilii Ficini* versione saepius prodierunt cum Iamblicho de mysteriis Aegyptior. et aliis scriptis pluribus, etiam inter Ficini opera tom. II. pag. 870 sq. Paris. 1641. fol. Graece viderunt lucem, subiectae libris Porphyrii περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, Florent. 1548. fol. *Graece* vero *et latine* ad calcem eorundem librorum, cum versione *Francisci de Fogerolles* Lugd. 1620. 8. et cum versione meliori, *Lucae Holstenii*, auctiores sex capitibus e biblioth. *vaticanae* codicibus, post vitam Pythagorae, a Porphyrio scriptam, Rom. 1630. 8. et Cantabrig. 1655. 8. In hac Holsteniana editione pro XXXIX. sunt capita sententiarum XLV. *Fabric.* Codd. mssti sunt in biblioth. *Venet.* D. Marci codd. CCLXIII et DXIX. (catalog. pag. 130 et 179.) et in biblioth. *Florent.* Medic. cod. XV. plut 80. (*Bandini* catal. III. col. 205.) conf. infra, ad nr. 10. circa fin. notata ex Casiro. *Harl.*

6. Ὁμηρικὰ ζητήματα, *Homericae quaestiones XXXII* ad Anatolium, quas cum libello de antro Nympharum graece, post editionem Rom. 1518. 8. o) Leoni X. dicatam, edidit *Andreas Asulanus* Venet. ex offic. Ald. 1521. 8. qui in praefat. *hunc*, inquit, *ex antiquis excerptum exemplaribus et solerti nostra, vt vides, repurgatum opera, tibi lector nunc damus, daturi propediem et Didymum et Aristarchum, et quosquos alios Homeri optimos interpretes ex imis librorum sepulcris eximere poterimus* p). Vterque Porphyrii libellus subiunctus scholiis

o) *Van Goens* in praefat. mox citanda p. XV sq. dum agit de illa rarissima editione, quam e bibl. Schultensii habuit et quae inscripta est: Πορφυρίου — *Porphyrii philosophi homericarum quaestionum liber: et de nympharum antro in Odyssea: opusculum Leonis X. pont. M. beneficio e tenebris erutum, impressumque Romae in gymnasio mediceo ad Caballinum montem*, editam illam esse scribit non solum reliquis fere accuratiorem, sed etiam a. 1518. in forma tertia seu octaua: contra Maittaire in A. T. II. pag. 302. atque ex eo forsan Fabricius noster in altera edit. B. Gr. et a. 1517. et formam quartam significant. *Harl.*

p) Constat tomis quasi duobus: et in fronte totius collectionis legitur Σχόλια παλαιά τε καὶ πάνυ ὠφέλιμα εἰς τὴν τοῦ Ὁμήρου Ἰλιάδα καὶ εἰς τὴν Ὀδύσσεια (sic.) prior autem tomus continet scholia, quae vocantur, minora in Iliadem, ac post ea *Porphyrii quaestiones homericas* atque *dissertat. de antro Nympharum*; in calce: *Venetiis in aedibus Aldi et Andreae soceri. m. Maio* MDXXI. (1521.) posterior inscriptus est Διδύμου — *Didymi antiquissimi auctoris interpretatio in Odysseam*, in calce: *Venetiis in aedibus Aldi* etc. M. D. XXVIII. (1528.) Vna igitur est editio: conf. supra ad vol. I. pag. 389. et *R. M. van Goens* praefat. ad Porphyr. de antro Nymphar. pag. XVI sq. vbi de editt. diligenter egit. *Harl.*

liis minoribus in Homerum, (quae Didymo vulgo tribuuntur,) in edit. Argentoratensi 1539. 8. [q]) et ad calcem [?] Homeri cum iisdem scholiis excusi graece Basil. 1541. fol. tum, aut forsan titulo tantum renouato, 1543. posthaec] 1551. 4. edente *Ioach. Camerario* et *Iacobo Micyllo*. Has quaestiones latine vertisse se testatur Gesnerus epistola de scriptis a se editis pag. 22. Sed edita non est eius, quod sciam, interpretatio. *Fabric.* *Valckenar.* qui in diss. de scholiis in Homerum ineditis, (subiuncta *Vrsini* Virgilio collatione scriptorum graec. illustrato,) multus est de Porphyrii scholiis et quaestionibus homericis, pag. 143. suspicatur, tria opuscula Porphyrii, de antro Nympharum, fragm. de Styge et homericas quaestiones ex Porphyrii in Homerum commentario, quocumque fuerit insignis nomine, fuisse repetita. Porphyrii autem ζητήματα non solum citantur in editis ad Homerum scholiis, sed in codicibus quoque inter cetera scholia interdum leguntur, obseruante *Valcken.* p. 127 sqq. 135 sqq. 139 sqq. etc. adde supra in vol. I. pag. 519 sq. et *Vales.* de critica lib. I. cap. 18. pag. 166 sq. *Harl.*

7. *Moralis interpretatio errorum Vlyssis*, ἐπίτομος διήγησις εἰς τὰς καθ' Ὅμηρον πλάνας τοῦ Ὀδυσσέως μετά τινος θεωρίας ἠθικωτέρας φιλοπονηθεῖσα sine nomine auctoris edita graece Hagenoae per Obsopoeum an. 1531. 8. et latine *Conrado Gesnero* interprete, Tiguri 1542. 8. ac denique graece et latine cum notis *Io. Columbi*, Aboae a. 1678. 8. [rec. Lugd. Batau. 1745. 8.] ad Porphyrium auctorem a quibusdam refertur. *Fabric.* Enimuero moralis illa interpretatio, mille circiter annis post obitum Porphyrii demum scripta, patrem habet *Nicephorum Gregoram* (natum a. 1295. mortuum a. 1359.) qui disertis verbis nominatur in cod. Vindobon. CCCXXXII. nr. 9. teste *Lambecio* in comment. de bibl. Vindob. tom. V. col. 613. edit. Kollarii. adde supra in vol. I. pag. 406. *Harl.*

8. *De antro Nympharum* [r]) (Odyss. XIII.) περὶ τοῦ ἐν Ὀδυσσείᾳ τῶν Νυμφῶν ἄντρου, allegorica et philosophica commentatio [s]), graece saepius edita cum Homericis Porphyrii quaestionibus, et cum latina versione *Lucae Holstenii*, subiuncta vitae Pythagorae, ab eodem Porphyrio scriptae, cuius vtriusque libri editiones iam recensui. Vertit etiam *Gesnerus* et latine edidit Tiguri 1542. 8. *Fabric.* Editiones hae sunt: Romae 1518. 8. Forsan est illa eademque edit. sine loco et anno membranis impressa, cui vero deest primus quaternio, in biblioth. Laurent. (vid. *Bandin.* II. pag. 319.) — cum scholiis, quae vocantur, minoribus in Homerum, Venet. apud Ald. 1521. 8. Argent. 1539. 8. — cum Homero, adiectis scholiis, Basil. curante Camerario, 1541. fol. 1543 et 1551. fol. — ab *Holstenio* cum fragm. de styge et Porphyrii vita Pythagorae, gr. et lat. 1630. 8. rec. cum Epicteto et Arriano, Cantabrig. 1655. 8. — a *Barnesio*, gr. praemissa sunt opuscula, homeric. quaestion. et de nympharum antro editioni Homeri, Cantabrig. 1711. 4. pag. LXXXIII sqq. de quibus paullo copiosius egit *van Goens* in praefat. ad suam locupletissimam et doct. editionem, huius sententiae:

Πορφυ-

q) Vide supra, vol. I. pag. 389. *Harl.*

r) Confer praeter interpretes Homeri *Macrobium* lib. I. in somnium Scipionis cap. 12. *Petrum Petitum* de Sybilla II. 10. *Mottanum Vayerum* in Hexaemero rustico die IV.

s) Porphyrium locum poetae tenebris inuoluisse potius, quam illustrasse, ait *van Goens*, praef. pag. XXII. *Harl.*

Πορφυρίȣ — *Porphyrius de antro Nympharum, graece cum latina L. Holstenii versione. Graeca ad fidem editionum restituit; versionem C. Gesneri et animaduersiones suas adiecit R. M. van Goens*, Traiectinus. *Praemissa est dissert. homerica ad Porphyrium.* Traiecti ad Rhen. 1765. 4. — In praef. pag. XXVII sq. agit de rarissima Gesneri versione et editione, cuius inscriptio haec est: *Moralis interpretatio errorum Vlyssis Homerici. Commentatio Porphyrii philosophi de Nympharum antro in XIII. libro Odysseae homericae, multiplici cognitione rerum variarum instructissima. Ex commentariis Procli Lycii, philosophi Platonici in libros Platonis de republ apologiae quaedam pro Homero et fabularum aliquot enarrationes. Interprete Conr. Gesnero, medico Tigurino. Omnia nunc primum nata, et excusa Tiguri apud Froschouerum.* 1542. 8. Valesius de critica lib. I. cap. XVIII. (vbi de Porphyrio paucis agit,) suspicatus est, libr. de antro Nympharum in Odyssea, partem fuisse homericarum quaestionum libri, quem imperfectum ad nos peruenisse, dolendum esse iudicat. *Harl.*

9. Fragmentum ex libro *de Styge*, (ad illustranda loca Homeri Iliad. ό. et Odyss. έ.) seruatum a *Stobaeo* in eclog. phys. pag. 129 sq. Antwerp. 1575. fol. et ex integriore codice Antonii Augustini descriptum ab *Andrea Schotto* lib. V. humanar. obseruationum Hanou. 1615. 4. *Holstenius* inde Rom. 1630. 8. ex MS. Vaticano emendatum ac suppletum cum sua versione subiunxit Porphyrii scripto de antro nympharum, de quo iam dixi, atque inde a. 1655. 8. recusum etiam Cantabrigiae est ex editione Holsteniana, cuius immemor *Iacobus Tollius* idem fragmentum ex Schotti editione, etsi multis mendis inquinata, vertit, et latine cum obseruationibus suis inseruit capiti duodetricesimo Fortuitorum, Amst. 1687. 8. pag. 230 sq. *Fabric.* Id fragm. emendatius dedit cl. *Heeren* in sua Stobaei eclog. physic. ed. Göttingae 1794. 8. a pag. 1018. Inde graece repetendum curauit, notis eruditis, etiam criticis illustratum cl. *M. Frider. Guil. Sturz*, ill. Ruthen. prof. publ. in prolusion. I et II. *de vestigiis doctrinae de animi immortalitate in Homeri carminibus*, Gerae 1795 et 1796. 4. Sed quaedam Porphyrii de hoc argumento verba adhuc restant, quae alio tempore et ita illustrata daturus est Sturz, vir humanissimus, vt epicrisin suam et vberiorem eiusdem argumenti tractationem adiungat. In priore prolus. paucis quoque agit de Porphyrio et de illo fragmento. Eorum autem accedit sententiae, Porphyrium vocari Tyrium, quam Bataneoten maluisse, quia in vrbe celeberrima Tyro per aliquod tempus vixisset. Illud autem libri Porphyriani de Styge fragmentum, quod ex Antonii Augustini cod. primus edidit *Andreas Schottus* in obss. humanis, inde *Holsten.* vna cum Porphyrii libro de antro Nympharum, pag. 140 — 153. edit. romanae, atque *Heeren* in Stobaei eclogis physicis pag. 140 — 152. et quod latine vertit *Tollius* l. c. illud, inquam, cl. *Sturz* prorsus ab eo, quod in proluss. suis euulgauit, diuersum esse iudicat, quamquam Fabricius h. l. alia omnia praecipere videatur. *Harl.*

10. Εἰσαγωγὴ t) siue libellus περὶ τῶν πέντε φωνῶν. De quinque vocibus siue praedicabilibus *Isagoge* in Sicilia a Porphyrio composita ad *Chrysaorium*, discipulum, quae cum ... Organo

t) Qui εἰσαγωγὴν εἰς τὰς Ἀριστοτέλȣς κατηγορίας inscribunt, verum quidem aiunt, sed alium quam auctor adponunt titulum. Vide Ammonium p. 18. *Fabric.* Porphyrium, non Aristotelem, esse auctorem praedicabilium, s. vniuersalium quidam putant. *Heum.*

Organo Aristotelis saepissime edita est graece et latine, eidemque praemittitur, [P] vt dixi lib. III. cap. V. post nr. 5. [pag. 219. de edd. pag. 311. pag. 328 sqq.]

[Multi supersunt codd. huius Isagoges. (Conf. *Buhle* tom. I. opp. Aristot. p. 157 sqq. et p. 164 sqq.) — *Romae* in bibl. Barberin. Porphyrii Logica, eiusdem isagoge in logicam Aristotelis. — *Neapoli* in bibl. regia cod. II. isagoge εἰς ε̉ φωνάς; et in cod. CXXIX. eadem cum commentario Ammonii. — *Venetiis* in bibl. S. Michael. cod. XII. gr. saec. XII. Isagoge, h. e. vt *Mittarelli* in biblioth. codd. illorum col. 956. ait, introductio in logicam Aristotelis, nimirum in ipsius praedicamenta, in libr. de enuntiatione, in libros II. resolutionum priorum et in libros octo de locis, in libr. de sophisticis redargut. et in libros decem ethicorum ad Nicomachum: cum notis graecis et latinis aliquot, nec non figuris: — cod. CCLIX. isagoge in categorias, in praedicamenta et in libr. *Perihermenias* Aristotelis. — cod. CLXXX. (Mittarelli col. 565.) principium introductionis in quinque voces: praeter ea is continet *praxes* XXIII. et expositionem decem categoriarum philosophiae ex ore *Dauidis*. — *Venetiis* in bibl. D. Marci cod. CCXXXV. *Dauid* in categorias Aristotelis commentarii. — *Florentiae* in bibl. Laur. medic. cod. XXXVII. plut. 31. nr. XV. *Porph.* introductio etc. cum scholiis vberrimis marginalibus et glossis interlin. nr. autem XI. *Ammonii* comm. in quinque Porphyrii voces. (teste *Bandinio* cat. codd. gr. II. col. 117.) — cod. XVII. plut. 59. nr. 34. introd. cum scholiis vberr. marginal. et quibusdam praeliminarib. Ex scholiis nonnulla *Scholarii* nomen prae se ferunt. (*Bandin.* II. col. 535.) — in cod. IV. plut. 71. introduct. cum glossis interlin. et scholiis in margine positis; inter quae sunt, notante *Bandinio* III. col. 3. ex *Pselli* enarrationibus in illud opus, excerpta s. scholia atque expositiones *Dauidis*, Magentini et *Mich. Pselli* expositio in caput Porphyrii de differentia. Sequitur nr. IV. anonymi synopsis quinque vocum et nr. V. *Ammonii*, Hermeae F. expositio in V. voces. — cod. XI. plut. 71. 1) fragmentum praefat. in interpretationem lib. Porphyriani, *Isagoge*. 2) prolegomena in introductionem Porph. excepta ab ore *Eliae*, philosophi, (quae tamen in cod. I. plut. 72. nr. II. sub nomine *Dauidis* multoque vberiora occurrunt. 3) *Porphyrii* isagoge cum glossis interlinearibus. 4) *Ammonii*, Hermeae F. expositio V. vocum s. potius in ipsam expositionem introductio; 5) eiusdem *Ammonii* commentar. in quinque voces, cum Porphyrii textu. (*Bandin.* III. col. 7 sq.) — cod. XXXII. et cod. XXXV. it. cod. XXII. plut. 71 et 72. Porph. isagoge, cum *Ammonii* enarratione. (*Bandin.* III. col. 17 et 23 ac 38.) — In cod. I. plut. 72. *a*) prolegomena philosophiae dictante *Dauide; b*) prolegomena in Porphyrii introduct. excepta ab ore *Dauidis*. — cod. III. et cod. IV. *Porphyrii* introduct. — cod. V. *a*) prolegg. philosophiae excepta ab ore *Dauidis*, *b*) prolegg. in Porphyrii introduct. excepta ab ore *Eliae*, philosophi. *c*) *Porphyrii* introductio in V. voces. (*Bandini.* III. col. 25 — 30.) — cod. XVI. plut. 87. et cod. LXVII. plut. 89. *Porphyrii* introd. (*Band.* III. 397 et 414.) Adde *Buhl.* tom. I. opp. Aristot. pag. 164 sq. — *Florentiae* in bibl. monast. B. Mariae, bis, teste *Montfauc.* in diario ital. pag. 367 et 370. — ibid. pag. 14. memoratur Porphyr. in Aristotelem, in bibl. Ambros. *Mediolanensi*. — *Patauii* in bibl. S. Ioann. scriptum super lib. Porphyrii praedicamenta, Perihermenias. (*Thomasini* bibl. Patauinar. MSS. pag. 37.) — ibid. in bibl. S. Antonii liber Porphyrii, Perihermenias, et, (si verba Tomasini l. c. pag. 54. recte intelligo, et, nisi nomen Aristotelis omissum est,) Topica, libri duo priorum. — Ibid. (pag. 55.) quaestiones in libr. Porphyrii.

rii. — *Parif.* in bibl. publ. Prolegomena in philofophiam, cod. MDCCCCLXXVII. at auctor catal. notat, minus recte tribui Porphyrio, quia ibi Proclum, Porphyrio iuniorem, laudatum reperias. — quinque voces, codd. MDCCCXLIII. MDCCCCXXVIII. (cum fcholiis Magnentii, vti in cod. MDCCCCLXXII.) MDCCCCLXXI. MDCCCCLXXIII. (cum anonymi comm.) MDCCCCLXXIV. cum Ammonii comm. MDCCCCLXXV. MMLI. et in cod. MMLXXXV. Porphyr. cum Ammonii comm. codd. MMLXXXVI et MMCXX et MMDXI. Porph. ifagoge cum fcholiis quibusdam. *Ammonii* comment. eft omnino in XI. codd. — In bibl. *Coislin.* in cod. CCCXXIX. et cum commentario, CCCLXXXVII. tefte *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 446 et 590. — In bibl. *Leidenfi* inter codd. Voffian. *Dauidis,* philofophi, interpretatio quinque vocum et *Porphyrii* introductio. (vid. catal. p. 392. nr. 17.) adde quae paullo poft de hoc cod. inter Anglicanos adnotata funt. — *Matriti* in bibl. regia, commentarius in Porphyrii ifagogen, ab omnibus, qui adhuc innotuere, diuerfus, forfan a Conftantino Lafcare, cuius manu exaratus eft, confectus; tum *Porphyrii* ifagoge cum anonymi fcholiis marginalibus, et alia. vid. *Iriarte* catal. pag. 53. — In bibl. *Oxonienfi* (fecundum catal. MSStor. Angliae et Hiberniae.) in collegio Baliolenfi, Porphyr. ifagoge, cod. CCCXCII. — in collegio Mertonenfi, anonymus fuper libros Porphyrii de praedicabilibus, cod. DCCLV et DCCLXIII. atque *Porphyrii* ifagoge, *hebraice,* cod. DCCXCIX. — in collegio S. Trinitatis, Porphyr. ifagoge, gr. cod. MDCCCCLXVII. — in collegio S. Mariae Magdalenae, (Burlaei) commentarii logicales in Porphyrium, cod. MMCCCXXVIII. — In colleg. corporis Chrifti cod. MDLXXXII. *Ammonius* in Porphyrium gr. — In biblioth. *Bodleiana* inter codd. Barocc. Porph. ifagoge, cum fcholiis margin. forte Io. Argyropuli, cod. LXXXVII. — Ifagoge cod. CXV. introductio in Organon Ariftotelis, atque praefatio f. pars commentarii in V. praedicabilia, cod. CXVII. — Porphyr. introduct. et Organon Ariftot. cod. CLXXVII. et bis, inter codd. Laudi, cod. DCCCXC et DCCCXCI. — inter msst. Digbaei, comment. in Porphyrii ifagogen, cod. MDCCXXXVIII. — inter codd. Bodlei. commentarii et quaeftiones logicae in Porphyrium, cod. MMCLX. — Propofitiones defumtae ex Porphyrio de V. vocibus, ex topicis Boethii, ex Ariftotelis categoriis etc. cod. MMCXCIV. — inter codd. Seldeni, Porph. introd. cod. MMMCCCLXX. — *Cantabrigiae* in colleg. Gaio-Gonuil. *Porphyr.* Ifagoge cod. MXI et MXVI et MXXII. — in bibl. domus S. Petri, commentar. in Porphyrium et organon Ariftot. cod. MDCXCIV. — *Antonius* in Porphyrium cod. MDCXCIII. — Inter codd. eccleſ. cathedralis apud Vigorniam, (tom. II. pag. 17. 18 et 21.) citantur cod. DCCXLI. *Porphyrii* libri V. vniuerfalium; et al. cod. DCCXLVIII et DCCCLXXIV. Porph. vniuerfalia, et alia, quae num Porphyrii, an Ariftotelis fint, non adnotatur. — Inter codd. Norfolcian. (ibid. pag. 82. nr. 3270.) cod. *lat. Porphyrii* ifagoge in Ariftotelis *analyticos* libros. — Inter codd. Voffianos in hoc catalogo msstor. Angl. etc. vol. II. cod. MMCXX. Porphyr. interpretatio τῶν πέντε φωνῶν, cum aliis eiusdem; tum *Dauid,* philofophi, interpretatio V. vocum: vbi Colomefius, confector illius catalogi codd. Voff. haec adnotauit. „Dauid ifte Nicetas Δαδύβρυ vocatur in cod. Auguftano Paraphrafis, quam fcripfit, verfuum Gregorii Nazianzeni in obitum Bafilii M. Δάδυβρος autem fuit Paphlagoniae vrbs, Dauidis huius, vt opinor, patria. Pro Δαδύβρυ in editis libris τοῦ Δαβὶδ legi, ait optimus Hoefchelius. Male. Paffim enim in melioris notae codd. msstis philofophus ifte *Dauid* etiam vocatur." — *Dublini* in Hibernia (catal. pag. 32. vol. II. part. II.) cod. CCCCLII. commentar. in Porphyrii ifagogen. — In bibl.

Harleiana fecundum catal. tom. II. Porphyr. ifagoge, cod. MMMMMDXCIX. — Inter codd. MSSt. ibid. numeratur cod. MMMCCCXVIII. in quo nr. 9 et 10. funt Porphyrii opp. quae defiderantur, fragm. ex Theodoreto et Eufebio, gr. et lat. ac Meurfii fyntagma de Porph. gr. et lat. — *Auguftae Vindel.* cod. Ifagoge etc. tefte *Reifero* in catal. pag. 74. — *Wimariae* in bibl. ducali, *Ammon.* in V. voces Porphyrii. — In bibl. caefarea *Vindobon.* (*Lambec.* I. col. 290 et 391.) cod. XXII ac LXI. *Ibn Rufchad* f. *Auerrois* comm. in organum Ariftotelis; ifagogen Porphyrii etc. translat. ex *arabico* in *hebraeum* fermonem a *R. Iac. Antoli,* iuffu et impenfis imper. Friderici II. — cod. XXXIII et LXX. (*Lambec.* l. c. col. 294 et 393.) *Porphyrii* ifagoge in V. voces cum expofitione Auerrois, *hebraice.* (adde fupra in vol. III. p. 211 fq.) — In eadem bibl. caefarea eft in cod. XXVII. (*Lambec.* VII. col. 139 fq.) *Ioannis Tzetzae* (memoratu digna, ab Labbeo autem et Fabricio praetermiffa filentio, necdum edita,) expofitio ifagoges Porphyrii, fiue libri de quinque vocibus, verfibus politicis, gr. — *Porph.* ifag. cum fcholiis, graece, in cod. LIX. tefte *Kollario* in fupplem. I. ad Lambecii comm. col. 417. — In bibl. *Efcorial.* Porph. ifagoge et V. voces (tefte *Plüero* in itiner. per Hifpan. pag. 188. — et pag. 165.) *Dauid* in V. vocc. Porphyrii et in Ariftot. libr. categoriarum. — In bibl. elector. *Bauar. Monac.* cod. CLX. prolegom. Ioannis cuiusdam, (fort. Philoponi) in Porphyrii ifagogen: in eamdem Ammonii commentar. Ammonii prolegg. in categorias et fcholia. Porphyr. in categorias, at vltimus lib. eft mancus. *Harl.*]

E graecis veteribus exftant in hanc ifagogen commentarius *Ammonii Hermeea,* quibus permixta *Ioh. Philoponi* fcholia [u]). Vide *Holftenium* in Porphyrii vita cap. 7. et quae fupra de Ammonio dixi. Praetereo epitomas editas *Georgii Pachymeris* et *Mich. Pfelli,* et ineditam *Neophyti*, de qua *Lambecius* lib. VII. pag. 256. [p. 548. ed. Kollarii;] tum *Georgii Scholarii* ac *Dauidis* [v]) cuiusdam fcholia, nondum credo in lucem edita, et *Nicephori Blemmidae* disquifitionem plus fimplici vice vulgatam, quod nec plura [w]) nec pauciora fint praedicabilia quam quinque.

Latine vertit ifagogen Porphyrii, *Victorinus*, rhetor, et Menantio infcripfit. Memorat *Ifidorus* II. 25. origg. In Victorini interpretationem exftat commentarius *Boethii* ad Fabium, in

u) Ammonii et reliquorum, quos memorat Fabricius, fcholia, iam in notitia codd. fignificaui. adde fupra, in vol. III. pag. 208 fqq. — In cod. regio *Matrit.* XXXIV. eft *Io. Philoponi* grammatici in V. voces liber, quem, animaduertit *Iriarte* in catal. codd. gr. pag. 137, plane discrepare ab eo, qui apud Neffelium in catal. codd. *Vindobon.* part. IV. cod. CXXXIX. nr. 1. infcribitur, Ἰωάννȣ Γραμματικȣ̃ τȣ̃ Φιλοπόνȣ προλεγόμενα εἰς τὴν Πορφυρίȣ εἰσαγωγὴν ἀπὸ φωνῆς Ἀμμωνίȣ τȣ̃ Ἑρμείȣ. In cod. Matrit. videtur ipfius Philoponi commentarius (hinc forte συγγραφήν τινα οἰκείαν συγγράφειν fe profeffus eft ab initio,) in cod. autem Vindobon. Ammonii dictata, a Porphyrio edita, aut prolegomena Porphyr. in illa. adde fupra, III. pag. 207. not. *nn. Harl.*

v) Vide notitiam codd. et in vol. III. l. cit. *Venet.* in biblioth. S. Michael. praeter prolegom. in philofophiam f. V. voces et Porphyrii introd. eft expofitio decem categoriarum philofophiae ex ore *Dauidis*, *dei amantiffimi philofophi*, et Mittarelli in biblioth. MSS. S. Michaelis col. 312. „*Dauidem*, ait, philofophum fuper Ariftotelem et *Porphyrium* ineditum adfert *Scipio Maphaeus* in fua Verona illuftrata part. III. pag. 273. quem in bibliotheca fuorum msst. feruare fe fcribit. De eo multa exftant in biblioth. Medicea, pluteis LXXII et LXXXV.“ adde *Buhle* de librorum Ariftot. interpretibus graecis, tom. I. opp. Ariftot. pag. 298. 294. 308. et de Porphyrio pag. 310. *Harl.*

w) Contra difputat Voffius de logicae natura pag. 64 fq.

in libros II. diuisus, quo subinde Victorinum reprehendit. Exstat et alter *Boethii* commentarius in suam ipsius versionem libri Porphyriani, quam simplicem magis et verbum verbo expressam composuit, libris quinque. Ex Arabibus eumdem Porphyrii librum *Auerroes* illustrauit. Memorat et Herbelotus in bibl. orientali pag. 501. voce *issagogi* exstare arabice prosa et versibus, et commentario illustratum [x]). E recentioribus *Iannotius Manettus*, Florentinus, vt alios quamplurimos in praesenti mittam. Primus graece edidit Aldus vna cum Aristotelis libris logicis Venet. 1495. fol. *Fabric.* Editt. lat. vid. supra in vol. III. pag. 310 sq. *Harl.*

11. *In Categorias* Aristotelis explanationem κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, *per interrogationem et responsionem,* memorat Simplicius in categorias pag. 3. [Confer supra, in vol. III. pag. 210. Praeter ea codices mssti, in quibus illa Porphyrii reperitur explanatio, exstant *Venetiis* in biblioth. D. Marci cod. CCXXXIV. (catal. pag. 119.) — *Florentiae* in

 biblioth.

x) Vide *Buhle* l. c. pag. 310. *Wolf.* biblioth. hebraic. nr. 1820. supra in vol. III. pag. 211 sq. et supra in notitia codd. Vindob. atque Oxon. quibus addes duo codd. Organi cum Porphyrii Isagoge ex versione *hebraica Iacobi F. R. Aba Mori, filii R. Antolii,* in biblioth. *Harleiana*, secundum catal. MSSt. biblioth. Harlei. vol. II. nr. 5517 et 5523. — In biblioth. *Paris.* versio Organi *arabica*, ex Syriaco sermone confecta, cum *Alhireddini* tractatu in isagogen Porphyrii et anonymi scholia. vid. catal. bibl. Paris. tom. I. pag. 199. — ibid. pag. 94. commemoratur codex, in quo est versio *armenica* isagoges Porphyrii, categor. et libri de interpretatione, auctore *Dauide* et cum eiusdem commentariis, — *Romae* in bibl. Vaticana *liber pupillarum*, complectens Porphyrii isagogen et alia, ex versione *arabica* Gregorii Bar-Hebraei. vid. *I. Sim. Assemanni* bibl. orient. Clement. Vatic. II. pag. 269. — In biblioth. *Escorial.* est, (teste *Casir.* in biblioth. arabica-hispana I. pag. 185.) in cod. arabic. est 1) commentarius in Isagogen Porphyrii auctore *Athireddino Mofadhel ben Omar*, Persa, *Abharita*, ex vrbe *Abhara:* qui liber eo habetur apud Mahometanos in pretio, vt quam plurimi ad illum siue commentariis siue scholiis illustrandum locupletandum accesserint: complura huius operis referuntur exemplaria in biblioth. Parisiensi. 2) Anonymi scholia in eiusdem Athireddini commentarium. 3) eiusdem tractatus de quinque praedicamentis. *Casir.* ibidem prodit, in arabica bibliotheca philosophorum, et ex ea in Abulpharagii historia dynastiarum pag. 83. agi de Porphyrii vita et operibus. Auctor bibl. arab. philos. pag. 285. Porphyrius Syrus, ait, ex vrbe maritima Tyri, qui et antea *Ammonius* *) dictus esse traditur, philosophiae peritia excellens, et in libris Aristotelis intelligendis versatissimus, quorum aliquot explanauit, notisque adornauit, videlicet librum Cathegoriarum, librum *Ethicorum* et librum *Perihermenias.* — — Ex libris autem, quos composuit, sunt *liber isagoges, liber syllogismorum topicorum, duo libri ad Libanium*, lib. responsionis ad Pammachium *de intellectu et intelligibili*, nouem tractatibus comprehensus, qui *syriace* legitur, et *liber elementorum,* qui et *syriace* exstat. Quando Casir. miratur, neque auctorem arab. bibl. neque Abulpharagium nullam prorsus mentionem fecisse quindecim illorum aduersus christianam disciplinam voluminum, quibus tamen postea Methodius, Eusebius et Apollinaris triginta libris apologeticis respondissent, et caussam esse putat, quia illa ab imperatore Theodosio flammis iure damnata ex hominum memoriam per ea tempora excidissent, vel quia eadem, vt Mahometanis inutilia, Christianis contraria, nec arabice nec syriace sint conuersa; ego potius suspicor, caussam fuisse probabiliorem, quoniam illa volumina ab illis non pro genuinis Porphyrii nostri operibus habebantur. *Casirus* ibid. pag. 195. laudat cod. quo continetur versio *syriaca* Aristotelis organi et *Porphyrii* Isagoges in Aristotelem, et animaduertit, omnia fere Porphyrii opera *syriace* versa fuisse, et Abulpharagii tempore adhuc exstitisse. *Harl.*

*) Id vel falsum est, vel *Ammonianus*, h. e. e schola et disciplina Ammonii, praeceptoris Plotini, cuius adsecla fuit Porphyrius, legendum aut interpretandum.

biblioth. Laurent. medic. cod. XXX. plut. 71. (vid. *Bandini* catal. III. col. 14 ſq.) — *Pariſ.* cod. MDCCCCXLIII. nr. 4. Porphyrius in decem categorias, per interrogata et reſponſa. — in bibl. *Eſcorial.* (auctore *Pliiero* l. m. pag. 188.) Forſan in multis quoque eorum codd. quos ad nr. 10. laudaui, quoniam in catalogis codd. raro indicatur dilucide titulus verus et argumentum libr. *Harl.*]

Latine vertit *Iohannes Bernardus Felicianus*, cuius interpretatio Iohanni Caſae, archiepiſcopo Beneuentano, pontificis max. apud Venetos legato inſcripta lucem vidit Venet. 1546. fol. apud Hieron. Scotum, et 1566. fol. ſubiunctis itidem latine *Dexippi* [y]), qui Iamblichi diſcipulus fuit, in praedicamenta libris tribus quaeſtionum. *Graeca* huius explanationis Porphyrianae editio prodiit Pariſiis apud Iacobum Bogardum a. 1543. 4. Aliud quoddam breue de decem praedicamentis apoſpasmation ſub Porphyrii nomine editum eſt latine ex *Antonii Gogauini*, Grauienſis, verſione ad calcem harmonicorum Ariſtoxeni et Ptolemaei, Venet. [P] 1563. 4. pag. 162. ad 165. Incipit: *Iam vero de rebus agendum, quas nonnulli ſane decem categorias* etc.

12. *In naturalis* etiam *audientiae libros*, (Ariſtotelis φυσικῆς ἀκροάσεως) explanationes edidit *Porphyrius*, ex quibus exſtant nonnulla. Haec Felicianus praef. ad Porphyrium in Categorias. Ipſe enim numquam vidi. *Fabric.* conf. *Caſir.* l. cit. I. pag. 244. *Harl.*

13. *In Harmonica Ptolemaei*, commentarius, (deſinens in capite VII. libri ſecundi,) graece et latine cum *Ioh. Walliſii* verſione prodiit in tomo tertio, operum viri huius clariſſimi. Oxoniae 1699. fol. Confer ſi placet, quae dixi ſupra, libro hoc IV. cap. 16. §. 12. [pag. 292 ſqq. et vol. IV. pag. 160 ſq.] *Eudoxio* hic commentarius a Porphyrio inſcribitur, et quae Porphyrius non abſoluit, dicitur continuaſſe *Pappus*, Alexandrinus. Porphyrii commentarius, antequam in lucem ederetur, laudatus eſt a *Patricio* diſcuſſ. peripatet. tom. I. pag. 85. *Bullialdo* ad Theonem, Smyrnaeum, *M. Meibomio* ad muſicos veteres, et lib. de proportionibus pag. 190. etc. *Tho. Galeo* ad Iamblichum de myſteriis Aegypt. pag. 182. *Iſ. Voſſio* de viribus rhythmi, *Holſtenio* vita Porphyr. cap. 6. aliisque. *Fabric.* Multi huius commentarii exſtant codices; (vid. quoque ſupra, in vol. IV. pag. 221.) e gr. *Matriti* in bibl. regia, cod. LXXVI. complectens tantum praefationem et caput primum, idque non integrum; Ptolemaei autem textus, qui explanandus ſuſcipitur, priora tantum verba, non omnia exhibentur: teſte *Iriart.* catal. codd. etc. pag. 273. — Quosdam codd. comm. in harmonica et tetrabiblon iam excitaui ſupra in hoc vol. pag. 284 ſqq. Hic plures codd. Porphyrii comm. excitabo. In bibl. Angelica *Romae* Porph. in Ptolem. vid. introd. meam in hiſt. L. Gr. I. pag. 66. — *Ibid.* in bibl. *Vatic.* bis terue, notante *Holſten.* cap. VII. fin. de vita Porphyrii. — *Neapoli* in bibl. regia codd. CVIII et CXLI. — *Florentiae* in biblioth. Laurent. cod. XXIX. plut. 58. prooemium excipit comment. in prima tantummodo libri I. capita quatuor integra. (*Bandin.* catal. codd. gr. II. col. 475.) — *Venet.* in bibl. D. Marci. cum Ptolemaei textu in codd. CCCXVIII. CCCXXI. et Porph. comm. deſinens in capite VII. libri II. in cod. DXCIII. — Ibid. in bibl. S. Michael. cod. LXXXIII. teſte *Mittarellio* l. c. col. 957. — *Patauii* in bibl. Triuſana cod. gr. teſte *Tomaſino* in bibl. Patauinis p. 115. — *Pariſ.*

y) De hoc dixi ſuperiore capite §. 7 ſq.

Parif. in bibl. publ. in codd. MMCCCCLI. MMCCCCLIV. MMCCCCLVI. MMCCCCLVII. — *Oxoniae* (fec. catal. codd. Angl. et Hibern.) in coll. vniuerfitatis, cod. CXL. Πορφ. εἰς τὰ ἁρμονικὰ Πτολεμαίȣ ὑπόμνημα· Κλαυδίȣ Πτολεμ. ἁρμονικῶν τῶν εἰς τρία τὸ τρίτον. — in colleg. S. Mar. Magdal. nr. catal. MMCXXXVIII. — in biblioth. *Bodleiana* inter codd. Barocc. nr. 41. cum Ptolem. textu. — inter codd. Bodlei. nr. MMDCCCCL. — Inter adverfaria Langbaeni ex Porphyrii comm. in bibl. colleg. Magdal. (catal. I. pag. 268. nr. 3.) — Inter codd. Voffian. (catal. II. pag. 59. nr. 2164. nunc in bibl. Lugd. Bat. vid. catal. p. 394. nr. 68.) — inter codd. Th. Gale. (ibid. p. 190. nr. 6045.) — In bibl. elect. *Bauar. Mon.* cum textu Ptolemaei, cod. CLIV. (catal. p. 61.) — In bibl. *Heidelbergenfi* quondam fuit, tefte Sylburgio, catalog. CCCLXXXVIII. — *Auguftae Vindel.* cum textu Ptolem. et *Guelferbyti* ex bibl. Gudiana nr. 24. — In bibl. *Efcorialenfi,* tefte *Plüero* l. c. pag. 188. *Harl.*

14. Tribuitur etiam Porphyrio *Ifagoge in Ptolemaei tetrabiblon,* quam alii ad *Antiochum* referunt vt *Petrus Petitus* pag. 133. Obferuationum, et *Tho. Gale* ad Iamblichum de Myfteriis Aegypt. pag. 304. codicem MS. citans, *e quo corruptiffima*, inquit, *multa in editis emendare liceret.* Illum intellige Antiochum, aftrologum, qui in Demophili ad idem tetrabiblon fcholiis pag. 194. citatur, et cuius apotelesmatica fiue thefauri apotelesmatum in variis occurrunt bibliothecis manu exarati. Prodiit illa ifagoge graece et latine cum Hieron. Wolfii verfione. Bafil. 1559. fol. ante fcholia Demophili et Hermetem de reuolutionibus natiuitatum. *Fabric.* In bibl. *Efcorial.* tefte *Plüero* l. c. — *Romae* in bibl. Barberina cod. DCCXLVII. in Ptolem. apotelesmata. — *Neapoli* in bibl. regia cod. CXXIV. — *Venetiis* in bibl. D. Marci, cod. CCCXIV. (catal. pag. 146.) — *Florentiae* in bibl. medic. cod. XX. plut. 28. cum figg. geometricis. (*Bandin.* catal. codd. gr. II. col. 38.) — *Oxonii* in colleg. corporis Chrifti, catal. pag. 51. nr. MDLXVII. — in biblioth. *Bodlei.* nr. MMMCCCXXXVIII. — inter codd. Sauilianos, nr. MMMMMMDLII. — In bibl. Pellicieri, in vrbe *Montpellier,* tefte Montfauc. — *Parif.* in bibl. publ. codd. MMCCCCXIII. MMCCCCXIV. MMCCCCXC. — In biblioth. caefarea *Vindobon.* cod. XLVII. funt nr. 5. Excerpta, ex *Antiochi* thefauris, capita XLIV. de aftrologia iudiciaria, et *Lambec.* comment. tom. VII. col. 192 fq. e Frifio et Labbeo memorat, in cod. Vaticano Romae exftare *Antiochi* thefauri apotelesmatum capp. 107. et in bibl. Parif. cod. MCCCVI. Antiochi ifagogen aftrologicam: Kollar. vero in nota *B.* repetit Fabricii noftri verba de Antiocho, additque, excerptorem thefaurorum Antiochi effe *Rhetorium,* atque diferte tribuuntur excerpta illa *Rhetorio,* in cod. CXXXVII. de quo vid. Lambecium l. c. col. 549 fq. *Harl.*

III. *Scripta Porphyrii inedita.*

1. *Ifagoge* MS. praemiffa *grammaticae* Dionyfii, Thracis, citatur a *Tho. Galeo* p. 198. ad Iamblichum de Myfteriis Aegyptior. *De Profodia,* MS. Venetiis, Gesnero tefte, et in codice Vaticano, cuius prima verba dat Holftenius cap. 7. *Fabric.* Ex cod. *Veneto* D. Marci, DCLII. cl. *Villoifon.* in Anecd. gr. tom. II. pag. 103 — 118. primus edidit Porphyr. comm. περὶ προσωδίας f. potius commentarium in eam Dionyfii, Thracis, τέχνης γραμματικῆς partem, in qua *de profodia* agitur. (add. eumdem pag. 249. de illo codice.) Ad illum quoque in Dionyfii, Thracis, τέχνην commentarium pertinere videtur fragmentum Porphyrii, a *Villoifonio* l. c. pag. 181. publicatum. — Περὶ προσωδίας ad Dionyf. Thra-

cem, MS. in bibl. Ioannea vrbis Hamburgenſis; it. in cod. *Weſtmonaſter.* bibl. Iacobaeae, ſecundum Bernardi catal. MSSt. Angl. et Hiberniae, tom. II. nr. 8563. pag. 246. — in cod. *Barocciano* CXVI. ibid. tom. I. pag. 13. — et in cod. L. (catal. I. pag. 5.) περὶ τȣ̃ κνὰξ, ζβὶ, χθν', φλεγμῶ, δρὸψ ἑρμηνεια, quod fragmentum edidit *Rich. Bentlei.* in epiſt. ad Io. Millium pag. 49. — inter codd. *Voſſian.* (ibid. II. 2. p. 62.) nr. MMCCXCIII. Dionyſii Thracis grammat. cum ſcholiis Georg. Choeroboſci, Diomedis, ſcholaſtici, Theodoſii, *Porphyrii* et aliorum. it. in cod. quondam *Heidelbergenſi*, ap. Sylburgium, LXX. — In cod. MMDXLII. bibl. *Pariſ.* eſt nr. 4. *Porphyrii* opuſculum de grammatica, et nr. 5. id. de ſpiritibus. *Harl.*

De grammatica et regulis ſpirituum e MS. Colbertino [1212.] laudatur a *Cangio* [ꝑ] in gloſſario mediae et infimae graecitatis. Memini etiam Lipſiae illa me videre MSS. apud D. Godfridum Olearium. [Pars iſagoges fuiſſe videtur.]

2. De *ſcholiis* ineditis Porphyrii *ad Homerum* dixi ſupra lib. II. cap. 3. §. 13. [vol. I. pag. 399 ſq. 401.] loca ex illis profert *Ezech. Spanhemius* z) deſideratiſſimum omnibus doctis nomen, commentario eruditiſſimo ad Callimachum pag. 193. 233. etc. *Fabric.* — *Valckenarium* tamen edidiſſe carm. Homer. Hectoris interitum, ſ. Il. libr. XXII. cum ſcholiis *Porphyrii* et aliorum, atque de Porphyrii ſcholiis vberius diſſeruiſſe, ſupra ad vol. I. p. 399. iam pluribus adnotaui. Idem Valck. in laudata diſſ. pag. 94 ſqq. quaedam, a Spanhemio prolata, emendauit; inſuper plura euulgauit Porphyrii ſcholia, quae, (vt ait pag. 139. et exemplis probat,) vel ſunt ἀποϱίαι καὶ λύσεις, vel ἐξηγήσεις dictionum locorumque Homeri. Forſan autem ſumta erant ſcholia ex maiore Porphyrii in Homerum commentario, ad quem pertinere videtur fragmentum, ſcholiis gr. in Dionyſ. Thracem inſertum et a Villoiſon. l. c. pag. 185. editum. adde paullo ante ad nr. 6. ſcripta. *Villoiſon.* in Anecd. gr. II. p. 266. not. promiſit editionem Porphyrii notarum in Iliada, in bibl. Vaticana latentium et ab Holſtenio memoratarum, quas acceperat a Vernazza transſcriptas. Has poſtea ſuae inſeruit Hom. Iliados editioni. vid. eius proleg. ad Hom. Il. pag. XLVII. *Harl.*

3. In *Platonis philoſophiam libros duos* Geſnerus ſcripſit ſuo tempore exſtare in Carpenſi bibliotheca. *Fabric.* Hoc opuſculum forſan pars fuit hiſtoriae philoſophicae, infra nr. 40. memoratae. Atque *liber quartus hiſtor. philoſ. de vita Platonis* citatur a Cyrillo contra Iulianum libro VIII. notante *Holſten.* de vita Porphyrii cap. VIII. Niſi error eſt ſcripturae, et pro *Platone*, legendum, *Plotinus*, exſtat in bibl. *Eſcorial. Porph.* de *vita Platonis* et de ordine librorum eiusdem, (teſte *Plüero* l. c.) et in bibl. *Auguſtana* Vindel. (in *Reiſeri* catal. pag. 73.) *Porphyrii* oratio de vita Platonis et diſpoſitione librorum eius: additae autem ſunt Plotini Enneades ſex. vide ſupra ad nr. 2. libror. editor. *Harl.*

4. *De Virtutibus:* et *Philoſophiae prolegomena*, et alia in Organum Ariſtotelis, memorat *Labbeus* biblioth. nou. MSS. pag. 114. *Fabric.* Opuſc. *de virtutibus* pars fuit vel commentarii in Ariſtotelis ethica, vel alius operis. In cod. quidem *Veneto* D. Marci CCLXIII. ſunt Porphyrii ſententiae, ad intelligibilia ducentes, capitibus XXXIV. quorum viceſimum

z) Obiit octogenario maior, anno 1710. menſe Nouembri, Londini, vbi potentiſſ. regis Boruſſiae ad ſereniſſimam Reginam legatum gerebat.

cesimum nonum, (vt ait editor catal. codd. gr. illius bibl. pag. 130.) tantum inscriptionem praefert: *περὶ ἀρετῶν, de virtutibus.* init. ἄλλαι ἀρεταὶ τȣ̃ πολιτικȣ̃ etc. De prolegom. philosophiae in notitia codd. me quaedam adnotare memini. — Inter codd. *Vossianos* auctore catalogi bibl. Leidensis pag. 397. nr. 47. monente opus occurrit forsan suppositium: *Varia Chemica* sub nominibus Ostanis, Democriti, Cleopatrae, Archelai, *Porphyrii* et aliorum, cum figuris vasorum et glossario graeco vocabulorum chemicorum etc. *Harl.*

IV. *Scripta Porphyrii deperdita* aa).

1. Περὶ ἀγαλμάτων de statuis, siue imaginibus deorum, aut de cultu simulacrorum. *Eusebius* III. 7. praep. *Stobaeus* I. Eclog. Phys. cap. 25. MS. vide *Holstenium* cap. 10. de Porphyrii vita, et *Gale* supplem. ad Phornuti cap. 2. [vid. *Fabr.* supra in vol. IV. pag. 250.]

2. Περὶ ἀνόδȣ ψυχῆς. *De regressu animae*, libri Augustin. de C. D. X. 9. 10. 24. 26. 28. 29. 32. adde Holstenium cap. 9. *Fabric.* Verti debet *descensu.* vid. *Scheffer.* de philosophia italica cap. IX. pag. 76. 77. *Heum.*

3. Περὶ τȣ̃ μίαν εἶναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλȣς αἵρεσιν, *de philosophiae Aristotelis et Platonis consensu libri VII.* Suid. [et Eudoc. pag. 365.] Alio spectat quod *Proclus* I. in Timaeum pag. 18. ait Porphyrium περιπατητικὰς ἀποδόσεις παρεισφέροντα λύειν τὰς Πλατωνικὰς ἀπορίας. *Fabric.* vid. supra in vol. II. pag. 145. *Harl.*

4. *Expositio libri Aristotelis de Interpretatione. Boethius* II. in Arist. de interpretat. *Fabric.* Exstat in cod. *Veneto* bibl. S. Michaelis, Isagoge in librum Perihermenias Aristotelis, teste *Mittarellio* bibl. codd. illius bibl. pag. 957. Conf. supra in notitia codd. atque in arabica philosophorum bibliotheca apud *Casir.* l. c. pag. 305. Porphyrius adnumeratur commentatoribus libri Perihermenias. adde supra, in vol. III. pag. 213. *Harl.*

5. Πρὸς Ἀριστοτέλην, περὶ τȣ̃ εἶναι τὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν. Suid. [et Eudocia.] *Num anima entelechia sit, aduersus Aristotelem.*

6. *In Aristotelis Categorias*, ἐξήγησις τῶν κατηγοριῶν, *lib. VII. ad Gedalium.* Simplicius in Categ. testatus, Iamblichum in commentario prolixo ad easdem Categorias Porphyrii vestigiis strenue institisse. Porphyrium ἐν τοῖς πρὸς Γεδάλιον laudat *Eustath.* ad Iliad. γ. pag. 293. et Porphyrium *Boethius* in Categor. et Dexippus. [adde *Casir.* bibl. arab. hispan. I. pag. 304.]

7. Περὶ ἀρχῶν, *de Principiis* libri II. Suid. [et Eudocia.] *Proclus* I. theol. Platon. cap. 11. [?]

8. Περὶ ἀσωμάτων. *De incorporeis.* Suid. Eudoc.

Βίοι φιλοσόφων. Vide infra, φιλοσόφȣ ἱστορίας.

Πρὸς Γεδάλιον siue Γεδάλειον. Vide paullo ante, *in Aristotelis Categorias.*

9. Περὶ τȣ̃ γνῶθι σεαυτὸν, *de sui ipsius cognitione* libri IV. Suid. Eudoc. et Stobaeus.

10. Γραμ-

aa) De multis copiosus est Holsten. in vita Porphyrii, quod semel monuisse sufficiat. *Harl.*

10. Γραμματικαὶ ἀπορίαι. *Dubia Grammatica.* Suid.

11. Contra *Diophanis*, rhetoris, apologiam pro Alcibiade in Sympoſio Platonis. *Porphyr.* in Plotini vita cap. 15.

13. Εἰσαγωγὴ (Rhetorica in Hermogenem) ſchol. Aphthonii pag. XVI. *Fabric.* adde *Valeſ.* de critica I. pag. 167. qui tamen dubius eſt, annon quis illam Iſag. e commentar. Porphyrii in artem Minuciani deſumtam et translatam eſſe crediderit. *Harl.*

14. Ἐπιγράμματα. Euſtathius in Homer. non vno loco.

15. Περὶ τȣ͂ ἐφ' ἡμῖν, *de eo, quod in noſtra eſt poteſtate,* ad Chryſaorium. *Stobaeus* Eclog.

16. Contra ſpurium librum, a Gnoſticis falſo ſub Zoroaſtris nomine iactatum. Porphyr. vita Plotini cap. 16.

17. Περὶ θείων ὀνομάτων, *de diuinis nominibus.* Suid.

Librum *de allegoriis Graecae et Aegyptiacae Theologiae* περὶ τῆς ἀλληγορȣμένης Ἑλλήνων καὶ Αἰγυπτίων Θεολογίας Porphyrium ſcripſiſſe *Petauius* ad Iulianum pag. 88. colligit ex Euſebii III. 10 ſq. praeparationis et illum ipſum eſſe librum, quem ſe legiſſe negat *Iulianus* orat. V.

18. Εἰς τὸ Θεοφράςȣ περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως. *In Theophraſtum de adfirmatione et negatione.* Boethius I. in Ariſtot. de interpretatione.

19. Εἰς τὸ Θȣκυδίδȣ προοίμιον, πρὸς Ἀριςείδην. *In prooemium Thucydidis*, aduerſus Ariſtidem (rhetorem) libri VII. Suid. *Fabric.* In Küſteri edit. pag. 158. tom. III. et apud Eudociam duo ſunt opuſcula et ſic interciſa: Εἰς τὸ Θȣκυδίδȣ προοίμιον· πρὸς Ἀριςείδην ζ'. *Harl.*

20. Περὶ ἰδεῶν, πρὸς Λογγῖνον. *De Ideis* aduerſus Longinum. *Porphyr.* vita Plotini, cap. 20.

21. Ὁ ἱερὸς γάμος, *ſacrum connubium.* Poema in Platonis natali recitatum. *Porphyrius* ipſe in Plotini vita cap. 15. Confer Holſten. cap. IX.

22. Εἰς τὴν τȣ͂ Ἰȣλιανȣ͂ χαλδαίȣ φιλοσόφȣ ἱςορίαν. *In hiſtoriam Iuliani, philoſophi Chaldaei* libri IV. Suid. De hoc *Iuliano* dixi ſupra lib. I. cap. 36. §. 11. *Fabric.* *Küſtero* ad Suidam l. c. admodum veriſimilis eſſe videtur emendatio et diſtinctio, a *Valeſio* ad Sozomen. lib. I. cap. 18. propoſita: Εἰς τὰ Ἰȣλιανȣ͂ τȣ͂ Χαλδαίȣ. Φιλοσόφων ἱςορίαν, quia non videatur Suidas voluiſſe operis Porphyriani de vitis philoſophorum mentionem praetermittere. *Harl.*

23. Περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας. *de Philoſophia ex Oraculis* libri. *Euſebius* in libris praeparat. ſaepiſſime et V. 10. vbi vocatur ἡ τῶν λογίων συναγωγή· Male apud *Firmicum* de errore profan. relig. cap. 14. legitur εὐλογίων, vti apud *Auguſtin.* XIX. 23. de ciu. dei Θεολογιῶν φιλοσοφίας. Vide Holſtenium cap. 9. de vita Porphyrii, et Ionſium de ſcript. hiſt. phil. III. cap. XV. 5. pag. 84 ſq. edit. Dorn. horumque obſeruatis adde, quod apud *Philopo-*

Philoponum quoque IV. 20. de creatione [¶] ſimiliter male ſcribitur περὶ ἐκλογῶν. Πορφύριος ὁ περὶ πᾶσαν ἀγυρτίαν ἐσπουδακὼς ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ τοῦ περὶ ἐκ λογίων φιλοσοφίας συντάγματος etc. Laudat et hos Porphyrii libros plus ſimplici vice Theodoritus therapeut. [adde ſupra in vol. I. pag. 309 ſq.] Quare non adſentior elegantiſſimo *Fontenellio* [bb]), qui hoc opus Porphyrio ſuppoſitum eſſe ſuſpicatur in hiſtoria oraculorum. At nec erudito adſentior auctori [cc]), qui aduerſus Fontenellum de oraculis gallice ſcripſit (Argentorat. 1707. 8) et hos Porphyrii libros pag. 37. putat innui ab Eunapio, cuius verba longe aliter intelligenda eſſe oſtendi in notis ad Eunapium: [quae vero notae adhuc latent in ſcriniis.]

24. Πρὸς Μαρκέλλαν γυναῖκα. *Liber ad Marcellam coniugem.* Eunapius in Porphyrii vita. De hac Marcella *Cyrillus* VI. contra Iulian. pag. 209. Πορφύριος δὲ τὴν Μαρκέλλαν ὑπεράγασθαι μὲν τῆς φιλοσοφίας φησὶν, εἰσοικίσασθαι δὲ ἀσμένως, καὶ συμβιωτεύειν ἑλέσθαι γαμικῶς.

25. Εἰς τὴν Μινουκιανοῦ τέχνην. *In Minutiani artem rhetoricam.* Suid. Eudoc.

26. Ὁ πρὸς Νημέρτιον λόγος. *Liber ad Nemertium. Cyrill.* III. contra Iulian. p. 79. 85. 95. V. pag. 166. e quo Holſtenius cap. 9. collegit, egiſſe de Dei prouidentia.

27. Ὅτι ἔξω τοῦ νοῦ ὑφέστηκε τὸ νόημα, *quod ea, quae intelliguntur, extra intellectum conſiſtant,* ad illud Zoroaſtreum: ὄφρα μάθῃς τὸ νοητὸν, ἐπεὶ νόου ἔξω ὑπάρχει. [Pars forſan fuit operis de intellectu et intelligibili. vid. ad nr. 15. fin. de editis opuſc. Porphyr.] Hoc ſcriptum, ab Amelio oppugnatum, Porphyrius, apologia aduerſus Amelium compoſita defendit, quam cum iterato ſcripto Amelius confutaſſet, Porphyrius argumentis eius motus dedit manus et palinodiam ſcripſit, vt ipſe teſtatur in Plotini vita, cap. 18. Contra Porphyrium deinde de ideis ſcripſit *Longinus.* id. cap. 20.

28. Περὶ τῆς Ὁμήρου φιλοσοφίας. *De Homeri philoſophia.* Suid. Eudocia.

29. Περὶ τῆς ἐξ Ὁμήρου ὠφελείας τῶν βασιλέων, *de vtilitate, quam reges ex Homero capere poſſunt, libri X.* Suid. Eudocia.

30. Περὶ παραλελειμμένων τῷ ποιητῇ ὀνομάτων. *De vocabulis ab Homero omiſſis.* Schol. Homeri ad Iliad. pag. 250 et 314. [Tria haec opuſc. partes fuiſſe videntur commentariorum in Homerum.]

31. Παραδόξου ἱστορίας libri tres, de differentia phoeniciae et graecae philoſophiae, quos inter Porphyrii ſcripta refert *Voſſius* II. 16. hiſt. gr. pag. 244. Philonis Byblii ſunt, non Porphyrii, vt patebit inſpicienti *Euſebium* lib. I. cap. 9. praeparat. pag. 32. Idem dicendum eſt de reliquis duobus, quae apud Voſſium ſequuntur, [¶] libro περὶ Ἰουδαίων et ἐθνικῶν ὑπομνήμασι. Vide *Euſebium* lib. II. cap. 10. pag. 40 et 41.

32. περὶ

bb) Et *Lardnero* in Large Collection of ancient Iewiſh and heathen teſtim. (vid. ephem. litt. Götting. a. 1766. pag. 702.) cui adſtipulatur *God. Leſſ.* in Beweis der chriſtl. Religion pag. 339. *Wernsdorf.* not. msta. *Harl.*

cc) Eſt is Franciſcus Baldus, collegii S. I. Argentorati profeſſor.

32. Περὶ τῶν κατὰ Πίνδαρον τȣ̃ Νείλȣ πηγῶν. *De fontibus Nili* (ad Pindari Isthm. VI. Epod. I. vs. 33.) Suid. Eudocia.

33. Multos *Plotini* libros interpretatum esse Porphyrium, testatur Eunapius in huius vita, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν βιβλίων ἑρμηνεύσας αὐτȣ̃ φαίνεται. Confer infra περὶ ὕλης, et Porphyrium ipsum vita Plotini cap. vlt. *Fabric.* In vita Plotini promisit, se Plotini editionem curaturum, interpunctiones additurum, et, si quid erratum fuerit in dictione, esse emendaturum. vid. *Villoison.* anecd. gr. II. pag. 139. not. et pag. 146. not. *Harl.*

34. Εἰς τὸν Σοφιστὴν τȣ̃ Πλάτωνος. *Commentarii in librum Platonis, qui Sophistes inscribitur.* Boeth. praefat. libri de diuisione.

35. Περὶ συλλογισμῶν κατηγορικῶν, *de categoricis syllogismis liber.* Boeth. I. in Aristot. de interpretatione, et dialogo I. in Porphyrii isagogen, a Victorino translatam. [nisi idem fuerit cum opusc. nr. 4. conf. ad nr. 10. editorum notata.]

36. Συμμίκτων ζητημάτων, *Miscellanearum quaestionum* libri VII. Suid. Eudoc. Laudat et Porphyrii σύμμικτα *Proclus* II. in primum Euclidis pag. 16. et σύμμικτα προβλήματα ad lib. IV. politic. Platonis pag. 415.

37. Τὰ εἰς τὸν Τίμαιον ὑπομνήματα. *Commentarii in Timaeum Platonis.* Macrobius II. 3. in somnium Scip. Proclus in Timaeum passim. *Iohannes, grammaticus,* contra Proclum de mundi aeternitate VI. 10 et 15.

38. Περὶ Ὕλης, *de materia prima* libri VI. Suid. Eudocia. *Aeneas Gazaeus* in Theophrasto pag. 56. edit. Barthii, vbi ait, eum in illo opere Plotini διανοῖξαι βιβλίον, librum intellige Plotini περὶ ὕλης. Ennead. 2. lib. IV.

39. Φιλολόγȣ ἱστορίας, *philologicae historiae libri V.* Suid. Eudocia et *Eusebius* X. 3. praeparat. qui locum longiorem de furtis siue plagiis scriptorum profert ex libro I. Porphyrii φιλολογίας ἀκροάσεως. adde *Ionsium* p. 287. *Io. Wower.* de polymathia cap. XV.

40. Φιλοσόφȣ ἱστορίας, *historiae philosophicae libri IV.* quibus philosophorum dogmata et vitas est persequutus vsque ad Platonem. Vide *Holstenium* de scriptis Porphyrii cap. 8. *Vossium* II. 16. de hist. gr. pag. 243 sq. et *Ionsium* III. 1. cap. 2. et *Ionsium* diss. de histor. peripatet. pag. 397 sqq. qui perperam adfirmat, hoc opus diuisum fuisse in libros quinque. Fragmentum ex hoc opere videtur, quae exstat, vita Pythagorae, de qua dictum est ante inter edita Porphyrii scripta: [et ad illos pertinuerunt libr. de Platone. vid. ad nr. 3. ineditorum. *Harl.*]

41. Κατὰ χριστιανῶν, *Aduersus Christianos libri XV.* quos in Sicilia [dd]) a Porphyrio [P] compositos testatur Eusebius hist. eccl. lib. VI. cap. 19. et Hieron. [In hoc opere fortasse etiam de libris Zoroastris egit Porphyrius, quem vide in vita Plotini cap. 16. *Heum.*]

De

dd) Hinc Porphyrius quibusdam veteribus dicitur Siculus, vt S. Augustino de consensu Euangelistarum lib. I. cap. 15. In Siciliam profectus est anno aetatis 35. Christi 268. Vide vitam Plotini capp. 5. 6 et 11. *Holstenium* cap. 2. Ex Sicilia videtur in Africam traiecisse, nam Carthagine versatum se innuit lib. III. de abstinentia ab animatis pag. 251. Fallitur autem haud dubie *Octauius*

Caietanus

De hoc opere vide *Socratem* III. 23. hiſt. *Holſtenium* in vita cap. 3. et 10. *Tillemontii* hiſt. imperatorum tom. IV. pag. 118. et *Ioh. Andreae Boſi* epiſtolas ad Reineſium pag. 66 ſq. [*Dominic. Mellin.* in veteres chriſtiani nominis obtrectatores libri IV. Florent. 1577. fol. *Fabric.* de ſcriptor. de veritate religionis chriſtianae cap. 3. pag. 163. *Heum.* Qui eccleſiae patres fragmenta attulerint laudat Schroeckh. Hiſt. Eccl. tom. IV. pag. 345 ſq.] In pſeudo-Dextri Chronicis ad a. Chr. 310. legas, triginta circiter ſcriptores catholicos et in his nonnullos Hiſpanos aduerſus Porphyrii blaſphemias ſcripſiſſe. Equidem *Apollinaris*, Laodicenus, triginta libris Porphyrium confutauerat, quem memorat etiam *Vincentius Lirinenſis*, et Euſebio ac Methodio ἐπὶ πολὺ κρατεῖν ſiue multum praeferendum duxit *Philoſtorgius* VIII. 14. *Euſebius* libris quinque et viginti teſte Hieronymo epiſt. ad Magnum, oratorem. Vide *Socratem* III. 23. pag. 200. *Methodius* in opere aduerſus Porphyrium, quod, Hieronymo teſte, proceſſit ad decem millia vsque verſuum, et cuius pauca quaedam fragmenta collegit Combefiſius. Confer *Iac. Gothofredi* notas pag. 347 ſq. ad *Philoſtorgium*, qui et ipſe ſe aduerſus Porphyrium ſcripſiſſe teſtatur X. 10. Ceterum *Nicephorus* X. 36. vbi ait, Origenem aduerſus Marcellum et Porphyrium ſcripſiſſe, pro Origene Euſebium nominare debuit, cuius aduerſus Marcellum Ancyranum libri etiamnum exſtant. In Conringianis, Helmſtadii a. 1708. 12. editis, pag. 71. legas, Saluium multum laboraſſe, vt hos Porphyrii libros ſibi compararet, quos ex Iſ. Voſſio intellexerat clanculum adſeruari hodieque Florentiae in bibliotheca magni ducis. Sed non potuit ſibi perſuadere Conringius, adhuc ſupereſſe opus, quod iampridem vndique conquiſitum et auctoritate publica combuſtum conſtet ex edicto Conſtantini et Theodoſii, impp. Philoſophus porro, quem Lactantius V. 2. tres libros in Bithynia aduerſus Chriſtianos ſcripſiſſe adfirmat, alius a Porphyrio eſt, vt notauit *Tillemontius* tom. IV. hiſt. imperat. pag. 531. [et ſupra §. 1. etc. *Bayle* Dict. critiq. voc. *Hierocles* not. C.]

24. Περὶ ψυχῆς, *de anima, aduerſus Boethum* ee) *libri V. Euſebius* praeparat. [¶] XIV. 10. pag. 812 ſq. 818. *Theodoritus* Therapeut. I. pag. 11. Suid. in Πορφύρ. Reſpicit et *Nemeſius* de anima. *Fabric.* In cod. *Medic.* Florent. XXXII. plut. 10. ſeparatim eſt Porphyrii textus, particula forſan operis de anima,) quod anima non ſit actus corporis; ſed quod immortalis, apud *Euſeb.* de praep. euang. cap. 28. pag. 554. edit. Colon. teſte *Bandin.* catal. codd. gr. tom. I. pag. 496. *Harl.*

43. Περὶ τῶν ψυχῆς δυνάμεων, *de facultatibus animae.* Stobaeus Eclog.

Vide et ſupra περὶ ἀνόδου ψυχῆς, et πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν.

Caietanus S. I. qui in Iſagoge poſtuma ad hiſtoriam ſacram Siculam (edita Panormi 1707. 4.) cap. 34. pag. 238 ſq. Porphyrium Siculum a Tyrio diſtinguit. *Fabric.* Caietani tamen ſententiam acriter defendit et de duobus Porphyriis copioſe diſſerit *Mongitor.* in biblioth. Sicula, tom. II. pag. 191 ſq. *Harl.*

ee) Holſtenius eumque ſequutus *Tillemontius* tom. IV. hiſt. imperator. pag. 116. intelligunt Boethum Sidonium, peripateticum, Auguſti temporibus clarum, *Ionſius* III. 15, 5. Boethum Platonicum, Porphyrii aetati propiorem, quod mihi magis placet Laudatur is Boethus vna cum Plotino, Harpocratione, Amelio et Porphyrio apud *Aeneam Gazaeum* pag. 16. Theophraſti. *Fabric.* Ab *Eudocia* pag 364. citatur περὶ ψυχῆς πρὸς Βόηθον ε, vti apud Suidam exſtat. *Harl.*

V. *Index ſcriptorum, in vniuerſis Porphyrii ſcriptis citatorum.*

De abſtin. de abſtinentia ab animal. paginas citaui edit. Lugdunenſis.

In Categor. edit. latinam Feliciani Venet. 1546. fol.

Plotin. vitam Plotini, in ſectiones diſtributam, qualis a me exhibetur.

De X. praedicamentis, latine a Gogauino Venet. 1563. 4.

Quaeſt. Homer. citantur numeri quaeſtionum Homericarum.

Ptolem. Commentarium in Ptolemaei muſica, edit. Oxon. 1699. fol.

De Antro. de antro Nympharum, edit. graecae Argent. 1539. 8.

Pythag. vitam Pythagorae ed. Rom. 1630. 8. *Sententiarum* numeros, et in Fragm. *de ſtyge* paginas edit. Cantabrig. etc.

Adelphius, Chriſtianus. *Plotin.* cap. 16.

Adraſtus, peripateticus, ἐν τοῖς εἰς τὸν Τίμαιον. *Ptolem.* pag. 270. eius ſcripta apud Plotinum lecta. *Plotin.* cap. 14.

Aegyptii. *de antro* pag. 62. 70. *de abſtin.* lib. I. pag. 41. lib. II. pag. 138. (πάντων λογιώτατοι. 168.) 236. lib. III. pag. 284. Eorum prophetae et ſacerdotes, Ἱεροστολισταὶ, Ἱερογραμματεῖς, ὡρολόγοι, παστοφόροι, νεωκόροι etc. lib. IV. p. 371. ὑμνῳδοὺς p. 374.

Ab Aegyptio ff) edoctum ſe profitetur. *de abſtin.* lib. II. pag. 212.

Aegyptiorum μοσχοσφραγιστικὰ βιβλία. lib. IV. pag. 366. Confer quae de his dixi lib. I. cap. 11. §. 5.

Aelianus, platonicus. *Ptolem.* pag. 266. ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν εἰς τὸν Τίμαιον ἐξηγητικῶν. *id.* pag. 216. 218. 270. [¶]

Aeſchinis dictum, eamdem officinam a fabro aerario aerariam, a fullone fulloniam dici. *de X. praedicament.* pag. 164.

Aeſchyli fratrum paean in Apollinem. *de abſtin.* lib. II. pag. 152.

Aeſchylus. *de abſtin.* lib. III. pag. 292.

Agenoria ſecta muſicorum ante Ariſtoxenum. *Ptolem.* pag. 189.

Agonia ſecta muſicorum poſt Ariſtoxenum. *Ptolem.* pag. 189.

Ἀλκμανικὸν σχῆμα. *quaeſt. Homer.* 7.

Alexandri, peripatetici, ſcripta apud Plotinum lecta. *Plotin.* cap. 14.

Alexandri, Libyci, συγγράμματα. *Plotin.* cap. 16.

Alexander, ὁ Κοτυαεύς. *quaeſt. Homer.* 7. 8 et 25. reprehenſus de Herodotei loci caſtigatione a Philemone. *quaeſt. Homer.* 8.

Allogenis apocalypſes. *Plotin.* cap. 16.

Amelius, Tuſcus, Plotini diſcipulus, cuius ſcripta habuit ex autographo eius deſcripta. *Plotin.* cap. 20. Mentio et cap. 1. 2. 3. 7. 10. 19. Longini amicus et Porphyrii.

Eius ſcripta cap. 2. 3. 17. 18. libri quadraginta contra librum Zoſtriani. cap. 16. Vide et infra in Longino, Numenio et Porphyrio. Gentilianus cognomine. cap. 7. 20. Amerius dici maluit. id. Romae vixit cap. 20.

Amphiclea,

ff) Forte hic Aegyptius ſacerdos, de quo et in vita Plotini cap. 10. fuerit Anebo ille, vt fas eſt ſuſpicari, ad quem epiſtola Porphyrii, de qua inter ſcripta eius edita dixi nr. 4.

Amphiclea, Ariſtonis filia, Iamblichi filii vxor, diſcipula Plotini. *Plotin.* cap. 9.
Ammonius, Alexandrinus, Plotini praeceptor. *Plotin.* cap. 3. et Theodoſii. cap. 7. Platonicus. cap. 20. vbi Longinus teſtatur, ſe cum illo et Origene plurimum temporis verſatum eſſe.
Ammonius, peripateticus, φιλολογώτατος nihil ſcripſit praeter ποιήματα et λόγους ἐπιδεικτικούς. *Plotin.* cap. 20.
Anatolio inſcribit Porphyrius quaeſtionum Homericarum librum.
Annius, ſtoicus. *Plotin.* cap. 20.
Antimachi opera emendauit Zoticus, Plotini diſcipulus. *Plotin.* cap. 7.
Antipater. *de abſtin.* lib. III. pag. 315.
Antiphanes (comicus) ἐν μύστιδι. *de abſtin.* lib. II. pag. 151.
Antiphon ἐν τῷ περὶ βίου τῶν ἐπ' ἀρετῇ πρωτευσάντων. *Pythag.* p. 5. *et apud Cyrillum X. contra Iulian.* pag. 340.
Antonius, Rhodius, Plotini diſcipulus. *Plotin.* cap. 4.
Apio. *quaeſt. Homer.* 16.
Apis primus leges tuliſſe dicitur Graecis. *de abſtin.* lib. III. pag. 283. [P]
Apollodorus. *de abſtin.* lib. II. pag. 224.
Apollonius ἐν τοῖς περὶ Πυθαγόρου. *Pythag.* pag. 2.
Ἀπολλώνιος ὁ διδάσκαλος ἡμῶν. *quaeſt. Homer.* 25.
Apollonius Molonis. *quaeſt. Homer.* 4.
Apollonius, Tyanenſis. *Pythag.* pag. 18. *de abſtin.* lib. III. p. 246. γράφων τοῖς Βραχμᾶσιν. *de ſtyge* pag. 285.
Aquilinus, Chriſtianus. *Plotin.* cap. 16.
Οἱ ἀρχαῖοι (Pythagorici). *Sentent.* 18. 40.
Archeſtratia muſicorum ſecta poſt Ariſtoxenum. *Ptolem.* pag. 189.
Archilochus. *quaeſt. Homer.* XI.
Archippus Πλούτῳ. *quaeſt. Homer.* I.
Archytas, Tarentinus. *Ptolem.* pag. 210. 267. 269. 277. 280. pythagoricus, pag. 313. cuius ſcripta maxime γνήσια in exponendis Pythagoricorum ſcitis. pag. 263. ἐν τῷ περὶ μαθηματικῆς. ibid. περὶ μουσικῆς. pag. 267.
Ariſtarchus, grammaticus. *in Categor.* pag. 5. b. 6. b. 24. b. *quaeſt. Homer.* 25.
Οἱ Ἀριστάρχειοι. *quaeſt. Homer.* 8.
ὁ βέλτιστος Ἀριστοφάνης (grammaticus). *quaeſt. Homer.* 8.
Ariſto. *Plotin.* cap. 9. Iamblichi ſocer. id.
Ariſtoteles. *Ptolem.* pag. 220. 221. 222. 223. 227. *quaeſt. Homer.* 25.
  σύγγραμμα περὶ ἀκουστῶν. *Ptolem.* pag. 231. totum fere inſertum pag. 246—254.
  περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν. *Ptolem.* pag. 329.
  περὶ ζώων φύσεως. *quaeſt. Homer.* 8. ad idem opus reſpicit *de abſtin.* lib. III. pag. 257. 259. 265. 270. 276. Ariſtotelem laudans et pag. 283. οἱ κατὰ μέρος περὶ τῶν ζώων συγγράψαντες.
  Metaphyſica. *in Categor.* pag. 23. 25.
  περὶ συμβόλων τοῦ Πυθαγόρου. *Pythag.* pag. 27.

Ex Ariſtotelis phyſicis plures ſententias petiit Plotinus. *Plotin.* cap. 14.
β'. περὶ ψυχῆς. *Ptolem.* pag. 228.
Ariſtoxenus, muſicus. *in Categor.* pag. 24. b. De differentia ſectae muſicorum Ariſtoxeniae a Pythagorica ſcripſit Didymus. *Ptolem.* pag. 209.
α. τῶν ἁρμονικῶν ϛοιχείων. *Ptolem.* pag. 297.
δ'. περὶ μελοποιΐας. *Ptolem.* pag. 298.
ἐν τῷ περὶ τȣ͂ Πυθαγόρȣ βίȣ. *Pythag.* pag. 41. reſpicit et pag. 6. 14. 42.
Artemidorus, Epheſius. *de antro* pag. 58. [¶]
Aſclepiades, Cyprius. *de abſtin.* lib. IV. pag. 395. ἐν τῷ περὶ Κύπρȣ καὶ Φοινίκης pag. 396.
Aſpaſii, peripatetici, ſcripta apud Plotinum lecta. *Plotin.* cap. 14.
Athenaeus, ſtoicus, Athenis. *Plotin.* cap. 20.
Athenodorus. *in Categor.* pag. 2. ſtoicus, libros aduerſus Ariſtotelis praedicamenta ſcripſit, pag. 10. Vide et infra Cornutus.
Τὸν Ἀτλαντικὸν (λόγον apud Platon.) εἰς ποίησιν μετέβαλε πάνυ ποιητικῶς Zoticus, Plotini diſcipulus. *Plotin.* cap. 7.
Atticus. *in Categor.* pag. 4. platonicus, cuius ſcripta apud Plotinum lecta. *Plotin.* cap. 14.

Bardeſanes ὁ ἐκ Μεσοποταμίας. *de ſtyge* pag. 282. Antonino imperante ſcripſit de lacu probationis apud Brachmanes. id. ſeq. Babylonius, ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν γεγονὼς καὶ ἐντυχὼν τοῖς περὶ Δαμάδαμιν (al. Δάνδαμιν) πεπεμμένοις Ἰνδοῖς πρὸς τὸν Καίσαρα. *de abſtin.* lib. IV. pag. 405.
Boethus in Categorias Ariſtotelis. *in Categor.* pag. 2.

Caius (Γάϊος), platonicus, cuius ſcripta apud Plotinum lecta. *Plotin.* cap. 14.
Callimachus, ἀκριβέϛατος καὶ πολυμαθέϛατος. *quaeſt. Homer.* 4.
Canonici muſici. *Ptolem.* pag. 267.
Carneades. *de abſtin.* lib. III. pag. 296.
Carterius, pictor. *Plotin.* cap. 1.
Firmo Caſtricio Porphyrius inſcripſit libros quatuor περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων.
Caſtricii mentio *Plotin.* cap 2. vbi male editum in Baſil. Καπρικίȣ, et cap. 7. vbi laudatur, Plotini et Amelii diſcipulus.
Chaeremon, ſtoicis ἀφηγȣ́μενος ȣ̔͂ς καὶ φιλοσόφȣς ὑπολῆφθαι φησὶ παρ' Αἰγυπτίοις. *de abſtin.* lib. IV. pag. 360. ἀνὴρ φιλαλήθης καὶ ἀκριβὴς ἔν τε τοῖς ϛωϊκοῖς πραγματικώτατα φιλοσοφήσας, pag. 371.
Chione, Plotini contubernalis. *Plotin.* cap. 11.
Chryſaorio, diſcipulo ſuo, Porphyrius inſcripſit iſagogen de quinque praedicabilibus, et librum deperditum περὶ τȣ͂ ἐφ' ἡμῖν.
Chryſippus. *de abſtin.* lib. III. pag. 295.
Claudii, Neapolitani, liber πρὸς τȣ̀ς ἀπεχομένȣς τῶν σαρκῶν. *de abſtin.* lib. I. p. 7. (29.) 49.
Cleanthes ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν μυθικῶν. *Pythag.* pag. 1.
(Cleomenis regis dictum. *de abſtin.* lib. III. pag. 305.)
Cornutus. *in Categor.* pag. 2. in rhetoricis ſuis artibus, et in iis, quae ad Athenodorum ſcribit. pag. 10. [¶]

Craterus, medicus. *de abstin.* pag. 36.
Cratinus. *quaest. Homer.* 8.
Cretenses sacrae columnae αἱ ἐν κύρβεσιν στῆλαι αἱ τῶν Κρήτηθεν εἰσὶ Κορυβαντικῶν ἱερῶν οἷον ἀντίγραφα. *de abstin.* lib. II. pag. 157.
Critias. *de abstin.* lib. IV. pag. 352.
Cronius. *de antro* pag. 57. Numenii ἑταῖρος. *ibid.* pag. 67. platonicus. Eius scripta apud Plotinum lecta. *Plotin.* cap. 14.
Cynici. *de abstin.* pag. 84.

Damonia secta musicorum ante Aristoxenum. *Ptolem.* pag. 189.
Darii, Hystaspis F. monumentum, quo se Magorum discipulum est professus. *de abstin.* lib. IV. pag. 399.
Demetrius. *Ptolem.* pag. 269. mathematicus. pag. 267. ἐν τῷ περὶ λόγου συναφῆς contra Diodorum. pag. 267.
Democrates. *de abstin.* lib. IV. pag. 430.
Democritus. *de abstin.* lib. III. pag. 259.
Democritus, Platonicus. *Plotin.* cap. 20.
Demostrati συγγράμματα. *Plotin.* cap. 16.
Dicaearchus. *Pythag.* p. 11. accuratioribus accensetur pag. 38. peripateticus τῶν συντόμως τε ὁμοῦ καὶ ἀκριβῶς τὰ Ἑλληνικὰ συναγαγόντων. ὃς τὸν ἀρχαῖον βίον τῆς Ἑλλάδος ἀφηγούμενος. *de abstin.* lib. IV. pag. 343. 344. 347.
Didymus. *Ptolem.* pag. 280. musicus. Eius σύγγραμμα περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Ἀριστοξενείων καὶ Πυθαγορείων. 189. 209. 210.
Diodorus. Vide supra in Cornutus.
Diogenes. *Pythag.* pag. 21. ἐν τοῖς ὑπὲρ Θούλην ἀπίστοις. pag. 6.
Diogenes (Cynicus). *de abstin.* lib. I. pag. 94.
Dionysiphanes. *Pythag.* pag. 9.
Dionysius. *Ptolem.* pag. 269. 277. musicus, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὁμοιοτήτων. pag. 219. Halicarnassensis. pag. 267.
Diophanis, rhetoris, apologia pro Alcibiade in Symposio Platonis debacchante. *Plotin.* cap. 15.
Draconis Lex, *de abstin.* lib. IV. pag. 433.
Duris, Samius, ἐν δευτέρᾳ τῶν ὥρων (ita et schol. Euripid. ad Hecub. vs. 934. sed Vossius de hist. graecis pag. 97. malit ὅρων (*de finibus Samiorum*). *Pythag.* pag. 3.

Eleusinia sacra. *de abstin.* lib. IV. pag. 402. ὅστις δὲ φασμάτων φύσιν ἱστόρησεν, i. e. qui spectacula in illis Mysteriis vidit. id. [?]
Empedocles. *de abstin.* lib. I. pag. 3. 7. 8. lib. III. pag. 259. versiculi sex de Pythagora. *Pythag.* pag. 20. alii eius versiculi. *de abstin.* lib. II. pag. 157. 158. 172. (Euseb. IV. 14. praeparat.) 181.
Empedoclis quoque verba sunt. *sentent.* 41. φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης.
Epicharmi dictum νοῦς ὁρᾷ, νοῦς ἀκούει. *de abstin.* lib. III. pag. 105.
Epicurus. *de abstin.* lib. I. pag. 107.

Epicurei. *Ptolem.* pag. 216. *de abstin.* lib. I. pag. 7. 12. 28. 96.
Epidaurii templi inscriptio ἁγνὸν χρὴ ναοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα ἔμμεναι. *de abstin.* lib. II, pag. 155.
Epigonia secta musicorum ante Aristoxenum. *Ptolem.* pag. 189.
Eratosthenes. *Ptolem.* pag. 267.
Eubulus. *de antro* pag. 59. Athenis, Platonicus διάδοχος cap. 15. eius συγγράμματα ὑπὲρ τινων Πλατωνικῶν ζητημάτων. *Plotin.* cap. 15. Expositio in Philebum et Gorgiam, et de his quae Aristoteles Platonis reip. opponit. cap. 20. Vide et infra *Symbulus.*
Euclidis στοιχειωτὴ ἡ τὴ κανόνος κατατομή. *Ptolem.* pag. 267. 269. 272.
Euclides, Platonicus. *Plotin.* cap. 20.
Eudemus, ἐν τῷ πρώτῳ τῆς ἀριθμητικῆς ἱστορίας. *Ptolem.* pag. 288.
Eudoxio inscribit Porphyrius suos in Ptolemaei musica commentarios.
Eudoxus ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς γῆς περιόδῳ. *Pythag.* pag. 5.
Euelpis Carystius. *de abstin.* lib. II. pag. 224. (Euseb. IV. 16. praeparat.)
Euphantus ex Aegyptio idiomate in graecum interpretatus orationem ὑπὲρ τὴ νεκρὴ. *de abstin.* lib. IV. pag. 379.
Euripidis versus: πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος. *de quinque voc.* alii, de animantium cognatione cum hominibus. *de abstin.* lib. III. pag. 324. de Iouis prophetis in Creta lib. IV. pag. 416 sq.
Eustochius. *Plotin.* cap. 2. Alexandrinus, medicus. cap. 7.

Firmicus Castricius. supra in Castritius.

Ad Gedalium Porphyrius scripserat libros VII. exegeseos τῶν κατηγοριῶν qui interciderunt.
Gentilianus, vide supra in Amelio.
Gemina, mater et filia, Plotini discipulae. *Plotin.* cap. 7.

Hebraei. *de abstin.* lib. II. pag. 236.
Heliodorus, Alexandrinus, peripateticus. *Plotin.* cap. 20.
Heraclides εἰσαγωγὴ Μυσική. *Ptolem.* pag. 213.
Heraclides, Ponticus. *de abstin.* lib. I. pag. (8.) 49.
Heraclitus. *de antro* pag. 62. 63. [P]
Heratoclea secta musicorum ante Aristoxenum. *Ptolem.* pag. 189.
Herennius, Plotini condiscipulus, Ammonii dogmata prodit. *Plotin.* cap. 3.
Hermachus, epicureus. *de abstin.* lib. I. pag. (12.) 49.
Herminus. *in Categor.* pag. 2. 16. stoicus. *Plotin.* cap. 20.
Hermippus ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν. *de abstin.* lib. IV. pag. 431.
Hermippea secta musicorum post Aristoxenum. *Ptolem.* pag. 189.
Herodotus. *quaest. Homer.* 8. Αἰγυπτιακὴ βίβλος liber secundus. ibid. vbi de Alexandro, Cotyaensi, et Philemone, super scriptione loci Herodotei disceptantibus.
Hesiodus. *Pythag.* pag. 21. *de antro* pag. 71. *de abstin.* lib. I. pag. 10. lib. II. pag. 153. lib. III. pag. 338. (ex 1. Ἔργ. vs. 118 sq.) lib. IV. pag. 421.
Hippobotus. *Pythag.* pag. 42.

Hippocra-

Hippocrates, medicus. *in Categor.* pag. 24. b.
Homerus. *de abstin.* lib. II. pag. 231. (ex Iliad. ά. 315.) lib. III. pag. 297. lib. IV. p. 342. 425. *Pythag.* pag. 17. *in Categor.* pag. 4. b. *quaest. Homer.* et *de antro.*
Ἐν ταῖς παραποταμίαις. *quaest. Homer.* 8.
Hymnus in Apollinem. *de antro* pag. 60.
Hyperides ἐν τῷ κατὰ Δημάδȣ. *quaest. Homer.* 1.

Iamblichi, filii, vxor, Amphiclea, Aristonis filia. *Plotin.* cap. 9.
Indorum gymnosophistae. *de abstin.* lib. IV. pag. 404. Brachmanes et Samanaei. ibid. seq.
Iosephus ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ἰȣδαϊκῆς ἱςορίας ἣν δι' ἑπτὰ βιβλίων συνεπλήρωσε *de abstin.* lib. IV. pag. 381. Ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς ἀρχαιολογίας ἣν διὰ εἴκοσι βιβλίων ἐπραγματεύσατο. pag. 382. καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῷ πρὸς τȣ̀ς Ἕλληνας, εἰσὶ δὲ δύο τὰ βιβλία. ibid.
Ister (Ἴςρος) ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Κρητικῶν. *de abstin.* lib. II. pag. 225. (Euseb. IV. 16. praeparat.)
Iudaei. *de abstin.* lib. II. pag. 167. lib. IV. pag. 380 sq. τριτταὶ ἰδέαι φιλοσοφιῶν apud Iudaeos. pag. 381. de Essaeis illorum pag. 382 — 393. quem locum respicit Cyrillus Porphyrium laudans V. contra Iulian. pag. 180. Sacri Iudaeorum libri et prophetarum apophthegmata pag. 393.

Latini τῇ σφῶν διαλέκτῳ. *de abstin.* lib. IV. pag. 401.
Longinus φιλαρχαῖος. *Plotin.* cap. 14. κριτικώτατος, ἐλλογιμώτατος, ἐλεγκτικώτατος. cap. 20. φιλόλογος non φιλόσοφος Plotini indicio. ibid. [P] Eius liber περὶ ἀρχῶν apud Plotinum lectus. ibid. librum περὶ ὁρμῆς Cleodamo et Porphyrio dicauit. cap. 17. Epistola ad Porphyrium, qua ex Sicilia ad se venire in Phoeniciam et Plotini scripta emendata ad se adferre rogat cap. 19. libri superstite adhuc Plotino scripti πρὸς Πλωτῖνον καὶ Γεντιλιανὸν Ἀμέλιον περὶ τέλȣς prooemium. cap. 20.
Lycurgus, Lacedaemonius. *de abstin.* pag. 348. 353.
Lycus ἐν τετάρτῃ τῶν ἱςοριῶν. *Pythag.* pag. 4.
Λυσȣ̃ συγγράμματα. *Plotin.* cap. 16.
Lysimachus, Amelii praeceptor. *Plotin.* cap. 3. stoicus cap. 20.

Ad Maccabaeorum historiam respicere videtur, *de abstin.* lib. I. pag. 5 sq. lib. II. p. 236 sq. lib. III. pag. 391.
Magi Persarum. *de abstin.* lib. IV. pag. 398. Darius Hystaspis Magorum discipulus. pag. 399.
Manethos, Μανεθῶς ἐν τῷ περὶ ἀρχαϊσμȣ̃ καὶ εὐσεβείας. *de abstin.* lib. II. pag. 22. (Euseb. IV. 16. praeparat.)
Marcellus, Orontius, senator, Plotini discipulus. *Plotin.* cap. 7. Huic Longinus librum περὶ τέλȣς inscripsit. cap. 20.
Maximum Μεγάλον vocauit Numenius. *Plotin.* cap. 17.
Μήδιος, stoicus. *Plotin.* cap. 20.
Melampus. *de abstin.* lib. III. pag. 246.
Menander, comicus, ἐν δυσκόλῳ. *de abstin.* lib. II. pag. 151. eius versus de Syrorum intemperantia, lib. IV. pag. 398.

Mesi Apocalypses. *Plotin.* cap. 16.

(Mithrae Mysteria. *de abstin* lib. IV. pag. 399. infra in Symbulus, et Pallas.)

Moderatus, Gaditanus, Μοδέρατος ὁ ἐκ Γαδείρων πάνυ συνετῶς ἐν ἕνδεκα βιβλίοις συναγαγὼν τὸ ἀρέσκον τοῖς ἀνδράσι (τοῖς Πυθαγορείοις). *Pythag.* pag. 32.

Moses. *de antro* pag. 62.

Musonius, stoicus, Athenis. *Plotin.* cap. 20.

Neanthes. *Pythag.* pag. 4. 38. Cyzicenus. *de abstin.* lib. IV. pag. 395.

Nicander. *quaest. Homer.* 8.

Nicomachus. *Pythag.* pag. 13. 41.

Nicothei Apocalypses. *Plotin.* cap. 16. [⁋]

Numenius. *de antro* pag. 62. 67. 73. scripta eius apud Plotinum lecta. *Plotin.* cap. 14. Apameensis. *id.* cap. 17. dogmata eius scripsit et collegit Amelius. *id.* cap. 3. Tryphon Plotinum plagii, in Numenii scripta commissi, arguit, itaque Amelius scripsit ad Porphyrium περὶ τῆς κατὰ τὰ δόγματα Πλωτίνȣ πρὸς τὸν Νȣμήνιον διαφορᾶς. *id.* cap. 17.

Olympius, Alexandrinus, Ammonii discipulus, aemulus Plotini. *Plotin.* cap. 10.

Oraculum. *de abstin.* lib. II. pag. 230 sq. Clymeni redditum. *id.* pag. 135. aliud Hermioni pag. 145. Magnesio cuidam pag. 147 sq. de Docimi libris. pag. 150. aliud de Diomo. pag. 175.

Origenes, Plotini condiscipulus. *Plotin.* cap. 3. 14. 20. eius liber περὶ δαιμόνων. *id.* cap. 3 et 14. ad Gallienum imp. ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς. *id.* cap. 3.

Marcellus, Orontius. Vide supra Marcellus.

Orpheus. *de antro* pag. 64. 65.

Oἱ παλαιοὶ ἐν τοῖς περὶ ζώων φρονήσεως. *de abstin.* lib. III. pag. 270.

Pallas, ὁ ἄριστα τὰ περὶ τῶν τȣ Μίθρα συναγαγὼν Μυστηρίων ἐφ' Ἀδριανȣ τȣ αὐτοκράτορος. *de abstin.* lib. II. pag. 225. (*Euseb.* IV. 16. praeparat.) lib. IV. pag. 400.

Panaetius. *Ptolem.* pag. 269. iunior ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ Γεωμετρίαν καὶ Μȣσικὴν λόγων καὶ διαστημάτων. *id.* pag. 244. mathematicus, pag. 267.

Parmenides ἐν τῷ Φυσικῷ. *de antro* pag. 68.

Parmeniscus (grammaticus). *quaest. Homer.* 7.

Paulinus, Scythopolitanus, medicus, Plotini discipulus. *Plotin.* cap. 7.

οἱ τὰς περιηγήσεις τῆς νήσȣ (Ἰθάκης) γράψαντες. *de antro* pag. 56.

Peripatetici. *de abstin.* pag. 7. 12. peripatetica dogmata, Plotini scriptis inspersa. *Plotin.* cap. 14.

Pherecydes Syrius. *de antro* pag. 71.

ἐν τοῖς Φιλήμονος συμμίκτοις περὶ Ἡροδοτείȣ διορθώματος ὁ Γραμματικὸς διαλεγόμενος. *quaest. Homer.* 8. [⁋]

Philetas. *quaest. Homer.* 8.

Philiscia secta musicorum post Aristoxenum. *Ptolem.* pag. 189.

Philistus. *quaest. Homer.* 8.

Philo

Philo Byblius. Vide infra in Sanchoniathon.
Philocomi συγγράμματα. *Plotin.* cap. 36.
Philolaus. *Ptolem.* pag. 266.
Philoſophorum vulgus. *de abſtin.* lib. II. pag. 200.
Philoſophus Θεȣ͂ τȣ͂ ἐπὶ πᾶσιν ἱερεύς. *de abſtin.* lib. II. pag. 214.
Phoebion, ſtoicus. *Pythag.* cap. 20.
Phoenices. *de abſtin.* lib. II. pag. 138. 224.
Phylarchus ἱϛορεῖ. *de abſtin.* lib. II. pag. 226. (*Euſeb.* IV. 16. praeparat.)
Phyſici. *de abſtin.* lib. I. pag. 35.
Pindarus. *de abſtin.* lib. I. pag. 73. ἐν προσῳδίαις, lib. III. pag. 285.
Plato. *in Categor.* pag. 17. *Ptolem.* pag. 220. *de antro* pag. 67. *quaeſt. Homer.* 9. *de abſtin.* lib. I. pag. 77. 78. lib. II. pag. 192. 194. 201. 234. 235. lib. III. pag. 259. 311.
in Gorgia. *de antro* pag. 71.
νόμων α΄. *quaeſt. Homer.* 1.
in Philebo. *Ptolem.* pag. 255.
(in Theaeteto). *de abſtin.* lib. I. pag. 71—73.
in Timaeo. *Ptolem.* pag. 227 ſq. 267.
Platonici. *in Categor.* pag. 24 *Ptolem.* pag. 228. *de abſtin.* pag. 190.
Plutarchus. *de abſtin.* lib III. pag. 289. ἐν πολλοῖς βιβλίοις contra ſtoicos et peripateticos docens, mutas animantes ratione non deſtitui, 321. lib. IV. pag. 353. vbi Lycurgi vitam reſpicit.
Poetae verſus. *de abſtin.* lib. II. pag. 234. lib. IV. pag. 420.
Poetae verſiculi de Thoibus, gente athea Thracum. *de abſtin.* lib. I. pag. 30. lib. II. p. 132.
Poetae Samii diſtichon de Pythagora. *Pythag.* pag. 2.
Poetarum dicta, deos ſacrificia non curare, niſi pura mente offerantur. *de abſtin.* lib. II. pag. 230.
Poetae δρακεῖν dicunt pro βλέπειν, ab acie viſus, quae eſt in dracone. *de abſtin.* lib. III. pag. 264.
Polemo. *Plotin.* cap. 11.
Polyclitus Πολύκλειτος (grammaticus, vt videtur,) *quaeſt. Homer.* 8. [?]
Porphyrius (Βασιλεὺς et Μάλχος *Plotin.* cap. 17.) Tyrium ſe et a Plotino ad ſcripta eius emendanda adſcitum teſtatur. *Plotin.* cap. 7. poema eius in Platonis natalitiis praelectum, cui titulus ἱερὸς γάμος cap. 15. Apologiae Alcibiadis, a Diophane, rhetore, ſcriptae, confutatio. ibid. contra Plotinum liber et ab Amelio confutati eiusdem libri palinodia, cap. 18.
Potamo. *Plotin.* cap. 9.
Proclinus, platonicus, ὁ περὶ τὴν Τρωάδα διατρίψας. *Plotin.* cap. 20.
Propheta (Moſes). *de antro* pag. 62. ex Numenio.
Ptolemais Cyrenaea Pythagorica ἐν τῇ μȣσικῇ ϛοιχειώσει. *Ptolem.* pag. 207. 208. 209.
Ptolemaeus, peripateticus, nihil ſcripſit praeter ποιήματα καὶ λόγȣς ἐπιδεικτικȣ́ς. *Plotin.* cap. 20.
(Pygmalion Phoenix, Cypri rex. *de abſtin.* lib. IV. pag. 395 ſq.)

Pythagoras. *de antro* pag. 70. *quaest. Homer.* 25. *de abstin.* lib. I. pag. 35. 42 sq. 48. lib. III. pag. 259. 325. lib. IV. pag. 412.
eius epigramma in sepulcrum Iouis. *Pythag.* pag. 11. *et apud Cyrillum pag. 342. lib. X. in Iulian.* in sepulcrum Apollinis ἐλεγεῖον. pag. 10. Versiculi ex aureis carminibus, pag. 26. *πυθαγόρειος δόξα*, omnes animas, sensu praeditas, rationabiles esse. *de abstin.* lib. III. pag. 240. *ὀψὸν τροφῆς, τὸ μηδένα ἀδικεῖν*, pag. 328.
Pythagorei. *de antro* pag. 70. *de abstin.* lib. I. pag. 49. 70. lib. II. pag. 172. 188. lib. III. pag. 299.
Pythagoricos plurimum sequitur in musicis Ptolemaeus. *Ptolem.* pag. 193. De Pythagoricorum ab Aristoxeniis differentia Didymus scripsit. *id.* pag. 209.

Rhadamanthus per animantes iurans. *de abstin.* lib. III. pag. 284. 285.
(Rogatianus, senator, Porphyrii aequalis. *de abstin.* lib. I. p. 106. Plotini discipulus. *Plotin.* cap. 7.)

Sabinillus, senator, Plotini discipulus. *Plotin.* cap. 7.
Sanchuniathonis *Φοινικικὴ ἱστορία*, quam Phoenicum ille lingua scripsit et Philo Byblius graece vertit. *de abstin.* lib. II. pag. 225. (*Euseb.* IV. 16. praeparat.)
Sandales. *de styge* 283. 285. [☞]
Scythae. *de abstin.* lib. III. pag. 283. 287. lib. IV. pag. 429.
Seleucus, theologus. *de abstin.* lib. II. pag. 223. (*Euseb.* IV. 16. praeparat.)
Septem sapientes. *de abstin.* lib. I. pag. 35.
Serapion, Alexandrinus rhetor, auditor Plotini. *Plotin.* cap. 7.
Seueri, platonici, scripta apud Plotinum lecta. *Plotin.* cap. 14.
ὥς τις ἀνὴρ σοφὸς ἔφη, lib. II. pag. 185. (apud Euseb. IV. 11. praepar.) *ὡς ἔφη τις λέγων ὀρθῶς*, lib. III. pag. 278.
Sextus. *quaest. Homer.* 28.
Simonides. *quaest. Homer.* 8.
Socrates. *de abstin.* lib. I. pag. 35. lib. III. pag. 239. 284. 286. 311. 328.
Sophista. *de abstin.* lib. IV. pag. 411. apud Lacedaemonios nullus, id. pag. 351.
Sophocles *Ἀλκμαίωνι*. *quaest. Homer.* 1.
Πολυείδῳ. *de abstin.* lib. II. pag. 153.
Stoici. *in Categor.* pag. 19. b. 24. *de antro* pag. 62. *de abstin.* lib. I. pag. 7. 12. lib. III. p. 241.
Stoica dogmata libris Plotini inspersa. *Plotin.* cap. 14.
Stratonis, physici, *λόγος* siue liber, quo probauit, sensum non posse esse sine intelligentia. *de abstin.* lib. III. pag. 304.
Παρ' ἐνίοις δὲ ἱστόρηται τῶν συγγραφέων. *de abstin.* lib. II. pag. 149.
Symbulus, *Σύμβουλος, ὅπερ τὴν τοῦ Μίθρα ἱστορίαν ἐν πολλοῖς βιβλίοις ἀναγράψας*. *de abstin.* lib. IV. pag. 399. lege *Εὔβουλος*.
Syri. *de abstin.* lib. II. pag. 236. lib. IV. pag. 395.

Thaletis *παιᾶνες ἀρχαῖοι*. *Pythag.* pag. 21.
Thaumasius, Plotini auditor. *Plotin.* cap. 13.
Themistocles, stoicus. *Plotin.* cap. 20.

Theodo-

Theodosius, Ammonii discipulus. *Plotin.* cap. 7.
Theodotus Ἀθήνησιν διάδοχος. *Plotin.* cap. 20.
Theologi. *de abstin.* lib. II. pag. 206. 207. 212. 229. *de antro* pag. 67. Θεόσοφοι. *de abstin.* lib. II. pag. 187. ὥτε φησὶν ὁ Θεολόγος, pag. 189.
Theophrastus. *de abstin.* lib. II. pag. 124. 131. 139. lib. II. pag. 167. 183. 206. 221. lib. III. pag. 321. lib. IV. pag. 354. 426. β΄. περὶ Μουσικῆς. *Ptolem.* pag. 240 sq. διὰ πολλῶν τοὺς παρ᾽ ἑκάστοις πατρίων ἐπιδείξας etc. *de abstin.* lib. II. pag. 156.
Theopompus ἱστόρηκεν. *de abstin.* lib. II. pag. 146.
Thrasyllus ἐν τῷ περὶ τῶν ἑπτὰ τόνων (ita leg.). *Ptolem.* pag. 266. [†]
Thucydides. *quaest. Homer.* 8.
Timaeus. *Pythag.* pag. 4.
Tiresias. *de abstin.* lib. III. pag. 246.
Tragoedia. *Plotin.* cap. 17.
Triptolemus, antiquiss. legislator Atheniensium. *de abstin.* lib. IV. pag. 431. eius tres leges Eleusine, ibid.
Tryphon, stoicus et platonicus. *Plotin.* cap. 17.
Tynnichi paean in Apollinem. *de abstin.* lib. II. pag. 152.
Xenocrates. *de abstin.* lib. IV. pag. 431. 432. dialecticam tractaturus, a voce incipit, quod ei vitio vertitur. *Ptolem.* pag. 193.
Zeno, 3. *de abstin.* pag. 311.
Οἱ ἀπὸ Ζήνωνος (stoici). *de abstin.* lib. III. pag. 294. *sentent.* 44.
Zenodotus. *quaest. Homer.* 25. 30.
Zethus. *Plotin.* cap. 2. Arabs, Plotini discipulus, medicus, cap. 7.
Zoroaster. *de antro* pag. 59.
Zoroastris apocalypses. *Plotin.* cap. 16. supposititias esse, Porphyrius συχνοῖς ἐλέγχοις demonstrauit. ibid.
Zostriani liber, libris quadraginta ab Amelio confutatus. *Plotin.* cap. 16.
Zoticus, criticus et poeta, Plotini discipulus. *Plotin.* cap. 7. Vide et supra in Antimachus, atque Ἀτλαντικόν.

[Fabricius subiunxerat eruditam quidem, at verbosam *Lucae Holstenii de vita et scriptis Porphyrii philosophi dissertationem*, in qua potissimum scripta Porphyrii docte lateque recenset. Enimuero quoniam et multa insunt, a consilio nostro aliena, et memoratu digniora iam a me et Fabricio supra sunt exposita; denique haud pauca occurrunt, quae castiganda sint, et partim ab aliis, e. gr. a *Bruckero* in historia critica philos. vol. II. p. 241. z. atque a *Ruhnkenio* in disput. de Longino §. 8. ac §. 9. sunt notata: illam dissertationem h. l. excludendam esse censui. Contra substitui ad calcem voluminis huius ineditum *Catalogum MSSt. graecorum bibliothecae regiae Neapolitanae*, ab ill. *Bassio* confectum, de quo in praefat. ad vol. quartum cum testificatione pii gratique animi iam vberius disserui. Id autem ea de caussa feci, quoniam in prioribus voluminibus codicum Neapolitanorum nullam potui mentionem iniicere; in sequentibus autem voluminibus ex illo catalogo paucis tantum et laudaui et deinceps laudaturus sum illos codices. Et tamen pleniorem illorum commemorationem haud paucis gratam acceptamque fore arbitror. *Harl.*]

CAPVT XXXI (olim XXVIII)

DE IAMBLICHO CHALCIDENSI

I. *Iamblichi aetas.* II. *Alius iunior hoc nomine, ad quem Iuliani et Libanii epistolae.* III. *Iamblichi liber de mysteriis Aegyptiorum.* IV. *De vita Pythagorica liber.* V. *Index scriptorum, in illo libro laudatorum.* VI. *Hortationes ad philosophiam.* VII. *Index scriptorum, in protreptico Iamblichi citatorum.* VIII. *Liber (antea) ineditus περὶ κοινῆς μαθηματικῆς.* IX. *Commentarius in Nicomachi Gerafeni arithmetica.* X. *Index scriptorum, in illo commentario citatorum.* XI. *Theologumena arithmeticae et Iamblichi scripta deperdita.* XII. *Alii Iamblichi.*

[Cum supplementis *G. C. Harles.*]

I.

[De] hoc IAMBLICHO eiusque ingenio, disciplina scriptisque haud pauci, modo latius, modo strictius diuersa ratione disputarunt ac iudicarunt. Ex antiquioribus vero breuiter egerunt de eo *Suidas* II. pag. 90. (vbi vid. Kusteri not. qui in nota 1. contendit, Iamblichum, philosophum, vixisse sub Iuliano;) et ex illo *Eudocia* pag. 244. fusius autem *Eunapius*, (qui multus est in ornando Iamblicho,) de vitis philosoph. pag. 20. quod caput etiam legitur praefixum edit. Arcerii Iamblichi libr. de vita pythagorica, et graecae editioni operis de mysteriis. E recentioribus nominandi sunt *Leonardus Cozzandus* in libr. I. de magisterio antiquorum philos. (Geneu. 1684 12) p. 86 sqq. qui vero et perperam eum adnumerat philosophis platonicis, et peius eum confundendo cum alio Iamblicho, Iuliani imperatoris magistrum fuisse scribit: tum *Ionsius* de scriptor. hist. phil. III. 16, 2. p. 88 sqq. edit. Dornii; sed is quoque minus recte adfirmauit, Iamblichum fuisse philosophum platonicum, et sub Constantino atque *Iuliano* vixisse. Sed in eodem errore plures sunt versati. Curatius tamen et copiosius persequuti sunt vitam doctrinamque Iamblichi

Brucker in historia critica philos. vol. II. pag. 260 sqq. Paullo autem pleniorem Iamblichi dedit notitiam, quod Fabricius tantummodo ea, quae ad historiam litterariam scriptorum illius pertinent, potissimum exposuit. Fabricius quidem ab initio huius paragraphi scripserat, se nolle de Iamblicho in praesenti recoquere ea, quae ad vitam eius scriptam ab Eunapio pridem adnotasset. Verum Fabricii animaduersiones ad Eunapium adhuc in scriniis sepultae iacent, nec eius editio lucem adspexit. Idem *Bruckerus* l. c. pag. 431 sqq. theologiam Iamblichianam late explicuit: in Adpendice autem siue volumine sexto pag. 369. pauca addidit de Chalcide in Syria.

Hambergerus in zuverläss. Nachrichten etc. tom. II. pag. 691 sqq.

Christoph. Meiners in historia originis etc. doctrinarum in Graecia et Romae, (Geschichte des Ursprungs, Fortgangs und Verfalls der Wissenschaften in Griechenland und Rom.) tom. I. p. 258 sqq. in primis p. 270 sqq. atque in Beytrag zur Geschichte der Denkart der ersten Iahrhunderte nach Christi Geburt, in einigen Betrachtungen über die Neu-Platonische Philosophie, Lipsiae 1782. 8. pag. 20. 56 sqq. 62. 65 sq. 79 sq. 101. et passim saepius.

Dieder. Tiedemann in: Geist der spekulativen Philosophie, tom. III. pag. 451 sqq.

Georg.

Georg. Erneſt. Hebenſtreit in diſſ. de Iamblichi, Philoſophi Syri, doctrina, chriſtianae religioni, quam imitari ſtudet, noxia. Lipſiae 1764. 4. — *Olearius* in diſſ. de eclecticis, cap. 3.

Praeter ea dogmata quaedam Iamblichi adtingunt aut examinant *Cudworth* in ſyſtemate intellectuali, eiusque interpres et adnotator, *Moshemius,* in notis, tom. I. edit. Leidenſ. in 4. pag. 523. 478. 501. 529 et 959. Atque ego in Introd. in hiſtor. L. Gr. II. 1. pag. 300 ſqq. de eius vita atque ingenio ſcriptisque iam fui copioſus. Heumannus vero in not. msst. ex *Hilleri* Onomaſtico ſacro pag. 222. animaduertit, Iamblichi nomen occurrere in ſacro codice. *I. Burton* denique in hiſtoria L. Gr. pag. 649. (in noua conlect. libror. rarior.) in textu nomen eius ſcripſit *Iambulichus,* atque editor illius collect. in nota obſeruat, illam ſcripturam ab etymologia vim roburque accipere. *Harl.*]

Patria fuit IAMBLICHO Chalcis, Coeles Syriae ciuitas [a]), cuius ciues Chalcidenos adpellatos, (non, vt a Chalcide Euboeae, Chalcidenſes,) Stephanus auctor eſt. Nihilominus Χαλκιδέα vocant non modo inſcriptiones librorum eius, ſed etiam *Euſtathius* ad Iliad. β'. vſ. 537. et *Iulianus* imp. orat. IV. pag. 146. Genus duxit fortaſſis a Iamblicho, itidem Syro [b]), Babyloniorum ſcriptore, qui ſub Traiano atque deinceps vsque ad Antoninos vixit. Noſter longe iunior; hunc enim Conſtantini M. aetate claruiſſe haud dubium eſt [c]). Praeceptor ei *Anatolius* [d]) primum, deinde Porphyrius [e]), de quo iam dictum, et quo *moribus atque ingenio melior* fuiſſe videtur *Ludouici Viui* commentario ad S. Auguſtini VIII. 12. de ciuitate Dei, vbi Iamblichum vna cum Plotino et Porphyrio *nobilioribus Platonicis* praeſul Hipponenſis adnumerat. Atque [283] cardinali Beſſarioni etiam Iamblichus hic *eorum, qui Platonem ſequuntur, decus* audit, libro ſecundo contra calumniatorem Platonis capite IX. Quin ipſo Platone *tempore fuit non re inferior,* iudice Iuliano [f]). Sed in ſcriptis ſuis ita Platonem ſectari ſe innuit, vt alios etiam philoſophos conſuleret, Pythagoricos maxime, neque Graecorum modo ſapientes, ſed quoque Aegyptios et Chaldaeos et alios quoscumque, atque ex cunctis excerpens, quae ipſi placebant, pulchrum corpus effingeret doctrinae admirandae et ſingularis, ſiue vt eiusdem Iuliani de altero Iamblicho [g]) verbis vtar, tamquam

a) Conf. *Brucker.* II. pag. 260. not. *d.* et in adpend. l. c. *Harl.*

b) De hoc dicturus ſum infra, libro V. cap. 6. §. 13. [pag. 822.] vbi de ſcriptoribus eroticis.

c) Hinc *Saxius* in Onom. I. pag. 391. adſignat Iamblichi aetatem circ. a. Chr. 310. alterius autem *Iamblichi,* ſcriptoris erotici, aetatem, (pag. 326.) circ. a. Chr. 176. imperantibus M. Aurelio et Commodo. *Harl.*

d) Cui Porphyrius quaeſtiones homericas inſcripſit. Hic autem Iamblichi praeceptor diſtinguendus eſt ab *Anatolio,* qui a. Chr. 270. Alexandriae floruit, et ad Laodicenſem epiſcopatum tandem eſt euectus, (quamquam *Henr. Valeſius* adnotatt. ad Euſeb. p. 158. ſecus ſentiat. vid. ſupra in vol. III. pag. 461 ſq. inter philoſophos peripateticos,) et ab *Anatolio,* Iamblichi familiari, cuius frequentem facit mentionem Libanius. vid. *Brucker.* II. pag. 260 ſq. et *Wolf.* ad Libanii epiſt. 1072. pag. 509. edit. maioris. *Harl.*

e) Eunapius in Iamblichi vita, ſub init.

f) *Iulianus* orat. IV. pag. 146.

g) *Iulianus* epiſtola XXXIV. ad Iamblichum: Καίτοι σύγε ȣ̓ Πίνδαρον μόνον, ȣ̓δὲ Δημόκριτον ἢ Ὀρφέα τὸν παλαιότατον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ὁμȣ̃ τὸ Ἑλληνικὸν ὁπόσον εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἐλθεῖν μνημονεύεται, καθάπερ ἐκ λύρας ποικίλων φθόγγων ἐναρμονίῳ συνάσει, πρὸς τὸ ἐντελὲς τῆς μȣσικῆς πέρας ἔχεις. Epiſtola XL. idem Iulianus Iamblichum illum vocat παντὸς Ἑλληνικȣ̃ Σωτῆρα, aitque, malle ſe epiſtolam Iamblichi vnam, quam Lydium aurum poſſidere. *Fabric.* vide ad §. ſeq. *Harl.*

tamquam in lyrae variis e sonis concentu ad perfectam musicam coniungeret [h]). Versatus est ad extremum vsque in Syria, quotannis solitus in thermas Gadarenas [i]) excurrere. Incertum enim, num tandem Alexandriam concesserit, ibique [k]) post Alypium obierit. Hoc certe constat, regnante adhuc Constantino M. atque, vt videtur, ante a. Chr. 333. e vita discessisse; nam post Iamblichi mortem Sopater, eius discipulus, in Constantini M. se aulam contulit, teste *Eunapio* in Aedesio pag 34.

II. Quod itaque Zonaras et Cedrenus Iamblicho huic tribuunt oraculum proditarum (circa a. Chr. 371.) per Alectryomantiam primarum litterarum nominis Θεοδ. quo adpellaretur is, qui Valenti esset successurus, nec temporis ratio fert, et Ammiani Marcellini [l]), Socratis aliorumque silentio refellitur. Similiter patet, Iuliani imp. (a. Chr. 331. demum atque adeo vix ante Iamblichi mortem nati,) epistolas, haud quaquam posse esse datas ad nostrum Iamblichum, [?] sed ad alterum, iuniorem, itidem Syrum et doctum, Apameae [m]) commorantem, nisi, (quod nolim [n]),) cum *Dodwello* [o]) prorsus suppositas illas Iuliano epistolas, et

h) Iamblichum superstitionis aegyptiacae admiratorem et defensorem vocat *Conring.* de med. Herm. lib. I. cap. 2. pag. 11. De genio autem et miraculis Iamblichi vid. *Naudaeus* de magiae suspectis cap. 13. §. 10. et 11. *Heum.* — Ludouici Viuis de Iamblicho iudicium improbat *Brucker.* II. pag. 261. et pag. 266. de eius ingenio atque scribendi genere iudicans eumque comparans cum Porphyrio. Iamblichum enim ingenio quidem satis felici ac fertili abundantem, nec litterarum copia atque eruditione destitutum, Porphyrius, cuius et aliorum vitulo arauit, non solum dictionis elegantia et sermonis gratia; sed et ordinis, perspicuitatis et eruditionis lectionisque laude longe superauit. Cautius etiam, ait Brucker, et parcius mentitur Porphyrius, quam Iamblichus, impudentissimae frontis homo. Moribus vero melior dici potest Iamblichus, respectu tantum odii in Christianos et librorum pestilentissimorum. At enim mutata imperii facie, et Constantino M. doctrinam christianam profitente atque tuente, Iamblichum oportuit cautius mercari et callidius prudentiusque agere cum Christianis. Discipulis tamen, qui et nominis celebritate, et sanctitatis fama et theurgicae virtutis insolitis, quae de eo narrabantur, operibus moti, ad eum audiendum confluxerunt, erat, teste *Eunapio* p. 23. propter comitatem, liberalitatem, facilemque conuictum gratus et acceptus. vid. plura apud *Brucker.* l. c. pag. 263 sq. *Harl.*

i) *Eunapius* pag. 26.

k) Ita licet interpretari verba *Eunapii* pag. 31.

l) *Ammian.* lib. XXIX. cap. 1. *Socrates* IV. 19. *Sozom.* VI. 35. Tripartita VII. 35. *Niceph.* hist. eccles. XI. 45. oraculum illud memorantes, de Iamblicho et diuinatione per Gallum ne γεν. Ceterum de Alectryomantia illa exstat singularis libellus *Io. Praetorii*, Lips. 1681. 4. quam tangunt etiam *Athanas. Kircherus* tom. II. Oedipi Aegypt. part. II. pag. 472 sq. et *Iul. Caesar. Bulengerus* III. 40. de diuinatione. *Fabric.* — *Brucker.* II, pag. 269. *Harl.*

m) Hunc Apameensem Iamblichum a Chalcidensi distinguit etiam *Tillemontius* tom. IV. hist. imperatorum pag. 481. 926.

n) Nec *Bruckero* II. pag. 268 et 269. placet Dodwelli sententia. *Harl.*

o) *H. Dodwellus* diss. de aetate Pythagorae pag. 187. *Fabric.* *Dodwell.* enim fatetur, epistolas, quae sub *Iuliani* nomine ad Iamblichum exstant, sibi diu suspectas esse, easque omnes agere de argumentis admodum leuibus, sophista profecto, quam principe dignioribus. Immo vero, aegre profecto, ait, familiaritatem Iamblichi cum Iuliano principe reticuisset Eunapius, si tanta fuisset, quantam supponunt epistolae, a sophista confictae. Idem Dodwell. colligit ex Eunapio, Iamblichum haud sane adtigisse tempora Constantini; nec vllum, contendit, principis christiani vestigium esse in vitis Porphyrii et Iamblichi, quales describuntur ab Eunapio: nec putat, fieri potuisse, vt leges de magia et veneficis effugerent Iamblichi illae tam celebres θεεργίαι, quarum meminit Eunapius, christianis principibus reipublicae praefectis,

et ab sophista quodam, chronologia inconsulta effictas dicere velimus: Sopatrum vero, epistola XL. memoratum, diuersum esse oportere a Sopatro, quem interfici iussit Constantinus, et idem *Iulianus* epist. XXVII. Ἰαμβλίχου τοῦ θειοτάτου θρέμμα vocat, et iam mortuum innuit. Quod porro Iulianum nonnulli putant a Iamblicho Chalcidensi, philosophicis disciplinis imbutum esse, veterem fide dignorum testium suffragio destituitur, neque apud Nazianzenum reperias, quod *Tennulius* pag. 62. ad commentarium in Nicomachi Geraseni arithmeticam adfirmat, Iulianum Iamblichi Chalcidensis discipulum a Nazianzeno adpellari. Locus autem *Iuliani* orat. IV. pag. 146. nostrum sane Iamblichum spectat; sed non obscure testatur ex scriptis illius, non viua institutione Iulianum profecisse. Verba haec sunt: Οἶδα μὲν οὖν καὶ Πλάτωνα τὸν μέγαν, καὶ μετὰ τοῦτον ἄνδρα τοῖς χρόνοις μὲν, οὔτι μὴν φύσει καταδεέστερον. Τὸν Χαλκιδέα φημὶ τὸν Ἰάμβλιχον, ὃς ἡμᾶς τά τε ἄλλα περὶ τὴν φιλοσοφίαν, καὶ δὴ καὶ ταῦτα ΔΙΑ' ΤΩ͂Ν ΛΟΓΩΝ ἐμύησεν. Ille vero iunior, ad quem exstant Iuliani epistolae, idem est, ad quem etiam *Libanius* epistolas scripsit, quarum vnam e MSto codice Barocciano, cuius apographum D. Gotfridus Olearius mecum communicauit, cum versione mea subiiciam [p]). Ἰαμβλίχῳ· Οὐδὲν δεινὸν, εἰ τοῦ πρὸς ἡμᾶς ἦρξας βασιλεύτερος ὤν· πρέπει γὰρ ὑμῖν τοῖς φιλοσόφοις τὸ ῥῆμα μᾶλλον, ἢ ὅτῳ ἐν τῷ ἔπει δέδοται. Γράμματα δὲ παρ' ἡμῖν [δὲ ἡμῶν, *W.*] εἰ μὴ πολλὰ λαμβάνεις, μὴ θαυμάσῃς. Τῶν γὰρ σῶν οὐδεὶς ἔτι μοι προσέρχεται. Τὴν δὲ αἰτίαν εἰδὼς οὐκ ἐρῶ. Εἰ μὲν γὰρ κατηγόρουν, εἶπον ἄν· ἀπολογουμένῳ δὲ ἀρκεῖ κἀκεῖνο. Τὸν δὲ ἐρωτᾷ σου τὸν περὶ τὸν ἀγρὸν, διότι μὲν οὐχ ὁρῶ σε, μέμφομαι· διότι δέ σε ποιεῖ θορύβων ἔξω, μάλ' ἐπαινῶ. Ἔπρεπε δὲ ἄρα ἄνδρα φιλόμουσον τὰ Μουσῶν μιμεῖσθαι. Τῶν Μουσῶν δὲ ἦν ἄρα ἐν ὄρει τὰ αὐτῶν ποιεῖν καθ' ἡσυχίαν πολλήν· εἰ δ' ἐν ἀγορᾷ τὰ ᾄσματα ὕφαινον, ἴσως ἂν καὶ ἐξεκρούσθησαν. Νῦν δὲ ἐν ὄρει μὲν ἦσαν, ἐν ἐρημίᾳ δ' οὐδαμῶς, ὥσπερ οὐδὲ σύ. Αἱ μὲν γὰρ ἀλλήλας εἶχον· σὺ δ' ὧν ἥψαντο ἐκεῖναι, τὸν Πυθαγόραν, τὸν Πλάτωνα, τὸν Ἀριστοτέλην, ΤΟ'Ν 'ΟΜΩ'ΝΥΜΟΝ ΘΕΙ͂ΟΝ. Πῶς οὖν ἂν εἴη ἐρημία, οὗ χορὸς τοιούτων ἕστηκεν; *Iamblicho S. Non adeo graue est, si nobis imperes, qui magis rex es: hoc enim nominis philosophis vobis magis ore iure competit, quam cui apud poetam tribuitur. Si vero* [[P]] *litterae tibi a nobis non multae redduntur, noli mirari; ex tuis enim nullus ad me accedit. Caussam licet nerim, non dico; dicerem,*

praefectis, odiosoque apud christianos nomine philosophi. Tum multis argumentis, ingeniose quidem excogitatis et docte explicitis, probasse sibi videtur, Diogenem Laertium haud potuisse multo antiquiorem esse Constantino M., immo vero existimat, vix certe potuisse Laertium ignotum esse Porphyrio seu Iamblicho, is si tum prostitisset, quem paullo post compertum habuisset Sopater, discipulus Porphyrii et condiscipulus Iamblichi, nec probabile videri, alterumutrum ab illius Laertii mentione abstinuisse, quem nuperrima memoria sciuisset scripsisse de philosophis in vniuersum omnium fusissime. Iudicat igitur, Iamblichum aequalem fuisse vtrique. Ex his concludit, a Laertii silentio non posse argumentum duci, eum vtroque superiorem fuisse aetate, si tum vixerit vterque, quum vixisset ipse scripsissetque Laertius, qui cum illis hausisset in vita Pythagorae conscribenda ex fontibus communibus: nihil igitur Laertio debuisse Porphyrium ac Iamblichum, satis tamen idoneos habuisse fidei suae testes, et ne illis quidem inferiores, quos viderit aut excerpserit ipse Laertius. Frustra ergo, ait, aduersarii ea omnia pro suspectis habent, quae seruarunt Porphyrius et Iamblichus, nec tamen hausta e Laertio. Quae quidem partim acutius quam vere dicta esse videntur. *Harl.*

p) Edidit illam *Chstph. Wolf.* inter Libanii epp. pag. 509. edit. in fol. *Harl.*

cerem, si accusarem, sed excusanti iam hoc sufficit. Interim, quod te non video, tamen rusticae vitae amorem reprehendo, eundem tamen laudo vehementer, quod a turbis te et molestiis liberat. Nimirum virum, Musas amantem, Musarum exemplo insistere fas erat. Musae enim consueuerunt in monte sua in multo otio et quiete agere, quae si in foro texere cantus instituissent, forte fuissent protrusae et explosae, itaque in monte instituerunt canere, nec tamen propterea in solitudine versantur, perinde vt nec tu. Nam illae mutuo se tenent, tu vero musis contactos Pythagoram, Platonem, Aristotelem, et cognominem tibi patruum tuum. Quomodo autem ibi solitudo fuerit, vbi eiuscemodi exsistit chorus? Hic luce clarius est, per τὸν ὁμώνυμον Θεῖον, *cognominem* Iamblicho, ad quem scribit Libanius, philosophum celebratissimum Chalcidensem intelligi; epistolam vero ipsam dirigi a Libanio ad Iamblichum quemdam iuniorem, philosophiae et ipsum strenue deditum, qui Θείȣ, hoc est, patrui sui et Pythagorae et Platonis et Aristotelis dogmata diligenter meditatus est, isque solitudinis suae taedium dispunxit. Incertum est, idemne cum hoc iuniore sit *Iamblichus*, Himerii F. Sopatri ἀδελφιδȣ̃ς, quem iuuenem Aristaeneto commendat *Libanius* alia epistola, quam edidit *Lambecius* lib. VI. de bibl. Vindob. pag. 254. [In maiore epistolarum *Liban.* collectione Wolf. ep. 487. pag. 243. et *Heum.* in nota mst. addit: „Videtur. Nam Himerius, Iamblichi huius pater, fuit Iuliani imp. scriba. vid. infra libr. IV. cap. 30. §. XII. pag. 414. edit. vet. *Harl.*]

III. Exstat liber q), qui vulgo inscribitur *de Mysteriis Aegyptiorum*, Chaldaeorum, Assyriorum: siue responsio ad Porphyrii epistolam ad Anebonem, prophetam, (de qua in superiore cap. §. 2. nr. 3. dictum est,) et solutiones dubitationum de diis et daemonibus horumque cultu et commercio, atque adeo Theurgia siue animae cum Deo coniunctione ex mente Aegyptiorum, Chaldaeorum et Graecorum philosophorum, scriptae a Iamblicho r) sub nomine Abammonis Magistri. Ἀβάμμωνος διδασκάλȣ πρὸς τὴν Πορφυρίȣ πρὸς Ἀνεβὼ Ἐπιστολὴν ἀπόκρισις καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἀπορημάτων λύσεις. In egregio hoc opere, quod *compen-*

q) Hic liber, de quo vide iudicium *Gundlingii* in hist. philos. moral. cap. 1. §. 8. pag. 14. laudatur ab *Huetio* demonstr. euang. pag. 26. *Heum.* — Vberius recensetur hic liber ex edit. Galei, et placita Iamblichi referuntur atque expenduntur in Nachrichten von auserlesenen — in der *Thomasischen* Biblioth. vorhandenen Büchern, tom. I. part. V. pag. 422—447. addita epicrisi. — *Meiners* in Versuch über die Religionsgeschichte der ältesten Völker, besonders der Egyptier, Gottingae 1775. 8. id opus valde spernit, atque in iudicio de libro, qui de mysteriis Aegyptiorum inscribitur, in commentatt. societatis doctrinarum Göttingensis, vol. IV. class. hist. et philol. pag. 50. Götting. 1782. et in Beytrag zur Geschichte der Denkart etc. pag. 59. 65. (vbi auctorem inter Iamblichum Proclumque vixisse scribit,) 67. et alibi, nec non *Tiedemann* in: Geist der spekulat. Philos. tom. III. pag. 453—455. culpant librum et negant, pluribus argumentis vsi, Iamblichum esse libri illius parentem, praecipue quod Iambl. ad naturas referat diuinas Angelos atque archangelos, qui tamen et antea philosophis graecis plane ignoti fuissent, nec ab adseclis Iamblichi agniti, et quod defendat Theurgiam. Quia Moshemius putauit, Iamblichum ipsum non intellexisse opus suum, Heumannus in nota mst. potest igitur, ait, hic liber inscribi *Mysterium Iamblichi* siue *aenigma*. *Harl.*

r) Hoc primus subodoratus est Proclus, quum Iamblichus ipse latere voluisset. Ita enim scholion, codicibus MSS. [vt Taurinensi, Vindobonensi etc.] huius libri praefixum: Ἰστέον, ὅτι ὁ φιλόσοφος Πρόκλος ὑπομνηματίζων τὰς τȣ̃ μεγάλȣ Πλωτίνȣ Ἐννεάδας, λέγει, ὅτι ὁ ἀντιγράφων εἰς τὴν προκειμένην τȣ̃ Πορφυρίȣ ἐπιστολὴν ὁ θεσπέσιός ἐστιν Ἰάμβλιχος, καὶ *διά*

compendium Theurgiae gentilis Morhofius [s]) adpellat, paſſim etiam, illuſtri [?] *Huetio* [t]) iudice, *micant lucidiſſimae veritatis ſcintillae et ſtricturae quaedam Chriſtianiſmi. Poſtquam enim fulgere coepit Chriſti philoſophia, iam inde ethnicam philoſophiam lucis ſuae radiis late perfudit. Id cum in Porphyrii, Procli aliorumque ſcriptionibus perſpicias, tum maxime in hoc Iamblichi libro.* Fateor tamen, vt theologiae naturalis inſignita quaedam magnoque numero, ita chriſtianiſmi proprie dicti veſtigia me reperire in illo nulla potuiſſe.

[Codices huius libri msstos, quibus Gale vſus eſt, ipſe Fabric. paullo poſt memorauit. Praeter ea reperitur hic Iamblichi liber in bibl. *Veneta* D. Marci, in cod. CCXLIV. chartac. ſaec. circiter XV. (teſte catal. codd. gr. pag. 122.) — In biblioth. *Taurinenſi*, cod. CXLVI. (catal. pag. 238.) — In bibl. regia *Neapolitana*, cod. CLXIII. — In biblioth. *Vindobon.* cod. CCLXIV. apud *Neſſel.* in catal. pag. 136. part. IV. in primis apud *Lambec.* commentar. de bibl. caeſar. vol. VII. pag. 264 ſqq. cod. LXXVI. — In bibl. *Leidenſi*, inter codd. Voſſianos. (catal. pag. 396. nr. 22. In Anglia inter codd. Voſſ. in catal. pag. 60 et 62. duo codd. nr. 2212 et 2278. memorantur.) — *Pariſ.* in bibl. publ. in codd. MDCCCCLXXVIII. MDCCCCLXXIX et MDCCCCLXXXIX. ſecundum catal. codd. Pariſ. — In bibl. *Bodleiana*, cod. MMMMMMMMDCLXXVII. (teſte catal. pag. 374.) excerpta quaedam ex Matthaeo Blaſtare et *Iamblicho*, in vna ſcheda. — in bibl. *Galei*, (catal. nr. 6046.) *Iamblich.* de myſteriis Aegyptiorum; *idem* de communi mathematica. — In bibl. *Pinelli* fuerunt in cod. chart. in fol. excerpta ex Iamblicho de myſter. Aegypt. vid. catal. tom. III. nr. 7949. — In bibl. *Eſcorial.* eſt teſte Ant. Auguſtino, nr. 208. Iamblichus, ſed quinam illius liber ſit, non indicatur; ſic in bibl. *Mediol.* Ambroſ. aliarumque notitiis, ſolum *Iamblichi* nomen citatum legi. *Harl.*]

Prodiit hic liber, nequaquam integer tamen, ſed tantum ampliora et ſelecta ex illo excerpta, latine *Marſilio Ficino* interprete, Venet. 1483. [ibid. ap. Ald. Manut. 1516. fol. de qua edit. vid. Lambec. l. cit.] et deinde ſaepius [u]) vna cum Hermetis Poemandro, et Aſclepio, epiſtola Porphyrii, excerptis ex Proclo in Alcibiadem, Pſello de daemonibus etc. Librum integrum latine vertit *Nicolaus Scutellius*, Tridentinus, Ord. Eremitarum S. Auguſtini Theologus, ſed admodum infeliciter, et Petauii iudicio (pag. 275. ad Iulianum) tam imperite et abſurde, nulla vt periodus veram ſententiam exprimeret. Prodiit Romae 1556. 4. adiunctis amplius excerptis, per eumdem Scutellium latine redditis, non modo ex vita Pythagorae, a Iamblicho ſcripta, et protrepticis eius orationibus, ſed etiam ex libro tertio de communi mathematica diſciplina, qui graece nondum adſpexit lucem. [Sed edidit Villoiſon.] Denique liber de myſteriis bene editus eſt a viro doctiſſimo *Thoma Galeo* [v]), graece quidem

ex-

διὰ τὸ τῆς ὑποθέσεως οἰκεῖον καὶ ἀκόλουθον, ὑποκρίνεται πρόσωπον Αἰγυπτίου τινὸς Ἀβάμμωνος. ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς λέξεως κομματικὸν (al. *σημαντικὸν*) *καὶ ἀφοριστικὸν, καὶ τὸ τῶν ἐννοιῶν πραγματικὸν καὶ γλαφυρὸν καὶ ἔνθεν μαρτυρεῖ, τὸν Πρόκλον καλῶς κρίναντα καὶ ἱστορήσαντα.*

s) Tom. I. lib. I. Polyhiſt. pag. 89. 93.

t) Demonſtrat. euang. pag. 23.

u) Vide editiones a me memoratas ſupra lib. I. cap. 7. §. 4. [vol. I. pag. 52 ſqq. quibus addes edit. lat. Baſil. 1532. 8. de qua vid. Introd. m. in hiſt. L. Gr. II. 2. pag. 352; et de edit. Aldin. Venet. 1497. fol. vid. *Maittair.* A. T. IV 2. p. 632. ac *Foſſium* catalog. — bibl. Magliabechianae tom. II. col. 1 ſqq. in primis *Denis* in Memorab. biblioth. Garellianae pag. 167 ſqq. *Harl.*

v) In *Vincentii Placcii* conſilio de ſtudio philoſophiae practicae pag. 56. Iamblichi editor perperam vocatur *Theophilus* Galeus.

ex MSto codice Isaaci Vossii, collatis variis lectionibus codicum bibl. regiae Parisiensis, et Basileensis Sebastiani Feschii, latine vero ex noua et accurata ipsius Galei versione, additis notis perquam eruditis. Oxoniae e theatro Sheldoniano, 1678. fol. Hic pag. 239. suspicatur, Scutellium plura aliquando in suis exemplaribus reperisse, quam ipse in suis.

IV. *De vita Pythagorica,* [siue potius, vt Küster statim a limine obseruatt. adnotauit, *de ratione vitae, quam Pythagoras eiusque sectatores ad eius exemplum instituerunt.*] περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου, liber siue primus λόγων περὶ τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως, vt hoc opus inscribitur in codice caesareo, et regio Paris. quem titulum etiam eidem tribuit verba quaedam e sect. 112. citans vetus christianus scholiastes Hermogenis περὶ ἰδεῶν pag. 383. [Cl. *Meiners* in historia dogmatum etc. tom. I. primum pag. 258 sqq. ac pag. 270 sqq. et in Beytrag contra Lloyd, Küsterum, Moshem. et Brucker. aliosque w) negat, Porphyrium ac Iamblichum plurima, quae narrauit de Pythagorae miraculis, eo consilio excogitasse et amplificasse, vt miracula Iesu Christi atque apostolorum redderent suspecta: contra is, (vt iam Fabricius odoratus est supra in vol. I. pag. 763. §. II.) contendit docetque, illos ex antiquioribus scriptoribus hausisse et collegisse narrationes: hinc ipse praecepta, quae ad inuestiganda atque examinanda fragmenta et iudicia, a Porphyrio ac Iamblicho congesta, fixerit sibi atque adhibuerit, ingenue lateque proposuit atque explicuit. Tum a p. 271 — 290. Iamblichum turpis negligentiae atque secordiae arguit, fontesque, vnde hauserit Iamblichus, sagaciter aperuit, atque singula persequutus est fragmenta, ab isto temere compilata atque, nullo ordinis studio nulloque iudicio adhibito, imprudenter composita, et de fide atque auctoritate singulorum disseruit intelligenter. Küsteri quoque iudicium, (in praef. ad Iamblichi vitam Pythagorae,) notat refutatque, (quod iam Bruckerus etiam fecerat,) a Iamblicho vitae pythagoricae non esse vltimam manum impositam; sed varia tantum collectanea ad hoc argumentum pertinentia, confuse in schedas ab eo coniecta, vnde alii postea vitam hanc exigua cura ordinis et diligentia consarcinauerint. E contrario, Iamblichum id opus ante mortem suam euulgasse, post Bruckerum recte animaduertit. Atque Iambl. in hoc libro vel Porphyrium, cuius etiam alibi est plagiarius, transscripsisse, iam obseruauit *Holstenius* in vita Porphyrii cap. 7. circa finem.

In pluribus tamen *codd. mstis* seruata est haec vita. Codd. a Fabricio iam laudatis addi possunt codd. *Romae* in bibl. *Barberina* et *Angelica* (vti iam notaui in Introd. in hist. L. Gr. I. pag. 63 et 66) De Vaticano cod. *Simplicii* commentarii vid. paullo infra §. XI. (conf. *Boecleri* bibliogr. crit. pag. 440.) — *Iamblich.* in cod. *Taurinensi* libri IV. (catal. p. 237.) vti in Vindobon. aliisque. — in cod. quoque *Veneto* D. Marci, (catal. p. 122.) — *Neapoli* in bibl. regia. — In bibl. *Augustae* Vindel. (vid. Reiser catal. pag. 83. nr. 20 et 29.) Iamblichi sermones de haeresi pythagorica et eius in epistolam Porphyrii. — in bibl. publ. *Paris.* quatuor libri in codd. MDCCCCLXXXI et MMXCIII. — in cod. *Escurial.* IV. libri, de secta pythagor. teste Pliiero in itinerar. per Hispan. pag. 173. — in bibl. *Bernardi*, cum Iamblichi paraenesi, (catal. codd. Angliae et Hiberniae tom. II. pag. 227.) — In biblioth. *Bauarica*

w) Inter quos fuerunt *Heumannus*, (alias non adeo credulus,) in Actis phil. I. pag. 144. et (*Io. Franc. Buddeus*) in Obss. select. ad rem litterariam spectantibus, obs. X. §. 4. pag. 203.

Bauarica Monaci cod. CLV. (catal. pag. 61.) Iambl. lib. IV. de secta pythagorica. — In bibl. *Vindobonensi*, libri IV. de pythagor. secta, 1) de vita pythagorica: 2) exhortatio ad philosophiam; 3) de communi mathem. scientia: 4) de Nicomachi arithmetica introductione: de quo cod. vid. *Nesselii* catal. part. IV. pag. 9. in primis *Lambecii* comment. etc. vol. VII. col. 459 sqq. *Harl.*]

Ariſtoteles 2. 8. 63. 70. 74. 97. 114. 120. 129. 134. 135. 150. 162. 175. 189. 190. 191. 213. 216. 221. 245
Aſclepius Trallianus nr. 158
Aſtrampſychus 55
Athanaſius 19. 55. 110. 200
Athanaſius, Cretenſis, 166
Athanaſius, monachus, 55
Athenaeus 143

B.

Bacchius 17. 141
Balſamo 36
Barlaamus 108. 156
Baſilaces 2
Baſilius 2. 53. 54. 90. 99. 104. 177. 181. 234. 236. 243
Bito 143
Boethius 137
Bryennius 17. 156

C.

Calaber (Quintus) 242
Caliſtus Fidus 6
Cato 137
Chalcondylas 71
Choerobofcus 27. 161
Chryſoloras 38. 95
Chryſoſtomus 28. 55. 99. 110. 126. 177. 195. 206. 225. 237. 239
Clemens, Alex. 165
Concilium Tridentinum 105
Corinthus (Gregorius) 41. 88
Cornutus 52
Cosmas 27
Cosmas, Pleuſtes 19
Cyrillus 55. 205

D.

Damascenus (Ioannes) nr. 27. 35. 54. 55. 81. 174
Damascius 118
Demetrius Phalereus 52
Demosthenes 32. 39. 73. 122. 139. 221
Dio Chrysostomus 111. 211
Diodorus, grammaticus, 7
Diodorus, Siculus, 193
Dionysius, Alexandrinus, 44. 238
Dionysius, Areopag. 65. 219
Dionysius, grammaticus, 27
Dionysius, Halicarnasseus, 52
Dionysius, musicus, 17. 141
Dionysius, Thrax, 161
Dositheus 55

E.

Ephraim, Syrus 243
Epictetus 119
Epistolica collectio 50
Euagrius 223
Euangelistarium 1
Euclides 227
Eunapius 9. 64. 188
Euripides 20. 46. 49. 51. 76. 132
Eusebius 19. 220
Eustathius 173
Euthymius, Zygabenus 204

F.

Flauius Iosephus 147. 182

G.

Galenus 145
Gaza 40. 66
Gennadius 21
Geoponici 5
Georgius, rhetor, 55
Georgius, scholarius, 12. 240
Germanus 110
Gorgias 38
Gregorius, Protosync. 95
Gregorius, Thaumaturgus, 54. 158

H.

Heliodorus 55
Hermias 152
Hermogenes 153. 164. 169. 207. 214
Hephaestio 98
Hero 5. 55. 143. 171. 229
Herodotus 23. 113. 127. 128
Hesiodus 26. 55. 56. 59. 76. 101. 117
Hesychius nr. 55
Hieronymus Aleander 103. 140
Hippiatrici 7
Homerus 27. 59. 69. 112. 159. 178
Horus 135

I.

Iacob, Hierosol. 110
Iamblichus 123. 167
Index Bibl. Vaticanae 176
Ioannes, Cantacuzenus 194
Ioannes Cinnamus 2
Ioannes, geometra, 92
Ioseph. diaconus, 130
Ioseph. Methonensis, 59
Ioseph. Philagrius, 55
Ioseph. Thessal. 177
Ioannes Tzetzes 2. 178
Isaacus Argyrus 27
Isaacus Tzetzes 2
Isocrates 27
Iulianus, imp. 41. 45
Iulius, Africanus 143

L.

Laertius (Diogenes) 68
Lamprias 68
Lascaris 12. 96
Leo, imp. 19. 47. 110. 143. 230. 231
Leo, papa, 54
Leo, Sardicensis 2
Libanius 9. 32. 53. 78. 185. 210. 241
Lexicon 14. 117. 138. 148. 170. 179. 212
Lucianus 109. 146
Lycophron 34. 168
Lysis 53

M.

Manasses 18. 166
Marcus, Ephesinus, 95
Matthaeus, Hieromonachus, 19
Mauritius 30
Maximus 2. 55. 205
Mazunate 55
Meletius 55
Menander, rhetor, 52
Metaphrastes 55. 208. 235
Methodius, Patarensis, 200
Michael, Apluchirus, 27
Michael, Glycas, 205
Michael, Parasceuas, 55
Moschopulus 3. 13. 27. 31. 32. 62. 77. 101. 183

N.

Nazianzenus (Gregorius) nr. 2. 53. 54. 81. 90. 102. 136. 219
Nicephorus 167
Nicephorus Blemmidas 15. 110. 238
Nicephorus, Botaniota, 18
Nicephorus Calliſtus 19. 102
Nicephorus, imp. 143. 230
Nicetas 90. 244
Nicomachus, Geraſenus, 93. 108. 141
Nilus, Theſſalonic. 32
Nomocanon 236
Nonnus 83
Nyſſenus (Gregorius) 35. 181

O.

Ocellus 4
Olympiodorus 11
Onoſander 30
Oppianus 91
Orpheus 94. 125

P.

Pachomius 243
Pappus, Alexandrinus, 232
Pelagius, Patricius 27
Petoſiris 55
Petrus, philoſophus, 55
Phalaris 53
Philippus Solitarius 72
Philo 50
Philoponus 70. 100. 129. 162. 218
Philoſtratus 86
Phocylides 213
Phoebammon 164
Photius 2. 53. 55. 167. 203
Pindarus 23. 101
Planudes 27. 32. 55. 84. 108. 137. 164
Plato 50. 137. 144. 221. 224
Platonius 16
Pletho 8. 22. 85
Plutarchus 108. 137. 141. 168. 184. 224
Polemo 137
Polyaenus 10
Polybius 121. 160
Polycarpus 200
Porphyrius 2. 108. 124. 129. 141
Proclus 110. 144. 192
Pſellus nr. 19. 55. 100. 227. 238
Pſalterium 61
Ptolemaeus 23. 108. 124. 141. 142. 156
Pythagoras 27

S.

Scholia in Homerum 133
Scholia in Nazianz. 89
Seuerus, ſophiſta, 2
Simplicius 60. 136. 151. 162
Sophocles 25. 42. 215
Splenius 55
Stephanus, Byzantinus, 226
Stobaeus 87. 145
Syneſius 2. 53. 221
Syrianus 228

T.

Themiſtius 172
Theon 9. 108. 156. 233
Theocritus 50. 217
Theodoretus 198. 199. 205
Theodorus, Metochita, 197
Theodorus, Mopſueſtenus, 199
Theodorus, philoſophus, 67
Theodorus prodromus, 2. 120
Theodorus, ſtudita, 243
Theodotus, Ancyranus, 55
Τὰ θεολογέμενα 8
Theophraſtus 186
Theophylactus 53. 175. 180. 187. 204
Thomas Magiſter 27. 106
Thucydides 115. 146. 147. 221
Timaeus, Locrus, 224
Troilus 164
Tryphon 12. 27

V.

Valens 55
Vrbicius 30

X.

Xenophon 116. 136. 209
Xiphilinus 154

Z.

Zonaras 36. 67. 90. 195

CODICES GRAECI MSS. QVI ADSERVANTVR NEAPOLI IN BIBLIOTHECA AVGVSTINENSIVM S. IOHANNIS AD CARBONARIAM *).

1) *Aeliani* hiſtoriae animalium libri XVII. In charta bombycina, ſaeculi XV. Ad calcem, vt in plerisque codd. adnotatur: *Antonii* Seripandi ex Iani Parrhaſii teſtamento.

2) *Aeſchyli* tragoediae cum ſcholiis et gloſſis interlinearibus. Codex chartaceus, ſaec. XVI. exaratus.

3) *Aeſchyli* tragoediae tres, ſc. προμηθεὺς δεσμώτης, ἑπτὰ ἐπὶ θήβας, πέρσαι, cum ſcholiis et gloſſis interlinearibus. Codex chartaceus, ſaec. XV.

4) *Alexandri, Aphrodiſienſis*, φυσικῶν σχολίων ἀποριῶν καὶ λύσεων βιβλία γ΄. *Eiusdem* σχολίων ἠθικῶν ἀποριῶν καὶ λύσεων βιβλίον δ΄. Codex chartaceus ſcriptus ann. 1523.

5) *Aeſopi* fabulae aliquot. — Ἐκ τοῦ ἐγχειριδίου Ἡφαιστίωνος ἐπιτομὴ τῶν θ΄ μέτρων. — *Ariſtophanis* Plutus, cum ſcholiis *Thomae Magiſtri;* eiusdem Nubes, et Ranae. Codex chartaceus, ſaec. XV.

6) *Ariſtidis opera.* — *Gregorii Cyprii* epiſtolae, et oratio ad Andronicum, Palaeologum. — *Libanii* et *Baſilii* epiſtolae amoebaeae. — *Bruti* epiſtolae. Codex bombyc. ſaec. XIV.

7) *Scholia* in *Ariſtophanis* comoedias ſex, ſc. Acharnanas, Equites, Aues, Pacem, Veſpas, Lyſiſtratam. Codex chartaceus, ſaec. XV.

8) *Arati* φαινομένων libri IV. — *Lucianus* περὶ ὀρχήσεως. Codex chartaceus, ſaec. XV.

9) *Ariſtotelis* rhetorica ad Alexandrum. Codex bombycinus, ſaec. XIV.

10) Collectanea *Anaſtaſii Sinaitae, Baſilii, Chryſoſtomi, Theodoreti, Origenis, Ephraem Syri.* — Vita Nili Calabri. — Vita Philareti Calabri.

11) *Arriani* ἀλεξάνδρου ἀναβάσεως ἱστοριῶν βιβλία ζ΄. Codex bombycinus, ſaec. XV.

12) *Baſilii* ὁμιλία πρὸς τοὺς νέους. — *Plutarchus* περὶ παίδων ἀγωγῆς. — *Eiusdem* πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν. — *Iſocratis* λόγος παραινετικὸς πρὸς Δημόνικον, περὶ βασιλείας πρὸς Νικοκλέα, κατὰ σοφιστῶν. — *Pythagorae* carmina aurea. — *Phocylidis* ποίημα νουθετικόν. Codex chartaceus, Conſtantini Laſcaris manu ſcriptus.

13) *Stephanus, Byzantinus*, περὶ πόλεων καὶ δήμων. Codex chartaceus, ſaec. XV.

14) *Iohannis Curopalatae* hiſtoriae compendium. Codex bombycinus, ſaec. XV.

15) Χρηστομαθείαι ex variis auctoribus, ſc. ex libris V. et N. Teſtamenti, ex Baſilio, ex Chryſoſtomo, ex Syneſii epiſtolis. — Synopſis V. Teſtamenti. — Collectanea ex operibus Iohannis Damaſceni, Herodiani, Platonis, Thucydidis, Herodoti, Iſocratis, Philoſtrati, Libanii, Plutarchi, Xenophontis, Fl. Ioſephi, Ariſtidis, Iuliani imp., Himerii ſophiſtae, Luciani, Maximi, Polybii, Aeliani, Mercurii Triſmegiſti, Hippocratis. Codex bombycinus, ſaec. XIV.

16) Μέλισσα τοῦ μεγάλου Βασιλείου. Eclogae ethicae ex variis auctoribus ſacris et exoticis, et ex ipſomet *Baſilio*, cuius nomen prae ſe ferunt, in capita digeſtae ſequentia: περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας, περὶ φρονήσεως καὶ βουλῆς, περὶ ἀγνοίας καὶ σωφροσύνης, περὶ ἀνδρείας καὶ ἰσχύος, περὶ δικαιοσύνης, περὶ τοῦ ὅτι οὐκ ἀεὶ τὸ πλεῖν ἄριστον. Codex chartaceus, ſaec. XV.

17) *Auguſtini* ſoliloquia, in graecam linguam verſa a Demetrio Cydonio. — Precationes aliquot *Ephraem, Syri*, et *Nicephori Blemmidae.* Codex chartaceus, ſaec. XV.

18) Excerpta moralia et hiſtorica ἀνεπίγραφα. Opuſculum chartaceum, ſaec. XVI.

19) *Iohan-*

*) Notitiam atque indicem horum codd. MSSt. debeo liberalitati atque humanitati cel. *Caietani de Ancora.*

19) *Iohannis, Damasceni,* λόγος εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου, et alia opuscula. Codex chartaceus, saec. XV.

20) *Eustathii* scholia in Dionysium, periegeten. Codex chartaceus, saec. XV.

21) *Eusebii* de praeparatione euangelica libri XVII. — *Theonis Smyrnaei* τῶν κατὰ τὸ μαθηματικὸν χρησίμων εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος ἀνάγνωσιν ὅτι ἀναγκαῖα τὰ μαθήματα. — Περὶ ἀριθμητικῆς, περὶ ἑνὸς καὶ μονάδος. Desinit haec tractatio in haec verba: λείπεται δὲ μνημονεῦσαι στοιχειωδῶς καὶ τὰ κατὰ ἀστρονομίαν. Codex bombycinus, saec. XV.

22) *Georgii Gemisti Plethonis* περὶ τῶν ἀρετῶν, Μονῳδία ἐπὶ τῇ δεσποίνῃ, περὶ εἱμαρμένης, Ἐπιτομὴ τῶν νόμων, περὶ ὧν Ἀριστοτέλης πρὸς Πλάτωνα διαφέρεται, περὶ τοῦ ἔντος ἐπωνυμίας. — *Timaeus, Locrus,* de mundo et anima, cum scholiis marginalibus. — *Synesius* περὶ ἐνυπνίων, cum Nicephori Gregorae commentariis. — *Cleomedis* κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων βιβλία β'. *Iohannis, Alexandrini,* grammatici, περὶ τῆς τοῦ ἀστρολάβου χρήσεως. — *Platonis* Timaeus. — Ἀριστοτέλους περὶ παντὸς κόσμου πρὸς Ἀλέξανδρον, βασιλέα. Codex chartaceus, saec. XV.

23) *Theodori Gazae* grammatices libri IV. Codex bombycinus.

24) *Geoponicῶν* libri XX. Codex bombycinus, saec. XV.

25) *Hesiodi* opera ex editione Aldi Venet. 1495. cum scholiis mss. marginalibus et glossis interlinearibus in Ἔργα καὶ Ἡμέρας. Praemittitur συνταγμάτιον ms. Theogoniam physice enarrans vsque ad v. 178. ὁ δ' ἐκ λοχεοῖο πάϊς ὠρέξατο χειρί.

26) *Herodoti* historiarum libri IX. Codex bombycinus, saec. XV.

27) *Hippocratis, Diogenis,* et *Bruti* epistolae. — *Aristotelis* τὰ μηχανικά. Codex membranaceus, saec. XIV.

28) *Theophanis Ceramei* homiliae LXI. Codex bombycinus ann. 1583. scriptus.

29) *Hermiae, philosophi,* in Platonis Phaedrum commentariorum libri III. Codex chartaceus, saec. XV.

30) *Flauii Iosephi* de Bello Iudaico libri VII. Codex bombycinus, saec. XIV.

31) *Lycophronis* Alexandra, cum scholiis Iohannis Tzetzae et glossis interlinearibus. — *Hesiodi* ἡ ἀσπὶς Ἡρακλέους. — *Dionysii* οἰκουμένης περιήγησις, cum scholiis Eustathii. — *Iohannis, Antiocheni,* ἀρχαιολογία ἔχουσα διασάφησιν τῶν μυθευομένων. — *Theodori Prodromi* iambi varii argumenti. — περὶ προσῳδίας καὶ μέτρων. — *Phocylidis* ποίημα νουθετικόν. — Μουσαίου Γραμματικοῦ τὰ καθ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον. — Διονυσίου Ἀλεξανδρέως προσῳδία ἀπὸ διαφόρων ἐξηγητῶν, mendosoque titulo: non enim de Prosodia hic agitur, sed de totius grammatices elementis. Siquidem exhibentur variorum commentaria in Dionysii huius Alexandrini τέχνην εἰσαγωγικήν, quorum nomina passim in ora codicis occurrunt, nempe Diomedis, Isidori, Stephani, Heliodori etc. — Θεοδοσίου γραμματικοῦ, Theodosii, grammatici, tractatus imperfectus et in fine mutilus. Codex bombycinus, saec. XIII.

32) *Libanii*, sophistae, declamationes. Codex bombycinus, saec. XIV.

33) *Diogenis Laertii* vitae philosophorum. Praemittitur index capitum manu Theodori Gazae, cuius hic codex erat.

34) *Libanii* epistolae CCLXIII. Codex chartaceus, saec. XV.

35) *Luciani*, Samosatensis, Τίμων ἢ μισάνθρωπος, Νεκρικοὶ διάλογοι. Codex membranaceus, saec. XIII.

36) *Manuelis Moschopuli* ὀνομάτων ἀττικῶν συλλογή. Codex bombycinus, saec. XV.

37) *Manuelis Moschopuli* ἡ πρώτη σχέδη, commentarii, grammaticam analysin exhibentes. Codex chartaceus, saec. XV.

38) Scholia in *Nicandri* θηριακά. Codex chartaceus, saec. XV.

39) Νικηφόρου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ κτήτορος εἰσαγωγικῆς ἐπιτομῆς, *Nicephori Blemmidae* epitome isagogica, physicam continens capitibus XXXI. — *Idem* περὶ οἰκήσεων. Codex chartaceus, saec. XV.

40) *Oppiani* Halieutica et Cynegetica, cum scholiis et glossis interlinearibus. — *Coluthi,* Thebani,

Thebani, Ἑλένης ἁρπαγή. — Τρυφιοδώρου Ἰλίου ἅλωσις. Codex chartaceus, saec. XV.

41) *Onomasticon* graec. latin. Codex chartaceus, saec. XV.

42) *Oribasii* ἰατρικῶν συναγωγῶν βιβλία ιε. sc. primores tantum totius collectionis medicinalis libri XV. Codex bombycinus, saec. XV.

43) *Achmetis* ὀνείρων διάσκεψις. Codex bombycinus, saec. XV. mutilus in principio.

44) *Pollucis* onomasticon. Codex chartaceus scriptus ann. 1491.

45) *Timaeus* de mundo et anima. — *Proclus* in Platonis Timaeum. — *Procli* scholia in Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέρας. — *Artemidori* onirocritica. Codex bombycinus scriptus an. 1314.

46) *Polemonis*, *sophistae*, εἰς Κυναίγειρον καὶ Καλλίμαχον. — *Hesychius*, *Milesius*, illustris περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων. — Ἐκ τῶν τοῦ Φιλοστράτου βίων σοφιστῶν. Codex chartaceus, saec. XV.

47) *Polyaeni* strategematum libri VIII. Codex bombycinus, saec. XV.

48) *Polybii* historiarum liber VI. Sequuntur reliquorum excerpta vsque ad lib. X. Codex chartaceus, saec. XV.

49) *Pausaniae* Ἑλλάδος περιήγησις. Codex bombycinus, saec. XV.

50) *Q. Calabri* τῶν ὁμήρῳ παραλειπομένων libri VII. — *Orphei* hymni. Codex chartac. saec. XV.

51) *Theodori Studitae* κατηχήσεις πρὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητάς. — *Eiusdem* ὑποτύπωσις τῆς καταστάσεως τῆς μονῆς τῶν στουδίων, et iambi varii argumenti. — Ναυκρατίου πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἐπιστολή. Codex membranaceus, saec. XI.

52) *Thucydidis* historiarum libri VIII. Codex bombycinus, saec. XV.

53) *Thucydidis* historiarum libri VIII. Codex chartaceus, saec. XV.

54) *Euripidis* tragoediae IV. Hecuba, Electra, Orestes, Troades, cum scholiis Moschopuli, Maximi Planudis, et glossis interlinearibus. — *Sophoclis* tragoediae III. Aiax, Electra, Oedipus tyrannus, cum scholiis Moschopuli, Maximi Planudis, Procli, Tzetzae, et glossis interlinearibus. — *Hesiodi* ἔργα καὶ ἡμέραι, cum scholiis Procli, Moschopuli, Maximi Planudis, Tzetzae, et glossis interlinearibus. — *Theocriti* Idyllia cum scholiis Moschopuli, et Maximi, et glossis interlinearibus. Codex bombycinus, saec. XIV.

55) *Acta Apostolorum*, *Epistolae Pauli, apostoli*, et *catholicae*. Codex chartaceus, saec. XV.

56) *Acta Apostolorum*, *Epistolae catholicae*, et *Pauli, apostoli*. Praemittitur longa praefatio, cum canone et variis indicibus. In fine praefationis legitur: Ἐπὶ Νέρωνος Καίσαρος Ῥωμαίων ἐμαρτύρησε Παῦλος ὁ ἀπόστολος ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς ἐν τῷ λϛʹ. ἔτει τοῦ σωτηρίου πάθους, τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενος ἐν Ῥώμῃ ε. ἡμέρα πανέμου μηνός, ἥτις λέγοιτ' ἂν παρὰ Ῥωμαίοις ἡ πρὸ τριῶν καλανδῶν ἰουλίων, καθ' ἣν ἐτελειώθη ὁ ἅγιος ἀπόστολος τῷ κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ, ἑξηκοστῷ καὶ ἐννάτῳ ἔτει τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Ἔστιν οὖν ὁ πᾶς χρόνος, ἐξ οὗ ἐμαρτύρησε τριακόσια τριάκοντα ἔτη, μέχρι τῆς παρούσης ταύτης ὑπατείας τετάρτης μὲν Ἀρκαδίου, τρίτης δὲ Ὁνωρίου τῶν δύο ἀδελφῶν αὐτοκρατόρων αὐγούστων, ἐννάτης ἰνδικτίονος τῆς πεντεκαιδεκαετηρικῆς περιόδου μηνὸς ἰουνίου κθʹ. ἡμέρᾳ. Codex membranaceus, saec. XI.

57) Codex membranaceus saec. X. forma enchiridioli continens IV. *Euangelia*, elegantissimis characteribus exarata. Praemittitur epistola Eusebii ad Carpianum cum canone concordantiae Euangelistarum.

58) Codex membranaceus, saec. XIII. eadem forma, qua superior, continens IV. *Euangelia*.

59) Codex, in membranis continens *Euangelium* secundum Iohannem et secundum Lucam. saec. XI.

60) Codex bombycinus, saec. XV. mutilus, continens *Octoechi* partem et *Pentecostarium*.

In fine legitur: Χεὶρ Γενναδίου μ(οναχοῦ).

61) Codex in membranis, saec. XIV. continens *menologia* Septembris, Octobris et Nouembris.

62) Codex chartaceus, XV. saec. continens *officium Ecclesiasticum* Hebdomadae Sanctae, e Triodio desumtum.

In

In Bibliotheca . . . *Ruffi Principis Scyllae* adſeruatur

63) Codex MS. chartaceus, complectens hiſtoriam de rebus Conſtantinopolitanis ſui temporis, a *Georgio Phrantza* conſcriptam, in quo diſputationes contra ſectam Moamnedicam exhibentur arabice ſeu turcice, ſed graecis characteribus, et graeca interpretatione.

Index auctorum.

A.

Achmet cod. 43
Aelianus 1
Aeſchylus 2. 3
Aeſopus 5
Alexander, Aphrodiſienſis, 4
Ariſtides 6
Ariſtophanes 7
Ariſtoteles 5. 9. 22. 27
Arrianus 11
Artemidorus 45
Auguſtinus 17

B.

Baſilius 6. 10. 12. 16
Brutus 27

C.

Chryſoſtomus 10
Cleomedes 32
Coluthus 40

D.

Damaſcenus 19
Diogenes 27
Dionyſius 31

E.

Ephraem Syrus 10
Euripides 54
Euſebius 21
Euſtathii ſchol. 20

G.

Gaza 23
Geoponica 24
Gregorius Cyprius 6
Gregorius Gemiſtus Pletho 22

H.

Hermias 29
Herodotus 26
Heſiodus 25. 31. 54
Heſychius cod. 46
Hippocrates 27

I.

Ioannes, Alexandrinus, 22
Ioannes, Antiochenus, 31
Ioannes, Curopalata, 14
Ioſephus 30

L.

Libanius 34
Liturgica 60. 61. 62
Lucianus 35
Lycophron 31

M.

Manuel Moſchopulus 36. 37
Menologia 61
Muſaeus 31

N.

Naucratius 57
Nicander, ſchol. in eum 38
Nicephorus 39

O.

Onomaſticum 41
Oppianus 40
Oribaſius 42
Origenes 10
Orpheus 50

P.

Pauſanias 49
Pentecoſtarium 61
Philoſtratus 45
Phocylides 21. 31
Phranza 63
Plato 22
Pletho 22
Plutarchus 12
Polemon 46
Pollux 44
Polyaenus 47

Polybius

Polybius cod. 48
Proclus 45
Pythagoras 12

Q.

Quintus Calaber 50

S.

Sophocles 54
Stephanus, Byzantinus 13
Synefius 22

T.

Teftamenti noui libri 55 — 59
Theocritus 54
Theodoretus 10
Theodorus Prodromus 61
Theodorus Studita 51
Theon, Smyrnaeus, 21
Theophanes 28
Thucydides 52. 53
Timaeus, Locrus, 22
Tryphiodorus 40

FINIS VOLVMINIS QVINTI.

IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG.

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE RECOGNITA

EDITIO NOVA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.

ACCEDVNT

CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

VOLVMEN SEXTVM

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCLXXXXVIII

LIPSIAE EX OFFICINA BREITKOPFIO - HAERTELIA.

AVGVSTISSIMO

ET

POTENTISSIMO

REGI AC DOMINO

DOMINO

FRIDERICO WILHELMO III

REGI BORVSSIAE

MARGGRAVIO BRANDENBVRGICO SACRI ROMANI IMPERII ARCHICAMERARIO ET PRINCIPI ELECTORI SVPREMO SILESIAE DVCI PRINCIPI SVPREMO ARAVSIONENSI NOVI CASTRI ET VALENGIAE NEC NON COMITATVS GLACENSIS GELDRIAE MAGDEBVRGI CLIVIAE IVLIACI MONTIVM STETINI POMERANIAE CASSVBIORVM VANDALORVM ET MEGAPOLIS NEC NON CROSNAE DVCI BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI VTRIVSQVE PRINCIPATVS PRINCIPI HALBERSTADII MINDAE CAMINI VANDALIAE SVERINI RACEBVRGI FRISIAE ORIENTALIS ET MVRSII COMITI HOHENZOLLERAE RVPINI MARCAE RAVENSBERGI HOHENSTEINI TECKLENBVRGI LINGAE SVERINI BVRAE ET LEERDAMI DOMINO RAVENSTEINII ROSTOCHII STARGARDIAE LAVENBVRGI BVTOVIAE ARLAYI BREDAE

REL. REL. REL

REGI AC DOMINO

SVO LONGE INDVLGENTISSIMO

HEROI FELICI ET SPLENDIDISSIMO

PATRI PATRIAE LENISSIMO

HOC VOLVMEN BIBLIOTHECAE GRAECAE

SACRVM ESSE IVBET

GOTTLIEB CHRISTOPHOR. HARLES

CVLMBACO-FRANCVS

Quod inter tot tantasque regias virtutes, quae in pectore TVO,

REX AVGVSTISSIME

sident, omniumque ore celebrantur, insignis lenitas raraque indul-
ntia erga omnes ciues TVOS mire iureque praedicantur, cun-
osque ad TVI venerationem atque admirationem non ducunt,
l rapiunt: equidem TVAM adorare purpuram, TVOque NO-
NI AVGVSTISSIMO hoc volumen cum summa animi reli-

giosi

giosi deuotique testificatione inscribere, eo confidentius audeo, quo maiorem spem concipio, fore vt pro ea, quae in TE est, animi magnitudine et bonitate, si errauero, meae audaciae aut potius summae meae aduersus TE pietati ignoscas indulgentissime. Equidem dum ea, quae TV praeclare sapienterque fecisti, mecum reputo, non possum mihi temperare, quin palam TIBI,

REX

REX POTENTISSIME

NOMINIS TVI AVGVSTISSIMI facinorumque egregiorum et ad laudem aeternam omniumque admirationem plenissimorum declarem reuerentiam atque venerationem.

Ego vero deum precor, vt diu sis populi TVI amor et deliciae, vltimamque vitae humanae metam consequaris saluus sospesque, vt sis melior Traiano atque Antonino, et felicior Augusto

atque

atque Friderico M. cuius ſapientia, magnitudo et iuſtitiae amor in TE quaſi reuiuiſcunt. TVAE vero fidei et tutelae vt me meosque habeas commendatos, ſupplex TE oro obſecroque. Sum

NOMINIS TVI AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI

CLIENS DEVOTVS
GOTTLIEB CHRISTOPHOR. HARLES
CVLMBACO - FRANCVS.

PRAEFATIO.

Promiſſi, in praefatione ad ſuperius volumen facti, memor, in hoc *volumine ſexto* capita de Gloſſis et Gloſſographis, de Grammaticis atque Lexicis et Lexicographis, quae in vetere editione per Volumina quartum, ſeptimum, nonum et decimum ſparſa et veluti disiecta membra iacuerunt, collegi atque vinculo, reor, copulaui aptiore, capitibusque de rhetoribus ac ſophiſtis quibusdam ſtatim ſubiunxi. In capite quidem de Photii bibliotheca, (in vol. IX. vet. ed.) multi quoque Grammatici ac Lexicographi vett. commemorantur; ſed veritus, ne temporis ratio nimis turbaretur, et quod multa quoque alia alius argumenti ſcripta ibi recenſentur, in praeſenti id praeterire malui: contra, ad iuſtum volumen conficiendum, ſuffeci ex volum. VI. VII.

et VIII. capita de Conſtantino M. imper. et de Iuliano imper. huiusque amicis atque aequalibus, Libanio Themiſtioque. Capita enim de ſcriptoribus eccleſiaſticis antiquioribus nolui immiſcere reliquis in hoc tomo pertractatis. Ordo autem capitum, qui in hoc volumine a me eſt obſeruatus, ex ſubnexo illorum indice facilius cognoſcetur.

Praeter ea admonendus eſt Lector beneuolus, tam permulta, quae Fabricius ſuae inſeruerat editioni, partim tum ἀνέκδοτα, n. Libanii orationes atque epiſtolas, quas poſtea cum Reiske, tum Wolfius ediderunt correctiores, partim a bibliotheca graeca, me quidem iudice, aliena, n. longum latinorum recentiorumque ſcriptorum de veritate religionis chriſtianae, a me conſulto eſſe abſciſa et omiſſa; quam, quae ego ſupplementa aut neceſſaria exiſtimauerim, aut pro virium tenuitate potuerim colligere, ea fere omnia, ſingulis adiecta capitibus, me habere auctorem. Neque vero, a me aliis viris doctis in hocque litterarum genere diu multumque verſatis, praecipue in capitibus de Grammaticis atque Lexicographis, iisque antiquis, haud exiguum relictum eſſe ſpicilegium, nego vllus. Tanta enim grammaticorum veterum et grammaticarum lexicorumque copia, facile fieri potuit, vt plurium, maxime eorum, quorum vel memoria admodum eſt obſcura, vel ſcripta latent in ſcriniis, nomen libriue aut etiam editiones in meam non

veniren

venirent memoriam. Atque in calce voluminis quasdam adtuli grammaticarum editiones, quarum notitiam debeo viri cuiusdam docti, in Galliis habitantis, amicitiae atque vrbanitati, ſed poſt plagulas, vbi mentio illarum fuiſſet facienda, iam typis expreſſas, demum acceperam.

Cel. tamen EICHSTAEDTII, in praeſenti Profeſſoris in Ienenſi litterarum vniuerſitate digniſſimi, humanitas atque liberalitas a me palam eſt praedicanda. Ego enim, quum eruditam libri, in ſcripti: *Iſcrizioni greche Trioppee — di Ennio Quirino Viſconti*, cenſuram in Ienenſ. ephem. vniu. litterariis a. 1796. n. 61. publicatam legiſſem, accepiſſemque doct. EICHSTAEDTIVM eſſe illius parentem; adii eum per litteras et rogaui, vt quia liber iſte mihi non eſſet ad manus, ex illo et ea, quae ad Fabricianam B. Gr. in capite de *Herode Attico* ornandam augendamque facerent, excerperet mihi, et alia adiiceret, quae ſibi ſcitu cognituque vtilia viderentur, iuſtaque mihi mitteret ſupplementa. Quo facto, vir ille graecarum litterarum amantiſſimus, non minus quam peritiſſimus pro ea, qua floret, humanitate actutum reſpondit precibus et ſupplementa, quae a pag. 4 - 11. leguntur docta omnibusque credo, iucunda confecit et ad me perferenda curauit. Quam ego promtitudinem liberalitatemque grata mente agnoſco et palam celebro. Pariter cum grati animi ſignificatione laudo amicitiam fidemque, et diligentiam BECKII

atque Kvinoelii, virorum mea laude ſuperiorum, in vitiis typographicis ſedulo corrigendis praeſtitam: quorum prior praeterea pro ea, qua pollet, inſigni eruditione litterarumque copia more ſueto, etiam in hoc volumine, doctas hinc inde adſperſit adnotationes.

TE vero, *L. B.* vt mihi meisque conatibus fauere pergas, et infirmitati humanae, atque adeo erroribus ſiue a me, ſiue a typotheta commiſſis, humaniſſime ignoſcas, iterum iterumque rogo obſecroque. Vale. Scr. Erlangae d. iii. Maii cIↄIↄccxcviii.

INDEX

INDEX CAPITVM

VOLVMINIS SEXTI

CAPVT XXXII (olim XXX) *)

De Polemone, Herode Attico, Aristide, Adriano, et Himerio. De Seuero Alexandrino, Callinico, Theodoro Basilaca et aliis ab Aldo vulgatis sub titulo: EXCERPTA RHETORVM *ac Sophistarum. De Aristidis scriptis editis ac deperditis, et index auctorum, ab eo laudatorum.* pag. 1

CAPVT XXXIII (olim XXXI)

De Demetrio, Hermogene, Longino, Aphthonio, Alexandro, Phoebammone, Minuciano et aliis rhetoribus graecis, quos vel Aldus, vel Tho. Galeus aut Laur. Normannus (et Fischerus) iunctim ediderunt. Indices scriptorum in omnibus illis et in amplis commentariis graecis ad Aphthonium atque Hermogenem citatorum. 63

CAPVT XXXIIII (olim XXXII.)

Catalogus rhetorum et oratorum ac sophistarum plerorumque apud veteres scriptores memoratorum, concinnatus ordine alphabeti. 121

CAPVT XXXV (olim XXXIII.)

De IVLII POLLVCIS *Onomastico, et index scriptorum in eo citatorum. Ptolemaei Ascalonitae de differentia graecarum dictionum e cod. msto Gudiano. De Zenodoti Philetairi, Eranii Philonis aliorumque eiusmodi argumenti opusculis.* 141

CAPVT XXXVI (olim XXXIV)

De PHRYNICHO *atque scriptoribus vocc. atticarum, editis quidem Moeride, Herodiano, Thoma Magistro, ac Moschopulo, tum de ineditis etiam atque deperditis. Index scriptorum longe plenior Hoescheliano in Thomam Magistrum. De lexicis et glossariis in alias L. Gr. dialectos. Gregorius Corinthus et alii de dialectis scriptores.* pag. 164

 CAPVT

*) Omnibus capitibus, quae in hoc volumine leguntur, a me supplementa fuisse adiecta, et ad notitiam tantummodo de Herode Attico in cap. XXXII. cel. *Eichstaedt* contulisse symbolas, in praefatione iam professus sum.

CAPVT XXXVII (olim XXXV.)

De glossario Hesychii Alexandrini et de lexicis graecis biblicis. Index scriptorum in Hesychii lexico citatorum. pag. 199

CAPVT XXXVIII (olim XXXVI.)

De Lexicis ad libros Ictorum, Medicorum, Philosophorum et rhetorum intelligendos comparatis. Singillatim de Erotiano siue Herodiano, Harpocratione, et Timaeo. Indices scriptorum ab duobus prioribus citatorum. pag. 227

CAPVT XXXIX. (olim libri V. part. III cap. 7. vol. VII.)

De APOLLONIO DYSCOLO, *grammatico eiusque scriptis editis, ineditis ac deperditis.* pag. 271

Index scriptorum in Apollonii historia commentitia et IV. libris syntaxeos citatorum. pag. 277

De Herodiani grammatici scriptis editis ineditis ac deperditis. pag. 278

De Herodiano altero, historiarum scriptore. pag. 286

Aldi Manutii collectio quintuplex grammaticorum graecorum. pag. 293

Hephaestionis Alexandrini enchiridion. pag. 299. *Alii Hephaestiones.* pag. 302. *quibus* addendus *Hephaestio*, sophistae Iuliani discipulus, de quo Eunapius in Iuliano pag. 95. et in Proaeresio pag. 109

Index scriptorum in Hephaestionis enchiridio laudatorum. pag. 303

De Dionysio Thrace, eiusque scholiastis. pag. 307. *Dionysii Thracis ars grammatica, nunc primum edita ex apographo Holsteniano, quod exstat Hamburgi in bibl. Ioannea,* cum variis lect. cod. Veneti pag. 311

De variis Grammaticis graecis editis, Tryphone, Corintho, Emm. Moschopulo, Constantino Lascari, cuius, vt ait Fabric. grammaticae editio *Mediolanensis* a. 1476. 4. rarissima, (vix enim libri ante hanc graece typis excusi reperiuntur.) exstitit Hafniae apud Frid. Rostgaardum. (add. supra vol. I. p. 708. et in hoc vol. p. 382. *De Eman. Chrysolora aliisque grammaticis.* pag. 319. De tribus *Chrysoloris* Manuele, Ioanne ac Demetrio, addendus insignis locus Leonis Allatii ex libro adversus Creyghtonum pag. 3. sqq.

De variis Grammaticis graecis ineditis, Arcadio, Georgio Choerobosco aliisque longe pluribus. pag. 335

Catalogus Grammaticorum graecorum deperditorum, cui etiam editorum atque manuscriptorum nomina inserta sunt. pag. 353

De Dositheo Magistro. pag. 365

Recentiores Grammatici selecti, qui latine tradiderunt elementa sermonis graeci. p. 382. *vel graeco-barbari* pag. 388

CAPVT

CAPVT XL (olim libri V part. V. vol VIIII et X.)

Lexica graeca et concordantiae, de quibus alibi dictum. pag. 389. sq. *De* SVIDAE *nomine et aetate.* pag. 390. *Suidas alius antiquior.* pag. 394. *De scriptoribus, e quibus lexicon suum Suidas congessit.* p. 394. sqq. *et speciatim de scholiis ad Aristophanem* pag. 396. *De iis, quae in Suidae labore eruditi reprehendunt merito ac desiderant: et ordo litterarum in Suidae lexico diuersus ab vsu vulgo recepto.* p. 396. sq. *De Suidae editionibus.* pag. 400. sqq. *Num Robertus Lincolniensis Suidam verterit latine, et de Suidae editt. adfectis ac promissis.* pag. 402. *Naeui editionis, ab Aemilio Porto curatae.* pag. 403. sqq. *Codices Suidae MSsti.* pag. 409. *De nouissima Küsteri editione: quae in illa desiderantur, et scripta post illam edita, Suidae illustrando.* pag. 411. sq. *Vitae imperatorum e Suida collectae* p. 392. not. *h.* et 402. not. *mm. Prouerbiorum centuriae* pag. 401. sqq. not *mm. Suidae epitome msta a Thoma Cretensi composita, et de Etymologico Suidae inedito.* p. 417. *Index scriptorum, qui Suidae praemitti solet, variis obseruatt. illustratus, in quibus de Lexicorum scriptoribus* EVDEMO, HELLADIO *Alexandrino, Eugenio aliisque*, p. 419. *Index scriptorum, quorum Suidas notitiam tradit, et de quibus differit per ordinem litterarum.* pag. 421. 553. *Index scriptorum, a Suida laudatorum, ex Küsteriana editione, cum nonnullis accessionibus* 553-583. *Index scriptorum, a viris doctis in Suida, vbi nomina ille praeterit, inuestigatorum, ex editione Küsteri* §. 4. (pag. 1. vol. X. vet. edit.) pag. 583. sq. — *De Etymologico Magno, eiusque auctore: illum nec Megalum esse, nec Nicam, nec Suidam, nec Musurum, aut Calliergum.* p. 595. §. 5. *de codicibus et editionibus Etymologici M.* §. 16. *Alia Etymologica graeca perdita et MSS. et recentiorum edita. Index scriptorum in Etymologico M. laudatorum.* §. 7. *De lexicis graecis ineditis, nec non de glossariis variis editis ineditisque.* §. 8. *Lexicon graecum biblicum, vulgatum e msto cod. D. Abrami Hinckelmanni.* §. 9. *De lexico Varini Phauorini.* §. 10. *De lexicis graeco-latinis recentium scriptorum maioribus, in specie de Henr. Stephani thesauro L. Gr. et duplici illius editione.* §. 11. *De minoribus tam generalibus quam specialibus.* §. 12. *De scriptoribus synonymorum, ephithetorum, particularum, phrasium graecarum etc.* §. 13. *De graeco-barbaris recentis Graeciae lexicis.* §. 14. pag. 389

CAPVT XLI (olim libri V part. alterius, caput III vol. VI pag. 1. sqq. vet. edit.)

De CONSTANTINO MAGNO *Imperatore*

Constantinus M. 1. *Eius orationes epistolae et edicta.* 2. *Confessio et Donatio, supposita Constantino.* 3 *Dissertatio siue digressio, qua probatur, crucem, quam vidit in coelo Constantinus, fuisse phaenomenon non naturale crucis in halone solari.* 4. pag. 693

CAPVT

CAPVT XLII (olim libri V partis tertiae caput VIII. vol. VII. pag. 76. sq. vet. ed.)

De IVLIANO *imperatore, apostata.*

Iuliani Augusti vita. 1. *scriptorum eius iunctim editorum recensio.* 2. *Epistolae a Muratorio primum vulgatae e cod. Ambrosianae bibl.* 3. *Index eorum, ad quos Iuliani epistolae exstant.* 4. *De opere aduersus Christianos et aliis scriptis eius deperditis.* 5. *Alii Iuliani.* 6. *Catalogus graecorum et Syrorum scriptorum, (latinorum enim et recentium indicem in hac editione omisi,) qui veritatem religionis defensitarunt.* 7. pag. 719

CAPVT XLIII (olim eiusdem libri partisque caput IX eiusdem vol. pag. 378. sq. nam totum caput octauum, quod quasdam Libanii orationes, a Fabricio primum editas, continuit, ab hac noua editione exclusi.)

De LIBANIO *sophista.*

Libanii vita 1. *codd. editiones et scripta, quae tomo vtroque editionis Morellianae continentur.* 2. *Alia edita, quae in illa Morell. editione desiderantur.* 3. (Libanii epistolas, et indicem eorum, ad quos Libanii epistolae datae erant, in hac edit. omisi.) *De scriptis Libanii et ineditis et deperditis, denique de noua eius Operum editione, Romae promissa* 4. *vsque ad finem.* pag. 750

CAPVT XLIV (olim libri V partis quartae caput XVIII. vol. VIII. p. 1. sqq. vet. ed.)

De THEMISTIO *Euphrade.*

Themistii Euphradae aetas et vita. 1. *Alius Themistius, signifer Agnoëtarum.* 2. *Orationes Themistii XXXIII.* 3. *Codices mssti et editiones Orationum.* 4. *Index scriptorum, qui in orationibus memorantur.* 5. *Themistii, quae exstant, paraphrases in varios Aristotelis libros, earum editiones.* 6. *Index scriptorum, in paraphrasibus ad Aristotelem laudatorum.* 7. *Scripta deperdita Themistii.* 8. *Themistii locus de Empedocle.* 9. (Libanii epistolas ad Themistium XVIII. a Fabricio olim ex MSSt. vulgatas, postea a Wolfio cum reliquis Libanii epistolis correctius editas, in hac edit. etiam omittendas esse duxi.) pag. 790

IO. ALB. FABRICII
BIBLIOTHECAE GRAECAE
LIBER IV.

Vol. IV. p. 367 ¶ 368

CAPVT XXXII (olim XXX)

DE POLEMONE, HERODE ATTICO, ARISTIDE ADRIANENSI, ADRIANO, HIMERIO, ET ALIIS QVIBVSDAM ORATORIBVS ATQVE SOPHISTIS.

I. *Tres Oratorum Graecorum aetates.* II. *Ex tertia aetate Polemo.* III. *Vbi obiter de aliis novem hoc nomine, ibid. Herodes Atticus.* IV. *Aristides.* V. *Eius scripta edita.* VI. *Deperdita.* VII. *Codd. MSSti et editiones.* VIII. *Alii Aristidae.* IX. *Index scriptorum, ab Aristide memoratorum.* X. *Adrianus.* XI. *Severus et Callinicus, ac Theodorus Basilaca. Excerpta rhetorum et sophistarum ab Leone Allatio edita.* XII. *Himerius.*

[Cum supplementis *G. C. Harles.*]

I.

Iam a Philosophis ad Rhetores diuertere placet, atque dicere de Oratoribus tertiae aetatis, quorum monumenta quaedam ad nos peruenerunt. Tres enim oratorum graecorum veterum φορὰς siue prouentus potissimum enituisse, obseruat post alios scriptor antiquus [a]) argumenti in *Aristidis* Panathenaicum [b]), primam [¶] quidem, in qua Pericles, Themistocles, Alcibiades, alii, qui dicere cum laude contenti, nihil quicquam scriptum post se reliquerunt: alteram, qui dicendo quidem sua ipsorum aetate celeberrimi, tum apud posteros non minus claruere scripto consignatis orationibus. In hac decem illi eminent

a) *Sopater* fortassis, vel *Metrophanes*, ait *Fabric.* infra ad §. IV. not. *d. Heum.*

b) Verba eius haec sunt: Τρεῖς φοραὶ ῥητόρων γεγόνασιν. ὧν ἡ μὲν πρώτη ἀγράφως ἔλεγεν, ἧς ἐστι Θεμιστοκλῆς καὶ Περικλῆς, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους Ῥήτορες. ἡ δὲ δευτέρα ἐγγράφως, ἧς ἐστι Δημοσθένης καὶ Αἰσχίνης καὶ Ἰσοκράτης καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, ἡ πραττομένη τῶν Ῥητόρων δεκάς. καὶ αὗται μὲν αἱ δύο φοραὶ ἐν Ἀθήναις γεγόνασιν. Ἡ δὲ τύχη καὶ τῇ Ἀσίᾳ τούτων δωρεῖται φορὰν, τρίτην οὖσαν ἐπισήμην, ἧς ἐστι Πολέμων, Ἡρώδης, Ἀριστείδης καὶ οἱ μετὰ τούτους τοὺς χρόνους γεγόνασι Ῥήτορες. Ex his recentioribus Rhetoribus ad exemplum veteris atticae decadis itidem decem oratores selegerunt, siue δευτέραν δεκάδα, de qua Suidas in Νικόστρατος. Et quando laudibus et plausu extollere dicentem aliquem volebant, vocarunt ἕνα τῶν δέκα, ut Herodi Attico contigisse, refert *Philostratus* lib. 2. de Sophistis pag. 564. editionis praeclarae G. Olearii.

eminent Andocides, Antipho, Demosthenes, Aeschines, ceterique, de quibus dixi libro 2. capite 26. Tertiam denique in Asia nec minus Athenis inclutorum sophistarum, quorum Philostratus memoriam celebrauit, licet paucorum ex illis scripta quaedam restent, ut Herodis, Polemonis, tum maxime Aristidis, de quo igitur paullo diligentius, de ceteris breuius h. l. differam, alios deinde quosdam, quorum vna alteraue oratio ad nos peruenit, subiuncturus: iuniorum vero, vt Libanii ac Themistii notitiam seruaturus suae aetati suoque loco, quem liber quintus illis adsignabit.

II. *Antonius* POLEMO [c]), partia Laodicenus, ex consulari [P] familia, sophista, in magna gratia apud imperatorem Traianum, Hadrianum, atque Antoninum Pium: et maxima auctoritate fuit apud Smyrnaeos, quos magnis affecit beneficiis, et in quorum vrbe docuit, erudito licet coetui [d]) musei Alexandrini ab Hadriano adscriptus. [Floruit igitur ante a. Chr.

c) Diuersus est hic Polemo, quem praenomine *Antonium* vocatum docent Marmor Oxoniense 28. p. 95. edit. Prideausii, et Epistola Hadriani, imp. apud Philostratum pag. 533. editionis Lipsiensis [vbi *Olear.* docet, praenomen fuisse *Antonium;* non, *Antoninum;*] Diuersus, inquam, est hic Polemo 1) a *Polemone*, platonico, Xenocratis, et altero iuniore, Plotini discipulo, de quibus vtrisque dixi lib. 3. [cap. 4. p. 183. sq. vol. III.] 2) a *Polemone*, Physiognomicon scriptore, quem aliqui cum iam dicto Xenocratis discipulo eundem faciunt. De illo lib. 3. [cap. 5. pag. 323. not. *hhh.* vol. III.] 3) a *Polemone*, periegete, Panaetii, stoici, discipulo, de quo Suidas et Meursius c. 2 libri de arce Cecropia, Vossiusque in Hist. Graecis, cui adde [quae supra notaui ad vol. IV. p. 672. not. *s.*] et quod librum eius quartum aduersus Timaeum laudat etiam *Clemens Alex.* in Protreptico pag. 30. [conf. ad *Fabr.* l. m. p. 184. et inter philos. stoicos pag. 572. collector is forsan fuit cyclor. epicorum, v. vol. I. pag. 378. not. *qq.* item tabularum pictorum scriptor. confecit quoque librum περὶ ζωγράφων πρὸς Ἀντίγονον, teste *Athenaeo* XI, 6. v. *Diog. Laert.* VII, 188. ibique Menag. *Fabr.* supra, vol. IV. pag. 250. tum scripsit περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων. vid. *Athen.* X. p. 436. 442. et *Casaub.* VI, 5. ac *Fabr.* supra, vol IV. p. 492. *Harl.*] 4) a *Polemone*, Laodiceno, Zenonis, rhetoris, filio, quem Antonius primum, deinde Augustus regem Ponti, Cappadociae vicini, Agrippa etiam Bospori fecit, vnde Ponti Polemoniaci passim mentio, vt *Nouella* 31. et apud *Eutropium* VII. 9. [al. 14. vbi v. Cellar.] Vopiscum aliosque. De illo Polemone *Strabo* XII. p. 578. et alibi, atque *Dio* LIV. p. 538. seq. etc. 5) a *Polemone*, huius filio, itidem rege primum. Vide *Dionem* LIX. p. 649. LX. p. 670. s. edit. Reimari, c. 12. tom. II. pag. 915. vbi v. notam Reim. et cap. 8. libri 60. pag. 946.] sed cuius regnum ipso concedente in prouinciam a Nerone redactum est, teste *Suetonio* c. 18. [vbi v. not. Torrentii, qui obseruat, plures Ponti reges fuisse Polemonis nomine]. Atque hos Reges genere contingere Polemonem nostrum suspicari liceret, ni id sileret Philostratus, et solorum ὑπάτων, non etiam βασιλέων mentionem faceret. [*Masson.* tamen in collect. hist. ad Aristidis vitam §. V. vbi de Polemone agit, Philostrati hac de re silentium haud idoneam esse caussam, cur dubitet Fabricius, adfirmans, censet, nostrum Polemonem, sophistam, illos reges genere contigisse. *Harl.*] Alterutrius ex his regibus est epigramma, in iaspidem artificiose sculptum, IV. cap. 18. Anthol. pag. 489. [Tria Polemonis epigr. dedit *Brunck* in Analect. veter. poet. gr. II. p. 184.] 6) a *Polemone*, quem Menander in comoedia, quam περικειρομένην inscripserat, et alio iuniore, quem Agathias in epigrammate perstrinxit. Vide *Salmasium* de Coma p. 174. 7) ab *Polemone*, iuniore, sophista, quem Commodo imperante fuisse, Suidas auctor est. *Fabr.* [Denique a *Polemone*, haeretico, Apollinaris discipulo: de quo v. *Fabric.* B. Gr. V. 23. 10. vol. VIII. pag. 332. *Harl.*]

d) Confer notas ad Philostratum f. 532. et *Nicasii* diss. de numo Pantheo Hadriani p. 23. *Salmas.* ad Spartiani Hadrian. c. 20. *Tillemont.* T. 2. hist. imperator. p. 431. seq. De museo illo Alexandrino, sub antiquis etiam Aegypti regibus claro, adi praeterea *Eschenbachium* diss. de conuiuiis Sapientum p. 305. seq. et quos laudaui supra III. [c. 17. vol. III. p. 820.] vbi inter scripta Callimachi deperdita recensui Μουσεῖον.

a. Chr. 117. vsque post a 138.] Vitam eius tradit *Philostratus* libro priore de Sophistis c. 25. quem videre operae pretium est eruditissimo Gotfridi Olearii commentario illustratum. Consulendus etiam *Claudius Nicasius* diss. de numo Pantheo p. 8, 14, 17, 25, 26. vbi illustrat nummum Hadriani, in cuius aversa facie legitur Πολέμων Σμυρναίοις ἀνέϛησε, (al. ἀνέθηκε.) [rectius, v. nummum ap. Olear. ad Philostr. p. 530. add. *Eudocia* in Ἰωνιᾷ pag. 354. *Masson.* in collectan. histor. de Aristidis vita, praemissa tom. I. ed. Iebbii, §. V. nr. 11. et *Hamberger* zuverläss. Nachricht etc. tom. II. pag. 313. sqq. *Harl.*] Audiuit e philosophis Timocratem, e Sophistis Scopelianum, Dionemque Chrysostomum: et teste Suida (in Διονυσ. ὁ Ἀρεωπαγ.) Apollophanem rhetorem. Filius eius, *Attalus*, sophista, cuius apud Philostratum p. 609. et in nummis Smyrnaeorum mentio: e discipulis celeberrimus Aristides, de quo infra dicturus sum, vt de Euodiano, aliisque dicere omittam. Aequales et admiratores partim, partim aemuli, Marcus Byzantinus, Herodes Atticus, Dionysius Milesius, et Favorinus. Inter imitatores praeter Hippodromum non praetereundus S. Gregorius Nazianzenus, quem, S. *Hieronymus* in Catalogo scriptor. eccles. c. 117. obseruat, institisse vestigiis Polemonis, dicendi charactere [e]): ac ne cum *Laelio Bisciola* T. 2. horar. subcesiuar. lib. V. c. 9. de Polemone, rege, Zenonis, rhetoris, filio hoc intelligas, Suidas in Γρηγόρ. disce te: ἠκολούθησε δὲ τῷ Πολέμωνος χαρακτῆρι τοῦ Λαοδικέως τοῦ σοφιϛεύσαντος ἐν Σμύρνῃ, ὃς ἐγεγόνει διδάσκαλος Ἀριϛείδου τοῦ ῥήτορος. Ad scripta sua emendanda vsus est Secundo, grammatico, siquidem hic est Polemo ille ionicus, sophista, cuius *Historias* memorat *Phrynichus* de dictionibus [?] atticis. Κεφαλαιωδέϛατον. Τοῦτο τοὔνομα εὗρον ἐν ἀρχῇ τῶν Πολέμωνος τοῦ Ἰωνικοῦ σοφιϛοῦ ἱϛοριῶν κατὰ προοίμιον. Καὶ θαυμάζω Σεκούνδου τοῦ συγγενομένου αὐτῷ Γραμματικοῦ, πῶς ὢν τὰ ἄλλα δεξιὸς ἐπὶ λέξιν, καὶ ἐπανορθῶν τὰ συγγράμματα τοῦ Σοφιϛοῦ, τοῦτο παρεῖδεν, ἀδόκιμον ὄν. Genus dicendi Polemoni robustum ac vehemens, et propterea aliquando minus amoenum [f]): mores asperi atque superbi. Vitam non produxit vltra annum quinquagesimum sextum aetatis, quo discessit ipse sponte de vita, Laodiceae in patria, Antonino Pio imperante. Non enim ferens diutius dolores articularis morbi, quibus vexatus pridem scripserat ad Herodem: δεῖ ἐσθίειν, χεῖρας οὐκ ἔχω. δεῖ βαδίζειν, πόδες οὐκ εἰσί μοι. Δεῖ ἀλγεῖν, τότε καὶ πόδες εἰσί μοι καὶ χεῖρες. *Cibus capiendus est, manus non habeo: incedendum est, desunt mihi pedes. At dolendum est, tunc et pedes mihi sunt et manus.* Itaque viuus in tumulum descendit confecturus se inedia, amicisque ad monumentum adstantibus ἔπαγε, ἔπαγε, inquit, μὴ γάρ ἴδοι με σιωπῶντα ἥλιος. *Occludite, occludite, ne me sol silentem adspiciat.* Plangentibusque eius conditionem, δότε μοι, inquit, σῶμα, καὶ μετεμβήσομαι, *date mihi corpus, et in illud commigrabo,* quae vltima ipsius verba Suidas quoque e Philostrato retulit. Huius Polemonis dictum quo Romam *orbis compendium,* οἰκουμένης ἐπιτομὴν, pronunciauit, refertur etiam in Actis S. Pionii [g]) cap. 2. et apud *Galenum*, libro 1. commentar. in Hippocratem περὶ ἄρθρων T. 5. pag. 585.

Exstant duo contrarii ἐπιτάφιοι λόγοι, parentum nomine dicti in Cynaegirum et Callimachum, Athenienses, qui in pugna Marathonia Olymp. LXXII. 1. pro patria adversus Me-

   dos

e) *Hieronymus* etiam testatur praef. ad libr. III. comment. in Galat. suo adhuc aeuo exstitisse Polemonis scripta, eloquentiae laude clara. *Heum.*

f) Admiratur tamen et defendit illud *Philostrat.* l. c. pag. 542. *Harl.*

g) Apud *Bollandum* in Actis Sanctorum Februarii T. I. pag. 41.

dos fortiter pugnantes obierunt, vbi Cynaegiri pater filium suum Callimacho, vicissim et pater Callimachi suum Cynaegiro praefert, virtutemque eius extollit, sibique primas pro funere celebrandi filii deberi contendit. Graece has *binas declamationes* edidit *H. Stephanus*, Huldrichi Fuggeri tunc typographus, vna cum Himerii et aliis quibusdam, quae infra recensebo: A. 1567. 4 [Orationes in Cynaegirum et Callimachum, graece. Paris. apud Steph. Prevosteau, 1586. 4.] Graece et latine cum notis *Petrus Possinus*, S. I. Tolosae 1636. [al. a. 1637.] 8. Quamplurimas alias, quae perierunt, Polemonis declamationes vel orationes apud Philostratum memorari videas, has nempe:

In dedicatione templi Iouis Olympii Athenis ab Imp. Hadriano facta, pag. 533.

Ad Athenienses, pag. 535.

Demosthenes, iuramento negans, talenta quinquaginta a rege Persarum [?] *dono se accepisse, vt Demades e rationibus Satraparum ei obiecerat!* p. 538 et 542.

De destruendis graecanicis tropaeis post pacem a bello peloponnesiaco initam, p. 538.

Pro liberae Reip. forma Atheniensibus, post res apud Aegos potamos gestas restituenda, ibid.

Adulter abditus, pag. 542.

Xenophon pro Socrate mori cupiens, ibid.

Solon postulans, leges aboleri, quum earum Pisistratus custodiam in se suscepisset, ib.

Demosthenes post pugnam ad Chaeroneam se ipsum offerens et morte dignum ducere se simulans ob ea, quae cum Harpalo gesserat, p. 543.

Demosthenes suadens Atheniensibus, vt triremibus fugam arripiant, aduentante Philippo, pag. 543.

Demosthenes legem Aeschinis firmans, qua morte dignus censetur, qui de bello mentionem faceret, ibid.

III. TIBERIVS CLAVDIVS ATTICVS (Suidae perperam Iulius) HERODES [h]), nobilis

h) Ita plene dicitur *Tiberius Claudius Atticus Herodes* in quibusdam inscriptionibus, velut ea, quae auspicio cardinalis, Polignac, Romae a. 1728. eruta, et primum vulgata est in *Mem. de Trévoux*, Juillet 1728. pag. 1551., deinde etiam in *Mem. de l'Acad. des Inscriptions*, Tom. XV. pag. 445. — Apud Graecos, *Salmasius* contendebat (in not. ad Dedicat. stat. reg. in Crenii Museo philologico II. p. 137.), hunc Herodem *nunquam* fuisse dictum Ἡρώδην Ἀττικὸν, sed Ἡρώδην Ἀττικοῦ: sicut est in epigrammate Analect. Brunck. Vol. III. pag. 272. Ἀττικοῦ Ἡρώδης Μαραθώνιος. Graecos enim raro admodum filios patrum nomine appellasse. Romanos vero, quibus alia fuerit consuetudo, *Herodem Atticum*, non *Attici*, hunc semper vocasse, patris sui nomine scilicet. Quae obseruatio *Salmasii* quam sit falsa, si spectes *graecam* Herodis appellationem, facile apparebit ex inscriptionibus graecis, quarum subinde mentionem faciemus. Add. *Masson.* Collect. histor. de Aristidis vita §. V. n. 9. not. 2. Quid? quod ipse *Salmasius* ad Capitolini Vit. Antonini philosophi cap. 2. tom. I. pag. 292. defendit scripturam nominis *Herodes Atticus*. Caeterum notitias historicas de hoc Herode licet colligere ex *Luciani* Demonacte (Vol. V. p. 243 sqq. ed. Bipont.), e *Pausaniae* lib. I. c. 19. II. c. 1. VI. c. 21. VII. c. 20. X. c. 32., et *Philostrati* pluribus locis, vt in vita Phauorini §. 3. Scopeliani §. 7. Polemonis §. 7. Secundi, Theodoti, Antiochi, Alexandri §. 3. Philagri §. 1. Hadriani §. 1. Chresti § 1. 2.

bilis viri, Attici F. [i]), ex pago Marathonio, Atheniensis, apud imperatores Antoninos, Pium et Philosophum, Verumque, cuius etiam praeceptor, teste Capitolino [k]), fuit gratiosus, et praefectus ordinando statui liberarum ciuitatum Asiae [l]), sacrorumque Panathenaicorum et Panelleniorum, tum sacrorum agonum, honoribus M. Antonini et Veri consecratorum, ἀρχιερεὺς [m]), atque A. C. 143. cum C. Bellicio Torquato Consul romanus, sed qui ingenio magis et eloquentia, quam consulatu [n]) et dignitate atque opibus, quas habebat, amplissimis censeri gestiebat. Audiuit iuuenis Scopelianum (v. *Philostr.* in Scopeliano p. 521. et in Herodis vita p. 564.), deinde Fauorinum quoque (v. *Suid.* in Ἡρώδης, e Philostrato), et Atheniensem Secundum (v. *Philostrat.* in Secundo p. 544.). Polemonem vero adultus et quum ipse alios iam doceret, admiratus et donis prosequutus fuit (v. *Philostr.* in Polemone p. 539) In Platonica philosophia Taurum, Tyrium, (v. *Philostr.* p. 564. vbi v. Olear.), in Critica arte [o]) maxime

§. 1. 2. Pausaniae, Ptolemaei §. 1. Rufi in fine, Oenomarchi in princip. Heraclidae §. 6. Aeliani §. 3. *Inscriptiones*, quae ad Herodem spectant, praeter eas, quas in fine huius sectionis indicabimus, reperiuntur apud *Gruterum* p. XXVII, 1. CLXXII, 10. CMXLIII, 1. apud *Sponium Voyage* tom. IV. pag. 40 et 220. et apud *Donatum* p. CLXVI, 2. Plura de eo lectorem docebunt *Tillemont Hist. des Empereurs* tom. II. p. 269. sq. p. 317. sq. et in Indice p. 605. (ed. II. Paris. 1702. 4.), *Olearius* ad Philostrati Sophistas II, 1. p. 545. sqq. *Sylburgius* ad Pausaniam p. 979. ed. Kuhn. *Ionsius* de scriptoribus histor. philos. III, 6. 18. p. 31. ed. Dorn. *de Burigny Mémoires sur la vie d' Herodes Atticus* dans *Mém. de litterature* Tom. XXX. p. 1. sqq. *Gibbon Hist. of the Decline and Fall of the Rom. Empire*, tom. I. pag. 59. sqq. ed. Basil. denique *Salmasius* et *Visconti* in editionibus Inscriptionum Triopearum, quas infra commemorabimus. *Eichstaedt.*

i) Ortum duxit Herodes e genere nobilissimo. Quodsi inscriptio, quae est in foro Attico (v. *Stuart Antiquities of Athens* t. I. c. 1), ad maiores Herodis nostri spectat: quod haud temere credit Visconti: atauus eius fuit *Herodes*, legatus Atheniensium (πρεσβεύων), proauus *Eucles*, στρατηγὸς τῶν ὁπλιτῶν. Euclis filius videtur *Hipparchus* fuisse, (*Plutarchum* Suidas nominat tom. II. pag. 78.): cuius quamuis bona in publicum essent addicta, tamen *Atticus* paternarum opum iacturam resarsit tum vxoris, quam duxerat, opulentia, tum ingenti quodam thesauro, quem forte a se inuentum Neruae liberalitate retinuit. Hinc immensae defluxerunt opes ad filium, *Herodem*, auctae etiam diuitiis Regillae, coniugis, de qua Fabricius postea. *Eichst.*

k) Cap. II. pag. 409. ed. Hack. vbi v. Salmas. Enimuero Herodes Atticus fuit quoque praeceptor M. Antonini philosophi. Vide *Capitolinum* in vita illius imperat. cap. 2. ibique Salmas. et Casaub. atque *Dionis Cassii* lib. 77. p. 1199. Reimar. *Harl.*

l) Delata videtur Herodi praefectura ciuitatum Asiaticae et Europaeae Graeciae a. 125. quo anno Hadrianus per hiemem Atheuis commorabatur. *Eichst.*

m) Τὸν ἀρχιερέα τῶν Σεβαστῶν Τιβ. Κλαύδιον Ἀττικὸν Ἡρώδην Μαραθώνιον celebrat vetus inscriptio, Megarae inuenta, in *Sponii* Miscell. eruditae antiquit. p. 321. et Itinerario P. II. p. 482. *Eichst.*

n) *Philostratus* in Polemonis vita p. 536. ἤρα μὲν γὰρ τοῦ αὐτοσχεδιάζειν μᾶλλον ὁ Ἡρώδης, ἢ τοῦ ὕπατός τε καὶ ἐξ ὑπάτων δοκεῖν. *Fabric.* Recte autem Fabricius consulatum Herodis retulit ad a. 143. v. *Gruteri* Inscriptt. p. CLXXII, 10. *Donat.* p. CLXVI, 2. *Sponii* Miscellanea p. 321. Consentit *Visconti* p. 95. monens praeterea, inscriptionem ap. Muratorium p. CCCXLIII, 3. in qua Atticus consul a. 185. M. Braduae suffectus cum collega Materno memoratur, non pertinere ad Herodem, patrem, de quo intelligi fere solet, sed ad Atticum, filium. Pater enim, Herodes Atticus, consulatum non nisi semel gessit; iterum oblatum recusauit, moerens mortem vxoris. Nec sane probabile est, Herodem, quum honorum populi finem iam esset a. 143. consequutus, 42 annis post consulem fuisse Braduae suffectum. *Eichst.*

o) Non grammaticam, sed artem de orationibus iudicandi intelligit Philostratus interprete et iudice *H. Valesio* de critica I. p. 149. sq. vbi paucula leguntur de Theag. Cnidio et Munatio. *Harl.*

maxime Theagenem, Cnidium, et Munatium, Trallenfem, magiftros habuit. Ex antiquis imitatus eft maxime Critiam. Aduerfarios habuit Peregrinum, philofophum cynicum (v. *Philoftr.* p. 563.), Demoftratum item (v. *Philoftr.* p. 555.), cuius orationem contra Herodem admirationi fuiffe teftatur *Philoftratus* p. 563. tum affinem, Braduam, vxoris fuae Regillae, fratrem, qui conful fuit A. C. 160. [p]), Quintiliosque [q]) et Praxagoram ac Mamertinum: familiarem Lucium, fapientem virum et facetum (v. *Philoftr.* p. 556. feq.), difcipulum Mufonii, Tyrii, nec diuerfum fortaffis a Lucio, Patrenfi, vel ipfo Luciano, qui et ipfe Λούκιος interdum dicitur. Filiae fuere Panathenais et Elpinice, quas morte ereptas fibi incredibiliter luxit, et filius Atticus [r]) (v. *Philoftr.* p. 558.), tam ftupidus, vt viginti quatuor pueros aequales ipfi adiungendos putauerit pater, litterarum appellatos nominibus, vt per hos tandem litterarum addifceret rudimentum. E famulis Achilles, Pollux, et Memnon Aethiops (v. *Philoftrat.* p. 558. et III, 3. de vita Apollonii), quorum obitum itidem tulit impatientiffime: libertus Alcimedon (v. *Philoftr.* p. 560. feq.) aliique. Difcipuli Amphicles Chalcidenfis, (v. *Philoftr.* in vita Philagri p. 578. feq.), Sceptus [f. *Sceptes*, Corinthius, v. *Philoftr.* in vita Alexandri p. 573. et *Eudocia* in Alexandro p. 53.] et Adrianus, Tyrius, (qui fucceffor eius etiam pro funere Herodem laudauit, tefte *Philoftrato* in vita Adriani p. 586., et aufcultantibus Athenienfibus lacrumas expreffit,) Chreftus, Byzantinus, aliique infiniti, atque in his etiam A. Gellius, qui in Noctibus Atticis Herodis cum laude mentionem facit dictaque eius nonnulla refert. [Loca funt I, 2. IX, 2. XIX, 12. *E.*] Eloquentia apprime valuit, ita vt vnum ex antiquis decem Oratoribus referre diceretur (v. *Philoftr.* in Herode p. 564.), et βασιλεὺς λόγων vocatus fit ab Adriano et Rufo Perinthio (v. *Philoft.* in Adriano p. 586. et in Rufo p. 598.), atque Ἑλλήνων γλῶσσα (ibid. p. 598.) [s]). Docuit Athenis, obiitque ex tabe, Marathone in patria, anno aetatis LXXVI. Commodo, vt credibile eft, iam imperante; vnde natus colligitur

p) Confer Sam. Petitum lib. I. Var. Obferu. cap. XI. [et *Olear.* ad Philoftr. p. 555.] *Fabric.* Fuit *Appius Annius Atilius Braduas*, non, vt Salmafius (p. 20.) putabat, *M. Atilius Braduas*, quippe qui confulatus honoribus anno demum 185 functus eft. V. praecedent. notam. *Eichft.*

q) v. Philoftrat. p. 559. *Fabric.* De Quintiliis cf. omnino *Tillemont Hiftoire des Empereurs* tom. II. p. 320. *Eichft.*

r) Philoftrati teftimonium fequutus eft Fabricius. Sed *quatuor* liberos Herodi tribuit auctor Infcriptionis Triopeae fecundae v. 15. Quamobrem Viri docti, quoniam apud Philoftratum legerant, Regillam, vxorem Herodis, deceffiffe praegnantem et partui vicinam, ita conabantur litem componere, vt foetum illum, quem in vtero gerebat Regilla, quique cum ipfa periit, inter liberos, Herodi ereptos, recenferi ab auctore infcriptionis ftatuerent, v. Salmafius in Crenii Mufeo philol. II. pag. 146. Verum recte vidit Vifconti (in Commentario ad illas Infcriptt. p. 81. coll. Praefat. p. 4.) etiam in Luciani Demonacte (§. 25. tom. V. pag. 243. ed. Bipont.), praeter Atticum, memorari alium filium Herodis, quem et ipfum immatura morte fibi ereptum, luxerit. Ergo ex his indiciis, quod Philoftratus tradidit, refingendum eft. *Eichft.*

s) Etiam γλῶσσα Ἀθηνέων in Infcript. Triopea II. v. 37. e rectiore interpunctione Vifconti. *Eichft.* Quanta et quam mira variaque dicendi vi, et amoenitate valuerit, exemplum, quod *Philoftratus* in Alexandro, f. de vit. fophift. libr. II. c. V. fect. 3. amplis verbis enarrauit, abunde declarat. Nam *Alexander*, quem vulgo Peloplatonem, (*luteum Platonem*) cognominabant, Seleucia in Cilicia ortus, fophifta celebris, qui maximam partem Antiochiae fcholas habuit, et Romae Tarfisque et omnibus Aegypti partibus, quum Athenas veniffet, ad Herodem, in Marathone commoratum, mifit litteras, quibus Graecos, (n. difcipulos Herodis) ad certamen fophifticum excitaret. Alexander, quum ante Herodis aduentum elegantia orationis et foni varietate auditores ad admirationem rapuiffet, at poftea fuperuenientem Herodem cum vi et fuauitate dicentem audiffet, demum, quamquam arrogans

ligitur primis Traiani, imperatoris, annis [t]). Nam iuuenis, in Pannonia dicturus coram imperatore, Hadriano, quum excidisset et memoria lapsus esset, tanto taedio affectus fuerat, vt in Danubium praecipitare se voluerit (v. *Philostr.* in Herode p. 565.)

Scripta eius a Philostrato memorantur διαλέξεις siue *dissertationes*, philosophici, vt mihi persuadeo, argumenti, et ἐφημερίδες, *diaria*, Suidae etiam tamquam σύγγραμμα πολυμαθὲς laudata, et ἐγχειρίδια καίρια, τὴν ἀρχαίαν πολυμάθειαν ἐν βραχεῖ ἀπηνθισμένα, *manualia opportuna*, *velut florum ex erudita antiquitate delibatorum selecti quidam fasciculi.* Hisce omnibus deperditis, ne ex Orationibus quidem eius aliqua, neque ex declamationibus, quas αὐτοσχεδίως siue extemporales et meditatus plurimas habuit [u]), vlla tulit aetatem, excepta vnica, quae περὶ πολιτείας, *de Republica*, inscribitur, et comparata est ad suadendum Thebanis, vt societatem cum Peloponnesiis ac Lacedaemoniis ineant contra Archelaum, Macedoniae regem. Graece prodiit cum Lysia et aliis atticis Oratoribus Venet. apud Aldum 1513. fol. et Paris. ap. H. Stephanum 1575. fol. Latine vertit et ad calcem Aristidis edidit *Guil. Canterus*, Basil. 1566. fol. Graece et latine cum Canteri versione recusa est Hanou. 1619. 8. curante *Iano Grutero*, ad calcem Orationum Dinarchi, Lycurgi, Lesbonactis et Demadis. [Inest etiam in Io. Iac. Reiskii Oratoribus graecis tom. VIII. Lips. 1773. p. 32. seqq. *Eichst.*

Epistolas Herodis plurimas fuisse, testatur Philostratus p. 565. quarum aliquas memorat, vti ad Iulianum p. 552. ad Marcum, imp. p. 562. ad Cassium, nouas res molientem, pag. 563. Ἡρώδης Κασσίῳ, ἐμάνης, *Herodes Cassio. insanis.* — Hactenus *Fabricius.*

[Praeter *Orationes* et *Epistolas*, a Fabricio commemoratas, Herodem nostrum et alia scripta multa [v]) nobilitaruut, et *Inscriptiones* quaedam, quas vel ipse composuit, vel ab aliis compo-

arrogans elatoque esset animo, exclamauisse dicitur; *o Herodes, fragmenta tui sumus nos omnes sophistae.* Eamdem historiam ex Philostrato *Eudocia* p. 52. sq. ita exscriptam reddidit, vt paullo ante exitum narrationis et in fine ipso haud pauca omitteret. *Harl.*

t) Hoc quum et *Visconti* ita posuerit, tacite respicit *God. Olearii* chronologicas rationes, quae omnino, si accuratius pensitentur, falsae et inanes reperiuntur. Nempe secundum eam putationem temporum, quam Olearius ad Philostratum iniit, Herodes natus est decimo tertio anno imperii Domitiani, V. C. 847. Chr. 94. Ol. CCXVIII, 2. Id si accipimus ex fide Olearii, sequitur, Herodem, qui septuaginta et sex annorum senex diem suum obiit (v. Philostrat. p. 565.), mortuum iam esse ante Faustinam, Marci, imperatoris, coniugem, quae anno demum 175. iter in Orientem ad maritum suum ingressa, decessit. Verum et nobilis illa reconciliati imperatoris ad Herodem epistola (v. Philostrat. p. 561.), scripta, vt nobis videtur, a. 176. quum Herodes fere triennio ante in iudicio fuisset accusatus, et multo magis relicta nobis Inscriptio in statuam Regillae, quam Herodes Faustinae dicauit, ostendunt, eum Faustinae superstitem vixisse. Optime congruunt temporum rationes, si Herodem, imperante Traiano, a. 104. natum, et sub imperio Commodi a. 180. exstinctum statuamus. *Eichst.*

u) In primis amabat Herodes extemporale dicendi genus, quod sophistis illius aetatis maxime placuisse scimus, tanto ille magis recedens a natiua simplicitate et elegantia Attica, quanto studiosius fucum et pigmenta orationis sectaretur, coloremque et ornamenta e longinquo arcesseret, doctrina potius quam ingenio valens. Eamdemque indolem referunt duo illa carmina, quae Herodi vtplurimum adscribuntur. Quamquam de his praeclarius statuit *Visconti*, quem v. p. 3 et 7. *Eichst.*

v) Suidas de Herode in lexicon suum ista retulit, ab aliquo sophista, opinor, scripta (tom. II. p. 78.): φέρονται δὲ καὶ ἄλλα πλεῖστα, ἐν οἷς τὸ μεγαλοφυὲς καὶ ὕψιστον τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς θεωρεῖται, καὶ κατανοεῖται, καὶ καταδείκνυται. *Eichst.*

componendas sibi curauit. Quemadmodum enim opulentissimus sophista, qui celebritate sermonum et publica luce laetaretur, permulta opera et aedificia publica non Athenis solum, sed, Philostrato teste, per totam paene Graeciam, Asiam et Italiam et instaurauit, et de nouo fecit, statuasque, templa, balnea, aquarum ductus, simulacra multa posuit: ita sibi monumentum suisque heredibus in primis struxit in *Triopio* suo, quod fuit ἀπότμημα fundi, quem Herodes, coniugis beneficio, ad tertium ab Vrbe lapidem in via Appia possedit, appellatum illud a Triopa, Erisichthonis patre [w]), consecratum Diis, τεμένει instructum et sepulcro etiam familiae destinatum. Ex hoc Triopio nunc quidem quatuor nobis inscriptiones innotuere, quas breuiter recensebimus:

I. *Inscriptio duabus columnis incisa*, quae factae sunt e marmore Carystio (*cipollino verde*), repertae ineunte XVI saeculo, et posthac in hortos Farnesianos translatae. Vnde *Farnesianae columnae inscriptio* dici solet. Istae vero columnae, quas, probabile est, in ipso introitu Triopii Herodiani olim fuisse erectas, Cereri, Proserpinae et subterraneis Diis dedicatae sunt, praecipiuntque loci reuerentiam ac religionem adeuntibus, cum imprecatione illorum, si qui forte sede illas sua mouere, aut sacrum locum violare aggrediantur. Inscriptionem publicam fecere *Scaliger* in animaduersionibus ad Eusebium p. 210. *Gruterus* in Corpore Inscriptionum p. 27. *Montfaucon* Palaeograph. graecae L. II. p. 135. *Lanzi Saggio sulla lingua Etrusca* P. I. c. VI, 9. XIII. p. 146. et Tab. IV. n. XVI. *Rambachius* in Supplementis Archaeologiae Potterianae tom. III. p. 254. denique *Visconti Inscriz. Triopee ora Borghesiane* p. 6. Caeterum quoniam inscriptio haec antiquissimam refert Atticorum orthographiam, inde multiplex est ea de re disputatio nata, tum iis viris doctis, quos editores recensui, tum etiam aliis. V. *Salmasii* notas ad Consecrationem templi in agri Herodis, *Musei Creniani primi* p. 42. sqq. *Levesque Excursion quatrieme sur l'orthographie de Thucydide, et sur la forme des lettres dont il a fait usage,* in noua Thucydidis versione (Paris. 1795.) Tom. IV. pag. 315. Add. *Villoison* Anecdota graeca Vol. II. p. 122. sq. 169. not. 1.

II. *Inscriptio praediorum Anniae Regillae*, primum vulgata in *Montfaucon* Diario Italico (Paris. 1702. fol.) p. 125. repetita postea in *Fabretti* Inscriptt. c. V. p. 43. et apud *Visconti* p. 5. Dubitari non potest, columnam hanc, sex fere pedes longitudine aequantem, quae praedii Anniae Regillae olim metae aut signi loco fuerat, ab Herode erectam in eodem Triopio, via Appia, fuisse, in quo memoriam coniugis aliis etiam tum inscriptionibus, tum aedificiis posteritati commendarat. Postea, Mexentii tempore, inuersa columna, et qua parte tenebat inscriptionem Anniae Regillae, defixa in terra, pro milliario fuit.

III. *Consecratio Triopii, facta Mineruae et Nemesi.* Constat inscriptio 39 versibus hexametris, eruta a. 1607. ad vrbem in via Appia, praesente *Christophoro Puteano* (*du Puits*), cuius opera Lutetiam venit, mox ibi publicata ab eruditis.

IV. *De-*

w) Non temere hoc scripsi, neque inscius vel aliarum sententiarum, vel etiam illius, quam eruditissimus *Visconti* de appellatione et natura Triopii nuper proposuit. Rem omnem diligentius excussi in Censura Viscontini operis, quae inserta est *Ephemeridibus vniv. litterariis*, Ienae prodeuntibus, a. 1796. n. 61. *Eichst.*

IV. *Dedicatio ſtatuae Regillae, vxoris Herodis.* Effoſſa decennio poſt, eodem loco, ἐπιγραφὴ 59 hexametris continetur, debeturque doctiſſimo Viro, *Iacobo Sirmondo*, qui eam Roma attulit, ad ipſum marmor a ſe deſcriptam, et cum *Claudio Salmaſio*, primo eius et ante Viſconti ſtudia eruditiſſimo editore, communicauit. De quo poſtea.

Nam haec duo maxime carmina, quae vltimo loco memoraui, inſcripta marmori Pentelico (*cipolio bianco* Itali vocant, v. Viſconti muſeum Pio-Clementinum Tom. III. Tab. XV. p. 18.) eruditorum attentionem et curam excitauerunt, tum propter verſuum elegantiam, ſi illud Herodis aeuum ſpectes, minime ſpernendam, tum ob notitiam multarum rerum, quae aliunde diſci vix poterant. E villa cardinalis *Scipionis Borgheſe* hae inſcriptiones deuenerunt ad principem, iuuandis litteris ornandisque artibus natum, *Marcum Antonium Borgheſe*, qui templum iuſſit ſplendidiſſime aedificari ad modum illius, quod Herodes olim Cereri et Fauſtinae exſtruxerat. Huius in templi limine marmora iſta, duabus aris incluſa, binisque inſcriptionum verſionibus metricis, latina Salmaſii et Viſconti itala, inſtructa, conſpiciuntur.

Satis de *argumento* et *hiſtoria* inſcriptionum: reſtat, vt quaedam adiiciamus de illarum *auctore*. Ac duas quidem priores, quas no. I et II. attigi, parum refert ſcire, Herodes fecerit an alius. *Inſcriptio praediorum Anniae Regillae* dubito omnino, an a graeco homine profecta ſit. Sed gravior eſt de poſtremis ἐπιγραφαῖς quaeſtio, et propriae curae. Verum haec quaeſtio quoniam hic diſceptari non poteſt, diſceptabiturque a nobis alio loco; liceat in eo acquieſcere, vt, quam nuper eruditiſſimus *Viſconti* ſententiam propoſuit argumentisque ingenioſe muniuit, breuiter referamus. Is nimirum vrget praefixum vltimae inſcriptioni nomen Μαρκέλλȣ, in quo explicando et editores carminis, et Spanhemius (ad Callimachi H. in Cererem v. 30.) operam fruſtra conſumpſerunt. Suſpicatur Viſconti, illo nomine, vt alibi (v. *Pococke deſcript. of the Eaſt* pag. 103. 104. et *Toupii* Emendatt. in Suidam tom. III. p. 46.), ſic et hic, inſcriptionis indicari auctorem, qui fuerit *Marcellus Sidetes*, clarus poëta tum aliis carminibus, tum Ἰατρικοῖς περὶ ἰχθύων, quorum nobis adhuc fragmenta quaedam ſuperſunt, a *Fabricio* (Biblioth. Gr. Vol. I. p. 14. ed. vet.) et *Schneidero* (ad calcem editionis ſuae Plutarchi de educat. pueror. Argentor. 1775. 8. pag. 96. ſqq.) edita, a *Belin de Ballu* autem, claro Oppiani editore, promiſſa. Marcellum illum, conſtat, floruiſſe imperante Marco Aurelio, v. Suidas T. II. p. 498. et Eudocia p. 299. Iam vero quum ſit vtriusque inſcriptionis metricae in orationis habitu et conformatione ſumma ſimilitudo, non dubitat Viſconti, eidem Marcello etiam primam attribuere, nomen poetae tantum poſteriori adhaeſiſſe ratus, ſiue quod haec prima conſpiceretur Triopium Herodis adeuntibus, ſeu quod omnino potior cenſeretur praeſtantiorque altera, quae caſu detecta primum, temere potius quam recte aut conſilio prima a nobis nominetur. Suſpicio eruditi Itali admodum probabilis eſt viſa Viro docto in *Ephemeridi-Gottingenſibus* a. 1795. n. 180.: aduerſus eam quaedam monita ſunt in *Cenſura Ienenſi* l. c. pag. 483. ſq. poteruntque fortaſſis moneri plura, quae iſtas Inſcriptiones Herodi noſtro vindicent.

De *editionibus* harum Inſcriptionum, quae longiores ſunt caeteris et verſibus hexametris ſcriptae, notata quaedam reperiuntur ſupra *Bibliothecae* Vol. III. p. 813. Hic agam

 id,

id, vt Visconti vestigia sequutus, *chronologicum editionum omnium recensum* exhibeam suppletis passim atque correctis iis, quae in isto Bibliothecae loco parum aut plene, aut accurate tradita sunt.

I. *Primam* igitur *inscriptionem*, per Christophorum Puteanum, celebrem Perronianorum auctorem, Roma Lutetiam ad Iacobum Gillotum transmissam, cum quibus epigrammatibus Anthologiae graecae *primus* vulgauit *Fridericus Morellus*, adiuncta versione latina metrica, Paris. 1607. 4. v. Maittaire Annales typograph. Tom. III. P. II. p. 851.

II. Eamdem deinde inscriptionem, vno tamen versu mancam, passimque a se emendatam et notis illustratam, edidit *Isaacus Casaubonus*, 1608. (Fabricius quidem l. c. et Visconti annum posuerunt sequentem; verum ex Epistola Casauboni, ad Marcum Velserum data, p. 322. edit. Almelou. intelligitur, eo, quem indicaui, anno editionem prodiisse.)

III. Eiusdem inscriptionis *editionem Glossariensem* memorat Dauides Hoeschelius in epistola quadam ad Io. Meursium, inserta *Marq. Gudii Epistolis* ed. Burmann. Vltrai. 1697. 4. p. 191. Veri admodum simile est, hanc editionem priorem fuisse Salmasiana secundae inscriptionis, vulgatae a. 1619. Sed Visconti nec vidit illam, nec quid sibi voluerit Hoeschelius, nomine isto vsus, intelligere se fatetur. Suspicatur itaque, scripsisse illum vel *Glessariensem* (h. e. Hauniensem, ab insula Glessaria in sinu Codano), vel *Gosslariensem* (a *Geslaria* aut *Goslaria*). Coniicit porro, hanc editionem plane eamdem esse, quam Moelleris fratribus a Martino Baremio dedicatam indicauit Fabricius l. c. absque nota anni et loci quo prodiit, notans tantummodo, esse Casaubonianae repetitionem: qualem etiam Hoeschelius suam illam Glossariensem descripsit. — Caeterum, vt et hoc addamus ad excitanda litteratorum, si tanti res videatur, studia, quam Visconti hac in re lucem spopondit conferentibus Christoph. Adam. Ruperti epistolam 34. ad Tho. Reinesium p. 205. ea nobis possidentibus librum et locum, quem Fabricius laudauerat, consulentibus haud affulsit. Illud vero non debuerat omittere Visconti, quod Hoeschelius diserte addidit, Glossariensis editionis *exemplum nullum venale prostitisse*.

In eadem Epistola *Hoeschelius* emendationes quasdam proposuit in *primam Epigraphen;* eiusque interpretationem, a *Io. Meursio* factam, et *Apographum*, Roma ad Marc. Velserum missum, commemorauit. Apographi illius etiam mentio fit in Casauboni Epistola, quam n. II. citaui. Add. Velseri opera p. 839.

IV. *Primam inscriptionem* et *alteram*, descriptam Romae et allatam inde a Iacobo Sirmondo, qua statua Regillae dedicatur, copiosissimo commentario instruxit *Claudius Salmasius*, ediditque vna cum Dosiadae, Simmiae et Theocriti lusibus Paris. a. 1619. 4. apud Hieron. Drouart.

V. Vtraque inscriptio cum versione latina ad litteram reperitur etiam in *Descrizione della villa Borghese, di Giacomo Manilli*, Rom. 1650. 8. Editio est vitiosissima.

VI. Emendatas quibusdam in locis inscriptiones has, cum *Petri Arcudii* versione latina ad verbum facta eiusdemque paucis, sed praeclaris animaduersionibus edidit *Iacobus Sponius* in *Miscellaneis eruditae antiquitatis*, Lugduni 1608. 4. Sect. X. n. 12. p. 322-327.

VII. In

VII. In *Thom. Crenii Museo philologico primo* (L. B. 1699. 8.) n. IV. Casauboniana, et in Eiusd. *Museo secundo* (L. B. 1700. 8.) n. I. Salmasiana editio repetita est.

VIII. Repetiit textum Inscriptionum versionemque Petri Arcudii, sed sine breui illius annotatione, *Montelatici* in *Descrizione della villa Borghese*, Rom. 1700. 8.

IX. *Manillii* liber, quem n. V. indicauimus, in latinum sermonem translatus insertusque est *Thesauro rerum italicarum* Tom. VIII. p. IV.

X. *Mich. Maittaire Miscellanea graecorum aliquot scriptorum carmina*, Lond. 1722. 4. p. 174-180. Adiecit metricas versiones, Morellianam quidem inscriptionis primae, Salmasianam vtriusque; adiecit et notas, tum e Casauboni et Salmasii copiis ductas, tum etiam suas.

XI. In *Poleni Supplementis Thes. Graeuiani et Gronouiani* Vol. II. inest repetitio libri *Salmasiani*, no. IV. memorati, ibidemque Vol. I. *Miscellanea Sponiana* (n. VI.) repetita sunt.

XII. Vtramque inscriptionem in *Analecta* sua recepit *Rich. Franc. Phil. Brunckius*, (Argentor. 1773. 8.) Vol. II. p. 300. sqq. breuibusque notis ornauit *Emendationum* (Vol. III.) pag. 198. Hinc translata sunt carmina in nouam editionem *Anthologiae graecae*, curatam a *Frid. Iacobs*, Vol. III. p. 14. sqq.

XIII. Optimam vero et praestantissimam harum Inscriptionum editionem debemus Viro eruditissimo, *Ennio Quirino Visconti*, qui Casauboniani et Arcudiani acuminis laudes felicissime aemulatus, Salmasianam doctrinam sollertia iudicandi temperauit, tractandi perspicuitate scribendique elegantia etiam superauit. Confectus est liber, quem chartarum quoque et typorum nitor ac venustas mirifice commendant, auctoritate illustrissimi Principis *Marci Antonii Borghese*, nec inter librariorum merces expositus in Italia, sed Musarum amicis ab isto Musageta liberalissime concessus. Inscriptio haec est: *Iscrizioni Greche Triopee ora Borghesiane con versioni ed osservazioni di Ennio Quirino Visconti*, in Roma nella stamperia Pagliarin. 1794. 4. cum II tabb. aen. Marmorum scripturam summa oculorum animique contentione denuo rimatus, multos locos editor restituit, in quibus Casaubonus et Salmasius frustra haeserant; excussit quoque notationes decessorum suorum vna cum *Lucae Holstenii* apographo MS. diligentissime correcto, quod seruatur in bibliotheca Barberina. Ex hoc apparatu enotauit lectionis varietatem, omissis perpaucis, quae Arcudius acute viderat; ipsas vero scripturas marmorum in tabulis aeri incisis subiiciendas oculis curauit. Textui apposuit versionem latinam ad litteram; subiunxit tum metricam interpretationem Salmasii, correctam a se passim melioribusque lectionibus accommodatam, tum italam, quam ipse iussu Principis sui composuit. Saepe ei ad tollendas deprauationes profuit ingenii sagacitas; ad difficultates verborum et rerum expediendas interior tum linguae, tum magis etiam historiae atque antiquitatis cognitio; ad nutriendos denique et delectandos lectores copia multarum rerum, quas in Commentario insigni cum eruditionis pariter atque perspicuitatis laude exprompsit. *Eichst.*

IV. Inter Polemonis diſcipulos x) celeberrimus facile fuit AELIVS y) ARISTIDES z) *Eudaemonis* F. Adrianenſis aa), qui Athenis praeterea Herodem Atticum, Pergami Ariſtoclem audiuit: praeceptorem quoque ac nutricium ſuum tom. I. pag. 143. 159. 489. laudat *Alexandrum Cotyaeenſem*. [et probabiliter a Smyrnaeis ciuitatis iure donatus eſt: vnde acciderit, vt nonnulli eum male facerent Smyrnaeum.] Sophiſta apud Smyrnenſes diſertus, [Atticorum vett. oratorum non vim quidem, ſed veneres atque elegantiam imitatus,] ſuavis et cultus inprimis. Vix vnquam ex tempore voluit dicere, ſed ſtudioſe potius praemeditatus, negans, ſe eſſe ex iis, qui vomant orationes, ſed ex iis, qui cum ſtudio elaborare ſoleant. οὐ γὰρ, inquit, ἐσμὲν τῶν ἐμούντων, ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων bb). Floruit ſub

x) Suidas in Ἀριστείδης, Διονύσιος Ἀρεωπαγ. et Πολέμων. Auctor vetus ὑποθέσεως in Panathenaicum Ariſtidis.

y) *Aelium* ipſe ſe vocat Ariſtides t. 2. p. 289. t. I. p. 627. ed. Steph. [De nominibus eius eſt copioſus Maſſon. §. I.]

z) De *Ariſtide* egerunt *Philoſtratus* de ſophiſt. lib. II. cap. 9. vbi conf. p. 581. ſqq. Olearii notas. Quaecumque autem de Ariſtide narrat Philoſtratus, ea ſe a *Damiano* habere fatetur ipſe.

Photius in biblioth. cod. 246. 258. *Suidas* Lex. h. v. t. I. p. 323. *Eudocia* pag. 65.

Canter. in prolegomm. ad ſuam Ariſtidis verſionem. Illa vero repetita ſunt in edit. Steph. et Iebbiana.

Tillemont hiſt. des Emper. t. II. p. 411. in vita M. Aurelii, art. 31. Inprimis

Io. Maſſon in collectaneis hiſtoricis Ariſtidis annum et vitam ſpectantibus, ordine, quantum licuit, chronologico digeſtis, et praefixis *Ariſtidis* Opp. per S. Iebb. tom. I. *Harl.*

aa) Ex Ἁδριανοῖς ſiue Hadrianopoli, ciuitate Bithyniae, quae regio Ioniae antea Myſia dicta. Confer *Holſtenii* animaduerſiones ad Ortelium pag. 89. [et *Maſſon* § III.] Fuit ibi Ἁδριανεῖον, hoc eſt *Hadriani templum*, cuius mentio apud *Ariſtidem* Orat. I. ſacra t. I. pag. 491. Ἁδριανοῦ θῆρας memorat bis, tom. I. p. 500. de qua vrbe *Malalas* in Chron. pag. 366. Μυσίας πεδίου meminit, Ariſtides tom. I. p. 503. Ἁδριανῶν Orat. 3. tom. I. p. 546. 547. *Fabr.* Ab Eudocia diſerte vocatur filius Εὐδαίμονος φιλοσόφου τε καὶ ἱερέως γενομένου. de quo multus eſt *Maſſon* §. II. et locum Suidae ſic corrigit: οἱ δὲ Εὐδαίμονα οὐ τὸν πατέρα, ἀλλ' αὐτὸν γράφουσιν. *Maſſon* vero §. III. 12. animaduertit primum, Olearium ad Philoſtratum confudiſſe Ἁδριανοῦ θῆρας cum Ἁδριάνοις, dein *Fabric.* h. l. Hadrianopolim haud diſtinxiſſe ab Hadrianis, omnino diverſis, nec regionem Ioniae fuiſſe vllam, quae Myſia aut Bithyniae eſſent dictae. *Harl.*

bb) *Philoſtratus* in Ariſtidis vita lib. 2. de Sophiſtis cap. 9. pag. 583. *Eunapius* in Proaereſio p. 112. et auctor ὑποθέσεως in Panathenaicum, (Sopater fortaſſis vel Metrophanes,) cuius verba adſcribam: Τοῦ δὲ Μάρκου φοιτήσαντος ταῖς Ἀθήναις ὁ μὲν Ἁδριανὸς Σοφιστὴς, (confer Suidam in Ἁδριανός.) εἰπὼν παραχρῆμα πάντας ἐξέπληξε. πᾶν γὰρ ὃ ὡρίζετο αὐτὸς σχεδιάζων ἔλεγε. Πρὸς τοῦτο δὲ εἶπεν ὁ Ἀριστείδης τῷ Μάρκῳ παρὼν καὶ αὐτὸς ἐν Ἀθήναις, ὅτι ἡμᾶς τῶν ἐμούντων οὐκ ἐσμὲν, ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων καὶ τῶν ἀρεσκόντων. ἀλλ' ὅμως εἰπὼν καὶ αὐτὸς πλέον ἐξέπληξε, καὶ ἐτιμήθη σφόδρα. Non Athenis, ſed Smyrnae hoc ad Marcum dixiſſe Ariſtidem, Philoſtratus ex Damiani Epheſii fide ſcribit, [et comprobant Olearius ad Philoſtratum, atque Maſſon ad a. Chr. 177. nr. 5.] fateturque de argumento orationis, quam coram imperatore Ariſtides dixerit, ſibi non conſtare. Auctor tamen ille ὑποθέσεως addit etiam argumentum orationis, itemque alia, quibus hoc Athenis contigiſſe firmat. Nimirum Ariſtidem voluiſſe tunc Panathenaicum dicere, et ab Herode Attico, qui eius ingenio inuideret, fuiſſe prohibitum: itaque aliam frigidam orationem huius argumenti velut a ſe recitandam Herodi exhibuiſſe, veniaque dicendi ita ab illo impetrata, eum, quem habemus, Panathenaicum cum omnium admiratione et plauſu dixiſſe. Βουλόμενος δὲ τότε εἰπεῖν τὸν Παναθηναϊκὸν ἐκωλύετο παρὰ Ἡρώδου τοῦ σοφιστοῦ τοῦ Ἀθηναίου, ὡς δυνάστου, τοῦτο μὲν ὅτι αὐτὸς ἦν τότε ὁ τὸν θρόνον ἐπέχων τὸν σοφιστικὸν, καὶ ἀπὸ ὑπάτων κατήγετο, τοῦτο δὲ ὅτι καὶ Μάρκος αὐτῷ φίλιος ἦν. ποτὲ γὰρ εὑρὼν θησαυρὸν, ἐδίδου τῷ βασιλεῖ αὐτὸν· ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπε, κέχρησο αὐτῷ. αὖθις δὲ προσάγων αὐτὸν τῷ βασιλεῖ, ἔφη εἶναι ὑπὲρ ἰδιώτην τὸν θησαυρόν. ὁ δὲ βασιλεὺς

ſub Hadriano iam, (vide orat. IV. ſacr. T. 1. pag. 616. [cc]) et Antonino Pio, ſed quem *Ἀντωνῖνον τὸν αὐτοκράτορα τὸν πρεσβύτερον* [dd]) adpellat, eſt M. Aurelius Antoninus, cui Athenis, vel vt Philoſtratus, in Ionia circa A. C. 176. innotuit, et ab eo poſtea reſtaurationem Smyrnae, A. 178. terrae motu euerſae, impetrauit [ee]) vnde etiam Ariſtidi, velut *οἰκιςῇ* ſuo, ſtatuam aeneam [ff]) prope Aeſculapii aedem poſuere Smyrnenſes [gg]). Itinerum [hh]) morborumque ſuorum, quibuscum per decennium [ii]) conflictatus eſt, hiſtoriam, et quomodo per ſomnia ab Aeſculapio *σωτῆρι* et Sarapide Iſideque monitus valetudinem curaverit, fuſe narrat ipſe, Dei quidem iuſſu [kk]) vt ait, in orationibus ſacris, licet non deeſſent ex amicis [ll]), qui nimis deditum ſomniis reprehenderent, et omnia alia ſaepe ſuaderent medici [mm]). Per eadem ſomnia et voces diuinas, crebrius repetitas, ad eloquentiae ſtudium [nn]) inuitatum, ac tantum non coactum ſe ſcribit, tanto cum ſucceſſu, vt omnes oratoris virtutes vnum ſe eſſe complexum non diffiteatur ipſe t. 3. pag. 706. et Socratis, Platonis, Thucydidis et Demoſthenis facultatem vel aequare [oo]) vel ſuperare [pp]) multis ſit creditus et ſibi ipſi per ſomnium *ἀήττητος περὶ λόγους* [qq]) et alter viſus fuerit eſſe Demoſthenes.

σιλεὺς πάλιν εἶπε πρὸς αὐτὸν, καὶ κατάχρησο. Μὴ *δυνάμενος οὖν διὰ τὸν φθόνον τοῦ Ἡρώδου, μηχανῇ αὐτὸν μετῆλθεν.* Ἀναθέμενος *γὰρ αὐτῷ ἄλλον* Παναθηναϊ*κὸν εὐτελῆ καὶ ψυχρὸν, ὃς καὶ φέρεται, ἠδυνήθη λαβεῖν τὴν ἄδειαν τοῦ λέγειν παρ' αὐτοῦ, νομίσαντος* Ἡρώ*δου, ὅτι αὐτὸν μέλλει λέγειν καὶ ἀσχημονεῖν.* Εἰσελ*θὼν δὲ εἶπε τοῦτον τὸν καὶ ἀναγινωσκόμενον καὶ θαυμαζόμενον, καὶ πάνυ ηὐδοκίμησε.* Λέγεται *δὲ παναθηναϊκὸς, διότι ἐν τοῖς παναθηναίοις ἐλέχθη.*

cc) Ex quo tamen loco, vbi ſophiſta narrat, ſe in ſomnio Hadrianum, imperat. vidiſſe, minus adcurate collegiſſe Fabricium, Ariſtidem iam ſub *Hadriano floruiſſe*, monet Maſſon §. IV. 8. *Harl.*

dd) Orat. 1. ſacra t. I. p. 463. 499. [conf. infra ad oratt. 13 et 46.]

ee) Vide, quae infra ad orationem XLI.

ff) *Philoſtratus* p. 582. *Ariſtides* ipſe Orat. 1. ſacra t. I. p. 456. [ſed vide *Maſſon.* ad a. Chr. 179. 4.]

gg) *Maſſon* §. IV. demonſtrare, validis viribus enititur; Ariſtidem natum eſſe a. V. 882. aer. vulg. 129. imperat. Hadriani XII. Coſſ. Iuuentio II. et Marcello II. Idem §. V. copioſe perſequitur Ariſtidis educationem, litteras, quibus eruditus eſt, et, quos habuit praeceptores. Horum praecipuus fuit *Alexander*, Cotiaenſis, ſ. vrbe Phrygiae Cotiaeo ortus, celebris grammaticus, (de quo infra ad orat. 12. ſermo eſt.) Praeter ea audiuit quodammodo *Herodem*, nec non *Ariſtoclem*, ſophitam, Pergami docentem: ſectatus quoque eſt *Polemonem. Harl.*

hh) Ad Aethiopiam vsque profectum, et Aegyptum quater totam perluſtraſſe ſe ſcribit tom. 3. p. 552. 568. 576. ſeq. tom. 2. p. 375. *Fabr.* De peregrinationibus Ariſtidis, lotionibus, ab Aeſculapio imperatis, muneribus, honoribus, ſomniis, a diis miſſis, aliisque rebus, quae illi contigerunt, fuſius diſſerit *Maſſon.* §. VI. *Harl.*

ii) S. potius XIII. annos, quum exeunte anno Chr. 159. aegrotare coepiſſet, notante Maſſon. inprimis §. VII. 1. a. Chr. 172. autem aetat. 43. ſ. 44. liberatus eſt a morbo. V. eund. ad a. 172. *Harl.*

kk) Id. Orat. 2. ſacra p. 512 et 515. vbi etiam titulum *ἱερῶν λόγων* ex ſomnio ſe accepiſſe refert. Confer, quae infra ad orat. XXIV. ſeq. *Ἐφημερίδας* vocat Philoſtratus, cuius loco illuſtrando adde *Syneſium* de inſomniis, pag. 155. *Fabr.* Ariſtides homo credulus ac mire ſuperſtitioſus fuiſſe videtur, omnia ſomniis et Aeſculapii iuſſibus vane tribuens, iactator ſuarum laudum et dignitatis, v. orat. VI. tom. I. p. 68. 70. ſqq. *Harl.*

ll) Orat. 1. ſacr. pag. 505. t. I.

mm) Id. pag. 504. 509. 550. 558.

nn) Orat. 4. ſacra t. I. p. 573. ſeq. 579. ſeq. 590.

oo) Id. p. 573. *σοὶ πρέπουσι λόγοι σὺν Σωκράτει καὶ Δημοσθένει καὶ Θουκυδίδῃ.* Adde pag. 595. vbi Platone nihil ſe inferiorem in Epiſtolis ſcribendis innuit, et t. 3. pag. 525. ſeq.

pp) Id. pag. 576. *Ἔπειτα λέγειν περὶ τῶν λόγων ἐμῶν εἰς ὅσον προβεβηκότες εἶεν, μνησθῆναι μὲν δὴ Πλάτωνος καὶ Δημοσθένους, ἐφ' οἷσπερ ἐμνήσθη ἑκατέρου, ἀκροτελεύτιον δ' ἐπιθεῖναι· παρῆλθες ἡμῖν τῷ ἀξιώματι τὸν Δημοσθένη.* Adde p. 596. ſeq.

qq) Id. p. 590. ſeq. vbi immortalem ſibi apud poſteros promittit gloriam, additque, ſe ita in eloquentia, vt Alexandrum M. in bellica virtute, ſummum

nes [rr]). Nihil sane videntur auribus eius dedisse, qui dixere eum *πρωτεύειν περὶ λόγους*, habueruntque pro coryphaeo suae aetatis, vt *Phrynichus* apud Phot. cod. CLVIII. p. 172. ac summo *μελετητῇ* [ss]). Libenter tamen subscribo Merici Casauboni sententiae, cui in notis ad M. Antoninum pag. 28. Aristides *venustissimi et cultissimi sermonis sophista, sed adeo, quod ex scriptis liquet, tum superstitiosus, tum φιλόδοξος, vt fidem illi οἴκοθεν quod aiunt, μάρτυρι, multa, quae Θεόθεν sibi contigerint narranti, arbitrari mihi religio sit.* Thema suum genethliacum [quod copiose persequitur Masson §. IV.] [P] promit *Aristides* Orat. IV. sacra t. I. pag. 595. aitque habuisse leonem in medio coeli et Ioui sub leone quadratum stetisse a dextris Mercurium, ambos matutinos. In literis vnice se acquiescere testatur passim, praecipue tom. 3. pag. 724. Irenarcham siue *φύλακα τῆς εἰρήνης* a praefecto Asiae, Seuero, creatum se narrat t. 1. pag. 601. per *πόλισμα τῆς Μυσίας*, ibi haud dubie patriam suam, Hadrianopolin, intelligens. At suscipere illud constanter detrectauit, perinde vt *ἐκλογέως* siue coactoris officium, de quo pag. 611. seq. et *ἱερωσύνην κοινὴν τῆς Ἀσίας* pag. 613. pro qua sacerdotium Aesculapii a Smyrnensibus passus est sibi dari [tt]). In patria etiam flaminem Dialem fuisse, Suidas auctor est. A M. Antonino, imperatore, autem et filio eius [uu]), Commodo, per litteras oblatam accepit immunitatem, eloquentiae praemium, quae illi cum magno honore et *σχήματι* [vv]) per omne vitae tempus fuit confirmata. Quoties diceret, auditus est maximo cum adplausu, (vide T. 3. pag. 705. seq.) et saepe tam frequenti auditorio, *vt nihil praeter hominum capita conspiceres, nec vel manum vsquam potuisses inserere, ὥστε οὐδὲν ἦν πλὴν ἀνθρώπων κεφαλὰς ὁρᾷν, καὶ οὐδὲ ἂν τὴν χεῖρα διέσωσας μέσην οὐδαμοῦ*, quae ipsius verba sunt Orat. V. sacra pag. 631. itaque auctor vetus *ὑποθέσεως* in Panathenaicum de alio Aristide iuniore recte accipit illud festiuum distichon, quo auditorum paucitas rhetori cuidam huius nominis exprobratur:

> Χαίρετ᾽ Ἀριστείδου τοῦ Ῥήτορος ἑπτὰ μαθηταί.
> Τέσσαρες οἱ τοῖχοι καὶ τρία συμψέλια.
>
> *Salvete Aristidis, rhetoris, septem discipuli,*
> *Quaterni parietes, et terna subsellia.*

Aelius

mum culmen attigisse, atque vt Pellam Alexandro, ita patriam suam se in lucem edito esse gloriaturam et p. 592. seq. 600. Deum se adpellatum et Theodorum [quod saepius et miris modis a *deo*, vt putabat, Aesculapio seruatus, vitam suam quasi *dono*, accepisset,] ac Sosimenem p. 627.

rr) Orat. 1. sacr. t. I. p. 485. Ἐδόκουν γὰρ ὡς ἐπὶ τῇ ἑωθινῇ μελέτῃ τῶν λόγων Δημοσθένη τινὰ μεταχαρίζεσθαι, καὶ λέγειν δὴ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ὡς ἱκανὸς ὤν.

ss) Vide Orat. 4. sacr. t. 1. p. 581 et 604. 608. t. 3. pag. 723. seq. Ipse ad Aesculapium tom. 1. pag. 598. Δέσποτα Ἀσκληπιέ· εἰ μὲν καὶ ὑπερέχω τε λόγοις, καὶ παρὰ πολὺ ὑπερέχω, ἐμοὶ μὲν ὑγίειαν, τοῖς βασκάνοις δ᾽ εἶναι ῥήγνυσθαι.

tt) Neque tamen eo functus videtur *Massonio* ad a. Chr. 165. nr. 9. qui nr. 10. sq. de *ἱερωσύνῃ Κοινῇ τῆς Ἀσίας*, et Asiarchis, h. e. iis, qui id munus obierunt, docte agit. *Harl.*

uu) Ἐξ Ἰταλίας ἀφικνοῦνται ἐπιστολαί μοι παρὰ τῶν βασιλέων, τοῦ τε αὐτοκράτορος αὐτοῦ καὶ τοῦ παιδὸς, ἄλλας τε εὐφημίας ἔχουσαι καὶ τὴν ἀτέλειαν ἐπισφραγιζόμεναι τὴν ἐπὶ τοῖς λόγοις. Vbi obserua, dici *βασιλέα* Commodum, tantummodo adhuc Caesarem, nondum Imperatorem. t. 1. p. 602. Immunitas illa perpetua fuit, vt patet ex pag. 604. *Fabr.* v. *Masson* ad a. Ch. 169. n. 5. sqq. et n. 4. ac n. 12. sqq. de Seuero atque munere Irenarchae. Factus quoque est Aristides Smyrnae Prytanis, et Seueri consiliarius. v. *Masson* l. c. nr. 14 et 15. *Harl.*

vv) Id. pag. 610.

Aelius Ariſtides M. Antonino, quem nona celebrauit oratione, ſuperſtes fuit, non item filio eius, Commodo, quo poſt patrem ſolo imperante obiit Smyrnae, (an alibi, incertum,) ſexagenarius ww), vel etiam, vt eſt apud Philoſtratum, ſeptuagenarius. Statuae eius, qualis in bibl. Vaticana cernitur, imago aere deſcripta ſedentis et ſenis admodum, exſtat in *Iac. Gronouii* Theſauro antiquitatum graecarum, volumine tertio. *Fabric.* Sed *Maſſon* §. I. nr. 2. propter formam litterarum et modum ſcribendi nomen, Ἀριϛίδης Σμυρνεως dubitat, id monimentum in omnibus ſuis partibus antiquum eſſe, ſincerumue, atque veram Ariſtidis noſtri effigiem exhibere. Adde *Ioſephi Bartholi* due diſſertazioni ſul Muſeo di Verona, e ſopra un' Iſcrizione di eſſo. Veronae 1745. Explicat is Inſcript. quam ab Aegypti ciuitatibus quibusdam Ariſtides retulit, idemque de ſtatua, a Smyrnenſibus illi poſita, et de ea, quae in bibliotheca Vaticana modo eſt, apte diſſerit. *Harl.*

V. *Scripta Ariſtidis edita.*

1. Εἰς Δία, ὕμνος ἄνευ μέτρȣ, oratio euchariſtica [in cod. Pariſ. MMDCCCCXCV. cum multis aliis oratt. vt ſaepe.] pulcherrima ac plena pietatis ad Iouem, ſcripta ex voto, quum ex magna tempeſtate ſeruatus fuiſſet. tom. I. pag. 1. (Gr. f. 97. lat. f. 1. *Iebb.* tom. I. pag. 1.)

2. Μαντευθοῖ Ἀθηνᾶ xx), In Mineruam diuinatricem, (quae τιμὰς παρ' ἀμφοτέρων βασιλέων, M. Antonino et Commodo yy) ipſi praedixerat p. 30.) oratio ex precibus et hymno mixta, qualem per ſomnium dicere ſibi viſus fuerat, tom. I. p. 16. (Gr. f. 70. Lat. f. 5.) Alius fuit hymnus in Mineruam, cuius prima verba ἵκεσθε Περγάμῳ νέοι, adfert Ariſtides oratione IV. ſacra tom. I. pag. 586. Quoniam vero in hac oratione, quum Deam celebraſſet, ſub extremum de ſe quaedam ſubiungit, eam ob rem a neſcio quo reprehenſus purgat ſe recteque ſeſe laudaſſe contendit infra orat. 50. profeſſus pag. 661. ſe Τῇ Θεῷ σὺν τῇ Θεῷ λόγον ποιῆσαι, et pag. 665. οὐχ ὅδ' ἄνευ Θεȣ τάδε μαίνεται, ἀλλὰ παρȣσης τῆς Ἀθηνᾶς.

3. Ἰσθμι-

ww) Quod probabilius videtur *Maſſon.* in fine collectan. hiſtor. nr. 8. ſicque, ait, Ariſtides obierit a. Chr. circ. CLXXXIX, (189) triennio ante Commodi necem. *Harl.*

xx) Hunc titulum reperio in edit. graeca Iuntina, licet in Graecolat. vocabulum Μαντευθοῖ ſit omiſſum. *Fabr.* In ed. Iebb. vbi incipit orat. a pag. 9. tom. I. inſcriptio Μαντευθοῖ Ἀθηνᾷ eſt reſtituta. At *Abreſch.* in notis ad hanc orat. in Miſcel. obſſ. crit. vol. V. p. 335. contra Fabric. diſputans, vocab. et ſcripturam, μαντευτοί, n. λόγοι, explicat. idem ſub Proc. Seuero, ab Ariſtide, ſuſpicatur, hanc orat. ſcriptam eſſe a. aet. 35. Exſtat haec in quinque codd. bibl. *Pariſ.* Atque propter codicum msstorum, qui ibi reperiuntur, multitudinem, breuitatis ſtudio, ne in notitia codd. nomina ſingularum oratt. repetere cogar, ſingularum codd. Pariſin. ſuo quoque loco paucis indicabo. In nonnullis autem voluminibus plures interdum reperiri orationes, haud rarum mirumque erit. Multi codd. adſcripta habent ſcholia; alia carent illis. *Harl.*

yy) *Maſſon* tamen ad a. Chr. 162. nr. 10. contra Fabricium monet docetque, tribus argumentis vſus, et hanc orat. in Mineruam, et alteram (nr. 4. citat.) in Bacchi laudes non ad aetatem M. Antonini et Commodi, ſiue ad a. Chr. 178. eſſe referendas, ſed pertinere ad Ariſtidis morbi initia annumque Ch. 161. atque an. Ariſtidis XXXII et XXXIII. atque potius deſignari M. Aurel. Antoninum et L. Verum, ſimul imperantes. Idem Maſſon. nr. 11. ſuſpicatur, aliam ab Ariſtide fuiſſe ſcriptam de Mineruа orationem, iſta apologia (nr. 49.) vindicatam, quae vel perierit, vel nusquam facta ſit publici iuris. *Harl.*

3. Ἰσθμικὸς εἰς Ποσειδῶνα, Iſthmica in Neptunum, oratio tom. I. p. 31. (Gr. f. 101. Lat. f. 10.) [Iebb. tom. I. pag. 17.] dicta in Iſthmiis, Neptuno ſacris zz), vnde Corinthum laudans pag. 40. ſeq. Graeciae vocat *ἀγορὰν καὶ κοινὴν πανήγυριν*, non *διὰ δυοῖν ἐτοῖν*, *tertio quoque*, vt fieri conſueuerat, anno, ſed ſemper et quotidie frequentandam, vrbemque Veneris, cui inter omnes vrbes palma pulcritudinis, non minus quam inter Deas Veneri olim tribuenda ſit. De Leucothea et Palaemone quoque ſubiungit nonnulla, felicitatem denique precatus *βασιλεῖ τε τῷ μεγάλῳ* [n. M. Aurel. Antonino,] *καὶ γένει ξύμπαντι τούτου, καὶ γένει τῷ τῶν Ἑλλήνων*. *Fabr.* Exſtat in tribus codd. Pariſ. *Harl.*

4. Διόνυσος a). In Bacchum oratio, quem laudare a Baccho in ſomnis iuſſus fuerat, tom. I. pag. 81. (Gr. f. 72. Lat. f. 16.) [Iebb. I. pag. 28]. Nonnulla huius orationis loca illuſtrat *Io. Triſtanus* in explicatione vaſis antiqui, quo Bacchi ſacrorum ſymbola adfabre ſculpta exhibentur, tom. II. Hiſtoriae Imperatorum e numis priſcis illuſtratae. Meminit Ariſtides [?] *ὕμνων τε καὶ λόγων* in Bacchum ab Orpheo, Muſaeo et antiquis legumlatoribus pridem compoſitorum. [Haec et ſq. in VII. codic. Pariſin.]

5. Ἡρακλῆς, Herculis laudes, quas in Apollinis veſtibulo dicere ſomnians ſibi viſus fuerat, tom. I. pag. 56. (Gr. f. 164. Lat. f. 17.) [Iebb. I. pag. 31.] Paeanis p. 64. memorati, cuius initium *ἰὴ παιὰν Ἥρακλες Ἀσκληπιέ*, mentio etiam orat. IV. ſacra tom. I. p. 587. Sed ille intercidit.

6. Λαλιὰ εἰς Ἀσκληπιόν. In Aeſculapium ſermo. tom. I. pag. 65. (Gr. f. 97. Lat. f. 20.) [Iebb. I. p. 36.] Beneficia ſingillatim ſibi ab Aeſculapio exhibita praedicat p. 68. ſeq. nec tantum valetudinem ab eo ſibi reſtitutam, ſed etiam ſuppeditatam orationum et carminum materiam et argumenta, ipſaque verba pag. 71. effectumque, vt in Imperatorum familiaritatem veniret, et in praeſentia eorum et Auguſtarum cum adplauſu et gratia diceret, pag. 72.

7. Ἀσκληπιάδαι, in Aſclepiadas Podalirium et Machaonem, quos laudare ab Aeſculapio per ſomnium iuſſus fuerat. *Fabr.* Coepit orationem dormiens habere, quam vigilans recitat. *Harl.*

Tom. I. pag. 73. (Gr. f. 71. Lat. 23.) [Iebb. I. pag. 41. in VII. codd. *Pariſin.*] Celebrat et Hippocratem p. 79. ex Aſclepiadarum poſteris inclutum, et ſorores illorum p. 82. Ἰασώ, Πανάκειαν, Αἴγλην et Ὑγίειαν. *Fabr.* Haec oratio videtur *Maſſon* ad a. Chr. 180. nr. 6. omnium poſtrema, et forte, poſtquam Commodus aliquot iam annis regnauerat, exarata fuiſſe. *Harl.*

8. Εἰς τὸν Σάραπιν, ad Sarapim, a quo ſeruatum e tempeſtate ſe memorat, oratio ſiue hymnus euchariſticus ex voto ſcriptus in Serapidis feſto, Alexandriae celebrato. [Hoc negat *Maſſon* §. VI. nr. 17.]

Tom. I.

zz) A. Chr. 175. Ariſtid. aet. 46 et 47. confer *Maſſon* ad illum a. Chr. *Harl.*

a) *Maſſon* ad a. Chr. 170. nr. 4. cenſet, ad illum annum aer. vulg. Ariſtid. aet. 41. 42. morbi eius XI. referendas eſſe orationes in Bacchum et duas ſequentes in Herculem atque in Aſclepiadas item orat. 18. in puteum et orat. 12. in Alexandrum. *Harl.*

Tom. I. pag. 48. (Gr. f. 99. Lat. f. 27.) [Iebb. I. pag. 47.] Negat poëtarum folorum effe, Diis hymnos facere, fed dignam hanc quoque et aptam fermoni (naturali maxime et antiquiffimo) effe materiam: plura etiam oracula a Diis metro foluta edi pag. 87. Τὰ δέ γε πλείω νὴ Δία χωρὶς μέτρε ἡ πρόμαντις αὐτὴ ἡ ἐν Δελφοῖς, αἱ ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι, Τροφώνιος, τὰ ἐξ Ἀσκληπιε̃ καὶ Σαράπιδος ὀνείρατα.

9. Εἰς βασιλέα, oratio de laudibus Marci Antonini, imp. dicta (Smyrnae vt opinor,) in ἱερομηνίᾳ. [in duobus codd. Parif.]

Tom. I. pag. 101. (Gr. f. 88. Lat. f. 33.) [Iebb. I. pag. 56.] Quum Antonini pietatem, iuftitiam, aequitatemque, temperantiam, fortitudinem, prudentiam et felicitatem celebraffet: addit votum, vt Commodum, filium, veftigiis parentis infiftere contigat. Σὲ δὲ, ὦ παῖ γενναῖε γενναίων, κατ' ἴχνος εἴη βαίνειν τε̃ πατρός. Τε̃το γὰρ ὧτγε ἐν βραχεῖ πλεῖςον εἰρήσθω. *Fabr.* Add. *Tillemont* hift. imperator. tom. II. part. II. pag. 608. fqq. Is cum Cantero, quem etiam fequutus eft Fabricius, arbitrabatur, in hac oratione laudari M. Aurel. Antoninum, philofophum: fecus fentit *Maffon* ad a. Chr. 160. aet. Ariftid. 31. 32. et a. 1. morbi, quo illo anno laborare coepiffe Ariftidem, commonftrat Maffon. Docet igitur, locis ex illa oratione multis adductis, laudes, quibus Ariftides ibidem imperatorem exornat, fpecialiter et vnice fere Antonino Pio congruere. Hinc orationem εἰς βασιλέα habitam effe cenfet extremis Antonini Pii temporibus, a. Chr. 160. *Harl.*

10. Ἀπελλα̃ γενεθλιακὸς, in natalem Apellae, Frontonis F. Apellae nepotis, ex Quadrati pofteris, nobiliffimi Pergamenorum, quem vna cum tota familia commendat Aefculapio. [In VII. codd. Parif.]

Tom. I. pag. 120. (Gr. f. 62. Lat. f. 38.) [Iebb. I. pag. 67.] *Maffon* ad a. 180. nr. 5. euincere ftudet, hanc orationem Pergami dictam effe ante a. Chr. 177. exitum, antequam Commodus menfe circit. Sextili *Auguftus* cum patre crearetur. *Harl.*

11. Εἰς Ἐτεωνέα ἐπικήδειος [b]), laudatio funebris in Eteoneum nobilem Cyzicenum, difcipulum fuum pag. 136. in flore aetatis defunctum, ad Cyzicenos. [In III. codd. Parif.]

Tom. I. pag. 133. (Gr. f. 86. Lat. 42.) [Iebb. I. pag. 75.] De fcolio in Harmodium ad quod pag. 141. adluditur, dixi fupra c. 22. §. 14. n. 4. [vol. V. pag. 560.]

12. Ἐπὶ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιτάφιος. Epiftola de obitu et laudibus Alexandri, Cotyaenfis, ἐν μυχῷ γήρως pag. 153.-157. fuper libris pag. 156. exftincti. Ad fenatum populumque Cotyaënfem: [in vno cod. Parif.]

Tom. I. pag. 142. (Gr. f. 86. Lat. f. 45.) [Iebb. I. pag. 80.] Hic eft *Alexander* ille ex Afclepiadae fchola grammaticus πολυμαθέςατος, quem περὶ παντοδαπη̃ς ὕλης libros 42. fcripfiffe Stephanus Byz. teftatur, vbi de Cotiaeo, Phrygiae ciuitate, Alexandri huius patria, differit. Ariftides vero illum pag. 143. 159. nutricium, praeceptorem, (adde tom. I. pag. 489.) patrem atque amicum fuum adpellat, pag. 148. eius fcholam, p. 146. 149. 152. eius artem laudat, et pag. 145. feq. 158, celebrat tamquam communem quemdam praeceptorem

b) Haec oratio et or. f. lamentatio in Smyrnam, terrae motu concuffam, eft in *Io. Patufae* encyclopaedia philolog. vol. III. p. 389 et 393. *Harl.*

rem Graeciae, communeque eruditionis ταμιεῖον et promptuarium, et qui omnes disciplinas calluisset, atque aliis docuisset sine inuidia. Libris, quos emendauit, nomen semper Alexandri Κοτυαέως adscripsisse, testatur pag. 151. At Ὁμηρικὴν συγγραφὴν pag. 153. potius de Homeri ipsius poëmatis intellexerim, quam cum erudito interprete de Homericis Alexandri commentariis. Rogat denique in hac epistola Aristides Senatum populumque Cotyaënsem pag. 158. seq. vt vxoris et liberorum Alexandri rationem habere, eosque alere de publico velint. Dolens ipsum morte praereptum, vnde scripta, quae Aristides sua ipsi recognoscenda tradere volebat, ἀναγράψαι siue recensere non potuerit, pag. 159. Citatur hic Alexander ὁ Κοτυαεὺς plus simplici vice a Porphyrio in quaestionibus Homericis, ab auctore Etymologici M. et ab Eustathio ad Iliad. λ. pag. 803. Cum hoc Alexandro, Cotyaensi, antiquiorem *Alexandrum Cornelium*, polyhistorem, patria Milesium, qui Syllae temporibus vixit, perperam confundunt viri docti, vt Abraham Berkelius ad Stephanum, et, quod miror, *Ionsius* II. 16. *Fabr.* Conf. supra in vol. I. pag. 503. nr. V. *Burette* in Mem. de l'Acad. Par. des I. et B. L. tom. X. pag. 253. qui iure sequitur Fabricium; in primis *Masson* §. V. nr. 3. sqq. vbi quoque notionem artemque τεχνικὴν, ἐξηγητικὴν et κριτικὴν Grammatici antiqui, adeoque Alexandri explicat, et memorat duplicem orthographiam voc. vrbis, num Κοτυάειον, quod voluit ex codd. et vett. edition. Cellarius, an, quod post Holstenium et Berkelium ex nummis probare et defendere sustinuit Masson, Κοτιάειον, sit scribendum. *Harl.*

13. Παναθηναϊκὸς, Panathenaica oratio, Isocratis [c]) imitatione composita [P], in qua luculenta Athenarum velut totius Graeciae πρυτανείου pag. 312. laus, petito praecipue argumento ex iis, quae de illis Theopompus, Xenophon, Thucydides et Herodotus tradiderant, et quae ante tempora ab his descripta contigerunt. Tom. I. pag. 160. (Gr. f. 4. Lat. f. 51.) [Iebb. I. pag. 91. cum scholiis graecis ad magnam orationis partem f. vsque ad pag. 104. *Masson* ad a. Chr. 180. n. 4. suspicatur, illam orat. habitam fuisse circ. a. C. 175.] Hanc eximiam orationem, ex qua excerpta apud *Photium* Cod. CCXLVI. Aldus graece edidit ad calcem Isocratis sui Venet. 1513. fol. praemissa veteris scriptoris graeci ὑποθέσει siue argumento, quod varia nos docet, quae alibi frustra quaeras, et ex quo, licet non nominato, pleraque hausit doctissimus Canterus in sua ad Aristidem praefatione. Ilius argumenti pars tantummodo exstat in editione graeca Aristidis Florentina, sed in latina et graecolatina plane est omissum [d]). Recudi itaque curauit graece *Laur. Normannus* ad calcem Orationis Aristidis in inepte exsultantes sophistas Vpsal. 1688. 8. Auctor nec ineruditus nec inelegans vocatur ab *Allatio* de patria Homeri cap. 12. *Lambecius* autem et *Nesselius*, qui eam repererunt in Codice Caesareo, [et Iebb] tribuunt *Sopatro*, sophistae Apameensi, sed non innuunt, ex Codicis MS. fide se hoc facere. Itaque adhuc licebit dubitare, num auctor sit Sopater ille, Iamblichi discipulus [e]). Scholiasten MS. graecum in Panathe-

c) *Tzetzes* Chil. XI. v. 662. de Isocrate:

καὶ τὸν εἰς Παναθήναια τὸν μέγιστον τῶν λόγων,
Ὅνπερ τὸν νῦν ἐσύλησεν ὅλον ὁ Ἀριστείδης.

d) [Iebb. in tom. I. in fine elegiorum dedit *Sopatri*, Apameensis, prolegomena in Aristidem, e cod. Bodlei. in integrum ferme, vt ait, restituta. Haud longe ab initio, f. columna VI. agitur de hac panathenaica oratione atque Isocratis imitatione, et quae Aristides ab Isocrate mutua sumsisset. *Harl.*

e) Sed v. supra ... Fabr. ad §. IV. et infra ad orat. 46. *Harl.*

Panathenaicum Ariſtidis laudat *Fuluius Vrſinus* ad Simonidis fragmenta pag. 331. In illo argumento [column. III. ed. Iebb.] inter alia legas, Ariſtidem, quum Panathenaicum Athenis dicere vellet, prohibitum fuiſſe ex inuidia ab Herode Attico, cuius tum magna erat auctoritas, quod et gratia valeret apud imper. M. Antoninum, et oratorio throno apud Athenienſes praeſideret, itaque dolo contra inuidiam vſum aliam quamdam Panathenaicam exilem et ineptam Herodi tamquam recitandam obtuliſſe, atque eo pacto veniam dicendi conſequutum, praeſtantiſſimam hanc cum ſumma laude pronunciaſſe. Iſtam, addita Canteri verſione, H. Stephanus quoque eximiae ſuae Iſocratis editioni adiunxit A. 1593. fol. Areopagitici iudicii laus occurrit tom. I. pag. 185. ſeq. [In tredecim codd. Pariſ. exſtat. Quibusdam, num. MMDCCCCXLVIII. MMDCCCCXLIX. MMDCCCCLI. MMDCCCCLIII. aliisque modo plura adiecta ſunt ſcholia, modo pauciora.]

14. Εἰς Ῥώμην. Laus vrbis et imperii romani diſertiſſima, dicta Romae ex voto, cum ex itinere incolumis euaſiſſet.

Tom. I. pag. 344. (Gr. f. 79. Lat. p. 108.) [Iebb. I. p. 197. in quinque codd. Pariſin.] Graece hanc quoque orationem Aldus Iſocrati ſubiecerat, Venet. 1513. fol. f)] et cum Canteri verſione *H. Stephanus* A. 1593. fol. Latine vertit ante Canterum [P] *Scipio Carteromachus* Florent. 1519. 8. g)). Collatione praecipue perſici et graeci imperii Ariſtides oſtendit, romano nihil vmquam par fuiſſe, nihil ſecundum: et in extrema oratione p. 398. imperatorem praeſentem (M. Antoninum), ait, tantum praeſtare aliis ante ipſum imperatoribus, et parente (Antonino Pio,) quantum ceteros ille anteeat: et habere imperii κοινωνοὺς οἰκείους παῖδας ὁμοίους ἑαυτῷ, πλείους ἢ τῶν πρὸ αὐτοῦ τις, quibus verbis ad Verum, generum, et filium, Commodum, reſpicit. *Fabr.* *Maſſon* ad a. Chr. 160. aet. Ariſtidis XXXI. XXXII. morbi I. et Anton. Pii XXII. XXIII. §. 5 et 6. primum exiſtimat, Ariſtidem illo anno Romae ad Iulium ſaltem medium degiſſe, neque tamen vtut nolit prorſus autumare, propter morbi acerbitatem, illum tum temporis orationem εἰς Ῥώμην dixiſſe; id minus veriſimile eſſe cenſet, aut ſaltem eam ab ipſo ante profectionem fuiſſe excogitatam paratamque, vt Romae diceretur, atque poſtea expolitam atque ornatam, nec non editam fuiſſe, quaſi reapſe fuiſſet in vrbe et publice perorata. Dein pluribus argumentis it demonſtratum, imperatorem tum regnantem ſic laudari, vt ſolus *Antoninus Pius* ſit euidenter intelligendus; filios enim, quos imperator, qui tum vnus ſolusque regnabat, imperii quodammodo participes habuiſſe dicitur, fuiſſe *M. Aurelium* ac *L. Verum*, quos Antoninus Pius iam adoptaſſet, ipſo adoptato ab Hadriano: tum *Marcum Aurelium* numquam plures habuiſſe filios ſimul cum ipſo imperii conſortes; talem quidem, ſed ſolum, dici potuiſſe *Commodum* ab a. Chr. 175-177. quo *Auguſtus* creatus reuera cum patre regnauit: at enim iſti biennio haud poſſe adſcribi orationem, vt quae ſcripta, dum (pag. 378. 393.) pax vbique floreret; quum contra per totum M. Aurelii imperium tot tantaque bella ſaeuirent, vt vix vno alteroque

 anno

f) Exemplo, in bibl. Leidenſi quod ſeruatur, notas adſcripſit vir doctus, v. Catal. illius bibl. pag. 245. add. *Maittaire* A. tom. II. p. 808. et ſupra in vol. II. pag. 795. vbi altera quoque edit. Aldina, a. 1534. fol. memoratur. In Thottii quidem cat. tom. IV. p. 14. Ariſtidem ineſſe, traditur, eius tamen nomen omittitur in Serie dell' ediz. Ald. pag. 67. *Harl.*

g) In Iuntina edit. ſcriptorum hiſtoriae Auguſtae, conf. *Bandini* ann. Iuntar. typogr. II. p. 130. ſeq. *Harl.*

anno pax esset; illis praeterea temporibus *Antoninum Pium*, non, *M. Aurelium*, dici potuisse, plures simul habuisse liberos, quam vllum maiorum: et quae sunt reliqua, vberius exposita a Massonio. *Harl.*

15. Σμυρναϊκὸς πολιτικὸς in laudem Smyrnae oratio. [in cod. vno Paris.]

Tom. I. pag. 400. (Gr. pag. 69. Lat. pag. 126.) [Iebb. I. p. 229.] Coram impp. Antonino et Commodo, habita est circa A. C. 179. [vel potius circa a. 176] vide tom. II. p. 376. quanquam pag. 402 et 411. vnum tantum adloquitur. *Fabr.* v. Masson. ad a. Chr. 176. qui quidem haud conatur definire, vtrum oratio reapse fuerit coram imp. M. Aurelio, dicta, nec ne; quamuis constet, illum imp. fuisse Smyrnae, et Aristidem coram illo publice dixisse. *Harl.*

16. Πανηγυρικὸς ἐν Κυζίκῳ περὶ τοῦ ναοῦ, Panegyricus extemporalis in laudem Cyzici, vrbis, iubente per somnium Aesculapio, (vt ipse refert pag. 412. et Orat. quinta sacra tom. I. p. 623. seq.) dictus in dedicatione magnifici templi Cyziceni. [Est in VIII. codd. Paris.]

Tom. I. pag. 412. Gr. f. 60. Lat. f. 130.) [Iebb. I. pag. 236.] Obiter pag. 423. seq. laudat M. Antoninum, quod imperii consortem ac participem fratrem, Verum, (A. C. 161) adsciuerit, ὦ θαυμαστοῦ τοῦ μηδὲν δεομένου βασιλεύειν εἰ μὴ σὺν τῷ ἀδελφῷ. p. 424. De itinere suo Cyziceno vide, si placet, quae tradit Aristides tom. I. orat. V. sacra pag. 634. seq. *Fabr.* Anno Chr. 167. fuisse hanc orationem habitam in primo Aristidis itinere Cyziceno, copiose docet *Masson* ad a. Chr. 167. nr. 3. sqq. et de vrbe, templo, festoque, agit vberrime. De altero itinere Cyziceno, et de certaminibus quinquennalibus, Cyzici celebratis, quae ibidem etiam Olympia sint vocata, multus est *Masson* ad a. Chr. 171. *Harl.*

17. Εἰς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος in laudem Aegaei maris oratio, quam, quum ex Italia per illud domum reuersus esset, composuit.

Tom. I. pag. 432. (Gr. f. 99. Lat. f. 137.) Iebb. I. pag. 247. in quatuor codd. Paris.]

18. Εἰς τὸ Φρέαρ τοῦ Ἀσκληπιοῦ, Laus putei sacri Pergameni in templo Aesculapii: [habita est or. a. Chr. 170. v. *Masson* ad h. a. nr. 4.]

Tom. I. pag. 440. (Gr. f. 64. Lat. f. 139.) [Iebb. I. pag. 252. in duobus codd. Paris.] Inter alia refert, huius putei aquam coecis visum, mutis sermonis vsum restituisse, et aliis grauissimis malis homines leuasse pag. 446. Πολλοὶ μὲν γὰρ τούτῳ λουσάμενοι ὀφθαλμοὺς ἐκομίσαντο, πολλοὶ δὲ πιόντες στέρνον ἰάθησαν, καὶ τὸ ἀναγκαῖον πνεῦμα ἀπέλαβον. τῶν δὲ πόδας ἐξωρθώσε, τῶν δὲ ἄλλο τι. Ἤδη δέ τις πιὼν, ἐξ ἀφώνου φωνὴν ἀφῆκεν, ὥσπερ οἱ ἀπορρήτων ὑδάτων πιόντες μαντικοὶ γινόμενοι. Τοῖς δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ἀρύεσθαι ἀντ᾽ ἄλλης σωτηρίας καθέστηκε.

19. Ἐλευσίνιος, Querela de templo Cereris in Eleusine incenso atque exusto.

Tom. I. pag. 448. (Gr. f. 68. Lat. f. 142.) Iebb. I. pag. 256. In V. codd. Paris.]

20. Μονῳδία ἐπὶ Σμύρνῃ, Deploratio Smyrnae, terrae motu A. C. 178. obrutae. *Fabr.* v. *Masson* ad h. ann. *Harl.*

Tom. I.

Tom. I. pag. 455. (Gr. f. 64. Lat. f. 144.) Iebb. I. pag. 260. Exſtat in XI. codd. bibl. Pariſ.] Ariſtides ipſe Aeſculapii monitu illo tempore vrbe exceſſerat, vt ſcribit tom. I. pag. 462. 562. et tom. II. pag. 292. De illo terrae motu confer, ſi placet, *Tillemontii* Hiſt. Imperatorum tom. II. p. 686. ſeq. Hoc porro loco ſequi debebat, quae infra num. 41. exſtat Ariſtidis epiſtola ad Imperatores pro Smyrna inſtauranda, et cuius meminit tom. I. pag. 461. 473. *Fabr.* Hoc et duo ſequentia opuſcula *Henr. Stephanus* recepit in collectionem, inſcriptam: *Epiſtolia, dialogi breues, oratiunculae, poematia, ex variis vtriusque linguae ſcriptor.* 1577. 8. *Harl.*

21 Παλινῳδία ἐπὶ Σμύρνῃ καὶ τῷ ταύτης ἀνοικισμῷ, epiſtola ad Graecos, qua reſtaurationem Smyrnae gratulatur. Tom. I. pag. 460. (Gr. f. 66. Lat. 146.) [Iebb. I. pag. 263. et *Maſſon* ad a. Chr. 179. Eſt in octo codd. Pariſ.]

22. Προσφωνητικὸς Σμυρναϊκός. Gratulatio de Smyrna poſt terrae motum inſigniter reſtaurata.

Tom. I. pag. 42. (Gr. f. 67. Lat. f. 150.) [Iebb. I. pag. 269.] Scripta ad Commodum, imp. abſentem, M. Antonino iam defuncto [h]), vnde pag. 473. Τὰ μὲν οὖν παλαιὰ μέμικται κατὰ τὴν πρώτην ἀκέσεως ἀρχὴν, ἣν τῷ Πατρὶ συνῆρξες etc. Hanc quoque p. 478. παλινῳδίαν vocat, τοιαύτη τις ἡμῖν, inquit: τῆς τύχης ἡ περὶ τὴν πόλιν γέγονε παλινῳδία. Quod porro ad Smyrnae laudem inter alia memorat [i]), Homerum ex ea ortum, (confer *Allatium* de patria Homeri cap. 12.) in eius partem laudis venit et ipſe Ariſtides, a Smyrnaeis donatus ciuitate, atque adeo illi, velut patriae, futurus ornamento, vnde *Aeneas Gazaeus* epiſt. 18. ἔστω Σμυρναῖος Ὅμηρος, Ἀριστείδης κοινωνείτω τῆς φιλοτιμίας. Et Epigramma Vetus:

> Νῖκος Ἀριστείδης Ἰάδων κατέπαυσε πολῆων
> Τὸ πρὶν Ὁμηρείης ἄχον ὑπὲρ γενεῆς,
> Φασὶ γὰρ πᾶσαι, Σμύρνη τέκε θεῖον Ὅμηρον,
> Ἣ καὶ Ἀριστείδην ῥήτορα γειναμένη. *Fabr.*

Gottl. Wernsdof in nota msta ita reddidit verſibus lat.

> *Finit Ariſtides certamen, quod prius inter*
> *Vrbes de patria Maeonide fuerat:*
> *Conſpirant cunctae; produxit Smyrna poetam,*
> *Haec et Ariſtidem rhetora progenuit.* *Harl.*

23. Ἱερῶν λόγων ſacrorum ſermonum [k]) primus tom. I. pag. 479. (Gr. 167. Lat. 154.) [Iebb. I. pag. 273.]

24. Secundus tom. I. pag. 511. (Gr. f. 170. Lat. f. 164.) [Iebb. I. pag. 291.]

25. Tertius tom. I. pag. 546. (Gr. f. 174. Lat. f. 175.) [Iebb. I. pag. 309.]

 26. Quar-

h) A. Chr. 180. quo anno etiam exarata eſſe videtur haec epiſtola, iudice *Maſſon.* ad illum et ad a. 176. *Harl.*

i) In quinque codd. bibl. Pariſ. exſtant oratt. ſacrae. *Harl.*

k) Hic eſt: Σμυρναῖος ποιητὴς tom. II. p. 306.

26. Quartus tom. I. pag. 568. [l]) (Gr. f. 176. Lat. f. 183.) [Iebb. I. pag. 321.]

28. Quintus tom. I. p. 617. (Gr. f. 180. Lat. f. 199.) [Iebb. I. p. 347.]

28. Sextus ſiue ſexti fragmentum tom. I. pag. 646. (Gr. f. 183. Lat. f. 208.) [Iebb. I. pag. 362.] Hunc enim poſtremum ex ſacris ſermonibus inexſpectato [P] correptus morbo morteque, perficere Ariſtides non potuit. [conf. *Maſſon* ad a. Chr. 171. nr. 1.] Graecum ſcholion ad Ptolemaei Harmonica III. 14. ὁποῖον καὶ Ἀριστείδης ὁ Ῥήτωρ ἐπεπόνθει· τὸν γὰρ τελευταῖον τῶν ἱερῶν λόγων αὐτοῦ τελειῶσαι οὐκ ἔφθασεν οὗ ἐκεῖνος, ἐτελεύτησεν γὰρ πρότερον, νόσῳ χρησάμενος ἀπροσδοκήτῳ. Inſcripſit autem *ſacros* hos ſermones, quia praecipue continent narrationem de ratione, qua ante multos annos, (vide orat. 3. ſacram tom. I. pag. 565) per varia ſomnia curam Ariſtidis geſſerint Dii, inprimis Aeſculapius, in morbo decem [rectius tredecim] annorum. (Orat 4. ſacra tom. I. pag. 568.) Quamquam et itinerum ſuorum hiſtoriam et alia de ſe in iisdem auctor perſtringit, vnde Philoſtratus ἱερὰ iſthaec βιβλία, ait, eſſe quasdam veluti ephemerides de Ariſtidis vita, lib. 2. Vit. Sophiſtar. c. 9. n. 1. Meminit Ariſtides ipſe Orat. in Aeſculapium t. I. p. 67. 71. Saluius, conſul, qui memoratur Orat. 2. p. 515. faſces geſſit A. C. 175. Anno 15. M. Aurelii, imp. [m]). Dicuntur itaque hi libri λόγοι ἱεροὶ, quod ſermones cum Deo contineant, vt docet t. 3. p. 670.

29. Περὶ τοῦ πέμπειν βοήθειαν τοῖς ἐν Σικελίᾳ, Suaſoria ad Athenienſes pro auxiliis nouis, Niciae mittendis [n]), quum Syracuſas in Sicilia obſideret, Olymp. XCI. 3. et non reuocanda claſſe.

Tom. II. pag. 1. (Gr. f. 36. Lat. f. 209.) [Iebb. I. pag. 363.] Huius orationis ſuae praecipua argumenta repetit Ariſtides, analyſeos exemplum quoddam traditurus lib. de dictione ciuili pag. 314. ſeq. [Exſtat in VIII. codd. Pariſ.]

30. Εἰς τὸ ἐναντίον, Σικελικὸς β'. Suaſoria de auxiliis Niciae miſſis iterum reuocandis.

Tom. II. pag. 27. (Gr. f. 38. Lat. f. 217.) [Iebb. I. p. 376. In VII. codd. Pariſ.] Hae duae orationes apud *Philoſtratum* pag. 584. inſcribuntur, οἱ βουλευόμενοι οἱ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ, atque referuntur inter eas, e quibus inprimis, quantus fuerit orator Ariſtides, adpareat. Illas perditis male accenſuit praeſtantiſſimus Canterus, vt a viris eruditis, *Laur. Normanno* ad orat. in inepte exulantes ſophiſtas, et *Godfrido Oleario* ad Philoſtrati vitas ſophiſtarum pulcre obſeruatum.

31. Ὑπὲρ

l) De Ariſtidis hymno in Apollinem, Romae iam a. Chr. 160. compoſito, et in hoc quarto ſermone pag. 582. memorato v. Maſſon ad a. Ch. 160. nr. 4. *Harl.*

m) Sed *Maſſon* ad a. 161. dubitat, *Iulianum*, conſulem, a. 175. eſſe cum Onuphrio Panuinio dicendum *Saluium Iulianum*, Iuliani imper. auunculum; neque cenſet, verba graeca in orat. II. vbi iſte de Saluio locus eſt, Σαλβίου τοῦ νῦν ὑπάτου, neceſſario deſignare praeſens tempus, quum particula νῦν interdum pro *nuper*, atque *olim* vel *ante* vſurpatur: contra ex Ariſtidis loco poſſe tantum colligi, exiſtimat, *Saluium* (quocumque tandem cognomine vocatus ſit,) *conſularem* virum iam tum fuiſſe, quum Pergami degeret, Ariſtide illuc a. Chr. 161. veniente. *Harl.*

n) Confer *Thucydidem* VII, 8. ſeq.

31. Ὑπὲρ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης, ad Athenienses pro pace Lacedaemoniis concedenda post cladem ad Pylum o), Spartanorum classi et exercitui illatam Olymp. LXXXVIII. 3.

Tom. II. pag. 56. (Gr. f. 41. Lat. f. 226.) [Iebb. I. pag. 391. In quatuor codd. Paris.]

[P] 32. Ὑπὲρ τῆς πρὸς Ἀθηναίους εἰρήνης, ad Lacedaemonios pro pace Atheniensibus concedenda, neque euertendis ex Thebanorum ac Corinthiorum sententia Athenis p), quum a Lacedaemoniis duce Lysandro deuictae essent Olymp. XCIV. 1.

Tom. II. pag. 72. (Gr. f. 43. Lat. f. 231.) [Iebb. I. pag. 399. Exstat in V. codd. Paris.]

33. Λευκτρικὸς ὑπὲρ Λακεδαιμονίων, α΄. Suasoria ad Athenienses pro iuuandis Lacedaemoniis, postquam in Leuctrica pugna a Thebanis Olymp. CII. 2. grauiter victi fuissent.

Tom. II. pag. 85. (Gr. f. 22. Lat. f. 236.) [Iebb. I. pag. 406.] Confer *Xenophontem* libro VI. rerum Graecarum pag. 609.

34. Λευκτρικὸς ὑπὲρ Θηβαίων, α΄. Ad eosdem Athenienses pro iuuandis post Leuctricam pugnam Thebanis ad Lacedaemonios funditus delendos. [*Leuctricae* sunt in decem codd. Paris.]

Tom. II. pag. 123. (Gr. f. 26. Lat. f. 248.) [Iebb. I. pag. 427.]

35. Λευκτρικὸς ὑπὲρ Λακεδαιμονίων, β΄. Suasoria altera pro Lacedaemoniis iuuandis.

Tom. II. pag. 164. (Gr. f. 30. Lat. f. 260.) [Iebb. I. pag. 448.]

36. Λευκτρικὸς ὑπὲρ Θηβαίων, β΄. Suasoria altera pro iuuandis Thebanis.

Tom. II. pag. 182. (Gr. f. 32. Lat. f. 266.) [Iebb. I. pag. 457.]

37. Λευκτρικὸς ε΄, ὑπὲρ τοῦ μηδετέροις βοηθεῖν, nec Lacedaemoniis nec Thebanis auxilia mittenda esse.

Tom. II. pag. 199. (Gr. f. 33. Lat. 272.) [Iebb. I. pag. 465.] Auctor antiquus ὑποθέσεως in has quinque orationes, admirationi eas fuisse testatur, θαυμάζονται δὲ πάνυ ἐπί τε τῇ δεινότητι καὶ τοῖς ἐπιχειρήμασιν.

38. Φιλίππου ὁδὸν αἰτοῦντος παρὰ Θηβαίων ἐπ' Ἀθηναίους, ἥκουσιν Ἀθηναῖοι ἑκόντες ἑαυτοὺς εἰς συμμαχίαν διδόντες. Philippo, Olymp. CX. 3. per Boeotiam q) transitum in Atticam petenti Athenienses Thebanis suadent belli societatem secum inire, et auxilia ad Philippum repellendum offerunt.

Tom. II. pag. 220. (Gr. f. 44. Lat. f. 279.) [Iebb. I. pag. 477.]

39. Πρὸς Θηβαίους περὶ τῆς συμμαχίας, ad belli societatem a Thebanis cum Atheniensibus aduersus Philippum, regem, ineundam, suasoria altera.

Tom. II. pag. 247. (Gr. f. 47. Lat. f. 287.) [Iebb. I. pag. 490.]

40. Συμ-

o) Vide eundem IV. 15. seq.

p) Vide *Xenophontem* lib. 2. rerum graecarum, pag. 460. seq.

q) *Diodor. Sic.* lib. XVI. p. 475.

40. Συμβουλευτικὸς περὶ τοῦ μὴ δεῖν κωμῳδεῖν. Ad Smyrnenses suasoria de [☞] comoediis abrogandis, quarum maledicta et in verbis ac gestibus turpitudinem bonis moribus (iuuenum praecipue) ac pietati et sanae menti inimicam grauiter perstringit. *Fabr.*

Tom. II. pag. 274. (Gr. f. 84. Lat. f. 296.) [Iebb. I. pag. 504. in quinque codd. Paris.] Haec oratio separatim etiam lucem vidit graece et latine Lugd. 8. *non decere in festis Deorum, conuitiis vel infamibus comoediis vti. Oratt. duae;* ne quis publice comoedia quenquam perstringat, et de puteo Aesculapii; latine; *Arnoldo Ferrono* interprete. Lugduni apud Ioan. Tornaesium 1557. 8. *Harl.*

41. Ἐπιστολὴ περὶ Σμύρνης, Epistola, de Smyrna, terrae motu euersa, ad imperatores, Marcum Antoninum et Commodum scripta A. C. 178. Αὐτοκράτορι Καίσαρι Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ Σεβαστῷ, καὶ Αὐτοκράτορι Καίσαρι Αὐρηλίῳ Κομόδῳ Σεβαστῷ, Αἴλιος Ἀριστείδης χαίρειν. *Fabr.* conf. *Masson* ad a. Chr. 178. nr. 4. Exstat in VIII. codd. Paris. *Harl.*

Tom. II. p. 289. (Gr. f. 65. Lat. f. 301.) [Iebb. I. pag. 512.] Haec reponi debebat supra post num. 20. Ceterum imperatorem, Antoninum, vsque adeo permouit, vt lacrimas continere non potuerit, et instaurationem Smyrnae serio cogitarit curaritque. Vide *Philostratum* f. 582. edit. Lips. et auctorem ὑποθέσεως in Panathenaicum.

42. Περὶ ὁμονοίας ταῖς πόλεσιν. Suasoria ad ciuitates Asiae, Pergamum, Smyrnam, Ephesumque, vt concordiam colant, nec de primatu inter se contendendo, mutuum sibi adferant exitium exemplo Athenarum et Lacedaemonis, quae, donec concordes fuere, Persas valuerunt profligare, summaque auctoritate, opibus ac felicitate vsae sunt, simulac vero inter se et cum Thebanis contendere coeperunt de principatu, sibi et Graeciae seruitutem contraxere. Praecipue pag. 329. monet, contentionem esse de mera vmbra, quum omnes tamen subsint Romanis, et imperator ipse, M. Antoninus, pag. 335. per edictum concordiam illis commendauerit. Exempli quoque loco illis pag. 337. proponit τοὺς πάντα ἀρίστους βασιλεῖς M. Antoninum et Verum, summa concordia tam vastum moderantes imperium. *Fabr.* conf. *Masson* ad a. Chr. 170. nr. 3. *Harl.*

Tom. II. pag. 297. (Gr. f. 160. Lat. f. 304.) [Iebb. I. p. 517. In septem codd. Paris.]

Confer gemini argumenti *Dionis Chrysostomi* Orationes XXXVIII — XLI. et *Philostratum* vita Polemonis, sophistae c. 2. pag. 531. *Fabr.* A *Carolo Valgulio*, Brixiano, latine versa est absque vlla nota, saec. XVI. 4. (v. Pinelli catal. II. pag. 171. seq.) nec non cum Dione de concordia in collectione: *Ciomedis,* (sic, pro *Cleomedis*) de contemplatione vrbium excelsarum disputatio: *Aristidis* et *Dionis* de concordia *orationes. Plutarchi* praecepta connubialia, eiusdemque de virtutibus morum. In calce: *Brixiae* per Bernardin. misintam etc. (1497.) MCCCCLXXXXVII. 4. v. *Audiffred* Specim. edd. italic. saec. XV. p. 181. sq. *Harl.*

43. Ῥοδιακὸς ad Rhodios post Rhodum terrae motu grauissime adflictam ac tantum non deletam (vide pag. 345. 366.) pro vrbe restauranda. [v. *Masson* §. VI. nr. 9. et 10. sqq. qui suspicatur, illam calamitatem intra a. Chr. 153. ac 159. accidisse. *Harl.*]

T. II. p. 340. (Gr. f. 75. Lat. f. 317.) [Iebb. I. p. 539. In cod. MMDCCCCXCV. Paris.] Perquam disertam haec oratio continet descriptionem vrbis, quam pulchra ante cladem illam fuerit, ac pag. 349. seq. elegantem et graphicam hypotyposin euersionis, per terrae motum

motum factae. In imperatoris (Antonini Pii) gratia magnam ſpem ſe habere repoſitam innuit p. 368. quemadmodum et Iulii Capitolini et Pauſaniae teſtimoniis conſtat ab Antonino Pio iterum inſtauratam eſſe. Vide *Meurſii* Rhodum lib. 2. c. 14.

44. Ῥοδίοις περὶ ὁμονοίας. Ad Rhodios libellus ſiue oratio ab abſente transmiſſa, qua ad omittenda diſſidia, iram inuidiamque deponendam, et colendam concordiam eos grauiter hortatur.

Tom. II. pag. 374-402. (Gr. f. 73. Lat. p. 328.) [Iebb. I. pag. 557. conf. *Maſſon.* ad a. Chr. 170. nr. 2.]

45. Πρὸς Πλάτωνα περὶ Ῥητορικῆς, λόγος ά. Contra Platonis Gorgiam pro Rhetorica, oratio prima.

Tom. III. pag. 1. (Gr. f. 106. Lat. f. 345.] [Iebb. II. pag. 1. In XI. codd. Pariſ.]

46. Πρὸς Πλάτωνα περὶ Ῥητορικῆς, λόγος β'. aduerſus Platonem, quem pag. 192. τῶν Ῥητόρων πατέρα καὶ διδάσκαλον adpellat, pro Rhetorica oratio poſterior.

Tom. III. pag. 130. [Iebb. II. pag. 77.] a verbis; ἐπεὶ δὲ καὶ Μιλτιάδε etc. (Gr. f. 118. Lat. f. 375.) Hanc diſtinctionem in duas orationes, quam reiicit Canterus, [atque cum eo ac Neſſelio in cat. bibl. Vindob. pag. 72. Iebbius] teſtimonio ſuo diſerte comprobat *Ariſtides* ipſe pag. 183. et *Photius* pag. 680. qui ex quatuor hiſce Platonicis Ariſtidis orationibus ampla excerpta refert Cod. CCXLVII. tum cod. [Matrit. Venet. Coiſſius et] Caeſareus teſte Lambecio et Neſſelio r). In editione graeca Ariſtidis Florentina his orationibus praemittuntur antiqui ſcriptoris Graeci ὑποθέσεις ſiue argumenta, quae in editione latina et graeco-latina deſiderantur. In illis Syneſii, Theonis et ſophiſtae alterius Athenienſis mentio. Itaque auctor non poteſt eſſe *Sopater*, *Apameenſis*, Iamblichi diſcipulus, vti Lambecio et Neſſelio perſuaſum. *Fabr.* Alius autem Sopater, a Sopatro, Apameenſi, diverſus, eſſe potuit, v. *Kollar.* l. c. not. 13. col. 20. *Harl.*

47. Πλατωνικὸς γ', πρὸς Καπίτωνα, ad Capitonem Platoni addictiorem oratio Platonica tertia, qua iniuriam ſe Platoni feciſſe vel eum tractaſſe non ſatis reuerenter, aut indignius reprehendiſſe negat variaque colligit, quibus Platonem Pericli, Homero et aliis magnis viris ſine cauſa inſultaſſe oſtendit.

Tom. III. pag. 524. (Gr. f. 124. Lat. f. 509.) [Iebb. II. pag. 315. cum ſchol. gr.]

48. Πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ τῶν τεττάρων s), pro quatuoruiris, Pericle t), [ꝑ] Cimone, Miltiade et Themiſtocle, aduerſus illa, quae in eodem Gorgia de illis diſſerit Plato. [In decem codd. Pariſ.]

Tom. III.

r) Vide cod. Vindob. IV. apud Lambec. t. VII. col. 18. ſeq. vbi *Kollarius* adſentitur Fabricio. Atque ſecundae orationi non ſolum in cod. Vindob. titulus praefigitur; Ἀριστείδου ῥήτορος ὑπὲρ ῥητορικῆς λόγος β'. ſed etiam in edit. Iebbii, qui pariter non diſtinguit, pag. 79. tom. II. ſcholiis graecis contextui vtriusque orationis ibi ſubiectis praemittitur inſcriptio: σχόλια εἰς τὸν τοῦ Ἀριστείδου δεύτερον λόγον ὑπὲρ ῥητορικῆς καὶ ὑπὲρ τῶν ῥητόρων. Ὁ μὲν πρῶτος λόγος ὑπὲρ ῥητορικῆς μόνον ἦν. οὗτος δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν ῥητόρων. *Harl.*

s) Adde tom. III. pag. 130. ſeq. 139. ſeq. *Fabr.* Hinc orationem citat Aphthonius p. 37. *Heum.*

t) Adde de Pericle tom. III. pag. 539. ſeq.

Tom. III. pag. 193. (Gr. f. 127. Lat. pag. 405.) [Iebb. II. pag. 116. cum fcholiis graecis, cum infcriptione: *πρῶτος ὑπὲρ Περικλέους. Ἀπελογήσατο γὰρ ἐν τῷ ὑπὲρ ῥητορικῆς λόγῳ.*]

Περικλῆς tom. III. pag. 196. (Gr. f. 128. Lat. f. 407.)

Κίμων tom. III. pag. 251. (Gr. f. 133. Lat. f. 423.) [Iebb. II. pag. 151. cum fcholiis gr. infcr. *τῶν ὑπὲρ Κίμωνος σχολίων.*]

Μιλτιάδης tom. III. pag. 266. (Gr. f. 134. Lat. f. 427.) [Iebb. II. pag. 160. c. fcholiis gr. *Ἀρχὴ τῶν ὑπὲρ Μιλτιάδου.*]

Θεμιστοκλῆς tom. III. pag. 293. (Gr. f. 137. Lat. f. 436.) [Iebb. II. pag. 177. c. fcholiis gr. *ὑπὲρ Θεμιστοκλέους.*]

Κοινὴ ἀπολογία tom. III. pag. 368. (Gr. f. 144. Lat. f. 459.) [Iebb. II. p. 224. c. fcholiis gr. *εἰς τὴν κοινὴν ἀπολογίαν.* In IV. codd. Parif.] Hanc orationem magnum inprimis Ariftidi inter Graecos nomen conciliaffe, teftatur *Synefius* in Dione pag. 40. Concludit autem illam pag. 510. feq. graui inuectiua in fophiftas fuae aetatis, melioribus obtrectantes, ipfos omnis verae virtutis expertes. *Fabr.* In cod. Vindob. IV. apud *Lambec.* comment. vol. VII. col. 16. fqq. eft illa oratio pro Quatuoruiris. Praefixa eft vita Ariftidis a Sopatro, Apameenfi, (vti Lambec. prodit,) confcripta, at plenior et caftigatior, quam in edit. Oration. Ariftidis Florentina. Sequuntur deinde eiusdem Sopatri prolegomena de charactere oratt. Ariftidis. His porro fubiungitur orationis hypothefis f. argumentum, auctore eodem, vt ait Lambecius, Sopatro. Illam hypothefin, multo locupletiorem, quam in ed. Florentina, excipit ipfa Ariftidis oratio, in quatuor fectiones diuifa, quarum tertia, quae ad Miltiadem pertinet, peculiarem fuam habet hypothefin. Quinta autem fiue reliqua tota eiusdem orationis pars, feu communis apologia omnino deeft. Compara, quae ad §. VII. de codice Matritenfi dicta funt. *Harl.*

49. *Αἰγύπτιος.* Epiftola fiue liber lectu dignus de cauffis incrementi Nili, quo opiniones fiue hariolationes aliorum refellit, negatque, illud adfcribendum effe vel Etefiis pag. 554. 572. 605. aut mari dulci, flantibus Etefiis influenti, quae Euthymenis, Maffilienfis, fuit fufpicio pag. 596. niuibusue pag. 559. aut aquis, ex Africae et Arabiae montibus defluentibus, vt Ephoro placuit, pag. 586. nec vero imbribus pag. 562. nubibusue pag. 568. nec foli (vt Herodotus fenfit,) pag. 572. 583. 603. fed totum effe tribuendum magnae DEI fapientiae et prouidentiae pag. 615. quae vicarium hunc pluuiarum fluuium fingulari natura donauerit, qua inftar dierum noctiumque vel lunae crefcat atque iterum minuatur pag. 569. cuius rei rationes perinde, vt, quod auras non emittit pag. 611. et aquae eius non facile corrumpuntur pag. 612. et *πηγαὶ* fiue fontes atque origines Nili pag. 582., nos lateant.

Tom. III. pag. 552-617. (Gr. f. 90. Lat. f. 517.) [Iebb. II. pag. 331. In II. codd. Parif.] Obiter reprehendit, quae fcriptores praeftantiffimi, Homerus, pag. 607. Herodotus, pag. 575. Pindarus pag. 610. de Aegypto u) falfa tradidere, teftatus, fe illam regionem quater totam perluftraffe p. 552. 568. 576. et a facerdotibus Aegyptiis edoctum pag. 615. 608. atque Aethiope quodam *τῶν ἐκεῖ δυνατῶν* pag. 581.

50. *Περὶ*

u) Confer, quae de Platone tom. III. pag. 476.

50. Περὶ τῦ παραφθέγματος [v]). De arroganter dicto, siue apologia de laude sui, quam Aristidi, nescio quis, πεφυκὼς, vt pag. 687. ait, πρὸς τὸ παιδαγωγεῖν, obiecerat, et ille variis argumentis, praecipue vero exemplis magnorum virorum tuetur, veluti probaturus suffragio illud Horatii III, 30. Od.

— — — Sane superbiam
Quaesitam meritis.

Tom. III. pag. 617. (Gr. f. 49. Lat. pag. 538.) [Iebb. II. pag. 365. In VI. codd. Paris.)
51. Κατὰ τῶν ἐξορχεμένων [w]), in prodentes caussam suam sophistas, et Μεσῶν ὄργια χραίνοντας ἐν τῷ δημοσίῳ pag. 712. qui auditorum suorum gratia, vt illis placerent, lasciuire se et modum excedere dictionemque corrumpere (ἐκβαίνειν τῦ ῥυθμῦ καὶ τῆς ὀρθότητος et ἐξίστασθαι τῆς ἰδέας pag. 711.) profitebantur. Ita enim titulus huius orationis interpretandus, non vt Canterus: *contra proditores mysteriorum.*

Tom. III. pag. 689. (Gr. f. 56. Lat. f. 562.) [Iebb. II. pag. 401. In V. codd. Paris.] Hanc orationem e MSto codice velut antea ineditam cum versione sua et notis *Laurentius Normannus* vulgauit Upsaliae 1688. 8. titulumque fecit: *in inepte exsulantes sophistas* [x]). Locum ex hac oratione adfert Aristides ipse libr. de ciuili dictione p. 312.

52. Πρὸς τὲς αἰτιωμένες, ὅτι μὴ μελετῴη, apologia ad ignaros auditores, a quibus tamen reprehendebatur, quod non frequentius declamaret, pag. 717. ἀδικεῖν φασί με τὰς μελέτας τῶν λόγων ἐ συνεχεῖς ποιέμενον.

D 2 Tom. III.

v) Vide de hoc vocabulo tom. III. p. 671. 679.

w) *Aristides* tom. III. pag. 669. δέδοικα μὲν ἂν μὴ παρὰ κωφὸν λέγω, καὶ τινα τρόπον ἐξορχῆσαι, δακνὺς ἀμυήτῳ τὰ ἱερά. et pag. 713. Ἀλλὰ καὶ Ἡρακλῆς ἐν Λυδοῖς ὠρχήσατο — μιᾷ γε ἡμέρᾳ καὶ τῆς παιδιᾶς ἕνεκα — ἀλλ' ὑμεῖς ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις ἁπάσας τὰς ἡμέρας ἐξορχεμένες, pag. 676. ὀρχεῖσθαι δίπτυχα. Synesius Dione p. 40. ἐ μέντοι τοσῦτον ὁ Δίων ἐξωρχήσατο τὴν ἀρχαίαν Ῥητορικήν. *Fabr.* Canter. in nota, proditores, ait, mysteriorum vocat ineptos histriones, qui musarum sacra profanabant. In cod. Laurent. (Bandin. II. col. 584. seq.) in fine manu vetusta scriptus est titulus hoc pacto: Τέλος τῦ κατὰ τῶν ἐξορχεμένων Κοινῆς Ἀσίας ἐν Σμύρνῃ ἐθαυμάσθη ὑπὲρ πάντας. *Harl.*

x) Editio Normann. est collectio plurium libellorum Arist. quos primum in forma disputationum academicarum edidit, dein generalem illis praefixit inscriptionem:

Ἀριστείδε ῥήτορος λόγοι δύο. α. Πρεσβευτικὸς πρὸς Ἀχιλλέα. β. Κατὰ τῶν ἐξορχεμένων. Τῦ αὐτῦ τεχνῶν ῥητορικῶν βιβλία δύο· α. περὶ πολιτικῦ λόγε· β. περὶ ἀφελῦς λόγε. *Laurentius Norrmannus, orationem Aristidis vtramque de cod. mssto; duosque artium oratoriarum libros, de vetusta, eademque adhuc vnica, edit. Aldina, descripsit, edidit, versione latina notisque necessariis illustravit a.* CIↃIↃCLXXXVIII. (1688.) Vpsaliae litter. Henr. Keysers in 8. Orationem ad Achill. more disputationum academic. d. 20. Iun. 1687. typis euulgatam, defendit *Ionas Ström.* Altera disp. ab eodem *Iona Ström* ventilata, s. Aristidis in ineptos et futiles sophistas oratio, habet, vt vltimum opusculum, siue duo libri de dictione ciuili, respondente *Iac. Car. Engeldal* d. 17. Mart. 1688. peculiares inscriptiones, in disputatt. academ. suetas. In praefat. ad or. ad Achillem ait, se hanc et alteram dedisse de msto cod. *Rolambiano castigatam expolitamque.* Hinc autem non sequitur, vt, quod exsculpsisse videtur Fabricius, Norrmannus binas oratt. antea nondum euulgatas fuisse, crediderit. E contrario Norrm. p. 129. prouocat ad edit. Aristidis Florentinam, (vbi illa oratio (nr. 51.) iam exstat,) et addit, se etiam in aliis nonnullis illam esse sequutum, pag. 59. autem promiserat, se illam e mssto *reconcinnatam* daturum esse. Initio autem notar. (p. 143. sq.) vim et potestatem voc. ἐξορχέμενοι copiose explicat. De alia, si ea ita dici potest, editione v. ad nr. 54. fin. *Harl.*

Tom. III. pag. 715-729. (Gr. f. 59. Lat. f. 571.) [Iebb. II. p. 417. In VII. codd. Parif.] Vide inprimis quae de fe pag. 722. feq.

Hactenus editiones orationum Ariftidis, ex recenfione Canteri.

53. *Πρεσβευτικὸς πρὸς Ἀχιλλέα.* Oratio Ulyffis nomine, ad Achillem ab Agamemnone legati, fumto argumento ex Iliad. *ι.* 225. feq. [In fex codd. Parif.] Hanc, a *Vincentio Obfopoeo* acceptam, primus latine vertit et cum contraria oratione Libanii (tom. I. f. 228. edit. Morelli) Achillis nomine ad Vlyffem, ex Iliad. *ι.* v. 367. feq. edidit vir fummus *Ioach. Camerarius* Hagenoae A. 1535. 8. addita graeca vtriusque loci Homerici paraphrafi y). Vertit etiam Canterus f. 337. edit. latinae Bafil. licet in graecolatina et graeca edit. omittatur; vnde hanc orationem e MSS. velut ineditam antea, protulit et cum verfione ac notis fuis excudi fecit laudatiffimus Norrmannus, Vpfal. 1687. 8. *Fabr.* Hanc orationem a fe ex codice primum effe euulgatam, putabat Norrmann. fed meliora edoctus mox agnouit errorem, vt ad fin. nr. 54. adnotabimus. *Iebbius* autem huic orationi locum dedit in tom. II. pag. 425. fqq. *Harl.*

54. (Τεχνῶν ῥητορικῶν) περὶ πολιτικοῦ καὶ ἀφελοῦς λόγου, βιβλία β'. Libri duo praeclari *de ciuili et fimplici dictione*, in quibus ciuilis dictionis exemplum Demofthenem, fimplicis Xenophontem proponit, et praecepta fua petitis exinde exemplis illuftrat. [In II. codd. Parif.] Graece primum editi funt ab *Aldo* inter graecos rhetores Venet. 1508. fol. Latine verfos edere voluit Canterus, a quo translatum librum de fimplici dictione vidiffe fe, teftatur *Leunclauius* in Xenophontis vita. Graece caftigatos a fe et adnotatis Demofthenis et Xenophontis locis cum latina interpretatione fua et cum animaduerfionibus edidit Norrmannus, Vpfal. 1688. 8. *Fabr.* Conf. ad nr. 51. adnotata. Illa vero collectio atque editio opufculorum, nr. 51. 53 et 54. memoratorum, Norrmanniana non tam recufa, quam quibusdam refectis aut mutatis nouum potius titulum accepiffe videtur in ed. quae Lipfiam in fronte habet. Omnia enim infunt, quae in Vpfalienfi edit. reperiuntur, eodem plane, (quantum ex comparatione vtriusque exempli cognoui,) verfuum, paginarum, litterarumque ordine feruato; hoc tamen leui discrimine, vt loco tituli generalis in fronte collectionis poneretur infcriptio: *Aelii Ariftidis Rhet. Adrianeus. nomine legatorum graecorum ad Achillem fcripta. Laurentius Norrmannus de cod. msto defcripfit ac edidit, verfione latina, breuibusque notis illuftrauit.* Lipfiae 1715. ap. Io. Kunckeln. 8. Tum dedicatio ad Reginam, Vdalricam Eleonoram eft omiffa; e contrario ea, quae olim alteri libello praemiffa fuit, huic praefixa collectionis quafi repetitioni, ad Rolambium L. B. de Byftad, omnino immutata. Poftea epigrammata in honorem laudemque refpondentis, hic *Petrum Eer* nominati, quorum tamen tertium plane differt, excipit epiftola Normanni, in qua fatetur, fe ab Elia Obrechtio demum de editione Cameraríana certiorem effe factum, et

y) Infcriptio libelli, qui Norrmanno, in edendo illuftrandoque illo verfanti, multisque aliis V. D. incognitus fuit, nec frequenter occurrit, haec eft: *In libello hoc infunt πρεσβευτικὸς Ἀριστείδου. Ἀντιῤῥητικὸς Λιβανίου. h. e. quid dici amplius ab Vlyffe legato ad Achillem et refponderi ab hoc potuerit. Vtraque oratio conuerfa in latinum a. Ioach. Camerario. Eiusdem et paraphrafis graeca Homerici vtriusque loci addita eft.* — Hagan. ann. XXXV. (h. e. 1535.) In dedicatione ait Camerar. fibi illa miffa effe a Vincentio Obfopoeo, qui defcripfiffet e peruetufto codice D. Chriftoph Piftorii paedagogi in aula principis Onoldini. Metaphrafis Camerarii graeca incipit a pag. 81. *Harl.*

et rogat typographos, ne, nisi re antea cum ipso communicata, opusc. recudant, et, sic denuo, inquit, in manus sumere, atque, vt spes est, meliora emendatioraque non pauca facere, nobis licebit etc. quod tamen, Norrmanno a. 1703. animam efflante, in altera, si diis placet, editione, non esse factum, dolemus. In ceteris libellis tituli, qui in ed. Vpsaliensi praemittebantur, vna cum praefatione, lectu vtili, libro de dictione ciuili praefixi, sunt omissi. Tamen, quoniam praefationes in ed. Vpsal. carent paginarum notis, in reliquis omnibus, etiam paginis, editio Lipsiensis cum Vpsaliensi plane conspirat. Quae omnia, ne libellorum cupidi deciperentur, paullo vberius explicui. *Iebb* hos duo libellos de dictione recepit in suam Aristidis editionem tom. II. pag. 138. sqq. gr. ac lat.

Superioribus a Fabricio commemoratis Aristidis opusculis addenda est oratio, studio atque diligentia cel. *Morelli*, e cod. Veneto bibl. Marcianae luci exposita cum aliis libellis, bene versa et erudite exposita.

55. *Aristidis oratio aduersus Leptinem*, Libanii declamatio pro Socrate, Aristoxeni rhythmicorum elementorum fragmenta. Ex bibl. Veneta D. Marci nunc primum edit. *Iacobus Morelius*, eiusdem bibl. custos. Venetiis, typis Caroli Palesii, 1785. 8. In nota 1. *Morellius* V. Cl. orationis Demosthenis et vmbratilis declamationis Aristidis refert argumentum, vtrique commune, sed Aristides eo tendit potissimum, vt Chabriae, filii, immunitati consulat: in praef. autem pag. XI. sqq. multus est de illa oratione: quam graece quidem postea adiunxit cl. *Wolf* edit. suae Demosthenicae orationis aduersus Leptinem, Halis Sax. 1789. mai 8. at in praef. pag. XXVI. seq. graue tulit de ea iudicium.

In catal. codd. msstorum bibl. publ. Paris. t. II. p 589. memoratur cod. MMDCCCCXCVI. saec. XIII. in quo praeter alia Aristidis opuscula inesse dicitur nr. 20. Aristides *de funebris orationis scribendae ratione:* opus, ait confector catalogi, ni fallor, ineditum. Incipit λέγεται παρ᾽ Ἀθηναίοις ἐπιτάφιος. *Harl.*

VI. *Scripta Aristidis deperdita.*

1. Δημοσθένης τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐν Ἰνδοῖς ὄντος συμβουλεύων ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασι, *Demosthenes Alexandro, quum esset in India, suadens cursum victoriarum suarum prosequi.* Meminit Aristides ipse orat. 4. sacra tom. I. pag. 575.

2. Δημοσθένης λέγων περὶ ἡγεμονίας. *Sub Demosthenis persona oratio de praefectura habenda*, id. pag. 576. *Fabr.* *Masson* ad a. Chr. 161. V. C. 814. nr. 6. et 7. locum Aristidis in or. sacra 4. explicando, primum contra Fabricium copiose disputans, contendit, non duas, quas Fabr. nr. 1. et 2. inter deperditas recenset, orationes; sed vnam eamdemque, et quidem ex tempore dictam, nec forte vmquam chartae mandatam, ab Aristide illo loco innui. Dein Fabricii interpretationem damnans, liquere existimat, Aristidem indicare, sibi περὶ ἡγεμονίας in oratione fuisse disserendum, quod pro subiecta materia esset, vt regi, Alexandro, suaderet Demosthenes, ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασιν, i. e. animum de rebus negotiisue publicis studiose et acriter gerendis impertire, quod forte iam crapulae nimis esset deditus, vel quod ab vlteriore in Indos expeditione recederet: ἡγεμονίαν saepissime principatum, regnum, imperium, denotare. Sed tam Fabricii quam Massonii sententiam atque interpretationem reiicit, et meliorem loci proponit ornatque explicationem *Hemsterhus.* ad

 Aristo-

Ariſtophanis Plutum pag. 450. ſeq. Nam iudicat, totam illam orationem ſuaſoriam, Demoſtheni tributam, quam quidem vnam quoque, non geminam habet, pertinere, quod oratoris perſonae conueniat, ad Athenienſes, quos, dum longe aberat, deſperato reditu, apud Indos Alexander, hortatur, vt communis capeſſendae libertatis principes ſignum tollant, tantique decoris ſe duces reliquis Graecis praebeant: nullum opportunius exſpectari poſſe tempus, quo veterem illam glorioſamque ἡγεμονίαν repetant etc. *Harl.*

3. Ἐπὶ τῶν μισθοφόρων τῶν ἀπαιτεμένων τὴν γῆν, *in mercenarios milites, agrum dari ſibi petentes.* In hac ἐυτελὲς ſiue exile exordium a quibusdam reprehenſum, *Philoſtratus* pag. 583. teſtatur. Argumentum illuſtrat ſcholiaſtes Hermogenis pag. 428. μισθοφόροις τινὲς ἐκ ἔχοντες ἀποδῦναι μισθὸν, γῆν ἔδοσαν, οἱ δὲ πόλιν ἔκτισαν. Μετὰ ταῦτα χρημάτων ἐυποϱήσαντες τὸν μισθὸν ἀξιῦσι δῦναι, καὶ τὴν γῆν κομίσασθαι.

4. Λόγος παραιτέμενος τὸν τειχισμὸν τῆς Λακεδαίμονος, *oratio munitionem Lacedaemonis diſſuadens*, ibid.

5. Ψόγος Ἀλεξάνδρε. *Magni Alexandri vituperatio.* Colligas ex eodem *Philoſtrato*, pag. 584. niſi obiter Alexandrum in alia quapiam oratione Ariſtides perſtrinxit.

6. Ἰσοκράτης τὲς Ἀθηναίες ἐξάγων τῆς θαλάττης. *Iſocrates ſuadens Athenienſibus, vt ſtudium imperii maris abiiciant*, ib.

7. Πρὸς Καλλίξενον συμβελεύοντα, μὴ θάπτειν τὲς δέκα ϛρατηγὲς, ἐπειδὴ ἀνηρέθησαν μιᾷ ψήφῳ. *Contra Callixenum, qui ſuaſerat decem duces non ſepeliendos, qui vno decreto damnati et ſupplicio adfecti erant,* quod caeſorum ad Arginuſas Athenienſium cadauera reliquerant inſepulta. *Hermogenes* lib. I. περὶ ἰδεῶν cap. 6. pag. 279. *Philoſtratus* [?] pag. 584. *Libanius* declamatione 37. t. I. p. 819. laudans Ariſtidem ἐν Καλλιξένῳ.

8. Αἰσχίνης, μὴ λαβὼν ὑπὲρ τῦ Κερσοβλέπτε τὸν σῖτον, *Aeſchines ad Cerſobleptem*, Thraciae regulum, prodendum *non corruptus* a Philippo. *Philoſtratus* ibid. Haec oratio oppoſita fuit Demoſtheni, a quo Aeſchines illius rei arguitur oratione περὶ παραπρεσβείας.

9. Οἱ παραιτέμενοι τὰς σπονδὰς μετὰ τὸ κτεῖναι τὰ γένη, *Foederum communionem recuſantes, poſtquam gentiles paciſcentium trucidaſſent*, id.

10. Λόγος πείθων Λακεδαιμονίες τὲς ὀρχηϛὰς ἐλαύνειν. *Oratio, ſuadens Lacedaemoniis, vt ſaltatores expellant.* *Libanius* orat. XIX. quae Ariſtidi eſt oppoſita, ſed cum ſumma laudis eius praefatione. Tom. II. p. 475. ſeq.

11. Παναθηναϊκὸς alter ἐυτελὴς καὶ ψυχρὸς, quem loco praeſtantiſſimi illius, qui exſtat, Herodi Attico exhibuit, vt eius inuidiam falleret, et ab eo facultatem dicendi de hoc argumento impetraret. Auctor ὑποθέσεως in Panathenaicum Ariſtidis, qui exſtat.

12. Ὑπὲρ τῦ δρόμε. *Oratio de curſu*, cum ab Aeſculapio per ſomnium iuſſus eſſet curſu vti. *Ariſtides* ipſe orat. IV. ſacra tom. I. pag. 579. *Fabr.* Num edita fuerit, haud liquet, v. *Maſſon* citatum ad nr. 19. *Harl.*

13. *Secunda et tertia in Aeſculapium Oratio.* Tertiae mentio orat. IV. ſacra tom. I. pag. 582.

14. *Laus*

14. *Laus balnei Cyziceni*, dicta ante suum Cyzico discessum. Orat. V. sacra tom. I. pag. 624.

15. Tertia aduersus Leptinem Oratio, Demosthenis aemulatione scripta, vt narrat Aristides ipse Orat. tertia Platonica ad Capitonem tom. III. pag. 525 seq. *Fabr.* f. tom. II. pag. 315. ed. Ebb. sed illam editionem a cel. *Morellio* esse ex cod. Ven. editam, iam supra ostendimus. *Harl.*

16. Oratio altera, tempore pestilentiae dicta, de eo, quod non frequentius declamaret: mentio tom. III. pag. 717.

17. Ὑπομνήματα de Pyramidibus, Labyrintho et aliis rebus, in Aegypto spectatu dignis, quae in itinere suo mitti in litteras fecerat, quaeque periisse queritur tom. III. pag. 552.

18. Orationes duae, vna breuis, altera longior, de caedendo Critia, tyranno, ad Harmodii et Aristogitonis statuas confugiente. *Marcellinus* ad Hermogenem pag. 67. ὅτι καὶ Ἀριστείδης λέγων τὸν λόγον τοῦτον διὰ βραχέων ἐπλήρωσεν, ὡς ὁμολογουμένου τοῦ δεῖν ἀνελέσθαι τὸν Τύραννον. καὶ σχεδὸν οὐχ ὡς ζήτημα, ἀλλ' ὡς κοινὸν τόπον διεξῆλθεν. Ὁ αὐτὸς δὲ Ἀριστείδης ἐν ἄλλῳ λόγῳ ἐμήκυνεν, καὶ μὴ [?] θαυμάσῃς. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τὴν ἑαυτοῦ τῶν λόγων περιουσίαν ἠθέλησε δεῖξαι.

19. His adde ἀπογραφὰς ὀνειράτων siue vberiores de somniis suis, ab Aesculapio, sibi, aegrotanti, immissis, memorias, de quibus tom. I. orat. 4. sacra pag. 579. et orat. 2. pag. 515. Εἰ δέ τις τὰ ἀκριβέστατα γνῶναι βουληθήσεται τῶν γεγενημένων ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὥρα τὰς διφθέρας αὐτῷ ζητεῖν καὶ τὰ ὀνείρατα αὐτά. Καὶ γὰρ ἰάματα παντοῖα εὑρήσει, καὶ διαλόγους τινὰς εὑρήσει, καὶ λόγους ἐν μήκει, καὶ φάσματα παντοῖα, καὶ προρρήσεις ἁπάσας καὶ χρησμῳδίας περὶ παντοδαπῶν πραγμάτων, τὰς μὲν καταλογάδην, τὰς δὲ ἐν μέτροις γεγονυίας, καὶ χαρίτων πάντ' ἄξια τῷ Θεῷ, μειζόνων, ἤ τις ἂν εἰκάσαι. Ex *Synesio* de insomniis pag. 155. hoc Aristidis opus non absurde dixeris ἐπινυκτίδας, ad quem locum Nicephorus in scholiis pag. 421. σὺν γὰρ τοῖς ἄλλοις βιβλίοις Ἀριστείδης ὁ Ῥήτωρ συνεγράψατο καὶ βιβλίον ἕτερον περιέχον κατὰ λεπτὸν τοὺς ὀνείρους αὐτοῦ, οὓς ἐν νόσῳ ἑώρα αὐτοῦ. *Fabr.* Conf. *Masson* ad a. Chr. 161. nr. 9. Id vero vel ex illo loco intelligi potest, quam vaniloquus, quantus rerum et verborum incredibilium inaniumque captator atque iactator, fuerit, quam capax phantasmatum, etiam vanissimorum, ingenium, morbo laborans. *Harl.*

20. Scripsit etiam πολλὰ μέλη εἰς τὸν Σωτῆρα Ἀσκληπιόν, εἴς τε τὸν Αἴσηπον καὶ Νύμφας καὶ Θερμαίαν Ἄρτεμιν. *Carmina multa in Aesculapium, servatorem, in Aesepum, Mysiae fluuium, Nymphas et Dianam, thermarum praesidem.* Orat. 4. sacra t. I. p. 569. seq. Μυριάδας γε ἐπῶν οὐκ ἔλαττον ἢ τριάκοντα, tercentena amplius versuum millia, quibus Aesculapio gratias egit, vide orat. 2. sacram tom. I. pag. 523. et orat. 3. pag. 548. vbi specimen eorum habes, tum μέλη siue carmina Γάμον Κορωνίδος z) καὶ Γένεσιν Θεοῦ, de Apollinis cum Coronide, Phlegyae filia, nuptiis, ex nato ex illa Aesculapio, tom. I. orat. I. sacra

z) Alius fuit *Aristides*, ex cuius περὶ Κνίδου συγγράμματι nonnulla de Coronide profert Scholiastes Pindari ad Pythionic. III. f. 196. edit. Oxon.

ſacra pag. 509. et orat. 4. pag. 585. et 582. vbi ab Aeſculapio ſe πρὸς τὴν μελῶν ποίησιν excitatum eſſe ſcribit, et ab Apolline Paeanem in ipſum componere iuſſum, cuius initium: Φορμίγγων ἄνακτα Παιᾶνα κλήσω. Nec minus pag. 586. in Panem, Hecatem, Acheoloum, ceteros. In Mineruam et Bacchum λύσιον, quorum hymnorum itidem initia ibi adponuntur, et in Iouem ipſum et iterum in Bacchum ἐλασκόμην Mercuriumque, et Smyrnaeas Deas etc. Hymnus in Herculem et Aeſculapium, cuius initium: Ἰὴ παιὰν Ἡρακλες Ἀσκληπιέ. id. pag. 587. et Orat. in Herculem tom. I. pag. 64. Epigrammata quoque variis donariis, quae Diis dicauit, inſcripta a ſe memorat orat. 4. ſacra pag. 589. ex quibus vnum hoc in tripode argenteo, qui memoriam decem chororum, in honorem Aeſculapii ab Ariſtide inſtitutorum, conſeruare debebat, ita ſe habuit:

Ποιητὴς ἀέθλων τε βραβεὺς, αὐτός τε χορηγὸς
 Σοὶ τόδε ἔθηκεν, ἄναξ, μνῆμα χοροστασίης.
Οὐκ ἀφανὴς Ἕλλησιν Ἀριστείδης ἀνέθηκε
 Μύθων ἀενάων κύδιμος ἡνίοχος.

21. Omitto, quod in ſomnio Ariſtides ſibi viſus eſt dicere *de laudibus Nympharum*, περὶ νυμφῶν ἐπαίνων, ὅτι οὐκ εἶεν Θεαὶ χαριέστεραι, πάντως δὲ εἶναι καὶ τῷ ἐπιεικεῖ ἀπολαύειν αὐτῶν. Orat. 1. ſacra tom. 1. pag. 493. et ἐγκώμιον ὑγιείας, *de laudibus Sanitatis*, ibid. φιλοστέφανον ſiue φιλησιστέφανον orat. 3. tom. I. pag. 559.

22. Ariſtidis *Epiſtolae* variae vt ad Alexandrum, Cotyaenſem, quas memorat tom. I. pag. 72. etc. *Fabr.* *Ariſtides* ἐν τρίτῳ περὶ παροιμιῶν, (de quo v. ſupra, vol. V. p. 106.) num noſter fuerit, equidem neſcio. *Harl.*

Interciderunt etiam *Metrophanis*, Phrygii, ſophiſtae, ὑπόμνημα in Ariſtidem, *Sergii*, Zeugmatenſis, aduerſus Ariſtidem ὑπὲρ τῶν δικολόγων, et *Porphyrii* libri ſeptem in Thucydidis prooemium, contra Ariſtidem, quae ſingula commemorat Suidas.

[Ἐν τῷ Νησιωτικῷ ſcil. λόγῳ citat Ariſtidem *Menander*, rhetor, in commentar. de encomiis pag. 59. ed. Heeren. qui vero in nota caute monet, niſi forte eadem ſit oratio cum Rhodiaca, tom. 1. pag. 539. *Harl.*]

VII. *Codd. MSSti atque editiones orationum Ariſtidis.*

Primum de *codicibus*, quorum quidem notitiam nactus ſum, *manu exaratis*, paucis agam. *Venetiis* in bibl. D. Marci, in cod. CCCCXIX. chart. ſaec. XV. ſunt 22. oratt. in his etiam orat. aduerſus Leptinem, initio autem, vt ait Zanetti, plura deſiderantur, ſed confer *Morelli* praef. pag. XVII. ſeq. Panathenaicis praefigitur prolegomenon, quod adfert Aldus in ed. 1513. ſed in cod. duplo maius eſt illo, et in duas diuiditur partes (v. catal. codd. gr. pag. 204.) in cod. CCCCXXII. ſunt Libanii et Ariſtidis declamationes contrariae, et aliae quinque Ariſt. oratt. in cod. CCCCXXIII. quatuor oratt. in cod. CCCCXXIV. oratt. XXVIII. — in cod. CCCCXXV. oratt. XII. — in Cod. CCCCXXVI. oratt. XVIII. — in codic. CCCCXXVII. oratt. XVII. — in codic. CCCCXXVIII. oratt. XXII. — in cod. CCCCXXIX. lib. de ciuili et ſimplici oratione (catal. pag. 206-210.) — in cod. DX. Panathenaica, cum ſcholiis quibusdam marginal. — in cod. DXXV. or. Platonica I. pro rhetorica, praemiſſis quibusdam grammaticalibus. — In cod. CCCCXLII. reperit adhuc *Villoiſon*

Icison Aristidis opusc. in catalogo codd. omissum, Μονῳδίαν ἐπὶ Σμύρνῃ, sine auctoris quidem nomine, v. viri illius cel. anecd. gr. II. pag. 254. Idem V. D. ibid. pag. 10. animaduertit, in Macarii Chrysocephali Ῥοδωνιᾷ esse pag. 61. excerpta ex quibusdam Aristidis orationibus. — De cod. Veneto, ex quo cel. *Morelius* Aristidis orationem aduersus Leptinem primus edidit et de ipsa oratione vir ille doctissimus in praef. pag. XI. seqq. atque pag. XXI. sqq. de scholiis ad Aristidem ineditis in codd. Marcianis, e quibus ille hinc inde quaedam excerpsit, diligentissime copioseque disserit. Scholia autem inedita eaque valde opportuna, in Marcianis et aliis quoque codd. obuia aa), passim viri docti, quos laudat Morellius pag. XXII. commendarunt, atque loca ex illis adtulerunt. Auctorem tamen illorum scholiorum, non omnium quidem, saltem ex parte, neque fuisse *Metrophanem*, Phrygium sophistam. quod in suspicionem venit Gisberto Cupero, neque *Menodotum*, vt, existimarunt Abreschius et Reiskius, (in vol. V. animaduu. in gr. auct. pag. 591.) idem Morell. docte abundeque effecit. *Metrophanem* quidem scripsisse εἰς τὸν Ἀριστείδην ὑπόμνημα, testantur Suidas in h. v. et Eudocia pag. 301. at, num in orationes, an in libros de ciuili dictione scripserit, non memorant.

Venetiis quoque in bibl. canonicorum regularium ad D. Antonii et fratrum Praedicatorum ad DD. Io. et Paulli fuerunt duo codd., quos etiam Canterus vti ipse in praefat. ad syntagma de ratione emendandi auctores gr. indicauit, in recensendo Aristide adhibuit, v. *Morell.* l. c. pag. XXVI.

Romae in bibl. Angelica cod. chart. saec. XIV. vt hic et alibi *Montfaucon* bibl. bibliothecar. MSS. praetermittam ad codd. qui in Vaticana aliisque bibliothecis exstare dicuntur, inde enumerandos. — Idem *Montfaucon* in diario italico refert, exstare in biblioth *Mediolan. Ambros. Aristidis*, *Polemonis* aliorumque orationes in cod. rec. bombycino, (p. 16.) in bibl. *Veneta* SS. Ioannis et Paulli Dominicanorum *Aristidis* oratt. in cod. membran. saec. XI. (pag. 47.) in bibl. *Florent.* monasterii B. Mariae *Arist.* oratt. in duobus codd. bombycinis saec. XIV. (pag. 367.) et Arist. Monodia de Smyrna, in cod. bombyc. (p. 369.)

Taurini in biblioth. regia, (catal. codd. gr. pag. 228.) querela de templo Cereris Eleusine incenso atque exusto, in cod. CXX. chartac. saec. XVI.

In bibl. *Laurent. Medicea*, Florentiae, teste *Bandinio* in catal. codd. graec. tom. I. pag. 491. cod. XXIV. plut. X. oratt. 17. — tom. II. sqq. recensentur oratt. in codd. obuiae. (col. 297.) cod. III. plut. LVI. nr. VIII-XI. oratt. IV. vbi quartae *ad imperatorem quemdam* orationis initium in editis non reperit Bandinius — et nr. 24. (pag. 300.) Panathenaica, in principio cum margin. scholiis, quae ab editis diuersa videntur. — eadem (pag. 305. et 392. plut. LV. cod. VIII. et plut. LVII. cod. XXIV. nr. 20. cum scholiis. — (pag. 362. et t. III. pag. 266.) orat. ad Achillem, Vlyssis nomine ab Agamemnone legati, cod. XXI. plut. LVI. nr. 3. et cod. IX. plut. LXXXV. in quo praeterea sunt quaedam aliae Aristidis orationes, in his

aa) In bibl. Burmanni II. (v. catal. illius inter codd. nr. 1213.) exstitit cod. mst. eximius, qui complectitur scholia inedita in Panathen. et in or. pro quatuoruiris, et dein venit in bibl. Pinelli, Veneti. Ex illis loca protulit *Valcken.* de fragm. Eurip. ad huius Hippolyt. pag. 155. 252. item *Wyttenbach* ad Plutarch. de S. N. V. pag. 8. etc. Graevium quoque habuisse scholia inedita, patet ex Cuperi epist. in Giornale de' Letterati Parmae 1687. pag. 256.

his pro Quatuoruiris, in codice quinquepartita. — (tom II. pag. 463 et 500.) de ciuili ac ſimplici dictione libri II. cod. XXII. plut. LVIII. et cod. XI. plut. LIX. — (pag. 465.) cod. XXIV. nr. 4. ex Ariſtide de formis dicendi, excerptum. — (pag. 498. ſqq.) aliquot oratt. in quibus or. pro Quatuoruiris eſt in quinque partes diuiſa, cum antiquis, iisque copioſiſſimis ſcholiis, cod. X. plut. LIX. (pag. 527. ſeq.) quinque oratt. cod. XV. eiusdem plutei. — (pag. 544.) or. de rhetorica cod. XXV. — (pag. 584. ſqq.) oratt. XXXI. cum ſcholiis. Nr. 26. eſt panegyricae orationis in aquam, quae eſt Pergami, fragmentum cum ſcholiis: quod quum in edit. Iebbiana deſideraret Bandinus, magnam is partem et fragmenti et ſcholiorum typis deſcribendam curauit: cod. III. membran. ſaec. X. plut. 60. — (p. 590. ſeq.) oratt. ſeptem, cum ſcholiis multo vberioribus, quam quae in ed. Iebbiana reperiuntur: in illis oratt. ſunt orationi pro quatuoruiris praemiſſa duo argumenta, quorum prius tantum occurrit inter prolegomena Sopatri: nr. 8. ſequuntur monodiae prorſus anepigraphae in funere cuiusdam non nominati: cod. VII. plut. LX. — tum in ſeqq. cod. VII. ſunt XXXIV. et cod. VIII. orationes L. cum ſcholiis, — cod. IX. oratt. XXXII. cum ſcholiis et vita Ariſtidis, in compendium redacta. — (p. 601. ſeq.) oratt. XII. cum prolegomenis, cod. XII. plut. LX. — (pag. 673.) ad reges Romanorum de Smyrna epiſtola, et palinodia de Smyrna inſtaurata, — cod. XIII. plut. LIII. — Ariſtides citatur in viol. compoſit. Bandin. I. pag. 549.

Sermo Bacchi, latine redditus per *Cincium*, Romanum, v. *Bandin.* catal. latin. Flor. tom. III. col. 574. et fragmentum orat. de Ariſtidis laudibus, ib. col. 620. §. XXX.

Neapoli in bibl. regia declamatt. aliquot in cod. XXXII. et in cod. LII. ex libr. de ciuili dictione: in bibl. Auguſtin. S. Ioan. ad Carbon. cod. VI. Ariſtidis opera.

Pariſiis in publ. bibl. ſingulae orationes librique in permultis exſtant codd. quos breuitatis ſtudio iam ad praeced. paragraphum vbi ſ indicaui. — In bibl. *Coislin iana*, teſte *Montfaucon*, cod. CLXXX. (pag. 239. catal.) Ariſtidis legatio ad Achillem, cum Libanii reſponſione. — In fragm. Stephani Byzant. de vrbibus cod. CCXXVIII. (pag. 286.) locus Ariſtidis de columnis paralleleis Dodonae excerptus. — cod. CCCXXII. (pag. 445.) Ariſt. ſuper rhetorica, lib. I. II. — In S. Maximi Opp. cod. CCCLXXI. fol. 43. (p. 575.) ſunt ex Ariſtide quoque loca dictaque excerpta.

XI. Quae praeterea in Excerptis illis rhetorum ac sophistarum graecorum primus e bibliothecarum abditis eruit et ex primo tomo *Variorum antiquorum*, (quod opus integrum non vidisse lucem dolendum est) edidit *Allatius*, haec sunt:

1. *Heracliti* περὶ ἀπίστων de incredibilibus capita XXXIX. p. 1.

2. *Anonymi*, longe Heraclito recentioris, de eodem argumento, capita XXII. p. 26. De vtroque vide, si placet, quae dixi supra, lib. I. cap. 22.

3. *Libanii*, sophistae (de quo infra libro V.) διηγήματα siue narrationes XXXIX. pag. 47. Ἐκφράσεις siue descriptiones VII. p. 84. et progymnasmata totidem, pag. 342 - 397. omnia hactenus inedita.

4. NICEPHORI τοῦ Βασιλάκη BASILACAE nn), scriptoris christiani, qui sub Alexio Comneno, A. C. 1180. defuncto, rhetorices professorem gessit CPoli, et Pauli epistolas interpretatus est, *fabulae* V. p. 125. Leonis et tauri, 2. Equi et cerui, 3. Leonis et puellae, 4. Lupi et pastoris, 5. Graculi et auium. Διηγήματα siue *Narrationes* XV. p. 137. 1. De Achille, 2. Myrrha, Thyantis filia, 3. Mida (διήγημα ὃ καὶ Πλούταρχος ἐν παραλλήλοις διηγεῖται), 4. Vlysse, 5. Daedalo, 6. Pasiphaë, 7. Icaro, 8. Excidio Troiae, 9. Thamyri, 10. Danaë, 11. Hercule, 12. Platano, Aloei filia, 13. Aloidis, siue filiis Aloei, Oto atque Ephialte, 14. De Narcisso et 15. Polydoro oo).

Ethopoeiae pp) VI. pag. 176. I. Iosephi, ab Aegyptia muliere accusati. II. Eiusdem, educti e carcere et post diiudicata regi somnia Aegypto praefecti. III. Dauidis, quum, Saule persequente, ab Allophylis teneretur et neci tradendus esset. IV. Eiusdem, quum filius, Absolon, eum persequeretur. V. Eiusdem, quum Saulem incustoditum ac somno sepultum in spelunca comprehendisset. VI. Edessenae puellae, a Gotho milite delusae. VII. Olitoris, exspectatione sua in cupresso ob spem vberioris

nn) De hoc Basilaca eiusque cum Basilio, diacono, dissidiis multa *Allatius* in praef. ad haec excerpta repetit ex Nicetae Choniatae lib. VII. de rebus gestis Emanuelis, imp. et Iohannis Cinnami libro IV. quos vide. *Fabr.* Adde infra, libr. V. cap. 5. pag. 400. vol. VI. ed. veter. not. *Harl.*

oo) In bibl. *Augustana* est, secundum *Reiseri* catal. p. 36. in cod. Nicephori Basilici progymnasmatum principium. — *Florent.* in cod. XXXIII. medic. Laurent. pl. 32. est nr. 7. hic titulus: Προγυμνάσματα Κυρίου Νικηφόρου τοῦ βασιλικοῦ νοταρίου (*imperialis notarii*,) ex iisque διήγημα τὸ κατὰ Ὀδυσσέα, *narratio de Vlysse;* atque Bandin. opinatur tom. II. col. 184. sq. hunc esse fortassis *Nicephorum*, cuius narrationes Allatius edidit, et Fabric. h. l. memorat. Praeterea in eodem cod. sunt quaedam alia, quae latuerunt Fabricium, nim. nr. 8. *sententiae;* nr. 9. *altera sententia;* nr. 10. *confutatio eorum, quae circa Atalantam feruntur.* — *Montfaucon* in bibl. Coislin. pag. 103. sqq. graec. publicauit decretum circa vnionem synodi cum Leone, Chalcedonensi, etc. ab Alexio Comneno editum, in quo pag. 105. praeter alios, qui subscripsere, memoratur *Nicephorus*, *notarius patriarchalis.* In cod. *Paris.* bibl. publ MMDCCCCXVIII. *Basilacae* ethopoeiae, quae ab confectore catal. t. II. pag. 570. dicuntur *ineditae:* initium τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Δαβίδ. — Inter codd. *Langbaeni* (in catal. MSSt. Angl. et Hibern. I. p. 270.) *ethopoeiae sacrae. Harl.*

pp) Ethopoeiae sunt imitationes sermonis, ad mores et suppositas personas accommodatae, quae latinis rhetoribus inferiorum saeculorum *Ethicae dictiones*, et non satis apte *adlocutiones* vocatae sunt. Vide *Sirmondum* ad Ennodium p. 74 et 80. E Graecis, praeter hunc Nicephorum et Seuerum, Ethopoeias etiam habemus scriptas a Libanio; latinas ab Ennodio, episcopo postea Ticinensi.

rioris fructus translata frustrati. *Fabr.* Fabulae V. narrationes VIII. et Ethopoeiae VI. sunt in *Patusae* encyclopaed. philolog. vol. I. p. 382. seqq. *Harl.*

5. SEVERI, ALEXANDRINI, Ethopoeiae V. p. 221. I. Achillis, apud inferos edocti, captam a Pyrrho Troiam esse. II. Menelai, rapta a Paride Helena. III. Hectoris, quum comperisset, [412] Priamum apud inferos cum Achille conuiuatum. IV. Pictoris, depictae a se imaginis puellae amore capti. V. Herculis, Periclymeno in certamine sese commutante, nec propriam formam referente. [Inter codd. regios *Matrit.* est, teste *Iriarto*, in bibl. Matrit. codd. gr. pag. 461. seq. cod. CXV. in quo fol. 210. seq. sunt *Seueri* ethopoeiae (hoc ordine) II. III. V. IV. et I. Praeterea continet eiusdem, a Fabricio non memoratas, *narrationes*, διηγήματα, de viola, de hyacintho, de Arione, de Icaro, de Oto et Ephialte, quas *Iriarte* primus e cod. graece euulgauit. — Eaedem *narrationes* sunt, teste Montfauconio, bibl. bibliothecar. vol. I. pag. 584. *e.* in biblioth. *Mediolan.* Ambrosiana. — In bibl. *Paris.* publica sunt *ethopoeiae* in codd. MMDXLIV. MMDCCCCXVIII. et MMDCCCCLXXXV. — Inter codd. *Langbaeni* (in catal. codd. Angliae et Hibern. I. p. 270. *b.*) in quo cod. sunt quoque *Nicolai*, *sophistae*, *ethopoeiae*, latine. — Inter codd. *Thom. Galei* (ibid. II. p. 189. nr. 5973.) *ethopoeiae*, editis auctiores. *Harl*] — Has ethopoeias, sed minus integras, ediderat *Federicus Morellus* graece et lat. qq) Paris. 1616. 8. Post Allatii editionem versionemque denuo auctiores et alio ordine cum noua versione sua et castigationibus vulgavit *Thomas Galeus* Oxonii 1676. 8. ad calcem Demetrii Phalerei et aliorum, de quibus infra capite proximo rr). Addidit autem tres hasce ethopoeias: vnam, quam ab Allatio statim dicam vulgatam esse sub nomine Theodori, Cynopolitae: alteram Aeschinis, deprehensa Philippi apud Demosthenem imagine, et tertiam denique, perbreuem, Briseidis, quum a praeconibus abduci se sentiret. Ceterum nihil impedire videtur, quominus Seuerus harum ethopoeiarum auctor sit *Seuerus ille*, *sophista romanus*, Damascio apud Photium cod. CCXLII. (vbi de Seuero, imperatore, sermonem esse, p. 546. 543. 558. 560. perperam sibi persuasit eruditus interpres,) et Suidae memoratus; nam romanus dicitur κατὰ τὴν τȣ̃ νόμȣ ἀξίωσιν, quia iure ciuitatis romanae gaudebat, Alexandriae vero docuit, vt ex eodem Damascio et Suida claret. Floruit Athemio imperante, qui occisus est A. C. 471.

6. THEODORI, CYNOPOLITAE, Ethopoeia, (quam modo dixi a Galeo vulgatam fuisse Seueri, Alexandrini, nomine:) Τίνας ἂν εἴποι λόγȣς Αἰσχίνης, ἡνίκα φεύγοντα καταλαβὼν Δημοσθένης καὶ φιλοφρονησάμενος παρεγγύα φέρειν τὸ συμβεβηκὸς γενναίως. *Quid dicere potuerit Aeschines, cum eum exilii causa solum vertentem Demosthenes*

 nes

qq) *Gale* in fin. praefat. scribit, *Seueri* ethopoeias aliquot impressisse Lutetiae a. M. D. XCI. (1591) Fred. Morellum, gr. et lat. In catal. bibl. Leidensis, pag. 141. nr. 45. inter alia, opera Morelli Lutet. 1591. 8. excusa, memorantur quoque *Seueri* ethopoeiae. Editio tamen, Lutet. 1616. 8. fuit etiam in bibl. Askew. pag. 141. nr. 3487. et a *Maittario* A. T. III. pag. 869. sic citatur: *Severi* Ethop. s. morales fictiones heroum, graece *nunc primum* ex bibl. reg cum lat. vers. et notulis Fed. Morelli. Lutetiae 1616. 8. *Harl.*

rr) Rec. opera *I. Frid. Fischeri.* Lipsiae 1773. 8. III. ethop. recepit *Io. Patusa* in encyclop. philol. vol. I. pag. 407. *Harl.*

nes comprehendisset, exhibitisque muneribus adhortaretur, vt infortunium fortiter ferret, pag. 135. Ecquis ille Theodorus vel quando vixerit, mihi incompertum. Cynopolis, Aegypti vrbs, de qua dixi ſupra ad Plotini vitam.

7. CALLINICI, ſophiſtae, ἐκ τῶν εἰς τὰ πάτρια Ῥώμης, fragmentum de laude Romae, quam qui non viderit, eum non minorem, ait, pati iacturam, quam coecum, cui ſolem adſpicere non datur, pag. 256 - 258. De *Callinico* videndus Suidas, qui inter eius ſcripta memorat περὶ τῆς Ῥωμαίων ἀνανεώσεως, καὶ ἄλλα τινὰ ἐγκώμια καὶ λόγους. Syrus, vel, (vt alii,) ex Arabia petraea oriundus, docuit Athenis, Galieno imperante, cuius imperium definit in A. C. 269. Scripta eius alia fuere: *aduerſus Lupum* ss) (rhetorem) [[?]] περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς. *Ad Galienum, imp.* tt) προσφωνητικὸς, (qui forte eſt μέγας ille βασιλικὸς λόγος, Menandro, rhetori, memoratus.) *Ad Cleopatram. Rerum Alexandrinarum hiſtoria libris X.* quod opus lectum S. Hieronymo, Suctorium Callinicum laudanti praef. ad Commentar. in Danielem (Σουτώριον enim cognominatum eſſe, Suidas adnotauit,) vt Voſſio etiam pulchre obſervatum; et denique *aduerſus Philoſophorum ſectas.* [*Eudocia*, quae pag. 268. eadem tradit, addit cum Suida, καὶ ἄλλα τινὰ ἐγκώμια καὶ λόγους. Eudoc. tantum ſcripſit σοφιστεύσας. Suidas autem addit ἐν Ἀθήναις. *Harl.*] *H. Valeſius* ad Ammiani XXIII. 3. ex epiſtola Libanii ad Ariſtaenetum docet, Callinicum fuiſſe nomen ſtationis in Meſopotamia circa Euphratem, ita vocatae ex eo, quod Callinicus, ſophiſta, ibi occiſus eſſet. *Fabr.* Adde ſupra, vol. III. p. 36. *Ionſium* de ſcriptor. hiſt. philoſ. lib. III. cap. 14. §. 5. p. 89. *Harl.*

8. *Iſaaci* (Comneni), *Porphyrogennetae*, περὶ τῶν καταλειφθέντων ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου *de praetermiſſis ab Homero*, p. 259. Eiusdem χαρακτηρίσματα Graecorum et Troianorum ducum, p. 304. Dixi de hoc lib. II. c. 7. §. 9. [vol. I. p. 558.]

9. *Anonymi* (Iohannis forte Pediaſimi, chartophylacis,) περὶ τῶν δώδεκα ἄθλων τοῦ Ἡρακλέους de duodecim laboribus Herculis, p. 321 - 341.

10. *Leonis*, philoſophi, καρκῖνοι ſiue verſus XXV. retrogradi, p. 398. in quibus et ille, quem aquiminario uu) in templo S. Sophiae CPoli inſcriptum notat *Colomeſius* in Opuſculis, pag. 101.

Νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν.

Item ille:

Νοσῶ, Σὺ ὃς ἦ ἴαμα, ΙΗΣΟΥ, σῶσον.

11. Epigrammata graeca ſingula in S. Crucem, *Nicolai*, metropolitae Corcyrenſis, *Iohannis*, *geometrae*, et *Emanuelis Phile.* Nec minus in S. Ioh. Chryſoſtomum, eiusdem Phile et Nicolai, metropolitae, atque in Chryſoſtomi depoſitionem, *Pſelli*, p. 399. 400.

XII. Ariſti-

ss) *Eudocia* et *Suidas*, πρὸς Λοῦπον. *Harl.*

tt) Apud doctiſſ. Voſſium de Hiſt. Graecis p. 225. male, *ad Galenum*, vnde alio etiam errore colligit, Antonini Pii aetate vixiſſe.

uu) Vas ſacrum intellige, aquae benedictae ſiue luſtrali capiendae deſtinatum.

XII. Ariſtidis imitator fuit HIMERIVS [vv]), ex Pruſiade ciuitate Bithynus, Aminiae, rhetoris, filius [ww]), cuius declamationum orationumque notitiam et reliquias, a Photio cod. CLXV. et CCXLIII. ſeruatas, Henricus Stephanus A. 1567. 4. ſubiunxit duabus Polemoniacis, [P] graece primum a ſe editis, de quibus ſupra dixi, quamobrem hoc loco illius mentionem facere placuit, licet longe iunioris, vtpote qui vixit Conſtantii Iulianique, imp. temporibus ac deinceps: aemulus ſophiſtarum, Anatolii ac Proaereſii, vt narrat *Eunapius* in Proaereſii vita pag. 119. a quo etiam p. 129. docemur, Iuliano ac Proaereſio fuiſſe ſuperſtitem, et poſt Iuliani, A. C. 363. occiſi, necem ingreſſum eſſe iter, poſtque fata Proaereſii [et poſtquam antea Conſtantinopoli, Corinthi et in aliis vrbibus aliquamdiu commoratus declamarat,] Athenis ſedem fixiſſe, vbi *κατὰ ῥητορείαν πρέσβη διδασκαλείῳ*, *rhetoricae ſcholae praefuit*, teſte *Photio* pag. 184. ſophiſta publicus et tandem Areopagita factus eſt, a CHRISTI nomine alienus, et ſacris noſtris furtim canum inſtar oblatrans [xx]). De dictione eius ita Eunapius: *εὔκολος δὲ ἀνὴρ εἰπεῖν καὶ συνηρμοσμένος, κρότον δὲ ἔχει καὶ ἦχον ἡ συνθήκη πολιτικὸν, καί που σπάνιος καὶ παρὰ τὸν θεῖον Ἀριστείδην ἵσταται. Facilis vir in ſermone et concinnus, nec ſono ac plauſu in ciuili genere dictionis deſtituitur, nonnusquam et licet rarius ad diuinum Ariſtidem aſſurgit.* Pluribus etiam encomiis Photius eum mactare

vv) De *Himerio*, eius vita, fatis, ſcriptis editis antea et ineditis erudite fuſeque egit *Gottlieb Wernsdorf* in praefatione p. XXX. ſqq. ad ſuam editionem, quam, cui volupe erit, conſulat velim. Atque, quoniam ego in Introduct. in hiſt. L. Gr. II. 1. pag. 326. ſqq. de eo iam copioſe diſſerui, hic mihi eo breuiori eſſe licebit. *Harl.*

ww) *Wernsdorf* ab initio vitae etc. plures, a noſtro diuerſos, amplis verbis enumerat Himerios. Equidem paucis eos nominabo. Sunt autem 1) *Himerius*, paraſitus quidam Athenienſis, *Plutarch.* de diſcrim. amici et adulatoris pag. 60. 2) *Flauius Himerius* apud *Athanaſ.* apolog. II. tom. I. p. 622. Illius epiſt. exſtat quoque in cod. Vindobon. LVII. nr. 87. apud Lambec. III. p. 242. Kollar. et Wernsdorf. probat codicis lect. Ἱμέριος ἐξάκτωρ, loco vulgatae ἔξαρχος. 3) Alius *Himerius* in Iuliani ep. 37. ſecundum cod. Barocc.. — 4) *Himerius*, officiorum magiſter, ad quem proſtant Baſilii Caeſar. epiſtolae 216. 217. 416. — 5) *Himerius*, Iamblichi pater, quem plurimis litteris celebrat Libanius. Atque ea, quae Wernsdorf. pag. 37. ſeq. de illo docte diſputat, bene faciunt ad illuſtranda explicandaque ea, quae in ſuperiore vol. V. p. 760. ſq. ſcripta ſunt. — 6) *Himerius*, Taraconenſis in Hiſpania epiſcopus. — 7) *Himerius*, epiſc. Nicomedienſis, quem Neſtorii ſucceſſor, Maximianus, a. 432. ſuo exuit officio, v. *Murator.* in anecdotis graecis ad epiſt. V. Firmi, pag. 286. — 8) *Himerius*, epiſc. Tricaſſinus in Gallia, S. Lupi ſucceſſor. *Sidon. Apollin.* epiſt. VII, 13. p. 460. — 9) *Himerius*, chartularius, temporibus Philepici imperatoris, v. *Suid.* v. Κυνήγιον ex Codini Origin. CPolitanis. Ex hocce Chartulario et Theodoro, Lectore, collecta hiſtoria operum publicorum CPolitan. exſtare dicitur in codd. bibl. publ. Pariſ. v. *Labbeum* bibl. nou. MSS. p. 77. cat. codd. Pariſ. t. II. p. 404. cod. MDCCLXXXIX. et *Bandurii* imperium orientale, t. I. p. 26 et 88. 10) *Himerius*, Thrax, dux exercitus Iuſtiniani, imp. in Africa, et poſt in Italia Rhegii, a *Procopio* belli Vandal. IV. 23. p. 291. et belli Gothici III. 39. p. 557. memoratus. — 11) Ex *Himerio* ſeu *Hemerio*, hippiatro, excerpta Conſtantini leguntur in Sim. Grynaei collectione Hippiatricorum. vid. infra tom. VI. pag. 439. ed. vet. — 12) *Himerius*, protoſecretarius, et poſtea Dromi logotheta, tandem in monaſterium Calyporum relegatus, ibique prae moerore vita defunctus, ſaec. X. temporibus Leonis, philoſophi, imperatoris. — 13) Ἱμέριος ex coniectura Corſinii, pro Εἰμέριος, in ſepulcrali quodam marmore. v. Acta erud. Lipſ. 1751. pag. 399. — De noſtro *Himerio* praeter Photium et Wernsdorfium egerunt quoque *Eunapius* cap. 12. pag. 129. *Suidas* pag. 1239. *Tillemont* hiſt. des Emper. tom. IV. art. 34. de Iulien p. 1046. *Leich* in diatribe Photiana pag. 22. *Saxius* in Onom. I. pag. 413. ſq. *Harl*

xx) *Wernsdorf* pag. 43. coniicit, Himerium natum eſſe circa a. Chr. 315. et exſtinctum circ. a. 386. *Harl.*

maſtare cognoſcitur, quem ſi placet vide. [De eius moribus v. Wernsd. §. 15. et §. 18. de eius dicendi genere.] Peruenit ad vltimam ſenectutem, filiaeque yy) ſuperſtes amiſſis oculis, vt ſcribit Suidas, et ſacro ſiue comitiali motbo correptus diem obiit. Iuliani, imp. γραμματέα ſiue ab epiſtolis fuiſſe, narrat *Ioh. Tzetzes* Chiliad. VI. v. 328. Filium eius, *Iamblichum*, Ariſtaeneto commendat Libanius in epiſtola [487.] quam edidit *Lambecius* VI. de Bibl. Vindob. pag. 254. zz). Alterius [vel potius vnici] filii *Rufini* mortem dolet pater in μονῳδία apud Photium pag. 504. Ibidem verba: ἀφῆκα πολλάκις τὰς τȣ͂ σοφιςȣ͂ φωνάς, νῦν τὰς τȣ͂ Πατρὸς ἀφίημι, ab erudito interpiete male accepta, reddi debent ſic: *Saepe, tanquam ſophiſta, verba feci, nunc loquor tanquam pater.*

Ex Himerii, Bithyni, μελέταις a) atque λόγοις apud Photium cod. CLXV. memorantur:

1. Sub Hyperidis nomine, an Demoſthenes Philippo tradendus ſit. Excerpta habes apud eundem Phot. cod. CCXLIII. p. 574. ſeq. *Fabr.* In Wernsdorfii editione, locus Photii eſt repetitus gr. ac lat. nec non explicitus, et, quo quaeque ecl. in illius edit. exſtat, ſimul indicatur. *Harl.*

2. Sub nomine Demoſthenis, vtrum reuocandus ab exſilio Aeſchines, ibid. p. 575.

3. Aduerſus Epicurum, impietatis reum, p. 578. [In ed. Wernsd. ecl. I-III]

[⁋] 4. Pauperis nomine aduerſus diuitem, cuius ſceleribus totam ſuam domum exhauſtam queritur. *Phot.* pag 582. edit. Hoeſchel. et in H. Stephani Himerio p. 32. a verbis: ἠδίκηταί τις εἰς παῖδα. [ap. Wernsd. ecl. IV. p. 90. vbi v. not.]

5. Nomine Themiſtoclis aduerſus Perſarum regem, qui Athenienſibus poſt Medorum bellum damna reſarcire promittebat, ſi bello abſtinerent, id. p. 586. [eclog. V. in ed. Wernsd. pag. 125. ſeqq.]

6. Polemarchicus, ſiue laus eorum, qui in bello pro patria cum Perſis fortiter pugnando occubuerant. Excerpta apud Phot. p. 591. ſed integra MS. exſtat in Bibl. Auguſtana b), vna cum aliis duabus, quarum trium Himerii orationum apographum ab Ehingero ad Tengnagelium miſſum ſeruatur etiam in bibl. Vindobonenſi. Ex Auguſtano codice locum

yy) Filium *vnicum*, *Rufinum*, faucium dolore praemature abreptum, amiſit eiusque mortem in μονῳδία ad fluuium, Melanem, vbi tum commorabatur, ſcripta, quae eſt oratio XXIII. deplorauit. Filiam autem patri ſuperuixiſſe, docet Wernsdorf. pag. 42. contra alios aliter ſentientes. *Harl.*

zz) Enimuero huius *Iamblichi* patrem, *Himerium*, quem Libanius plurimis celebrat epiſtolis, a noſtro Himerio, ſophiſta, fuiſſe diuerſum, diſerte copioſeque oſtendit *Wernsdorf.* l. c. p. XXXVII ſq. Iſte *Himerius*, homo Syrus, decurio forſan Apameenſis, eruditus homo et opulentus, iam ante a. 358. e vita exiiſſe videtur Wernsdorfio. Idem pag. L. ſqq. §. 12. de gratia, qua valuit Himerius apud Iulianum, multus eſt, ſed negat contra Tzetzam, cuius narrationem etiam Leichius in diatr. Photii pag. 22. ſequebatur, Himerium fuiſſe Iuliani ſecretarium ſeu ſcribam. *Harl.*

a) Μελέτας ſiue declamationes minoribus cifris Arabicis, λόγȣς ſiue orationes et λαλιὰς maioribus Romanis numeris deſignaui. Nonnullis etiam praefixa apud Photium προθεωρία ſiue argumentum. *Fabr.* Circiter ſeptuaginta declamationes reliquit Himerius. Eas non legit Suidas, ſed quae de illo commemorat, ea ex Damaſcio forſan hauſit. Eunapius et Tzetzes legerunt; ſed deſcripſerunt nihil. Euſtathius autem tria eius loca excitat, teſte Wernsdorfio pag. LVII. *Harl.*

b) Vide Reiſeri Catalogum MSS. Codicum Bibl. Auguſtanae pag. 80. et Lambec. lib. VI. de Bibl. Vindob. pag. 254.

cum adfert *Priceeus* ad Apuleii Milefias p 215. et Alex. Morus notis in Nouum Foedus, ad Philipp. I. 21. *Fabr.* In edit. Wernsd. orat. II. p. 368. fqq. *Harl.*

VII. Areopagiticus pro libertate Rufini, filii. Phot. p. 549. [Ecl. VII. ap. Wernsd.]

VIII. Μονῳδία in filium, ipfo aetatis flore et fumma fpe de fe facta exftinctum, id. ibid. [orat. XXIII. Wernsd. p. 766. plenior e cod. romano. add. W. in vita Himerii p. XLII.]

IX. Epithalamius, in nuptias Seueri, amici fui. Haec oratio, (e qua itidem apud Photium leguntur excerpta p 596.) integra exftat in Bibl. Vindobonenfi. [v. quae fcripfi in Introd. in hift. L. Gr. II. 1. p. 327. fq. eft vero orat. I. Wernsd. qui de Seruio illo late difputat.]

10. Diogenes, fiue propempticus. Dialogus, Phot. p. 598. [ecl. X. Wernsd. p. 170. fqq.]

XI. συντακτικὴ λαλιὰ fiue λόγος συντακτήριος fermo valedictorius ad amicos, quum Corinthum proficifceretur, id. p. 600. [ecl. XI. Wernsd. p. 194]

XII. Propempticus ad Flauianum, Afiae ProCof. id. p. 601. *Fabr.* In ed. Wernsd. p. 206. ecloga XIII. Is quoque exiftimat, dictam effe forfan a. 362. hanc orationem in Flauianum, de quo vberius difputat; idemque refutat Leichii opinionem, orat. fcriptam effe in Iulianum Aug. Et vero, Flauiano, non, vt Leichius autumabat, Iuliano, circ. a. 354. dicata fuit ecloga XII. apud Wernsd. p. 196. fqq. in catalogo Photiano, vt videtur, omiffa: aut tertia illa in Flauianum, quam Photius in catalogo XLI numerauit. Interiit ta autem eft vna illa et fimplex oratio. eaque propemptica: ἐκ τῶν ὑπολοίπων, διαφόρων ὄντων, καὶ διαφόρους ἐχόντων ὑποθέσεις, ex reliquis orationibus variis et varii argumenti. *Harl.*

XIII. In Pifonem, aduenam Aegyptium, id. p. 605. [Wernsd. ecl. XV. p. 246.]

14. Alius propempticus, fiue Diogenes. Male apud Phot. p. 604. ἑτέρου προτρεπτικοῦ cum legendum fit προπεμπτικοῦ. *Fabr.* *Wernsdorf* in duas feparatas diuifit eclogas, feu potius declamationum particulas, quarum prior f. ecloga XIV. infcribitur ἑτέρου προτρεπτικοῦ (ergo retinuit W. id. voc.) λόγου τὸ προοίμιον, *alterius fuaforiae exordium,* p. 240. fqq. atque nofter abiturum a fe difcipulum falubribus inftruit praeceptis: pofterior fiue ecloga XVI. pag. 250. eft particula ἐκ τοῦ προπεμπτικοῦ, ex *propemptico;* atque in nota fufpicatur, in quemdam illuftris patris filium abeuntem dici declamationem, omiffo Diogenis nomine. quod quidem retinui in textu Photii, cuius tamen fcripturam, (quum Hoefchelius habeat προτρεπτικὸς ἤ, Stephanus autem προπεμπτικὸς ἤ,) fic putat, (p. 8. fq.) integrandam effe, πάλιν προτρεπτικός· καὶ προπεμπτικὸς ἢ Διογένης. *Harl.*

XV. Extemporalis oratio ob contentionem in fchola exortam id. p. 606. [Exftat tantum exordium. Apud Wernsd. eft ecl. XVII. p. 254. fqq.]

XVI. In Cypriorum aduentum, id. p. 607. [Wernsd. ecl. XVIII. p. 260. fqq]

XVII. In primum fuum e Cappadocia auditorem, ibid. [Wernsd. ecl. XIX. p. 264. feq.]

XVIII. In illud, ὅτι σπάνια τὰ καλά, rara, quae pulcra, quum rogatus declamare diftuliffet, ibid. [ap. Wernsd. ecl. XX. pag. 268. fqq. Contrariam fententiam ipfe tuetur in orat. XXII. 1.

XIX. In Mufonium, Graeciae ProCos. Phot. p. 608. [declamata Athenis in publico theatro circ. a. 357. aut 358. apud Wernsd. ecl. XXI. p. 274. fqq.]

[†] XX. In Seuerum, aduenam, Symplegadi (Ponti infulae) praefectum, ibid. *Fabr.* [Apud Wernsd. ecl. XXII. p. 278. fqq. vbi infcribitur: *ἐκ τῦ εἰς Σέβηρον νέηλυν· τὸ προοίμιον, ex ea, quam dixit in nouitium Seuerum, exordium.* Wernsd. vero in nota culpat Fabricium, quod verba Photii, *εἰς Σεβῆρον νέηλυν ἐπιςάντα συμπληγάδι*, vertit *in Seuer. aduenam Symplegadi praefectum.* Namque *νέηλυν*, animaduertit, non aduenam quemuis, fed nouellum difcipulum, receptum illa oratione in coetum, denotari, nec vmquam auditam effe praefecturam Symplegadis: *συμπληγάδα* h. l. effe velitationem et conflictum, quafique acierum collifionem et *ἐπιςάντα συμπλ. nouellum difcipulum, qui fuperuenerit conflictui et rixis*, quales tum Athenis inter variarum fcholarum difcipulos faepe accidiffent. Hinc verba Photii interpretatur p. 9. *in Seuerum nouitium, qui conflictui adfuerat.* *Harl.*

XXI. *Λαλιά*, ex qua locus legitur p. 609. [Wernsd. ecl XXIII. p. 280.]

XXII. In Vrfacium, Comitem, [in cod. romano prima eft oratio; in ed. Wernsd. orat. XXV. vel potius fragmenta, p. 814. feqq.] XXIII. Seuerum, amicum, [ap. W. orat. XXVI. pag. 822. reliquae funt ap. illum oratt. XXVII-XXXII. praeter illam in Athenaeum, quae eft ecl. XXVIII.] XXIV. Scylacium, Graeciae ProCos. XXV. In Ephefios hofpites et Myfos, et Leonis ciues. XXVI. In amicos e patria Bithynia. XXVII. in Athenaeum, comitem c). XXVIII. In Priuatum domo Romanum, qui Ampelii, ProCos. filium inftituebat. XXIX. De fuo e Corintho reditu. XXX. In Phoebum, Alexandri, ProCos. filium. Ex his pauca quaedam apud Photium excerpta p. 609-613.

XXXI. In Arcadium, medicum et comitem, ibid. [Wernsd. orat. XXXIII. p. 870. fqq.]

XXXII. Propempticus ad amicos c) aduenas, Phot. p. 613. feq.

XXXIII. Propempticus alter ad Flauianum, id. p. 614. [ap. W. ecl. XXXVI. p. 306. fqq.]

XXXIV. Epithalamius in Panathenaeum. *Fabr.* Periit haec oratio. Leichius quidem voce Photii *εἰς Παναθήναιον* emendanda cenfet *εἰς Παναθήναια*, et intelligit orat. III. 3. At haec, ait Wernsd. p. 10. in feftum Panathenaicum dicta non eft; fed in Bafilium, eiusque filii obiter modo mentio iniecta. Potius adftipulans Fabricio, nuptialem quamdam orationem credo honori Panathenaei, forfan quondam difcipuli, dicatam fuiffe etc. Duae quoque fequentes declamationes perierunt. *Harl.*

XXXV. XXXVI. *Λαλιαὶ* fiue adlocutiones duae.

XXXVII. *Διά-*

b) Vide de hac Wernsd. p. 282. *Harl.*

c) Per *ἑταίρους* fiue amicos, focios, fodales plerumque auditores fophiftae intelligere licebit. *Iam r.* Wernsd. primum dedit p. 10. in textu Photii *προπεμπτήριος* (inter V. L. autem legere iubet *προτρεπτικὸς*) *εἰς τοὺς προσελθόντας ἑταίρους*, et vertit, *commonitoria in acceffum difcipulorum.* In ordine vero Himerii oratt. eft oratio XXX. pag. 879. et infcripta: *προτρεπτικὸς εἰς τοὺς προσελθόντας ἑταίρους ἀφ᾽ ἑτέρων σοφιστῶν καὶ εἰς ποικιλίαν*, *hortatiua ad auditores, qui ab aliis fophiftis ad eum accefferunt, ad varietatem in orationibus fectandam impellens.* *Harl.*

XXXVII. Διάλεξις, disputatio a. 362. habita Philippis in itinere ad Iulianum imper. a quo vocatus fuerat. [Wernsd. orat. VI. p. 498.]

XXXVIII. Orationes CPoli dictae de laudibus illius vrbis, et Iuliani imper. *Fabr.* [Wernsd. ad Photii textum pag. 11. Schottus, ait, et Fabricius separant orat. in CPolin ab oratione Mithriaca; quod non fecissent, si integram VII. (in cod. romano orat. XIV.) vidissent. Habita est orat. a. Chr. 362. et est apud Wernsd. orat. VII. pag. 510. vbi v. notas. *Harl.*

XXXIX. In Mithrae sacra. Confer *Reinesii* Epistolas ad Hofmannum et Rupertum p. 621. [v. quae modo sunt adnotata.]

XL. Διάλεξις in Sallustium, praefectum. *Fabr.* [Wernsd. ad Photii textum l. c. Huius inquit, nihil exstat, nisi forsan, quod fere suspicor, in ecloga XII. latet, et tres Sallustios, illis temporibus celebres, distinguit. *Harl.*

XLI. In Flauianum, ProCos. *Fabr.* Non amplius exstat. *H.*

XLII. In natalem diem amici. [orat. VIII. pag. 542. ap. Wernsd.]

XLIII. Λαλιὰ in bonam amici valetudinem. *Fabr.* Haec et sequens oratt. non sunt, quod Schottus et Fabricius fecerant, diuellendae; sed vna est or. eaque apud Wernsd. pag. 556. sqq. IX. integra, quam Photius adpellat λαλιάν: at Himerius in illa orat. simul restitutam valetudinem discipulo gratulatur, et contra inuidiam atque insidiatores disputat. v. Wernsd. pag. 12. *Harl.*

XLIV. In insidiantes.

XLV. XLVI. In Basilium ProCos. [or. XIII. et or. III. pag. 588. et pag 426. vbi vide W.]

XLVII. In Hermogenem, Graeciae ProCos. [ap. Wernsd. (qui de Hermogene multus est,) or. XIV. pag. 606.]

XLVIII. In Plocianum, ProCos. [periit oratio.]

XLIX. In Ampelium, ProCos. Prooemium ἐκ τῆς εἰς Ἀμπέλιον προπεμπτικῆς dat Photius, pag. 611. seq. [ecl. XXXI. pag. 286. Wernsd.]

L. In [Vettium Agorium] Praetextatum Graeciae ProCos et amicos. *Fabr.* Hanc in perditis habendam, orationem Wernsdorf. ad Photii textum pag. 13. a sequenti non separandam putat, vt Fabricius et Schottus fecerant; e contrario vnam eamdemque et ineunte a. 362. Athenis in laudem Praetextati, ante iter in Asiam ad Iulianum susceptum, esse declamatam. Verba igitur Photii vertit: *in Praetextatum Proc. Graeciae et ad familiares, posthac ad Iulianum Aug. discessurus. Harl.*

LI. Ad Iulianum, imper. quum CPoli discedere pararet.

LII. Nicomediae habita oratio, quum a Pompeiano, vrbis praefecto, verba facere rogatus fuisset. *Fabr.* Huius disputationis, dictae circ. a. 350. nihil superest: ad eam tamen respicit *Libanius* ep. 654. ad Celsum. Illo autem anno Libanius Nicomediae in Bithynia docebat. v. Wernsdorf. pag. 13. sqq. *Harl.*

[☛] LIII. LIV. In aduenas, [ap. Wernsd. or. XV. pag. 672. seqq.] et alia in aduenam. [haec periit.]

LV. In Zenonem, amicum. [Non amplius exſtat.]

LVI. In Aphobinum, aduenam. [Haec etiam interiit.]

LVII. In eum, qui, Neptuni oraculo monitus, reuerterat. [Nihil illius declam. ſupereſt.]

LVIII. LIX. In eos, qui ex Ionia aduentaſſent. Et alia in Ionas hoſpites. [apud Wernsd. orationes X. pag. 562. ſqq. et XI. pag. 570. ſqq.]

LX. Extemporalis ad amicos dicta oratio. [ad initium auditionum, apud Wernsd. (quem vide) or. XII. pag. 580.]

LXI. Oratio, quam amico CPolitano tradidit. [ap. Wernsd. or. XVI. pag. 680.]

LXII. Διάλεξις. Diſputatio inter amicos poſt reditum e patria. [ap. Wernsd. or. XVII. p. 693.]

LXIII. Διάλεξις extemporalis de ſuo docendi munere. [ap. Wernsd. or. XVIII. pag. 704.]

LXIV. Obiurgatio eorum, qui negligenter orationes audirent. [ap. Wernsd. or. XIX. p. 712. cum alia inſcriptione.]

LXV. Extemporalis oratio ad eos e diſcipulis, qui frenos reſpuere videbantur. [ap. Wernsd. or. XX. pag. 718. ſqq.]

LXVI. In Cytianum, qui petulanter ſe geſſerat, quum ſuperiorem orationem Himerius dixiſſet. [Periit haec oratio.]

LXVII. Hortatio de rerum varietate in dicendo ſectanda. [ap. Wernsd. or. XXI. p. 730. ſqq.]

LXVIII. Διάλεξις poſt vulneris medelam. [or. XXII. pag. 750. vbi v. Wernsd.]

LXIX. Poſt reditum a Corintho. (niſi eadem cum XXIX.) [Deſideratur. accedit tamen W. ſuſpicioni Fabricii.]

LXX. In ſtilum et amicos, ſ. diſcipulos. [Periit orat.]

LXXI. In vrbem Lacedaemoniorum, quum ſomnio obſequutus Amyclaeum Deum precaturus acceſſit. [etiam haec interiit. conf. Wernsd. in vita, pag. XLIV.]

LXXII. Ἀκροάσεις et recitationes non omnino publice fieri oportere. [Necdum haec exſtat. In Photio tamen Wernsd. pag. 16. mallit legere *ἐπαγγέλλειν promittere* et *indicere*, pro vulgato, ἀπαγγέλλειν.]

LXXIII. LXXIV. Λαλιὰ oportere in gymnaſiis verſari et alia Corinthi edita. *Fabr.* Prior λαλιὰ eſt ap. Wernsd. orat. XXIV. pag. 808. ſed ibi dedit, et ſic emendandum cenſuit in Photii narratione, *ὅτι δεῖ ἐν γυμνασίοις εἶναι, ſemper exercitationibus vacandum eſſe:* poſterior interiit. *Harl.*

His accedit LXXV. Oratio in Anatolium, praefectum praetorio, e qua prooemium adfert Photius pag. 612. ſeq. [in ed. Wernsd. ecl. XXXII. pag. 296.] nam quis ſit προπεμπτικὸς, e quo excerptum legitur apud eundem pag. 605. ſeq. incertum quidem eſt, non dubito tamen, eſſe ex vno eorum, quos iam e Photii Cod. CLXV. memoraui [d]). *Thomas Galeus*

d) Photius aiebat, ſe legiſſe orationes Himerii numero circiter ſeptuaginta. Wernsdorf. ad Photii locum pag. 17. Schottus, ait, vnam ſupra ſeptuaginta, Fabricius quatuor et ſeptuaginta numerat:

Galeus in notis ad Demetrium Phalereum p. 246. ex Himerii λαλιᾷ inedita citat haec verba: ἦν δὲ Ἑρμείας Ἀταρνεὺς τὸ γένος, ὁ δὲ Ἀταρνεὺς Μυσῶν πόλις. [Illa autem verba sunt ex orat. VI. in Photii catal. nr. 37. in Wernsd. ed. p. 504. sqq. vbi vide not. *Harl.*

Notabit lector, *H. Stephanum*, qui excerpta Photiana ex Himerio graece in lucem edidit, diu ante quam Photii Bibliotheca a praestantissimo Hoeschelio graece vulgaretur, et ab Andrea Schotto in latinum sermonem conuerteretur, eiusdem et *Polemonis* duabus declamationibus praeter castigationes suas adiunxisse etiam alia [e]), haec nempe:

1. Ἀνωνύμου τινὸς περὶ δύο ἀνδρῶν ἀριστευσάντων ἐν πολέμῳ καὶ ἀγωνιζομένων περὶ πρωτείων. Anonymi de Cleonide et Aristomene, qui ambo in bello fortiter se gesserant, certantque de palma, quae Aristomeni addicitur, pag. 20-22.
2. Ῥητορικῶν προγυμνασμάτων παραδείγματα ἐκ διαφόρων σοφιστῶν συλλεγέντα, exempla progymnasmatum rhetoricorum e variis sophistis, Aphthonio, Theone, Libanio collecta, pag. 76-88. *Fabr.*

Restat, vt de codd. mst. et edd. pauca subiiciam. *Wernsdorf.* in praefatione primum pag. II. sqq. studium, quod in conquirendis aut per alios conferendis codd. mstis laudabile indefessumque collocarat, multis verbis exponit; tum pag. XII. sqq. codices ipsos aut quorumdam apographa copiose describit. Sunt vero 1) cod. *Augustanus* chart. et continet tres orationes: ex quo manarunt apographa Steinheilianum et Vindobonense, de quibus paullo post erit sermo, ac forsan Allatianum. Duae priores in illo cod. saec. XIV. orationes in nullo alio codice sunt repertae. *Io. Guil. Steinheil* in itineribus suis ex illo cod. fecerat apographum, ex hoc descriptae sunt in cod. XXIV. chart. biblioth. Vffenbachianae, atque ex hoc apographo Vffenb. *Io. Henr. Maius* in catal. MS. Vffenbachiorum Halae Hermundur. 1720. fol. part. II. pag. 586. sqq. typis illas, cum versione sua lat. notisque, a Wernsd. autem non laudatis, vitiose publicauit. Idem *Maius* edidit *Himerii* Panathenaicum gr. cum quibusdam ex anthol. inedita epigrammatibus. Giessae 1719. 8. Notas mstas reliquit, quae seruantur in bibl. Giessensi acad. 2) cod. *Vindobonensis*, ex Augustano de-

 scriptus.

rat: si illa post reditum Corinthiacum bis citata putetur, vere LXX. numerari debebunt. Verumtamen praeter has LXX a Photio lectas recensitasque exstant aliae quatuor aut quinque, nempe 1) in Anatolium ecl. XXXV. 2) or. IV. in Ceruonium, (a Wernsdorf. ex codd. Barocciano et romano p. 454. seqq. edita.) 3) or. V. Thessalonicae dicta.) (a Wernsd. ex iisdem codd. pag. 472. seqq. publicata.) 4) ecl. XII. quae ex variis sermonibus excerpta dicitur; sed potissimum ex propemptica quadam in virum nobilem Athenis recitata, (pag. 196. vbi Wernsd. refutat Leichii sententiam, illam in Iulianum esse dictam,) ac forsan 5) etiam ecl. XVI. (pag. 250. ex propemptico; nec ipse Wernsdorf. cum Fabricio, scit, in cuius honorem illa or. recitata sit, et quo numero Photius eam in catalogo recenseat.) Ex istis autem LXXI. quas recensuit Photius, penitus perierunt decem et octo; reliquae aut integrae, nempe XXXII. aut eclogis Photianis seruatae, nempe XXI. supersunt. Hactenus Wernsd. adde eiusdem notam doctam ad primam ecl. p. 20. seqq. de Himerii scriptis, quae Photius legit, eorumque discrimine, et in vita pag. XXXXIII. seq. ac pag. LVII. seq. Wernsdorf. ipse euulgauit *eclogas* XXXVI. ex Photii myriobiblo, et declamationes integras XXIV. *Harl.*

e) In *Polemonis et Himerii* declamatt. et eclogis, gr. 1567. 4 quae insignis editio Wernsdorfio optimas saepe suppeditauit lectiones et Hoeschelianis praeferendas, vt ille ipse fatetur pag. X et XI. vbi de illa edit. et Hoeschelii ac Schotti, de quo grauiter iudicat, opera paullo latius disserit. *Harl.*

ſcriptus. v. *Neſſel.* catal. MSS. Vindob. part. IV. 166. pag. 63. 3) cod. *Barocc:an.* 131. Oxonii in bibl. Bodlei. continet octo vel nouem potius oratt. ex eo deriuati ſunt. 4) et 5) *Langbainianus* atque *Cantabrigienſis*, manu forſan Galei ſcriptus, ita, vt alia, f. Panathenaica, (or. III. ap. Wernsd.) ex apographo Auguſt. accederet in vtroque cod. 6) *Hamburgenſe* apographum duplex, manu Io. Chriſtoph. Wolfii exaratum; alterum, quod continet duas oratt. (n. I et II. Wernsd.) alterum octo vel nouem potius declam. ex apographo Langbainiano, non ex cod. Barocc. vti Fabricius ſcripſerat vol. IX. B. Gr. pag. 426. vbi Himerii λαλίαν quamdam gr. euulgauit, ſed in illo apographo, quod Ehingerus ex cod. Auguſtano factum ad Vſſerium miſerat, et Fabricius edidit, ſaepe aberratum fuiſſe ab primo exemplari, *Io. Mich. Herſinger* in Actis ſociet. lat. Ienenſ. tom. I. part. I. pag. 48. ſeqq. late docuit. 7) *Romanus Vatic.* codex praeſtantiſſimus et locupletiſſimus, qui ſeruauit XXXII. declamatt. et ſolus continet XII. plane integras et X. dimidiatas, in edit. Wernsd. III-XXXIV. atque Wernsd. de illo cod. multus eſt praef. pag. IV. ſqq. (vbi quoque memorat, *Leonem Allatium* in apibus vrbanis p. 177. promiſiſſe editionem XX. declamatt. Himerii, in VII libro των συμμικτων faciendam,) in primis pag. XVI. ſqq. — Inter codd. *Voſſianos* in catal. bibl. Leid. pag. 401. memorantur *Himerii* λαλιαἰ, ſed ſchedam, vix vnam paginam occupantem, Patriciique Iunii manu exaratam, nil continere aliud, ac inſcriptiones et initia octo declamationum anglicarum; cod. autem quem Eman. Martinius poſſederat et in ſuis laudarat epiſtolis, venditum fuiſſe ab illo cuidam Anglo, tum in manus veniſſe *Iac. Harris*, (v. *Taylor* in vol. III. b. 2. praef. Demoſthenis,) Wernsd. pag. VIII. ſq. teſtatur. Nec ego plurium codd. notitiam acquirere et dare potui.

Quas Himerii orationes Stephanus, Fabricius et Maius in lucem emiſerunt, earum editiones iam per occaſionem commemoraui. At *Wernsdorf.* ſuſcepit arduum et cum laude abſolutum ad fructumque reipublicae litt. plenum laborem, parando nouam omnium, quotquot nanciſci poterat, declamationum editionem; nec tamen, licet, diu verſatus in iſto negotio, nullis ſumtibus nec operae ſtudioque pepercisſet, editionis redemtorem reperire potuit. Primo autem ampliſſimos in ſingulas eclogas orationesque conſcripſerat commentarios, quorum vbertate moleque quum cognoſſet bibliopolas deterreri a ſumtibus praebendis, poſtea eos valde contraxit et caſtigauit. Nec tamen multis bibliopolis tam Germanis quam Batauis, lucri cupidis, placuit illa opera. Atque poſt illius demum obitum factum eſt, vt ego, ad ſaliuam mouendam, opitulante b. Lengnichio, primum ederem orationem cum prioribus, h. e. copioſioribus Wernsd. commentariis.

Himerii Sophiſtae oratio, qua laudes vrbis Conſtantinopoleos et Iuliani Auguſti celebrantur e recenſione et cum commentario Gottlieb Wernsdorfii, Profeſſoris quond. Dantiſcani Erlangae 1785. min. 8.

Tandem plenior editio, cuius mentionem iam paſſim frequenterque feci, iuuante cl. Heynio, cum commentariis valde caſtigatis, at doctiſſimis, e carceribus quaſi emiſſa, lucem adſpexit. Inſcripta vero eſt:

Himerii Sophiſtae quae reperiri potuerunt: videlicet eclogae e Photii myriobiblo repetitae et declamationes, e codd. Auguſtanis, Oxonienſibus et Vaticanis tantum non omnes, *nunc*

nunc primum in lucem prolatae. Accurate recensuit, emendauit, latina versione et commentario perpetuo illustrauit, denique dissertationem de vita Himerii praemisit Gottlieb Wernsdorfius, in Athenaeo Gedan. quondam Prof. publ. — Göttingae 1790. 8. Praefatus est frater illius, *Io. Christ. Wernsdorf.* Prof. tum Helmstadiensis, in eaque fata editionis atque vitam fratris pulcre lateque exposuit. —

Fabricius postea de *Demade* et *Lesbonacte* notatu digniora adtulerat; at ego illas sectiones iam supra in vol. II. p. 868. sqq. ad suas sedes iure quasi postliminii reduxi. *Harl.*

Vol. IV. p. 423 ꝑ 424

CAPVT XXXIII (olim XXXI)

DE RHETORIBVS ANTIQVIS, DEMETRIO, HERMOGENE, LONGINO ALIISQVE.

I. *Liber de eloquutione sub Demetrii Phalerei nomine editus, alterius iunioris Demetrii, rhetoris, esse videtur, qui sub M. Antonino vixit.* II. *Eius codd. msti, editiones et interpretes.* III. *Index scriptorum, ab eo citatorum.* IV. *Hermogenes Tarsensis.* V. *Opus illius rhetoricum, quinque scriptis constans.* VI. *Codd. msti, editiones et interpretes atque scholiastae graeci editi, inediti atque deperditi.* VII. *Hermogenes alii.* VIII. *Index scriptorum, ab Hermogene laudatorum.* IX. *Longini περὶ ὕψους liber.* X. *Eius codd. editiones et interpretes.* XI. *Alii Longini, ib. Index scriptorum, ab eo laudatorum ex Hudsoni editione.* XII. *Scriptorum Longini deperditorum catalogus.* XIII. *Aphthonii Progymnasmata.* XIV. *Theonis.* XV. *Index Scriptorum, ab Theone laudatorum.* XVI. *Rhetores ab Aldo editi.* XVII. *Index scriptorum, in graecis ad Aphthonium et Hermogenem commentariis citatorum.* XVIII. *Thomae Galei Rhetores selecti.* XIX. *Matthaei Camariotae compendium rhetoricae.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

DEMETRII PHALEREI nomine exstat libellus insignis et lectu dignus *περὶ ἑρμηνείας*, *de eloquutione* eiusque formis quatuor, tenui, magnifica, polita et graui. Sed facile suboluit eruditis hominibus [a]), auctorem eius non esse posse veterem illum, cuius Laërtius vitam scripsit, Theophrasti discipulum [b]), *vltimum ex Atticis, qui dici possit orator*, vt *Tullius* [c]), et lib. X. cap. 1. [ꝑ] *Quinctilianus* de Demetrio Phalereo loquuntur. Nam licet nihil habeat

a) *Francisco Vauassori* lib. de ludicra dict. pag. 255. *Herm. Conringio* praefat. ad Epistolas suas, Ioh Ionsio aliisque. *Fabr.* [Conf. *Morhof.* polyh. lit. VI. 1. 3. vnde *Muretus* orat. 23. vol. II. pag. 399. eum vocat non, *Demetrium Phalereum*, sed, *Demetrium Alexandrinum*. Vid. idem vol. II. orat. VIII. pag. 286. *Placcius* Pseudon. nr. 798. pag. 223. vbi plures citantur, in his Diemannus; qui falsum esse, scribit, Muretum, qui in orat. 6. libellum tribuisset *Demetrio Alexandrino*; sed ipse falsus est. Nec adsentitur Victorio, qui Demetrio Phalereo adscripsit librum, *Casaubonus* in Casaubonianis pag. 39. ad quem locum p. 249. in notis *Io. Christoph. Wolf.* plures cum Casaubono consentientes laudat.] *Moller.* in Homonymoscop. pag. 298. sqq. *Heum.*

b) Dixi de illo Demetrio nonnulla lib. 3. [c. 8. vol. III. pag. 486. adde, quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. I. pag. 493. seq: vbi quoque de libello, de eloquutione, disputaui. *Harl.*]

c) De orat. II. 23. Brut. cap. 9. etc.

beat elegantia, iudicio et eruditione illius indignum, multaque paucis doceat; tamen, vt *H. Valesius* pag. 65. ad excerpta Peiresciana et *Thom. Galeus* in notis ad Demetrium obseruauit, sect. 231. laudatur Artemo, qui indicem Aristotelis epistolarum scripserat, qui quidem longe post Demetrii aetatem vixisse videtur, Sect. 76. Nicias memoratur pictor, qui vixit aetate regis, Attali, vt docet *Plinius* lib. XXXV. cap. 11. Demosthenem et Xenophontem, a quibus non multum aetate Demetrius Phalereus abfuit, ἀρχαίους sect. 77. vocat. De Comoedia sect. 181. non modo tamquam, quae iam sua aetate desiisset, loquitur, sed etiam, velut ipse non natus Athenis, ἠττικίζον inquit. Menandri itidem comoedias quod sect. 197. ait ὑποκρίνεσθαι, Philemonis vero legi, vix potest scriptum esse a Phalereo, qui Menandri aequalis erat. Postremo sect. 308, laudatur Demetrii ipsius Phalerei vox, qua Crateri, Macedonis, spiritus contumaciamque notauit. Nec verisimile est, ita a se ipso laudatum Demetrium Phalereum, cui tamen, velut auctori, non heri demum vel nudius tertius; sed iam ante aliquot saecula tributus fuit ille libellus, vt constat ex epistola *Theophylacti*, quam inter illas, a Meursio editas, incassum quaeras, sed quam cum Petro Victorio [d]) communicauit e codice bibl. Vaticanae Guil. Sirletus: εἰ δὲ τὰ Περιπάτου σπουδάζεις, καὶ τὸν δαιμόνιον Ἀριστοτέλη αὐχεῖς, τί τὴν γλῶτταν ἐπέχεις καὶ ἀποποιεῖς σου τὰ πάτρια; οὐ γὰρ ἐκείνου τοῦ κορυφαίου διασῶται Θεόφραστος καὶ Δημήτριος. ὧν ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ θειότερον φράζειν ἔλαχεν, ὁ δὲ Φαληρεὺς καὶ περὶ ἑρμηνείας λόγου συνταγμάτιον σπουδαῖον ἐξήνεγκεν. Et certe Demetrium auctorem esse, non dubito, tot codicum consensu et Ammonii auctoritate permotus, qui commentario in Aristotelis librum περὶ ἑρμηνείας pag. 2. eius meminit his verbis: οὐ γὰρ δὴ καθάπερ Δημήτριος τὸ περὶ λογογραφικῆς ἰδέας βιβλίον συγγράψας, καὶ ἔτος [e]) αὐτὸ ἐπιγράψας περὶ ἑρμηνείας, ἀξιοῖ καλεῖν ἑρμηνείαν τὴν λογογραφικὴν ἰδέαν. Quoniam vero inter Demetrios celeberrimos facile fuit ille Phalereus, quem in mediocri genere dicendi excelluisse notauit *Cicero* in Oratore, c. 27. hinc factum, vt, qui Demetrii alicuius, rhetoris, libellus esset, ad Demetrium Phalereum referretur. Igitur adsentior *Iohanni Hudsono*, qui in praefat. ad tom. II. editionis praeclarae Dionysii Halicarnassei, quum monuisset, Scholiasten Aristophanis ad Nubes v. 400. [?] (siue memoria lapsum, siue quod Dionysius etiam librum περὶ ἑρμηνείας scripserat, et in illo locum Aristophanis adhibuerat, quem Demetrii libellus sect. 150. ab amoenitate commendat.) librum περὶ ἑρμηνείας tribuere *Dionysio Halicarnassensi* [f]), καὶ Σούνιον ἄκρον Ἀθηνῶν χάρις ἐστὶν στίχου ἀλλοτρίου, ὡς ἔφη Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασεὺς ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας, hoc iudicium suum subiungit: *Sed vtrum Dionysium nostrum intelligat, an alterum, nam tres fuerunt ex Halicarnasso oriundi, (vide Meursium ad Helladium pag. 36.) incertum est. Non tamen ignoro, librum περὶ ἑρμηνείας, sub Demetrii nomine vulgatum, Dionysio nostro adscribi a Menagio* (ad Laërtium pag. 59. et 222. edit. Wetsten. et anti Bailleti c. 52. *Is. Vossio* (ad Catul-

d) *P. Victorius* praefat. ad Demetrii libellum Florent. 1562.

e) Fortasse leg. ἔτως.

f) Dionysium non esse parentem huius libelli, vel ex eo patet, quod auctor §. 182. contendit, neminem ante se de eleganti compositione (περὶ γλαφυρᾶς συνθέσεως) aliquid tradidisse. Et tamen (vti iam *Gale* ad illum locum et censor edit. Fischerianae in bibl. philol. II. 3. pag. 271. docuecunt,) Dionysius Halic. tom II. pag. 25. late disputauit de venusta compositione. Auctor igitur Dionysii librum de compositione vel. ignorauit, vel ignorare voluit. *Harl.*

Catullum pag. 153. et libro de poëmatum cantu et viribus rhythmi pag. 91.) et *H. Valesio* (notis ad excerpta Peiresciana pag. 65.) g). *Verum quum Demetrios LII. numeret Ionsius* (lib. II. cap. 18 de scriptoribus hist. philos.) *quibus addi potest Demetrius Halicarnassensis a Zenobio in proverbiis* (*VI. 22.*) *laudatus, eo magis propendet animus, ut credam, Demetrium*, quem *Alexandrinum* Galenus lib. ad Epigenem c. 5. vocat, et Laertius lib. 5. c. 84. testatur scripsisse τέχνας ῥητορικάς, *[illegible] huius libelli auctorem esse, iis rationibus adductus, quibus hanc sententiam adstruunt G. Ioh. Vossius* (lib. VI. institut. Oratoriar. c. 2.) *et Thomas Galeus*, (praef. ad rhetores selectos, qui Marci Antonini aetate vixisse observat, ita enim ibi legendum pro Antonio.).

II. *Codd. MSSti et editiones libri* περὶ ἑρμηνείας.

Codices MSSti hi fere mihi innotuerunt. In bibl. *Laurent. Medic.* cod. XI. nr. 4. plut. 59 et cod. XIV. plut. 60. (teste *Bandin.* catal. codd. t. II. col. 500 et 604. et col. 606.) in cod. XVI. nr. 5. occurrunt *Demetrii Phalerei formae epistolares XXI. seu formulae scribendarum epistolarum varii generis ad Heraclidem:* sed, adnotante Bandinio, sine nomine auctoris exstat ille in collectione epist. graecarum Cuiaciana pag. 164. et alii vindicant illum Libanio, alii Theoni. adde supra in vol. I. pag. 681. §. XIII. — In cod. VIII. plut. 86. (t. III. Bandin. col. 519. seq.) continentur apophthegmata sapientum, in his Demetrii Phalerei. atque *Leidae* inter codd. Voss. (catal. pag. 398. nr. 53.) *Demetrii Phalerei* apophthegm. VII. sapientum et in bibl. publ. *Paris.* in codd. MDCCLXXIV et MMDCCCLXXXV. — *Mediolani* in bibl. Ambros. Dem. Phaler. — *Venetiis* in bibl. Marciana, cod. CCCCXVIII. saec. circ. XI. oratt. Demosthenis quoque praefiguntur *Demetrii Phalerei* τύποι ἐπιστολικοί, de quorum auctore incerto paullo ante quaedam adnotata sunt. — in cod. CCCCXXIX. membr. saec. X. et cod. DVIII. chartac. Dem. Phal. περὶ ἑρμηνείας. (v. catal. codd. graec. pag. 203. et 273.) — *Paris.* in bibl. publ. idem lib. in codd. MDCLVI. MDCCXLI. MMXL. et in biblioth. *Coisliniana*, cod. bombycin. teste *Montfaucon.* catal. pag. 445. — *Matriti* in bibl. regia cod. XCIX. fragmentum libelli. (*Iriart.* cat. gr. codd. pag. 387.) it. in bibl. Escorial. — In bibl. *Vindobonensi* cod. LX. apud *Nesselium* part. IV. pag. 37. idem lib. In bibl. quondam *Heidelberg.* fuerant quondam aliquot libelli codd. qui num in Vaticanam venerint, equidem nescio. — Codic. *Cantabr.* contulit Gale.

Editiones: de quibus intelligenter disputat cl. *Fischer* in praef. pag. X. sqq.

Graece primum vidit lucem edente *Aldo* inter graecos rhetores. Venet. 1508. fol. p. 545-573. itaque fallitur Caselius qui a *Petro Victorio* primum editum adfirmat. [v. *Bure* bibliogr. instruct. B. L. tom. I. pag. 92.]

Vulgauit

g) Atque libr. I. de critica, cap. VIII. pag. 156. sed Burmann. qui in nota de hac controuersia plura adtulit, accedit Hudsono, Fabricio et reliquis, qui ante illos in eadem fuerunt sententia: quibus nouissimos addes subscriptores, cl. *Schneider.* in praef. ad suam edit. pag. XI. sq. et cl. *Fischer.* in praef. *Harl.*

Vulgauit quidem *Victorius Demetrium* bis, sed diu post Aldum, Florentiae A. 1552. 8. graece, ex Iuntae officina et vna cum versione sua et insignibus commentariis, ib. 1562. fol. *Fabr.* Sed lectiones primi exempli discrepare nonnullis locis a lectionibus secundi, docuit Fischerus. *Maittaire* tamen in indice ad A. T. pag. 330. memorat edit. cuius quantum inuestigaui, nullibi deprehendi mentionem factam, gr. Florentiae MDXLII. (1542.) 8. nisi, quod editionem Florent. a. 1552. non commemorat, ex catalogo quodam, haud diligenter scripto, temere rescripserit annum illum. — Aliam editionem gr. et lat. ex interpretatione Petri Victorii, sine loco et die, in forma 4. praebet catal. bibl. Menken. part. I. pag. 97. — De editione *Victoriana* a. 1562. v. *Denis* in Memorab. bibl. Garell. pag. 469. seq. qui praeter ea animaduertit docetque, editionem cum comment. P. Victorii, *Patauii* per Gratiosum Percharium, a. 1557. 4 quam *Negri* in Istoria de scritt. Fiorent. pag. 471. citat, esse, quia habeat Vict. dedicationem, ad Farnesium scriptam, Florentiae VI. id. Sext. MDLXII. plane fictam et fabulosam. Aliam edit. Victorii cum commentario, gr. et lat. Florent. apud Iuntam 1574. fol. citat Osmont in Diction. typograph. tom. II. pag. 321. Denique *Victorii* edit. graec. et lat. cum commentario, Florent. 1594. fol. ap. Iuntas laudat *Bure* in Bibliogr. instruct. B. Lettr. tom. I. p. 87. Atque exstat in bibl. Dresd. exempl. illius ed. et bina exempla fuerunt in bibl. Thottiana, tom. IV. pag. 15. *Harl.*

Prodiit etiam Graece Paris. 1555. 8. apud Morell. [qui vsus est antiquo cod.] et Argentor. 1556. 8.

Et ex *Ioh. Caselii* recensione, [s. potius ex secundo Vict. exemplo, quibusdam correctis.] Rostoch. 1584. 8. additis in extremo libri *Ariphronis*, *Sicyonii*, paeane in honorem bonae valetudinis, [epistola Gregorii, Nazianzeni, de scribendis Epistolis,] et *Aristotelis* paeane in Hermeam, Atarni tyrannum, scolioque Timocreontis, Rhodii, in vituperationem Pluti. De his tribus dicere me memini lib. II. c. 15. §. 17 et 18. Ceterum liber de eloquutione, qui ab eodem *Caselio*, ibid. 1585. 4. editus est rec. 1633. 8. latine sub titulo Phalerei, [?] non est latina interpretatio libri Demetrii, sed nouum scriptum illius argumenti, a Caselio compositum.

Ex versione *Marci Antonii Antimachi*, Basil. 1540. 4. vna cum Dionysii Halic. praeceptis de orat. panegyrica, nuptiali, natalitia et epithalamiis, atque cum praefat. librorum Polyaeni: sed in hac editione non integer Demetrii libellus occurrit, sed tantum excerpta de membris et incisis, de periodis, de componendis Epistolis et characteribus dicendi.

Ex versione latina *Natalis Comitis*. Venet. 1557. 8. vna cum Alexandro, rhetore.

Cum versione latina et notis *Stanislai Ilouii*. [cuius dedicatio scripta est XII. Cal. Ian. 1556.] Basil. apud Oporin. 1557. 8. additis Dionysii Halic. quibusdam Opusculis, ab eodem Ilouio latine traslatis. [Addita est praefat. Victorii, cuius edit. est basis; sed habet quoque lect. ex ed. Morel. In fine est *index vocum, quae in vetusto cod.* (n. Morelli)

relli) *aliter, quam impressum est, scriptae sunt.*] Falsus igitur fuit praestantissimus Caselius etiam in hoc, quod a nemine ante se in Germania Demetrii librum editum existimauit.

Ex versione et cum scholiis *Francisci Maslouii*, Patav. 1557. 4.

Demetrii Phalerei περὶ Ἑρμηνείας liber vtilis et vere aureus, quaestionibus explicatus, studio et opera *Io. Simonii*, rhetorices in academia Rostoch. profess. publ. Rostochii 1601. 12. — In catal. bibl. *Barberinae* tom. I. pag. 200. citantur edd. huius sententiae: *Dem. Phal. de locutione epistolarum*, gr. lat. Han. 1618. it. latine Leidae, 1591. 8. *Harl.*

Cum versione Victorii, et sectionibus eiusdem in contextu, et Panigarolae ad oram libri notatis. Venet. 1645. 4.

Inter Rhetores selectos, editos a *Thoma Galeo*, Oxon. 1676. 8. primo loco occurrit Demetrii liber cum Victorii interpretatione graece et latine, distinctus ex eiusdem Victorii edit. secunda in sectiones 331 additis notis eruditis, quibus praeclarus editor hunc scriptorem illustrauit, vsus codice MS. Cantabrigiensi, et editionibus Victorii, Morelliana et Maslouii. *Fabr.* Enimuero Fischerus notauit in praef. pag. XV. Galeum non modo seruasse vitia Victorianae editionis; sed aliis etiam cumulasse, atque adeo texta Victoriana multis locis temere mutasse. — Galeani exempli textus gr. sed hinc inde emendatior, cum latina Victorii versione repetitus est Glasguae ap. Foulis. 1743. 8. et 4. — *Demetrium Phalereum* cum reliquis rhetor. selectis ex edit. Th. Galei cum eius notis, gr. et lat. typis renouandum curauit, et varietatem lectionis Aldinae, (item Victorianae, Caselianae et Glasguensis in libello Demetrii, interiectis animadversionibus criticis, tam editoris, quam cl. Schneideri,) adiecit *Io. Frid. Fischer.* Lipsiae 1773. 8. conf. praeclaram huius edit. censuram, in qua de ingenio Demetrii et argumento libelli bene disputatur, in philolog. biblioth. tom. II. part. III. p. 250. sqq. et part. V. pag. 390. sqq. Gottingae 1773. 8. Eruditae obss. de vsu et vi formularum rhetoricarum atque ipsa vett. rhetorica interseruntur. — Nouissima et critica est editio *Demetrii* de elocutione liber. Curauit *Io. Gottlob Schneider.* Altenburg. 1779. 8. ex cod. tamen Morel. possunt quaedam suppleri. Conf. eiusdem viri doctiss. de nupera Demetrii de elocutione editione admonitio ad lectores, (in qua et vitia typographica emendantur, et duae adiectae sunt obss.) in Volborthi bibl. philol. vol. II. Lipsiae 1780. 8. pag. 197. sqq. *Harl.*

Petri Angeli Bargaei commentarii in Demetrium, quorum meminit Rogerus Aschamus Epistola ad Io. Sturmium, non viderunt lucem quod sciam. *Fabr.* Coniecturas quasdam de aliquot locis e libello Demetrii fecit *M. A. Muretus* variar. lectt. lib. I. c. 16. pag. 25. sqq. tom. II. Opp. Mureti a Ruhnkenio edit. — *Hardion* in histor. acad. Paris. Inscr. vol. III. pag. 151. sqq. emendat locum quemdam sect. 84. ed. Oxon. *Harl.*

Italice ex *Petri Segne* interpretatione. Florentiae 1603. 4. et ex paraphrasi *Francisci Panigarolae* Venet. 1609. 4. [rec. ibid. 1642. 4. et ab *Antonio Gaza* in compendium redacta. Veronae 1649. 8. et 1653. — denique ex versione *Marcelli Hadriani*, edente *Antonio Franc. Gorio.* Florent. 1738. 8. conf. *Paitoni* biblioth. degli autori — volgarizzati, tom. I. pag. 279-283. *Harl.*

III. *Index Scriptorum, aliorumque in libro περὶ ἑρμηνείας memoratorum, concinnatus a me ad sectiones minores editionum Victorii et Galei.*

[Is repetitus est in ed. Fischeri.]

Aegyptii Deum celebrantes septem vocalibus, 71.
Aenigma (Cleobulines) de cucurbitula, sect. 102.
[⁋] Aeschines, orator, 211.
Aeschines, Socraticus, 310. 319. eius Telauges, 310 et 172.
Alcidamas, 12. 116.
Μυστήρια ἐν Ἀλληγορίαις, 101.
Anacreon, 5.
Anonymus, 97. 115. 121. 162. et passim.
Antiphon, 53.
Antisthenes, 261.
Archedemus, 34.
Archilochus, 5.
Aristippus, 317.
Aristophanes, 150. 153. 162.
Aristoteles, 11. 28. 29. 34. 38. 39. 41. 81. 97. 116. 128. 144. 155. 158.
Ejus epistolae, 231. 239. 242. ad Alexandrum 243. ad Antipatrum 233.
Artemo ὁ τὰς Ἀριστοτέλους Ἐπιστολὰς ἀναγράψας, 231.
Attici, 117. 181.
Clitarchus, 330.
Κωμῳδικὰ παίγνια καὶ σατυρικά, 143.
Crates, Cynicus, 271. Κράτητος ποιητική, 172.
Ctesias, 218. seq. 222.
Demades, 299. seq. 304.
Demetrius, Phalereus, 308.
Demosthenes, 11. 31. 257. 259. 262. 265. 284. 287. 296.
Dicaearchus, 135.
Diogenes, Cynicus, 272. 273.
Dionysius, 99.
Διθυραμβικῶν συγκείμενα, 91.
Dores, 180.
Epicharmus, 24.
Euripides, 199.
Gadarenus (Theodorus forte, rhetor,) 246.
Gorgias, 12. 15. 29.
Hecataeus, Milesius, 12. in principio historiae, 2.
Heraclitus, 196.
Herodotus, 12. 17. 37. 44. 66. 112. 184.
Hippocratis Aphorismi, 4. 247.
Hippocrates alius, 225.
Hipponax, 132. 325.
Homerus, 7. 5. 12. 37. 48. 52. 54. 56. 61. seq. 84. 107-111. 130. 150. 267. 269. 275.
Isocrates, 12. 23. 25. 29. 68. 322.
Lacedaemoniorum epistola ad Philippum, 8. 9. 102. 252. Lacones βραχυλόγοι, 7.
Lysias, 128. 194. 279.
Menander, 197. Eius Μεσσήνια, 154.
Musici, 178.
Nicias, pictor, 76.
Peripatetici, 184.
Φακῆς ἐγκώμιον, 172.
Phidiae opera ampla simul et exquisita, 14.
Philemon, 197.
Philistus, 203.
Φρυγίζειν ἢ σκυθίζειν, 96.
Plato, 5. 37. 51. 56. 80. 184. 186. 211. 225. 235. 279. 306. 309. 319. Epistola ad Dionem, 237. 243.
Poeta, 79.
Polycrates, 120.
[⁋] Praxiphanes, 57.
οἱ νῦν ῥήτορες γελοίως πειθοῦσιν, 305.
Sappho, 127. 132 seq. 146. 163. 167. seq.
Σάτυρος ἀντὶ τραγῳδίας, 170.
Sophocles, 114.
Sophron, 128. 151. seq. 154. 157.
Sotades, 193.
Theognis, 86.
Theophrastus, 41. 114. 175. 229.
Theopompus, 27. 75. 251. 258. 262.

Thucy-

Thucydides, 25. 39. 40. 44. 45. 48. 49. 65. 72. 113. 184. 212. Praelonga eius Epistola, 137.
Τηλαυγὴς θύλακος, 172.
Timandram accusans, 326.
Xenophon, 3. 6. 19. 37. 80. 85. 90. 93. 98. 103. 121. 131. 134. 137. 139. 156. 184. 204. 318.

IV. HERMOGENES, Tarsensis, rhetor, Callippi F. nepos forte vel propinquus fuit Hermogenis, Tarsensis, quem propter quasdam in historia figuras, librariis etiam, qui eam descripserant, cruci adfixis, occidit Domitianus, teste Suetonio c. X. Vix quindecim annos natum auscultauit et admiratus fuit Marcus Antoninus, iam imperator, quem Hermogenes ita adlocutus esse fertur h): ἰδέ σοι, βασιλεῦ, ῥήτωρ παιδαγωγοῦ δεόμενος, ῥήτωρ ἡλικίαν περιμένων. *En tibi Imperator rhetorem, qui paedagogo indiget, oratorem, qui annos exspectat.* Musonium quoque, philosophum, Hermogenis fuisse auditorem, Suidas [atque Eudocia pag. 165.] refert, quod de celebri illo philosopho Stoico accipere tempus non patitur. Itaque, nisi fallit nos Suidas, de alio iuniore Musonio hoc sit intelligendum, de quo apud Aristidem, rhetorem, mentio. Anno decimo septimo i) aetatis scripsit τέχνην ῥητορικὴν et anno vicesimo librum de ideis, qui iam pridem in omnium fuere manibus; sed mox anno vicesimo quinto virum defecit memoria, atque adeo dicendi facultas, neque eam recuperasse constat, licet diu post vixisset et vltimam senectutem attigisset. Itaque contemtui habitus locum dedit Antiochi, Sophistae, dicterio: Ἑρμογένης ἐν παισὶ μὲν γέρων, ἐν δὲ γέρουσι παῖς. *Inter pueros senex, inter senes puer.* Mortui in cadauere dissecto cor pilis obsitum k) est repertum, [?] et maius etiam, quam hominum esse solet. Cognomine dictus ξυστὴρ siue *scalptor*, nescio an ideo, quod doceret dictionem scalpello quasi deradere, vt *Synesius* in Dione pag. 47. dixit τὸ λέξιν καθῆραί τε καὶ ἀποσμιλεῦσαι.

V. *Hermogenis* opus *rhetoricum* quinque constabat scriptis, e quibus ad nos peruenerunt posteriora quatuor l). Illud diserte docet nos *Io. Tzetzes* Chil. VI. hist. 79. cuius verba adscribam:

h) *Philostratus* 2. de Sophistis pag. 575. cuius verba adducit etiam Scholiastes Hermog. p. 13.

i) *Suid.* in Ἑρμογένης et auctor Vitae Hermogenis, graece e codice Barocciano editus a Godfrido Oleario in eruditissimis notis ad Philostratum, pag. 577. *Fabric.* — *Iriarte* in catal. codd. gr. bibl. Matrit. pag. 151. sqq. vberius recenset cod. XLIII. qui multa rhetorica, in his Hermogenis, tum etiam inedita scripta continet. Prolegomena rhetorices, incerto auctore, excipiunt alia prolegomena, n. incerti Vita Hermogenis et introductio in Hermog. rhetoricam. Vitam, quoniam breuis est et discrepat ab ea, quae apud Suidam et in notis Olearii ad Philostratum e cod. depromta legitur, Iriarte exscripsit. In illa autem cum nulla fit mentio Musonii nec libr. de Coele Syria, tum traditur, Hermog. anno vicesimo *tertio* edidisse σύνταγμα περὶ τῶν ἰδεῶν. *Harl.*

k) Hesychius illustris in Ἑρμογ. Plura exempla hominum, quorum cor pilosum est repertum, collegit elegantiss. *Muretus* XII. 10. Var. Lect. *Pontanus* bellar. Attic. pag. 301. et *Alexander Tassonus* in libro Italice edito, cui titulus *pensieri diversi*, lib. VI. cap. 30. De *Aristomene Messenio* idem tradit praeter alios Dio Chrysost. XXXV. pag. 430. de *Leonida* Plutarchus in parallelis minoribus pag. 306. Porro quod ad praegrandem cordis magnitudinem attinet, Aristoteli et Plinio obseruatum, timidissima quaeque animalia maximo corde gaudere. Confer *Bocharti* Hieroz. p. 798. et *Vignolii Marvillii* Miscellanea histor. et litterar. tom. I. pag. 61. seq.

l) Quintum etiam ad nos peruenisse, paullo post videbimus. *Harl.*

Ῥητορικὴν μὲν γίνωσκε τὴν δικηγόρων τέχνην,
Τὴν βίβλον Ἑρμογένους δὲ σοφιστικήν με m) καλεῖν.
Αὕτη δὲ σοφιστεύουσα ῥητορικῆς ἡ βίβλος
Πεντάβιβλος ὑπάρχει μὲν, εἰς πέντε διαιρεῖται,
Εἴς τε τὰ προγυμνάσματα, στάσεις καὶ τοὺς εὑρέσεις
Ἰδέας καὶ πρὸς μέθοδον δεινότητος σὺν τούτοις.

Idem repetit Chiliad. XI. hiſt. 369. atque omnium quinque argumenta copioſe proſequitur.

[Vt omnia ſimul comprehendam breuitatis ſtudio, *codicum msstorum* notitiam ſtatim ſubiungam. In cod. *Matritenſi* mem. ſunt praeter adlata 1) definitiones ſtatuum (στάσεων), incerto auctore; 2) expoſitio ſtatuum Hermogenis, incerto etiam auctore; 3) prolegomena rhetorices; hoc idem opus eſt, quod in bibl. *Coisliniana* cod. CCCLXXXVII. exſtat inſcriptum: *συναγωγὴ σὺν θεῷ διαφόρων ἐξηγητῶν εἰς τὰ Ἀφθονίου προγυμνάσματα,* quod *Montfaucon* in bibl. Coislin. pag. 590. ſqq. adiuncta lat. verſione vulgauit, et *Fabricius* in B. Gr. vol. IX. pag. 586. ſqq. gr. et lat. iterum edidit, et ex ſuo codice hanc pleniorem adſcripſit inſcriptionem: *συναγωγὴ τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐξηγήσεων εἰς τὴν ῥητορικὴν τῶν ἀποδοθεισῶν ὑπό τε χριστιανῶν ἐξηγητῶν καὶ ἑλλήνων. ὧν εἰσι χριστιανοὶ μὲν* ἸΩΑ΄ΝΝΗΣ *φιλόσοφος μέγας καὶ ὀρθοδοξότατος ὁ Σικελιώτης, καὶ ἕτερος* ἸΩΑ΄ΝΝΗΣ, *διδάσκαλος ὁ Γεωμέτρης.* ΓΡΗΓΟ΄ΡΙΟΣ *Μητροπολίτης Κορίνθου, ἕτερος Μητροπολίτης ὁ* ΔΟΞΑ΄ΠΑΤΡΙΣ, *καὶ* ἸΩΑ΄ΝΝΗΣ ΓΕΩ΄ΡΓΙΟΣ, *ὁ διαιρετὴς λεγόμενος· Ἕλληνες δὲ* ΣΙΜΠΛΙ΄ΚΙΟΣ, ΛΟΓΓΙ΄ΝΟΣ, ΣΥΡΙΑΝΟ΄Σ, ἸΑ΄ΜΒΛΙΧΟΣ. vide quoque §. VI. fin. Sed exemplar Matrit. praeſtat: habet enim cum multa alia vberiora, tum in primis enucleatius exordium, dein caput nonum integrum, cuius exigua tantum pars in illo ſupereſt, ac decimum, quod ibi omnino deſideratur. Hinc Iriarte eius exordium et caput nonum ac decimum in vtriusque editionis ſupplementum cum verſione ſua latina publicauit. Tum ſequitur in cod. Matrit. 4) in progymnaſmata (ſcil. Aphthonii, vt patet ex cod. Coislin. CCCLXXXVI. fol. 121.). — 5) ſtatuum rhetoricae notitia; vide haud ita multo poſt, Notam.) — 6) rhetoricae capita, ſec. Aphthonium, auctore incerto. — 7) et 8) de progymnaſmatis, ab anonymo. — 9) *Aphthonii* progymnaſmata in rhetoricam Hermogenis. — 10) adnotatt. in ſtatus Hermogenis. — 11) *Hermogenis* progymnaſmata, quae ab *Heeren* V. C. edita eſſe, deinceps adnotabimus. — 12) rhetoricarum rerum excerpta tria ex incertis auctoribus cum Hermogenis vita. — 13) Hermogenes de ſtatibus. — 14) eiusdem de inuentione libri IV. — 15) Incerti expoſitio libri Hermog. de ideis, quae deſideratur in excuſis exemplaribus. — 16) Ipſius Hermog. de ideis libri II. — 17) Hermogenis de methodo vehementiae lib. Sequuntur problemata ſiue propoſitiones rhetoricae in ſtatus Hermog. et alia expoſitio eorumdem. — In cod. LVIII. fol. 122. (pag. 197. ap. Iriart.) ſunt anonymi prolegomena in Herm. libr. de ſtatibus. — In cod. LXVII. fol. 9. pag. 234. excerptum de Homero, ex lib. 2. cap. 10. Hermogenis de formis oratoriis; aliud Laſcaris excerptum, in cod. CXV. (pag 454.) et alia (p. 461. ſq.) In cod. CXV. fol. 192. (pag. 461.) Laſcaris collectanea de figuris ex Hermogene. — it. in bibl.

m) Semper fere in penultimis ſyllabis verſus politici debent habere tonum ſiue accentum, interdum tamen hoc negligit *Tzetzes*, vt VIII. Chil. verſu 19.

bibl. *Escorial.* rhetorica cum scholiis et Hermogenis vita, tum de rhetorica lib. 3 et 4. cum expositione Io. Doxopatris, teste *Plüero* in itinerario, pag. 172.

In cod. LXVII. bibl. regiae *Taurinens.* (cat. codd. gr. pag. 171.) est integrum opus Hermogenis rhetoricum cum commentariis; in his quoque, vti in cod. Matritensi, progymnasmata, seu de rhetorices praeexercitamentis. Ante libr. de statibus scripta sunt prolegomena, ab iis, quae edidit Aldus, diuersa.

Mediolani in bibl. Ambrosiana sunt, teste *Montfaucon* in diario ital. pag. 16. Hermog. rhetorica multis in codd. et *Syriani, Marcellini* atque *Sopatri* scholia in Hermogenem.

Florentiae in bibl. *B. Mariae* monast. Aphthonii et *Hermogenis* cod. bombyc. teste *Montfauc.* l. c. pag. 396. — *Ibidem* in bibl. *S. Marci* Hermog. rhetorica. — *Ibidem* in bibl. *Medic. Laurent.* cod. XIV. plut. XXXI. Rhetorica libris IV. (n. prioribus:) opus de formis est in IX sectiones distributum. (*Bandini* cat. codd. gr. II. pag. 88.) — cod. XIV. plut. 55. et cod. XXXV. nr. 6. plut. 60. (*Band.* II. pag. 278 et 614.) de figuris, quarum mentionem facit Hermog. in libr. de figuris et de formis dicendi. In posteriore cod. sunt quoque Herm. partitiones statuum et quaestion. orator. cum vberrimo commentario, textui interserto, et prolegomenis in illos libros: nec non libr. II. de formis oratoriis cum commentario et prolegomenis; denique Hermog. de apto dicendi genere cum breui commentario. — In cod. XX. plut. 55. et cod. VII. plut. 59. ars rhetorica de partitione statuum et oratoriar. quaestionum cum vberrimis *Syriani, Sopatri, Marcellini* et *anonymi* comment. (*Bandin.* II. col. 284 et 493.) — ars rhetorica de statibus cum comment. anonymi, (*Doxopatri,* suspicatur Bandin. II. col. 340.) de statuum diuisione cum commentar. partim anonymi, (Doxopatri,) partim Georgii Diaeretae, tum de inuentione oratoria libr. IV. cum comm. Georgii Diaeretae et alius incerti: porro enarratio in ideas Hermog. excepta ab ore Ioannis Siculi, quam excipiunt libri II. Hermog. cum commentariis Syriani aliorumque excerptis et margini adscriptis: (in hoc cod. deesse alia, alia transposita, notat Bandin.) denique de methodo apti generis dicendi, cum comment. ex interpretatione Metropolitae *Corinthi Gregorii.* — In cod. XIV. plut. 57. (*Band.* IV. col. 355. seq.) de inuentione libri IV. cum comment. praemittitur comment. ab initio mutilus ad cap. V. libri de statibus. — In cod. XXIV. plut. 58. (Bandin. II. pag. 464. seq.) excerpta rhetorica ex *Hermogene,* Aristide, Sopatro, Longino, Syriano etc. — In cod. XV. et cod. XXII. plut. 60. quatuor priores libri Hermogenis, cum scholiis margin. (*Bandin.* II. col. 604. sq. et 611. sq.) In cod. XXVII. plut. 60. sunt quinque scripta Hermogenis, atque adeo etiam *progymnasmata* capp. XII. distincta, quae, (vti quoque Tzetzes numerauit libros,) primum locum inter scripta Hermogenis in hoc cod. occupant. v. *Bandin.* II. col. 616.

Venetiis in bibl. Marciana codd. CCCCXXX et CCCCXXXI. quatuor priora Hermog. scripta et cod. DXCIX. ars rhetorica: secundum catal. codd. gr. — *Neapoli*, in bibl. regia, de statibus, cod. CLIII. — *Troili*, et trium anonymorum prolegomena, ipsiusque Herm. quatuor priora scripta, cum variorum commentariis, cod. CLXIV. — *Progymnasmata* cum reliquis scriptis Herm. cod. CLXIX. — quatuor priora scripta Herm. cod. CCVII et CCXIV. — In bibl. Veneta *S. Michael.* Herm. de inuentione libri IV. de formis libri II. de schematibus, quorum meminit Hermog. in illis libr. teste *Mittarellio* in illa bibl. codd. col. 492. et col. 1013. — In bibl. *Pinelli* quondam fuit cod. chart. in 4. qui continet

Herm.

Herm. de partit. ſtatuum et quaeſtion. orator. de inuent. libri IV. de formis orat. liber I. cum expoſitione, gr. v. catal. III. pag. 351.

Pariſ. in bibl. publ. Hermog. de partitione ſtatuum, in XXII codd. de inuentione oratoria in XV. codd. — de formis orat. in XVII codd. — de eloquentia in XV codd. quos omnes et ſingulos enumerare, haud vacat. v. indic. ad vol. II. catal. MSt. Multis codd. addita ſunt prolegom. aut commentar. — *progymnasmata* in codd. MMDCCXXXI. et MMDCCCCXXIX. — excerpta ex Herm. libris de inuentione orat. cod. CCLXXXVII. nr. 19. In cod. MMDCCCCXVIII. ſunt ſcholia in Herm. artem rhetoric. de partit. ſtatuum, e *Georgii Moni*, Alexandrini, dictantis ore excepta. Opus hactenus ineditum, ait confector catal. codd. vol. II. p. 570.

Leidae in bibl. acad. Herm. cod. citatus in cat. bibl. illius, pag. 335. nr. 28. ſed, quinam inſint libri, non memoratur. Inter codd. *Voſſian.* cat. p. 395. nr. 1. ita citatur: Hermog. definitiones vel ὅροι, et alia rhetor. opera, quorum vltimum eſt περὶ μεθόδου δεινότητος. Sequuntur auerſa pag. 244. Τζέτζου λογισμῶν τῶν παλαιῶν καὶ νέων, in verſibus contra Hermogenem.

In *Britannia*, ſecundum catal. MSS. Britann. et Hibern. ſunt *Oxoniae* inter codd. collegii noui, Hermog. rhetorica, codd. MCCXXI et MCCXXII. — Inter codd. *Baroccian.* in cod. XLV. comment. in Herm. de ſtatibus, et ſynopſis figurarum, quarum meminit Hermog. in libris de inuentione et de formis. — cod. XLVIII. capp. quinque priora de ſtatibus. — cod. LXXVI. compendium de figg. e lib. de inuentione et de ideis. — cod. CXXXIII. anonymi expoſitio in Herm. libr. de partitione. — cod. CXCIV. compendium libri de ideis et *Syriani* comm. in illum librum. — Inter codd. *Thom. Bodleii*, cod. MDCCCCLVIII. Herm. ars rhetorica. — cod. MMCCCCLXXXIII. *Troili* prolegg. in rhetor. Hermog. alia prolegg. in libr. ſtatuum; *Lolliani* et alius prolegg de ſtatibus. — *Cantabrigiae* in bibl. collegii S. Trinitatis, compendium rhetoricae Hermog. cod. CCCXC. Aphthonii ſiue Hermogenis progymnasm. cum *Troilo*, et prolegg. de ſtatibus Hermog. cum *Sopatro*, cod. CCCCXLII. — in bibl. collegii *Caio - Gonuilens.* Hermogen. de figg. et ideis, cod. MXXXVI. — In bibl. eccl. Weſtmonaſterienſis Herm. rhetorica, cod. v. catal. tom. II. nr. 1101. — Codd. Voſſian. ſunt in bibl. Leidenſi. — In bibl. *Norfolciana*, Herm. de inuentione, cum ſcholiis Tzetzae, MMMCCCCXLVII.

In bibl. *Vindobon.* cod. CXXXVII. nr. 4. (ap. *Lambec.* VII. col. 550. ſqq.) eſt memorabilis collectio, de qua Fabric. in fine §. VI. agit. — *Tzetzae* epitome artis rhetor. Hermogenis, verſibus politicis, in cod. XXVII. nr. 3. (*Lamb.* VII. col. 140.) — In bibl. *Heidelbergenſi* fuerunt quondam, teſte Sylburgio, plures Hermog. codd. — *Lipſiae* in bibl. acad. cod. Hermogenis. — *Monachii* in bibl. elector. Bauar. prolegom. in Hermog. de inuentione; Herm. de ſtatibus, de inuent. et dicendi generibus, cum ſcholiis, cod. CCXXX (catal. codd. gr. pag. 81.) — *Auguſtae* Vindel. in bibl. publ. Herm. de inuentione, cum anonymi de interpretatione, teſte *Reiſero* in indice libr. MSS. pag. 78. — *Guelferbyt.* (ex bibl. Gudiana,) Hermog. de figuris.

Sequitur, vt ſingula Hermogenis ſcripta recenſeamus. *Harl.*

1. TEXNH

1. ΤΕ'ΧΝΗ 'ΡΗΤΟΡΙΚΗ' διαιρετικὴ περὶ στάσεων, *Ars rhetorica de partitione statuum et quaestionum oratoriarum* n) in XIV. genera, quam duodevigesimo aetatis anno scripsit, teste Suida, apud quem non duo diuersi libri sunt: τέχνη et περὶ στάσεων, sed verbis interiectis parentheti inclusis ambo coniungenda videntur hoc modo: ἔτη δὲ γεγονὼς περὶ ὀκτωκαίδεκα γράφει τέχνην ῥητορικὴν (ἣν μετὰ χεῖρας ἔχετιν ἅπαντες) περὶ στάσεων. βιβλίον ἕν, vel certe τέχνη est vocabulum generale, vniuersa Hermogenis scripta rhetorica complexum. Apud Eustathium quidem ad Homer. ὁ τῶν στάσεων ἐξηγητὴς est Hermogenes. In hanc τέχνην περὶ στάσεων commentaria *Syriani, Sopatri et Marcellini*, et ex *Porphyrio* pag. 162. et *Epiphanio* pag 192. et *Anonymo* pag. 190. 193 fragmenta edita sunt graece ab Aldo 1509. fol. Librum ipsum Hermogenis graece [[?] vulgarunt praeterea Parisienses Ao. 1530. 4 [ap. Chr. Wechel. et (teste quidem *Maittaire* A. T. III. pag. 287.) ibid. 1538. 4.] et *Io. Caselius* Rostoch. 1583. 8.

Latine vertit *Natalis Comes*, Basil. 8.

Paraphrasi interpretatus est *Hilarion Monachus* o) Ven. 1523. et Friburgi Brisgoiae 1541. 8. Argentor. 1555. 8. Alteri cuidam Hermogeni tributum hunc librum fuisse a nonnullis, testatur Scholiastes graecus Hermogenis, qui illis neutiquam adsentitur, pag. 13. Ex eodem pag. 15. et 162. colligo, *Porphyrium* quoque commentatio illustrasse hunc Hermogenis libellum. Minucianus vero ante Hermogenem de illo argumento scripserat. Vide pag 77. vbi variae vocabuli στάσις etymologiae, et definitio pag. 78.

2. ΠΕΡΙ' ΕΥΡΕ'ΣΕΩΝ *De inventione oratoria libri IV.* ad Marcum Iulium, quem κράτιστον adpellat. In hos Scholia anonymi veteris Christiani idem Aldus edidit, p. 352-376. in quibus saepe etiam capitum mentio, vt pag. 356. 358. 359. 364. ἐν τῷ ἐνάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ τρίτου τόμου μαθήτῃ, etc. Gregorius, theologus, laudatur pag. 364. 395. 399. 401. 416. 417. Hi quatuor Hermogenis libri cum versione et praelectionibus *Io. Sturmii*, edente discipulo eius, *Iohanne Cocino*, Pesecensi Bohemo, prodiere Argentorat. 1570. seq. tribus Vol.

3. ΠΕΡΙ' ΙΔΕΩ~Ν *De formis oratoriis*, non singulorum quorundam oratorum, sed vniverse de formis et characteribus dicendi omnis generis, licet ex Demosthene maxime exempla petiit, *Libri II.* in quos et ipsos commentaria, graece ab Aldo edita, exstant, nescio cuius auctoris, certe non ineruditi atque itidem Christiani, vt ex pag. 385. perspicue

n) Vide Schol. Hermogenis pag. 120. [Apud Eudoc. sic distinctum legitur, συνεγράψατο τέχνην ῥητορικήν· περὶ στάσεων βιβλίον ἕν· etc. praeeunte Suida.]

o) *Hermogenis* rhetorices compendium, interprete *Hilarione*, Veronensi monacho, cum Aristotelis poetic. interpr. Georg. Valla aliisque opusc. Aristotel. latine factis, Venetiis, per Bernard. Venet. de Vitalibus. 1504. fol. teste *Maittaire* A. T. II. pag. 167. — *Iriarte* in catal. codd. gr. pag. 154. citat *Hermogenem et Aphthonium*, latine, *Antonio Bonfine*, Asculano, interprete, Lugduni, apud Sebast. Gryph. 1538. 12. (apud *Maitt.* III. pag. 287. Paris. 1538. ap. Seb. Gryph. in 8.) adnotatque, in extremo libro reperiri opusculum, inscriptum, *quomodo status cognoscemus, secundum Hermogenem*, et illi ad litteram respondere notitiam, (licet non integram,) statuum rhetoricae, graece, in cod. Matrit. 43. *Harl.*

ſpicue colligitur, vbi legas Χριστὸς γεννᾶται et pag. 390. allegantur ἐκ τῆς θείας γραφῆς quaedam de ſerpente, protoplaſtorum ſeductore, pag. 376 - 415. A Marcellino p. 71. ἰδέα definitur ἐξαγγελία τοῦ λόγου καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ ὁ χαρακτήρ. et pag. 74. a Sopatro ποιότης τῆς φράσεως. Adde pag. 76.

Libri Hermogenis περὶ ἰδεῶν graece editi ſeparatim cum libro περὶ δεινότητος Pariſ. 1531. 4. exc. Chriſti. Wechelus. *Fabr.* Hi duo libri de formis cum ſequenti, ſiue methodo etc. ſeparatim editi ſunt Argentorati graece cum latina verſione et ſcholis *Io. Sturmii*, curante et praefante *Io. Cocino*, quatuor tomis, quoniam et textus vtriusque ſcripti graecus cum verſione latina, et Sturmii ſcholae peculiares habent inſcriptiones. Primus tomus eſt inſcriptus *Hermogenis* — de dicendi generibus, ſeu figuris orationum libri II. latinitate donati et ſcholiis explicati atque illuſtrati a *Io. Sturmio.* Excud. Ioſ. Rihelius 1571. 8. (Cocinus in praef. ſummis laudibus extollit Hermogenem, et hunc defendit a ſeuero Scaligeri iudicio.) Secundus tomus inſcriptus eſt *Io. Sturmii* ſcholae in libros duos Hermogenis de formis orationum etc. 1571. Pari modo alterum volumen, ſiue tomus III et IV. habent peculiares quoque inſcriptiones: *Hermogenis* — de ratione tractandae grauitatis occultae liber, latinitate donatus, et ſcholis explicatus — a *Io. Sturmio* exc. Ioſ. Richelius 1571. 8. etc. *Harl.*

4. ΠΕΡΙ ΜΕΘΟΔΟΥ ΔΕΙΝΟΤΗΤΟΣ *Methodus apti et ponderoſi generis dicendi.* In hunc libellum, quem laudat *Tzetzes* Chil. VIII. hiſt. 169. breuis commentarius, graece ab Aldo vulgatus, exſtat, pag. 415 - 417. Non abſolutum hoc ſcriptum ab Hermogene, [p] et Minuciano atque Apſini plurima auctorem debere, notat Matthaeus Camariota in compendio rhetoricae pag. 22.

5. *Priſciani* liber *de XII.* [r] *praeexercitamentis rhetoricae* ex Hermogene, (ipſe enim Hermogenis liber intercidit [q]) exſtat in Grammaticis latinis Heliae Putſchii pag. 1329. et in Rhetoribus latinis Franciſci Pithoei pag. 322. et in variis Priſciani editionibus, quas in Bibl. latina recenſui. [Praeexercitamenta ex *Hermogene* translata. Exc. Mich. Zymmermann. Vindobonae 1558. 8. v. *Denis* Wiens Buchdr. Geſchichte, pag. 523. vbi aliae quoque edd. memorantur.] Hermogenis Artis et progymnaſmatum compendium graece ſcripſit *Matthaeus Camariota*, (qui captae CPoleos temporibus vixit.) MS. in Bibl. Reg. Pariſ. [V. infra §. XIX. h. cap.] Auctor συνοπτικῆς παραδόσεως τῆς ῥητορικῆς, quam ſub eiusdem Matthaei nomine Hoeſchelius edidit, et Scheferus deinde vertit ac notis illuſtrauit: Τὰ ῥητορικὰ προγυμνάσματα εἰς δώδεκα περιέστησε, πρὶν ὁ Ταρσεὺς Ἑρμογένης, εἰς ὕστερον δὲ ταῦτα εἰς δέκα καὶ τέσσαρα παρεξέτεινεν ὁ Ἀντιοχεύς

p) Hermogenes in vno progymnasmate coniunxerat confirmationem et confutationem, in vno quoque vituperationem et laudem. Aphthonius poſtea haec diuiſit, atque ita quatuordecim progymnaſmata propoſuit. *Fabric.* Conf. omnino *Iriart.* de cod. XLIII. Matrit. pag. 154. ſqq. et *Bandin.* II. col. 616. *Harl.*

q) Non intercidit; ſed exſtat adhuc in codd. Matrit. aliisque, (vti in notitia codd. obſeruatum eſt,) et vero graece ex cod. Matrit. erutum eſt et formulis typographicis deſcriptum, item ex Priſciano emendatum notisque eruditis illuſtratum a cel *Heeren*, Prof Gottingenſi, in: Biblioth. der alten Litteratur vnd Kunſt, tom. VIII et IX. inter inedita. *Harl.*

τιοχεὺς Ἀφθόνιος. Pluribus hoc docet Ioh. Tzetzes Chil. XI. hist. 369. Ex his patet, non accurate Suidam de *Aphthonio*, sophista, tradere, eum scripsisse progymnasmata in Hermogenis artem r). Rectius enim dixisset, eum in Hermogenis progymnasmata scripsisse, eaque magis perspicue explicasse et exemplis dilucidasse, quo ipso factum videtur, vt, seruato Aphthonii libro, Hermogenis ille perierit.

Perierunt *Hermogenis* (alterius forte, quem occidit Domitianus,) libri II. περὶ κοίλης Συρίας, eidem Suidae et Eudociae memorati in Ἑρμογένης.

VI. *Editiones Hermogenis.*

Graece scripta Hermogenis prodiere cum Commentariis graecis *Syriani* s), *Sopatri et Marcellini* in στάσεις et Anonymi Christiani in reliqua. Venet. apud *Aldum* 1508. 1509. fol. inter graecos rhetoras, 2. Volum. [Plura v. in *Maittaire* A. T. II. pag. 191 sq.] Syrianus pag. 63. etiam in progymnasmata scripsisse se innuit, ἔγνωσαι πολλάκις καὶ ἐν προγυμνάσμασι.

Ἀφθονίου — προγυμνάσματα. Ἑρμογένους ῥητορικά — *Aphthonii* (sic loco *Aphthonii*, etiam in breui Bern. Iuntae dedicatione,) *praeludia, Hermogenis rhetorica.* In calce: *Impressum Florentiae in aedibus Philippi Iuntae, Florentini.* 1515. 8. graece, sine commentariis. *Harl.*

Graece sine commentariis, adiunctis Aphthonio et Longino, e recensione [?] *Francisci Porti*, Cretensis. Genev. 1569. 8. apud Io. Crispinum. [de qua ed. plura leges in *Maittaire* A. T. III. pag. 528. sq.]

Graece et Latine cum versione latina et commentariis *Caspari Laurentii* Genev. [s. Coloniae Allobrog. apud Petrum Aubertum.] 1614. 8. [de versione *Bonfinis* iam supra egimus.]

Editiones et interpretes singulorum quorum iam Hermogenis librorum, supra subinde indicatos, hic nolo repetere. Neque copiosius memorare rhetores recentiores, vt Georgium, Trapezuntium, qui in quinque libris rhetoricorum ex Hermogene profecisse se non dissimulat, et ei vicissim adfundit lucem.

Quae in Hermogenem scripserunt *Porphyrius*, tum *Metrophanes*, Suidae et Scholiastis Hermogenis laudatus, [nec non *Menander*, Laodicensis, teste Eudocia pag. 301.] interciderunt: quemadmodum et Hermogenis ipsius σύγγραμμα περὶ προοιμίου, quod iam Marcellini tempore non exstabat, vt testatur commentario ad Hermogenis στάσεις pag. 176. In Bibliotheca imperatoris seruatur Syntagma MS. expositionum variorum auctorum graecorum in Hermogenis artem oratoriam, nempe τῶν ἔξω *Longini, Iamblichi, Syriani* et *Simplicii:* Christianorumque *Iohannis Siculi, Iohannis Geometrae,*

r) Sed in cod. Matrit. I. supra memor. disertis verbis *Aphthonio* adscribuntur progymnasm. in artem Hermogenis. *Harl.*

s) De *Syriano* hoc, qui Procli praeceptor fuit, dicam infra lib. V. *Sopatrum* intelligo sophistam, ad quem Epistola Aeneae Gazaei nona, et cuius eclogas laudat *Photius* cod. CLXI. *Marcellinus* idem mihi videtur, cuius vitam Thucydidis habemus.

Georgii, metropolitae Corinthi. (Pardi cognomento; vide Labbei Bibl. MS. p. 104.) *Iohannis Doxopatri*, et *Georgii Diaeretae* [t]), vt testatur *Lambecius* lib. VII. de Bibl. Vindob. pag. 257. seq. [pag. 550. sqq. ed. Koll.] vbi ex Allatio de Georgiis pag. 321. notat, Diaeretam dictum ob scholia, quae in διαιρέσεις στάσεων dixerat. Idem Allatius memorat pag. 369. *Georgii Pachymeris* μελέτας in progymnasmata et στάσεις, itemque pag. 386. *Georgii Gemisti* Epitomen MS. in Hermogenis artem aliaque scripta rhetorica, qualem etiam elaborauit *Matthaeus Camariota*. *Troili* [u]), sophistae, prolegomena MSS. in Hermogenis, (non, Aristotelis, vt Labbeus pag. 110. Bibl. nov. MSS.) e quibus locum adfert *Langbaenius* ad Longinum pag. 17. manu exarata sunt in variis Bibliothecis [v]). Iam olim scriptor ad Herennium libro et capite primo notauit, *Rhetores graecos, ne parum multa scisse viderentur, ea conquisiuisse, quae nihil adtinebant, vt ars difficilior cognitu putaretur.*

VII. Fuere, praeter vtrumque Hermogenem, §. IV. memoratum et alii *Hermogenes*, vt 1) Socraticus, Hipponici F. de quo Plato et Xenophon. 2) *Clodius Hermogenes*, Cic. XII. ad Attic. Epist. 24. 3) *M. Tigellius Hermogenes*, musicus et poëta, quem insectatur *Horatius* lib. 1. sat. 2. et alibi. 4) *Hermogenes*, historicus inter eos, qui de Iudaeis mentionem fecerunt, memoratus a *Iosepho* 1. contra Apionem pag. 1051. cuius locum adduxit etiam *Eusebius* pag. 485. praeparat. Forte idem, quem ἐν τῷ περὶ Φρυγίας laudat Schol. Apollonii II. 724. 5) *Hermogenes*, quem Vitruuius testatur scripsisse de templo Dianae, praef. libri VII. [w]). 6) *Hermogenes Aspendius*, Patrocli sub Antiocho, Seleuci F. legatus, de quo Memnon apud Phot. Cod. CCXXIV. 7) *Hermogenes, derelictor* apostoli Paulli, 2 Tim. 1, 15. vnde Apostolicus Hermogenes dicitur a *Tertull.* c. 1. contra Hermogenem, Africanum: *nec ipse Apostolicus Hermogenes in regula perseuerauit.* Hostibus diuinitatis CHRISTI accensetur ab *Epiphanio* haeresi LI. 6. 8) *Hermogenes*, *Africanus*, auctor Hermogenianorum siue Materiariorum, qui materiam aeternam esse docebant, confutati a Tertull. libro contra

t) Sed totus titulus mangonium sapere videtur *Ruhnken* in diss. de Longino §. 14. p. 40. praemissa ed Longini Toupianae. *Harl.*

u) Hic *Troilus* patria Sidetes, Socratis Scholastici praeceptor, floruit saeculo post CHRISTVM natum quinto. Vide *Vales.* ad Socratem VII. 27.

v) De his graecis commentatoribus v. quae in notitia codd. sunt adnotata, adde in catal. codd. bibl. *Paris.* t. II. p. 569. sqq. codd. MMDCCCCXVI. — MMDCCCCXXVI. et pag. 584. sqq. codd. MMDCCCCLXIX - MMDCCCCLXXXVI. *Longini* scholia in Herm. exstitisse dicuntur in bibl. *Heidelbergensi*, teste Sylburgio in cat. codd. gr. — *Tzetzae* scholia exstare in cod. bibl. Leidensis et Norfolcianae. supra iam obseruatum est, et laudat ea *Ruhnken* ad Rutil. Lupum, pag. 41. et in notis eius ad Longin ed. Toupii pag. 244. locum ex eo adtulit. — Ad *Ioannis Siceliotae* comment. MS. in Hermogenem (quem Paris. in bibl. Camilli Falconeti a se excussum esse, ait in nota ad Longin. ed. II. Toupii pag. 242. sq.) saepius prouocat *Ruhnken.* in diss. laudata pag. 15. 19. 22. 25 et 27. Ioannes autem Siceliotes, s. Siculus, num idem fuerit ac ille historicus, qui circa a. 866. floruit, et de quo post Vossium pluribus egit *Mongitor* in bibl. sicula, tom. I. p. 313. sq. equidem nescio. — *Epiphanii*, rhetoris, comment. in Hermog. citatur etiam infra §. 13. in scriptorum, in comment. ad Hermog. citatorum, indice. — *Georgii Gemisti Plethonis* opus de rhetoricae partibus ineditum exstat in cod. Paris. MMDCCCCXXVI. nr. 5. — De *Io. Geometra* v. Fabr. B. Gr. *Harl.*

w) Hermogenis inuentum fuisse pseudodipteron, quod, sublato interiore columnarum ordine, vna porticu circum, sed ampliore, gaudebat, ait *Montfaucon* in diario ital. pag. 6 et 159. *Harl.*

contra Hermogenem. Aliis Hermogenes iste videtur dici Hermias. 9) *Hermogenes*, cuius βλάσφημα γράμματα memorat Socrates VII. 12. 10) *Hermogenes*, Rhinocurorum episcopus inter eos, qui Nestorium damnarunt in concilio Ephesino pag. 117. 11) *Hermogenes*, chirurgus et medicus malus, quem perstringit Lucilius in graecis epigrammatibus *). 12) *Hermogenes*, Graeciae ProCos. [an. Chr. 356. aut 359.] ad quem Himerii λαλιά, Photio memorata, [et edita a Wernsdorf cum reliquis Himerii opusc. or. 14. pag. 606. sqq. vbi in nota W. multus est de illo. — Idem forsan, qui a *Libanio*, ep. 127. dicitur fuisse praeses Syriae ac Phoeniciae. 13) *Hermogenes*, Ictus, auctor cod. Hermogeniani sub Constantini liberis v. Wernsd. l. c. 14) *Hermogenes*, martyr, de quo eiusque martyrio, a Simeone, metaphraste, conscripto, v. *Lambec.* comment. bibl. Vindob. VIII. col. 482. sq. et col. 660. ibique Kollar. *Harl.*] Omitto alios, vt *Hermogenem*, furis nomen apud Martial. XII. 29. et de quibus *Reines.* pag. 640. Epistolar. ad Hofmannum, et Inscript. lib. I. nr. 39. pag. 70. [In inscriptione XXII. *Paulina Hermogenis Nicomedissa*, in *Biagi* monumentis gr. Romae 1785. 4. in fine. *Harl.*]

VIII. *Index scriptorum, ab Hermogene citatorum, ad paginas editionis Genev. 1614. 8.*

Aeschines, orator, pag. 84. 325. 436. 495. 498. 539. 542. eius contra Timarchum, 131. 132. 133. 439. aduersus Ctesiphontem, 542.

Aeschines, Socraticus, 396. 506.

Αἰσωπείους μύθους et δραματικοὺς finxit Nicostratus, 506.

Anacreon, 389.

[?] Andocides, 501.

Antiphontes, duo oratores, Rhamnusius, cuius sunt λόγοι φονικοὶ, et alter Antiphon τερατοσκόπος καὶ ὀνειροκρίτης, cuius sunt: λόγοι περὶ ἀληθείας, καὶ ὁ περὶ ὁμονοίας καὶ οἱ δημηγορικοὶ καὶ ὁ πολιτικὸς, 496. seq.

Archilochi tetrametri trochaici, 383.

Aristides iustus, 7. Ex Aristidis, rhetoris, oratione contra Callixenum pro decem ducibus sepeliendis, 279.

 Aristopha-

x) Fuit *Hermogenes*, Hadriani, imperatoris, medicus, apud Dionem Cassium s. Xiphilinum libr. 69. cap. 21. pag. 1169. vbi *Reimarus* in nota et lectionem defendit a coniectura Hieron. Mercurialis, V. L. I. cap. 5. legendum opinantis *Archigenem*, pro Hermogene, et arbitratur, inter eos, quos Fabricius h. l. et infra in vol. XIII. p. 150. sq recenset, vix quemquam pro eo, quem Dio memorat, esse habendum. — Ab illo diuersum facit Fabric. in vol. XIII. p. c. *Hermogenem Erasistrateum;* aduersus quem aut alterum eiusdem nominis medicum exstare notat epigr. Lucilii lib. II. anthol. epigramm. graec. pag. 217. et aliud p. 214. Ad Hermog. vero Erasistrateum spectare inscriptionem veterem, Smyrnae repertam cum Richardo Mead et Dan. Clerico censet Fabric. *Ludolph.* autem *Kuster*, qui cum in epistola quadam in: Journ. des Savans a. 1716. M. Maio et in Mem. de Trevoux m. Sept a. 1715. tum inprimis in commentatt. acad. Inscr. tom. IV. pag. 665. sqq. docte illustrat vitam scriptaque Hermogenis, illam inscriptionem refert ad Hermogenem, de quo in nummo Neronis apud Vaillantum, ἐπὶ Ἑρμογένους Σμυρναίων, et quatuor eruit Hermogenas. — Heumann. in nota mista addit *Hermogenem* apud *Sueton.* in Domit. cap. X. — Inter principes viros Thraciae etiam *Hermogenas* numerat *Himer.* orat. I. §. 13. p. 348. *Harl.*

Aristophanes in Acharnensibus, 565.
Callixenus, 279.
Comicum dicendi genus, 562. seq.
Critias, orator, laudatur, pag. 497.
Demades legatus missus ad Philippum, 93.
Demodocus, 481.
Demosthenes, 3. 22. 52. 63. 70. 193. seq. 418. 419. seq. 371. et singulis fere paginis. Eius epistola *ὑπὲρ τῶν Λυκούργου παίδων* et Epistola *ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου*, 444. Oratio contra Aristocratem, 128. contra Cononem, 121. pro Corona, 320. contra Leptinem, 216. contra Midiam, 418. 531. in Neaeram, 320. *περὶ παραπρεσβείας*, 129. Philippicae, 530. 565. contra Timocratem, 131. 196. 442. *παρὰ τῷ ῥήτορι* apud Demosth. 442. etc.
Didymus, grammaticus, 496.
Dinarchus, 296. 494. hordeaceus Demosthenes, 495.
Dionysius (Halic.) *ὃς δοκεῖ περὶ λέξεώς τι πεπραγματεῦσθαι*, 371.
Dorica dialectus, 283.
Euripides, 226. 227.
Gorgias, 463. 478.
Grammatici, 220.
Hecataeus, Milesius, *παρ᾽ οὗ δὴ μάλιστα ὠφέληται ὁ Ἡρόδοτος*, 513.
Herodotus, 281. 399. 405. 406. 508. 509. 53[?]. Hecataeo, e quo profecit, suauior, 513.
Homerus, tragicorum parens, 561. poëtarum, oratorum et *λογογράφων* praestantissimus, 481. in omnibus formis orationis excellentissimus tum poëtarum tum oratorum, 452. sq. citatur pag. 211. 224. 225. 290. 326. 371. 406. 520. 521. 529. 534. 536. 537. 560. 562. etc.
Hyperides, 420. 491. 498.
Isaeus, 490.
[P] Isocrates, 270. 333. 353. 355. 357. 361. 396. 464. 490. 492. seq. *ἐν παραινέσεσι*, 536.
Leges quaedam, 16. 17. 71.
Lycurgus, orator, 500.
Lysias, 352. 420. 461. 462. 478. 490.
Menander, comicus, 223. 383. 399.
Nicostratus, orator, 507.
Pericles, 4. 29. 34. 61. 66. 86. 142. 144. 147. 227. 228. 230. 457.
Pindarus, 285.
Plato, 278. 282. 283. 406. 418. 476. seq. 518. 534. 536. etc.
Polus, orator, 478.
Sappho, 403.
Simonides, Theocrito laudatus, 452.
Συμπόσια Σωκρατικά, 565. Platonis et Xenoph. 505. 566.
Solon, legislator, 74.
Stesichorus, *σφόδρα ἡδὺς διὰ τὸ πολλοῖς χρῆσθαι ἐπιθέτοις*, 409.
Theocritus, 283. 388. 389. *ἐν χάρισιν ἢ Ἱέρωνι*, 452.

Thucydides, 286. 449. 497. 509. 510. 521. 535. 537. 550. 564.
Xenophon, 404. seq. 410. 412. 503. συμπόσιον, 505. 566. ἀπομνημονεύματα, 530.

IX. *Dionysius* LONGINVS [y]), Suida teste *Cassius* etiam dictus, nepos forte Cassii Longini, cuius apud Plutarchum prooemio lib. IV. symposiacon mentio [z]), videtur diuersus fuisse a Dionysio Phaselite [aa]), licet *Suidas* [et ex eo *Eudocia* pag. 283.] Longinum affirmet scripsisse λέξεις Ἀντιμάχου, et auctor vitae Nicandri Dionysium Phaselitem citet ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως et περὶ ποιητῶν. Nam ne dicam, diuersorum hos esse librorum titulos, sane auctor vitae et Pindari Scholiastes, qui itidem Dionysii Phaselitae mentionem facit, potius notiore nomine Longini eum adpellassent [bb]). [Fabric. iudicium comprobat ornatque Ruhnken. in fin. diss.] Interim nec satis exploratum est, fueritne Emesenus, licet eum Emesenus rhetor, *Cornelius Fronto*, Plutarchi nepos, natum ex sorore sua [cc]), Frontonide, heredem reliquisset. Syriaci certe sermonis [?] ignarus non fuit, diu versatus in Phoenicia et Palmyrae apud Zenobiam, reginam, quae ipsius etiam consilio superbiorem illam epistolam ad Aurelianum syriaco idiomate [dd]) scripsit. Longe maximum autem studium impendit litteris graecis, et vt omni eruditione pectus imbueret, Athenis,

y) *Christoph. Saxius* in Onom. I. p. 371. plures iam laudauit V. D. qui de Longino egerunt, eiusque aetatem refert ad a. Chr. 267. *Heineken* suae editioni praemisit Longini vitam, in qua etiam ea, quae Langbain aliique de Longino, eius patria, etc. disputarunt, sedulo collegit. add. *Morhof.* polyh. lit. VI. 1, 6. et Acta erud. Lips. 1741. pag. 399. Nemo tamen vitam scriptaque Longini curatius ac diligentius persequutus est, quam *Petrus Ioann. Schardam*, in diss. philol. de vita et scriptis Longini, habita praeside *Dav. Ruhnkenio*, (sub cuius nomine citari solet,) Lugd. Bat. a. 1776. 4. Atque parum afuit, quin integram illam h. l. reciperem. Enimuero cum propter molem libelli, tum inprimis, quod illa in prima et altera Toupianae edit. libri Longini ab initio recusa est, ideoque facile potest comparari, abiecto illo et consilio, pauca tantum hinc inde notaui ex illa, saepius autem lecto res ad illam ablegaui. Neque omnia, quae in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 277. sqq. scripsi, hic repetere placet. *Harl.*

z) *Ruhnken* §. 2. monet, plenum hominis nomen fuisse *Dionysium Cassium Longinum*; graeco *Dionysii* nomini, quod accepisset infans, romanum *Cassii Longini* accessisse, siue, quod ipse in familiae Cassiae Longinae clientelam receptus esset, siue, quod eius maiores per aliquem ex Cassiis Longinis accepissent ciuitatem; atque illam rationem meliorem esse Fabriciana, Longinum fuisse nepotem Cassii Longini, quippe qui, (vti ex contextu Plutarchi pateat,) non Graecus, sed vnus e proceribus romanis fuisset. *Longinus* vero plerumque hoc vno nomine, semel *Dionysius Longinus*, bis terue *Cassius Longinus*, numquam simpliciter *Dionysius* laudatur. § 3. idem colligit Ruhnk. Longinum natum esse Athenis a. c. 213. *Harl.*

aa) Eundem cum illo non dubitat esse Gerardus Langbaenius. Video etiam, *Dionysium Phaselitem* a Schurtzfleischio eundem haberi cum Dionysio, Charmidae filio, cuius itidem in scholiis ad Pindarum pag. 381. edit. Oxon. mentio. Sed plures potuerunt esse Dionysii, grammatici, qui in Pindarum elaborarunt, et videtur Scholiastes diserte distinguere alterum hac προσθήκῃ ab Dionysio, quem modo Phaselitem, mox, omisso Dionysii nomine, τὸν περὶ τὸν Φασηλίτην pag. 421. nominat.

bb) Sed cum hoc oratore romano male confusus est *Phronto*, Emisenus, Longini auunculus, qui Athenis artem rhetoricam docebat. Hinc mox scribendum erat *Phrontonide:* Ille Phronto Longini ingenium ad eloquentiam omnemque humanitatem finxisse videtur. *Harl.*

cc) Suidas in Φρόντων. *Fabr. Phrontonem*, Emisenum, qui sub Seuero, imper. vixit, a *M. Corn. Frontone*, M. Antonini, philosophi, in litteris latinis magistro, probe discernendum esse, contra Rualdum, Langbaenium aliosque, docent *Ed. Corsin.* in vita Plutarchi § 5. p. IV. seq. et *Ruhnken.* diss. §. III. pag. 6. seq. *Harl.*

dd) *Vopiscus* in Aureliano c. 27.

nis, Romae et vbicumque terrarum, (varia enim loca vna cum parentibus ſuis adiiſſe ſe teſtatur.) doctiſſimos quosque viros auſcultauit [ee]), quorum celebriores nominat in prooemio libri περὶ τέλες apud Porphyrium in Plotini vita c. 20. [ff]). Eiusdem Plotini iudicium de Longino exſtat, quo *Philoſophum* eum negauit [gg]), *Philologum* eſſe confeſſus eſt, licet multa etiam philoſophici argumenti Longinus ſcripſiſſet, et non perfunctorie in illo quoque ſtudio verſatum ſe eſſe fuiſſet teſtatus: Platonis ſingillatim cultor [hh]), cuius natal in ſiue Platonia, (Πλατώνεια enim, non Πλωτίνεια ibi legendum,) celebrauit, teſte *Euſebio* X, 3. praeparat. At in antiquitate omni et humaniore doctrina excellentiſſimus fuit, nec minus iudicii exquiſiti atque κριτικώτατος, qua de re nota ſunt Eunapii et aliorum veterum teſtimonia [ii]), Longini libro, de quo iam dicturus ſum, a viris doctis praefixa [kk]). Hinc et in Theophylacti epiſtola XVIII. ὁ κατὰ Λογγῖνον κρίνειν veluti prouerbio dicitur pro *male iudicare:* perperam enim Marinerius Theophylacti verba reddidit ſic: *Tu igitur Longini iudicia ne mihi imponas, ne videaris ipſe iuxta Longini ſenſum aliquid decernere.* Rectius vtique Iac. Tollius, *Ne mihi igitur Longini cenſuras attribuas, ne et ipſe nonnullis non ſecundum Longinum iudicare videaris.* Certe quemadmodum Ariſtarchi, ita Longini nomen pro *Critico* et erudito cenſore vſurpatum obſeruare licet, vt in S. Hieronymi ad

ee) Praecipue Ammonium Saccam, qui tum Alexandriae platonicam docebat philoſophiam, et Origenem, a chriſtianis ſacris alienum, de quibus v. *Ruhnk.* §. V. illos tamen haud temere ſectatus eſt Longinus; potius germanum eum fuiſſe platonicum, docet *Ruhnk.* §. V. ſed §. VII. eximit eum e numero pythagoricorum. *Harl.*

ff) Supra pag. 127. ſeq. vet. ed. [adde *Ruhnk.* §. IV. pag 7. et inter fragm. Longini.]

gg) *Porphyr.* vita Plotini c. 14. ſupra p. 116. (vet. ed.) vbi Longinus etiam a Porphyrio φιλαρχαῖος adpellatur: puto enim, falli eos, qui hoc nomen proprium eſſe putent neſcio cuius philoſophi. [*Fabr.* ſententiam probat Ruhnken pag. 13. Fabricius etiam ad Porphyrii locum (alibi repetitum; ibi vero a me conſulto praetermiſſum.) haec ſcripſerat: *Philarchaeus* non eſt nomen proprium viri; ſed Longinus dicitur a Porphyrio φιλαρχαῖος, h. e. antiquarum litterarum et priſcae ſapientiae ſtudioſus. Quod vero Plotinus de eo iudicauit, philologi laudem ei relinquens, philoſophi eripiens, probatur etiam *Proclo* libr. I. in Timaeum Platonis cap. 27. ad quae verba Heumannus in orat. ſui exempli notauit. „Immo vero *Philarchaeus* eſt nomen proprium; de duobus enim loqui Porphyrium, dum ſcribit, ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ τε τε περὶ ἀρχῶν Λογγίνε, ΚΑΙ τε φιλαρχαίε, patet ex τε τε — — ΚΑΙ. Videtur enim per *Philarchaeum* intelligere Origenem, quem ſtatim laudat. Nam et Origenes chriſtianus ſcripſit περὶ ἀρχῶν. Etiam Plutarchus citatur a Porphyrio: v. infra in indice ſcriptorum, a Porphyrio citatorum, pag 203. [ed. vet. ſ. vol. V. pag. 755. nou. ed. vbi quoque *Phylarchus* citatur.]" Hactenus *Heumann.* Ruhnken. vero in Porphyrio legit τε περὶ ἀρχῶν Λογγίνε, (eiecto Καὶ) τε φιλαρχαίε. Contra *Toup.* in indice ſub voc. illo φιλαρχ. adſentior, inquit, Valeſio, cui φιλαρχαῖος titulus libri videtur. Subintelligitur ſcil. λόγος. Sic φιλαλήθης λόγος. Euſeb. contra Hieroclem pag. 513. Ταῦτα ῥήμασιν αὐτοῖς Ἱεροκλεῖ τῷ τε καθ᾽ ἡμῶν ἐπιγεγραφότι ΦΙΛΑΛΗΘΗ ΛΟΓΟΝ." Idem in notis pag. 403. comprobat Valeſii ſententiam, φιλαρχαῖον nihil aliud eſſe, quam libri titulum; ſic Ἡρωδιανε φιλέταιρος· Ζηνοδότε φιλέταιρος. de quibus *Pierſon.* in praefat. ad Moerin. *Harl.*

hh) Platonicum vocat Longinum *Ionſius* III. 14. pag. 284. *Heum.*

ii) Teſtimoniis veterum de Longino addendus inſignis locus *Procli* in IV. Platonis de Rep. p. 415. vbi ex Porphyrii συμμίκτοις refertur Longini diſputatio, quam habuit cum Medio, ſtoico, de partibus animae. [conf. iudicium Ruhnkenii in diſp. §. XII. et XIII. vbi quoque is dubitat, Longinum fauiſſe Chriſtianorum doctrinis. adde quae ſcripſi in Introd. l. c. p. 83. *Harl.*

kk) Add. *Pope-Blount* cenſurae etc. p. 200. ſq. *Harl.* Longinum valde laudat Porphyr. in vita Plotini cap. 20. init. et cap. 21. fin. *Holſten.* in vita Porphyrii cap. V. Longini librum celebrat *I. G. Bergerus* in praefat. ad libr. de pulcritudine p. 97. ſqq. *Heum.*

ad Rusticum Epistola 95. *Criticum* ll) *diceres esse Longinum*, *censoremque Romanae facundiae* mm). Inter discipulos Porphyrium habuit, de quo supra dixi, sed et Zenobia, Orientis regina, Longino magistro vsa esse ad graecas litteras dicitur, *Vopisco* teste in Aureliani vita c. 27. [c. 30. Plura leges in *Ruhnken.* diss. §. XI. p. 29. sqq. adde infra, lib. V. c. 38. vol. IX. pag. 500. not.] Haec Zenobia, quae post Odaenathum, regem Palmyrenorum, maritum suum A. C. 267. occisum, regni molem in se susceperat, finesque [F] adiecta Aegypto et aliis regionibus auxerat, ab Aureliano, imp. victa bello A. C. 273. et capta inter eos, quorum vsa consilio esset, Longinum etiam nominauit: itaque imperator eum statim occidi iussit. Sane in morte Longinus se gessit, vt *Philosophum* decuit: non enim modo ipse supplicium subiit fortiter, sed et alios, qui iniquius illud patiebantur, solatus est nn). Inter scripta eius plurima atque μέγα τοῖς παιδείας μεταποιουμένοις ὄφελος φέροντα *magnam doctrinae studiosis vtilitatem adferentia* oo) vnicum aetatem tulit, περὶ ὕψους pp), liber *de sublimitate* orationis, (non integer, quod dolendum,) ad Terentianum, quem κράτιστον vocat et φίλτατον, atque, vt doctis viris, (non plane certa coniectura,) videtur, haud diuersum ab illo Terentiano, cuius librum elegantem de metris, latino carmine legimus.

X. *Codd. mssti atque editiones libri de sublimi dictione.*

[*Codices*, praeter eos, quos Fabric. memorauit, hi fere sunt. In bibl. *Paris.* sunt de sublimi dicendi genere quatuor codd. DCCCCLXXXV. MMXXXVI. (qui sub finem saec. X. exaratus maxime memorabilis et fons quasi habetur, ex quo reliqua, quae hodie exstant, exemplaria manasse dicuntur, v. notam in catal. codd. Par. vol. II. pag. 435. Morum et in primis Pearce in praef. ad ipsorum edd.) MMDCCCCLX. MMDCCCCLXXIV. In cod. autem MMDCCCLXXXI. sunt scholia *Longini* in Hephaestionis enchirid. a Ioanne Boiuin. primum edita.

Florentiae in bibl. Medic. Laur. (*Bandini* catal. II. col. 54. sq.) plut. 27. cod. XXX. variis lacunis interruptus et correctionibus in margine adspersus, de sublimitate etc. — cod. XXIV. plut. 58. nr. 8. ex Longini Opp. excerpta. — Quorum *italicorum* codd. lectiones habuit Tollius, infra ipse Fabr. adnotauit. — De cod. *Ambros.* Mediolan cuius lectiones enotauit Schurtzfleisch. v. Mori praef. pag. XXIII. et ibid. pag. XXVII. seq. de cod. *Duthiano*, cuius lectiones Langbaenius (de cuius edit. compara infra notata,) atque Pearcius, nomine *Stephani* addito indicarunt. — In bibl. acad. *Giessensi* sunt animadu. *Steinheilii* msstae in Longinum.

De

ll) Male *Creticum* legit *Ioh. Marcianaeus* t. IV. pag. 776. [add. *Ruhnken.* §. IX. p. 24. et §. X. vbi inquirit, quid tandem Longino *Critici* famam gloriamque in primis confecerit, et docet, id maxime effectum esse opere, Longinianorum facile praestantissimo et inscripto, οἱ φιλόλογοι, i. e. *variae eruditionis studiosi*, de quo docte agit. adde, quae de scriptis Longini deperditis, nr. 19. sunt adscripta. *Harl.*

mm) Longinus autem Athenis docebat non vnice philosophiam, (vti *Valesio* ad Eusebii H. E. VI. 19. et de critica I. 17. visum est,) sed etiam artem grammaticam et criticam, rhetoricamque, tanta vi et copia litterarum, tantaque eruditione, vt, teste *Eunapio* in Porphyrio pag. 13. βιβλιοθήκη τις ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον diceretur. v. *Ruhnken* §. VIII et IX. *Harl.*

nn) *Zosimus*, lib. 1. cap. 56.

oo) Idem ibid.

pp) Potest verti *de altitudine stili.* Sic enim loquitur Quinctil. dial. XVIII. 3. XXI. 7. XXXI. 8. *Heum.*

De *editionibus*, quia *Heineken* pag. LXX. ſqq. et *Morus* p. XXXIII. ſqq. ſuarum editt. ſolerter et copioſe disputarunt, equidem paucis agam, Morum qui eas in claſſes reduxit, cum primis ſequuturus: inſertis tamen, vbi opus videbitur, verbis Fabricianis. Heineken integras ſingularum editt. repetiit inſcriptiones.

Claſſis I. Princeps edit. ex cod. Ambroſiano ducta, gr. cura et cum notis, in margine adpoſitis, *Franc. Robortelli.* Baſil. 1554. 4. apud Oporin. Dedicatio ad Ranut. Farneſium, patrem purpur. ſcripta eſt Patauii, nonis Auguſti 1554.

Claſſis II. ed. *Manutiana: Dionyſ. Longini* de ſublimi genere dicendi. In quo cum alia multa praeclare ſunt emendata, tum veterum poetarum verſus, qui, confuſi commixtique cum oratione ſoluta, minus intelligentem lectorem fallere poterant, notati atque diſtincti. Apud Paullum Manutium, Aldi fil. Venet. 1554. 4. Manutius primus ſe illum vulgare credidit, ex codice bibliothecae, quam Venetis legauit Beſſarion, cardinalis. Sed vide iudicium Toupii in praef. de illa edit. et cod. In hac editione verſus poetarum, quos laudat Longinus, ab eius verbis diſtincti ſunt, quod facere Robortellus neglexit. Sed Manut. multa temere mutauit. v. Pearcium et Morum.

Claſſis III. Aphthonius, Hermogenes et *Dionyſius Longinus*, praeſtantiſſimi artis rhetorices magiſtri, *Franciſci Porti*, Cretenſis, opera induſtriaque illuſtrati atque expoliti. Geneuae ap. Io. Criſpinum, 1569. 8. Eſt repetitio ed. Manutianae, cum nonnullis immutationibus, ſolertia et beneficio ingenii potius, quam ope codicis cuiusdam factis, et fons reliquarum vsque ad Pearcium edd. *Adiunximus*, inquit editor, *Dionyſium Longinum, ſummi iudicii rhetorem, quem et ipſum peſſime habitum ipſe* Franciſcus Portus Cretenſis *olim Ferrariae Venetiisque veluti rediuiuum curauit iudicio et induſtria magis, quam ſubſidio librorum, quorum praeter vnum* (Dudithii, vt viri docti coniiciunt) *vix alterum exemplar MS. nedum tertium reperiretur: in quo plus laboris ſuſcipiendum fuit et ad coniecturas et ad ingenium ſugiendum.* Haec editio cum emendationibus, e codice Iſ. Caſauboni a G. I. Voſſio adſcriptis, fuit in bibl. Petri Francii. — *Franciſci Porti* ſatis vberes commentarii demum acceſſerunt ad calcem ed. Pearcianae, Amſtelod. a. 1733. a Wettſteniis recuſae. At Toup. in praef. ad ſuam edit. coniicit exemplisque comprobat, Manutium vel commentarios iſtos exaraſſe, vel ſaltem Longinum ad mentem Porti publicaſſe. — Tandem latine verſus prodiiſſet, ſi reuera exſtitiſſet editio, nec erraſſet Fabric.

Ex interpretatione *Petri Pagani*, Venet. 1572. 4. [ſed ipſe Fabric. correxit errorem: edit. enim et verſio illius anni non exſtat: ſed Fabr. in mente habuit collectionem, quae infra in nota *qq* memoratur, Bonon. 1644. v. *Heineken.*

Verſio elegantiſſimi *Mureti*, quam promiſit pag. 113. ad Catullum, perinde vt illa, quam *Andreas Dudithius* paraſſe ſe teſtatur, praefat. ad Dionyſii Halic. de Thucydide iudicium, numquam vidit lucem.

Vno loco excepto, cum ed. Porti conſentit ea, quae cum verſione latina, ſynopſibus et notis *Gabrielis de Petra* [qq]) profeſſoris graecae linguae apud Lauſannenſes, Genev. (al.

qq) *Ioſephus* quidam *ex Aromatariis* in collectione plurium ſcriptorum rhetoricorum et grammaticorum, *Autori del ben Parlare*, Venet. 1643. 4. VII. voll. in vol. V. pag. 451-486. *Gabrielis*

(al. Colon. Allobrog.) 1612 8. (12.) apud Io. Tornaesium, prodiit. Ex hac fluxit editio cum versione Petrae et eruditis notis *Gerhar i Langbaenii*, Oxon. 1636. et 1638. 8. Langbaen. memorat cod. gr. bibl. regiae, qui Henr. Hammondo visus est manu ipsius Stephani exaratus: sed Langbaen. censet, eum esse vel exemplum Dudithianum, vel huius apographum. [*Ger. Langbaenii* προθεωρία ubi in auctoris prosapiam et patriam inquiritur praemissa est.]

Cum triplici versione *Pagani*, *Dominici Pizimentii*, Vibonensis ac meliore Petrae, et praelectionibus [in titulo tantum promissis] *Caroli Manolessi*, Bononiae 1644. 4. Hanc ἔκδοσιν omnium postremam et tempore et dignitate vocabat Tan. Faber: add. Heineken, pag. 73. seq.

Cum versione Petrae, ad calcem descripta, notisque, emendationibus acutis et praefatione *Tanaquilli Fabri* Salmur. 1663. 12. quae editio cum plurimis notis MSS. possessoris fuit in bibliotheca Petri Francii.

Quartam classem constituit luculenta venustaque editio *Tollii*, qui quidem in praefatione et in fronte libri gloriatur, se ex quinque codd. Mstis emendasse contextum; sed ipse fatetur, se ex cod. Veneto Marciano V. L. raptim corrasisse potius, quam collegisse atque excerpsisse. Praeterea, notante Pearcio, cod. Paris. plerumque male citauit. Neque tamen haec editio est sua laude defraudanda. Tollius enim, vt Fabricii iudicium repetam, codice Isaaci Vossii cum manuscripto Parisiensi collato, Veneto item S. Marci, et lectionibus trium codd. bibl. Vaticanae vsus nouam praeclaram versionem et notis integris Robortelli, Porti, Gabrielis de Petra, Langbaenii, Fabrique suas addidit, subiunxitque fragmenta Longini, (e Plotini vita, a Porphyrio scripta, et Eusebii XV. 21. praeparat. Eu.) nec non gallicam Boilauii versionem, cum auctoris atque Andreae Dacerii suisque notis gallicis. Denique subiungitur gustus criticarum Tollii animaduersionum in Longinum. Lugd. Bat. 8. A. 1677. pridem editus et cum insigni accessione hic recusus, quo veteres scriptores inter se contenduntur, vt capitibus 3. 13 et 14. fortuitorum Tollius fecerat, editorum Amst. 1687. 8. Volumen claudunt variae lectiones ex Codd. Vaticanis CCLXXXV. CCXCIV. et optimi MCCCCXVII. a Laurentio Zaccagnio ad Tollium missae, Petraeque synopses et huius item ac Fabri praefationes, et index locupletissimus. Quae de Longino ipso Petra, Langbaenius et Faber obseruauerant, libro praemittuntur, qui Sereniss. Principi electorali Brandenburgico, [f] Frid. Wilhelmo, ab auctore inscriptus, et nitide atque emendate excusus prodiit Traiecti ad Rhen. 1694. 4.

Tum *Io. Hudsonus* nitidam et insignem Longini editionem emisit Oxonii 1710. 8. (rec. et auctior. 1718. et 1730.) cum versione latina, graecis emendate excusis et diligenter recensitis per singulas paginas substrata, et notis ad intelligendum scriptorem vndique in opportunam breuitatem contractis. Latina versio *Iac. Tollii* est, verum ab editore hinc inde interpolata, et verbis otiosis amputatis ad graecum fontem exacta. De Longino eiusque scriptis diligentior notitia, et testimonia vberiora praemittuntur. Indices etiam vtilissimi tres, verborum rerumque et scriptorum, a Longino laudatorum, insertis virorum doctorum

brielis de Petra versionem latinam, recudendam curauit, adnotante Heineken.: qui etiam obseruat, *Praelectiones Petri Pagani in Longinum*, Bonon. 1644. in cat. bibl. Barberinae, tom. II. pag. 152. haud exstare. Confector catalogi cum ed. Car. Manolesii confudisse videtur. *Harl.*

ctorum obseruationibus. Subiectae etiam sunt ad calcem voluminis variae lectiones ex codice MS. Iohannis Mori, Eliensis episcopi, et in praefatione graece insertum apospasmation ex libro Longini *περὶ μέτρων*.

Quinta classis habet auctorem et scriptoris sospitatorem, *Zachariam Pearcium.* Primum ab eo splendido vestitu ornatus et editus est: *Dionysii Longini de sublimitate commentarius quem noua versione donauit, perpetuis notis illustrauit, plurimisque in locis, partim auctoritate optimorum msst. partim coniectura emendauit, additis etiam omnibus eiusdem auctoris fragmentis, Zachar. Pearce*, A. M. regiae maiestati a sacris domesticis. Londini, ex officina Iac. Tonson et Io. Watts. 1724. 4.

Tum, quia in hac editione adeo splendida, vt emtores facile possent deterreri, nimis tenax codicum et primae editionis fuerat, nouam, quae facilius posset parari, vulgauit editionem, et aliquid remisit seueritatis, Lond. 1732. 8 rec. 1743. 8. (de qua v. Iourn. des Scav. a. 1744. part. 2. pag 220-232.) 1752. 8. Edinburg. 1733. Glasguae gr. et lat. 1751. 1763. 8. et 1773. 4. — Londini 1775. 8. — Ad priorem quidem Pearcii recensionem coeperunt Wetstenii, Amstelodamenses, textum Longini graecum recudendum curare; sed quia, dum opus sub prelo sudabat, altera Pearcii editio lucem adspexit, huius mutationes atque accessiones ad calcem notarunt, et absoluerunt editionem a. 1733. 8. Addiderunt *Fr. Porti*, commentar. ex bibl. Verburgii acceptum, de quo vide Toup. in praefat. — Altera Pearcii recensio est quoque basis Heinekenianae editionis.

Dionysius Longin vom Erhabenen, griechisch und teutsch, nebst dessen Leben, einer Nachricht von seinen Schriften und einer Untersuchung, was Longin durch das Erhabene verstehe, von Carl. Heinrich Heinken. Dresdae 1737. mai. 8. rec. cum praef. Liscouii, ib. 1742. (v. Einige Schriften der Altdorf. deutschen Gesellschaft. Altd. 1760. 8. pag. 140. sqq.) Vitae Longini huius epistolam ad Porphyrium ex huius vita Plotini, graece et germanice et indici scriptorum Longini, huius fragmenta gr. et germ. additis notis inseruit Heinek. In animaduersionibus, haud spernendis, ad lib. de sublimitate interdum verba explicuit, saepius de sensu in vniuersum et de ipsa re atque lacunis quaesiuit et contra Siluanium disputauit, interpretum copiis bene vsus: in versione autem vim orationis Longinianae haud adsequutus est.

Longini de sublimi libellus, graece conscriptus, latino, italico, (per Abbat. *Anton. Franc. Gorium*,) et gallico (*Boilauii*) sermone redditus. Additis annotationibus. Veronae, ex typogr. Io. Alb. Tumermani. 1733. 4. Graec. textus repetitus est ex Hudsoni edit. Oxon. 1710. conf. *Paitoni* bibl. degli Autori — volgarizzati, tom. II. pag. 220. sq.

Praeclara est editio, quam curauit b. Morus: *Dion. Longinus de sublimitate ex recensione Zachariae Pearcii. Animaduersiones interpretum excerpsit, suas et nouam versionem adiecit Sam. F. Nathanael Morus*, Philos. Prof. Lips. Lipsiae sumtu hered. Weidm. et Reichii 1769. mai. 8. Conf. nou. act. erud. Lips. 1769. pag. 516. sqq. m. Nou. — Idem vir humanissimus et post fata adhuc celeberr. posthaec scripsit *Libellum animaduersionum ad Longinum.* Lipsiae 1783. mai. 8. in quibus primo de notione et potestate sublimitatis eleganter disputauit, tum multa Longini retractauit loca, aut vberius doctiusque explanauit — *Longinus* — graece: adiecta versione gallica, cum praefat. vice commentarii cura *P. Caroli Lancelot*, e congregatione S. Mauri. Ratisbonae, 1775. 8.

Nouissima

Nouissima eaque critica et doctissima editio: *Dionysii Longini quae supersunt*, gr. et lat. Recensuit, notasque suas atque animaduersiones adiecit *Io. Toupius.* Acc. emendationes *Dav. Ruhnkenii*, (cuius quoque disp. de vita et scr. Longini laudata saepius, praemissa est,) editio altera. Oxon. e typograph. Clarendon. 1778. mai. 8. et 4. *Harl.* Primae editionis quae eodem anno prodierat, censurae doctae sunt in bibl. Amst. Crit. Vol. I. P. III. pag. 32. sq. et in bibl. philol. Gött. Vol. I. pag. 97. sq.

Sub initium anni 1711. Witebergae in 4. laudatissimo instituto *D. Henricus Leonhardus Schurtzfleischius*, doctissimi viri *Conradi Samuelis Schurtzfleischii* fratris sui Obseruationes ad Longinum vulgauit, in quibus codicem MS. Ambrosianae bibliothecae et editionem graecam Pauli Manutii singulari industria conferens, ingenio atque doctrina sua locis quamplurimis lucem adtulit non vulgarem. *Fabr.* *I. G. Bergerus* in toto opere de pulcritudine oration. copiosissime illustrat Longini doctrinam. *Harl.*

Leo Allatius in Eustathii Hexaëmeron, pag. 6. *Neque minus fur est, qui bona aliorum surripit, quam qui mentis monumenta et aliorum studia suffuratur, et auctorem silentio praeterit, de quo si quis plura desiderat, adeat nostros in Longini de sublimi genere orationis libellum commentarios.* Spectat huc aliquomodo Allatii liber de erroribus magnorum virorum in dicendo, qui prodiit Romae 1636. 8. Nam commentarii quidem illi in Longinum editi non sunt, neque *Antonii Quaerengii* disputatio de iudicio Dionysii Longini in comparatione Demosthenis et Ciceronis, memorata eidem Allatio pag. 45. Apum vrbanarum. Neque, quae *Caspar Scioppius* contra Longinum se scripturum minatus est, vt ex Casauboni epist. 665. cognoscas. Operae pretium interim fuerit adire, quae de Meteoris orationis, siue dictis, in speciem sublimibus, reuera [P] inanibus atque vitiosis scripsit Longino suffragatus *Samuel Werenfelsius* singulari diatriba, Basil. 1696. 4. quae deinde, eiusdem libro de logomachiis eruditorum subiecta, prodiit Amstelod. 1702. 8.

Versiones: Anglicae [*Ioh. Hall*, Lond. 1652. 8. v. *L. W. Brüggemann* View of the English Editions, Translations etc. pag. 387.] I. P. S. G. Lond. 1681. (al. 1680. 12.) et 1698. 8. Oxonii. — a *Welstedio*, Londin. 1724. cum eius opp. pag. 137-255. ex versione Boilauii factae. Cum notis et narratione de vita scriptisque Longini etc. per *Will. Smith.* Lond. 1739. 8. the second edit. 1742. etc. vid. Brüggemann pag. 388. — *Italicae Nic. Pinelli* Patauii 1639. 4. — *Ant. Franc. Gori*, Florent. 1737. 8. v. *Paitoni* l. c. pag 229. sqq. vbi quoque de II. aliis haud editis verss. agitur. et *Heineke* prolegg. pag. LXXVIII. sqq. *Belgica P. le Clerq.* Amstel. 1719. 8. — *Germanicae* Heineckii memorata, et *I. G. Schlosser* cum animadu. Lips. 1781. 8. — *Lusitanica*, per Custodio José *de Oliveira.* Lisboae, 1771. 12. — *Gallica* ex eleganti versione *Nicolai Boilauii Despraei*, cum eiusdem et *Andreae Dacerii* notis, prodiit ad calcem Satirarum Boilauii, qui omnium manibus teruntur. Paris. et Amstel. 1689. 12. atque inde saepius. In editione Amstelod. 1701. 12. accedunt obseruationes criticae aduersus ea, quae Claudius Perraultus in inuidiosa comparatione veterum cum recentibus, Homero, Pindaro et aliis antiquis scriptoribus obiecit. Eamdem Boilauii versionem cum eius Daceriique et Tollii notis iam dixi subiunctam quoque legi editioni insigni graecolatinae Longini Traiectinae. *Fabr.* *Boilauii* versio est quoque cum obss. *Io. Boiuinii* in Boil. Opp. Amstel. 1729. fol. tom. II. pag. 1. sqq. In illo tomo sunt etiam pag. 77. sqq. Boilauii XII. criticae animaduerss. in nonnulla Longini loca, et pag. 117 *Eusebii Renaudot* ad decimam in Longinum animaduersionem; pag. 135. (et in *Clerici* bibl.

selecta, tom. X. pag. 211. sqq.) Huetii examen iudicii Long. de loco Mosis in Gen. fiat lux etc. pag. 152. responsio ad Renaudot. pag. 158. Clerici obseru. ad X. sect. pag. 168. De la Motte respons. animadu. — Praeter ea memorandae sunt *De St. Evremont* obss. in quasdam Boilauii animaduerss. in: Melanges curieux de Pieces attrib. à Charl. de St. Denis, Sieur de S. Evremont. Amsterd. 1726. 8. tom. I. pag 471 — (*Thom. Hutchinson*) obss. in miscell. obss. vol. I. tom. pag. 145. sq. qui Boilauii versionem sub examen vocauit. — *Christoph. Wolfii* diss. de eo, quod sublime est in his Moseis verbis, γενέσθω φῶς, ad Longin. Π. Υ. sect. Θ. Lipsiae, 1734. 4. vt *Ruhnken.* ad Longin. ed. Toupii, pag. 250. Mosen Mendelson aliosque mittam, qui passim de hoc Longini iudicio disputarunt. — *Io. Guil. Bergero* praeside diss. M. Io. Steph. Pilarici, de delectu Longini, Witteb. 1712. 4. *Aug. Lebrecht Wilke* ὕψος scriptorum diuinorum e Longini excelsa disciplina expensum II. dispp. Witteberg. 1758. 4. — Notari etiam addique potest satira in poetas quosdam ingenio abundantes et vero lasciuientes. *Anti-Longin* oder die Kunst, in der Poesie zu kriechen, anfänglich von dem Herrn *D. Schwift* den Engländern zum Besten geschrieben, jetzo zur Verbesserung des Geschmacks bey uns Deutschen vebersezt etc. (von Io. Ioach. Schwabe.) Lipsiae 1734. 8. *Harl.* Critical Essays 1. Obseruations on the Sublime of *Longinus* etc. (auct. *Green*) Lond. 1770. 8. Indices tres vocum fere omnium quae occurrunt 1) in *D. Longini* Comm. de Sublim. et eiusdem Fragm. 2) in Eunapio 3) in Hieroclis comm. in aurea Carmina Pythagorae. Concinnauit *Rob. Robinson*, Oxon. 1773. 8.

Varii *MSti Codices* libri Longiniani exstant, quorum partem iam memoraui, [et quorum notitiam ego supra locupletaui,] sed vniuersi illi ex vno codice regio Parisiensi profluxisse videntur *Richardo Simoni* libro 2. Epistolarum selectarum, gallice editarum, epist. 24. pag. 145. seq. quod ex eo colligit, quoniam eaedem in omnibus lacunae occurrunt, vt sect. 3. duorum, et sect. 9. octo foliorum.

Alii Longini.

Cassius Longinus, de quo Plutarchus in prooemio libri IX. conuiualium quaest. Verba ἐπὶ ξένης ibi de exsilio accepit Nic. Antonius lib. de iure exulum, pag. 72.

Cornelius Longinus, cuius epigrammata quaedam graeca leguntur in Anthologia pag. 453. 555. edit. Wechel. [Brunck. anal. II. pag. 200.]

Longini, quorum mentio in inscriptione Ancyrana apud *Montfauconum*. pag. 165. palaeographiae graecae, Γ. Λονγείνῳ rr) Παυλείνῳ Γ. Λονγεῖνος Σάραγις καὶ Γ. Λονγεῖνος Κλαυδιανὸς πατρὶ μνήμης χάριν.

Longinus, monachus, calligraphus circa A. C. 1272. cuius apud eundem *Montfauconium* mentio, pag. 65. 102. 322.

Longini Martyres, de quibus Martyrologia 24. April. 2. Mai. 24. Iun. 21. Iul. etc.

Longini, de quibus Inscriptionem lapidis, in comitatu Cestriae non ita pridem effossi, adfert Ioh. Hudsonus: *Flauius Longinus trib. mil. leg. XX. Longinus filius eius, domo Samosata.*

rr) Veteres librarii atque ita sculptores quoque passim negligunt Grammaticorum illud scitum, γκ, vel, γχ, vel, γγ ponendi pro νκ, νχ, νγ, vt V. C. Iacobo Gronouio etiam obseruatum praefat. ad Harpocrationem.

Samosata. Fabr. Claudius Longinus in Iscrizioni antiche delle Ville et de' Palazzi Albani a Gaiet. Marino editis Romae 1785. 4. pag. 25. *Harl.*

Mitto alios huius nominis in Gruteriano inscriptionum opere, tum octo vel nouem consules Romanos et duos Anastasio imperante tyrannos, *Longinum* item exarchum Ravennatensem sub Iustino iuniore, et quod militis memoriam, qui latus CHRISTI λόγχῃ siue lancea perfodit ss), *Longini* nomine celebrant Martyrologia 15. Martii, quemadmodum Menologia hoc nomen 26. Octobr. tribuunt centurioni, qui sub cruce stans insigne illud de filio DEI testimonium edidit tt). In Pseudo-Lino de actis S. Pauli incerta fide traduntur a Nerone ad Apostolum missi, qui nuncium de supplicio perferrent, Megistus, Longinus et Acestus, et sermonibus Pauli, vt CHRISTO nomen darent, passi fuerint se persuaderi.

XI. *Index scriptorum, in Dionysii Longini libro* περὶ ὕψους *memoratorum* uu).

A.

Aeschines, fragm. 1.
Aeschylus diiudicatur, 15, 5. eius locus. ib.
Amelius, fr. 5, 2. fr. 6, 2. 3. diiudicatur fr. 5, 6.
Ammonius 13, 3. Platonicus 5, 3. reprehenditur, fr. 5.
Amphicrates 3, 2.
Anacreontis idiotismus 31, 1.
Annius, Stoicus, fr. 5, 2. 5.
Apollonii Argonautica sine vitio, 33, 4.
Aratus, loca eius, 10, 6. 26, 1.
Archilochus, Homeri imitator 13, 3. eius locus, 10, 7.
Arimaspia, carmen, 10, 4.
Aristides, fr. 1.
Aristophanes, 40, 2. eius locus, fr. 3, 5.
Aristoteles, 32, 3.
Athenaeus, Stoicus, fr. 5, 4.

B.

Bacchylides, Pindaro inferior, 33, 5.

C.

Callisthenes, 3, 2.
Cecilius, 8, 1. eius liber de sublimitate 1, 1. Platoni Lysiam praefert, 32, 8.
Chrysippus, fr. 7, 1.
Cicero cum Demosthene comparatur, 12, 3. 4.
Cleanthes, fr. 7, 3.
Clitarchus, 3, 2.
Cronius, fr. 5, 6.

D.

Democritus, Platonicus, fr. 5, 2.
Diodotus, Platonicus, fr. 5, 3.
Demosthenes, fr. 1. comparatur cum Cicerone et Platone, 12, 3. 4. cum Hyperide,

ss) De hoc Longino et huius fabulae origine vid. *Saubert* in varr. lection. Matthaei pag. 235. *Heum.*

tt) In bibl. *Coislin.* teste Montfaucon, memorantur pag. 82. in cod. saec. IX. *S. Longini* militis vita, gr. — pag. 211. cod. Martyr. *S. Longini* centurionis, d. XV. Oct. item in codd. *Vindobon.* teste Lambecio vol. VIII. p. 476. 536. 551-557. — Passio *S. Longini* matyris d. X. Dec. in cod. Bodleiano MMCCCCXXXII. nr. 22.

Longinus abbas, cuius schol. in sermones asceticos Isaaci Syri Anachor. in cod. Coisl. CCLXVIII. apud Montfauc. pag. 312. *Harl.*

uu) Tollius indicem scriptorum plurium inseruerat indici rerum et verborum, et Fabricius paginis edit. Hudsoni adcommodarat: quam quum non omnes ad manus habeant, (neque ego illa vsus sum,) indicem sectionibus harumque paragraphis textus aptum et auctiorem ex Mori exemplo recepi. *Harl.*

ride, 34. diiudicatur, ib. exemplar eſt metaphorarum vſurpandarum, 32, 2. eius hyperbata efficacia, 22, 3. interrogationes, 18, 1. loca, 2, 3. 10, 7. 15, 9. 16, 2. 20, 1. 27, 3. locus numeroſus 39, 4. praeſtantia, 34, 4. verſus ionicus et hexameter fr. 3, 4.
Demoſthenes Crithinus, fr. 1.

E.

Epicurus, fr. 7, 1.
Eratoſthenes cedit Archilocho, 33, 4.
Eubulus, Platonicus, fr. 5, 3.
Euclides, Platonicus, fr. 5, 2.
Eupolis, eius locus, 16, 3.
Euripides diiudicatur, 15, 3. eius loca, 15, 2. 4. 15, 9. locus verbis tenuis, numero ſublimis, 40, 3. 4.

G.

Gentilianus Amelius, *vid. Amel.*
Gorgiae Leotini verba tumida, 3, 2.

H.

Hecataeus, eius loca, 27. 2.
Hegeſias, 3, 3.
Heliodorus, fr. 32. Peripateticus, fr. 5, 2. 5. eius enchiridion, fr. 3, 10.
Hephaeſtio, eum ſequitur Longinus in metro tractando fr. 3, 2. eius liber de metro diiudicatur, fr. 3, 11.
Herennius, Stoicus, fr. 5, 4.
Herodotus, Homeri imitator, 13, 3. eius hyperbole laudatur, 38, 4. idiotiſmus, 31, 2. loca 22, 1. 26, 2. 43, 1. locus frigidus, 4, 7. periphraſis, 28, 4.
Heſiodus, locus eius, 13, 4. verſus reprehenhenſus, 9, 5.
Homerus, 15, 3. 26, 1. 3. 27, 1. 4. etſi peccans interdum, Apollonio et Theocritus non peccantibus praeferendus, 33, 4. vitia bonis compenſat, 33, 4. eius aſyndeta, 19, 2. loca, 15, 3. 26, 1. 27, 1. 4. loca ſublimia, 8, 2. 9, 4. 5. 6. 8. 10. — 10, 5. Iliadi Odyſſea diſſimilis, 9, 11. Odyſſea Iliade recentior et inferior, 9, 12. 13. Odyſſea puerilis interdum, 9, 14.
Hyperides diiudicatur, 38, 2. cum Demoſthene comparatur, 34. eius locus, 15, 10.

I.

Ion, Chius, Sophocli etiam labenti poſthabendus, 33, 5.
Iſaeus, fr. 1.
Iſocrates, fr. 1. eius diſcipuli particulis abutuntur 21, 1. eius hyperbole, 38, 2. conf. 4, 2.

L.

Lyſias, fr. 1. praefertur Platoni a Cecilio, 32, 8.
Lyſimachus, Stoicus, fr. 5, 4.

M.

Matris, 3, 2. [forte Thebanus, v. Toupii not. ad Longin. pag. 278. ſq.]
Medius, Stoicus, fr. 5, 2. 5.
Moderatus, fr. 5, 6.
Moſes, eius locus ſublimis, 9, 9.
Muſonius, fr. 5, 4.

N.

Numenius, fr. 5, 6.

O.

Origenes, Platonicus, fr. 5, 3.

P.

Parmenio, 9, 4.
Paullus, Tarſenſis, fr. 1.
Phaebio, Stoicus, fr. 5, 2.
Philiſtus, 40, 2.
Philoxenus, fr. 3, 2.
Plato, 12. ſtudioſiſſimus Homeri imitator 13, 3. in metaphorarum vſu intemperans 32, 5. poſtponitur Lyſiae a Cecilio, 32, 8. eius cum Lyſia comparatio, 35. deſcriptio corporis humani, 32, 5. loca 12, 5. 23, 4.

23, 4. 27, 2. 29. loca frigida, 4, 6. periphrases reprehenduntur, 29.
Plotinus, fr. 6, 2. platonicus, 5, 2. diiudicatur, fr. 5, 6. reprehenditur, fr. 5.
Porphyrius, fr. 5, 8.
Proclinus, platonicus, 5, 2.
Ptolemaeus, peripateticus, fr. 5, 4.

S.

Sappho, eius carmen, 10, 2. 3.
Simonides, 15, 7.
Sophocles, eius locus, 23, 3. phantasiae 15, 7.
Stesichorus, 13, 3.

T.

[Postumius Terentianus, cui Longinus librum inscripsit, 1, 1. vbi v. Fabri not. Longinus eum passim vocat φίλτατον, ἥδιστον, φιλότητα, Graecum, κράτιστον, vnde Fabricio videtur gessisse rempublicam. *Harl.*]
[Τεχνογράφοι, 12, 1.]
Themistocles, stoicus, fr. 5, 2.
Theocritus, 33, 4.
Theodorus, 3, 5. [Langbaen. intelligit Theodorum Gadareum, qui, Gadaris natus, docuit Rhodi; hinc se dici maluit Rhodium, quem studiose audiisse dicitur Tiberius Caesar. Quinctil. III. 1. v. infra in elencho rhetor. graec. h. v. *Harl.*]
Theophrastus, 32, 3.
Theopompus, eius idiotismus, 31, 1. locus, 43, 2. 3.
Thrasyllus, fr. 5, 6.
Thucydides tempora permutat, 25, 1. eius hyperbata, 22, 3. hyperbole laudatur, 38, 3.
Timaeus frigidus, 4, 1. [vbi v. Toupii not. pag. 284.] eius locus, 4, 2.
Timarchus, fr. 1.

X.

Xenophon, fr. 1, 27. sect. 4, 4 et 5. 32, 5. [Longin. sect. 8, 1. memorat librum suum de Xenophonte. Forte pars fuit τῶν Φιλολόγων. *Harl.*]

Z.

Zeno, fr. 7, 3.
Zoilus, 9, 14.

XII. *Scriptorum Longini* vv) *deperditorum breuis notitia, a Langbaenio et Hudsono maximam partem collecta:*

[Sed curatius ac fusius disputarunt de Longini scriptis deperditis *Ruhnken.* in diss. §. XIV. et *Toupius* in notis ad Longin. pag. 401. *Harl.*]

1. Περὶ τοῦ κατὰ Φειδίου. Ita in impressis et manu exaratis Suidae codicibus reperiri testatur Kusterus, etsi Langbaenius malit Μειδίου, vt λόγος Demosthenis intelligatur: Hudsonus Μηδίου, vt designetur stoicus philosophus hoc nomine, Longini aequalis, cuius apud Porphyrium in Plotini vita et apud Proclum [libr. 4. polit. Platonis p. 415.] mentio, ita subintelligendum vocabulum ὄντος, vel καλοῦ, vel τέλους, aut eiuscemodi aliquid. *Fabr.* Vide supra §. IX. not. *f.* sed Hudsoni coniectura est falsa. Nam Medius, stoicus, in alio libro fuit a Longino refutatus, v. mox, nr. 18. *Heum.* Atque mihi

vv) Plurima scripsisse Longinum et Suidas testatur, et Eunapius in Porphyrii vita confirmat, qui elogium eius texuit his verbis: Λογγῖνος δὲ κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον - - - μακρῷ τῶν τότε ἀνδρῶν τὰ πάντα ἄριστος, καὶ τῶν βιβλίων τε αὐτοῦ πολὺ πλῆθος φέρεται, καὶ τὸ φερόμενον θαυμάζεται· καὶ εἴ τις κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν, οὐ τὸ δοξασθὲν ἐκράτει πρότερον, ἀλλ' ἡ Λογγίνου ἐκράτει κρίσις.

mihi placet ſententia *Ruhnkenii*, qui legit περὶ τȣ̃ κατὰ Μειδίȣ ſcil. λόγȣ, i. e. *de Demoſthenis oratione in Midiam*, et pertinere, iudicat, ad quaeſtionem, inter rhetores agitatam, Midiana vtrum eſſet χαρακτῆρος παθητικȣ̃, an πραγματικȣ̃? v. Photium, bibl. cod. CCLXV. pag. 1470. Idem ſuſpicatur, librum fuiſſe partem τῶν φιλολόγων. Contra *Toupius* legit Μηδίȣ, et philoſophum ſtoicum intelligit; plenam autem inſcriptionem fuiſſe περὶ τῶν μορίων τῆς ψυχῆς κατὰ Μηδίȣ ex Procli loco cit. colligit. *Harl.*

2. Ἀπορήματα Ὁμηρικά. Suid. atque idem opus vel ex duobus proximis vnum reſpicit Euſtathius, quando in commentariis ad Homerum Longinus ipſi laudatur: Dionyſius vero ἐν τῇ ε' ἀπόρων, quem citat ſcholiorum minorum auctor ad Iliad. β. 308. diuerſus mihi a Longino videtur. [conf. ſupra, vol. I. pag. 516.]

3. Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος. Suid.

4. Προβλήματα Ὁμήρȣ καὶ λύσεις, ἐν βιβλίοις β'. Suid.

5. Τίνα παρὰ τὰς ἱςορίας οἱ Γραμματικοὶ ὡς ἱςορικὰ ἐξηγȣ̃νται. quaenam contra fidem hiſtoriae tamquam hiſtorica enarrent grammatici, id. [eodem Suida teſte, Cecilius, quem in libr. Π. Υ. reprehendit, ſimilem librum ſcripſerat.]

6. Περὶ τῶν Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινȣσῶν λέξεων, libri quatuor. Id.

7. Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β'. κατὰ ςοιχεῖον. Atticarum dictionum editiones duae, ordine alphabetico, id. Videtur idem opus eſſe, quod in fronte Suidae memoratur, inter ſcriptores, quibus ipſe ad condendum lexicon ſuum ^ww^) vſus eſt: Λογγῖνος ὁ Κάσσιος, λέξεις κατὰ ςοιχεῖον. Etiam *Iacobus Tollius* teſtatur, ſe ex bibl. Ciampini nactum contenta Lexici ſacri ineditι, cuius haec inſcriptio: [*] [ab impoſtore facta, iudice Ruhnk. pag. 38.] Λεξικὸν ἐνδιαθέτων γραφῶν ἐκτεθὲν παρὰ Στεφάνȣ καὶ Θεοδώρȣ καὶ ἑτέρων λεξικογράφων, Κασσιανȣ̃ καὶ Λογγίνȣ φιλοσόφȣ.

8. Λέξεις Ἀντιμάχȣ καὶ Ἡρακλέωνος. Suid. Ab hoc iam notaui diuerſum videri Dionyſii Phaſelitae περὶ τῆς Ἀντιμάχȣ ποιήσεως, quod citat auctor vitae Nicandri, a quo etiam idem περὶ ποιητῶν laudatur. *Fabr.* [ſubſcribit huic iudicio *Ruhnken.* pag. 42. et pag. 38. ſq. de Heracleone. *Harl.*]

9. περὶ ἀρχῶν, Porphyr. de vita Plotini, c. 14. et Holſten. in vita Plotini.

10. περὶ ὁρμῆς, *de inſtinctu ſ. adpetitione*, opus philoſoph. ad Cleodamum et Porphyrium id. c. 17. pag. 120. [vid. Toup. pag. 401.]

11. περὶ τέλȣς contra Plotinum et Gentilianum Amelium, cuius prooemium ſeruauit idem *Porphyrius*, c. 20. pag. 127. ſeq. *Fabr.* Porphyrius praefationem huius libri et partem

ww) Sed illum ſcriptorum indicem a mendace mangone confectum eſſe, oſtendit *Valcken.* in Theocriteis pag. 295. ſqq. Compara Toup ad Longin. p. 403. qui putat, loca Suidae in Αἰωνάριος et Ἰανȣάριος, item locum in Photii lex. inedito, v. Σίρφοι deprompta fuiſſe ex illo Longini vocabulario. *Harl.*

tem epiſtolae Longini ad Porphyrium conſeruauit, et inter fragmenta Longini receperunt, emendarunt atque illuſtrarunt Tollius, et reliqui recentiores Longiniani libri editores. v. Toup. not. pag. 393. ſqq. *Harl.*

12. Epiſtola ad Amelium, qua refellit eius epiſtolam, ad magnitudinem libri productam et ad Longinum miſſam, περὶ τοῦ τρόπου τῆς Πλωτίνου φιλοσοφίας, id. pag. 132.

13. περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης, aduerſus eundem Amelium. id. pag. 131.

15. 16. περὶ τῶν ἰδεῶν, aduerſus Plotinum, et de eodem argumento aduerſus Porphyrium, Plotini de ideis ſententiam Longinianae, quam ante probarat, praeferentem, ἀντιγραφή. ibid. Reſpicit Syrianus, Longinum laudans in 12. Metaphyſ. pag. 59.

17. Epiſtolae complures, e quibus fragmentum vnius ad Porphyrium, in qua eum rogat, vt ad ſe in Phoeniciam veniat adferatque ſecum Plotini ſcripta emendata, id. c. 19. pag. 123. ſeq.

18. περὶ ψυχῆς, e quo opere ἀντίῤῥησιν aduerſus Stoicos, corpoream animae ſubſtantiam tribuentes, ſeruauit *Euſebius* XV. 3. [21. pag. 822. ed. Pariſ. a. 1628] praeparat. euangelicae. Confer *Proclum* ad lib. IV. Platonis de Rep. pag. 415. *Fabr.* Tollius et reliqui recentiores editores inter fragmenta Longini receperunt et expoſuerunt atque ad hos commentarios *Tollius* pag. 252. et *Ruhnken.* diſſ. pag. 41. retulerunt Longini cum Medio diſputationem, nr. 1. ſcript. deperdit. memoratam. *Harl.*

19. Longinum ἐν τοῖς φιλολόγοις (ſcil. βίβλοις vel συγγράμμασι) citat auctor vitae Apollonii Rhodii, vt probet, Tarrham eſſe Cretae vrbem. Nihil vero ad Longinum, vt exiſtimo xx), Dionyſius ἐν Κριτικοῖς, laudatus *Laërtio* lib. 1. in Thalete c. 38. nam et Dionyſius, Halicarnaſſeus, intelligi poteſt, qui κριτικὰ ſcripſit, ne dicam, viros doctos legendum ſuſpicari in Κρητικοῖς vel χρονικοῖς. *Fabr.* De hoc opere, quod Longino critici nomen gloriamque inprimis paraſſe videtur, et cuius iacturam, eſt, quod valde doleamus, egregie copioſeque diſputat *Ruhnken.* diſp. §. X. Fuit vero liber, in quo Longinus de antiquis, etiam aetati ſuae proximis ſcriptoribus, in vtramque partem iudicaret, et quamdam velut ingeniorum ageret cenſuram. Titulus erat, οἱ φιλόλογοι, i. e. *variae eruditionis ſtudioſi:* quare non opus eſt, vt cum Fabricio aliud nomen ſubintelligamus. Grande autem opus fuiſſe videtur: nam liber XXI. laudatur a *Io. Siceliota* in comm. msto in Hermogenem περὶ ἰδεῶν. At tamen pauca ſuperſunt Longini fragmenta. Ad Longini φιλολόγους etiam referendum, cenſet Ruhnken., eius de Ariſtide iudicium, quod exſtat apud Sopatrum, prolegg. in Ariſtid. p. 3. Idem arbitratur, τὰ περὶ Ξενοφῶντος, quae ipſe Longinus Π. Υ. ſect. 8. commemorat, niſi quis pro *commentariis in Xenophontem* habere velit, partem fuiſſe τῶν φιλολόγων. *Harl.*

xx) Fabricio ſubſcribit *Ruhnken* pag. 42. Nam „falſum eſt, ait, quod dicitur, Longinum per temporis rationes a Diogene commemorari potuiſſe. Nam Diogenes, quacumque demum aetate vixit, certe ante Longinum vixit." *Harl.*

20. Ὀδαίναθος, de rege Palmyrenorum Odaenatho λόγος siue liber, scriptus, vt videtur, post eius necem. Meminit *Libanius* in Epistolis ineditis, cuius verba a Bigotio communicata cum T. Fabro. Ὀδαίναθος ὁ λόγος· Λογγίνου δὲ ὁ λόγος. ἐγὼ μὲν ἀπαιτῶ, σὲ δεῖ δοῦναι, καὶ γενέσθαι δίκαιον περὶ τὴν ὑπόσχεσιν. *Fabr.* Illa epistola in editione Wolfiana Libanii epp. maiore numeratur 998. pag. 466. Nomen autem nummorum auctoritate rectius scribi Ὀδενάθης, per ε, Wolfius ad epist. 925. pag. 432. cum Spanhemio statuit. Illa, quam rogat Libanius, oratione, (inquit Ruhnken. pag. 42) si Longinus Odenathi laudes complexus est, vt nobis videtur, concidit, quod narrat *Trebell. Pollio* XXX. tyrann. 17. Zenobiam caedis Odenathi consciam fuisse. adde *Toupii* not. pag. 402. *Harl.*

21. Nescio, qua fide *Gesnerus* in Bibl. scripsit, Longini opusculum *de aciebus bellicis* (περὶ τάξεων, vt Aelius Harpocratio, rhetor, Suida teste, scripsit περὶ τῶν παρὰ Ξενοφῶντι τάξεων) graece seruari Romae. *Dionysii Longini opuscula de magnitudine orationis et de aciebus bellicis et* περὶ ὕψους λόγου ῥητορικὸν *liber imperfectus, graece seruantur Romae. Postremum* [?] *D. Diegus Hurtadus Caesaris legatus Venetiis habet.* Certe liber, quem memorat, de magnitudine orationis non videtur alius esse, quam quem deinde vocat περὶ ὕψους, et forte magnificam orationem pro magnitudine orationis dicere voluit.

22. Τὰ περὶ Ξενοφῶντος. Longinus ipse lib. de sublimi oratione sect. 8. ὡς κἀν τοῖς περὶ Ξενοφῶντος ὡρισάμεθα. [v. ad nr. 19.]

23. In Platonis Timaeum an scripserit aliquid, vt ex Proclo colligere quis possit, nolo adfirmare. *Fabr.* Longini tamen commentarium in Platonis Timaeum, vel potius in *prooemium Timaei*, saepe laudat *Proclus* in eumdem dialogum, pag. 10. 11. 16. 20. 21. 29. 50. 63. 98. v. *Ruhnken.* pag. 14. qui etiam memorat pag. 13.

b) Longini *in Platonis Phaedonem commentar.*, laudatum ab Olympiodoro comment. inedito in eumdem dialogum pag. 379. D. et obseruat, Longinum non solum res, sed etiam verba Platonis persequutum esse. *Harl.*

24. Τέχνη ῥητορική. Schol. Hermogenis pag. 380. [ed. Ald. ex qua illam particulam Longini editt. in fragm. posuerunt.] Etiam in syntagmate expositionum variorum auctorum in Hermogenis artem rhetoricam, quod manu exaratum exstat in bibl. Vindobonensi, teste *Lambecio* lib. VII. pag. 257. [pag. 550. ed. Kollar.] Longini commentarii continentur. [v. supra, in cap. de Hermogene.]

25. περὶ συνθέσεως λόγων, lib. de sublimi oratione sect. 39. Longinus ipse testatur, se de hac satis copiose tractasse in duobus commentariis: ὑπὲρ ἧς ἐν δυσὶν ἀποχρώντως ἀποδεδωκότες συντάγμασιν ὅσαγε τῆς θεωρίας ἡμῖν ἐφικτά. Exstat et similis argumenti liber inter Dionysii, Halicarnassei, opera, de quo lib. 3. c. 31. [vol. IV. pag. 395. vbi v. not. *t.*] Ex illis Longini petitum videtur testimonium de rhetoribus, quod ex codice MS. Vaticano euangeliorum, cum Hudsono Zaccagnius communicauit: Λογγῖνος ὁ καὶ ῥήτωρ τὴν τῶν μεγάλων ῥητόρων ἀπαρίθμησιν συνέταξεν οὕτως· κορωνὶς δὲ ἔσω λόγου παντὸς, καὶ φρονήματος Ἑλληνικοῦ Δημοσθένης, Λυσίας, Αἰσχίνης, Ἀριστείδης,

σειδης, Ἰσαῖος, Τίμαρχος, Ἰσοκράτης, Δημοσθένης ὁ καὶ yy) κρίθινος, Ξενοφῶν. πρὸς τούτοις Παῦλος ὁ Ταρσεὺς, ὅντινα καὶ πρῶτόν φημι προϊστάμενον δόγματος ἀναποδείκτου. Postrema de Paulo, apostolo, a Christiano homine adiecta sunt. *Fabric.* Illud testimonium inter fragmenta apud Morum et Toup. primum occupat locum, atque a *Ruhnkenio* ad Rutilium Lupum, pag. 88. emendatur atque illustratur. Adde eumdem in historia critica oratorum graec. pag. XCV. sq. Postrema de Paullo esse prorsus alienum additamentum, *Ruhnken,* l. c. priore, et in ed. Toupii pag. 250. atque *Morus*, pag. 643. sq. edit. recte, opinor, existimarunt. add. *Toupii* not. pag. 390. *Nogelius* tamen, Prof. quondam Altdorfin. id de Paullo iudicium adserit Longino in disput. in iudicium Longini de apostolo Paullo, Altdorf. 1772. 4. *Harl.*

26. περὶ παθῶν singulari volumine scripturum se recepit ibid. sect. vlt. περὶ ὧν ἰδίᾳ προηγουμένως ὑπεσχόμεθα γράψειν ὑπομνήματι.

27. περὶ μέτρων [siue scholia in Hephaestionis enchiridion] scripsisse Longinum, ex scholiis ad Hermogenem pag. 387. colligas, vbi etiam Hephaestion citatur, cuius de illo argumento eruditum librum nec minus doctis scholiis graecis illustratum habemus. Horum maximam partem e Longino petitam esse, patet ex huius libro περὶ μέτρων, quem ex Vaticana bibliotheca depromtum vidit *Holstenius* zz) apud Allatium, cuiusque particulam a Iac. de St. Amand ex cod. Vatic. descriptam accepit *Hudsonus*, et in praefatione ad Longini περὶ ὕψους librum [?] publicauit. Titulus sic se habet: ἐκ τοῦ Λογγίνου τοῦ φιλοσόφου. Et mox sequitur: Τὰ προλεγόμενα εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον περὶ μέτρων στίχων. *Fabr.* Scholia illa supersunt in codd. MSS. (sic, teste Sylburgio, fuit quondam in codice bibl. Heidelberg. forsan Vaticanae bibl. postea illato, Hephaestion cum prolegg. Longini:) ex quibus partem publicarunt *Io. Hudson* in sua edit. et ex illa *Fabricius* h. l. in vet. edit. atque, aliis duobus ex codd. Paris. additis fragmentis, *Io. Boiuinus* in postumis Boilauii operibus, Paris. 1712. 4. et Amst. 1713. v. Fabr. lib. V. c. 7. vol. VII. pag. 16. sq. vet. edit. qui iam ante Paw in Hephaestione ipso pag. 25. ed. Paris. et Corn. de Paw. vbi ex vulgata lectione Longinus ab Hephaestione citatur, vocc. καὶ Λογγῖνος corrigit et scribenda iudicat καὶ λογία. Atque haec emendatio vel ex scholiaste ad Longinum, vbi Epicharmi drama λόγος καὶ λογία citatur, petita probabilior est, quam Paw suspicio καὶ λογιᾷ. Fragmentum illud, quia cum binis aliis Heinecke, Pearcius, Morus ac Toup. in suis editionibus recudendum curarunt, emendarunt et exposuerunt, nolui ex vet. Fabricii edit. hic repetere. Magna etiam pars ab initio fere totidem verbis exstat in scholiis ad Hephaestionis enchiridion pag. 76. ed. Corn. de Paw. Boiuinus autem contulerat cod. Paris. et Ambrosianum, ac notas atque versionem adiecerat. *Harl.*

[28. περὶ ἐθνικῶν· Vetus grammaticus in cod. CCCLXXXVII. bibl. Coislin. apud *Montfaucon* pag. 597. Longinum iis adnumerat, qui de Gentilibus scripserunt: Ὅσοι περὶ ἐθνικῶν

yy) *Dinarchum* vocatum esse κρίθινον siue *hordeaceum Demosthenem*, testatur *Hermogenes*. Confer Scholia Graeca ad Hermog. pag. 415. *Fabr.* Hinc Ruhnken. priore l. c. sic corrigit plura — — Αἰσχίνης, Ὑπερείδης, Ἰσαῖος, Δείναρχος, Δημοσθένης ὁ κρίθινος, Ἰσοκράτης, Ἀντιφῶν. *Harl.*

zz) Cap. 6. de vita Porphyrii, supra p. 238.

ἐθνικῶν. Ὡρίων Θηβαῖος, Μητρόδωρος, Φιλόξενος, Λογγῖνος. Mirum eſt, ait *Ruhnken.* diſſ. pag. 39. Stephanum Byzantinum, in Ἐθνικῶν ſcriptoribus commemorandis in primis diligentem, nullam Longini mentionem facere. Adde *Toupii* not. pag. 403. *Harl.*

XIII. APHTHONIVS, ſophiſta Antiochenus, Ariſtide, cuius orationem ὑπὲρ τῶν τεσσάρων [a]) laudat, et Hermogene, (quot annis, vel [?] ſaeculis non dixerim.) iunior [b]), cuius progymnaſmata rhetorica [c]) duobus additis auxit; ſiue potius, vt paulo ante ex Matthaeo Camariota notaui, duo in quatuor diſpeſcendo diſtinctius propoſuit et exemplis illuſtrauit [d]). Iuniorem etiam atque adeo alium hunc eſſe oportet ab *Aphthonio*, quem ſine ſophiſtae elogio addito memorat Suidas in Σέργιος, teſtaturque, fuiſſe patrem Sergii, Zeugmatenſis et Sabini, ſophiſtae, qui Hadriano imperante floruit. Alius quoque *Aphthonius*, quo Theodoritus in Hiſt. religioſa, et alii item *Aphthonii* quinque vel ſex, ad quos S. Nili Epiſtolae exſtant. [*S. Aphthonii* et aliorum martyrium in cod. Florent. monaſt. B. Mar. teſte *Montfaucon* in Diario ital. pag. 364. *Aphthonius*, manichaeus, in Photii narratione, a Montf. edita in bibl. Coislin. pag. 357. med.] Nec minus *Aphthonius*, comes, ad quem heroicum poëma ſcriptum a Panolbio, poëta, commemorat Suidas in Πανόλβιος. *Aelii Feſti Aphthonii* fragmentum de carminis adpellatione citatur ab *Iſ. Voſſio* lib. de viribus rhythmi et poëmatum cantu, pag. 90.

[*Codd. MSSti*, quorum equidem notitiam dare poſſum, hi fere ſunt. Montfauconi tamen bibl. bibliothecar. quoniam multa habet incerta, et obuia eſt, compilare nolui. In bibl. Laurent. Medic. *Florentiae.* Aphthon. progymn. cum ſcholiis vberrimis marginal. in cod. XV. et in cod. XXII. et cod. XXVII. plut. 60. (*Bandin.* cat. II. col. 604. col. 611 et 615.) in cod. XXV. eiusdem plutei, prolegomena in Aphth. progymnasm. cum textu Aphthonii et commentariis in illum. (Bandin. II. col. 614.) — Progymnasmata cum ſcholiis et gloſſis in cod. X. plut. 87. (Bandin. III. col. 390. nr. 7.) — In bibl. monaſt. B. Mariae Aphthon. cum Hermogene, teſte *Montfauc.* in diario ital. pag. 396.

Venetiis

a) *Aphthon.* progymnasm. vbi de Ethopoeia, pag. 82. edit. Scobarii.

b) *Saxius* in Onom. I. p. 394. aetatem Aphthonii et Theonis ad a. Chr. circ. 315. refert, et, equidem, ait, ab hac ipſa ſiue ſuperioris, ſiue huius ſaeculi aetate, quae ſophiſtarum feraciſſima eſt, neutrum diuelli et ſeiungi velim. De Aphthonii ratione docendi et dicendi bene iudicat Camerar. in praef. ad ſuam editionem. *Harl.*

c) Suidas vocat Εἰς τὴν Ἑρμογένους τέχνην προγυμνάσματα, niſi duo diuerſa Aphthonii ſcripta his verbis voluit indicare, Progymnasmata nimirum, et in Hermogenis artem Commentarios. Anonymus auctor graeci in Aphthonium commentarii adpellat προγυμνάσματα τῆς Ῥητορικῆς. Aphthonii μελέτας legiſſe ſe teſtatur *Photius* Cod. CXXXIII. quae interciderunt. Laudant praeterea Aphthonium Tzetzes, Euſtathius, Thomas Magiſter, Matthaeus Camariota, qui Antiochenum vocat, et alii. Non meminere, quod miror, ſi iuniores ſunt, Priſcianus et Theo, qui de progymnaſmatis ſcripſerunt. *Fabr.* Omnino diuerſa ſunt et in cod. Matrit. ſuperſunt *Aphthonii* progymnasmata in Hermogenem, v. ſupra in notitia codd. msst. Hermogenis. adde *Bandin.* cat. codd. gr. bibl. Laurent. vol. II. col. 616. nr. II. etc. *Harl.*

d) Aphthonius quidam, profeſſor eloquentiae Alexandrinus, memoratur a *Philoſtargio* libr. III. cap. 15. Et hic fortaſſe eſt auctor progymnasmatum. Certe hic pag. 43. mentionem facit biblioth. Alexandrinae. (conf. Camerar. ad Aphth. p. 237.) Alius *Aphthonius* decurio ſacri palatii in aula Honorii imperat. memoratur a Symmacho lib. X. ep. 76. Ex fine ep. 75. adparet, eum fuiſſe ſcribam imperatoris. *Heum.*

Venetiis in bibl. S. Michaelis (teſte Mittarellio in bibl. codd. illius monaſterii col. 64.) progymnasmata in collectione vett. rhetorum graec. — In bibl. *Pinelli* fuit cod. Aphth. progymnasm. cum prolegomenis de rhetorica et expoſitione, gr. v. catal. tom. III. pag. 351. *Mediolani* in bibl. Ambroſ. Aphthonii progymnasm. in cod. CXCIV. multique alii eiusdem codd. In cod. quodam cum *Aphthonio* Hermogenes comparet, teſte *Montfauc.* in diario ital. p. 16. — *Neapoli* in bibl. regia, in cod. CLXIV. Aphthonii progymnasmata cum prolegom. et commentariis. — in cod. CCVII. et CCXIV. apophthegmata. — *Leidae* in bibl. acad. inter codd. Voſſianos, quaedam Aphthonii, (catal. p. 401. nr. 4. et pag. 403. nr. 22.) fabulae Aphthonii cum indice. — In bibl. publ. Pariſ. exſtant progymnasmata in XVIII codd. msstis, quorum nonnulli adiecta habent ſcholia, eaque in cod. MMDCCCCLXXXVII. multa ab editis diuerſa. — In cod. bibl. Coislin. CCCLXXXVII. eſt collectio diuerſorum interpretum in Aphthonii progymnasmata, quam edidit *Montfauc.* in biblioth. Coislin. p. 590. ſqq. atque ex illo Fabric. in B. Gr. vol. IX. pag. 586. ſqq. adde Montfauc. l. c. p. 596. et ſupra in ſect. de Hermogene in notitia codd. Matrit. atque *Iriart.* cat. codd. gr. Matr. pag. 151. ſqq. et pag. 154. in eod. cod. XLIII. *Aphthonii progymnaſmata* habent inſcriptionem, *Aphthonii progymnasmata in rhetoricam Hermogenis.* — In *Britannia* teſte catal. codd. Angliae et Hiberniae, *Oxonii* in bibl. coll. noui, cod. MCCXXII. Inter codd. Barocc. codd. XLV. et XLVIII. progymnasm. cum ſcholiis in cod. L. Aphthonii fabulae. — in cod. CXCIV. ſcholia in Aphthon. rhetoricam exercitation. — Inter codd. Bodlei. cod. MDCCCCLVIII. *Cantabrig.* cod. CCCCXLII. inter codd. collegii S. Trinit. Aphthonii ſiue Hermogenis progymnasm. cum *Troilo.* — Inter codd. ecclеſ. Weſtmonaſterienſ. Aphth. progymn. cum ſcholiis catal. II. cod. MCI. — in bibl. Norfolciana, eadem, in cod. MMMCCCCXLVII. *Vindobonae* in bibl. caeſarea progymn. in cod. XVIII. et CCXXXVIII. teſte *Neſſelio* in catal. codd. part. IV. pag. 15 et 129. — *Lipſiae* cod. in bibl. academica. — In bibl. *Heidelberg.* quondam fuere codd. Aphth. plures cum commentariis. — In bibl. elector. *Bavar.* Monac. cod. CCXXX. progymn. Aphthon. cum prolegomenis, (catal. p. 81.) *Harl.*]

Editiones.

Aphthonii progymnasmata primus graece vulgauit *Aldus* e), primumque illis locum inter graecos rhetoras dedit excuſos Venet. 1508. fol. Idem tomo altero A. 1509. exhibet anonymi veteris, (*Doxipatrum* vocat Politianus Miſcell. c. 55.) graecos commentarios, numquam ab eo tempore praelis iterum ſubiectos. [conf. Maittaire A. T. II. pag. 191. ſq. c. not. msst. Spanhem. in bibl. Bodlei.]

Eadem progymnasmata graece, Pariſ. apud Wechel 4. [Pariſ. 1531. 4. teſte Maitt. in indice A. T. pag. 53. 1544 et 1550. 4. ap. Wechel. gr.] — et cum Hermogene, Florent. apud Iunt. 1515. 8. — [*Aphthonii* et *Theonis* progymn. gr. per *Angelum Barbatum.* Romae 1520. 4. v. *Maittaire* A. T. II. pag. 599. — Aphthon. progymn. gr. et lat. *Io. Maria Catanaeo* interprete, (Venetiis forſan) ſ. l. et a. 8. (de hac aliisque edd. vide, quae adnotaui in Introd. in hiſt. L. Gr. II. 1. pag. 307. ſq.) — latine reddita a *Rud. Agricola*

e) Aldus iam cum fabb. Aeſopi, Venet. 1505. fol. edidit ex Aphth. exercitamentis de fabula, tum de formicis et cicadis excerpta, graece. *Harl.*

Agricola Parif. 1549. 4.] — atque cum Hermogene et Longino, Genev. 1569 et 1570. 8. apud Io. Crifpinum, ex recenfione *Francifci Porti.*

Ex verfione, quae praefert nomen *Rudolphi Agricolae*, (fed quam illo prorfus indignam Scobarius iudicat,) inter alia Agricolae fcripta vna cum Prifciani praeexercitamentis prodiere Colon. 1539. 4. vt alias editiones omittam.

Ex verfione *Natalis Comitis* Hermogenes de arte rhetorica et Aphthonii progymnasmata, excufa Bafil. 8.

Cum verfione *Io. Mariae Catanaei* Parif. 1531. 4. [Parif. ap. Ch. Richard. 1558. 4. it. cum *Petri Mofellani* praecept. rhetor. Colon. 1525. 8.] et latine ex eiusdem verfione [Venet. 1513. 8. Ald.] Bafil. 1521. 4. Venet. 1523. [Parif. 1534. ap. Chriftian. Wechel.] etc. Ex *Antonii Bonfini* interpretatione, [¶] cum Hermogene de arte rhetor. ad Matthiam, Hungariae regem. Lugd. apud Sebaft. Gryph. 1538. 4. Venet. 1539.

Graece cum verfione *Ioach. Camerarii.* Lipf. 1567. 1570. 1588. 8.

Graece cum verfione et commentario D. *Burchardi Harbart.* Lipf. 1591. et 1596. 8. [v. Pinell. catal. III. pag. 1.] et deinde faepius, vt 1616. 1629. etc. [ed. V. correctior et auctior, Stetin. et Colberg. 1656. 8. in cat. Bünau. tom. I. pag. 207. fq.]

Graece et Latine cum explicatione et exemplis *Chriftophori Praetorii.* Francof. 1655. 8. et cum notis breuibus *Ioh. Scheferi.* Vpfal. 1670. rec. 1680. 8. adiunctis *Theonis* progymnasmatis. [v. *Fant.* hiftor. litterat. gr. in Suecia pag. 131.]

Latine ex Agricolae partim, partim ex Catanaei verfione cum commentariis et exemplis *Reinhardi Lorichii*, Hadamarii. Poft editionem A. 1546. 8. faepius, vt Francof. 1557. 1589. apud Chouet, 1592. 12. etc. Parif. 1621. 8. apud Cramoif. [Amftel. 1645. 12. ibid. 1649. 12. 1657. in 24. et Vefaliae, 1670. 12. Wratislau. 1689. 8. — In *Menken* cat. I. pag. 166. citantur Aphthonii progymn. latine cum fcholiis *R. Lorichii.* Amftel. 1651. 12. *Mittarelli* in bibl. codd. S. Mich. Venet. col. 64. memorat ed. Lugdun. 1555. et Venet. ap. Io. Baptift. Combi a. 1630. *Harl.*]

Dominici Machanei verfionem, cuius ipfe in notis ad Aurelium Victorem de viris illuftribus c. 18. mentionem facit, et *Petri Simonis Aprilei* haud vidi: [neque ego vidi.]

Ioh. Micraelii progymnafmata Aphthoniana in vfum fcholarum et ftudioforum eloquentiae illuftrata. Stetini 1655. 8. et deinde faepius vt 1662. 8. 1691. 12. etc. Ne dicam de commentariis *Philippi Horft*, *Antonii Burchardi Lubecenfis*, *Io. Simonii* et aliorum, aut de exercitationibus ad progymnasmata Prifciani, quas *Nathan Chytraeus* edidit Bardi Pomeraniae 1592. 8.

Ex melioribus editionibus progymnasmatum Aphthonii eft Graecolatina cum *Francifci Scobarii* fiue *de Efcobar* verfione et tabellis, decerptisque ex commentario Hadamarii notulis, apud Commelin. 1597. 8. et Lugd. Bat. 1626. 8. Parif. 1627. 8. [gr. et lat. Parif. 1621. 8. 1623. 12. 1660. 12. v. *Maittaire* A. T. III. pag. 879 et 882. et pag. 917. apud Cramoifium. Pro Scobario, cuius verfio etiam Barcinone 1611. 8. prodiit, male Scotoni nomen excufum eft in Bibliotheca graeca Laurentii Lundii, pag. 22.

In

In hac Scobarii editione adiunctae etiam graece et latine sunt eiusdem Aphthonii *fabulae XL.* numquam antea editae, cum versione *Iacobi* [illegible], filii, et Aesopi vita breuiter descripta, quae incipit, *Αἴσωπος ὁ λογοποιὸς Λυδὸς μὲν ἦν τῷ γένει.* Illas fabulas, saepius deinde prelis iterum subiectas *f*), referre me memini supra lib. 2. c. 9. §. 9. [in vsum scholae Eton. Lond. 1682. 8.]

[Gr. cum interpretat. lat. ita emendata, vt noua videri possit, (cura *Dan. Heinsii.*) access. *Theonis* progymnasmatibus. Lugd. Bat. apud Elzeu. 1626. 8. — Aphthon. et Theonis, sophistae, progymnasmata, gr. et lat. Lugd. B. 1675. 8. in Menken. catal. I. p. 124.]

Proxime Aphthonium, quemadmodum et Theonis, de quo statim dicturus sum, progymnasmata, ad MS. codices recensita notisque illustrata, dabit doctissimus vir *Io. Henricus Lederlinus*, Linguarum oriental. professor in Academia Argentoratensi. [Quae tamen edit. num lucem adspexerit, equidem dicere nequeo. — Hic commemorare iuuat M. *Io. Lundblad* diss. de progymnasmate chriarum Lund. 1791. Sunt praeparationes quaedam ad Aphthonium et chrias, ab illo commendatas, quarum etiam exemplum exponitur. *Harl.*]

[?] XIV. THEON, Alexandrinus, sophista, *Aelius* cognomine, scripsit et ipse Τέχνην περὶ προγυμνασμάτων, (vnius enim scriptoris hunc titulum esse apud Suidam, non duorum, mihi persuadeo *g*). quae etiamnum exstat, atque doctrinam de praeexercitamentis rhetoricae, ab Hermogene et Aphthonio traditam, (licet neutrius meminerit,) luculentius explicat atque erudite illustrat, vt hic liber tironibus eloquentiae merito debeat esse quam commendatissimus.

[*Codd.* sunt in bibl. *Paris.* cod. MMDCCCXVIII. nr. 11. — *Florentiae* in bibl. Medic. cod. X. plut. 55. v. Bandin. catal. codd. gr. II. pag. 272. — In *Anglia*, in bibl. Bodlei. cod. MMCCCCLXXVIII. Theonis progymn. cum scholiis. — In bibl. *Escorial.* Hisp. progymn. cum variis lectionibus, et *Theon. Alex.* de grammatica speculatiua, teste *Plüero* in itinerar. per Hispan. pag. 192. *Harl.*]

Prodiit primum Romae, cum Aphthonio 1520. 4. minus quidem emendate, graeco idiomate, qua sola editione vsus vir doctissimus *Ioachimus Camerarius*, latine vertit, et in Graecis plurima menda sustulit, Basil. 1541. 8. De scriptore ipso, *satis quidem*, eius iudicio, *apparet, et ingenio et doctrina atque etiam vsu bonarum artium egregie instructum fuisse, vt admodum dolendum sit, hoc opus ipsius tam deprauatum mendisque ad nos peruenisse. Inuentio egregia est, argumentationes et ea, quae vocant Graeci ἐπιχειρήματα in[illegible]. Verba electa, formaque orationis plane Attica: In praeceptis autem nemo minus vulgaria sequitur, nemo vita ab intelligentia et sensu communi minus longe abduxisse reperitur.* Camerarius graece primum separatim, et ad calcem voluminis latine excudi fecit; sed in editione Leidensi A. 1626. 8. interpretatio Camerarii a *Dan. Heinsio* recensita, per singulas paginas

est

f) Et fabb. Aesopi additas, vt collect. Neueleti, Francof. 1610. 8. it. (cum MSS. Barocc. per Ed. Bernard collatae) Francof. 1660. 8. v. Cat. bibl. Bodl. I. pag. 57. *Harl.*

g) Forsan interpunctio tantum mutanda est, delendo post voc. τέχνην puncto, vti factum esse arbitror in textu Eudociae pag. 231. vbi eadem Suidae verba exscripta leguntur. *Harl.*

est statim Graecis ex aduerso posita, exemplis tamen progymnasmatum [h]), vtpote quae Theonem auctorem non habeant, praetermissis. Idem de editione *Vpsaliensi* dixeris, A. 1670. recusa 1680. 8. quae Aphthonii et Theonis progymnasmata exhibet, notis *Iohannis Scheferi* illustrata. Proxime meliorem vtriusque editionem cum notis suis curabit, iam in Aphthonio laudatus mihi praestantissimus vir *Ioh. Henr. Lederlinus*, a quo Theonem inprimis ex MSS. bibliothecae regiae Paris. multis in locis correctum et scholiis graecis hactenus ineditis ex eadem et Bodleiana Bibl. illustratum exspectamus. [Sed illa ed. quantum equidem noui, lucem non adspexit.]

Alia huius Theonis scripta, Suidae memorata, quae aetatem non tulere, sunt *ὑπόμνημα εἰς τὸν Ξενοφῶντα, εἰς τὸν Ἰσοκράτην, εἰς Δημοσθένην. Ῥητορικαὶ ὑποθέσεις*, et *ζητήματα περὶ συντάξεως λόγου.* Plura non nominat, etsi plura longe scripsisse eum testatur.

Dubito valde, (licet nihil ambigat *Vossius* lib. de Rhetoricae natura p. 64.) Theonem hunc esse eundem cum Theone, sophista, quem Damascius apud *Photium* p. 552. memorat. Certe a Suida distingui video, qui ab illo quoque *τέχνην ῥητορικὴν* scriptam refert: et plures fuere *Theones* rhetores ac sophistae, vel eodem teste Suida. Sed et hoc minime adeo exploratum est, quando vixerit noster [i]), et num idem auctor sit scholiorum in Aratum [k]), et qui Apollonium, Rhodium, teste schol. Aristoph. aliosque poëtas, vt Lycophronem ac Nicandrum, teste Stephano Byz. commentariis illustrauit, quod grammatico potius quam sophistae conuenit. [Sed *Küster* ad Suid. II. pag. 182. illa scholia nostro adtribuenda esse censet. Num ille *Theon*, an alius scripserit in Theocritum scholia, haud omnino liquet. Theon quidem, Nicandri interpres atque commentator, medicus fuisse videtur. Conf. *Warton* ad Theocrit. tom. I. pag. 135. et quos ille laudat V. D. *Harl.*]

Theones alii.

Theon, Alexandrinus, Hypatiae pater, qui Theodosio imperante floruit atque in Euclidem et Ptolemaeum scripsit. De illo dicendi locus erit infra libro V.

Theo, Alexandrinus, scriptor *Γυμναστικῶν*, de quo vide indicem scriptorum, a Galeno citatorum: [et Fabr. in elencho medicorum vol. XIII. voc. Theon.]

Theo Alexandrinus, Stoicus philosophus Augusto imperante clarus, quem Suidas ait scripsisse libros tres *περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν* et commentarium in Apollodori introductionem Physiologicam.

Theon, Antiochenus, philosophus, itidem stoicus, qui scripserat Apologiam Socratis. Suid.

Theo, grammaticus, Plutarchi *ἑταῖρος*, qui eius in Conuiualibus quaestionibus saepius mentionem facit.

Theo

h) In Romana et Camerarii editione subiiciuntur etiam *Exempla* progymnasmatum; at illa non Theonem, sed *Libanium* auctorem agnoscunt, inter cuius opera una cum Camerarii latina versione leguntur in limine Tomi primi editionis Morellianae.

i) Circa a. Chr. 315. v. ad Aphth. not. *Harl.*

k) Vide quae supra lib. 3. cap. 18.

Theo, grammaticus alius antiquior, qui Romae, Augusto imperante, docuit. Suid. in Ἀπίων.

Theo, Lyconis, peripatetici, seruus, Laert. V. 37.

Theo, poeta falsus et dicacissimus, de quo viri docti ad Horatium et Ausonium, atque Erasmus in prouerbio *dente Theonino rodi*.

Theon, praeco, apud *Plinium* XXXIV. c. 3.

Theo, Samius, pictor, Quintiliano, Plinio, Plutarcho et Aeliano celebratus. Vide *Francisci Iunii* catalogum artificum, pag. 211.

Theo, Sidonius, *Gymnasii*, sophistae, Fil. imperante Constantino clarus. Suid.

Theo, Smyrnaeus, platonicus, de quo dixi lib. III. [c. 1. 18. §. 21. vol. IV. pag. 35. sqq.]

Theo, Tithoraeus, stoicus, *Laert.* IX. 82.

Theo Valerius, sophista, cuius commentarius in Andocidem a Suida memoratur.

[Theon, monachus Aegyptius, cuius vita describitur in historia monachorum Aegyptior. in cod. Coislin. LXXXIII. apud *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 238. sqq. *Harl.*

[*] Notabit etiam lector Dionem, Theonem et Socratem apud Graecos scriptores frequenter poni pro quouis nomine viri, vt apud Latinos ponitur Caius Titiusque.

XV. *Index Scriptorum in Theonis Progymnasmatis memoratorum, compositus a me ad paginas editionis Ioachimi Camerarii.*

[Editioni Schesser. qua tamen careo, index quoque auctorum, ab Aphthonio et Theone citatorum, ad finem subiunctum esse, adnotat *Fantius* l. cit.]

Aeschines, pag. 7. 20. 71. magna argumenta tractando aptus, 21. contra Timarchum 16. contra Ctesiphontem, 17. περὶ παραπρεσβείας, 17.
Αἰσώπειοι λόγοι, 10. 21.
Aesopus Λίβυς ἀνήρ, 22. κατακόρως καὶ δεξιῶς μύθοις χρησάμενος, 22. λογοποιός, 23.
Ἀλκαϊκὸν μέτρον, 22.
Alexandri M. dicta, 53. 55. seq.
Antisthenis, Attici, dictum, 63.
Apollodorus, Socratis discipulus, 55.
Apollonii, Rhodii, dictum ἀνάγνωσις τροφὴ λέξεως, 5.
Archilochus, 7. 22.
Ἀρίωνος ἔλεγχοι, 65.
Ἀριστοφάνειον μέτρον, 22.
Aristoteles, 100. οἱ περὶ Ἀριστοτέλην, 5. (male Camerar. *Peripatetici*) vt 98.
Aristotelis et Theophrasti πολλὰ βιβλία θέσεων ἐπιγραφόμενα, 16.
Asiani rhetores, 19.
Attici στώμυλοι, loquaces, 85.
Bionis, sophistae, dictum, auaritiam μητρόπολιν esse vitiorum, 45. 63.
Connis, Cilix, μυθοποιός, 22.

Τὰ ἐν τῇ Κρήτῃ μυθολογέμενα, 69.
Cybiſſus ex Libya, μυθοποιὸς, 22.
Cyprii, 105.
Demoſthenes, 7. 8. 17. 47. 71. Eius dictum ὑπόκρισιν εἶναι τὴν ῥητορικὴν, 63.
πολιτικώτατος, 48. Etymon Demoſthenis quaſi δήμε σθένος, 77.
κάλλιςοι λόγων δημοσίων, ἐν οἷς περὶ νόμε τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, vt de corona, et contra Androtionem et Timocratem et Ariſtocratem, 5. Magna argumenta tractando aptus Aeſchines, tenuia Lyſias, Demoſthenes vtraque, 12. Saepe ſeipſum παραφράζει, 8. λόγοι eius πολιτικώτατοι, 49.
contra Androtionem, 5. 9.
Ariſtocratem, 5. 8. 16. 34.
pro corona, 5. 9. 14. 17.
contra Midiam, 8.
infra in Iſaeus, Lycurgus et Lyſias.
in Leptinem, 9. 16.
Olynthiac. 38.
κατὰ Ὀνήτορος, ἐξέλης, 16.
περὶ παραπρεσβείας, 9. 12. 17.
κατὰ Τιμοκράτυς, 16.
Damon, paedotriba, 55.
Democritus, paruae vrbis ciuis, 78.
Diogenis, cynici, dicta, 51. 53. ſeq. 55. 56. 59.
Draconis lex, μὴ ἀπονᾶν, 34.
Epaminondae dictum, 61.
Ephorus ἐν τῷ περὶ λέξεως, 19. ἐν τῇ α΄. 13. ἐν τῇ δ΄. 68. ἐν τῇ ζ΄. 12. ἐν τῇ ια΄ 13.
E c rus ad Homeneum ſcribens, 10. ad Polyaenum, ibid. ἐκ τῶν περιφερομένων ὡς ἐκείνε, ἡμεῖς δὲ ἐδέπω καὶ νῦν αὐτὰ εὑρίσκομεν ἐν τοῖς συγγράμμασιν αὐτῦ. ibid.
Euphron, 17.
Euripides reprehenſus, quod Hecubam, intempeſtiue philoſophantem, induxit, 4. Eius dictum, τὸν νῦν ἑκάςε εἶναι Θεὸν, 60.
Fabulae Aeſopiae, Libycae, Sybariticae, Phrygiae, Ciliciae, Caricae, Aegyptiae, Cypriae, 21. ſeq.
Hecataeus.
ἐν τῇ α΄. 11. ἐν τῇ β΄. 11.
Hegeſias, rhetor, 19.
Hermagoras, 92.
Heracliti obſcuritas ab ambiguitate, 36.
Herodotus, 11. 12. 13. 14. 17. 37. 38. 42. 48. 65. 68. καί περ ἑλληνιςὶ γράφων, [?] βαρβαρικῶς εἶπε πολλάκις, ὅτι τὰς ἐκείνων λόγες μεμίμηται, 8. Ibis, auis, ab eo male deſcripta, 91.
Heron, σκυτοτόμος, poſtea philoſophus, 78. ſeq.
Heſiodus, 21. 24. 65.

Homerus,

Homerus, . 15. 19. 22. 32. 88. 89. 90. 105. κατ' ἐξοχὴν ποιητὴς, 51. Odyssea, 41.
versus, 35. 36. 60.
versus quidam ab Archilocho μεταφρασθέντες. 7.
Hyperides, 15. 17. ἐν τῇ κατὰ Ἀρισταγόρου, 14. eius ἐπιτάφιος, 15.
Ex Isaei orat. κατὰ Διοκλέους ὕβρεως, Demosthenes quaedam in Orat. contra Midiam transtulit, 8.
Isocratis dictum εὐφυεῖς Θεῶν παῖδες, 51. 57. 58. 63. praeceptoribus plus debere nos, quam parentibus, 54. discipulo opus πινακίδος καὶ νοῦ, γραφιδίου καὶ νοῦ, 56. 63. panegyricus, 49. vide infra in Lysias.
Laconis cuiusdam dictum, 45.
Laconum sermones παῦροι καὶ λιγέες, 85.
Legumlatores, prouidentiae suffragantes, 100.
Leontium, philosophia ex meretrice, 79.
Lycurgus, legislator, 69. 96.
Ex Lycurgi, oratoris. τῆς ὕβρεως λόγῳ quaedam in orat. contra Midiam transtulit Demosthenes, 8. ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος, 14. Eius Ἑλένης ἐγκώμιον, 71. 77. Εὐρυβάτου ψόγος, ibid.
Ex Lysiae orat. τῆς ὕβρεως Demosthenes quaedam in Orat. contra Midiam transtulit, 8. Ex eius Epitaphio et Olympico, Isocrates in suum panegyricum, ibid. Eius Epitaphios, 15. περὶ ἀνακαλυπτηρίων, 16. περὶ ἀμβλώσεως, ibid. vbi addit de duabus his dubitatum, an sint Lysiae. Πρὸς Διοκλέα ὑπὲρ τοῦ κατὰ τῶν ῥητόρων νόμου, 16. tenuia argumenta tractare aptus, 21.
Medeae fabula, 66.
Menandri dramata. 15. ἐν ἀρχῇ τοῦ τε Δαρδάνου καὶ τοῦ ξενολόγου, 48. ἐν τῇ χρηστῇ (forte πρώτῃ) ἐπικλήρῳ.
Olympiadis dictum, 55.
τῶν παλαιῶν οἱ ποιηταὶ, 23. οἱ παλαιοὶ, 35. 75.
Palaephati, peripatetici, ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίστων ἐπιγραφόμενον, 69.
Pericles, Olympius dictus, 77.
Phaedonis, Socratici, Zopyrus, 24.
Philistus, 11. 89.
[?] ἐν τῇ α'. 11. ἐν τῇ η'. 15. ἐν τῇ ια'. 15.
totum Atticum bellum ex Thucydide in sua Σικελικὰ transtulit, 8. ab omni abstinuit digressione, 33.
Pittaci, Mytilenaei, dictum, ne cogitantem quidem Deos latere, 52. 58. eius lex ambigua, 105. seq.
Plato, 100. ἐν ὀλιγαρχίᾳ viuens, ἄριστος ἐγένετο, 87. eius dicta, 53. 56. ἐπιτάφιος, 15.
Phaedo, 12. siue διάλογος περὶ ψυχῆς, 23.
Phaedrus, 18. 68.
de Rep 11. 12. 18. 98.
Timaeus, 14.
Pyrrhi, Epirotarum, regis dictum, 56.
Pythagorae, philosophi, dictum, 54.

Rhadamantus, Minos etc. 69.
Simonides, iubens παίζειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ περὶ μηδὲν ἁπλῶς σπουδάζειν, 63.
Socratici dialogi, 15. Socratis dictum, 52. 55. 62. ἀνὴρ διαλεκτικὸς, ibid. Phaenareti, Maiae et Sophronisci, statuarii, F. 78.
Solon, 96.
Sophocles, poëta, 11.
Sybaritae dictum, 63. Sybariticae fabulae, 21. Vide et infra, Thurus.
Theanus, pythagoricae, dictum, 52.
Theodorus, Gadarenus, 52.
Theophrastus, vide supra, Aristoteles.
Theopompus, 7.
Eius ἑλληνικαὶ ἱστορίαι, 17. tres et plures libros integros digressionibus implet, in quibus Philippi ne mentio quidem, 34.
ἐν τῇ ὀγδόῃ, 12. ἐννάτῃ, 15.
ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν Φιλιππικῶν, 11.
ἐκ τῆς πέμπτης καὶ εἰκοστῆς, 13. seq.
Philippi ἐγκώμιον, 15. 77. Alexandri ἐγκώμιον, 15.
Thucydides, 7. 12. 13. 14. 17. 38. 39. 42. 44. 65. 76. 89. eius ἐπιτάφιος, 15.
Vide et Philistus. Narrationes per aestates et hiemes discerpsit, 33. hyperbatis vsus frequenter, 36.
Thurus, Sybarita, μυθοποιὸς, 22.
(Tomyris, ἡ Μασσαγετὶς, 83.
Versus ambiguus, ἐγώ σ᾽ ἔθηκα δοῦλον ὄντ᾽ ἐλεύθερον, 27. Versus ἆρ᾽ ἐστι πάντων ἀγρυπνία λαλίστατον, 45. Menandro tribuitur, pag. 49.
[†] Xenophontis Agesilaus, 15. Ἑλληνικαὶ ἱστορίαι, 17.
β΄ ἀπομνημονευμάτων, 12, 101.
Sympolium, 15. 84.
Zaleucus, 96.
Zeno, 100.
(Zoroaster Βάκτριος, 83.

XVI. In ALDI MANVTII collectione rhetorum, quam Venetiis A. 1508. fol. praefixa epistola graeca Demetrii Ducae, Cretensis, ad Marcum Musurum, (non valde, quod dolendum, emendate,) edidit, et Iohanni Lascari inscripsit, continentur:

1. *Aphthonii*, sophistae, progymnasmata, pag. 1-17.
2. *Hermogenis* Ars rhetorica pag. 19-37. Eiusdem περὶ εὑρέσεων, τόμοι δ΄. pag. 38-77. περὶ ἰδεῶν τόμος α΄. pag. 78-112. περὶ γοργότητος, τόμος β΄. pag. 113-148. περὶ μεθόδου δεινότητος, pag. 149-160.
3. *Aristotelis* Artis rhetoricae libri tres pag. 161-234. Rhetorica ad Alexandrum pag. 235-268. et de poëtica liber pag. 269-286.
4. SOPATRI διαιρέσεις ζητημάτων pag. 287-455. Auctor huius operis, quo copiosa admodum de componendis declamationibus praecepta et diuisiones controuersiarum continentur,

tinentur, Sopater eſt, non Plotinianae ille ſcholae ſucceſſor celeberrimus, quem Conſtantinus M. occidit, ſed alius ſophiſta, ducentis annis iunior, de quo diximus nonnulla ſupra [§. 5. et 6. in notitia codd. Hermog.] m). Caeterum de iſtis rhetorum διαιρέσεσι ſiue diuiſionibus quaeſtionum controuerſarum conſulenda commentaria ad Hermog. pag. 261. et *Nicolaus Faber* ad Senecae controuerſ. 1. pag. 82. ſeq. Sopatri opus, vti orationes, quas habemus, Antiphontis, Andocidis, Dinarchi, Lycurgi et Iſaei ex Graecia ſecum adtulit Iohannes Laſcaris, vt Aldus refert. [Ex illo Sopatri opere depromptum eſſe videtur *Iriarto* in cat. codd. gr. Matrit. pag. 197. fragm. in cod. LVIII. nr. 131.]

5. CYRI, ſophiſtae. (neſcio an Cyri Theodori Prodromi, qui ſub initia ſaeculi duodecimi poſt CHRISTVM natum vixit,) περὶ διαφορᾶς στάσεων, pag. 456 - 460. Eidem, dubito, an auctori tribuenda ſint προβλήματα ῥητορικὰ εἰς στάσεις, ſiue argumenta controuerſiarum vndeſeptuaginta, quae ſine nomine auctoris ex veteri MS. Frid. Lindenbrogii edidit graece, verſionemque ſuam addidit *Iohannes Huswedelius*. Hamburg. 1612. 8. [conf. cap. ſeq. h. v.]

6. *Dionyſii* Halicarnaſſei τέχνη περὶ τῶν πανηγυρικῶν pag. 502 - 507. Eiusdem περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων pag. 507 - 545. et περὶ συνθέσεως ὀνομάτων pag. 545 - 573.

7. Demetrii, Phalerei, περὶ ἑρμηνείας, ὅ ἐστι περὶ φράσεως, pag. 545 - 573.

[*] 8. ALEXANDRI περὶ τῶν τῆς διανοίας σχημάτων, et περὶ τῆς λέξεως σχημάτων, pag. 582 - 583. Alexander hic eſt Numenius ſiue Numenii, rhetoris, (Adriano imperante clari.) filius, ſophiſta n), Iulio Rufiniano in limine libri de figuris ſententiarum o), Suidae, et ſcholiaſtis graecis Hermogenis laudatus. Librum vtrumque Alexandri de figuris ſententiae et dictionis latine vertit *Natalis Comes*, cuius interpretatio lucem vidit Venet. 1557. 8. Illam vidiſſe ſe negat *Laurentius Normannus*, qui cum noua verſione ſua et caſtigationibus vulgauit graece et latine Vpſaliae 1690. 8. addito Phoebammone atque Minuciano. *Fabr.* Loca quaedam Alexandri, rhetoris, correxit *Henr. Valeſius* libr. I. emendationum cap. 25 - 28. — Quoddam Alexandri opuſc. in quibusdam codd. tribuitur quoque Menandro, eiusque libr. admiſcetur. v. quae paullo poſt ſunt adnotata. — In bibl. Laur. Medic. *Florentiae* eſt opuſculum, ſ. potius quoddam illius compendium in cod. VII. nr. 39. plut. 55. (*Bandin.* catal. codd. gr. II. col. 265) — *Pariſ.* in bibl. publ. ineſt in codd. MDCLVI. MDCCXLI. cum ſcholiis, et

m) De *Sopatro*, Apameenſi, ſophiſta et philoſopho, quem Conſtantinus interfecit, et alio *Sopatro*, Apameenſi, vel Alexandrino, qui plurimorum librorum epitomas ſcripſit, v. *Suidam* h. v. t. III. pag. 354. atque ex eo *Eudociam* pag. 382. De priore vide etiam, (obſeruante iam Küſtero ad Suid.) *Eunapium* in vita Aedeſii et *Valeſium* ad Sozomeni hiſtor. eccleſ. lib. I. cap. 5. Poſterioris epitomen exhibet *Photius* in bibl. cod. CLXI. adde Fabr. B. Gr. ſupra in tom. II pag. 221. et tom. III. pag. 51. it. tom. IV. pag. 290. ſq. ibique not. tom. V. pag. 566. not. *k*. denique libr. V. 38. 9. vol. IX. vet. ed. pag. 423. vbi *alii Sopatri* (coll. Suida l. c.) nominantur. De *Sopatro, comico*, v. in vol. II pag. 492. in notitia comicorum deperditorum. De rhetore noſtro conf. infra in elencho rhetor. gr. h. v. *Harl.*

n) [circ. a. Ch. 172. v. *Saxii* On. I. pag. 320. *Harl.*

o) Pag. 195. in Ruhnken. edit. Rutilii Lupi. conf. not. Ruhnken. pag. 140. et ſupra in Vol. III. pag. 56. *Harl.*

et in epitomen redactum in cod. MMLXXXVII. — In cod. *Heid. Berg.* quodam Alexander olim fuit cum Menandro, grammatico, Aphthone et Minuciano. *Harl.*

9. Scholia περὶ σχημάτων ῥητορικῶν pag. 583 - 593. Nomen auctoris nullum Aldus addidit; sed laudatus vir doctissimus *Laurent. Normannus* post Th. Galeum obseruauit, PHOEBAMMONIS esse, sub cuius nomine habuit Io. Sambucus, et exstat in codice bibl. Paris., vt videre est in *Labbei* bibl. noua MSS. pag. 109. atque Msstum euoluit *Cangius* glossar. in Φέρος. [Secundum catal. codd. bibl. *Paris.* publ. *Phoebammonis* opusc. de figg. orat. est in codd. MDCCCCLXXXIII. (in quo cod. est quoque *anonymi* opusc. de figuris orationis.) MMDCCCCXVI. (cum fragmento altero libri de statibus.) MMDCCCCXXIX. MMDCCCCLXXVII. et MMMXXXII. (hic cod. in nonnullis dicitur ab editis esse diuersus, cuius ope possit Phoebam. textus locupletari atque emendari.) In eodem cod. est Phoebammonis opusculum *de statibus*, adhuc ineditum: quod incipit ὁ Μηνικιανὸς ὡρίσατο τὴν στάσιν. etc. — Est quoque cod. *Mediolani* in bibl. Ambros. — In cod. *Coisliniano* CCCLXXXVII. fol. 173. de artium et disciplinarum inuentoribus (in *Montfaucon* bibl. Coislin. pag. 598.) Phoebammon adnumeratur commentatoribus vett. medicorum.] — Pro inedito perperam habet *Carolus Daubuz* lib. pro testimonio Flauii Iosephi de CHRISTO pag. 146. Quae ex Phoebammone citat Matthaeus Camariota pag. 12. in synopticis praeceptis rhetorices, in hoc libello pag. 98. etiamnum leguntur. Neque forte errauero, si Phoebammonem hunc Athenaeo, Naucratita, quem laudat, longe iuniorem et non diuersum esse duxero ab Phoebammone, aequali Synesii, qui memoratur in epistola Synesii CXLIII. Christianis adscribendum probe notauit *Thomas Galeus* ad Tiberium, rhetorem pag. 249. certe Paulum θεῖον ἀπόστολον pag. 104. adpellat, verba eius ex 1. Corinth. X. 10. adferens. Neque Normanno repugnauerim, qui ex nomine, apud Suidam etiam obuio, Aegyptium esse colligit, et fortasse Alexandrinum fuisse suspicatur. [Phoebamm. fuisse aequalem Synesii, pluribus rationibus ductus iudicat *M. Io. Iac. Bosius* in epist. gratulatoria de Phoebammone, rhetore, eiusque περὶ σχημάτων ῥητορικῶν libello, Lipsiae 1738. 4. idem pag. XI. apud *Photium* cod. CCLXXIX. p. 876. vbi noster dicitur κανωποπολίτης, mallit legere Κυνοπολίτην. Secundum hanc igitur coniecturam Phoebammon ortus est *Cynopoli*, vrbe Aegypti. *Harl.*] Prodiit libellus hic cum Normanni versione et castigationibus, Alexandro, de quo iam dixi, subiunctus. Etiam *de statibus* p) scripsisse Phoebammonem, innuit *Tzetzes* Chiliad. VI. v. 793.

Στάσεσι τὸν Φοιβάμμωνα καὶ Μινουκιανὸν δέ.

Ex hoc loco, puto, *Vossium* lib. I. Institut. Orator. pag. 177. in epilogo doctrinae de statibus inter alios rhetores Phoebammonem quoque memorare. *Quin et alii complures partim ante Hermogenem, partim post eum hanc rem sunt persecuti. Istiusmodi sunt Apsines vterque, Aristides, Phoebammon: tum item Io. Doxopater, Gemistus, et* [?] *anonymus graecus, rhetorices scriptor, quorum trium necdum in lucem editis commentationibus se vsum in rhetoricis suis scribit melioris notae rhetor, Petrus Iohannes*

p) Quod opusc. superesse in cod. Paris. modo vidimus. *Harl.*

hannes Nunnesius Valentinus, qui feliciꝰs aliquando nobis Hermogenicam artem tradidit, quam factum a magni nominis rhetore, Georgio Trapezuntio.

10. MENANDRI, rhetoris, περὶ γενεθλίων διηγήσεις q) et διαίρεσις τῶν ἐπιδεικτικῶν siue de diuisione caussarum in genere demonstratiuo pag. 594-641. Altera pars huius libri vindicanda rhetori, Alexandro. Nam ex duobus opusculis, Menandri scilicet et Alexandri vnum librum perperam conflatum esse in editione Aldina, monet *Henricus Valesius* ad Eusebium pag. 28. idque alibi se demonstraturum vir eruditissimus testatus est r). Latine vertit *Natalis Comes*, Venet. 1557. [al. 1558.] 8. Menander ille, non dubito, is ipse fuit Sophista Laodicenus ad Lycum fluuium, cuius commentaria in artem Hermogenis et Minuciani progymnasmata Suidas commemorat. *Fabr.* Menandri autem libellus, comparata, quam ille ipse in primo capite proposuit, encomiorum variorum diuisione, vix integer ad nostram aetatem peruenisse videtur. Sed hodie leguntur ea tantum, quae de laudibus deorum siue hymnis, et de laudibus regionum vrbiumque disseruit: quae de encomiis forsan hominum et brutorum commentatus erat, ea interierunt. — Ipse Menander, vt cl. Heeren bene docet, fuit Laodicea, in confiniis Cariae et Phygiae sita, ortus, et probabiliter floruit post Libanii tempora posteriore saeculi tertii parte, et sub finem illius saeculi conscripsit librum de encomiis Genethlio, qui, teste Suida, viginti et octo annos natus, ante saeculi quarti initium verisimiliter obiit, dedicatum. — Ex reliquis suis scriptis Menander laudat lib. I. cap. 3. hymnum in Apollinem, et cap. 8. adludere videtur ad H. in Iouem. — Plura v. apud cl. *Heeren*, cuius opera multo emaculatior notisque eruditis instructus separatim prodiit: *Menandri rhetoris commentarius de encomiis*, ex recensione et cum animaduersionibus *A. H. L. Heeren.* Praefixa est *commentatio de Menandri rhetoris vita et scriptis, simulque vniuerse de Graecorum rhetorica.* Göttingae, 1785. 8.

In bibl. publ. *Paris.* sunt quinque *codd.* n. MDCLVI. MDCCXLI. (in quo opusculum in duas partes diuisum, quarum secunda Menandri quoque nomen praeferat, esse dicitur in cat. codd. tom. II. pag. 393.) — cod. MDCCCLXXIV. et MMCCCCXXVII. in quibus inest lib. de diuisione caussarum in genere demonstratiuo. — In bibl. Laurent. Medic. *Florentiae* est in cod. I. plut. 56. Menandri rhetorica: sed *Bandin.* catal. tom. II. col. 289. sq. obseruat, esse varia capp. ex eius rhetorica excerpta, quorum prima verba, vnde codex incipiat, in ed. Aldina non reperiantur. Primum caput inscribitur περὶ παραμυθητικοῦ *de oratione consolatoria*, (in edit. Ald. pag. 629-630. lin. 5.) sequuntur

q) *Valesʃ* emendatt. pag. 26. corrigit πρὸς Γενέθλιον vel ἢ Γενέθλιε, (Sophistae cuiusdam et discipuli Minuciani:) cl. *Heeren* autem πρὸς Γενέθλιον περὶ τῶν ἐπιδεικτ. *Harl.*

r) Atque id *Valesius* ex eo recte sciteque colligit in emendationum libro I. cap. 24. pag. 29. quoniam auctor diuisionem, quam Menander initio libri primi praefixit, haud sequutus aliam viam insistat, et de hymno rursus praecipiat, quasi nihil ante dixisset; tum quia incipiat ὁ Ἀλέξανδρος φησί. etc. Idem *Vales.* in eodem cap. 24. item. cap. 23. quaedam Menandri loca emendat. Textus autem ed. Aldinae incredibili vitiorum numero est obsitus, et errorum caussas fontesque aperuit cl. *Heeren.* in praefat. ad suam edit. Adde pag. 17. comm. praemissae, vbi V. D. iudicium Valesii et Fabricii vberius comprobat. *Harl.*

ter capp. VIII. quorum primum inſcribitur *πῶς χρὴ χώραν ἐπαινεῖν*. (in Ald. edit. pag. 600-611. et in ed. Heeren eſt ſectio ſecunda pag 57. ſqq.) et incipit: *ἐπαινοῦμεν χώρας, ὡς ἀνωτάτω διαλεγέσθαι δεῖ* etc. (ex hac vna particula, comparata ed. Heeren adparet, magnam variarum lectionum ſegetem poſſe colligi.) Caput nonum in hoc codice *διαίρεσις ἐπιδεικτικῶν*, *diuiſio cauſſarum in genere demonſtratiuo*. Decimum cap. *περὶ γενεθλιακοῦ*, *de oratione natalitia*. (quae duo capita potius ad auctorem, Alexandrum, referenda videntur.) Denique ſequuntur duo capita, quae in ed. Aldina deſiderantur, quorum alterum inſcriptum eſt *γενεθλιακός*, alterum *Κατατομὴ κανόνος κατὰ τοὺς πυθαγορικούς*. Ex his perſpicimus, codicem dignum eſſe, qui excutiatur diligentius et conferatur. — In cod. XI. plut. 59. eſt nr. X. *Menandri*, (et forſan Alexandri) diuiſio cauſſarum etc. (*Bandin.* II. col. 500.) Idem liber, (ſed partim ab initio mutilus, partim in media oratione et capitum ſerie confuſus, denique in fine plenior,) eſt in cod. VIII. plut. 81 (*Bandin.* III. col. 225.) — In cod. II. plut. 55. (*Bandin.* II. col. 217.) eſt nr. 26. *Menandri* cuiusdam ad Glyceram epiſtola.

Venetiis in bibl. Marciana in cod. CCCCXXIX. (catal. codd. gr. pag. 210.) *Menandri* diuiſio cauſſarum in genere demonſtratiuo. *Oxon.* in cod. CXXXI. bibl. Barocc. e Menandri rhetorica cap. 1. *περὶ λόγου ἐπιβατηρίου*. cap. poſtrem. *περὶ προπεμπτικῆς λαλίας, ἢ προπεμπτικὴ λαλιά*.

Neapoli in bibl. regia in cod. LII. Menandri *διαίρεσις τῶν ἐπιδεικτικῶν*. — *Mediolani* in bibl. Ambroſiana, cod.

Vindobonae in bibl. caeſar. *περὶ τῶν ἐπιδεικτικῶν*, teſte *Neſſelio*, in cat. part. IV. cod. LX. pag. 37. — Bibl. *Heidelbergenſis* quondam etiam Menandri habuerat codd. *Harl.*

11. *Ariſtidis περὶ πολιτικοῦ λόγου* pag. 641-663. Eiusd. *τεχνῶν ῥητορικῶν περὶ ἀφελοῦς λόγου*, pag. 663-682.

12. APSINIS *τέχνη Ῥητορική*. pag. 682-726. Eiusd. *περὶ τῶν σχηματισμένων προβλημάτων*, p. 727-730. add. paullo poſt, indic. ſcriptor. in comment. gr. ad Hermog. citat. v. *Apſines*. Plures fuere *Apſines*, Rhetores; [v. *Eudoc.* pag. 67.] ſed horum auctor librorum fuit *Apſines*, Phoenix Gadarenus, Baſilici, rhetoris, auditor, imperante Maximino, cui A. C. 238. Gordianus ſucceſſit, clarus, de quo *Tzetzes* Chiliad. VIII. v. 696.

Ἔστι καὶ πόλις Γάδαρα τῇ τῶν Φοινίκων χώρᾳ
ἐξ ἧς Ἀψίνης Γαδαρεὺς ὁ Ῥήτωρ ἐγεγόνει.

Suidas: Ἀψίνης· Γαδαρεὺς σοφιστής, σπαρεὶς, ὡς λόγος, ἐκ Πανὸς, μαθητεύσας δὲ ἐν Σμύρνῃ Ἡρακλείδῃ τῷ Λυκίῳ, εἶτα Βασιλικῷ ἐν Νικομηδείᾳ· ἐσοφίστευσεν Ἀθήνησι βασιλεύοντος Μαξιμίνου ὑπατικοῦ λαβὼν ἀξίωμα. Baſilicum hunc laudat Apſines ſub initium ſtatim libri *ὁ δέ τοι θεῖος βασιλικὸς κἀκεῖνο προσέθηκε*. Ex hoc Apſine profeciſſe Hermogenem, ſcribit Matthaeus Camariota pag. 30. ſed iniquiorem eo loco ſe prodit aduerſus Hermogenem, et Apſinem falſo habuit pro antiquiore, quum fuerit Hermogene iunior, et praeceptor Caiani Berytii, Sophiſtae, Gordiano imperante clari, de quo Suidas in Γαιανός. Aequalis vero Maioris, Sophiſtae, de quo Suidas in Μαίωρ. Hic eſt Apſines, Phoenix, Philoſtrati amicus, qui eius memoriam et accura-

tionem

tionem extremo libri posterioris de Sophistis laudat his verbis: καὶ ὁ Ἀψίνης τε ὁ Φοίνιξ, ἐφ᾽ ὅσον πρέσβη μνήμης τε καὶ ἀκριβείας, οὐκ ἐμὲ δεῖ γράφειν, καὶ γὰρ ἂν ἀπιστηθείην ὡς χαριζόμενος, ἐπειδὴ φιλία μοι πρὸς αὐτὸν ἦν. Legere me memini prodiisse libellum Apsinis, rhetoris, *de memoria*, interprete Federico Morello, cum eius notis, Paris. 1618. 8. sed libellum ipsum numquam vidi. De aliis *Apsinis* duobus idem Suidas meminit his verbis: Ἀψίνης Ἀθηναῖος ἀξιόλογος σοφιστής, Ὀνασίμου πατὴρ τοῦ σοφιστοῦ, τοῦ πατρὸς Ἀψίνου. Hic posterior Apsines, Apsinis, Atheniensis, nepos, idem mihi videtur, de quo Eunapius in Iuliano, Apsines, Lacedaemonius, δόξαν ἔχων τεχνικοῦ τινος, siue qui artis rhetoricae magistrum cum laude gessit. Suidas enim in Ὀνάσιμος testatur, hunc Onasimum, Apsinis parentem, Constantino imperante floruisse, et fuisse Spartiatam. Citatur Apsines ab Vlpiano in Demosthenis Orat. contra Leptinem s), et Apsinis τέχνην περὶ προοιμίων καὶ πίστεων laudat Scholiastes Hermogenis pag. 14. *Fabr.* De *codicibus* pauca addam. *Paris.* in bibl. publica *Aps.* ars rhetorica in codd. MDCLVI. MDCCXLI. et de figuris, in cod. MDCCCLXXIV. — *Florentiae* in bibl. Medic. cod. XI. plut. 59. nr. 5 et 6. *Apsinis* de prooemiis s. ars rhetorica, et de figuratis quaestionibus. (*Bandin.* cat. codd. gr. II. col. 500.) — *Neapoli* in bibl. regia, cod. LII. ex Apsine περὶ τῆς τῶν κεφαλαίων παρασκευῆς, περὶ προσωποποιΐας. — *Vindobonae* in bibl. caesar. ars rhetor. teste *Nessilio*, in cat. part. IV. pag. 37. — *Guelferbyti* cod. ex bibl. Gudiana. — In bibl. quondam *Heidelberg.* Aps. lib. fuit in codd. — In bibl. *Escorial.* cod. Apsin. de prooemiis, teste *Plüero* in itiner. per Hisp. pag. 157. *Harl.*

13. MINVCIANI siue NICAGORAE περὶ ἐπιχειρημάτων *de sedibus argumentorum* p. 731-734. Hunc quoque libellum siue τέχνης Minuciani particulam vna cum Alexandro et Phoebammone vertit, et graece ac latine cum castigationibus edidit *Normannus*, Vpsal. 1690. 8. In Commentariis graecis ad Hermogenem passim legas Minucianum ab illo Tarsensi rhetore tacite tangi; Matthaeus vero Camariota eum etiam exscribi ab Hermogene adfirmat. Sed, quomodo, quaeso fieri potuit, vt Nicagorae, Atheniensis Sophistae, filium, Minucianum, vel perstrinxerit vel exscripserit Hermogenes? Nicagoram familiarem suum laudat vna cum Apsine in extremo libri posterioris de Sophistis t) Philostratus, qui vixit vsque ad Philippum imperatorem, ad quem Nicagoras πρεσβευτικὸν, Suida [it. Eudocia p. 309.] teste, scripsit. At Hermogenem, Marco Antonino imperante, constat, τέχνην suam composuisse. Itaque aut alius fuerit Minucianus antiquior, aut certe chronologia inconsulta hoc a Camariota et scholiastis Hermogenis fuit adfirmatum. In Minuciani, Atheniensis, τέχνην scripserat *Porphyrius* et *Pancratius*, Sophista; in progymnasmata eiusdem *Menander*, Laodicenus, Suida teste. Τέχνην ipsam Minuciani περὶ στάσεων legit adhuc *Tzetzes* Chil. VI. v. 739. et XII. 570. eoque longe iunior Camariota, atque, vt Normanno videtur, etiam Georgius, Trapezuntius, cuius haec sunt verba V. Rhetoricor. pag. 134. *Nam et veteres omnes rhetores*

s) Et cl. *Wolf* in comm. ad illam orationem saepius prouocat ad Apsinem. *Harl.*

t) Pag. 628. vbi in not. 3. §. IV. Olearius prouocat ad not. 6. pag. 624. sed ibi agitur de Nicostrato, rhetore, M. Antonini temporibus claro, quem igitur confundit Olearius cum Nicagora, vti iam adnotauit *Ruhnken.* in disput. de Longino §. VIII. fin. *Harl.*

rhetores vsque ad Isocraticam illam scholam multa de formis dixerunt, *et Minucianus*, [P] *quamuis confuse, multa tamen et praecepta et exempla, partim ab aliis designata, partim sua industria sumta a clarissimis oratoribus subiicit.* Himerius apud Photium, laudaturus Rufi, filii sui, cuius obitum dolet, facundiam, ait, eum dixisse δεινότερον Μινουκιανοῦ, σεμνότερον δὲ Νικαγόρου. Cod. CCXLIII. pag. 596. Ceterum nescio, quo argumento Scheferus notis ad Camariotam pag. 83. hunc Minuciani libellum περὶ ἐπιχειρημάτων vel iunioris vel plane alterius alicuius esse adfirmet. In iisdem notis pag. 64. perperam contendit, Minucianum vixisse tempore Galeni, medici: nam ἐπὶ Γαλιηνοῦ *sub Imperatore Galieno* apud Suidam [et Eudociam quoque pag. 301.] legendum esse, certissimum est vel ex eo, quod Nicagoras Minuciani pater interfuit conuiuio, quod in Πλατωνείοις praebuit Longinus, Galieni temporibus clarus, apud *Euseb.* X. 3. praeparat. Itaque Γαλιηνοῦ nomen pro Γαληνοῦ audacter ibi reponunt viri docti, Simlerus, Reinesius, Ionsius et Küsterus. *Fabr.* *Codicum* msstor. adhuc faciam mentionem. *Heidelbergae* quondam in bibl. elect. fuisse *Minuc.* codd. patet ex Sylburgii catal. — In bibl. caesarea *Vindobon.* exstat cod. teste *Nesselio* in catal. part. IV. pag. 38. cod. LX. — *Florentiae* in bibl. Laurent. medic. cod. XI. nr. 7. plut. 59. (*Bandini* cat. codd. gr. II. col. 500.) — *Venetiis* in bibl. Marciana, cod. CCCCXXIX. (cat. p. 210.) — *Paris.* in codd. MDCLVI. MDCCXLI. et MDCCCLXXIV. bibl. publ. — In bibl. *Escorial.* cod. qui a *Plüero* in itinerar. per Hispan. pag. 138. citatur *Minutiani* in Nicagorae libro de argumentatione. *Harl.*

Indiculus scriptorum ab Alexandro, rhetore, Phoebammone et Minuciano citatorum.

Ad paginas editionis Normanni.

Aeschines, *Alex.* pag. 4. 16. 18. 36. 39. 40. 52. 56. 58. 60. 65. 80. 82. 86. *Phoebam.* pag. 132. *Minuc.* pag. 148.

Alexandrinorum ἀταξία, *Phoebam.* pag. 114.

Apollonii, Molonis, definitio σχήματος, *Phoebam.* pag. 89.

Aristides, (Atticus ille, iustus cognomento,) *Minuc.* pag. 136.

Athenaei, Naucratitae, definitio σχήματος, *Phoebam.* pag. 98.

Caecilius, Calactites, *Phoebam.* pag. 98.

Carcinus (Καρκῖνος), rhetor. *Alex.* pag. 60.

Demosthenes, singulis fere paginis.

περὶ γὰρ τῆς πολιτείας πολλάκις λέγων ἁπλῶς καὶ ποικίλως πλάττειν τὸν λόγον οὐ προΐσταται, *Alex.* pag. 18.

Euripidis versus. *Alex.* pag. 12. 28. 30. 34. 36. 42. bis.

Herodotus, *Alex.* pag. 92.

Homeri versus *Alex.* pag. 4. 26. 38. 46. 66. 68. bis. 76. 86. 88. 94. *Phoebam.* p. 102. 134.

Hyperides in Demosthenem, *Alex.* pag. 52. de Phryne, id.

Isocrates, *Alex.* pag. 58. 80. 92. *Phoebam.* pag. 100.

Menandri, comici, versus decem, *Alex.* pag. 30.

[P] Oraculum, *Alex.* pag. 36.

Paulus, ὁ θεῖος ἀπόστολος, *Phoebam.* pag. 124.

Pericles,

Pericles, *Minuc.* pag. 136.
Poëtae, *Alex.* pag. 70.
Πολιτικὸς λόγος καὶ συγγραφικὸς, *Alex.* pag. 12.
Sophocles, *Alex.* pag. 36. *Phoebam.* pag. 134.
Thucydides, *Alex.* pag. 6. 70. 74. 76. 82. 88. *Minuc.* pag. 136. 150. 162.
Xenophon, *Alex.* pag. 60. 70. bis. 78.
Zoili definitio σχήματος, *Phoebam.* pag. 98.

14. Commentaria graeca in Apthonium et Hermog. ſupra in vtroque mihi memorata, quae totum volumen poſterius Graecorum Aldi implent, totique operi finem imponunt.

XVII. *Index Scriptorum, in Commentariis graecis ad Hermogenem memoratorum, compoſitus a me ad paginas editionis Aldinae.*

Scholia in Aphthonium numeris in editione nullis notata ſunt, quoniam vero non vltra XXIV. paginas adſurgunt, lector facile illa poterit in Codice ſuo ſignare calamo, et a me maioribus numeris romanis ſignificabuntur.

(Accentibus deſtituti libri veteres, pag. 110. 350. 351.
(Apud Aegyptios ars medica reperta ἐκ τῶν κατὰ μέρος νοσέντων τε καὶ τὰς τῶν νόσων ἰάσεις ἀπογραφομένων, 17.
Aeoles, 407.
Aeſchines, 20. 27. 87. 108. 128. 133. 212. 213. 244. 264. 300. 303. 304. 310. 352. 373. 399. 401. γραμματιςὴς τῆ δημοσίε, 395. an Cherſobleptem Philippo prodiderit, 65. πάθος ἐκτραγῳδεῖ 173. Oenomaus dictus 410.
κατὰ Κτησιφῶντος, 36. 43. 79. 172. 173. 294. 302. 364.
περὶ παραπρεσβείας, 127. 256. 257. 357. 362. ſeq. 338. ἀπολογίαν παραπρεσβείας γεγραφὼς, 182. 183. 184.
κατὰ Τιμάρχε, 33. 62. 68. 112. 114. 115. 118. 119. 132. 296. 319. 320. 321. 354. 360. 361. 408.
Δηλιακὸς, 390. εἰ καὶ νοθεύεται.
Aeſopus, pag. VII.
Aeſopiae fabulae, et Sybariticae, Phrygiae, Lydiae etc. pag. III. IV.
(Aetoli, λῃςαί, Thraces, ἀνδροφόνοι, Phaſelitae, ſycophantae etc. 139. 141. Siculi, ad motus proni, 309. Theſſali, ἄπιςοι, 314. etc. Siphnii et Megarenſes, εὐκλείας ſiue bonae famae nullam gerentes curam, 316.
(Agis, Lacedaemonius, ἔργῳ καλῷ ἀπολυσάμενος τὴν διαβολὴν, 100.
(Alcibiades, 28. 65. 92. 138. 141. 156. 164. 179. 186. 245. 251. 254. 257. 258. 262. 289. 290. ſeq.
Alcman, 400.
Alexander, rex, ἔγραψεν Ἀλέξανδρος, μετὰ τὴν Δαρείε νίκην ὡς εὕροιεν ἐν τοῖς λογισμοῖς Δαρείε πεντήκοντα τάλαντα εἰληφότα Δημοσθένην, 35. 126. Ἀλέξανδρος ὄναρ εἶδεν ὀνείρῳ μὴ πιςεύειν, 55. 59. 61.
Alexander, rhetor, 365. Numenii, F. eius τέχνη ῥητορικὴ, 14.
Ammonius, ὁ Λαμπρεὺς, ἐν τῷ περὶ βωμῶν, 407.

Anacreon, 405.
Androtion, Isocratis discipulus Τεχνίτης τȣ͂ λέγειν, 401.
Anonymus in Hermogenis στάσεις commentarius, ἐξ ἀνεπιγράφȣ, 190. 193. Ἀνωνύμȣ, 229. 261. 337. 351.
(Antigenides et Satyrus, tibicines, pag. VII.
Antiochus, Sophista, 13.
Antiphontis δευτερολογίαι, pag. XII.
Antisthenis dogma ὅτι ȣ̓κ ἔστιν ἀντιλέγειν, pag. XXII.
Aphthonio quaedam inserta, pag. XVII. σοφιστῆς τοῖς ῥήτορσι τιμωρῶν, pag. XVIII. eius μέθοδος siue praecepta progymnasmatum, et μελέται exempla pag. XXIV.
Apsines, 402. Eius τέχνη περὶ προοιμίων καὶ πίστεων, 14. ἐν τῇ περὶ τῶν μερῶν τȣ͂ λόγȣ τέχνῃ, 297.
Aquila (rhetor), ὁ Ἀκύλας, 56. 62. 72. 79.
(Archidamus, 95. seq. 98. 141. 157. 179. 277. 285.
Archilochus, 404. πρὸς ψόγον δεξιός, pag. XVIII.
Archytae, Pythagorei, decem praedicamenta, 120.
(In Areopagitico iudicio nullis locus prooemiis, 353. nec miserationi, 413.
(Aristarchus, 34. 130. Moschi F. γραφεὶς ἐπὶ τῷ Νικοδήμȣ φόνῳ, 190. 192.
[P] Aristides, iustus, pag. VII. 54. 60. 172. Plato fatetur, eum ῥήτορα δίκαιον γενέσθαι, 22.
Aristides (Hadrianensis rhetor) pag. XVII. 19. 414. ἐν τῷ Περικλεῖ, 304. 305. ἐν τῷ Καλλιξένῳ, 306. 307.
Eius orationes duae de Critia, tyranno, ab Aristogitone caeso, vna breuior, altera prolixior, pag. 67. ἐν Λευκτρικοῖς, 318. ὁ πέμπτος τῶν Λευκτρικῶν, ibid.
ἐν τῷ περὶ πολιτικῶν λόγων, 415.
Aristogiton, 34. 394. Orator αὐτοδίδακτος, 16. Τυραννοφόνος, 67. ab Harmodio adiutus, Hippiam interfecit, 235. Aeschinem et Demosthenem arguens φιλιππισμȣ͂, (ita leg. pro φιλιππικȣ͂,) et μηδισμȣ͂, 196. Aeschinem et Timarchum ἀξιῶν κατηγορεῖν, 296.
Aristophanes, grammaticus, infra, Menander.
Aristophanes, comicus, 72. Eius Equites, 92. 93. 245. Εἰρήνη, 390. Νεφέλαι, 391. Πλȣ͂τος, 406.
(Aristophon et Cephalus ἀμφισβητȣ͂ντες καλȣ͂ βίȣ, 237. 249. 301.
Aristoteles, Stagirites, pag. III. XVI. 10. 15. 24. 168. 174. 301. 366.
Eius dictum αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν, 120.
Categoriae, 120. 301. Ῥητορικαὶ τέχναι, 120. exotericae et acroamaticae lectiones, ibid.
Aristoxenus, 381.
Aspasia, 61. Ἥρα, siue Iuno dicta, 72. Epitaphius sermo eius nomine apud Platonem Menexeno, 393.
Aspasius (Rhetor), 402.
Athanasius (Rhetor), 146.
Ἀττικὸν ὑποθετικοῖς ἀντὶ συγκριτικῶν κεχρῆσθαι, 24. Attici 405. gaudent μακρολογίᾳ, 30. Atticistae παντελῶς ἀποτρέπȣσι τȣ͂ ὀνοματοποιεῖν καὶ μόνοις προστάττȣσι χρῆσθαι τοῖς τετριμμένοις ὀνόμασι, 395. Athenis ἄρχοντες ἐξ εὐπατριδῶν, licet Iro paupe-

pauperiores, Phalaride crudeliores et iniuſtiores, ibid. Theſmothetae Athenienſium, ὑπὲρ ἱερῶν εὐθύνοντες, 320. κατὰ τὰς Ἀττικὰς νόμους ἐξῆν τοῖς ἀνδράσι τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ἑτέροις ἐκκομίζειν, 98. Athenienſes νεωτεροποιοὶ, 133.
Attici Eleos accuſantes apud Amphictyones, iniuriarum, 228. 242. De tribubus, eccleſiis et prytaniis Athenienſium vide pag. 399. ſeq.
(Autocles, οὐ γὰρ ἂν Σόλων μὲν αὐτὸ παρέλιπεν, Αὐτοκλῆς δὲ εὕροιτο, 366.
Bacchylides, lyricus, 393.
[¶] Baſilicus (rhetor), 311.
Bias, pag. VI.
ἡ κατὰ Κάδμον καὶ Δαναὸν Γραμματικὴ ἐπί τε τῶν Τρωϊκῶν ἤσκεῖτο, καὶ μέχρι τῶν Εὐκλείδου τοῦ ἄρξαντος μετὰ ταῦτα διέμεινε χρόνον, 17.
(Callixenus, 147. 259.
(Cephalus, vide ſupra, Ariſtophon.
(Cecrops διφυής, διὰ τὸ πρῶτον συνάγειν ἄνδρα καὶ γυναῖκα, 28.
(Chabrias, Conon, Iphicrates, 318.
(Cleon, 92. 196. 245. 251. 258. 261. 283. 292. 304.
Cliſthenes, legislator, 303.
Comici, pag. V. ἡ κωμῳδία, 37. ἔμμετρος ῥητορική, 386. Κωμικῶν τις, 391. Κωμῳδεῖν ὀνομαστὶ, 348. 349.
Corax, rhetoricae inuentor, 5. 6. ὁ τεχνογράφος, 240. τὸ κατὰ Κόρακα καὶ Τισίαν, 59.
Critias, 66. 67. 332. 390. 415. Antiphonte non deterior, 415.
Critici, 401.
(Cylon, Theagenis, Megarenſium tyranni, gener. 151. κυλώνειον ἄγος, 360.
Cynaegiro vel Callimacho dicendus a patre λόγος ἐπιτάφιος, 300.
(Damo, paedotriba claudus, pag. VI.
(Danaus, ſupra in Cadmus.
Demades, 138. 356. ἀπὸ τῆς κώπης ἀνίπτοις χερσὶ ἐπὶ τὸ βῆμα πηδήσας, 16.
Demoſthenes, rhetor κατ᾽ ἐξοχὴν, pag. XXI. 95. 155. ὁ κορυφαῖος τῶν ῥητόρων, pag. II. πολιτικῶν ἄριστος, 378. ſingulis fere paginis. In genere iudiciali et deliberatiuo praeclarus fuit, minus valuit in panegyrico, ſiue demonſtratiuo, 17. μισότεκνος, 363. eius dictum: οὐδεὶς ὁμολογῶν ἀδικεῖν ἑάλω, 91. Δημοσθενικὴ δεινότης καὶ περιουσία, 170. καὶ βία, 213. καλλίστη καὶ δριμυτάτη ἡ μέθοδος, 256. τίς οὐκ ὁμολογήσειε κρατίστοις ἐοικέναι ποιήμασί τε καὶ μέλεσι τοὺς Δημοσθενικοὺς λόγους; 378. ποικίλος μάλιστα ὁ ῥήτωρ, 376.
— Eius Oratio κατ᾽ Αἰσχίνου, 95. 135. 138. 139. 141. 148. 175. 226. 264. 265. 401. 417. 420.
— περὶ τῆς Ἁλοννήσου, 401.
— κατὰ Ἀνδροτίωνος, pag. XII. XVIII. 30. 152. 171. 302. 356. 386. 409. 405. 401. vbi notat, hanc orationem ſingulari ſtudio a Demoſthene fuiſſe expolitam et κεκαλλωπισμένην, quod Androtion Iſocratis eſſet diſcipulus et τεχνίτης τοῦ λέγειν.
— ἡ κατὰ Ἀριστογείτονος, pag. XXV. 102. 390.
[¶] — κατὰ Ἀριστοκράτους, 74. 89. 110. 170. 172. 175. 213. 215. 315. 408. 351. 323.
— κατὰ Ἀριστοτέλους, pag. 30.
— περὶ ἀτελείας laudatur, pag. 401.

Demoſthe-

Demosthenis *Δικανικοὶ λόγοι*, 378.
— *πρὸς Βοιωτὸν περὶ προικὸς*, 381.
— *περὶ τοῦ Διοπείθους λέγων ἢ τῶν Φιλιππικῶν*, 211.
— *ἐν τῷ περὶ εἰρήνης*, 313.
— *ἐπιστολῇ περὶ ἀφέσεως*, 394.
περὶ τῆς ἰδίας καθόδου, ibid.
τῷ δήμῳ τὰς ἐπιστολὰς ἐπιστέλλει, 395.
— *ἐν τῷ ἐπιταφίῳ*, 22.
— *ἐπιτροπικοῖς*, 132.
— *κατὰ Κόνωνος, αἰκίας*, 134. 135. 142. 220.
— *πρὸς Λεπτίνην*, pag. XV. 28. 33. 43. 72. 74. 89. 171. 218. 294. 304. 307. 310. 315. 385. 395. 398. Vide et pag. 260. seq. et 402. vbi videbis, ab Aspasio et Apsine indignum habitum Demosthenem, vt *τραχύτητός τε καὶ σφοδρότητος ἄμοιρον*.
— *ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν*, 318. 413. 401. 351.
— *κατὰ Μειδίου*, pag. XIV. 43. 64. 75. 78. 88. 170. 172. bis. 176. 201. 202. 203. 207. 208. 218. 219. 220. 221. 223. 225. 226. 228. 232. 233. 360. 398. 401. 405. 322. 325.
— *πρὸς Νικόστρατον*, 406.
— *Ὀλυνθιακοὶ λόγοι*, pag. XIV. XXII. 308. 309. 311. 313. 315. 316. 352. 386.
— *περὶ παραπρεσβείας*, 29. 33. 79. 110. 127. 144. 148. 154. 163. 166. 169. 170. 171. 174. 175. 357. 364. 384.
— *πρὸς Πανταίνετον*, 115.
— *περὶ στεφάνου*, pag. XV. XVII. 18. 28. 36. 43. 44. 64. 73. 74. 75. 79. 89. 102. 118. 128. 141. 170. 175. 182. 205. 212. 213. 217. 250. 264. 298. 302. 304. 310. 315. 316. 379. 392. 396. 399. 416.
δικανικώτατος τῶν λόγων, 74.
— *κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν*, 127.
— *συμβουλευτικοῖς*, 309.
— *κατὰ Τιμοκράτους*, pag. 28. 175. 216. 303. 361. 416. seq.
— *ἐν Φιλιππικοῖς*, 45. 142. 210. 297. 309. 312. 313. 379. 385. 386. 411.
συμβουλευτικοὶ, εἰ χρὴ ἀμφικτύονα Φίλιππον ποιῆσαι, pag. 74.
— *ὑπὲρ Φορμίωνος*, 115. 399.
[†] — *κατὰ Φρύνωνος, προαγωγείας*, 245. 264.
Οἱ *Διαλεκτικοὶ*, 16. 83. 168. 368. *ἀποδείξεις ἔν τε γεωμετρίᾳ καὶ διαλεκτικῇ καὶ ῥητορικῇ*, 368.
Δίκτυς ἐν τοῖς ἐφημέρισι, 17.
Diodori definitio rhetoricae, pag. III.
Διθυραμβοποιοὶ, 391.
Timocrates, a Diodoro *κατηγορούμενος*, 303.
Dinarchus, *κρίθινος* Demosthenes, 415.
Diogenis, cynici, dicta, pag. VI.
(Dion pro quolibet homine, 366.
Dionysius (Halicarnass.) 16. 73. 377. 387. 393. 402. *ἐν τῷ περὶ μιμήσεως*, 378. 379. 411 *ἐν πρώτῳ χαρακτήρων*, 378. 412. *ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων*, 378 et 383. 387.

Dionysius, ὁ τὴν περιήγησιν γράψας, 379.
Dores, pag. III.
Draco, legislator, 303.
Δράματα καταθῆναι, ἔθος ἐν τοῖς Διονυσίοις, 245. δραματικά τε καὶ ποιητικά, 415.
Empedocles Agrigentinus Pythagorae discip. ὁ κωλυσανέμας, 381.
(Epaminondas, pag. VII.
Epicurus, 387. λαχὼν διαδέχειν, δοκιμάζεται, 300. Epicuru. ἐν τῷ περὶ Ῥητορικῆς, 377.
Epiphanii (rhetoris) commentarius in Hermogenem, 192.
Ἐπὶ τῶν χρόνων Εὐαγόρε τῦ σοφιςῦ Ἀθήνησιν ἐπεισφθαρεὶς ἄλογος σοφιςὴς, ὃς καί τινα ὅμιλον μαθητῶν ἐπήγετο, φλυαρίαν μὲν ςάσεις ἀποκαλῶν, 16.
(Euclides, ἄρχων Athenis, supra Cadmus.
Euctemon λόγον ἔγραψε κατὰ Ἀνδροτίωνος ὡς ἀδικηθεὶς ὑπ' αὐτῦ, 356.
Euripides, pag. IV. 371. 376. 391. ἐν Ἑκάβῃ, pag. XX. ἐν Ὀρέςῃ, 404. οἱ ἐξηγηταὶ τὸν Ὀρέςην Εὐριπίδε ἐξηγέμενοι, 3.
Euthias, Phrynes accusator, 45.
(Euxitheus et Herodes, 126.
ὁ Γεωμέτρης, (nomen proprium rhetoris, cuius etiam apud Camariotam mentio,) p. XV. XIX. XXI.
Gorgias, 378. 396. 401. 412. Tisiae discipulus, pag. 6. Eius λόγοι λαμπάδες. Rhetoricam Athenas adtulit, ibid. Poli praeceptor, infra, Polus.
Isocrates γοργιάζων, 401.
ὁ Θεολόγος Γρηγόριος (Nazianzenus) 364. 390. 399. 401. 416. 417.
ἐν τῷ ἐπιταφίῳ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον, 394. ἐν τῷ συντακτηρίῳ, 401.
Harpocration, 216. 367.
Hegemon, orator αὐτοδίδακτος, 16.
Hephaestion, 381. 387.
Hermagoras (rhetor), 25. 87.
De Hermogene vide pag. 13. 62. ὁ τεχνογράφος, 14. ὁ τεχνικὸς, 15. etc. πάνυ ἀκριβῶς, 340. καλῶς, 343. σκόπει τῦ τεχνικῦ τὴν ἀκρίβειαν, 101. 334. 343. τῷ Ἑρμογένει περὶ πολιτικῦ λόγε ἐςὶν ὁ σκοπὸς, 16. ὁ μόνον τὸ τῶν ςάσεων βιβλίον διαίρεσιν ὠνόμασεν, ἀλλ' ἤδη καὶ τὸ τῶν εὑρέσεων, 262. σύγγραμμά ἐςιν Ἑρμογένους περὶ προοιμίε, ὃ εὕρηται μὲν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς, ὁ φέρεται δέ. 176.
Partes siue capita τέχνης Hermogenianae subinde citantur, vt ἐν τῷ περὶ τῶν πραγμάτων λόγῳ, 178. ἐν τῷ περὶ τέτε τῦ κεφαλαίε λόγῳ, 179. ἐν τέχνῃ τῇ πραγματικῇ, 201. ἐν τῷ περὶ ἰδεῶν. 74. 76. ἐν προγυμνάσμασιν, 63. ἐν προοιμίοις τῆς τέχνης, 280. ἐν μεθόδῳ, 293. ἐν διαιρέσει τῶν κεφαλαίων, ibid. ἐν διαιρέσει τῶν ςάσεων, 297. ἐντυχὼν τῷ ἐννάτῳ (κεφαλαίῳ) τῦ τρίτε τόμε τῦ παρόντος βιβλίε (περὶ εὑρέσεων) 356. ἐν τῷ τέλει τῦ δευτέρε βιβλίε, 401. ita 358. 359. 364. 370. περὶ μὲν προδιηγήσεως ἐν ἓξ τόμοις διαλαβὼν. περὶ δὲ διηγήσεως ἐν ἑνὶ, 359. ἐν τῇ περὶ τῶν ςάσεων πραγματείᾳ, 376. ἐν τῇ διαιρέσει τῶν ςάσεων, 345. ἐν τῷ περὶ τῶν ςάσεων λόγῳ, 359. 362. ἐν τῷ περὶ περιόδε τεχνολογήσεται, 364. εἴρηται φησι παρ' ἐμῦ ἐν τῇ μελέτῃ, 376. ὁ περὶ Πλατωνικῆς ἢ Δημοσθενικῆς ἰδέας γέγραπται τὸ σύγγραμμα, ἀλλὰ περὶ καθολικῆς ἰδέας, ibid. ἐν τῷ περὶ σεμνό-

τητος, 387. 404. ἐν εἰκοστῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ τοῦ περὶ μεθόδου δεινότητος, 388. ἐν ταῖς εὑρέσεσι εἴρηκε, 389. ἐν τοῖς περὶ εὑρέσεως, 416. ἐν τῷ περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας λόγῳ, 341. ἐν τῷ περὶ τραχύτητος, 396. ἐν τῷ περὶ εὐκρινείας λόγῳ, 398. ἐν τῷ περὶ σχημάτων γοργότητος, 399. ἐν τῷ περὶ σχημάτων καθαρότητος, 400. ἐν τῷ περὶ λέξεως καθαρότητος, 401. ἐν τῷ περὶ τῆς ὑπερβολῆς, 402. ἐν τῷ περὶ γλυκύτητος καὶ ἀφελείας λόγῳ, 403. περὶ δεινότητος, 404. ἐν τῷ περὶ μεθόδου γοργότητος, 406. 407.

πολλῷ Μινουκιανοῦ σαφέστερον διδάσκει, 53. εὐδιαιρετώτερόν πως καὶ ἀκριβέστερον, 54. βέλτιον, 83. falli, qui librum alii Hermogeni tribuunt, 13.

τοὺς περὶ Ἑρμαγόραν ἐλέγχει, 87.

οἱ συνηγορήσαντες Ἑρμογένει, 179. τινὲς δὲ ἐξηγήσαντο, 49. πταῖσμα ἀντιγράφων, 351. τὸν τεχνικὸν ἄξιον θαυμάσαι, 336.

τινὲς δὲ μέμφονται τὸν Τεχνικόν, 52. 107. 134. 149. ὥς τινες φιλονεικοῦσιν, 57. ἐπισημαίνονταί τινες τῷ χωρίῳ, ὡς οὐκ ὀρθῶς ἔχοντι, 74. 173. οὐ πάνυ ἀκριβῶς, 191. ἀκαίρως, 177. μάτην, οὐκ ἀκριβῶς, 140. 347. ἔπταισεν ὁ τεχνικὸς τοῦτο εἰπών, 154. ὁ μέντοι Ἑρμογένης ἀγνοήσας τοῦτο, 158. ἔλαθε δέ, φασί τινες, ἑαυτὸν ὁ τεχνικὸς ἐλέγξας, 123. 234. ἐπιπλήξει τις τῷ Ἑρμογένει, 91. ἔσφαλται ἐνταῦθα ὁ τεχνικός, 97. δοκεῖ μὲν γνωσιμαχεῖν διὰ τῆς λέξεως, δῆλον ὡς σφόδρα πρὸς φιλονεικίαν ἀπέβλεψεν, 180. Confer infra, Minucianus.

Herodotus, pag. V. 62. 385. 386. 390. 396. 406. μύθοις vſus, pag. IV.

Heſiodus, 379. Θεογονία, 389. ſeq. Verſus ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει etc. 406.

Homerus, pag. I. V. XV. XVIII. XX. pag. 4. 21. 185. 310. 313. 358. 373. 374. 375. 378. 379. 385. 394. 409. 410. 414.

Vtitur vocibus Atticis, Doricis etc. 407.

Ad laudem δεξιός, non ad vituperationem, pag. XVIII. Poëta κατ' ἐξοχήν, p. XXI.

Homeri oratores, Neſtor, Palamedes, Vlyſſes, 17.

Ὁμηρικὴ Ἀθηνᾶ, 17. Ὁμηρικὸς Ὀδυσσεύς, 377.

Κακὰν Ἰλιάδα τὴν πόλιν ἐλευθερώσαντες, 215.

Iliad. α'. verſ. 173. ſeq. pag. 402. verſ. 459. ſeq. p. 369. γ'. verſ. 23. et λ'. verſ. 557. p. 406. γ'. verſ. 33. pag. 302. υ'. verſ. 250. pag. 52. χ'. verſ. 107. pag. 391.

παραχωροῦσι Ὁμήρῳ πάντες, ὅσοι τὰς λογικὰς μετῆλθον τέχνας, ἅτε ἐξ αὐτοῦ τὰς ἀρχὰς εἰληφότες καὶ τὰ σπέρματα τῶν ὑποθέσεων, 398.

Hyperides, 174. 295. 296. Aeſchinem et Demoſthenem παραπρεσβείας κατηγορῶν, 127. 184. Δηλιακῷ, 183. 389. 390. ἐν τῷ ὑπὲρ Φρύνης τῆς ἑταίρας, 45. 169.

Ἰάλεμος, εἶδος θρήνου, 410.

Iamblichus ἐν τῷ περὶ κρίσεως ἀρίστου λόγου, 378. ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως, 383.

Ἰαμβοφάγος pro conuiciatore, 395.

Iſocrates, pag. VI. ter et pag. 40. 140. 233. 373. 381. 387. 396. 410. μέλει αὐτῷ διαφερόντως τοῦ κάλλους, 403. οὐ πρὸς ἀγῶνα, ἀλλὰ πρὸς ἐπίδειξιν [?] γράφων λόγους καὶ ἀντισοφιστεύων Λυσίᾳ καὶ Γοργίᾳ, 40. συμβουλευτικὸν εἶδος λόγου διαπλέκων πανηγυρίζει πανταχοῦ, Ἀττικῶν ... ἀγαθημάτων μνήμῃ, 74. apud Iſocratem et Demoſthenem multi iambici et choriambici verſus, 386.

ἐν

ἐν τῷ Βουσίριδι, pag. XVII. *πρὸς Δημόνικον*, 385. *ἐν τῇ Ἑλένῃ*, pag. XVII.
Εὐαγόρᾳ, pag. XVII. et pag. 21. 23. *ἐν τῷ Πανηγυρικῷ*, pag. XVII. et pag. 18. 75. *πρῶτος νεώτερον ἔγραψε ἐγκώμιον*, 413.
ἐν ταῖς παραινέσεσι, 75. *ἐν τῷ Πλαταϊκῷ*, 154. 155. *κατὰ σοφιστῶν*, 379.
ἐν τῇ τέχνῃ, 297. 385. seq.

(Lacedaemonii *βραχυλογίᾳ* gaudent, 30. peregrinis iniquiores, 27. reges eorum Heraclidae, 30.

Leges variae, pag. XXIV. 65. 84. 85. 89. 93. 98. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 112. 115. 117. 118. 119. 132. 133. 136. 172. 188. 191. 194. 197. 237. 239. 241. 253. 270. 274. 275. 292. 295. 296. 297. 300. 301. 302. 307. 319. 321. 322. 332. 333. 334. 342. 345. 348. 349. *ψήφισμα*, 339.
Lex *εὕρημα καὶ δῶρον Θεῶν, δόγμα δὲ ἀνθρώπων σοφῶν*, 390. Aeschinis dictum *ἐκ γὰρ τοῦ τινας ἁμαρτάνειν, τοὺς νόμους ἔθεσθε*, 87. Legibus non scriptis multae gentes vsae, 7. 31. Locrensium lex *ἐν βρόχῳ τὸν τράχηλον ἔχοντα νομοθετεῖν*, 28.
λύσις νόμου, 99. etc. *ῥητὸν* et *διάνοια*, 252. 256. sq. 330. sq. *νομοθέτου γνώμην ψηλαφᾶσθαι*, 246. 259. 296. etc.

Leo, rhetor, 110.

(Ἡ *τοῦ λόγου τέχνη* (Logica) 87.

Lollianus, 25. 271. eius *τέχνη περὶ ἀφορμῶν ῥητορικῶν*; 14.

Longinus, 387 *ὁ φιλολόγος ἐν ῥητορικῇ τέχνῃ*, 380.

Lucianus, *ἐν τῷ κατάπλῳ*, pag. XX.

Lysias, 358 378. 379. *κατὰ Διογείτονος*, 381. 411. *πρὸς Μικρίνην*, 165. *ἐν τῷ ὑπὲρ Νικομάχης διώκων Ἐκφαντίδην καὶ Διοφάνην*, 130. *ἐν ταῖς παρασκευαῖς*, 142. *κατὰ Νικίου προδοσίας*, 416.
Isocrates *ἀντισοφιστεύων Λυσίᾳ*, 401. Lysias *ἐρωτικὸς*, apud Platonem, 406.

Maior, (*Μαίωρ*) rhetor *νέος*, 130.

Menander (comicus) pag. VI. et pag. 37. 405. *ὁ κάλλιστα τὸν βίον μιμησάμενος*, 38. 39. Aristophanis, grammatici, de eo dictum, *ὦ Μένανδρε καὶ βίε, πότερος ἄρ' ὑμῶν πότερον ἀπεμιμήσατο*, 38.
ἐν Γεωργῷ, 404. *ἐν Περινθίᾳ* (ita leg. pro *Περιθέᾳ*) 391.

Metrophanes (rhetor) 78. 121. 137. 224. 276. 290. 322. *Ἑρμογένους ἐξηγητής*, 338.

(Miltiades, 300. 304.

Minucianus, 15. 53. 54. 70. ter. 71. 72. 76. 78. 79. 83. 93. 94. 95. 99. 109. 120. 121. 152. 173. 177. 178. 179. 180. 196. 197. 202. 204 224. 243. 288 seq. 291. 301. *ἐν τῇ αὐτοῦ τέχνῃ*, 94. *τὸ περὶ στάσεων, τέχνην ἐπεγράψατο ῥητορικὴν*, 287. *Μινουκιανὸς καὶ οἱ ἄλλοι τεχνικοὶ*, 126. 270. *ὅλως δὲ τοῦτο τέθεικεν Ἑρμογένης πρὸς Μινουκιανὸν ἐπιστάμενος* 48. *πολλὴ ἀμφισβήτησις γέγονε Μινουκιανῷ καὶ Ἑρμογένει*, 200. *εἰς Μινουκιανὸν αἰνίττεται*, 26. 71. 77. 287. *τοῦτο εἰς Μινουκιανὸν ἀποτείνεται*, 27. 31. *πρὸς Μινουκιανὸν φιλονείκως ἵσταται*, 49. 99. 177. 179. 180. 181. *ἐπελάβοντό τινες τοῦ τεχνικοῦ, ὡς Μινουκιανοῦ συντρέχοντος*, 53. *μάτην ἐρεσχελεῖ πρὸς Μινουκιανὸν ἐνιστάμενος*, 71. (*At Minucianus Hermogene longe fuit iunior, vt supra notaui.*)

Neocles (rhetor) 362. 365.

(Nicias, 141. 186. 261.

(Nicodemus, 34. 130. 190. Vide supra, Ariſtarchus.
Nicolaus, Sophiſta, pag. XXIII. XXIV.
Oppianus, 379.
(Olympias, 363. eius dictum, pag. VI.
Oracula, 90. 111. 195. 238. 360. ambigua, 110. 292. Λοξίας ὁ Θεὸς, 116. ὁ ἐν Μιλήτῳ Θεὸς, 377. τὸν Πυθιον ψεύδεσθαι καὶ τῇ κοινῇ Φύσει τῶν πραγμάτων εὑρίσκεται ἐναντίον, οὐδέποτε γὰρ Θεὸς ψεύδεται, 61. ſed πρόμαντιν Πυθίαν ψεύδεσθαι et φιλιππίζειν dixit Demoſthenes, 62.
Οἱ παλαιοὶ, pag. 1. 7. 14. 127. 171. 175. 183. 352. 394. 408. τῶν σοφιςῶν, 13. ῥήτορες, 413. οἱ παλαιότεροι, 353. 379. παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, 184. 353. 372. 373. Δημοσθένει καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἀρχαίων, 299.
Pantaleon, medicus, 110.
Paulus (rhetor) vide infra, Polus.
(Pauſanias, 237. Μηδισμȣ̃ κρινόμενος, 167. ſeq. 177.
Pericles, pag. XIV. XVI. 34. 35. 47. 61. 75. 127. 129. 137. 143. 145. 146. 151. 156. 162. 165. 167. 355. 360. 375. 383. Olympius, 72. 356. δημοτικώτατος τῶν πολιτῶν, 139. ὁ συνέσει ἁπάντων Ἑλλήνων διαφέρων, 304.
Phalaridis crudelitas, pag XVI. prouerbium Φαλάριδος ἀδικώτερος καὶ ὠμότερος, 30.
Philippi, regis, epiſtola (apud Demoſthenem περὶ ςεφάνȣ) 213.
[¶] (Philocrates, 34. 401. Philocrates et Phrynon ἐν ταῖς ἱςορίαις κεκωμῳδȣμένοι, 36.
Philoſtratus, ἐν τοῖς βίοις τῶν σοφιςῶν, 13.
(Phrynon, 34. 36. 49. 138. 245. 264. 401. ſupra Philocrates.
Pindarus, pag. V. 377. 391.
(Piſiſtratus, 143. 357.
Pittacus, Mytilenaeus, pag. VI.
Plato, pag. VI. bis. XVII. pag. 3. bis, 9. 19. 21. 22. 40. 45. 164. 378. 389. 407. 414. 416.
Apologia Socratis, 16. 128. 174. Conuiuium, 72. 396. Crito, 211. Euthyphron, 305. Gorgias, pag III. 6. 10. 16. 17. Plato πραγματείας ἰδίας κατὰ τῆς ῥητορικῆς ποιησάμενος, 15. 18. Phaedo, 10. Phaedrus, 16. 120. 169. 173. (vbi male πλεῖονα pro Πλάτωνα,) 174. ἐν τοῖς περὶ Ἔρωτος λόγοις, 391. 400. Πλατωνικὴ ἰδέα καὶ Δημοσθενικὴ, 376. 383. Πλατωνική τε καὶ Δημοσθενικὴ φράσις, 377. in ciuili dictione praeſtat Platone Demoſthenes, 378.
Plato, comicus, 377.
Plutarchus, ἐν τοῖς παραλλήλοις, pag. V.
Poëtarum fabulae, pag. IV.
Polemo, 45.
Polus, Gorgiae, rhetoris, diſcipulus, ἐν τῇ τέχνῃ, 18. Πῶλος (ita leg. pro Παῦλος,) καὶ Γοργίας σφόδρα καλλȣς πεφροντικότες, παντοδαπῶν παριςάσεων πληρȣ̃σι τȣ̀ς λόγȣς, 401.
Porphyrius, 15. 25. 108. 217. ὁ φιλόσοφος, 385. ἐν τῇ εἰσαγωγῇ, pag. XVI. Ex eius commentario in Hermogenem, 162.
Priapea ſiue ἰθυφαλλικά, 392.
Pythagoreorum, αὐτὸς ἔφα, 392.

Rhetores,

Rhetores, 109. 122. 168. *οἱ δέκα*, 7. 415. *παρὰ πᾶσι τοῖς ἀρχαίοις ῥήτορσι*, 12. Rhetoresne *ἡγεμόνες*, an *οἱ στρατηγοὶ*, 238. perfecti rhetores et satietatem et supinitatem effugiunt, 240. *ῥητορικὸς συλλογισμὸς*, 209. 344. Vide *τεχνογράφοι*.

(Σανίων; *ὁ τοὺς τραγικοὺς χοροὺς διδάσκων*, 381. 384.

ὁ Σαρδέων (rhetor, Camariotae etiam memoratus) pag. XXIII.

Simonides, 410. in eum Epigramma, ibid.

Socrates, pag. VI. 54. 55. 60. 61. 64. 174. *δημοτικώτατος τῶν πολιτικῶν*, 139.

[ꝑ] Solon, 20. 366. Legislator, 172. 303. *ἀξίως τῶν τοῦ Σόλωνος νόμων τεθραμμένος*, pag. VII. Eius dictum, *οἷος ὁ βίος τοιοῦτος καὶ ὁ λόγος, τοιαῦται καὶ πράξεις*, 33.

(*οἱ σοφιστεύσαντες, οἱ διδασκαλείων ῥητορικῶν προστάντες*, 415.

Sophocles, 377. *ἐν Οἰδίποδι*, 389.

Σωτάδεια, 393.

Stoicorum Crocodilites, 66. 59.

Syrianus a Sopatro citatur, 127. 200. 210.

οἱ τεχνογράφοι, 64. 131. 177. 181. 200. 251. 291. 380. *οἱ τεχνικοὶ*, 148. 184. 241. 276. *οἱ πρὸ Ἑρμογένους τεχνικοὶ πλὴν Μινουκιανοῦ*, 94. *χρῶμα τῶν τεχνικῶν*, 156. *ἀκριβέστερον τεχνολογητέον*, 117. 114. etc. *τινὲς τῶν ἐπιγραψαμένων τέχνην ῥητορικὴν*, 286. Vide supra rhetores.

Terpander, 20.

Theano, Pythagorica, pag. VI.

[Themistocles, 71. 72. 152. 172. 237. 300. 304. 354. 350. Eius *λέξεις λαμπραὶ*, 220. *τὸ πρῶτον συνέζηκεν ἀσωτίᾳ, σοφίᾳ τὸ τελευταῖον πάντας παρῆλθεν*, 289.

Theocritus, 391. *ἐν βουκολικοῖς*, 405.

Theophrasti *τέχνη ῥητορικὴ περὶ ἐνθυμημάτων*, 14.

ἡ θεία γραφὴ, 390.

Thucydides, pag. VII. 21. 24. 25. 27. 34. 35. 39. 43. 44. 62. 75. 79. 80. 133. 141. 152. 259. 267. 314. 315. 374. 391. 393. 416. *συγγραφεὺς κατ' ἐξοχὴν*, pag. XXI. *ἐν τῇ τρίτῃ ἱστορίᾳ*, 23. *ἐπιτάφιος*, pag. XX. 21. 23. 416. *δημηγορίαι*, 405. *ἐν δημηγορίαις δριμύτατος*, 309. *ἐν τῇ Κερκυραίων δημηγορίᾳ* 305. 308 *ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς Κερκυραίων δημηγορίας*, 316. *ἐν τῇ δημηγορίᾳ Κλέωνος καὶ Διοδότου*, 283. *ἐν τῇ Κορινθίων δημηγορίᾳ*, 303. 306. 307. *πρὸς Λακεδαιμονίους*, 312. *ἐν τῇ Περικλέους δημηγορίᾳ*, 265. 318. *ἐν Περικλεῖ λέγων*, 312.

Tiberius (rhetor) 385. 399. 401.

Timocrates, 28.

Timotheus, musicus, 20.

Tisias, 8. Coracis discipulus, 6. praeceptor Gorgiae, ibid. *τὸ κατὰ Κόρακα καὶ Τισίαν*, 59.

Τραγικοὶ, 391. *Τραγῳδοί*, pag. V.

Vlpianus (rhetor) 399.

[ꝑ] (Xanthippus, 300.

Xenophon, 363. *ἐν ταῖς παιδείαις*, 378. *ἐν τῇ πρώτῃ ἱστορίᾳ τῆς Κύρου παιδείας*, 405. *ἐν πέμπτῳ*, 409.

Zeno (rhetor) [illegible]

XVIII. Vir saepe iam laudatus mihi THOMAS GALEVS singulare volumen graece et latine sub *Rhetorum selectorum* nomine emisit Oxoniae e theatro Scheldoniano, 1676. 8. [rec. Lipsiae 1773. 8. cur. I. F. Fischeri,] in quo continentur, praeter 1. *Demetrii Phalerei* librum de elocutione, de quo supra dixi;

2. TIBERIVS, rhetor, *de schematibus Demosthenis*, περὶ τῶν παρὰ Δημοσθένει σχημάτων, pag. 178-197. Videtur hic esse Tiberius, quem philosophum ac sophistam Suidas vocat, testaturque, scripsisse περὶ ἰδεῶν λόγου *de formis* siue generibus *orationis* libros tres. περὶ παρασκευῆς *de adparatu* ad dicendum. περὶ μεταποιήσεως *de variatione* siue commutata ratione dicendi. περὶ ἱστορίας *de histo ia.* περὶ λόγου τάξεως καὶ συνθέσεως. *De dispositione et compositione orationis.* περὶ διαιρέσεως λόγου *de diuisione orationis.* περὶ μεταβολῆς λόγου πολιτικοῦ. *De ciuilis orationis variatione.* περὶ λόγων ἐπιδεικτικῶν. *De demonstratiuis orationibus.* περὶ προλαλιῶν καὶ προοιμίων. *De praefationibus et prooemiis.* περὶ ἐπιχειρημάτων. *De argumentis.* περὶ Δημοσθένους καὶ Ξενοφῶντος. *De Demosthene et Xenophonte.* περὶ Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου. *De Herodoto et Thucydide.* Laudat hunc Tiberium etiam de schematibus disserens commentator Hermogenis tribus in locis, et Matthaeus Camariota pag. 12. compendii rhetoricae, vbi definitionem σχήματος e Tiberio adducit, e quo ipso patet, pro τὸ μὲν κατὰ φύσιν apud Camariotam esse legendum μὴ κατὰ φύσιν. Ex Aristide quaedam, nomine eius dissimulato, hausisse Tiberium, obseruat Normannus notis ad lib. de ciuili dictione pag. 466. Diuersus igitur atque iunior fuerit Tiberius iste a Tiberio, rhetore, Theodoreo siue Theodori, Gadareni, discipulo, cuius mentio apud Senecam suasoria 3. Fuit et *Tiberius* Victor Mineruius, qui CPoli primum, dein Romae, denique Burdigalae rhetoricam docuit, teste *Ausonio* in Professoribus Burdegalensibus, pag. 145. edit. Iacobi Tollii. Alius *Tiberius* Illus, cuius epigrammata graeca in Anthologia pag. 62. 63. 64. edit. Wechel. et Tiberius, medicus, cuius fragmenta obuia sunt in Hippiatricis graecis pag. 20. 27. 72. 96. 101. 137. etc. — *Tiberii*, rhetoris, libellum de figuris Demosthenis edere voluit Allatius; sed numquam lucem vidit eius editio, Labbeo licet memorata; sed, vt ipse testatur, [?] non visa. Primus itaque doctissimus Galeus e MS. codice protulit, et versione donauit castigationesque addidit. *Fabr.* *Codd.* opusc. de schemat. Demosth. sunt *Venetiis* in bibl. Marciana cod. LXXXI. (catal. pag. 56.) — *Paris.* in cod. MMDCCCCXVIII. bibl. publ. — *Oxon.* in cod. MMCCCCLXXVIII. bibl. Bodleianae, in quo etiam est opusc. anonymi *de rhetorica.* — Vtrumque opusc. *Londini* inter codd. Thomae Gale, in cat. codd. Britann. et Hibern. vol. II. nr. MMMMMMDCCCCLXX. pag. 189. *Harl.*

3. ANONYMI περὶ ῥητορικῆς, *Compendium rhetoricae*, pag. 198-213. itidem e MS. codice, in quo iunctus Tiberio erat, a Galeo primum editum et versione notisque breuibus illustratum.

4. *Seueri*, Alexandrini, Ethopoeiae, auctiores, quam Allatius vulgauerat e MS. exhibitae et noua versione donatae, vt dixi supra cap. 30. §. 11.

XIX. MATTHAEI CAMARIOTAE nomine *Dauid Hoeschelius*, cui tot alia praeclara monumenta hae litterae debent, graece publici iuris fecit συνοπτικὴν παράδοσιν τῆς

Ῥητορικῆς

Ῥητορικῆς, siue *Compendium Rhetoricae*, Augustae Vindel. 1597. [a. 1595. citatur in bibl. Pinell. III. pag. 15. et alibi.] 4. Fortasse coniectura de auctore fefellit Maximum Margunium, episcop. Cytherensem, a quo id Hoeschelius accepit; nam in codice Vossiano bibl. Leidensis nullum exstat auctoris nomen: et diuersam ab edito occurrere in codice caesareo, quem pag. 182. memorauerat, testatur *Lambecius* VII. pag. 406. Diuersa etiam, eodem Camariota auctore, est synopsis Hermogenis adhuc inedita, quae incipit: Ῥητορική ἐστι δύναμις τεχνική etc. Epitomen etiam MS. progymnasmatum memorat *Labbeus* pag. 109. bibl. nou. MSS. et *Allatius* de Georgiis pag. 383. vbi notat, per errorem quandoque vocari *Georgium Camariotam* u): Sed illam ab Hoeschelio graece vulgatam synopsin cum latina versione sua et notis recudi fecit *Io. Scheferus* Hamb. 1675. 8. in lectionum academicarum libro, quo animaduersiones in Miltiadem Nepotis, epistolas Plinii, Curtium, Ciceronem de Legibus, Apocolocyntosin Senecae et fragmentum Petronii Tragurianum continentur. Huius libri exempla quaedam quum adhuc haererent apud bibliopolam, nouus titulus praefixus est, *Scheferi Miscellanea*, Vpsal. 1697. 8. Fuit *Camariota* ille patria Thessalonicensis, professus philosophiam CPoli postremis Palaeologorum temporibus, circ. a. 1450. praeceptor Georgii Scholarii, et variis scriptis, etiam expositione in Synesii epistolas clarus. Vide *Allatium* de Georgiis p. 399. Obiit paulo post excisam a Turcis CPolin. *Fabr.* Eadem fere repetiit, quibusdam latius expositis, Fabricius in praefat. ad *Matthaei Camariotae orationes II. in Plethonem de fato*, quas ex bibl. publ. Lugduno-Bataua primum edidit et latine vertit *Herm. Sam. Reimarus* Lugd. Bat. 1721. 8. Camariota ille scripsit quoque *encomium in tres hierarchas*, Basilium, Nazianzenum et Chrysostomum, *cuius mstum habuit Henr. Sauilius*, et quod memoratur etiam ab *Allatio* de Georgiis p. 382. seq. Idem Camariota scripsit *lamentationem de capta a Turcis CPoli*, quae prostat gr. et lat. in *Crusii* Turco-Graecia pag. 76-79. Opusculor. *codices* hi fere sunt: In cod. *Vindob.* XCVII. apud Lambec. VII. pag. 384. sq. est Camariotae epitome rhetor. ex scriptis Hermog. de arte oratoria, atque Kollar. longum suppeditat Lambecii additamentum, in quo plura de aetate Camariotae et de opera Hoeschelii ac Margunii suspicione epistolaque, a Fabricio obseruata, etiam adnotantur. — *Augustae* Vindel. synopsis rhetorica, quae Reiser. in catal. etc. pag. 42. videtur, ait, esse Matthaei *Kamariothensis*, qui praeceptor fuisse dicitur Gennadii. — *Oxon.* inter codd. Baroccianos, in cod. XLV. Camariotae rhetorices epitome, ex Hermogene, et eiusdem epitome progymnasmatum rhetoricae; in cod. XLVIII. compendium rhetorices, eiusdem canon iambicus s. hymnus in festum purificationis; eiusdem canones in festo exaltationis crucis et in festo Paschatis. — in cod. CIV. epitome rhetor. Hermogenis. — Inter aduersaria *Gerardi Langbaeni* (in cat. codd. Angliae etc. I. p. 270. in vol. 9.) epitome progymnasmatum rhetoric. gr. — *Paris.* in bibl. publ. rhetorices compendium in septem codicibus: in cod. MMDCCCCLXXII. est quoque eiusdem rhetorices progymnasmatum epitome. — versus iambici in cod. MMDCCCLIII. antirrhetica in cod. MCCXIV. homilia in laudem Basilii, Gregorii Nazianz. et Io. Chrysostomi in codd. MCXCI. et MCCXIV. Symboli explicatio in cod. MCXCI. — Progymnasmatum rhetorices epitome, et epitome rhetoric. ex Hermog. in cod. CCXXX. bibl. *Taurin.* (cat. p. 516.) In

u) Hic *Georgius* Camar. antiquior synodo interfuit CPolit. sub Alexio Comneno, cuius decretum refert *Montfaucon* in bibl. Coislin. pag. 105. *Harl.*

In bibl. *Escorial.* Matth. *Camaristae*, (sic vitiose in *Pliüeri* itin. per Hisp. pag. 181.) epitome in rhetoricae progymnasmata. *Harl.*

Indiculus scriptorum, a Matthaeo Camariota citatorum.

Aphthonius ex Hermogenis duodecim progymnasmatis fecit quatuordecim, 2.

Apsines, 20. 22. vide Hermogenes.

Byzantii, 28-30. ex quo loco auctor CPoli scripsisse colligitur.

Demosthenes, 26.

Dionysius (Halicarnasseus), 24.

Empedocles, 24.

ὁ Γεωμέτρης, (rhetoris nomen,) contra Sardeonem, rhetorem, scribens, 16.

Hermogenes, Tarsensis, 2. 14. ἐν ταῖς ἰδέαις, 24. Eius ἰδέαι ἑπτά, ib. eius XII. progymnasmata et XIII. species statuum 2. figuras paucas exposuit, 10. ex Apsine et Minuciano pleraque transtulit, 20. seq. (*Fallitur Camariota, nam vtrumque aetate antecessit, vt supra notaui.*)

Homerus, 6. 24.

Iamblichus, 24.

Isocrates, 24.

Lysias, 26.

Minucianus, ὁ τεχνογράφος, 20. 22. Vide supra in Hermogene.

Orpheus, 26.

Philostratus, 24.

Phoebammon, Sophista, 12. Eius definitio σχήματος, ibid.

Sardeon, rhetor, 16. Κἂν ὁ Γεωμέτρης ἐξ ὧν κατὰ τοῦ Σάρδεων γράφει, (male interpres: *ex iis quae de Sardibus scribit.*)

Syrus, rhetor (Libanius), 26.

Theodectes, Phaselites, 20. 22.

Tiberius, 12. Eius definitio σχήματος, ibid.

CAPVT

CAPVT XXXIV (olim XXXII)

ELENCHVS ORATORVM RHETORVMQVE CELEBRIORVM AC SOPHISTARVM APVD VETERES MEMORATORVM [v]).

[Cum supplementis *C. G. Harles.*]

Praeter scriptores, libro 2. c. vlt. §. 1. a me memoratos [aliosque a me p. 746. 800. 872. sqq. vol. II. adductos,] de Rhetoribus antiquis, amisimus etiam *Lysimachidis* librum ad Caecilium περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων, Ammonio laudatum in Θεωρὸς, et *Andronici* περὶ τῶν ἐμπεδῶν τεχνολόγων de Rhetoribus suae aetatis, quem Suidas commemorat: vt *Caecilium* ipsum Calactinum de Demosthenis et Lysiae Orationibus, aliosque praeteream. Iam paucis referre ac litterarum ordine perstringere iuuat Centuriam vnam alteramue Oratorum Rhetorumque ac Sophistarum graecorum, quibus facile alias lectoris industria adiunget. Eos e quorum monumentis aliquid ad nos peruenit, maioribus litteris exprimendos curaui.

[*Abas* scr. commentar. historicos et methodum rhetoricam. Suidas h. v. et Eudoc. p. 51. *Harl.*]
Ablabius, vide Socratem VI. 2. Hist. Eccles.
Acacius, de quo Eunapius.
ADRIANVS, sophista, de quo supra c. 30.
Aedesius, de quo ad Eunapium.
Aemilianus, Libanii discipulus, quem adi libro III. epist. 32. seq.
AESCHINES, Atheniensis, de quo supra lib. 2. c. 26. §. 9.
[*Aesion.* v. supra, vol. II. pag. 872.]
[*Aesopus*, Mithridatis anagnostes, scripsit laudation. Mithridatis et de Helena, v. Eudoc. pag. 67. et Suid. I. pag. 660. ibique Küster. supra vol. I. pag. 621. *Harl.*]
Aëtius, in Anthologia Epigramm. Graecor. pag. 413. edit. Wechel.
Agnonides, rhetor. Plutarch. Phocione pag. 756. [supra vol. II. pag. 873.]
Agrotas, Massiliensis. Seneca controuers. 14.
Alcibiades, vide, si placet, quae supra lib. 2. c. vlt. [vol. II. pag. 747.]

ALCIDA-

v) Minutiarum captatori et obscurorum hominum, quorum nihil superest praeter nomen, interdum ab hominibus aeque obscuris aut in scholiis et commentariis grammaticorum nondum editorum, et in scriniis adhuc delitescentium tantummodo seruatum, venatori, et tamen de sua eruditione glorianti largam forsan segetem me relinquere, equidem lubenter fateor, nec illius industriae laudique inuideo. Atque compara, quae cl. *Wolfius* in prolegomm. ad orat. Demosthenis adversus Leptin. pag. XXXI. sqq. de ingenio et argutiis plurimorum oratorum rhetorumque, qui, quum vera eloquentia in Graecia conticuisset et foro cessisset, sophistarum potius quam oratorum personam induerunt, intelligenter disseruit. Interea tamen me haud omnino ἀσύμβολον discessisse, demonstrabunt supplementa, quae colligere potui.

De nonnullis vett. oratoribus atque rhetoribus gr. egregie disputauit *Ruhnken.* in historia critica oratorum graecorum, praefixa illius edit. *Rutilii Lupi* etc. Lugd. Bat. 1768. 8. — In biblioth. *Veneta* Marciana, (teste *Villoison* in anecdot. graec. II. pag. 249.) cod. DCXLIX. in 12. saec. XVI. continet *variorum opusc. de rhetorica. Harl.*

ALCIDAMAS, Eleates, quem Palamedem Plato adpellat. Confer ibid. §. 4. [pag. 776. sq.] Alcidamantis τέχνην ῥητορικὴν memorat Quintil. III. 1.

ALEXANDER Numenii, sophista, de cuius libro duplici περὶ σχημάτων dixi Capite superiore 31. §. 16. De aliis *Alexandris*, sophistis, videndi Philostratus ac Suidas.

[P] *Amphicrates*, Plutarch. Lucullo, pag. 506.

Anaxagoras, rhetor Isocrateus, Laërt. in Anaxagora. [*Ruhnken.* l. c. pag. 86.]

Anaximenes, Chius, sophista, Lucian. in Aëtione, tom. I. pag. 573.

Anaximenes, Lampsacenus, rhetor, cui rhetoricam ad Alexandrum, quae inter Aristotelis scripta exstat, quidam tribuunt. De eo lib. 2. cap. 24. §. 9. [vol. II. pag. 650. sqq. Eudoc. pag. 51.]

ANDOCIDES, Atheniensis, de quo lib. 2. c. 26. §. 3.

Androcles, demagogus, *Plutarch.* Alcibiade, pag. 200. [supra, vol. II. pag. 749.]

Androclides, Synesii Lydi, Philadelphensis, filius. Suid. h. v. et Eudocia, pag. 59. iterum iisdem verbis, pag. 75. *Harl.*]

Andromachus, Suid. in Σιϛίκιες. *Fabr.* Docuit Nicomediae sub Domitiano, imper. *Eudoc.* pag. 58. *Harl.*

Androtio, Schol. Hermogenis. *Fabr.* Atheniensis, Isocratis discipulus. Eudoc. pag. 59. *Harl.*

ANONYMI, 1) ἐξήγησις in Aphthonii progymnasmata et Hermogenis quaedam: de quo capite superiore. 2) Compendium rhetoricae, a Tho. Galeo editum, ibid. 3) ἐξήγησις in Aristotelis rhetoricam, de qua lib. 3. cap. 5. *Fabr.* Conf. supra in notitia codd. *Hermogenis*. Aliorum anonymorum, qui artem rhetoricam aut partes illius exposuerunt aut illustrarunt, et qui sunt permulti, scripta, passim delitescunt in bibliothecis. Ne illorum enumeratione tempus chartamque perdam, prouocabo tantum ad indicem catal. codd. in bibl. Paris. tom. II. voc. *anonym.* ad *Bandini* catal. codd. gr. Medic. III. col. 449. sqq. *Lambecii* comment. indices ad *Plüer.* itiner. per Hisp. pag. 194. etc. *Harl.*

Antiochus, Aegaeus. Philostr. [Eudocia, pag. 58.]

Antipater, de quo Anthologia Epigramm. Graecor. pag. 413. *Fabr.* Adriani et aliorum auditor. v. *Eudociam*, pag. 57. *Harl.*

ANTIPHO, Rhamnusius, *et Orationum* teste Quinctiliano III. 1. *primus omnium scripsit, et nihilominus et artem ipse composuit, et pro se dixisse optime est creditus.* De eo vti de Antiphonte, iuniore sophista, dixi lib. 2. c. vlt. [vol. II p. 750. sqq. Eudoc. p. 59.]

ANTISTHENIS, Cynicorum principis, nomine declamationes binae exstant, Aiacis vna, altera Vlyssis, vt dixi lib. 2. c. 24. [vol. II. pag. 697. sqq.]

Antoninus, Pythodori F. sophista, Aristid. tom. I. pag. 493.

Anytus, Socratis accusator.

Aphareus, Suid. [Eudoc. pag. 67.]

[*Aphesio*, supra vol. II. pag. 873. *Harl.*]

Aphthonius, v. cap. praeced.

Apollodorus, Pergamenus, qui Apolloniae Caesaris Augusti praeceptor fuit. Ab eo dicti *Apollodorei*, vt Dionysius, Pergamenus, cognomento Atticus, teste Strabone, et apud M. Annaeum Senecam Brutidius Niger et Atticus Vipsanius. *Sed Apollodori praece*

pti

pta magis ex discipulis cognoscas, quorum diligentissimus in tradendo fuit latine Caius Valgius, graece Atticus. Nam illius sola videtur ars edita ad Matium, *quia caeteras missa ad Domitium epistola non agnoscit.* Haec Quinctilianus III. 1. vide etiam, quae dixi supra lib. 3. c. 27. [vol. III. pag. 301.] vbi de Apollodoris variis, et *Nic. Fabrum* ad Senecae Suasor. 3.

Apollodorus, rhetor, quem S. Nilus lib. 1. epist. 75. reprehendit, quod CHRISTO nomen quum dedisset, ad idola reuersus fuerit.

Apollonius, Alabandensis, cognomento *Molon*, quem multa de rhetorice scripsisse tradit Quinctilianus III. 1. De illo Caesaris ac Ciceronis magistro dixi lib. 3. c. 26. [vol. III. pag. 272. sq.] vbi de variis Apolloniis.

[*Apollonium*, Archibii F. aut patrem, (v. supra, vol. I. pag. 505. sq.) etiam inter rhetoras refert *Eudocia*, pag. 59. *Harl.*]

[?] *Apollonius*, rhetor, apud Martialem V. 22 et 55. *alius* item, quem audiuit Verus, imperator, teste Capitolino. *Fabr.* *Apollonius*, Naucratites, Adriani et Chresti auditor, mortuus Athenis LXX. annos natus. *Eudoc.* pag. 66. supra, vol. III. pag. 277. *Harl.*

Apollophanes, Polemonis praeceptor, Suid. in Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγ.

APSINES, de quo capite superiore, §. 16.

Archedemus, Quinctil. III. 6.

Archilochus Corax, Abulpharaius, pag. 44. nisi nomen corruptum. De Corace infra suo loco.

[*Archinus*, de quo supra, vol. II. pag. 749. *Harl.*]

[*Aristaenetus*, rhetor. Eudoc. pag. 67. *Harl.*]

Areus, quem multa de rhetorice scripsisse Quinctil. III. 1. affirmat. Adde Ionsium, p. 215.

[*Argyropulus*, v. infra, *Ioannes.*]

ARISTIDES, Hadrianensis, de quo supra c. 30.

[*Aristocles*, Messenius, peripateticus, (de quo et aliis eiusdem nominis v. supra, vol. III. pag. 470.) scripsit quoque τέχνας ῥητορικὰς, teste *Eudocia*, p. 71. et *Suida* I. p. 326.

Aristocles, Pergamenus, Aristidis magister et Herodis Attici discipulus. *Philostr.* sophist. II. §. 9. pag. 567. sqq. ibique not. Olear. *Masson* in vita Aristidis, §. V. sect. 10.

Aristodemus, princeps eius rhetoricae, quae respondet adulatoriae, in collectione gr. diuersorum interpr. in Aphthon. in cod. Coislin. apud Montfaucon, p. 596. *Harl.*]

Aristogiton, Suid. in Ὀφλήσειν. Quinctilianus XII. 10. Scholiastes Hermog. [*Eudocia* p. 65. in cod. *Coisl.* ap. Montfauc. pag. 596. add. ibid. pag. 450.]

Aristonis τέχναι ῥητορικαί. *Laërt.* VII. 164.

Aristophon, *Athen.* XIII. pag. 577. *Casaub.* pag. 229. ad Theophrasti Characteres. [v. supra, vol. II. pag. 749.]

ARISTOTELES, de cuius rhetoricis scriptis editis dixi lib. III. c. 5. vbi et de graeco scholiaste anonymo, Paris. 1539. fol. edito. Postmeridianis scholis artem oratoriam docere consueuit, vide Quinctil. III. 1. Schol. *Hermogenis*, pag. 120.

Aristoteles alii rhetores tres apud Laertium V. 35.

Artemon, cuius mentio apud Senecam, rhetorem, et Demetrium περὶ ἑρμηνείας, atque Harpocrationem.

Asclepius, sophista, Marcellin. vita Thucyd. Vlpianus ad Demosthenis Philippic. 1. Etymol. M. in Ἄχνη.

Asiatici oratores, de quibus viri docti ad Strabonem et Sueton. *Quinctilianus* XII. 10. *Cicero* Bruto c. 13. Oratore c. 8. 18. 63. 69.

Aspasia de qua lib. 2. c. 23. §. 31. in notis.

Aspasii tres, de quibus Suidas [et Eudocia, pag. 66.] de Aspasio, Rauennate, Demetriani discipulo, etiam Philostratus, in vita Aspasii.

Asterius, Lacharis discipulus, Suid. Λαχάρης.

Astydamas, Isocratis discipulus, de quo dixi in tragicis supra lib. 2. c. 19.

ATHANASIVS, rhetor Byzantinus, recens scriptor graecus, quem laudat *Baluzius* ad Lupum, Ferrariensem, pag. 449. edit. nouae Lips. Vide, quae de eo dixi supra hoc libro [cap. 31. vol. V. pag. 771. sq. In cod. *Coisl.* Montfauc. pag. 599. cod. LVIII. Matrit. (*Iriart.* cat. pag. 197.) in quo cod. plura sunt rhetorica opuscula, fol. 139. exstant *ex Athanasii, Sophistae* Alexandrini, *scriptis, quae Zosimus*, Theonis *discipulus, emendauit.* Differt igitur ab illo. *Harl.*

Athenaeus, Hermagorae maxime par atque aemulus. *Quinctil.* III. 1. Etiam *Athenaeum* Naucratitem, de arte rhetorica aliquid scripsisse [?] ex Phoebammone colligitur, qui definitionem σχήματος ex eo adfert. *Fabr.* Sed conf. supra, vol. V. pag. 602. in nota de *Athen.* rhetore. *Harl.*

Athenodorus, sophista, de quo Philostratus [et Eudocia, pag. 51.]. Alius antiquior *Athenodorus*, Rhodius, cuius rhetoris meminit Quinctil. II. 15.

Attalus, sophista, Polemonis F. Vide *Tristan*, tom. I. pag. 647. *Fabr.* Conf. *Philostrat* de soph. II. 25. §. 2. ibique Olear. qui nummos, a Tristano et Spanhem. de Prytan pag. 1709. exhibitos, aeri iterum incidendos curauit. Olearium autem, quando scribit Attalo patriam fuisse Smyrnam natiuitate, Laodiceam adoptione, *Masson* in vita Aristidis §. III. sect. 13. not. 8. erroris arguit notatque, Attalo Laodiceam φύσει et natiuitate, Smyrnam autem θέσει seu adoptione fuisse patriam, et eum a Smyrnaeis accepisse ius ciuitatis. *Harl.*

Atticus, Pergamenus, σοφιστὴς ἱκανὸς καὶ συγγραφεὺς καὶ λογογράφος. Strabo XIII pag. 625. Supra, *Apollodorus*, cuius discipulus fuit.

Basilicus, Apsinis praeceptor, a quo laudatur et a schol. Hermogenis, et Suida in Βασιλικός, Ἀψίνης et Παμπρέπιος, [et Eudoc. pag. 93.]

Bassus, sophista, *Lucian.* aduersus indoctum, [cap. 23. pag. 118. tom. III. ed. Reiz. cuius et M. du Soul. not. conferes.]

Βημάρχιος, sophista, cuius μελέτας et alia Suidas memorat.

Bias, Prienensis, *Laërt.* I. 84. Suid.

Bion, rhetor. *Laërt.* IV. 58. [et ex illo *Eudoc.* pag. 94.] Agathias.

Caecilius, Calantianus Siculus, quem multa de rhetorice scripsisse testatur *Quinctil.* III. 1 De eo viri docti ad Longinum. *Fabr.* *Cecilium* (Κεκίλιον) librorum manu exaratorum auctoritate scripsit Morus, cuius notam primam ad Longin. pag. 2. vide; idem in libello animaduu. ad Longinum pag. 18. sq. de Cecilii ipsius libro de sublimitate quaedam docte adnotat. Καικίλιος dicitur ab *Eudocia* pag. 268. ex *Suida*, tom. I pag. 285. vbi Küster docet, Meursium bibl. graeca male fecisse ex vno Caecilio duo

alterum

alterum *Callantinum*, ex corrupto Suidae loco, (vbi tamen Holſtenius ad Stephan. Καλὴ ἀκτή, monuit, legendum eſſe Καλακτῖνος, pro vitiato Καλαντιανὸς,) et alterum *Calaactiten*, ex Athenaeo. Fuit vero patria Calactinus, ex vrbe Siciliae, Καλὴ ἀκτὴ dicta, ortus. Dubius adhuc erat *Taylor* praef. ad vitam Lyſiae pag. 66. ſq. ed. Reisk. tom. II. vbi quoque Caecilii ſcripta enumerantur. Illam *Caecilii* ſcripturam defendit *Toup.* in notis ad Longin. pag. 269. ſqq. Idem contendit, Caecilium, contra quem ſcripſit Longinus, vixiſſe ſub Iulio et Auguſto καὶ μετέπειτα, Suidamque confudiſſe duo Caecilios, alterum ſub Auguſto, alterum ſub Hadriano. Tum, Suida potiſſimum duce, recenſet vberius ſcripta Caecilii, quae vero omnia temporis inuidia abſumſit; περὶ ῥητορικῆς, *de rhetorice;* περὶ σχημάτων, *de figuris;* περὶ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων, *de charactere decem oratorum.* (Contra hunc libr. ſcripſit *Lyſimachides*, teſte *Ammonio* de differ. v. Θεωρός. Toup. autem haud probat coniecturam Valkenarii in animaduu. ad Ammonium, emendaturi in Ammonio Λυσιμαχίδης ἐν τῷ πρὸς τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἑορτῶν. E contrario Toup. legendum cenſet, περὶ τῶν ί παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων.) Ὑπὲρ Λυσίȣ σύγγραμμα, *commentarius de Lyſia.* Περὶ Ἀντιφῶντος σύνταγμα, *commentarius de Antiphonte.* Σύγκρισις Δημοσθένȣς καὶ Κικερῶνος, *comparatio Demoſthenis et Ciceronis.* Σύγκρισις Δημοσθένȣς καὶ Αἰσχίνȣ, *comparatio Demoſth. et Aeſchinis.* Περὶ ἱςορίας, *de hiſtoria.* Τίνι διαφέρει ὁ Ἀττικὸς ζῆλος τȣ̃ Ἀσιανȣ̃, *quaenam ſit differentia inter atticum dicendi genus et aſiaticum.* Περὶ Δημοσθένȣς, ποῖοι αὐτȣ̃ γνήσιοι λόγοι, καὶ ποῖοι νόθοι, *de Demoſthenis orationibus germanis et ſpuriis.* Περὶ τῶν καθ᾽ ἱςορίαν ἢ παρ᾽ ἱςορίαν εἰρημένων τοῖς ῥήτορσι, *de iis, quae ab oratoribus vel ſecundum, vel praeter hiſtoriae veritatem dicta ſunt.* Περὶ δȣλικῶν πολέμων, *de bellis ſeruilibus.* Κατὰ Φρυγῶν, δύο, *contra Phryges, libri II.* Ἐκλογὴ λέξεων κατὰ ςοιχεῖον, *ecloga ſiue delectus vocabulorum ordine alphabetico:* ex quo opere Suidas multa depromſit. Περὶ ὕψȣς, *de ſublimitate:* atque Caecilius Toupio videtur pag. 273. primus ſcripſiſſe περὶ ὕψȣς. Quando vero Suidas ſcribit, Caecilium fuiſſe Iudaeum, intelligendus eſt *Q. Caecilius*, famoſus iſte Verris quaeſtor, notante et illuſtrante Toupio pag. 269. Copioſus quoque eſt de Caecilio, eius patria ſcriptisque *Mongitor.* in biblioth. ſicula, tom. I. pag. 117. ſeq. *Harl.*

[*Caianus*, ſiue *Gaianus*, Γαϊανὸς, Arabs, rhetor et ſophiſta, Apſinis diſcipulus, ſub Maximo (ſiue potius Maximino) et Gordiano, imperatoribus, Beryti docuit eloquentiam. Scripſit de conſtructione libr. V. artem rhetoricam, declamationes, v. Suid. I. p. 462. ibique Küſter. Eudoc. pag. 100. infra vol. VII. pag. 54. *Harl.*

[*Callicrates*, ſupra vol. II. pag. 873. *Harl.*]

CALLINICVS, ſophiſta, de quo ſupra c. 30.

Callippi, Athenienſis, τέχνη: Ariſtot. II. 23. rhetor.

Calliſtratus, cuius exemplo Demoſthenes ad eloquentiam ſectandam fuit inflammatus, vt dixi lib. 2. c. 26. §. 8.

CALLISTRATVS, ſophiſta, cuius ἐκφράσεις memoraui ſupra hoc libro 4. [c. 22. vol. V. pag. 558. ſqq. ſupra vol. II. pag. 750. *Harl.*]

Carcinus, rhetor, laudatus Alexandro lib. de figuris dict.

Carneades, de quo in Platonicis dixi ſupra lib. 3. *Fabr.* Cap. 4. pag. 166. ſq. vol. III. adde *Carpzou.* diſput. de vita et placitis Critolai, philoſophi peripatetici, §. III. pag. 10. not. *d. Harl.*

Caſſianus, ſophiſta, cuius apud Philoſtratum mentio.

[*Caſtor*, Rhodius, vel, vt quidam aiunt, Galata, rhetor, Philoromanus cognominatus, ſcripſit de argumentis oratoriis libr. V. de ratione perſuadendi libr. II. artem rhetoricam; de Nilo; de iis, quae a chronologis ſunt ignorata, et alia. v. *Suidam* tom. II. pag. 246. *Eudoc.* pag. 268. *Meurſium* in bibl. graeca. *Olearii* not. ad Suidam, cum I. A. Erneſti obſſ. in Ariſtoph. nubes etc. editas, Lipſ. 1795. 8. pag. 256. ſq. inprimisque *Heynium* in Comm. de Caſtoris epochis populorum ϑαλαττοκρατησάντων in Nouis Commentt. Soc. Gott. tom. I. pag. 66. ſq. In cod. MMDCCCCXXIX. bibl. publ. *Pariſ.* eſt *Caſtoris*, *Rhodii*, opuſculum de metris rhetorum propriis. *Harl.*

Caucalus, Chius, rhetor, cuius ἐγκώμιων Ἡρακλέες laudat Athenaeus, et forte Καύκαλος legendum apud Suidam in Λήμνιον κακόν.

Celer, Caninius, τεχνογράφος, M. Aurelii et L. Veri praeceptor, de quo meminerunt Iulius Capitolinus et Philoſtratus. *Fabr.* [de vitis ſophiſt. I. ſect. 3. pag. 524. vbi v. Olear. de ſcriptura nominis, num Κέλερ, an Κέλωρ legendum ſit. Philoſtratus ait, Celerem fuiſſe egregium epiſtolarum imperatoriarum magiſtrum, et de arte rhetorica ſcripſiſſe. Ab epiſtolis fuit Hadriani, imperat. Eius meminit *Ariſtides* in orat. ſacra IV. pag. 595. ſiue tom. I. pag. 335. ed. Iebbii, additque, eum fuiſſe ſcribam regium. *Vellei Celeris* epiſtolam ad Hadrianum citat Priſcianus, obſeruante *H. Valeſio* emendatt. lib. III. cap. 5. pag. 85. *Harl.*

Cephalus, rhetor Athenienſis, Lyſiae pater, cuius ἐγκώμιον Λαΐδος ab Athenaeo citatur. Vide *Tzetzam* Chil. VI. Hiſt. 34. et Suidam in Κέφαλος, qui primum προοίμια et ἐπιλόγυς orationum compoſuiſſe teſtatur. *Fabr.* Sed conf. ſupra in vol. II. p. 748. adnotata.

[Ab *Eudocia* pag. 268. et *Suida* II. pag. 305. citatur Κεφαλίων ἢ Κεφάλων, Gergethius, rhetor et hiſtoricus ſub Hadriano, auctor declamationum rhetoricarum, et hiſtoriarum variarum, libr. IX. Küſter. tamen notat, a Suida confundi *Cephalaeonem*, qui vixit ſub Hadriano, cum *Cephalone Gergithio*, multo antiquiore. Plura vide apud *Fabr.* infra in vol. IX. libr. V. cap. 38. pag. 398. *Harl.*]

Cephiſodemus, orator λάλος ſiue loquax, Periclis aduerſarius, de quo Suidas et ſchol. Ariſtoph. au. verſ. 1294.

Cephiſodorus, ſiue *Cephiſodotus*, Iſocratis diſcipulus, de quo dixi lib. 2. cap. vlt. [vol. II. pag. 750 et 792. Differunt autem *Cephiſodorus* et *Cephiſodotus*.] Mentio eiusdem [481] apud eundem Suidam et in Graecis ſcholiis ad Ariſtophanem atque ad Ariſtotelis rhetorica pag. 64. b.

Chares, orator Athenienſis. Suid. Ἀντίπατρος. Et ſchol. graec. ad Rhetorica Ariſtotelis p. 80.

Charidemus, de quo Suidas loco laudato. *Ariſtides* tom. I. pag. 493.

Chariſius, Lyſiae imitator, de quo Cicero in Bruto c. 83. *Reineſ.* p. 560. Var. lect. [ſupra vol. II. pag. 873.]

Chiridius, Antholog. Epigrammatum graecor. pag. 412. edit. Wechel.

Chryſippus. Vide mox in Cleanthe.

Cineas,

Cineas, rhetor. Steph. in Ἐφύρα. Male κωνεὺς vel κωνέας apud Laërtium, et in ſchol. Pindari, vt Meurſio in Bibl. graeca obſeruatum. [Citatur in Steph. Byz. fragm. ap. *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 284.]

Claudius, ſophiſta, *Epiphan.* tom. I. pag. 627.

Cleanthes, ſtoicus, de quo Cicero IV. de finibus cap. 3.: *Scripſit rhetoricam Cleanthes, Chryſippus etiam, ſed ſic, vt, ſi quis obmuteſcere cupierit, nihil aliud legere debeat.* [ſupra vol. III. pag. 550. ſqq.]

Clearchus, *Rutil.* Lupus de figuris ſententiar. pag. 1. *Cleochares* id. pag. 3. Myrleanus. *Phot.* Cod. CLXXVI. *Fabric.* Sed *Cleochares* et Clearchus apud Rutilium non ſunt diuerſi oratores, atque apud Rutil. c. 2. aliosque nomen *Cleacharis* pro vitioſa lectione *Clearchi* docte copioſeque reſtituit *Ruhnken.* in notis pag. 5-7. *Cleochares* fuit aequalis Democharis, de quo paullo poſt erit ſermo, et ſcripſit orationes, a *Rutilio* p. 5. et 35. ed. Ruhnk. memoratas, item, quod ad artem rhetoricam pertineret, obſeruante Ruhnk. pag. 6. adde ſupra, vol. II. pag. 873. — *Clearchus* tamen ſcripſit περὶ γλωσσῶν, teſte ſchol. Veneto, ad Homeri Il. ψ'. 81. pag. 497. ed. Villoiſ. et *Euſtath.* ad plura Homeri Odyſſ. loca, (v. ſupra, vol. I. pag. 468.) laudat eius aenigma de Eunucho, pumice noctuam petente. *Harl.*

Cleon, demagogus. *Cic.* Bruto c. 7. *Quintil.* IX. 3. *Maximus Tyrius* pag. 49. Suid.

Cliſthenes, Cic. Bruto, c. 7.

Coccus, Athenienſis, Iſocratis diſcipulus, Suid. [ſupra vol. II. pag. 800.]

Codration, ſophiſta, Vari, Pergaei, praeceptor. Philoſtr.

* *Concodrii*, ſiue *Cocondrii* de tropis MS. Labbeus Bibl. nou. MSS. pag. 106.

Corax et *Tiſias*, Siculi, primi artem et praecepta rhetorica ſcripſerunt, poſt Gelonem et Hieronem exſtinctos. Schol. Hermog. pag. 5 6. 240. [et in Aphthon. progymn. in *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 592.] *Cic.* Bruto c. 12. et 1. de Oratore, c. 20. et III. 21. *Quintil.* III. 1. Ariſtot. II. 24. Rhetor. *Sextus* 2. contra Math. pag. 81. [Plura collegit *Mongitor* in bibl. Sicula I. pag. 146. ſq. et II. pag. 267. ſq.] Alius *Corax*, Archilochi interfector, apud Heraclidem de politiis cap. 8. et *Corax* Θελλόγος apud Ducam pag. 101. ſq. Hiſt. Byz.

Cornuti artem rhetoricam laudat *Porphyr.* in Categorias, pag. 10.

Craterus, rhetor. Anthologia Epigramm. pag. 413. edit. Wechel.

Crates, Trallianus, Iſocratis diſcipulus, *Laërt.* IV. 23. [ſupra, vol. II. pag. 800.]

Creon, in libris ῥητορικῶν citatur a Suida pluribus locis.

Critias, orator. Cic. Dionyſius Halic. Philoſtratus etc. Vide et *Cauſſinum* lib. 1. de eloqu. c. 19. et dictionarium Hiſtor. *Baelii*, qui Voſſii aliorumque errores corrigit, *Meurſium* in Bibl. Attica, et quae ſupra lib. 2. c. 26. [vol. II. pag. 749.]

Critolai, τέχνη. *Quintil.* II. 15 et 17.

[†] *Cteſiphon.* Tzetz. Chil. V. hiſt. 35.

[*Cteſippus* et *Cydias*, ſupra, vol. II. pag. 872 et 873. et de priore notandus eſt locus Gregor. Cor. in explicat. Hermogenis pag. 938. a *Wolfio* prolegg. ad Demoſth. orat. contra Leptin. pag. 49. ſq. excitatus, et quae ipſe cl. *Wolfius* pag. 52-56. de eo aliisque minus notis oratoribus copioſe docteque diſputauit. *Harl.*]

Cyrinus, ſiue *Quirinus*, ſophiſta, Nicomedienſis, Philoſtr.

CYRVS,

CYRVS, sophista ineptus. *Philostr.* in vita Damiani. Videndum sintne huic tribuenda quae περὶ διαφορᾶς στάσεων Aldus edidit, an Cyro Theodoro Prodromo, vt suspicatus sum capite superiore, §. 16. *Fabr.* *Cyrus* de differentia statuum est in cod. *Paris.* MMDCCCLXXIV. et in cod. *August.* Vindel. prouti a *Reisero*, cat. pag. 89. citatur, *Cyri Gregorae* schema. *Harl.*

Cytherus, sophista, ad quem epistola secunda Firmi, Caesareae episcopi, (qui A. C. 439. obiit,) in Anecdotis graecis *Lud. Antonii Muratorii*, pag. 282.

[*Damianus*, Aristidis et Adriani auditor. *Eudoc.* pag. 130. *Harl.*]

Damnas, Σκόμβρος. *Seneca* Suasor. 2 Controuers. 14. Strabo.

Dardanus, Assyrius, Antiochi, Aegaei, praeceptor. Philostr.

Daphnidius. Rutilius Lupus, de figuris, pag. 5 *Fabr.* Lectio et scriptura, *Daphnidius* orta est in *Rutilio* I. cap. 15. pag. 52. ed. *Ruhnken.*, (cuius adnot. conferes,) ex praua Pithoei mutatione verioris et antiquioris scripturae nominisque *Daphnis.* adde supra, vol. II. pag. 873. *Harl.*

Decrianus, sophista, de quo Lucianus in Asino, tom. II. pag. 77.

DEMADES, supra. [lib. II. cap. 26. vol. II. pag. 868. sq.]

Demeas, Demadis e tibicina filius, ibid. nota *qqqq*.

DEMETRIVS, Alexandrinus, de cuius libro περὶ ἑρμηνείας vide, quae cap. superiori.

Demetrii, de quibus *Ions.* pag. 209. 210. *Laërtius* V. 38. seq. et 85.

Demetrius, Phalereus, vltimus ex Atticis, qui dici possit orator. *Quinctil.* X. 1. ex *Cic.* Brut. 9. conf. *Diogen. Laërt.* V. 75. sqq. *Perizon.* ad Ael. V. H. lib. III. c. 17.

Demetrianus, Aspasii praeceptor, εὖ γινώσκων τοὺς ῥητορικοὺς τῶν λόγων, Philostrat. II. 33. de vitis Sophist.

Demochares, fuit Demosthenis sororis filius, Leuconoensis, orator et historicus insignis. *Rutilius Lupus* de figuris p. 1 et 6. *Cic.* Bruto 83 et 2. de Oratore c. 23. *Seneca* III. 23. de ira. *Valesius* ad excerpta Peiresc. p. 10. *Vossius* de natura rhetor. p. 84. et de Hist. graecis I. 11. *Meursius* in bib. Attica, *Reinesius* p. 360. Var. lect. *Fabr.* De ipso *Demochare*, qui praeter *historiam* et *orationes* scripsit quoque *dialogos*, eius ingenio, democratiae studio et fatis multus est *Ruhnken.* ad Rutil. I. 2. p. 7-9. alios quoque VV. DD. laudat et refutat Fabricium, illum inter philosophos Platonicos et Stoicos recensentem.

[*Democles*, qui patronymica forma etiam vocatur *Democlides*, Theophrasti discipulus, orator atticus, Democharis aequalis, cuius mentionem facit *Dionys. Halic.* in Dinarch. pag. 117. obseruante *Ruhnkenio* l. cit. pag. 8. inprimis vide, quae ille notauit in historia crit. oratt. graecorum. pag. XCI. sq. *Harl.*]

Democritus, Pergamenus, *Laërt.* IX. 49.

DEMOSTHENES, de quo dixi lib. II. c. 26. §. 8.

Demostratus, *Plutarch.* Alcibiade, pag. 200.

Dexippus Herennius, Atheniensis, Suid. incertum idemne sit, de cuius scriptis alterius argumenti dixi supra c. 25. [Sed v. supra, vol. III. pag. 39. sq.]

Dias, Ephesius, sophista, *Philostr.* soph. I. c. 3. pag. 485. sq.

DINARCHVS, de quo lib. II. c. 26. §. 11.

DIO CHRYSOSTOMVS, de quo lib. IV. c. 10.

Diocles, Carystius, *Seneca*, rhetor, in Suasor. et Controuers.

Diodotus,

Diodotus, Cappadox, sophista, Philostr.
DIONYSIVS, Halicarnasseus, de quo lib. III. c. 31. [vol. IV. pag. 382. sqq.]
Dionysius, qui Ciceronem docuit, vide ibid. vbi varios Dionysios recenseo.
Dionysius, huius filius, elegans magis declamator, quam vehemens, Sen. controuers. 4.
Dionysius rhetor, qui in Areopagitae opera scholia [☞] scripsit, Labbe tom. I. p. 765. de S. E. ὁ μέγας Διονύσιος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος ὁ ἀπὸ Ῥητόρων ἐν τοῖς σχολίοις, οἷς πεποίηκεν εἰς τὸν μακάριον συνώνυμον αὐτοῦ Διόνυσον. *Anastasius*, Sinaita, cap. 22. Hodegi pag. 340.
DIONYSIVS LONGINVS, de quo cap. superiore.
Dionysius, ὁ χαλκοῦς, rhetor et poëta, *Athen.* XV. 669.
[*Dionysius*, Milesius, sub Hadriano clarus. v. supra, vol. IV. pag. 410. Eudoc. pag. 130. sq. A Suida in voc. Διονύσιος Ἀλεξάνδρου, vol. I. pag. 601. cognominatur *Atticista*.]
Dionysodorus, *Lucian.* t. II. pag. 636. in Conuiuio.
Diophanes, Porphyr. vita Plotini. Alius *Diophanes*, Mytilenaeus, rhetor, de quo *Cicero* Bruto [w]).
Diotimus, Suid. in Ἀντίπατρος.
Dorio, siue *Durio*, Seneca in suasor. et Controuers. *Fabr.*
[*Doxopatris*, v. in capite superiore, §. VI.
Dromoclides, Sphettius, tempore Democlis s. Democlidis, quocum confunditur a *Corsino* Fast. att. tom. IV. p. 59. obseruante *Ruhnken.* in hist. crit. orat. graecor. p. XCI. *Harl.*]
Ecebolius, sophista CPol. *Socrates* hist. Eccles. III. 13. Suid.
Primus mouisse aliqua circa Rhetoricen *Empedocles* dicitur, praeceptor Gorgiae Leontini, teste Quintil. III. 1. De illo dixi lib. 2. c. 12. §. 8. De *Epaminonda* Cicero Bruto c. 13.
Ephialtes, Suid. in Ἀντίπατρος, vide et supra lib. 2. c. 26. [vol. II. pag. 748]
Ephorus, Cumanus, Isocratis auditor, cuius περὶ λέξεως Strabo memorat. Confer, si placet, *Vossium* de Hist. graecis [x]).
Epicurus ἐν τῷ περὶ ῥητορικῆς iactauit, se solum inuenisse veram rationem eloquentiae ciuilis. φύσις γάρ ἐστιν ἡ κατορθοῦσα λόγους, τέχνη δὲ οὐδεμία, Schol. Hermogenis pag. 377.
[*Epiphanius*. Eudocia pag. 165. supra in notitia codd. Hermog. et infra, in vol. VII. lib. V. c. 11. pag. 418. *Harl.*]
Eucremon, leuis declamator sed dulcis, Sen. Controu. 1.
[*Eudemus*, Suid. h. v. et Eudoc. pag. 165.]
Eriphylus, Rhodius, Quinctil. X. 7. e Cic.
Euagoras, Lindius, de cuius scriptis Suid.
Euathlus. Vide infra in Protagora.
Eubulus, Suid. [supra, vol. II. pag. 750. *Eudoc.* pag. 164.]
Euncius, Suid. in Σαλλούστιος.

[*Eudianus*,

w) Cap. 27. vbi dicitur et Gracchi magister et Graeciae temporibus illis disertissimus fuisse. *Diophanem* quemdam ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ποντικῶν ἱστοριῶν memorat *Eudoc.* pag. 31. *Harl.*

x) Plura vide in vol. II. pag. 355. et pag. 870. De *Ephoro* iuniore, itidem Cumano, historico v. *Eudoc.* pag. 164. *Harl.*

[*Euodianus*, Smyrnaeus, Aristoclis discipulus, Romae scripsit plures orationes panegyricas, v. *Eudoc.* pag. 164. *Harl.*]

Eusebius, Arabius sophista, Suid. Eius μελέται, Photius Cod. CXXXIV.

Eustephius, Aphrodisiensis, Suid. Lacharis discipulus, id. Λαχάρης. [De Eusebio et Eustephio v. quoque *Eudoc.* pag. 166.

Eustochius, Cappadox, sophista, tempore Constantis, scripsit Cappadociae et reliquarum gentium antiquitates. v. Suidam et Eudociam l. cit. *Harl.*

Fauorinus, de quo vide Philostr. et quae supra lib. III. [cap. IV. vol. III. pag. 173. sqq.]

Geometres, rhetor, quem laudant Schol. Hermog. et Matthaeus Camariota. [Dicitur *Ioannes Geometres* v. in capite superiore §. VI. In cod. *Barocc.* XXV. sunt *Io. Geometrae* encomium quercus, ecphrasis horti, eiusdem alia ecphrasis, laudatio pomi, eiusdem aliud encomium. — in cod. *Matrit.* *Io. Geometrae prototh oni* laudatio pomi, quam *Iriarte* cat. codd. Matr. pag. 301. sqq. primus graece vulgauit. *Ioan. Geometr.* sermo gratiarum actionis in adnuntiationem deiparae, in cod. *Coislin.* teste Montfauc. pag. 181. fol. 177. Excerpta in cod. Coisl. CCI. eod. Montf. teste pag. 251. —

Genethlius, Palaestinus, sophista, Minuciani et Agapeti discipulus, Callinici aemulus docuit Athenis, et obiit annos XXVIII. natus. Scripsit adlocutiones et declamationes, item propempticum ad amicos suos, Daduchum et Asclepiadem, atque orationes panegyricas. v. *Hesych. Illustr.* pag. 10. ibique Meursii notam pag. 155. *Suid.* h. v. et *Eudoc.* pag. 100. —

Georgius Diaceta. v. *Lambec.* comment. bibl. Vindob. VII. p. 551. in cap. super. §. VI. *Harl.*]

Paulus Germinus, sophista, vide lib. 2. c. 26. §. 4. vol. II. pag. 770.

Glaucippus, Hyperidis F. de quo memini lib. 2. cap. 26. §. 10. [vol. II. pag. 856.] Vide et Suidam vbi de Glaucippo, Hyperidis patre.

Glaucus, sophista, de quo Philostratus, de Sophist. II. 20. pag. 601.

Glyco, Spiridion (al. Scyridicus), Senecae in controuersiis et suasor. laudatur.

GORGIAS, Leontinus, de quo dixi lib. 3. c. 26. y) Τέχνην ῥητορικὴν scripsit, et communes tractauit locos, quorum meminit etiam Quinctil. III. 1. Alius *Gorgias*, iunior, rhetor, qui libros IV. graece de figuris scripsit, aequalis Rutilii Lupi, qui eum laudat pag. 10. et in compendium misit, adde *Quinctilianum* IX. 2. et Nic. Fabrum ad Senecae I. 1. controuers. 4. pag. 113.

Grandaus, Asianus declamator, *Sen.* Controuers. 2.

[*Gregorius*, *Corinth.* v. supra in cap. de Hermogene, §. VI.]

HARPOCRATIO, Alexandrinus, de cuius Lexico rhetorico infra [?] cap. 38. vbi et de aliis Rhetoribus hoc nomine.

Hegemon, Schol. Hermog. [supra, vol. II. pag. 872.]

Hegesias, Magnesius, de quo viri docti ad Longin. et Agatharchides apud Phot. p. 724. sq. [supra, vol. II. p. 873.] Alius *Hegesias*, Cyrenaicus, πεισιθάνατος *Cic.* 1. Tusc. c. 34.

Heraclides, Laërt. V. 64.

Heraclides, Lycius, Suid. in Ἀψίνης et Νικήτης.

Herma-

y) Vol. II. pag. 805. vbi in nota etiam de *Gorgia* iuniore agitur. *Harl.*

Hermagoras Carion, de quo idem Suid. [et Eudocia pag. 164.] Laudatur in Rhetoribus Pithoei pag. 45. 51. 108. 109. 290. ſqq et in Schol. ad Hermog. Theodori Gadareni diſcipulus, propriam in arte dicendi viam inſtituit, quam plurimi ſunt ſequuti, teſte *Quinctil.* III. 1. *Raras ſententias dicebat, ſed argutas, et quae audit rem diligentem penitus afficerent, ſecurum et negligentem transcurrerent*, *Senec.* Controuerſ. 14.

Hermias, Alexandrinus, Suid. in Παμπρέπιος.

[*Hermocrates*, Phocenſis, Rufini Smyrnaei auditor. Eum valde laudat *Philoſtr.* de ſophiſt. II. 25. pag. 608. ſqq. *Harl.*]

HERMOGENES, Tarſenſis, de quo capite ſuperiore.

Hero, Athenienſis, Suid.

HERODES, Atticus, de quo cap. 30.

Hierius, Athenienſis, Suid. in Παμπρέπιος. [Meminit illius *Auguſtinus* libr. IV. Confeſſ. cap. 14.]

Hierocles, rhetor aſiaticus, *Cic.* Oratore cap. 69.

Hieronymus, Rufinus de compoſitione et metris orat. pag. 318. *De compoſitione et numeris et pedibus orationis, vt Cicero dicit, iſti ſcripſerunt apud Graecos: Thraſymachus, Naucrates, Gorgias, Ephorus, Iſocrates, Theodectes, Ariſtoteles, Theodotus Byzantius, Theophraſtus, Hieronymus. Latine de numeris hi: Cicero, Victorinus, Euſebius, Terentianus, Varro, Probus, Chariſius, Diomedes, Quinctilianus, Donatus, Victor, Seruius.*

HIMERIVS, ſophiſta, de quo cap. 32.

Hippias, Eleus, de quo dixi lib. 2. cap. 24. §. 19. [vol. II. pag. 657.] Meminit inter τέχνης ῥητορικῆς ſcriptores Quinctil. III. 1.

Hybreas, Seneca in ſuaſor. et controuerſiis. Hybreae, diſertiſſimi viri, filius, apud M. Tullium, Ciceronis filium, male cauſſam agens, memoratur ab eodem Seneca Suaſoria 8.

HYPERIDES, de quo lib. 2. cap. 26. §. 10. [vol. II. pag. 856.]

Ioannis, Itali μέθοδος Ῥητορικῆς κατὰ σύνοψιν MS. in Bibl. Vindob. Vide *Lambecium* lib. IV. pag. 222. ſq. [*Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 444.] et lib. VII. pag. 149. [De *Ioanne Siceliota*, *Io. Geometre* et *Io. Georgio* v. ſupra in cap. de Hermogene §. VI.

Io. Argyropuli prolegg. in progymnasm. fuerunt in cod. Heidelberg. de eo v. *Saxii* Onom. II. pag. 446. ſq. infra vol. IX. pag. 425. *Harl.*]

Iphicrates, rhetor et dux, de cuius ſcriptis Meurſius in Bibl. Attica. [ſupra, vol. II. p. 749.]

ISAEVS, de quo lib. 2. cap. 26. §. 6.

Iſidorus, Pergamenus, Laërt. VII 34. [ſupra vol. II. pag. 873. *Ioſephus Rhacendyta*, (de quo *Fabr.* B Gr. vol. XII. pag 639.) Eius *epitome rhetorica* exſtat in cod. II. Florent. *Medic.* plut. 58. (v. *Bandini* catal. codd. gr. II. col. 438.) et in cod. *Vindobon.* (teſte *Neſſelio*, cat. codd. IV. pag. 41. §. 70.) *Venet.* in bibl. S. Michael. v. *Mittarell.* catal. codd. illius bibl. col. 1013. ſq.]

ISOCRATES, Athenienſis, cuius artem rhetoricam memorat *Quinctil.* III. 1. de illo vti etiam de alio iuniore huius nominis dixi lib. 2. cap. 26. §. 5.

Lachares, Euſtephii, Nicolai et Aſterii praeceptor. Suid.

Leo, Alabandensis, id. *Leonas*, id. [*Eudocia* pag. 280 et 181. de hoc et duobus antecedentibus.]

Leonidas, rhetor Christianus, ad quem S. Nilus II. Ep. 291. editionis Allat.

Lesbocles, Mytilenaeus, Strabo, Seneca rhetor etc.

LESBONAX, de quo [vol. II. pag. 871. sq.]

LIBANIVS, de quo infra, lib. 5.

Licymnius, schol. graecus, Rhetoricor. Aristotelis pag. 72. b.

Lollianus, Suid. schol. Hermogenis. [Philostr. de soph. I. 23. pag. 526. sq. *Eudocia* p. 281. cl. *Wolf.* prolegg. ad Demosth. orat. contra Leptin. pag. 36. not. 3. *Lolliani*, sophistae, prolegg. de statibus sunt in cod. Bodlei. MMCCCCLXXXIII. secundum catal. tom. I. pag. 128.

Longinus, de quo cap. praeced.

Lycoleon, supra vol. II. pag. 750. *Harl.*]

Lycophron, schol. Graecus. Rhetoricor. Aristotelis [⁋] pag. 62. b.

LYCVRGVS, Atheniensis, de quo lib. 2. c. 26. §. 7.

LYSIAS, Atheniensis, de quo lib. 2. c. 26. §. 4.

Maior, Arabius, aequalis Apsinis et Nicagorae, sub Caesare Philippo, Suid. Eudoc. p. 300. et schol. Hermogenis pag. 130. ed. Ald.

[*Malchum*, Byzantinum, qui scripsit historiam ab imperatore, Constantino, vsque ad Anastasium, *Eudocia* pag. 300. inter rhetoras recenset, alias *Suidae* (tom. II. pag. 488.) verbis vsa *Photius* autem quem sequitur Fabric. infra lib. V. 5. 5. pag. 236. vol. VI. vet. edit. et vol. IX. pag. 400.) in bibl. cod. LXXVII. eum facit Philadelphiensem, et *Vossius* de histor. graec pag. 265. cum potiore iure accenset historicis. *Harl.*]

Manippus, grammatices artis et disciplinae rhetoricae peritissimus, in Actis Archelai, editis a praestantissimo Zaccagnio pag. 23. Apud Epiphanium haeresi Manichaeor. LXVI. tom. I. pag. 672. est *Marsipus*, male, ni fallor.

MARCELLINVS, rhetor, de quo nonnulla lib. 2. c. 25.

[*Marcellus*, rhetor Pergamenus, scripsit libr. Ἀδριανὸς, siue de imperio. *Suid.* h. v. et *Eudocia*, pag. 301. *Harl.*]

Marcus, rhetor Byzantinus sub Hadriano, Syncell. pag. 350.

Marpsias, Suid. [vbi v. Küst. II. pag. 505. et *Eudoc.* pag. 301.

Maternus, sophista, Xiphilin. pag. 222.

MATTHAEVS CAMARIOTA, de quo cap. superiore.

Maximus, rhetor, Plutarchi aequalis, IX. 4. sympos.

Maximi, sophistae Alexandrini, μελέτας laudat Photius Cod. CXXXV.

Maximi duo, Byzantius, Euclidis Pater, et alter, Ephesius, Socrates f. 165. H. E.

Megas, siue *Magnus*, Procopii Gazaei discipulus, vide huius Epist. 13. 17. 50.

[*Melisermus*, Atheniensis, scrips. epistolas et symposiac. *Eudoc.* p. 304. *Harl.*]

Melitus, Suid.

MENANDER, rhetor, de quo capite superiore.

Menecles, rhetor asiaticus, Cic. oratore cap. 69.

[*Menesechmus*, supra, vol. II. pag. 872.]

[*Menestheus*, ibid. pag. 746.]

Metrodorus,

Metrodorus, Scepsius, *Quintil.* X. 7. e Cic. [z])

Metrophanes, Suid. et Scholiastes Hermog. [Tres autem Metrophanes recenset *Suidas* II. pag. 556. sq. 1) sophistam, ex Eucarpia, vrbe Phrygiae, oriundum, qui scripsit de ipsa Phrygia libr. II. de formis orationis, de statibus, commentarium in Hermog. artem rhetoricam, comment. in Aristidem: 2) *Metroph. Corneliani*, rhetoris, filium, sophistam, Lebadia, vrbe Boeotiae, ortum; qui scr. declamationes, orationes panegyricas, et de generibus dicendi, quibus vsus est Plato, Xenophon, Nicostratus et Philostratus. De duobus hisce Metrophan. eadem ex Suida narrat Eudocia pag. 301. — 3) His addit Suidas (ex Damascio,) *Metrophanem*, a Lachare genus ducentem, contra quem *Superianus*, sophista, librum scripsit.

Metrophanis, Smyrnensis, christiani, mentio fit in cod. Coislin. CCLXXXVIII. in *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag. 405.

Michael, Presbyter, (saec. IX.) de *constructione partium orationis*, opus editum Edessae in Mesopotamia; in cod. *Mediolan.* Ambros. teste *Montfaucon* in diario ital. pag. 16. in cod. *Escurial.* teste *Pliero* in itinerar. per Hispan. pag. 182. vbi sic citatur: *Mich. Presbyt.* et *Singelii* (h. e. *Syncelli*, v. Fabr. B. Gr. vol. X. pag. 220.) Hierosolymitani, methodus de orationis constructione: (in indice codd. a Clarkio in epist. de Hispan. exhibito, deest illius commemoratio.) in cod. *Matrit.* XL. apud *Iriart.* cat. codd. gr. pag. 145. qui animaduertit, sub nomine *Georgii Lecapeni* editum esse id opusc. περὶ συντάξεως τῶν ῥημάτων, (cum Theodoro Gaza,) Florent. apud hered. Philippi Iuntae, 1520. 8. iam cum Theodoro edit. est ibid. 1515. 8. et cum aliis, ibid. 1526. 8. v. *Bandini* annal. typogr. Iunt. II. pag. 76. 163. et 203. Venetiis in vol. graecorum grammat. 1525. 8. pag. 171. sqq. et Fabric. B. Gr. lib. V. 7. de grammat. graecis vol. VII. pag. 46. ed. vet.) Est quoque in septem codd. bibl. publ. *Paris.* — in cod. VII. *Florent.* Med. plut. 55. teste *Bandin.* cat. codd. gr. pag. 266. sq. qui de Michaele illo, presbytero, est copiosus, eumque, non, Lecapenum, auctorem esse libelli statuit cum *Allatio* de Georgiis, in calce vol. X. Fabr. B. Gr. pag. 700. §. 46. — Est quoque ibid. in cod. XLVI. plut. 57. (*Bandini* l. c. pag. 372.) tum in bibl. Coislin. (v. *Montfaucon.* pag. 230.) Vatic. Barber. Vallicellan. etc. sub illius *Michaelis* nomine.

Michaelis, metropolitae Athenienfis, protheoria, epistolae V. oratio habita Athenis, catechesis prima, lamentatio demortui Adyephi, oratio rhetoris cuiusdam in illum Michael. *Michaelis* Anchiali orat. in imperat. Manuelem Choniatem: quaedam *Michaelis* Choniatae: haec omnia sunt in cod. *Barocc.* CXXXI. (catal. pag. 14. sqq.) *Harl.*]

MINVCIANVS, de quo capite superiore.

Miltiades, rhetor, cuius mentio apud Senecam controuers. 25.

f) Pleniorem catalogum exhibuit *Maittaire* in introd. laudata. *Harl.*

g) Conf. ſupra, cap. 31. libri III. §. 20. vol. IV. p. 405. vol. IV. p. 650. infra vol. VII. p. 42. *Harl.*

h) Cuius opus vt e bibliothecarum latebris in lucem proferri poſſit, cum *Pierſonio* praef. ad Moer. eſt optandum. *Harl.*

num atticarum libros XLVIII. vt πολιτικῶν ὀνομάτων libros, ab eo ſcriptos, omittam, de quibus infra ſum dicturus. Verum teſtatur idem Galenus in calce libri de ordine librorum [P] ſuorum ad Eugenianum, ſe neutiquam de vocibus atticis ſcripſiſſe, quod reprehendendos eſſe crederet, qui minus attice ſcribunt, quum praeſtet in ſermone, quam in vita, ſoloecismum vel barbarismum committere; ſed vt conſtaret de vero ſenſu vocum apud veteres atticos ſcriptores, quem recentiores interdum ſusque deque habuiſſent. Etiam *Dionyſius Longinus* Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β΄. reliquit, vt Suidas auctor eſt, et *Luperci Berytii* Ἀττικὰς λέξεις memorat idem Suidas [i]), vbi ait, Grammaticum hunc paulo ante Claudii ſecundi tempora vixiſſe. Citatur etiam Lupercus, ſed in aliis, opinor, ſcriptis ab Euſtathio ad Dionyſii, periegetae, v. 492. et Stephano in Νήρικος. *Theodori* Atticae gloſſae Athenaeo laudantur, eiusdem forte, quem Suidas [et Eudoc. pag. 136.] *Diodorum* vocat, et Alexandrinum patria, cognomine *Valerium*, ſub imp Hadriano Ἀττικὴν λέξιν ſcripſiſſe teſtatur. Scripſit et Ἀττικῶν λέξεων συναγωγὴν κατὰ στοιχεῖον *Valerius Pollio*, itidem Alexandrinus, cuius epiſtola ad Sotheridam laudatur a Clemente lib. VI. Stromateon: Niſi forte Diodorus ille Valerius etiam Pollio vocabatur. *Epitherſis*, Nicaeni, (male Θέρσις pro Ἐπιθέρσης legitur apud Erotianum in Ἄμβην,) voces atticas citat Stephanus in Νίκαια, eiusdem, ni fallor, cuius mentio apud Plutarchum lib. de oraculorum defectu pag. 280. edit. Aldinae, vbi ait, eum Aemiliani, rhetoris, patrem fuiſſe, vnde eum vixiſſe ſub Tiberio et recte et facile colligere potuit *Ionſius* pag. 238. de ſcriptoribus hiſt. philoſophicae, etſi, qua auctoritate fretus id adfirmet, neſcire ſe fatetur Thomas de Pinedo ad Steph. Etiam *Nicandri*, Thyatireni, (ita legendum pro Theaterini apud Woweranum pag. 79. Polymathiae, et emendandum ſphalma in Actis Eruditor. Lipſ. A. XC. pag. 441. vbi male *Ariſtophanis Theaterini* legitur pro *Nicandri Thyatireni*,) ἀττικὰς λέξεις laudat Athenaeus, quod opus pluribus libris conſtitiſſe diſcas ex Harpocratione, qui eiusdem duodevigeſimum Ἀττικῆς διαλέκτȣ in teſtimonium citat voce Ξηραλοιφεῖν. *Philemonis*, Aexoneuſis, (ex populo Atticae,) Ἀττικὰς λέξεις ſiue Φωνὰς, Ἀττικὰ ὀνόματα, Ἀττικὰς γλώσσας idem citat Athenaeus, vnum, vt opinor, opus diuerſis, ſed idem ſignificantibus, inſigniens titulis. Reſpicit et Tryphon apud Ammonium in Πονηρόν [k]). *Orionis*, Grammatici Alexandrini, συναγωγῇ Ἀττικῶν λέξεων, Suidae memorata, vſus eſt auctor magni

i) Add. Eudoc. pag. 282. ſq. vbi pariter reliqua eius ſcripta indicantur. *Harl.*

k) Vid. vol. I. pag. 139. Diuerſus autem eſt *Philemon*, criticus, tempore Alexandri, et *Philemon*, auctor lexici inediti. (vid. ſupra in vol. I. pag. 518.) Huius poſterioris *Lexicon technologicum*, ordine alphabetico diſpoſitum, vel potius prima tantum pars de nominibus integra, cum ſecundae partis initio de verbis ſupereſt in cod. MMDCXVI. biblioth. publ. *Paril.* (v. cat. codd. II. pag. 525.) Conſtabat autem octo libris, ſecundum octo partes orationis poſitis, vt ex epiſtola ad Antiphanem nuncupatoria, operi praefixa, liquido adparet. Meliorem obſeruationum partem adtulit *Villoiſon* in notis ad Apollonii Lexicon homericum et in prolegom. pag. LXVII - LXX. de eo agit. Quando autem exiſtimat, ab auctore etymologici M. ſaepe ad verbum fuiſſe deſcriptum Philemonem; ſecus ſentit cl. *Schneider* in biblioth. philol. tom. II. part. VI. Gottingae 1774. pag. 520. ſqq. vbi de Philemone eiusque libro erudite et copioſe diſputat. Primum enim oſtendit ex Philemonis epiſtola, illum vixiſſe poſt tempora imperatoris Marciani, et diuerſum eſſe a *Philemone*, grammatico, ac praeceptore iunioris Maximini apud Capitolin. pag. 148. Tum plura adfert loca Phrynichi, Euſtathii, ſcholiaſtarum Apollonii Rhodii atque Pindari et Etymologici M. quae tota exſcripſit grammaticus ille. Adde eundem cl. *Schneider.* in fragmentis carmin. pindaricorum pag. 101. *Harl.*

magni Etymologici. [v. lib. V. cap. 7. vol. VII. pag. 67. ed. vet.] *Mnaseae* quoque Berytii Ἀττικαὶ λέξεις Suidae laudantur. *Pamphilum*, de cuius Lexico plura dicta sunt capite superiore [l]), etiam de vocibus atticis peculiari [[P]] opere egisse, colligas ex *Athenaei* lib. XI. pag. 494. vbi Pamphilus ἐν Ἀττικαῖς λέξεσιν citatur. Idem libro XV. et Erotianus in vocibus Ἄμβην, Κιγστέρης διοπᾶ, *Aristophanis*, Grammatici Byzantini, Ἀττικὰς λέξεις memorat. *Cratetis*, non philosophi Thebani vel comici, sed quem Criticum et Homericum dictum esse Suidas refert [m]), illius, inquam, Cratetis librum quintum Ἀττικῆς διαλέκτου laudat *Athenaeus* libro XI. pag. 497. *Demetrius* quoque *Ixion* Ἀττικὰς λέξεις collegit, teste scholiaste Aristoph. ad Aues, et de Alexandrina dialecto, libro, quem memorat Athenaeus lib. 9. sed et atticas voces collegere *Pausanias* atque *Irenaeus*, de quibus adhuc pauca subiungam. Nam *Pausaniae* quidem Lexicon pluribus verbis laudat *Photius* cod. CLIII. testatus [n]), plures etiam exhibuisse voces, quam Aelii Dionysii opus, etsi in hoc testimonia scriptorum largius pleniusque adlata fuerint. Quis vero fuerit ille *Pausanias*, Lexici auctor, minus exploratum esse videtur: nam vt verisimiliter id referatur ad Caesareensem grammaticum, Aeliani praeceptorem, cuius doctissimum opus περιήγησις ἑλλάδος, studiosorum manibus teritur, et de quo plura Philostratus secundo de Sophistarum vitis: mirum tamen sit, in Atticis ne semel quidem eius meminisse, et alios praeterea fuisse hoc nomine certum est, ex quibus Pausanias, Spartanus, Suidae celebratur, quem inter alia scripsisse refert de festis Lacedaemoniorum. [et alium Pausaniam, Damascenum, distinguit Holsten. v. supra vol. V. pag. 307. not. *a*. et pag. 309. not. *o*.] Sed cuiuscumque demum Pausaniae Ἀττικὰς λέξεις consultas olim a se testantur Eustathius ad Homerum non vno in loco, et auctor scholiorum ad quartum Apollonii Rhodii, et scholiastes ad Thucydidem lib 6. cap. 27. qui Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγὴν adpellat. Videtur etiam idem opus respicere, Pausaniam laudans, *Eustathius* ad Dionysii, periegetae, v. 525. De *Irenaeo* ita Suidas, in Πάκατος. Πάκατος ὁ Μινούκιος, χρηματίσας καὶ Εἰρηναῖος, Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς, περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου ἢ περὶ ἑλληνισμοῦ, βιβλία ζ. ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον. Περὶ Ἀττικῆς συνηθείας τῆς ἐν λέξει καὶ προσωδίᾳ, βιβλία γ΄. ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον. Περὶ ἰδιωμάτων τῆς Ἀττικῆς καὶ Δωρίδος διαλέκτου καὶ ἄλλα πολλά. Idem alibi: Εἰρηναῖος ὁ καὶ Πάκατος κληθεὶς τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ (idem enim sonant haec duo nomina Graecis *Irenaeus* et Latinis *Pacatus*) μαθητὴς Ἡλιοδώρου τοῦ μετρικοῦ, (cuius meminere Hephaestio, Priscianus, Rufinus et alii,) Γραμματικὸς Ἀλεξανδρεὺς, περὶ τῆς Ἀθηναίων προπομπίας. περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου, ὅτι ἐστὶν ἐκ τῆς Ἀτθίδος. βιβλία ζ. Ἀττικῶν ὀνομάτων βιβλία γ΄. Ἀττικῆς συνηθείας τῆς ἐν λέξει [[P]] καὶ προσωδίᾳ κατὰ στοιχεῖον βιβλία γ΄. Κανόνας ἑλληνισμοῦ βιβλίον α΄. περὶ Ἀττικισμοῦ βιβλίον α΄ καὶ ἄλλα πολλά. Hinc patet, falli virum eruditissimum, siue potius aliud agentem scripsisse, quum in dissertatione de Criticis, Harpocrationi adiecta, tamquam duos distinctos a se scriptores commemorat Pacatum et Irenaeum, aliis quoque, vt fit, hanc eius hallucinationem imitantibus. Frequentius tamen a graecis scriptoribus laudatur sub nomine

l) Add. *Eudoc.* pag. 359. *Harl.*

m) Vide supra, vol I. pag. 509. vbi quoque de *Demetrio Ixione* agitur. infra §. XVII. *Harl.*

n) Vid. infra, vol. IX. pag. 419. *Harl.*

nomine *Irenaei*, quam latino *Minucii Pacati*, vt a *Socrate*, qui ex Irenaei *Atticista* nonnulla profert de voce ὑπόστασις lib. 3. Histor. eccles. cap. 7. Εἰρηναῖος δὲ ὁ Γραμματικὸς ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον Ἀττικιστῇ o) καὶ βάρβαρον ἀποκαλεῖ τὴν λέξιν, μὴ δὲ γὰρ παρὰ τίσι τῶν παλαιῶν εἰρῆσθαι. Εἰ δέ που καὶ εὕρηται μὴ ταῦτα σημαίνειν ἐφ' ὧν νῦν παραλαμβάνεται. Παρὰ μὲν γὰρ Σοφοκλεῖ ἐν Φοίνικι ἐνέδραν σημαίνειν, (conf. Ier. XXIII. 18. 22. vbi LXX. interpretes vocem בסוד, quae *consilium* sonat, vertunt ὑπόστημα et ὑπόστασιν, quod pridem notatum *Petauio* pag. 320. dogm. Theol. de Trinitate,) παρὰ δὲ Μενάνδρῳ τὰ καρυκεύματα, ὡς εἴ τις λέγει τὴν ἐν τῷ πίθῳ τοῦ οἴνου τρύγα ὑπόστασιν. Etiam ab Etymologici Magni auctore citatur Εἰρηναῖος ὁ Ἀττικιστὴς in voce κομψὸς p) et ὑπηρέσιον. Eiusdem περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου adducit in Πυδαρίζειν. Irenaeum in primo Apollonii, hoc est, in scholiis ad librum primum eius poëtae, laudat vetus ad Apollonii Argonautica scholiastes. *Fabr.* Citatur quoque a scholiaste ad Aristophanis Vespas v. 895. In scholio ad iusiurandum Hippocratis, a Meibomio edito, Ῥίνθος ἐν τῷ περὶ τῆς ἀττικῆς συνηθείας, addito eius fragmento, citatur, vbi vero *Koen.* in praef. ad Gregor. Corinth. de dialectis pag. XVIII. corrigit cum Ruhnkenio Εἰρηναῖος. *Harl.*

V. [*Fabricius* cum in hoc capite, tum inprimis libr. V. c. 38. CLVII. vol. IX. p. 420. sq. et priore quidem loco, *Moeridis* libro nondum edito, pauca eaque haud satis adcurate explicita, posteriore autem loco, Hudsoni editione vsus, quaedam paullo certiora de MOERIDE prodiderat. Enimuero quum maxime nouissimus editor, *Piersonius*, in praefatione multo vberius doctiusque de *Moeride* eiusque libello disputasset: satius esse duxi, vt ea, quae Fabricius vtroque loco posuerat, hic coniuncta aliisque obseruationibus, praecipue ex Piersonii praefatione petitis, aliquantum auctiora exhiberem. De nomine et vero de aetate Moeridis atque de inscriptione libelli, quem is reliquit, s. *Lexici attici*, diuerso modo disputatum est a viris doctis. Quae igitur hic dicenda videantur, paucis comprehendam. A *Saxio* in Onom. I. pag. 335. vocatur *Aelius Moeris Atticista* et aetas illius, duce quodammodo Henr. Cannegietero in epist. ad Pierson. huius editioni pag. XLVI. inserta, (in qua tamen nomen *Aelii Moeridos* non inueni,) per coniecturam refertur ad exitum saeculi secundi post Chr. nat. *Hudson* quidem post Phrynichi tempora eum floruisse autumauit, quod is a Moeride citaretur in Ἰσοτελής. Enimuero is locus, qui etiam exsulauit ab optimis membranis Coislinianis, Moeridi inuito a librariis est intrusus, ipseque Moeris, si non antiquior, certe non multo posterior Phrynicho, et Aelii Dionysii, qui sub Hadriano floruisse dicitur, aequalis, haud vanis rationibus adductis, esse videtur *Piersonio* pag. XV. *Moeris* autem recte adpellatur in codd. Coislin. et Paris. quondam regio. Eandem scripturam *Photius* in bibl. et codd. exhibent, quos euoluerunt atque citarunt Stephanus le Moyne notis ad varia sacra pag. 479. tom. II. (vbi tamen operarum tarditate editum est *Maeris*,) Salmasius de hellenistica pag. 46. sq. Vsserius, Valesius, Cangius, et Labbeus bibl. nov. MSSt. pag. 105. (vbi tamen operarum errore vitiose scriptum est *Moenis*.) Contra in

Y 2 codd.

o) *Küster* ad Suid. tom. II. pag. 29. coniicit, lexicon Irenaei, ab Socrate Ἀττικιστὴς inscriptum, haud diuersum esse ab opere, quod a Suida dicitur Ἀττικῆς συνηθείας τῆς ἐν λέξει κ. προσῳδ. etc. *Harl.*

p) In hoc loco Iren. non solum vocatur *Atticista*; sed citatur quoque ἐν τῷ κ' στοιχείῳ. Ergo opus illud pluribus constitit libris, quam, vt Suidas scripsit, tribus. *Harl.*

codd. Veneto et Vindobon. vnde defluxere Vossianus et Pricaeanus, nominatur *Eumoerides*, atque sic aut *Eumoeris* adpellatur a *Colomesio* Obss. sacr. pag. 186. et *Ez. Spanhemio* ad Aristoph. Plut. v. 12. 546. 581. et de V. ac PR. numismatum. Atque, si coniecturae locum dare licet, forsan in codice, vnde memorati codd. manarunt, initio glossarum aliquis minus distincte minus scite adscripserat εὖ Μοῖρις, *bene Moeris:* Quod librarius male intellectum mutauit in nomen proprium Εὔμοιρις. In codice Antonii Eparchi apud *Steph. le Moyne* tom. I. varr. sacr. pag 529. et *Anselmum Bandurium* pag. 886. ad antiquitates CPol. dicitur *Moeris Atticista*, Μοίριδος Ἀττικιστοῦ Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων κατὰ στοιχεῖον. in cod. Coisl. est simpliciter Μοίριδος Ἀττικιστοῦ. etiam in cod. Veneto CCCCLXXXVI. recentissimo Εὐμοίριδος Ἀττικιστοῦ [q]. Sed apud Photium cod. CLV. pag. 171. titulus libri est, non cognomen scriptoris, Μοίριδος Ἀττικιστής. Similiter Moeridis *Atticistam* vocat *Mauss ac.* diss. crit. in Harpocrat. Qui titulus, si MSSti addicerent, non displicuit Pierson. praef. p. XVI. Atque *Salmasius* ad Tertulliani pallium pag 411. Moerin *Atticistam* citat περὶ Ἑλληνικῶν καὶ Ἀττικῶν λέξεων. Sic et Plin. exercitt. pag 925. A. de discrimine et communium dictionum, ib. pag. 922. A. Lexicon pag. 1211. *Hudson*, Antonii Eparchi librum sequutus, titulum fecit: Μοίριδος Ἀττικιστοῦ λέξεις Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων, (l eid. Ἑλληνικῶν,) κατὰ στοιχεῖον· a quo, sine codicum auctoritate, discedere noluit Pierson; attamen suspicatur, libelli inscriptionem olim fuisse: Μοίριδος, siue Μοίριδος Ἀττικιστοῦ, λέξεις Ἀττικαί. Atticae enim, ait Pierson, dictiones hic explicantur per communes et vulgo Graecorum receptas. Similia opuscula, eodem fere titulo, fuerunt Philemonis, Aristophanis Grammatici, Luperci Berytii, Aelii Dionysii, Pollionis Alexandrini, Mnaseae Berytii aliorumque, quorum fragmenta apud Hesychium, Suidam, Erotianum, Eustathium conseruata sunt. conf. *Maussac.* diss. crit. pag. 363 sqq. Moeridos autem, vt Fabricius scripsit, institutum est, adnotare et inter se conferre vocc. quibus Attici et quibus Graeci in aliis dialectis, maxime illa κοινῇ, vtebantur: interdum notat et κοινὸν vulgi, illudque diuersum facit non modo ab attico, sed etiam ἑλληνικῷ, vt in Ἐξίλλειν. Εὐφήμει. Κάθησο, Λῆμμα, Οἶσθα, Οἶσε, Σχέατον. Interdum, quod commune est pluribus dialectis vt vocem Διακάθειν communem esse Doribus et Ionibus. Est etiam, vbi ἀτθίδα πρώτην καὶ δευτέραν distinguit, vt in Πλυνεῖς, κατὰ τὴν πρώτην Ἀτθίδα· Κναφεῖς κατὰ τὴν δευτέραν Ἀτθίδα. Enim vero de hisce rebus et dialectorum discrimine ac diuersitate multo accuratius et diligentius disseruit, et omnem quaestionem, quae κοινὰ siue ἑλληνικὰ vocc. a grammaticis adpellata sint, intelligenter exposuit *Pierson.* in praefat. pag. XXVI. sqq. atque supra iam adtigimus. Moeridis autem libellus, quamquam plures illius exstant codd. in bibliothecis, et plures viri docti eos aut euoluerant et laudarant loca ex illis, aut eorum apographa compararant sibi, vt Salmasius, Pricaeus, Bullialdus, Maussacus, Valesius, Vilsetius, Vossii, Spanhemius, Menagius, Du Cange, Colomesius, Le Moyne, Küsterus, alii: hoc tamen saeculo post multorum conamina demum integer lucem adspexit. Quos *codices* MSStos Piersonius in praef. aut copiosius descripsit, hi sunt: quorum pleniorem notitiam si quis cupit, illam is consulat quaeso praef. *Venetum* cod. in bibl. D. Marci iam supra laudauimus. *Vaticanus* cod. memoratur a *Ph. Iac. Maussaco* diss. crit. ad Harpocrat. pag. 364. (393.

q) Sic citatur a *Villoison.* in anecd. gr. tom II. pag. 79. in catalogo autem codd. gr. bibl. D. Marci pag. 255. tantum *Eumoeridis libellus de vocibus atticis.*

(393. nou. ed.) Ex cod. *Vindobonensi* Moerin manu sua descripserat Pricaeus, ex cuius schedis sumserat sibi Harbinus apographum, atque hoc vsus est Hudsonus. Ex eodem Pricaei codice If. Vossii liber, qui nunc in bibliotheca *Leidensi* adseruatur, descriptus esse videtur. Ad fidem cod. Vindobonensis expressum Ez. Spanhemius habuit exemplum. Melior illis est codex, recens quidem, at e bono cod. deriuatus, bibl. publ. *Parisinae*, quo vtebantur Salmasius, Menagius, Du Cange aliique, et quem denuo contulit Stoeber. Parisini cod. apographum fuisse videtur codex, quem suum laudat *Steph. le Moyne* varr. sacr. p. 479. sed integritate et bonitate omnes superat cod. *Coislinianus*, saec. X. scriptus r). Ex hoc cod. quem Sallierius saepius inspexit, et Stoeberus denuo excussit, *Montfaucon* in bibl. Coisl. pag. 485. sqq. specimen dedit, at multa vitiosissime expressisse dicitur. Is codex, qui vbique fere ipsam Moeridis manum exhibet, non modo multa vocc. rariora et plane glossematica conseruauit, in aliis neglecta; sed etiam solus non sensit manum interpolatricem. Namque in illum codicem, vnde Parisinus, Vindobonensis praecipue aliique fluxere, homo stulte sedulus multa intulit ex Phrynichi adparatu sophistico, ex Timaei lexico platonico, ex *lexico* quodam *rhetorico*, (quod in eodem codice Sangermanensi, quo Moeris continetur, et quod edidit *Montfaucon* in bibl. Coislin. p. 491. sqq. ex Suida, Hesychio aliisque lexicographis et grammaticis. Vid. *Pierson.* praef. pag. X et XVII. sq. qui illa omnia, pro spuriis habenda, asterisco, νοθείας signo, in sua editione distinxit. Plures autem viri docti olim vel consilium Moeridis publicandi ceperant, vt, Martinus Brunnerus, Io. Columbus, Kusterus, Duckerus, Claud. Sallierius, Higtius, vel nouam editionem promiserant et ipsi parare inceperant, vt *Elias Stoeberus*, Argentoratensis, qui specimen nouae Moeridis, Thomae Magistri aliorumque editionis specimen a. 1751. emisit, et antea *Iul. Carolus Schlaegerus*, qui conspectum editionis Moeridis Atticistae Hamburgi 1734. praelo exire iussit. Sed nullus eorum rem ad exitum perduxit; Schlägeri autem conspectum Pierson subiunxit praefationi suae editionis et de eorum consilio studioque copiose disseruit. Primus vero qui reuera Moeridis libellum formulis typographicis ex apographo Pricaeano describendum curaret et illustraret, fuit *Io. Hudson.*

Moeris Atticista de vocibus atticis et Hellenicis. Gregor. Martinus de graecarum litterarum pronuntiatione. Oxon. e theatro Sheldon. 1712. 8. s). Conf. Acta erud. Lips. supplem. tom. VI. sect. II. a. 1717. pag. 49. sq. Malo tamen consilio, vt lectores quaerendi labore scilicet leuaret, sedem vocum mutauit, et has secundum litterarum ordinem disposuit aliaque, partim deprauatis schedis vsus, partim mutationibus temere factis, commisit, quae Piersonio (praef. pag. XIX. sq.) minus probarentur.

Hudsoni exemplum recudi fecit, iuncto *Timaei* Lexico platonico ex recensione Ruhnkenii, suisque additis obseruatt. *Io. Frid. Fischer*, Lipsiae 1756. 8. conf. noua acta erud. Lips.

r) Hinc, quum ille cod. saec. X. esset exaratus, Thomas autem Magister saeculo XIV. probabiliter vixisset, *Pierson* pag. 20. praef. reiicit Io. Fr Fischeri suspicionem, Moerin e Thoma Magistro a recentioribus grammaticis quibusdam in locis locupletatum esse. Enimuero post Thomae Magistri aetatem id in recentioribus codd. a grammaticis forsan fieri potuit.

s) In catal. bibl. *Burmanni* II. in catal. codd. etc. pag. 44. nr. 3781. occurrit *Moeris Atticista* graece, sine anno et loco edit. cum MSS. collatus.

Lipſ. 1758. M. Maio. pag. 255. ſqq. — Fauſtis auibus ſucceſſit *Pierſon*, qui non ſolum de Moeride, ſed etiam in notis eruditis de ipſis litteris multisque, quorum loca corrupta feliciter ſanauit, auctoribus gr. optime meruit. Inſcriptio autem libri haec eſt:

Μοίριδος Ἀττικιστοῦ λέξεις Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων κατὰ στοιχεῖον. *Moeridis Atticiſtae Lexicon atticum, cum Io. Hudſoni, Steph. Bergleri, Claud. Sallierii aliorumque notis. Secundum ordinem MSStorum reſtituit, emendauit, animaduerſſ. illuſtrauit Io. Pierſonus. Acc.* Αἰλίου Ἡρωδιανοῦ Φιλέταιρος, *Aelii Herodiani Philaeterus e MSS. nunc primum editus: item eiusdem fragmentum e MSS. emendatius atque auctius.* Lugd. Bat. 1759. m. 8. Primum verborum ordinem ex cod. Coislin. praeſtantiſſimo et Voſſiano reſtituit. Tum opibus, a Sallierio, Schlaegero, Stoebero, Bernardo, Berglero, Iac. Gronouio, aliisque, quos in praef. laudauit, collectis, bene vſus, Moeridis textum verbaque a multis vitiis gloſſisque, a mala manu inſertis, purgauit eruditeque explicuit atque illuſtrauit.

Nomen vero Moeridis non inauditum fuit in antiquitate. Non obſcurum, ait Fabricius, *Moeridis*, antiquiſſimi Aegypti regis, nomen vel ex Herodoti Euterpe, et *Moeridis*, quem procuratorem Virgilii fuiſſe narrat Seruius ad Eclogam IX. *Pierſon* autem in praef. pag. XIII. ſq. duo alios *Moerides* obſeruauit; alterum apud ſcholiaſtam Apollonii Rhodii ad lib. II. v. 789. qui, Mygdonas ab Hercule debellatos fuiſſe tradidit, alterum in Stratonis epigr. A Moeride autem terminatione tantum differunt, (vt idem animaduertit.) Moereas, Moerichus et Moerus apud Heſychium fab. CCLVII.

Subiungam indicem auctorum, a Moeride citatorum, ex editione Pierſonii.

Antiphon	pag. 254.
Ariſtoteles ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ	398.
Ariſtophanes	155. 201. 252. 346. 385. 419.
ἐν Βαβυλωνίοις	190.
Βατράχοις	165.
Θεσμοφοριαζούσαις	301.
Λυσιστράτῃ	29.
Νεφέλαις	363.
Ὄρνισιν	55. 109. 241. 242.
Πελαργοῖς	92.
Πολυείδῳ	286.
Comicus	418.
Demoſthenes	95. 256.
ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος	185.
τῷ κατὰ Μειδίου	203.
Φιλιππικοῖς	10. 144.
Eubulus	188.
Eupolis ἐν Αἰξὶν	70.
ἐν Πόλεσιν	250.
Hermippus	348.
Herodotus	186. 249.
Homerus	33. 136. 176. 285.
Hyperides	131.
Iſaeus	125.
Phrynichus	199.
Plato	92. 95. 224. 321. 417.
ἐν Θεαιτήτῳ	128.
Ἱππίᾳ	129.
Ἱππίᾳ ἐλάττονι	425.
Νόμοις	137. 149. 351.
Νόμων α΄.	167. 406.
Νόμων β΄.	171.
Νόμων θ΄.	126.
Πολιτείᾳ ſ. Πολιτικοῖς	191.
Πολιτικῶν γ΄.	120. 206.
Πρωταγόρᾳ	417.
Συμποσίῳ	422.
Φαίδρῳ	125.
Φαίδωνι	164.

Plato,

Plato, comicus	43.	Xenophon	116. 132. 149. 264.
ἐν Σκευαῖς	21.	ἐν τῇ Ἀναβάσει	79.
Theopompus	224.	Ἀπομνημονεύμασιν	151.
Thucydides 20. 26. 86. 114. 130. 132. 143. 144. 162. 254. 256. 266. 299. 319. 332.		Παιδείας β'.	376.
ἐν α'.	48.	Ὑπομνήμασι.	164.
		Harl.	

VI. Inter eos, qui iam publice editi exſtant, antiquiſſimus eſt PHRYNICHVS Arabius, Sophiſta Bithynus, M. Antonino et Commodo, eius filio, imperante clarus, cuius ἐκλογὴν Ἀττικῶν ῥημάτων καὶ ὀνομάτων *Corneliano* inſcriptam habemus [t]). In Catalogo MStorum Bibl. Baroccianae fol. 9. male excuſum eſt *Phrynichus ad Cornelianum de vocalibus ab vſu remotis:* legendum *de vocibus.* Hunc porro *Cornelianum*, rhetorem, et imperatorum, Antonini et Veri vel Commodi, ab epiſtolis [u]) fuiſſe, docet Phrynichus in βασίλισσα [v]), et in τὰ πρόσωπα, vbi laudat eum tamquam καθαρὸν καὶ ἀρχαῖον Ῥήτορα, καὶ μόνον μετά γ' ἐκείνους, τοὺς ἀμφὶ Δημοσθένην λέγω, ἐπανάγοντα εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα καὶ δόκιμον τὴν ῥητορικήν. Nunneſio minus verſimiliter idem fuiſſe videtur cum *Attidio* ſiue *Attiliano Corneliano*, Syriae praefecto, quem a Vologeſo fugatum refert Iulius Capitolinus in Marci Antonini vita cap. 8.

[Codd. notitiam praemittam. In bibl. publ. *Pariſ.* ſecundum catal. codd. Phrynichi ecloge eſt in codd. MXLV. MMDCL. cum *Herodiani* fragm. de eodem argumento, et eclogarum compendium in cod. MMDCCCCLXXXVI. nr. 14. *Venetiis* in bibl. D. Marci in cod. CCCCLXXXVI. Phryn. liber de vocibus atticis, teſte cat. pag. 255. adde *Villoiſon* in anecd. gr. II. pag. 79. — In *Arſenii*, archiepiſcopi Monembaſiae, violar. compoſitione (in cod. XXVI. plut. 4. bibl. Mediceae Flor.) ſunt ex *Phrynicho* quodam, (plures enim tulit aetas Phrynichos, v. ſupra, vol. II. pag. 316. ſq.) περὶ ἡσυχίας excerpta, teſte *Bandin.* cat. tom. I. pag. 549. Cod. *Barocc.* (nr. 76. pag. 9 catal. codd. gr. Angliae etc.) iam Fabric. memorauit. In bibl. *Heidelbergenſi*, (teſte Sylburgio, cat. nr. 132. et 243.) fuerunt quondam codices Phryn. nominum atticorum. Calliergus vſus eſt codice non malo; ſed minus locupleti; locupletiore autem, at minus diligenter ſcripto, Nunneſius. v. *de Paw.* praef. qui ſuſpicatur, et ea, quae Calliergus, et ea, quae Nunneſius dedit, eſſe ex integro opere excerpta, quae vel parcius fuiſſent deſcripta, vel copioſius. *Harl.*]

Primus illam Phrynichi συλλογὴν publici iuris fecit *Zacharias Calliergus*, Cretenſis, Romae A. 1517. [w]) quem ſequutus *Franciſcus Aſulanus* Lexico ſuo illam ſubiecit vna cum Thoma

t) Conf. de Phrynicho *Photii* bibl. cod. CLVIII. *Suidae* Lex. h. v. tom. III. pag. 657. ibique Küſter, *Eudociam* (quae repetiit Suidae verba,) pag. 424. *P. I. Nunneſium* praef. ad ſuam edit. recuſam in ed. Corn. de Paw, *Tillemont* hiſt. des Emper. tom. II. pag. 450. *Harl.*

u) Ita reddo vocem ἐπιστολία cum Nunneſio, ſi Agathiae et aliis tabellarium notat, ſiue γραμματοφόρον, vt veteres grammatici interpretantur.

v) Pag. 112. ed. Corn. de Paw. cuius not. confer. *Harl.*

w) In 8. Calliergi edit. cum Thoma Magiſtro, huius anni memorant quoque Maittaire A. T. II. p. 308. aliique. At *Hamberger* in Zuverl. Nachricht. II. pag. 416. ex catal. bibl. Pariſ. bell. lettr. tom. I. pag. 20. citat editionem ſine anni nota. *Harl.*

Thoma Magiſtro, Moſchopulo, Ammonio aliisque, ap. Aldum Venetiis, 1524. in folio. Hinc *Michael Vaſcoſanus* excudit Pariſiis Ao. 1532. in octauo cum eodem Thoma Magiſtro et Moſchopulo, Aelianique et Orbicii de vocabulis militaribus ſiue tacticis. In his editionibus litterarum ordine procedit Phrynichi collectio, in nullos libros diſtinguitur, neque verſionem latinam adiunctam habet, minusque plena eſt et perfecta; neque in ea occurrunt, quae ex Phrynicho producit Stephanus ἐθνικογράφος in voce Ἀθῆναι, ſiue ex Phrynicho ipſo adhuc integro ſiue ex Stephano [?] repetit Moſchopulus: ὁ δὲ Φρύνιχος ἀναττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνὴν καὶ θαυμάζει πῶς ὁ Φερεκράτης Ἀττικώτατος ὢν, χρῆται. Longe pleniorem deinde editionem ex MSto codice dedit *Petrus Iohannes Nunneſius*, quamuis nec in illa loci, a Stephano memorati, veſtigium adpareat. Suidas autem, opus Phrynichi memorans, ait, eum Ἀττικιστὴν ſiue περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων libros duos conſcripſiſſe; certe in editis Suidae codicibus [et Eudocia] binarius tantum librorum Phrynichi numerus exſtat, quum in MSto Phrynichi, quod Nunneſius ſequutus eſt, diſtinctum fuerit in libros tres; tertio tamen libro non integro, ſed exigua tantum illius parte ſuperſtite. Neque vero in Nunneſii exemplari verba, vt in prioribus diſpoſita ſunt κατὰ στοιχεῖον, ſed promiſcue, nullo litterarum ordine ſeruato. Addidit porro non latinam modo verſionem Nunneſius; ſed notas quoque eruditas, Phrynichumque, ita a ſe ornatum, ſtrenae loco obtulit Andreae Schotto Ao. 1586. Inde peruenit in manus viri optimi *Dauidis Hoeſchelii*, qui notis ſuis doctiſſimis adiunctis cum locuplete verborum auctorumque, quos laudat Phrynichus vel carpit, indice in lucem emiſit Auguſtae Vindelicorum Ao. 1601. 4. HERODIANI quoque, de quo infra in Grammaticis dicturus ſum, fragmentum de atticis vocibus graece et latine ſubiectum legere eſt pag. 84. ad 93. *Fabr.* Conf. *Zapfii* Augsburgs Buchdrucker-Geſchichte, tom. I. pag. 194 et 197. Nouiſſima eſt editio: *Phrynichi eclogae nominum et verborum atticorum*, cum verſione latina *Petri Ioan. Nunneſii* et eiusdem ac *Dav. Hoeſchelii* notis: vt et notis *Ioſephi Scaligeri* in Phrynichum et Nunneſii notas, curante *Io. Corn. de Paw*, qui notas quoque ſuas addidit. Traiecti ad Rhen. 1739. 4. acc. quoque *Herodiani* fragmentum. Paw edit. Calliergi cum ed. Nunneſii contulit, et omnem, vti ait, diuerſitatem exacte notauit. In longa praefatione *Doruillii vannum criticam* in inanes Corn. Pauonis paleas, (Amſtel. 1737. 8.) pari inſectandi ſtudio et more ſuo petulanti excuſſit et iactitauit in aduerſarium: doctas tamen obſſ. adſperſas eſſe ſcurrilibus dictis, haud erit inficiandum. *Harl.*

VII. Ceterum paullo audacius ſubinde nec ſine aculeo οἱ νόθως Ἀττικίζοντες a Phrynicho perſtringuntur, et, quandocunque vel poëtae comicique noui vel philoſophi vel alii recentiores inſolenti aliquo verbo vſi ſunt, eos ſpernere ac relinquere, e contrario cum antiquis potius et πολιτικοῖς loqui iubet. Ita enim vocare genuinos Atticos Phrynicho in vſu poſitum eſt. Oratores praecipue illos, ciuilem et robuſtam eloquentiam florentium Athenarum temporibus ſectatos, quales fuere Demoſthenes et Aeſchines, qui, πολιτικὸν x) ἀσκοῦντες λόγον, rempublicam ſua dicendi facultate perculerunt. Galeno quidem lib. 3. in Epidem. Hippocratis πολιτικὰ ὀνόματα ſunt voces συνηθέστατα et vulgaris vſus, quo ſenſu

x) Vide *Valeſ.* ad Harpocrationem, et quae viri docti notant ad Longinum, pag. 4. edit. Iacobi Tollii. Ariſtidem lib. I. τεχνῶν ῥητορικῶν, qui eſt περὶ λόγου πολιτικοῦ.

ſenſu ipſe ſcripſit libros tres *τῶν παρ' Εὐπόλιδι*, libros quinque *τῶν παρ' Ἀριστοφάνῃ* et libros duos *τῶν παρὰ Κρατίνῳ πολιτικῶν ὀνομάτων*, vt refert in libro de ſcriptis propriis, quod [*] alii, minus recte, ni fallor, acceperunt de verbis forenſibus. Sed Phrynichus *πολιτικοὺς* opponit *ἰδιώταις* et *ψευδαττικοῖς* et quibuscumque non pure attice loquentibus. Hinc, tametſi alia Graecorum dialectus vocem aliquam admittat, ſi tamen ab *τῶν δοκίμων*, claſſicorum et genuinorum Atticorum vſu remota ſit, continuo occinit illud ſuum *οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ*. Neque maximis viris parcit, vt, ſi quis Phrynichum legat, iam facile credat Sextum Empiricum non ab re ſuccenſere Grammaticis, ridereque, *μηδὲ δύο σχεδὸν ῥήματα δεξιῶς εἴρειν δυναμένους, θέλοντας ἕκαστον τῶν μέγα δυνηθέντων ἐν εὐφραδείᾳ καὶ ἑλληνισμῷ παλαιῶν, καθάπερ Θουκυδίδην, Πλάτωνα, Δημοσθένην, ὡς βάρβαρα ἐλέγχειν*. Sed viciſſim Phrynichus reprehenſus eſt a Thoma Magiſtro in collectione vocum Atticarum, de qua mox dicemus: Nunneſius praeterea et Hoeſchelius praecipue in notis ad Phrynichum hoc negotii ſibi dederunt, vt voces ab illo reiectas bonorum ſcriptorum auctoritate tuerentur. Id quod iam pridem ſingulari opere feciſſe videtur *Orus*, Grammaticus Alexandrinus, inter cuius ſcripta Suidas refert librum aduerſus Phrynichum *κατὰ στοιχεῖον*. Ab Thomae quidem cenſuris Nunneſius interdum Phrynichum defendit, Hoeſchelius contra Phrynicho ſaepe etiam Noui Teſt. et LXX. interpretum ſcriptorumque eccleſiaſticorum vſum obiicit, recte arbitratus, horum dictiones non ita protritas eſſe, vt quidam opinantur, etſi Salmaſius, Phrynicho ſuccinens, non minus in ſacris ſcriptoribus, quam in nouis Comicis graecis multas voces idioticas et e triuio petitas agnoſcit lib. de Helleniſtica. E contrario *Franciſcus Vauaſſor* in libro elegantiſſimo de ludicra dictione pag. 101. *Phrynichus*, inquit, *a Thoma Magiſtro, critico et collectore atticarum vocum, deprehenſus in multis ac magnis erroribus, et a Ioſepho Scaligero ob illam ipſam Menandri reprehenſionem et cenſuram improbatus.* Phrynichus, *inquit*, Menandrum malum auctorem Atticismi eſſe dicit, cui nos non credimus, et Menandrum plus in atticismo vidiſſe, quam Phrynichum, certo ſcimus. *Animaduerti ego certe, ab eo male negari, σύγκρισιν eſſe probam vocem, quam Dionyſius quidem Halicarnaſſeus, haud ignarus, opinor, bonitatis verborum, in illa ſua comparatione Platonis et Demoſthenis ſaepius eademque ſententia vſurpet.* Menandrum tamen non optimis ſemper vocibus vſum, ſed interdum de induſtria vulgares et idioticas aut *σφόδρα κωμικάς*, vt Pollux vocat, in dramata ſua recepiſſe, colligas quoque ex eo, quod idem Pollux negat, ſe [*] vſurum verbis Menandri, niſi quum nullum apud alios probatos ſcriptores vocabulum commodum occurrit. Aliae quaedam Phrynichi acriores cenſurae, quibus non Menandrum modo, ſed multos etiam alios auctores audatiſſimos perſtringere veritus haud eſt, reprobantur a *Menagio* notis ad Laërtium p. 18. 108. 215. et aliis in locis. Naſutus cenſor dicitur Barthio ad Claudianum notis. Praeter vero Nunneſii et Hoeſchelii adnotata exſtant etiam ad Phrynichum et eius interpretem viri illuſtris notae, ſine auctoris nomine ab eodem *Hoeſchelio* editae, Auguſtae Vindel. A. 1603. 4. quibus loca Phrynichi complura emendantur et illuſtrantur, tum Nunneſii verſio pariter et notae frequenter caſtigantur. Paucis foliis hae notae conſtant, ſed doctiſſimum produnt auctorem, etſi nomen nullum praefixum ſit. Caſauboni quidem eſſe putabat *Mantelius* apud Menagium tom. I. Antibailleti pag. 173. et ſane in calce harum adnotationum, Iſaaci Caſauboni ad Hoeſchelium epiſtola occurrit; ſed notas ipſas non Caſaubonum, ſed *Ioſephum Scaligerum* auctorem agnoſcere, diſces ex Hoe-

 ſchelii

ſchelii litteris ad Kirchmannum, quae leguntur poſt epiſtolas Marquardi Gudii pag. 188. [y]). Citatur Phrynichus noſter a Stephano Byz. in Ἀθῆναι, Etymologico Magno, et Thoma Magiſtro, etc.

VIII. Iam non opus eſt, pluribus notare eorum [z]) errorem, a Boeclero, Menagio aliisque pridem caſtigatum, qui librum de vocibus atticis, quem hodie habemus, epitomen eſſe contendunt σοφιστικῆς παρασκευῆς ſiue *adparatus ſophiſtici* Phrynichi, de quibus *Photius* cod. CLVIII. vbi refert, opus illud Commodo, Caeſari, dicatum, (non Marco Aurelio Antonino, vt perperam adfirmat Menagius l. c. pag. 172.) multis conſtitiſſe libris, quorum ſinguli aliis viris doctis et amicis ab auctore inſcripti fuerint, vti primores tres et decimus, et poſt vndecimum aliquot *Ariſtocli* cuidam, quartus et octauus *Iuliano*, ſenatori romano, Phrynichi populari, quintus et vndecimus *Menodoro*, cui etiam librum περὶ κλήσεως ὀνομάτων, *de nominum inflexione* miſſurum ſe pollicetur; ſextus *Tiberino*, ſeptimus et plures e poſterioribus *Menophilo*, ceteri *Rhegino*, (Grammatico fortaſſis illi, cuius πολυμνήμονος *Socrates* III. 23. et Suidas Eudociaque pag. 371. commemorant,) et *Baſilidi*, Mileſio, Sophiſtae. In vndecimo libro, [vt ea, quae Fabricius in lib. V. cap. 38. de Photio pag. 421. ſq. vol. IX. ſcripſerat, huc reuocem,] magnis extulit laudibus aequalem ſuum, *Ariſtidem*, rhetorem, in cuius orationes tunc incidit, et quem eloquentiſſimis praeferri ab aliquibus non miratur, quum *Marcianus* τῶν κρητικῶν, (Schottus κριτικῶν.) συγγραφεὺς, etiam prae Platone ac Demoſthene genuinae eloquentiae normam, (κανόνα τῆς ἐν λόγῳ ἀρετῆς,) voluerit *Bruti* epiſtolas. Ipſe autem εἰλικρινοῦς καὶ καθαροῦ καὶ ἀττικοῦ λόγου κανόνας καὶ σταθμας

y) *Pierſon.* in praef. ad Moeridis lexicon p. 39. Phrynichum non ab omni quidem in veteribus reprehendendis petulantia; a multis tamen criminibus et ab inuidia, qua immerito premitur, ſcite liberaſſe mihi videtur. Nam, diuerſam, ait, Phrynichus a Moeride aliisque tenuit rationem: non enim voces atticas explicuit; ſed in Corneliani, atticae puritatis ſtudioſiſſimi, gratiam voces, minus probatas, ſua aetate increbeſcentes, ἐπιπολαζούσας, praeter antiquorum morem, aut contra illum vſurpatas, collegit. — — Verum non tam quosuis ſcriptores graecos reprehendiſſe cenſendus eſt, quam ſophiſtas quosdam, Lollianum, Alexandrum, Antiochum, Phauorinum, Polemonem, alios, qui, quum veterum Atticorum elegantias et veneres exprimere ſe putarent, multa noua, ſordida, et ab vſu veterum remota orationi ſuae admiſcebant. — Nonnullas quidem voces, a nouae comoediae poetis vſurpatas, improbat Phrynichus, in vnum *Menandrum* paullo iniquior. Sed hic a peregrinis et macedonicis non abſtinuit, et multa praeter veterum Atticorum, Platonis, Thucydidis, Ariſtophanis, Demoſthenis etc. quos vnicam Atticismi regulam cenſebat Phrynichus, morem frequentauit. Pleraſque Phrynichi obſeruatt. veriſſimas, cenſuras iuſtiſſimas eſſe, demonſtrari facile poſſit. Hactenus Pierſon, qui tamen negat nullus, quaedam verba elegantiſſima et quae veterum auctoritate ſe facile tueantur, temere ab ipſo Phrynicho aeque ac ab aliis Grammaticis eſſe finibus Atticae proſcripta. Idem iam adnuntiauit, nouam parari a Ruhkenio editionem Phrynichi aliorumque Grammaticorum, et libelli grammatici cuiusdam eruditi, et in Phrynicho ceterisque nimis anxiis Atticismi cultoribus confutandis verſati; e quo libello graeco ſpecimina protulit *Montfaucon* bibl. Coisl. p. 481. *Ruhnken.* indice ad Timaei lexic. pag 41. edit. II. Phrynichus prope ſolus veterum grammaticorum, quam ſermonis elegantiam praecipit aliis, ipſe praeſtat ſcribendo. *Herodianus* in opuſculis, a Corn. de Paw Phrynicho, et a Pierſon Moeridi adiectis, eamdem fere cum Phrynicho tenet rationem. *Harl.*

z) Ioh. Scheferi pag. 155. libri de ſtylo, Bailleti jugem. des Scav. ſur les Grammairiens Grecs pag. 116. Morhofii Lib. 2. Polyhiſt. pag. 17. vbi pro Phrynichii Strabii lege Phrynichi Arabii.

ςάθμας καὶ παράδειγμα fermonis terfi et puri atque attici regulam, amuffim et exemplum non dubitat effe praeferendos omnibus, in quibus nec ipfe Momus, nec corycaeus aliquis daemon habeat, quod poffit reprehendere, *Platonem* et *Demofthenem Aefchinemque* Lyfaniae F. Socraticum, dialogorum feptem fcriptorem, quos *Socrati* aliqui, velut auctori, tribuerunt. His praeter ea fubiungit cum ceterorum *nouem rhetorum* choro *Thucydidem, Xenophontem, Critiam*, Calaefchri F. et *Antifthenis* duas orationes genuinas de Cyro et Vlyffe, Ἀντισθένην μετὰ τῶν γνησίων αὐτȣ δύο λόγων, τȣ περὶ Κύρȣ καὶ τȣ περὶ Ὀδυσσέως, *Ariftophanem* cum reliquo Comicorum, quatenus Attici funt, choro, et Tragicos Αἰσχύλον τὸν μεγαλοφωνότατον, καὶ Σοφοκλέα τὸν γλυκὺν καὶ τὸν πάνσοφον Εὐριπίδην.

Nec fingulas voces modo, fed et phrafes et formulas, λόγȣς κομματικȣς, nonnullos etiam εἰς κῶλα παρατεινομένȣς χαριέντως τε καὶ καινοπρεπῶς εἰρημένȣς τε καὶ συντεταγμένȣς complexum fuiffe. Eius vero operis, in quo pauca, quae non in Helladii quoque maiore lexico, fed fparfim aliisque permixta legebantur, libros XXXVII. duntaxat vifos fibi teftatur Photius iuxta feriem litterarum vocibus difpofitis, etfi auctor totidem alios libros eiusdem argumenti promiferit, vnde facile conciliatur Suidas, qui praeter ἀττικιςὴν Phrynichi memorat eiusdem καινοπρεπῶς τιθεμένων συναγωγὴν σοφιςικῆς παρασκευῆς βιβλία λζ΄, οἱ δὲ οδ΄. ita enim legendus et fupplendus ille locus, nempe fi XXXVII. libris, Photio vifis, totidem alios, a Phrynicho promiffos, addas, prodeunt οδ΄. fiue LXXIV. Laudat et hoc Phrynichi opus Scholiaftes Comici ad Pacem. Non mediocriter porro hallucinatur auctor Bibliographiae curiofae, Germanopoli, vt infcriptio prae fe fert, in lucem editae, et propter varias interpolationes truncationesque ac mutationes, Boeclero, ad quem auctorem refertur, indignae, dum de Phrynicho agens haec fubiungit: *Nunnefius in codice fuo multa egregia adnotauerat, quae Daniel Heinfius pro fuis poftea edidit, acerrime propterea traductus a Claudio Salmafio in praefatione ad Simplicium.* Sane Heinfius in Phrynichum numquam fcripfit, vti nec Nunnefius in Simplicium; fed Francifci Nanfii emendationes in fuam Simplicii editionem Heinfium transtuliffe et pro fuis venditaffe, Salmafius contendit, quum Nanfiani codicis in praefatione typographi, Heinfianae editioni praemiffa diferta fiat mentio, atque adeo a plagii culpa Heinfius facile abfoluatur, cui, quauis data, vel non data, occafione, nimis inclementer faepe infultat vir maximus Salmafius. Bailletum vero, qui Bibliographiae curiofae errores fine cenfura fuis doctorum iudiciis inferuit, pluribus verbis reprehendit *Menagius* in Anti-Bailleti capite XLVII.

[Phrynichi opus, XXXVII. libris conftans, quod a viris doctis certatim laudatur, et in cod. dicitur προπαρασκευὴ σοφιςική, ab interitu, haud exiguam certe partem, eft feruatum in cod. Coislin. ex quo *Montfaucon* in catal. codd. illius bibliothecae pag. 465. 469. dedit fpecimen. Ex eodem cod. partem, hactenus ineditam, defcripferat notisque inftruxerat *Claudius Sallierius*, qui poftea, ad alia delatus, totum fuum adparatum et prouinciam eius operis euulgandi tradidit Ruhnkenio. Hic vero in praefat. ad Timaei lexic. Platon. et laudauit Sallieri humanitatem et plura loca in notis ad Timaei lex. atque in animadu. ad Xenoph. M. S. aut adtulit ex Phrynichi adparatu, aut emendauit. Idem fecerunt *Valcken.* ad Eurip. Hippolyt. pag. 259. *D. Wyttenbach* ad Plutarch. de S. N. V. pag. 12. frequentius *Pierfon* ad Moerin et interpretes ad Thomam Magiftrum. *Harl.*]

Ceterum fuere et alii *Phrynichi* praeter noſtrum, qui de atticis dictionibus ſcripſit, et ex quo praeter rem duos facit *Johannes Iacobus Hoffmannus* tom. I. Lexici vniuerſalis Part. 2. pag. 163. De illis dixi ſupra Lib. 2. cap. 19. [vol. II. pag. 316. ſq.] Nunc indicem Scriptorum, in Phrynichi libris de dictionibus atticis citatorum, paullo quam eſt in Hoeſcheliana editione vel qualem in diſſertatione de Lexicis graecis §. 14. olim dare me memini, auctiorem ſubiungam.

IX. *Index Auctorum, qui in libello Phrynichi citantur, vel reprehenduntur.*

[*Pauw* ſuae editioni adiecit quoque indicem auctorum, qui in libello Phrynichi et Herodiani fragm. citantur; eumque, parum diuerſum, nec multo auctiorem paginis ſuae editionis, adcommodauit.]

Aegyptii pag. 54. 58.
Aeoles 54. 64.
Alcaeus, comicus 42.
Alexander, Syrus, ſophiſta 62.
Eius epiſtola 44.
Alexandrini 58. 72.
Alexis, comicus. 38 60. 68.
Antiochi, Sophiſtae, βιβλίον, ἀγορὰ ἐπιγραφόμενον 32.
Antiphanes, comicus 58.
Archippus, comicus 88.
Ariſtophanes 16. 24. 26. 32. 44. 56. 58. 60. 66. 72. 80.
ἐν γήρᾳ, 68. Δαιδάλῳ 80.
δαιταλεῦσι 16. ἱππεῦσι 44.
νεφέλαις δευτέραις 72.
Ariſtoteles 56. ἐν τοῖς Ὁμήρου ἀπορήμασιν 42.
Aſiani 46.
Athenienſes 12. 16. 18. 36. 52. 62. 64. 66. 68. 72. 76. et alibi.
Bithyni 46.
Balbus Trallianus, orator 79.
Caius, Arethuſius, grammaticus 80.
Chryſippus 30. 56.
Comoedia 38. noua 25. 27. 62. 64. 70.
vetus 10. 52. 58.
Corinna 56.
Cornelianus 6.
Cratini loc. 18. 22. 24. 42. 66. 80.
Demoſthenes 20. 34. 54. 56. 70. 74.
ἐν τῷ κατὰ Διονυσιοδώρου 40.
Oratio contra Neaeram Demoſtheni ſuppoſita 42.
Dio, philoſophus 10.
Dorienſes 42. 64.
Epicharmus 12. 18.
Eretriaci 18.
Eubuli com. κορυδαλὶς 60.
Eupolis, comic. 24. κόλακες 60.
Eiusdem forte κόλακας reſpicit in παρασίτους 24.
Euripides 60.
Gagianus (Caianus), Smyrnaeus, ῥήτωρ 78.
[Gaius, Arethuſius, grammaticus. p. 188. ed. Corn. de Paw. cuius not. confer.]
Graeci 14.
Gymnaſtici 54.
Hecataeus 36.
Herodotus 22. 36. 44. 80. 84.
Heſiodus 16. bis
Hippias 56.
Homerus 62. 66.
ὁ ποιητὴς 12.
Hyperides 58. 60.
Ionici. Ἴων συγγραφεὺς 56. 64.
Lollianus, Sophiſta 28. 30.
Lyſias 20. 62.
ἐν τῷ κατ' Αὐτοκράτους 64.
(interpres Ἀριστοκράτους.)
Macedones 68 76.
Medici 8. 26.

Menan-

Menander 32. 58. 66. 72. 76. 78. 82. 84.
ἐν τῇ Σαμίᾳ. Pulcherrima Menandri comoedia *μισογύνη*. 76.
Myrtilus 80.
Phauorinus [aa]) 28. 32. 34. 36. 38. 62. 82. 84. *ἀνὴρ λόγυ ἄξιος* 40.
ὁ πρῶτος Ἑλλήνων δόξας εἶναι ἐν συγγράμματι ἐπιγραφομένῳ περὶ τῆς Δημάδυς σωφροσύνης 42.
ἐν τῷ περὶ εὐχῆς 40. *ἐν τῷ περὶ ἰδεῶν λόγῳ* ibid.
Pherecrates 70.
Philemo 64.
Philippides 66.
Philoxenus *ἐν τοῖς περὶ Ἰλιάδος συγγράμμασιν* 44.
Phocylides, Milesius, *παλαιὸς σφόδρα*, Ionicus 64.
Phrynichus, comicus 12. *ἐν σατύροις* 44.
Phylarchus 80.
Plato 10. 16. 44. 56. 58.
Plutarchus *φιλοσοφίας ἐπὶ ἄκρον ἀφιγμένος* 46.
Eius *περὶ δυσωπίας* 30. *σύγκρισις Ἀριςοφάνες καὶ Μενάνδρυ* 46.
Polemo, Ionicus Sophista 28. 44. 78.
Eius Historiae 44. inscriptio in imaginem Demosthenis 78.
Vide et infra, *Secundus*.
Οἱ ἀμφὶ τὰς δίκας ῥήτορες 78.
Sappho 54.
Secundus, grammaticus, Polemonis amicus, eius *συγγράμματα* correxit 44.
Solon *ἐν ποιήμασιν* 74.
Sophocles 30. *ἐν Ἀνδρομέδᾳ* 68.
Stoici 58. 68.
Stratis, comicus 34. 80.
Syllas 28.
Syracusani 64.
Teleclitus (lege Teleclides) 68.
Teleclides, com. 52.
Theo, grammaticus 68.
Theophrastus 60.
Theopompus, comicus 30.
Thucydides 16. 56. 58. 81. *ἐν τῇ ὀγδόῃ* 50.
Tragoedia 38. 68.
Xenophon 14. 20.

[Huc [bb]) pertinent quoque THOMAE, MAGISTRI vulgo dicti, (qui vixit circa a. Chr. 1310.) *Ὀνομάτων ἐκλογαί.* Is autem magistellus recentior veterum Grammaticorum, Phrynichi, Ammonii, Herodiani, et Moeridis scrinia expilauit. Vbi autem veteres illos duces reliquit, viribus suis nixus, haud raro in errores incidit turpissimos [cc]). *Codices* autem MSSti, quorum plurimos iam *Io. Christoph. Wolfius*, qui, nouam, eamque accuratiorem, paraturus editionem, specimen illius dederat, praemissa notitia editionum Eclogarum vocum atticarum [dd]), et *Oudendorp* in praefat. ad recentissimam edit. laudarunt, hi fere in meam venerunt notitiam. Duo biblioth. *Parisinae* codd. memorat Fabricius, atque illorum forsan varias lectiones, a Stoebero excerptas, Oudendorpius adtulit. Sed plures

aa) Phauorinus ille serioris aetatis, cuius Lexicon habemus, multa sumsit ex Phrynicho, ab eo tamen quoque dissentit: v. Hoeschel. et *Corn. de Paw* ad Phrynich. pag. 5 et 14. *Harl.*

bb) Quae Fabricius olim scripserat, quoniam nimis exilia videbantur, ea deleui et recentiorum interpretum curis industriaque partim adiutus, meliora, certe plura memoratu digna ponere adlaboraui.

cc) Vide *Pierson.* praef. ad Moerin p. XLI. sqq. qui, de Thoma haud magnifice sentiens, pluribus exemplis ea omnia probat, idemque Thomam a conuitiis Trilleri, inprimis ab impietatis crimine, (exemplum criminis Trilleriani v. p. 323. ed. Bernardi.) bene defendit.

dd) In miscell. obss. vol. V. t. 3. p. 28. sqq. vbi, vero nomine suppresso, se vocauit *Lexiphilum.*

res codd. exſtant in illa *Pariſ.* bibl. Auctor quidem catalogi codd. MSSt. bibl. reg. in vol. II. *ſex* indicat libros ſcriptos, qui continent dictionum atticarum collectionem, a Thoma factam: nr. MMDVIII. MMDLXII. [ee]) MMDCXXIX. MMDCL. MMDCXCI. MMDCCLXI. Paene omnes hi codd. exarati ſunt saec. XIV. praeter cod. MMDCL. ſcriptum a. 1424. et cod. MMDCXCI. exaratum a. 1512. manu Sebaſtiani Ducii. — In bibl. *Telleriana* fuit cod. nr. XLVI. — *Florentiae* in bibl. Medic. cod. VI. plut. 55. tum cod. XVII. plut. 57. omiſſo tamen *Magiſtri* nomine, cod. XLIX. plut. 57. vbi inſcribitur tamen γραμματικὴ τȣ̃ σοφωτάτȣ — — Θῶμα τȣ̃ Μαγίςρȣ, συνετέθη δὲ κατὰ ςοιχεῖον· et incipit Αἰχμάλωτον ποιῶ etc. (pag. 23. ed. Bernardi) (v. *Bandini* catal. codd. gr. tom. II. col. 304 et 357. atque 430.) mutilus cod. XXIV. plut. 57. (*Band.* ib. col. 371. ſq.) — In cod. VII. plut. 91. nr. 1. (*Band.* III. col. 423.) eſt vita Ariſtophanis, Thomae Mag. tributa. — *Mediolani* in bibl. Ambroſ. cod. ſaec. XIV. *Theoduli* Magiſtri eclogae, teſte *Montfaucon* in diario ital. pag. 16. qui addit, hunc Theodulum in alio codice, (Mediolanenſine, an alio?) *Thomam* Magiſtrum nuncupari. — In bibl. regia *Neapolitana* in cod. XXVII. [ff]) *Theoduli* (Thomae) Magiſtri Ἐκλογὴ etc. — in cod. CVI. *Chriſtoduli* (Thomae) *Magiſtri* collectio vocc. atticarum: *eiusdem* tractatus περὶ συντάξεως. Inc. Ἀγορανόμῳ γενικῇ. ἀγορανόμων δὲ ῥωμαίων ἐτελεύτησε σέλευκος. *Taurini* in bibl. regia, in cod. LIII. τȣ̃ Μαγίςρȣ γραμματικὴ κατὰ ςοιχεῖον, (vti in cod. quodam mediceo,) ἥτις λέγεται καὶ ἀττικισμοί. Adnotat tamen editor catalogi codd. graec. illius bibl. pag. 156. ſe contuliſſe cod. cum edit. rom. a. 1517. ac magnam animaduertiſſe diſcrepantiam multis et in cod. praetermiſſis et in compendium redactis, atque exemplum quoddam adponit. — in cod. CLXIII. *Thomae Magiſtri elementa attici eloquii*, ſecundum alphabeti ordinem; quae conſona eſſe omnino edit. romanae, obſeruat confector illius catalogi pag. 246. — *Venetiis* in bibl. Marciana cod. rec. qui continet *Thomae Magiſtri*, Εὐμοίριδος (ſic) Ἀττικιςȣ̃ et aliorum grammaticorum opuſcula, teſte *Villoiſon* in Anecd. gr. II. pag. 79. — Ad duo codd. Voſſianos biblioth. *Leidenſis*, quorum tamen alter Thomae excerpta potius, quam Thomam continet, Oudendorp. iam exegit vulgarem Thomae contextum. Idem Oudend. perantiquum et optimae notae codicem [gg]), quem ex ſectione bibl. Boernerianae *Burmannus* II. grandi pretio comparauerat ſibi, in praef. valde laudauit. Add. catal. bibl. Burmann. in catal. MSSt. pag. 1. nr. 1220. vbi quoque nr. 1219. memoratur cod. Burmann. *Thomae Magiſtri*, grammat. de vocibus atticis vsque ad voc. ἀτρεμῶ, cum plurimis emendatt. Meibomii in margine, msst. ordin. alphab.

ee) In eodem cod. eſt nr. 14. anonymi lexicon ineditum, quo de vocabulorum diſcrimine, quae adfinem ſignificationem habent. Initium eſt ἀροτὴρ ὁ ἀροτριῶν. Litterae T. pars maior et reliquae omnes deſiderantur, et nr. 16. anonymi lexicon, quo germana quarumdam vocum ſignificatio indagatur: opus ineditum, incipit, ἀγαθὸν μόνον λεγόμενον.

ff) In eodem codice eſt AGAPETI (alias *Moſchopulo* tributa, v. ſupra, vol. V. pag. 550. et in cod. Matrit. ib. pag. 544.) ὀνομάτων ἀττικῶν συλλογὴ, ἐκλεγεῖσα ἀπὸ τεχνολογίας τῶν ἀκόνων τȣ̃ Φιλοςράτȣ, καὶ ἀπὸ τῶν βιβλίων τῶν ποιητῶν.

gg) Idem codex complectitur, notante Oudendorpio, *Maximi Planudae* librum περὶ Συντάξεως ῥημάτων ἀμεταβάτων καὶ μεταβατικῶν, *Manuelis Moſchopuli, Byzantini*, τȣ̃ Κρητὸς ἀνεψιȣ̃, ἐκλογὴν κατὰ ςοιχεῖον ὀνομάτων Ἀττικῶν, οἷς οἱ δοκιμώτατοι χρῶνται τῶν παλαιῶν· item Λεξικὸν περὶ πνευμάτων κατὰ ςοιχεῖον ἐκλεγὲν παρὰ Τρύφωνος, Χοιροβόσκȣ καὶ Θεοδωρίτȣ etc. Verum vltima ſunt ſolummodo excerpta, breuiora illis, quae primus edidit Valcken. poſt Ammonium pag. 207.

alphab. — Ex cod. mssto collegii noui *Oxonienſis* chartac. Er. Benzel. enotauerat varr. lectiones, quas poſtea commiſerat Io. Chriſtoph. Wolfio et ab hoc acceperat Oudendorp. — In bibl. *Norfolkiana* (teſte auctore catal. codd. Angliae t. II. p. 85.) n. MMMCCCCXXXVI. eſt Thom. Magiſter de Ariſtophane. — De *Thomae Magiſtri* ſcholiis in Pindarum et cod. Matrit. v. ſupra, vol. II. pag. 65 et 67. — In bibl. *Vindobon.* caeſar. eſt cod. CXCVIII. Thomae Mag. lexicon atticum, teſte *Neſſelio* in catal. MSS. part. IV. pag. 111. — In bibl. *Vinar.* nec non in bibl. *Auguſtana* Vindel. et quondam in bibl. *Heidelberg* codd. *Thomae Mag.* de vocc. atticis.

Editiones.

Princeps eſt *Zachariae Calliergi*, vna cum Phrynicho, Θωμᾶ τῦ Μαγίςρυ κατ' ἀλφάβητα Ἀττίδος διαλέκτυ ἐκλογαὶ, αἷς οἱ δοκιμώτατοι χρῶνται τῶν παλαιῶν, καὶ τινες αὐτῆς παρασημειώσεις καὶ διαφοραί. graece. Romae 1515. 8. (v. *Maittaire* A. T. II. pag. 308.) Haec incognita fuit *Franc. Aſulano*, qui poſt *Dictionarium graecum cum interpretatione latina* etc. in collectione variorum libellorum veterum grammaticorum et lexicographorum, Ammonii, Orbicii, Ioan. Grammatici, Herodiani, Io. Characis, Choerobosci, etc. vltimo loco *Thomae Magiſtri*, *Phrynichi*, et *Emanuelis Moſchopuli* eclogas atticorum nominum et verborum *primus* publicaſſe ſibi videbatur in edit. *Veneta* in aedibus Aldi et Andr. Aſulani, ſoceri, menſe Decembri 1524. fol. (v. Serie dell' edizioni Aldine, ed. II. pag. 60.) — Tertia eſt: *Thomae Magiſtri*, *Phrynichi* et *Moſchopuli* eclogae atticarum vocum, Aelian. et Orbic. de ratione acier. inſtruend. graece. Lutet. ap. Mich. Vaſcoſanum 1532. 8. (v. *Maittaire* A. T. II. pag. 777.) — Quarta eſt *Nicolai Blancardi*, gr. et lat. Franequerae 1690. 8. — et gr. 1698. 8. [hh]) cui nonnullae *Lamb. Boſ.* animaduerſiones eruditae acceſſerunt. Sed de audacia atque temeritate Blancardi, qui plura vulnera inflixit Thomae Magiſtro, quam ſanauit, haud pauci V. D. ſunt conqueſti, et, quae incommoda inde nata ſint, bene docuit Wolfius in Miſc. obſſ. l. c. pag. 29. ſeq. Blancardus enim, vt ait Oudendorp. in praef. ſine vlla codicis, manu exarati, ope multa tacitus immutauit, veterum ſcriptorum, quos excitauit Thomas, loca ex vulgaribus illorum editionibus contra MSStorum et editionum fidem exhibuit, ac vocum ordinem, in prioribus ἐκδόσεσιν obſeruatum, peſſimo conſilio neglexit, et diuulſis multifariam paragraphis, partimque praepoſitis, partim ſerius collocatis, ad litterarum ſeriem propius eas adcommodauit.] In Boſii tamen [vt ait Fabricius] obſeruationibus Thomas arguitur, non raro damnaſſe loquutiones bene atticas, quod *Leopardo* [ii]) etiam Graeuioque ad Soloecismum Luciani, Ioh. Ienſio in Lucianeis lectionibus, Ioh. Barbeyraco in epiſtola ad Iacobum Bernhardum [kk]) et

hh) In bibl. P. Burmanni II. fuerunt quatuor exempla ed. Blancard. collata cum MSS. et notis msst. Alberti atque Drakenborchii, et exemplar: *Th. Mag. elegantiae attici eloquii*, graece, ſ. l. et a. cum MSS. coll. v. Catal. l. c. pag. 44. De illa Blanc. edit. poſteriore, praecipue de L. Boſ. animaduerſſ. plura legis in ſupplem. actor. erudit. tom. III. ſect. VII. a. 1702. pag. 314. ſqq.

ii) Qui in libris emendation. tom. III. theſauri critici Gruter. varia loca tentauit. *Harl.*

kk) Nouell. Reip. litterar. A. 1702. Nouembr. pag. 515. *Fabr.* adde *Wolf* l. c. pag. 32. *Pierſon.* in praef. ad Moerin pag. 42 ſqq. Hinc in notis ad Th. Mag. hic ab interpretibus, a Trillero autem interdum iuſto acrius, eſt reprehenſus. *Georg. Frid. Heupelius*, in miſcellan. philologicis, Argentor

et aliis viris clarissimis notatum fuit ll). Etiam *Martinum Brunnerum*, professorem graecae linguae Vpsaliensem, a quo Palaephatum notis illustratum habemus, Lexicon atticum Thomae Magistri recensere et praelis subiicere molitum, didici ex Nicolai Heinsii epistola ad Isaacum Vossium, quam edidit Colomesius in obseruationibus ad Lil. Giraldi dialogos de poëtis pag. 63. *David Hoeschelius* ad Godofredum Iungermannum 8. Cal. Dec. 1606. *De Harpocratione tuum probo consilium, sed suppetiarum nihil habeo polliceri. Verum si res feret moram, ad Thomam illum Magistrum non minus feram opis, quam Phrynicho a me praestitum.* [Posthaec *Laurent. Normannum*, *Sallierium*, *Andr. Duckerum*, *I. Chr. Wolfium*, qui Normanni adnotationes et Franc. Iunii emendationes ex libro Vossiano descriptas nactus erat, et *Stoeberum* (Magistri eclog. cum Moeride et Phrynicho editurum,) in recognoscendo notisque illustrando Thomae Magistri opusculo versatos, nouas molitos fuisse editiones, partim ex nouis ephemerid. litterar. Lipsiens. a. 1727. pag. 179. et a. 1749. pag. 481. cognoscimus, partim a Wolfio et Oudendorpio locis citatis id vberius est declaratum. Enimuero illorum consilia fuerunt irrita; collectae tamen ab illis opes aliis viris doctis multas egregiasque postea conferentibus symbolas, ad Oudendorpium et Bernardum, fauente fortuna, peruenerunt: qui illis aliisque subsidiis, ab Oudendorpio in praef. commemoratis, bene vsi, nouam eamque plenissimam curarunt editionem. Hanc tamen ad editionis Blancardianae normam esse expressam, ordinemque in codd. et antiquis editt. seruatum, malo consilio, neglectum, Oudend. valde doluit. Inscriptio autem haec est:

Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου κατ' Ἀλφάβητον ὀνομάτων ἀττικῶν ἐκλογαί, ex dispositione Nic. Blancardi, cum vetustis Lamberti Bos., et nouis defunctorum virorum D. Heinsii, Fr. Iunii, Laurent. Normanni, Erici Benzelii, Io. Christoph. Wolfii, Arn. Drakenborchii, Abr. Torrenii, et cum maxime viuorum Cl. Sallierii, Io. Iac. Witteri, Dan. Guil. Trilleri, El. Stoeberi, Tib. Hemsterhusii, Franc. Oudendorpii, Fred. Lud. Abreschii animaduersionibus, collegit partim digessitque Io. Stephan. Bernard. M. D. qui et suas notas adiecit. Lugduni Batau. apud Petr. van der Eyk et Cornel. de Pecker 1757. mai. 8. confer ephemerid. Gotting. litterar. plag. 83. a. 1757. *Harl.*]

In cod. bibl. Paris. publ. MDCCCLIII. ita inscribitur, teste Fraxineto: *τοῦ σοφωτάτου τοῦ Μοναχοῦ Κυρίου Θεοδούλου Θεσσαλονικέως τοῦ Μαγίστρου ἐκλογαὶ ὀνομάτων Ἀττικῶν οἷς οἱ δοκιμώτατοι χρῶνται τῶν παλαιῶν, καὶ τίνες αὐτῶν παρασημειώσεις καὶ διαφοραὶ τῶν ἀλλήλων.* Thessalonicae vixit, patria Cretensis fuit, si idem est Thomas, Hiero-Monachus, cuius epitome Suidae Lexici, manu exarata exstat Dresdae in bibl. Saxoniae Electoris. Eius scholiis MSS. in Aristophanis Plutum, nubes et ranas, ex bibl. Colbertina vsus est idem Fraxinetus siue Du Frenius in glossario mediae graecitatis. [Pindari, Euripidis et Aristophanis vitas, a Thoma Mag. conscriptas, quibusdam illorum editt. esse additas, supra

gentor. 1701. 4. pag. 17. adtulit plura Adriani exempla, quibus erroris conuinceret Thomam, immerito quaedam, tamquam minus attice dicta damnantem. *Harl.*

ll) *Oudendorp.* quamquam in notis Thomae Magistri iudicia saepe ad examen reuocauit, nec in praefat. negat, eum saepe falli; *non raro*, tamen ait, *insons est adcusatus Magister, quasi vocem, vt minus graecam condemnasset; quum innuerit solum Thomas, eam vel nequaquam, vel minoris vsus atticam fuisse. Harl.*

pra in vol. II. in capp. de illis poetis, iam obſeruatum eſt.] In biblioth. publica Pariſ. cod. gr. MS. MDCCCLIII. poſt collectionem vocum Atticarum habetur eius *oratio*, *qua Cynaegiri patr, Euphorion, Polemarcho, Callimachi patri, praeferendum ſe contendit. Oratio, qua hortatur Athenienſes ad concordiam. Oratio de laudibus Iohannis, baptiſtae. Oratio, vel potius epiſtola, ad philoſophum, Ioſephum. Oratio apologetica pro Chandreno, aliaque.* Vide et *Labbeum* bibl. nou. MS. pag. 74. vbi codicem regium MDCCCCXXII. recenſet [nn]). Diſertiſſimam *laudationem Gregorii Nazianzeni*, et orationem gratulatoriam magno exercituum duci Angelo ſcriptam, aliasque binas *ad magnum Logothetam, Theodorum Metochitam*, et *ad patriarcham C. Politanum Niphonem:* (male *Tryphon* hic vocatur a Dufrenio) *laudationem regis Cypri*, et *epiſtolas ſeptem* cum *Nicephori Gregorae epiſtola ad Thomam magiſtrum*, primus graece et latine edidit vir doctiſſimus et Sueciae ſuae nuper lumen haud vulgare, *Laurentius Normannus*, Vpſal. 1693. 4. Ex quibus epiſtolis, vti etiam ex προσφωνητικῷ ad Niphonem, patriarcham, et ex iis, quae ad imperatorem, Andronicum Palaeologum, ſcripſiſſe perhibetur, nec [?] dum in lucem emiſſa, recte docet, Thomam floruiſſe ſaeculo poſt natum Seruatorem quarto decimo ineunte. Suſpicatur quoque, eum Magiſtri ſiue officiorum ſiue ſcriniorum regiorum et chartophylacis munere functum, eumdemque rhetorem ac cauſſarum patronum, ſiquidem hic eſt Thomas, ſcholaſticus, auctor epigrammatis lib. IV. antholog. cap. 31. pag. 514. quo Demoſthenem, Ariſtidem et Thucydidem veluti τρεῖς ῥητορικῆς ἀστέρας maximi facere ſe teſtatur. Poſtea vero, imperatore, Andronico Palaeologo ſeniore, fortunis opibusque per nepotem exuto inque monaſterium, ſuaſu potiſſimum patriarchae, Niphonis, A. C. 1327. detruſo, et Antonii Monachi nomen cum cucullo ſibi imponente, parem cum hero fortunam et alios expertos, et Thomam noſtrum, abdicato munere publico rebusque ſaeculi repudio miſſo, deinceps *Theodulum* adpellatum fuiſſe. Quod vero eumdem ſub *Demetrii* quoque *Triclinii* nomine latere, nunc *Theodori* Monachi et *Chriſtoduli* [oo]) adpellatione venire, adfirmat, vellem coniecturas has ſuas argumentis confirmaſſet vir doctus et praeſtantiſſimus. Ceterum citatur Thomas Magiſter a ſcholiaſte Luciani, ad libellum, qui Phalaris inſcribitur, et verba, ad quae reſpicit, in hoc libro de vocibus Atticis, voce αὐθέκαστος occurrunt, vnde eum Thoma noſtro iuniorem eſſe, recte in lectionibus Lucianeis obſeruauit Iohannes Ienſius. Iam indicem ſcriptorum, a Thoma laudatorum, e Blancardi editione [et a Bernardo in illius edit. etiam repetitum,] ſubiungamus.

XI. *Index Auctorum, qui a Thoma Magiſtro citantur, explicantur, notantur.*

ACHILLES, RHETOR. ἐν Λευκίππῃ, voce ἀναβαίνω.
AESCHINES. v. δημόκοινος. δυνάστης. ἐκδοχή. ἔκστασις. ἐπεσταμμένως. ἐπίδειξις. ἐπικαλεῖσθαι. ἐπιλείπει. ἐπισταμένως. ἑταίρα. εὐνομεῖσθαι. εὐφημία. καιρός. λογογράφος. μαρτυρία.

nn) Secundum catal. codd. msstor. in bibl. Pariſ. tom. II. in cod. MMDCXXIX. ſunt Th. Mag. ad Theodorum Metochiten; gratulatoria ad Niphonem; ad Ioſephum, philoſ. de Italorum et Perſarum irreptione; ad Hierotheum, anachoretam, et ad Andronicum: in cod. DCCCXXXI. ſunt praeter illa ſcripta etiam oratio ad Theſſalonicenſes de concordia, in laudem S. Ioannis, baptiſtae, et gratulatoria ad Magnum Stratopedarcham Angelum: tum de origine hymnorum in cod. CCCLI. et declamationes in cod. MMDCXXIX. *Harl.*

oo) In cod. tamen Neapolit. cum nomine *Chriſtoduli* inſigniri, ſupra vidimus. *Harl.*

μαρτυρία. μισθοφορῶ. οἰκῶ. ὄφλημα. παροινία. προβολή. στρωματεύς. ὑπτιάζειν. φιλανθρωπία. χλανίδιον.

AESCHYLVS. v. *αἰτοῦμαι. βασίλεια. γείτων. διαπεπραγμένον. διάστροφοι. διώκω. ἑβδόμη. εἴργω ἐμποδών. ἐξήρτημαι ἐπετειλάμην εὔνοια ἥκω. θεοπρόπους. θεωρός. ἵκταρ. ἱστορῶ. κατέρχομαι. κέκτημαι. κώμας. λωφᾷ. μάλη. μᾶλλον. μέλλω. μή. ὄρνιθες. πεζὴ στρατιά. σταθεῦσαι. συμφέρον. φερέγγυος. χλιδῶ. ὠφελῶ.*

ALEXANDER, SOPHISTA. v. *διώκη.*

ALEXIS. v *οἰκίας δεσπότης. παλαιστρικός.*

ANTIPHO. v. *λατόμος.*

APHTHONIVS. *ἐν τοῖς προγυμνάσμασιν.* v. *ἀνεβαλόμην.*

ΟἹ ἈΡΧΑΙ͂ΟΙ. v. *πορνοκόπος* et alibi.

ARISTIDES. v. *ἀγάλλω. ἀγωγός. ἀεί. αἴσχιον. ἀκέστης. ἀμαθῶς. ἀμφηλικέστερα. ἀναβαθμός. ἀναδησάμενος. ἀναθεῖναι ἀναλέγομαι ἀναμιμνήσκομαι. ἀνεβαλόμην. ἀνεῖλεν. ἀνειμένον. ἀνέστησα. ἀνέχω. ἀνέαγεν. ἀξιῶ. ἀοίκητον. ἀπείρατος ἀπήλλαξεν. ἀποκρίνασθαι. Ἀπόλλω. ἀπολύομαι ἀπόστολος. ἀρύτομαι. ἀτρεμῶ αὔξειν. αὔξην. αὐτομολία. ἀφαιρῶ. ἀφῆκεν. βαρύνειν. βασκαίνω. βέβαιος. βελόνη. βήξ. βλάξ. βούλομαι. βουλευτήριον. βρέχει. γάνος. γαργαλισμός γεννηθείς. γῆρας. γοῦν. δεδήσομαι. δεκέτες. διαβιβῶν. διῆναι. διενειμάμην. διέφθορεν. διαλλάγη. διώρυξ. δυοῖν. ἐδίδαξα. ἔδος. εἰ. εἰς. εἴσω. ἑκασταχῆ. ἐκβάλλει. ἐκβολή. ἐκεῖ. ἐκοντής. ἐκποδών. ἑκών. ἐλάα. ἐλευθερία ἐξεῖλε. ἐξ. ἐπιπολῆς. ἐξαρῶ. ἐπαγγέλλω. ἐπέκεινα. ἐπίδειξις. ἐπίκειμαι. ἐπινίκιος. ἐπίτιμος. ἐπιτρέπει εὔκολος. εὔνοια. εὐπρεπής. εὔχομαι. ἐφόδια. ἔχω ζώνιον ἦθος. ἥμαρτον θάκος. θεραπεία. θεωρός. θόρυβος. θῦμα. ἰδέα ἰδιαίτατον ἰσχύω καθήκοντα. κάθησο. κάλως. καταβολή. καταθέω. κάτοπτα. κατορθῶσαι. καττίτερος. κέκλεισμαι. κληρονομῶ. λαγχάνω. λαίλαψ. λάρυγγα. λεπτόν. λογίους λοιμός. λίτρα μαίνομαι. Μαραθῶνα. μεγαλοψυχία. μεῖζον μέλει. μερίτης. μή μηκύνω ναυαγία. νεῖν. ἐνειμάμην. νενηφότως. Νηρηΐς. ξενίζω. ξυρέω. οἷς. ὅποι. ὁρμίζω. οὐκ ἄν. οὕτωσί. ὄφλημα. παιανίζω. παρά παραιτοῦμαι. παραπλεῖν. παρίσταται. πεντετηρίς. περιεγένετο. πιθανός. πλινθίον. ποῦ. προξενῶ. πρός. προσβάλλω προσγελᾷ προσείρηκε προσηγορία. προσήκει. πρόσκημμα. πρόσοδος. προσοικῶ πρόσχημα πρωΐτερον. ῥαστώνη ῥεῖθρον. ῥιγέω ῥοῦς. σαπρός. σκαιός. σκηνή. στεφανίτης συλλεχθείς. σύμμετρον συμφορά. σύνοιδα. τέλος. τήμερον. τίθην. τιμῶ τριήρεις ὑβριστικώτερος ὑπάγω. ὑπάρχω. ὑπέρ. ὑποκορίζομαι. ὑπολογίζομαι φάκελος φανθείς φέρε φυγή. φυή. χαμαί χθιζός. χιτών. χοῦν. ψάμμος. ψεῦδος. ὡς.*

ARISTOPHANES. v. *ἄγροικος. ἀκέστης ἀλεῖν ἀληθές. ἀναδησάμενος. ἀνέῳγεν. ἀπειλῶ. ἀπολείπει. ἀπόνιπτρον. ἀργός. αὐτός ἀφροντιστεῖν. βαβαί. βουλεύομαι. βοῦς. βρέχει γοῦν. δημότης διακεκναισμένος δρῶ. ἐγγίγνομαι. ἐδίδαξα. εἰ εἴθ᾽ ὤφελεν. εἰσήγρησε. ἔκδημος ἐλάω. [?] ἐμβάδες ἥκεσιν. ἐξεκόπη. ἐξ . ἐπιτρίβεται. ἐρῶ. εὔκολος. εὐφημία εὔχομαι. ζηλῶ. ἥρω. θεῶ θύλακος καθιφείς κατάβα. καταγλωττίσματα. καταχύσματα. κλάειν. κλέπτης κολοκύντη. κόπτει λάρυγγα. λοπάδιον. μᾶλλον. μάτην. μάττω. μεθύση. μεῖραξ. μελίπηκτον. μή. μικρός. μονώτατος. νεομηνία. οἰμώζω. ὀξίς. ὄρνιθος ὀβολός. ὀφθαλμιῶ. παῖσαι. παίω. παραφρονῶ πατραλοίας. περιβάλλω. πλεῖν. πλυνεύς. ποδαπος. πολυτίμον. ποῦ. πρόβατον. προσέχω.*

ἔχω. προστρίβομαι. ῥέγχω. ῥήτωρ. ῥιγέω. σημεῖον. σκίμπυς. σμικρύνη. σέμφυλα. συνδεῖ. τέμαχος. τεύτλιον. τρέφομαι. ὕαλος. ὑπάγω. ὑπερορῶ. ὑποκορίζομαι. Φαρμακός. Φασιανοί. Φέρε. Φθείρω. Φθοῖς. χαίρειν. χαιρήσεις. χθές. χιτών. χολή. χοῦν. χρήσεις. ψύλαξ. ὡς.

ARISTOTELES. v. βιοῦν. πνεύμων. χαῖρε.

CHARICLEA. (HELIODORI.) v. εὐαγγελίζομαι.

DEMOSTHENES. v. ἀναισθητεύομαι. ἀνέαγεν. ἀποδέχομαι. ἀπόστολος. αὔξειν. βασκαίνω. βέλομαι. γελοῖος. δεδεμένος. διαβέβλημαι. διάγω. δοκῶ. δυλοῦμαι. ἔγγιον. εἴσω. ἐκεῖ. ἔλξαι. ἕνεκα. ἐξεῖλε. ἐπετειλάμην. ἐπιτρίβεται. ἑταίρα. εὔηθες. εὐθύνη. εὐλαβεῖσθαι. ζηλῶ. ἦθος. καθάπαξ. κατασκευάζω. κίναιδος. κλάειν. κρύφα. λογογράφος. μεθύση. ξαίνω. ὁ δεῖνα. πανταχόθεν. παραινόμων. πεζὴ στρατιά. πίνει. πολιτεύομαι. πομπή. προξενῶ. προστρίβομαι. πώμαλα. ῥάων. σύμβολον. τετυφωμένος. τί διαφέρει. τιμῶ. ὑπερήφανος.

DIO. v. ἡμίση. νενηφότως.

EPICHARMVS. v. λάρυγγα.

EVBVLVS. v. Θηρίκλειον. κόρυδος.

EVPOLIS. ἐν βάπταις. v. ὑπάγω.

EVRIPIDES. v. βλέπειν. βωμός. Γοργώ. γραφεύς. διαχρῶμαι. δίδωμι. δίηρες. δικάζω. ἐγκαλῶ. εἴθ' ὤφελεν. ἐκεῖ. ἐκπλήττω. ἐκποδών. εὕρημα. ἔχω. ἥκω. θῆλυ. ἰδού. ἱστορῶ. καιρός. κηδεστής. μαστός. μελάγχρους. μεσονύκτιον. νῦν. ὅποι. ὁρμίζω. παραστάδες. πόθεν. πόλις. πομπός. σαίρειν. σκότος. τίθην. τιμωρῶ. ὕποπτος. φάσματα. φύσις. χλανίδιον. χρή. χρῆν. ψάλλιον. ψυχή.

GREGORIVS, THEOLOGVS. v. ἀσφόδελος. βύειν. διατίθεμαι. ἑβδόμη. θεωρός. μισθός. ὁ δεῖνα. ὄφελον. παρά. πολύ. πειρῶ. προσγελῶ. ὑπέχω. ὑπόγυον.

Ἡ ΘΕΙΑ ΓΡΑΦΗ. v. εὐαγγελίζομαι. infra, Sacrae litterae.

HELIODORVS siue CHARICLEA. v. εὐαγγελίζομαι.

[?] HERMOGENES. v. προβολή.

HERODOTVS. v. ἠγανακτηκάμην. ἀθυμία. ἀληθείω. ἀλογία. ἀμηχανῶ. ἀναγινώσκω. ἀναλέγομαι. ἄνωθεν. ἄπεδος. ἀρά. ἄφθονος. γέγονα. δεσποτεία. διάκορος. διατίθεμαι. διαχρῶμαι. διδάη. διέχει. ἑκών. ἑάλω. ἐμποδών. ἐξ. ἐπίτιμος. ἑταίρα. εὐστομεῖν. ζεύγνυσι. καθάπτομαι. καταστρέφομαι. κατεύχομαι. λογίος. λόγιμον. οἰκέται. ὅμοιοι. ὅπλα. οὐδείς. ὄφελον. ὄχλος. παραθήκη. παράλιος. παρεῖδεν. παρέστησαν. περιβάλλω. περιεγίνετο. προσβεβλοίαται. προσέδωκεν. προορῶ. πρόσκειμαι. προσποιοῦμαι. σιγῇ. στόλος. σύνθετον. τέλη. τίθημι. τόξευμα. ὑποκρίνομαι. ὑπολαμβάνω. ὑποτίθησι. ὑφίσταμαι. φάρμακα. χρηματίζω. ψυχή. ὠνήσομαι.

HESIODVS. v. ἀράχνη. βραδύτερον. ζηλῶ. θαμά.

HIPPOCLIDES. v. ἐνέχυρα.

HIPPOCRATES. v. φάρμακα.

HOMERVS. v. ἄκοιτις. ἀτέλεστον. βέλος. βέλομαι. γράψαι. δεδίττομαι. διδάη. ἐκεῖ. ἐπίκαπος. ἔχω. θυρεός. κάθισον. Κάρ. μαστός. νῦν. ὄνθος. ὅποι. παρά. παύω. πεπληγώς. πόλις. ῥιγέω. συλῶ. τίκτειν. ὑπάγω. φράσον. φυή. χρεία. ὦχρος.

ISOCRATES. v. πλάνος.

IVLIANVS. v. ἀπόδοσις.

LIBANIVS. v. ἀγροῖκος. ἀθέατος. αἰτοῦμαι. ἀκκισμός. ἀλεγεινόν. ἀναδησάμενος. ἀνακαθαίρομαι. ἀνάλωσα. ἀναμιμνήσκομαι. ἀνανεοῦμαι. ἀνάπαυλα. ἀνεῖλεν. ἀνέραστος ἀνέῳγεν. ἀνίσω. ἀντίγραφα. ἀπαντικρύ. ἀπειλῶ. ἀπολείπει. ἀποπέμπω. ἀποφέρεσθαι. ἀργυραμοιβός. ἀρτοπόπος. ἀστεῖος. ἀσύνετος. αὐχήν. βιβλιογράφος. βίον. βουλεύομαι. βουλητήριον. βραδύτερον. βρωμᾶται. γῆμαι. γιγνόμενον. Γοργώ. γοῦν. δάκρυσι δεκέτες. δεσποτεία. διαχρῶμαι. διδαχή. διέπαυσε. δικάζω. δοκός. δυοῖν. ἐδάφων. ἔασω. ἐκτάδην. ἑλληνίζω. ἐλπίς. ἐνταῦθα. ἐπαγγέλλω. ἐπεῖδεν. ἐπὶ κόρρης. ἐπινίκιος. ἔπιπλα. ἐρεσχελεῖ. ἐρευνῶμαι. ἐροίην. ἐρῶ. εὐθύνη. ἐφόδια. ζάπλουτος. ἥκω. ἥλιος. θύωμα. καθάπαξ. καρῆναι. κατασκευάζω. κατορθῶσαι. κελεύω. κεντεῖ. κλᾶν. κομίζομαι. κονδυλίζω λέμφος. λεπτόν. λύζομαι. μεγαλαυχῶ. μεθύση. μεταξύ. μή. νυμφεύτρια. οἰμώζω. ὀπτήρ. ὀπωρῶν. ὁρμίζω. ὀσφραίνομαι. ὄτως. παιδίσκην. πανοικί. παραβάλλω. περιΐσταμαι. Πέρσας. πίνει. ποδαπός. πρεσβεύεται. πωλητήριον. ῥήτωρ. σκίμπους. σμινύη. σταθμοί. στύραξ. συμβουλεύω συνίσταται. συντίθημι. τεθνήξεται. τίθην. τιμῶ τυγχάνει. ὑπεροςῶ. [𐅀] ὑπνώδης. φάσκωλος. φορά. ὑφή. φυτᾶν. χλευάζω. χρηματίζω. χρήστης. χρυσίδες. χρῶ. ὥρα.

LVCIANVS. v. ἃ μέν. ἠγανακτησάμην. ἀεί. ἀθρόος. ἀκέστης. ἁλιεύομαι. ἀναλέγομαι. ἀνέραστος. ἀνέῳγεν. ἀποκήρυκτος. ἀποπέμπω. ἀποσοβῶ. ἀπροσόητος. ἀνώμοτος. ἀργός. ἄρτι. ἀτέλεστον. ἀτενής. αὐθέκαστος. αὐρί. βουκολεῖν. βούλομαι. γαργαλισμός. γράφομαι. διαβόητος. διακονοῦμαι. διατίθεμαι. διδάσκομαι διέφθορεν. δοκός. ἐγείρομαι. εἰ. εἰσῄει. ἐκπλήττω. ἑκών. ἐλλέβορος. ἐλπίζω ἐνδεδυκώς. ἐξήρτημαι. ἔξω. ἐπέχω. ἐπιδρομή ἐπιλανθάνομαι ἑρμογλύφος. εὐμαθής. εὑρίσκομαι. ζωπυρῶ. θέρμος. ἰδιόξενος ἵστημι κάθοδος καπνοδόκη. καταγῆναι κατέσχημαι. Κεγχρεαί. κεραία. κεφαλή. κληρονομῶ κορυφαῖον κυνίδιον. μά. μαχλάς. μή. ναυαγία. Νηρηΐς. ὀρθρεύω. οὐδέποτε. παλαιστρικός παρά. παραβάλλω. πατραλοίας. περιβάλλω. περιεσπάσθη. πίομαι προσηγορία. ῥαδιουργός. σέες. σίαλον. τεθνήξεται. τίλλω. τριακοντέτης. ὑπερμαζῶ ὑφίσταμαι. φαῦλος. φωρῶ. χαίρειν. χιτών. χωρίς. ψάλλιον. ὠνήσομαι. ὡς.

LYCOPHRON. v. ἄτερος.

MENANDER. v. κολυμβητής. λήθαργος. πορνοκόπος.

PHAVORINVS. v. ἐπεξελευσόμενος. ἐξιδιάζονται. καθιερῶσαι. προπετῶς.

PHERECRATES. v. ῥυπαίνω.

PHILO. v. ἐξαπιναίως. ξενίζω.

PHILOSTRATVS. v. ἀνάθημα. ἀνθέων. ἀπὸ τοῦ διακειμένου. αὐχήν. ἀφαιρῶ. ἀφανίζεται. Ἀχερουσία. βασίλεια. γεγυμνασμένος. διαβέβλημαι. διάγω. ἐμβριθής. ἐξεκόπη. ἑρμηνεία. εὕρημα. ἡβᾶν. κατηγορῶ κέκτημαι. λεπτόν. μεθύση. ξένον. ὁ δεῖνα. ὁμιλητής ἔτως. ὄψις παραγινώσκω. παρὰ πολύ. προσγελῶ. ῥαθυμῶ. συνίσταται. ὑπτιάζειν.

PHRYNICHVS v. ἀνέῳγεν. διδαχή. δυοῖν. εἴσω. χωρίς.

PINDARVS. v. διάπειρα. ἤτοι. πειρῶ.

PLATO. v. ἄγεται ἀγών ἄθυρμα αἴσχιον. ἀμφιγνοῶ. ἀμφίεσμα. ἀναλέγομαι. ἀνεβίωσα ἀνεῖλεν. ἀποδέχομαι. ἄτοπον. ἄττα βούλομαι γέγονα. γεινᾷ διαπρέπω. διαφορά. δίκη. δοκῶ. δύναμαι δυσωποῦμαι. εἰ. εἰσῄει. ἐκεῖ. ἐναρίθμιος. ἕνεκα. ἔξω. ἐπάν. ἐπανορθοῦμαι. ἐπὶ κόρρης. ἐπιστρέφομαι. ἐπιψηφίζω. ἑταιρότερος. εὐκταῖον. εὐπρεπής.

εὐπρεπής. εὔχομαι. ζευγνύασι. ζωπυρῶ. θεωρός. θής. ἰδέα. ἰών. καταγῆναι. κατηγοροῦμαι. κατόπιν. [P] κατορθῶται. κοινῶ. μεθύσῃ. μέλλω. μή. μιμοῦμαι. νῦν. ὀψοποιός. παιδεία. παρά. παρακελεύομαι. περί. περιεγένετο. πηνίκα. πράττω. προτέρα. πρωΐ. πρῶτος. σφέ. τεθνήξεται. τιμῶ. ὑπέρ. ὑπερήφανος. φέρε. Φερεφάττα. φοιτᾶν. χαίρειν. χρῆσθαι. ψάμμος.

PLVTARCHVS. v. ἄνωθεν. ἀτενές. δημόκοινος. διαπεπραγμένον. δυσωποῦμαι. εὐπρόσοδος. ζώνιον. κόρυδος. λαμυρία. ὑπέρ. ὑποκορίζομαι. φθείρ.

POLLVX. v. ναός.

ΟἹ ῬΗΤΟΡΙΚΟΊ. v. ἐξαπιναίως.

SACRAE LITTERAE. v. ἀξιῶ. εὐαγγελίζομαι. εὐθές. καταγῆναι. σκηνή.

SOPHOCLES. v. ἀνεῖλεν. ἀπαρκεῖ. ἀποδράς. βραβεύς. βῶλος. γοῦν. διέφθορεν. ἕδος. εἰ. ἔξω. ἐπαγγέλλω. ἐπίσω. ἐσάτω. ζηλῶ. ζῶμα. ἦσθα. ἰδιόξενος. κεντεῖ. κίναιδος. κομπάζω. μάτην. μή. νῦν. ὀπτήρ. ἐκ ἄν. πανουργός. πρόισχο. προξενῶ. πρόσχημα. συμφορά. τιμωρῶ. ὑφηγοῦμαι. φριμάττεσθαι. χάριν. χλιδῶ. χρεία. χρή. χρῆν. ψυχή. ὡς.

STOICI Philofophi. v. περίστασιν.

SYNESIVS. v. ἀγάγιμα. ἀθυμία. ἀκλισμός. ἄκναπτον. ἀλεκτρυών. ἀναβατμός. ἀνακραγεῖν. ἀναπεμπάζομαι. ἀνέωγεν. ἀπέχω. ἀπηγορευμέναι. ἀποδέχομαι. ἀποσοβῶ. ἀσύνετος. βουλευτήριον. βῶλος. γράφομαι. δεδήσομαι. δεσποτεία. δευσοποιός. διαβόντος. διαπεπραγμένον. διάστροφοι. δικαστήριον. δύναμαι. δυνάστης. ἔζων. εἰς. ἐκνέας. ἐλπίς. ἐνταῦθα. ἐν χρῷ. ἐξήρτημαι. ἐπαγγέλλω. ἐπιλείπει. ἔφθακα. ἐφ' ᾧ. ἡβᾶν. ἠχή. θαῤῥῶ. θόρυβος. θυρεός. κάθοδος. κάλως. καταγλωττίσματα. καταμικρόν. κελεύω. κεραία. κίναιδος. κόρημα. λογεῖον. λογογράφος. μά. μάλη. μή. νέμω. νομή. νυμφεύτρια. ὀνυχίζει. ὀρεικόν. ὁρμίζω. ἔτως. ὀφθαλμιῶ. παλαμναῖον. παραβάλλω. παρὰ πολύ. παρήλλαξα. Πέρσας. πολιτεύομαι. πομπή. πορνοκόπος. ποτνιῶμαι. πράττω. πρέσβεις. προπετῶς. προσηγορία. προσποιοῦμαι. προτροπή. πύξ. ῥαστώνη. ῥάφανον. στύραξ. συνίσταται. τάπητες. τέλη. τέμαχος. ὕειον. ὑπάρχω. ὑπερμαζῶ. ὑπνομαχεῖν. ὑπόψηφος. φάκελος. χαμαί. χανδόν. χθές. χλιδῶ. Epiftolas Synefii citat, adlatis primis earum verbis, vt in ἐξήρτημαι. et alibi.

SYRACVSII. v. ἡ πηλός.

TELECLIDES. v. περίστασιν.

THEOCRITVS. v. κόρυδος. μαστός.

THEOPOMPVS COMICVS. v. κυνίδιον.

THVCYDIDES. v. ἀγάλλω. ἀγωγός. ἀγών. ἀδωρότατος. ἀεί. ἀκρατία. ἀναδησάμενος. ἀνακαλοῦμαι. ἀνακείμενος. ἀναλέγομαι. ἀναλογίζομαι. ἀνεῖλεν. ἀνεῖπον. ἀνέῳγεν. ἀντιβόλησις. ἀντίπαλον. ἀξιῶ. ἄπεδος. ἀπεικότως. ἀπήλλαξεν. ἀπόγνωσις. ἀποφέρεσθαι. ἀῤῥωστία. ἄτοπον. ἄχρι. βαρβαρικός. βήξ. βλαφθέντες. βουλεύομαι. βούλομαι. δάπανος. δεδρασμένον. δελφίς. δένδρεσιν. διαβέβλημαι. διαβάλλειν. διαγνώμη. διάγω. διακωχή. διασώζομαι. διαχρῶμαι. δίδωμι. διέχει. διηλλαγή. δολεία. δυοῖν. δυσπρόσοδος. ἐγκαλῶ. εἰ. εἴσω. ἐκβάλλει. ἐκβολή. ἐκεῖ. ἐκπλήγνυσθαι. ἐκπλήττω. ἐκφροντίζω. ἑκών. ἐλάα. ἐλπίζω. ἐνδέχεται. ἐνδοιάζω. ἕνεκα. ἐνθύμιον. ἐνιαύσιον. ἐνταῦθα. ἐντυγχάνω. ἐξαναχωρῶ. ἐξαπιναίως. ἔξιτε. ἐξ ἐπιπολῆς. ἔξω. ἐπαγωγός. ἐπανάστασις. ἔπαντες. ἐπεῖδεν. ἐπέσχον. ἐπεστειλάμην. ἐπίδοξος. ἐπιδοχή. ἐπί-

κλητος. ἐπίμαχον. ἔπιπλα. ἐπίτιμος. ἐπιτρέπει. ἔποικος. ἐσβαίνω. εὔγνωμον. εὐεπίθετος. εὔηθες. εὖ λέγει. εὔνοια. ἐφιέμενος. ἐφολκά. ἐφορμητὶς. ἐφ' ᾧ. ἕως. ζῶμα. ἡμίση. θαρσεῖα. θέαν. ἰδρύθη. ἱκεσία. καθίσαμαι. κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ. καταινῶ. καταλύομαι. κατασκοπή. κατάσχεσις. καταφρονῶ. κάτοπτα. Κεγχρεαί. κεραία. κομπάζω. κυκλέω. λαμυρία. λατόμος. λειποτάξιον. λεπτόν. λῃστρικόν. λίζω. μαίνομαι. μαρτύριον. μάττω. μέλει. μενετός. μεταπέμπομαι. μήνυτρα. ναύσταθμος. νέμω ξενίζω. ξυλισμός. ὀλυμπικός. ὀρθρεύω. ὁρμίζω. ὅσον. ὀστρακίζομαι. ὀψέ. πανοικί. παρά. παραβάλλω. παραθήκη. παρακέλευσις. παρακομίζομαι. παρήλιος. παράλογον. πεζὴ στρατιά. πειρῶ. πεζαιοῦμαι. περιεγένετο. περιορῶ. πολιτεύομαι. πομπή. πρέπει. πρέσβεις. πρεσβεύονται. προΐσχω. πρός. προσέτυχον. πρὸς ἱερεῖς. πρόσκειμαι. πρόσοδος. πρόσοψις. προσποιοῦμαι. προστάττω. προστίθεμαι. πρόσχημα. πρωΐ. πρωΐτερον. ῥᾴων. ῥιπτοῦμαι. σαλπίζω. Σικελὸς συγγραφεύς. συλλαμβάνει. συμφέρων. σύνθημα. συνώμοτον. σφέ. σχολαίτερον. τέλος. τιμωρῶ. τολμητής. υἱέα. ὑπάγω. ὑπερορῶ. ὑπολαμβάνω. ὑπολύω. ὕποπτος. ὑφίσταμαι. φάκελος. φίλιος. φορταγωγόν. φυγή. χάριν οἶδα σοι. χρηματίζω. χρῆσθαι. ὤνευον. ὡς. ὠφελῶ.

XENOPHON. v. *δένδρεσιν. ἔτι. εὐπρεπής. ὀσμή. ῥᾳδιουργός. ὑπνομαχεῖν.*

XII. Supereſt MANVEL ſiue EMANVEL MOSCHOPVLVS, Byzantinus, Moſchopuli, Cretenſis, fratris filius, Thoma Magiſtro paulo iunior, et circa tempora captae CPoleos clarus, atque vna cum aliis Graecis extorribus in Italiam profugus [oo]). Eius perquam vtilem *συλλογὴν ὀνομάτων Ἀττικῶν* in calce lexici ſui primus cum Phrynicho, [P] Thoma Magiſtro et Ammonio iam antea vulgatis in lucem emiſit *Franciſcus Aſulanus*, Venet. apud Aldum A. 1524. fol. poſtea Pariſiis reducit Michael Vaſcoſanus A. 1532. 8. [pp]). additis praeter Thomae et Phrynichi collectiones etiam iis, quae ex Aeliano et Orbicio de vocabulis militaribus ſolent ad Suidae et aliorum Lexicorum calcem ſubiici. Inſcriptio libri in vtraque editione haec eſt: *Τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογὴ ἐκλεγεῖσα ἀπὸ τῆς τεχνολογίας τῶν εἰκόνων τοῦ Φιλοστράτου ἣν ἐξέδοτο ὁ σοφώτατος κύριος Μανουὴλ ὁ Μοσχόπουλος, καὶ ἀπὸ τῶν βιβλίων τῶν ποιητῶν, συνετέθη δὲ ἐνταῦθα κατὰ στοιχεῖον.* Fraxineus [h. e. *Carol. du Freſne*,] qui illo libro auctiore MSto vſus eſt, in bibl. regia cod. MDCCCLIII. hanc ſe inſcriptionem inueniſſe refert: *Τοῦ σοφωτάτου Κυρίου Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου Βυζαντίου* [qq]) (*τοῦ Κρητὸς ἀνεψιοῦ*) *ἐκλογὴ κατὰ στοιχεῖον ὀνομάτων Ἀττικῶν, οἷς οἱ δοκιμώτατοι χρῶνται τῶν παλαιῶν* [rr]). Rarius tamen et vix vsquam ſcriptores

o) Vide ſupra, vol. I. p. 407. not. gg. vol. V. pag. 550. ſq. coll. §. X. huius cap. Plura de eo eiusque libris reliquis, infra libr. V. 7. 4. vol. VII. pag. 37. ſq. vet. edit. et quae ego ſcripſi in introd. in hiſt. L. Gr. II. 1. pag. 544. *Harl.*

pp) In bibl. Leid. eſt exemplar, conſcript. a Franc. Iunio, v. catal. illius bibl. p. 253. *Harl.*

qq) Moſchopulus, Cretenſis, Byzantino antiquior claruit circa A. C. 1392. De vtroque dicendi plura locus erit libro quinto.

rr) In cod. *Matrit.* LXXIV. (teſte *Iriarto*, catal. codd. gr. pag. 270. ſq.) inter alia *Moſchopuli* ſcripta eſt quoque illius Sylloge nominum atticorum; in cod. autem XCV. eſt opuſc. Moſchopuli, quod Iriart. pag. 376. ineditum eſſe cenſuit, *περὶ τῶν ἰδιωμάτων*, *de dialectis*, inc. *Ἰὰς διάλεκτος λέγεται ἡ τῶν Ἰώνων ἤγουν ἀσιανῶν μετοίκων ἢ Ἀθηναίων τελοῦσα·* cuius libelli de *dialecto ionica* inſcriptio ab argumento vniuerſi operis deſumta et primum eius caput de dialecto *ionica* tantum in illo cod.

res nominetenus laudat Moſchopulus, voces ipſas notaſſe et diſtinxiſſe contentus. Vnus locus non eſt omittendus, quo ſacros libros dialecto Alexandrina conſcriptos eſſe notat: τὸ καθὰ οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται, τὸ δὲ καθὼς οὐδέποτε, ἀλλ' ἡ τῶν Ἀλεξανδρέων διάλεκτος, καθ' ἣν ἡ θεία γραφὴ γέγραπται.

XIII. Atque haec hactenus de ſcriptoribus, qui voces *atticas* peculiaribus libris collegerunt, quibus addes GEORGII LECAPENI circa A. C. 1350. clari grammaticam, ſiue ineditum vocum atticarum Lexicon, quo in epiſtolis ἀμοιβαίαις ipſe et Andronicus Zarides vſi fuere, cuius meminit idem Normannus in praefatione ad Ariſtidis πρεσβευτικόν. De Lecapeno videndus *Allatius* libr. de Georgiis pag. 363. *Fabr.* Adde infra, libr. V. cap. 7. p. 15. ſq et 44. ſq. vol. VII. vet. edit. Introduct. m. in hiſt. L. Gr. II. 1. p. 533. *Villoiſon* anecd. gr. tom. II. p. 79. de quodam codice *Veneto* (in catal. codd. gr. p. 255. cod. CCCCLXXXVI. in quo etiam eſt grammatica *Lecapeni* alphabetica: in qua et de vocc. atticis et de differentiis vocabulorum agitur. Villoiſon excerpſit ex illo cod. initium et finem. In fine quidem conſpirat cum cod. *Moſquenſi,* ex quo cel. *Matthaei*, Prof. olim Moſquenſis, nunc Wittebergenſis, vberrima dedit excerpta in *Lectionibus Moſquenſibus* Lipſiae 1779. 8. vol. I. pag. 55-79. ſed ab initio, id ſi vel in codice fuerit Moſquenſi, eoque non integro, vel a cl. Matthaeo deſcriptum, vterque cod. valde diſcrepat, nec ego duo illa, quae Villoiſon excerpſit exempla, quae incip. Ἀσχολία et Ἀμύνειν, reperi in excerptis Matthaeaanis. — In cod. bibl. *Auguſtanae* Vindel. (teſte *Reiſero*, catal. pag. 64.) *Lecap.* opuſc. de ſignificationibus dictionum. — codd. *Pariſ. Vatic.* et *Barocc.* ipſe Fabr. memorat infra vol. VII. l. cit. — In *cod.* XLIX. plut. 57. bis, nr. V et VIII. bibl. *Florent.* Laurent. teſte *Bandin.* catal. codd. gr. II. col. 430. — *Oxonii* inter codd. collegii noui, nr. CCXCI. ſiue in

cod. deſcriptum eſſe videtur. Hinc in cod. *Vindobon.* CXXVII. (vbi idem exſtat opuſculum mistum) a *Neſſelio* in cat. part. IV. p. 75. citatur *Moſchopuli libell. de dialecto ionica.* In bibl. *Coislin.* in cod. CCCXLIX. minus integro, cum ſincera inſcriptione, ſylloge etc. (vti in cod. Matrit. et Pariſ.) et cum alio titulo, γραμματικὴ τοῦ Κυροῦ Μανουήλ. Excerpta ex eo dedit *Montfaucon* in bibl. Coislin. pag. 515. ſq. et obſeruat, Moſchopulum ex veteri quodam lexico codicis, antea ab ipſo Montfauc. deſcripti, multa ſumſiſſe mutua. — In bibl. publica *Pariſ.* (ſecundum catal. codd. tom II.) Moſchopuli *voces atticae* exſtant msstae in codd. MMDVIII. MMDCXXIX. (in quo ecloge vocc. attic. paullo auctior, quam in edita eſſe perhibetur,) et MMDCCLXI. — De cod. *Burmanni* II. v. ſupra ad Thom Magiſtrum et *Oudendorp.* praef. ad illum Magiſtrum, ſtell. 4. auerſ. et 5. not. — In bibl *Leidenſi* inter codd. Voſſian. citatur in catal. pag. 395. nr. 71. fol. Μοσχοπούλου Ἀττικισμοὶ vel dictionarium atticum integrum, Thomae Magiſtri nomine editum. Olim Iani Rutgerſii. — *Neapoli* in cod. XXVII. bibl. regiae eſt Man. Moſchop. de dialectis homericis. — in cod. XXXII. Moſchopul. collectio vocc. atticarum ex Philoſtrato et ex libris poetarum: opuſc. mutilum, deſinens in littera Γ. Reliquorum opuſc. Moſchopuli, qui in illa exſtant bibl. commemoratio huc non pertinet. — *Ibidem* in biblioth. Auguſt. S. Ioann. ad Carbonar. cod. XXXVII. ὀνομάτων ἀττικῶν συλλογή. — *Mediolani* in bibl. Ambroſ. Moſchop. lexicon amplum: item anonymi lexicon poeticum, et alia anonymorum lexica graeca, teſte *Montfauc* in diario ital. p. 17. Venetiis in bibl. Marc. cod CCCCLXXXVI. recentior. eſt praeter aliorum grammaticorum opuſcula, Moſchopul. ſylloge τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν· v. *Villoiſon* anecd. gr. II. pag 79. qui ibidem pag 79-85. ex eodem cod. primus euulgauit *anonymi Atticiſtae de atticiſmis opuſculum* antea ineditum. In cod. LXXI. bibl. Matrit. reg. teſte *Iriarto* pag. 295. ſq. catal. eſt collectio plurium opuſc. grammat in his fol. 8. *de hellenismo;* fol. 31. de dialectis late, et incipit ab attica, et fol. 34. 35. 36. 38. de reliquis. *Harl.*

in catal. codd. Angliae et Hibern. I. pag. 37. nr. MCCLXI. *Lecap. grammatica* gr. — inter codd. *Barocc.* nr. 103. cum Moſchopuli coll. alphab. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CCLXXIV. fol. 1. *Lecapeni* et *Zaridae* epiſtolae XXXII. et fol. 81. *Lecap.* de artificio grammatico; inc. γράφειν, τὸ συγγράφειν λόγον ἢ ἄλλην τινὰ ἱςορίαν etc. (catal. codd. gr. Taurin. pag. 379.) — *Pariſ.* in bibl. publ. *Georg. Lecap.* grammatica, ab initio mutila, et eiusdem, (vt confector catal. codd. illorum, tom. II. pag. 575. ſuſpicatur,) Homeri *canonismata* inedita, in cod. MMDCCCCXXXVIII. — in cod. autem MDCCCCLXI. eſt inedita nec vero integra, Epicteti enchiridii expoſitio inedita, auctore *Georgio Lecapeno.* — In cod. regio *Matrit.* LXXXIII. (Iriart. pag. 320.) eſt *Gregorae* (τȣ̃ γρηγορᾶ) opuſc. de dictionum aliquot apud veteres *ſignificatione*, a recentiore vſu aliena: inc. ἰςέον ὅτι πλείςας λέξεις εὕροι. Tum aliae, (vt ait Iriart.) ex eodem, vt videtur, auctore, ſubeunt de quarumdam vocum *inflexione et ſignificatione*, excerpta minutiora. — In cod. XCV. eſt idem *Gregorae*, nempe, *Nicephori*, opuſc. ſeu fragmentum de vario dictionum ſignificatu pro varia temporum ratione, et *Iriarte* pag. 381. id in lucem emiſit. De *Demetrio Ixione* v. ad §. XVII. *Harl.*

XIV. De *Doricae* Dialecti vocibus ſcripſerat *Artemidorus* Ariſtophanius, teſte Athenaeo [ss]). Ad Doricam referenda *Laconica*, cuius ſingulari opere collegerat *Ariſtophanes*, grammaticus, vt eſt apud eundem Athenaeum libro tertio. Quod cum iam pridem deperditum fuerit, ex parte iacturam illam compenſare conatus eſt *Iohannes Meurſius*, a quo voces, Lacedaemoniis proprias, diligenter collectas habemus libro tertio Miſcellan. Laconicorum capite ſexto et proximis. Ad Doricam pertinet etiam *Cretica*, cuius vocabula expoſuerat [P] *Hermon* ſiue *Hermonax* in gloſſis Creticis, vt idem refert Athenaeus. Non omittenda hic, vbi de doride dialecto agimus, *Tryphonis*, *Alexandrini* [tt]), ſcripta, quem ſub Auguſto, imperatore, et ante, vixiſſe Suidas teſtatur, περὶ τῶν παρὰ Σιμωνίδῃ διαλέκτων, καὶ Πινδάρῳ, καὶ Ἀλκμᾶνι, καὶ τοῖς ἄλλοις λυρικοῖς, περὶ τῆς Ἑλλήνων διαλέκτȣ, καὶ Ἀργείων, καὶ Ἱμεραίων, καὶ Ῥηγίνων καὶ Δωριέων καὶ Συρακȣσίων. Facit huc *Aemilii Porti*, Franciſci, Cretenſis, filii, recentioris licet ſcriptoris, Lexicon Pindaricum, Hanov. 1608. 8. et Lexicon Doricum in Theocritum, Moſchum, Bionem, ibid. 1603. 8.

XV. Idem *Tryphon* concinnauerat etiam περὶ πλεονασμȣ̃ τῶν ἐν Αἰολίδι διαλέκτων βιβλία ζ. teſte Suida, quibus ſeptem libris plurima vocabula *Aeolicae dialecti* expoſita ab illo fuiſſe non dubitamus, quod etiam, integris veterum ſcriptis deperditis, obiter in Etymologico ſuo latino fecit eruditiſſimus Voſſius, ad quem ita ſcribebat *Salmaſius* Id. Auguſt. A. 1629. pag. 32. Epiſtola V. *Audio, te de Etymologico latino ſiue Aeolico iam ſerio cogitare, quae dialectus latinam* [uu]) *totam antiquam, quanta eſt, paucis exceptis formauit. Quasdam*

ss) Conf. *Maittaire* introduct. l. c. de dialectis gr. p. VI. ſqq. et ſupra ad §. 1. adnotata. In cod. MMDCLXII. bibl. publ. *Pariſ.* ſunt nr. 4. excerpta ex *Herodiano* de dialecto *dorica. Harl.*

tt) V. infra V. 7. vol. VII. pag. 48. ed. vet. in cod. Matrit. XCV. teſte Iriart. pag. 369. ſqq. ſunt aliquot Tryphonis opuſc. *Harl.*

uu) *Dionyſius Halicarnaſſeus* lib. I. Antiquit. Rom. Adde *Thomam Gatakerum* Cap. I. de ſtylo N. T. et *Colomeſium* ad Quinctiliani lib. I. Cap. 5. pag. 203. ſeqq. Opuſculor. *Ioh. Ruardum* in vita Plutarchi Cap. 14. pag. 28.

dam origines per occasionem attigi in Exercitationibus Plinianis, et possem, si tecum vna essem, nonnulla expedire, quae certo scio nec tibi nec alii cuiquam venire in mentem posse; non, quod ingenio aut sagacitate magis valeam; sed quia bono quodam fato in ea scripta veterum incidi, quae tibi videre non contigit. Inter alia vidi Apollonii τεχνικὰ *et Arcadii, grammatici, opera, in quibus, prae ipse in Apollonio, multa reperiuntur citata testimonia Alcaei, Sapphonis, Corinnae, Rhinthonis, Sophronis et aliorum, qui lingua Aeolica aut Dorica mera scripsere, ex quibus duabus dialectis non te latet conflatam esse Romanam priscam loquelam.*

XVI. Praeter *Philoxenum* vv), quem περὶ Ἰάδος διαλέκτȣ scripsisse ex Etymologico Magno [et *Suida* III. pag. 606. atque *Orione Thebano* in Etymol. MS. apud *Koen.* in praef. ad Gregor. cor. pag. XIX.] cognoscimus, Ionicae dialecti, cuius quatuor χαρακτῆρας innuit *Herodotus* lib. 1. c. 142. voces non paucas explicauerat *Apollonius* in ἐξηγήσει Ἡροδότȣ γλωσσῶν, quae ab Etymologici magni auctore citatur in voce κωφὸς et σοφιστής. Ex hoc Apollonii opere velut ex arbore surculum et truncatum et diuulsum putabat *Maussacus* breuem illam collectionem τῶν Ἡροδοτείων λέξεων, quae ex Goldasti codice recentioribus Herodoti editionibus praefigitur. [Lexicon quoddam *Herodoteum* est in cod. August. Vindel. teste *Reisero* cat. pag 64 supra, vol. II. pag. 336. *Harl.*] Exstat et Lexicon Ionicum *Aemilii Porti*, editum Hanouiae 1603. 8. Supra quoque ex Suida [♈] memorauimus *Callimachi* πίνακα τῶν Δημοκρίτȣ γλωσσῶν, et inferius iterum locus erit inter medica lexica dicendi de glossariis in Hippocratem, quem similiter, vt Democritum et Herodotum, ionica dialecto vsum fuisse constat. Nunc tantummodo notare liceat, voces, Democrito peculiariter vsurpatas, ἀβδηριτικὴν διάλεκτον dici a Suida in Ῥυσμός.

XVII. De *Alexandrina* dialecto septem libros scripserat *Irenaeus* siue *Minutius Pacatus*, eamque cum attica comparauerat, atque ab eadem non pauca accepisse ostenderat, vt auctor est idem Suidas, [et *Eudocia* pag. 169.] Quod Irenaei opus intercidisse, merito dolet *Iohannes Croius* cap. XXXIII. Obseruationum in N. T. vbi de eadem dialecto pluribus disserit. *Demetrium* quoque *Ixionem* περὶ Ἀλεξανδρέων διαλέκτȣ laudat Athenaeus, [libr. III. cap. 11. sed libr. III. cap. I. citatur ἐν πρώτῃ ἐτυμολογȣμένων· libr. II. ἐν ἐτυμολογίᾳ. A schol. autem Aristoph. ad aues, vers. 1568. citatur ἐν ταῖς Ἀττικαῖς γλώσσαις. Saepius laudatur solo *Demetrii*, semel *Ixionis* nomine, a schol. ad Aristoph. ran. v. 78. 186. 310. 1001. 1021. 1227. adde supra in vol. I. pag. 509. et pag. 510. iam de *Demetrio Pugile*, eiusque opere περὶ διαλέκτȣ egi, duce *Villoison* in prolegg. ad Apollonii lex. homer. pag. XXVII. sq. *Harl.*] Cum vero Maccabaeorum temporibus et post Iudaei complures vt in aliis Aegypti locis, ita potissimum Alexandriae versati fuerint, ex quibus

vv) *Moschopulum* quoque de dialecto *ionica* scripsisse, ex cod. Matrit., supra ad §. XII. citato, cognouimus. *Philoxenus* autem de dialectis etiam Syracusiorum et Laconum et reliquis; item de hellenismo; de glossis libr. V. etc. scripsit. v. *Suidam* h. v. ibique Küsterum pag. 606. qui notat, ab Etymologo v. Κορώνη et Eustath. ad Hom. Odyss. pag. 1570. 37. citari librum Philoxeni περὶ Ῥωμαίων διαλέκτȣ. adde *Villois.* praef. ad Apollon. lex. homer. pag. XXII. supra, vol. I. pag. 519. *Koen.* l. cit. *Harl.*

quibus nihil celebrius est Philone, cuius scripta eximia etiamnum hodie manibus terimus, hinc factum est, vt nonnulli docti viri hellenisticum quoddam genus loquendi Iudaeis, per graecas prouincias dispersis, proprium commenti, idemque esse putantes scribendi genus, quod in LXX. interpretibus et noui foederis libris occurrit, male hoc confunderent cum dialecto Alexandrina. Qua ratione *Christianus Schotanus* cum Matthiae Pasoris clauem N. T., vocibus, in LXX. interpretum versione obuiis, auctam Franequerae luci daret, in praefatione adfirmauit, *se plenum lexicon Hellenisticum siue Alexandrinum studiosis exhibere.* Ac licet diuersum plane scribendi genus sit, quo vtitur Philo, ne de aliis τοῖς ἔξω et vetustioribus scriptoribus Alexandrinis dicam, et quo vtuntur scriptores noui foederis vel septuaginta interpretes; tamen voces Alexandrinas in illis notarunt Salmasius, Heinsius, Grotius et alii viri eruditi. Consulendus inprimis *Humfredus Hody* in libr. 2. de Bibliis Originalibus, cap. 4. cuius antiquitatibus Alexandrinis fata intercessisse dolendum est. *Fabr.* cl. *Frid. Guil. Sturz*, in praesenti Prof. Gerani, disp. de dialecto Alexandrina ratione simul habita version's librorum V. T. graecae, Lips. 1786. 4. et III. progr. Gerae 1788. sqq. add. Cel. *Fischer.* Prolusf. de Vitiis Lexicorum N. T. pag. 659. sq. — De Ἑλληνισμῷ scripsit *Philo* s. *Philonides*, (sunt enim eadem nomina, sed diuersa forma) teste *Orione Thebano* in Etymol. MSt. Is vero saepe permutatur cum *Philoxeno*, vti pluribus docuit *Koen* in praef. ad *Gregor. Corinth.* pag. XX. sq. In cod. *Matrit.* esse quoque opusc. *de Hellenismo*, adnotauimus supra, ad §. XII. *Harl.*

XVIII. *Apionem* περὶ Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου citat Athenaeus libro XV. [conf. *Villois.* prol. ad Apollonii lex. homeric. pag. LVII.] Ab eodem memorantur *Diodori* γλῶσσαι Ἰταλικαί [ww]). *Neoptolemum* ἐν ταῖς Φρυγίαις φωναῖς laudatum reperias ab Achille Tatio in Isagoge ad Aratum. Phrygiam vero linguam graecae propaginem siue dialectum fuisse ostendit *Theodorus Ryckius* dissertat. qua Aeneae in Italiam aduentum aduersus Cluuerium et Bochartum confirmat, capite vltimo [?] pag. 465. 466. etsi multa Phrygum vocabula ex Palaestina desumta esse ostendit *Bochartus* 1. Hierozoic. lib. 2. cap. 36. pag. 3'9. et in libro, quo Aeneam in Italiam vnquam venisse pernegauit. *Moschi* quoque ἐξήγησιν Ῥοδιακῶν λέξεων adducit Athenaeus. *Arcadicas* quasdam et *Argiuas* voces colligit *Maussacus* in dissertatione, quam Harpocrationi praefixit vir doctissimus.

XIX. Plurium dialectorum rationem explicatam dederant praeter *Tryphonem* [cuius libellus περὶ παθῶν dialectorum tantum adhuc superest.] et *Theodorum*, *Gadareum*, cuius iam §. 2. memini, *Parmeno*, Rhodius, περὶ διαλέκτων, quo idem Athenaeus vsus est, et *Apollonius*, grammaticus, περὶ ὀνομάτων κατὰ διάλεκτον, memoratus Suidae, *Dionysius Iambus* περὶ διαλέκτων, iterum citatus ab Athenaeo, [*Aristocles* περὶ διαλέκτων, teste schol. rec. ad Oppiani halieut. I. 223. aliique a *Koenio*, praef. ad *Gregor. Cor.* pag XXII. citati.] Exstat et hodie libellus vtilis περὶ τῶν διαλέκτων τῶν παρὰ Κορίνθου παρεκβληθεισῶν *de dialectis, a Corintho decerptis*, in quo bene multae phrases multaque vocabula dialectis singulis, Atticae, Doricae, Ionicae et Aeolicae, propria, exponuntur. In praefatione ait *CORINTHVS*,

ww) De *Philoxeno* v. notam ad §. XVI. De Ἰταλικαῖς γλώσσαις s. *glossis Italiensibus* egit *Alex. Symmach. Mazochius* in commentario in aeneas tabb. Heracleens. part. I. pag. 142. *Harl.*

RINTHVS, (seu potius *GEORGIVS*, siue *Gregorius*, *Pardus* cognomine [xx]), Corinthi metropolita [yy]), cuius grammatica quaedam opuscula, manu exarata, occurrunt in bibl. Vindobonens. (Vide *Allatium* libro de Georgiis p. 416. [et in *Fabr.* B. Gr. vol. X. p. 798. sqq.] et *Tryphonem*, grammaticum, et *Iohannem Philoponum* aliosque complures in hoc genere elaborasse; at neminem satis exposuisse, quae ad singulas dialectos pertinerent. Hic *Corinthus* leuissima et falsa coniectura a quibusdam habetur auctor poëmatis, quod fertur sub nomine *Cointi Smyrnaei* siue *Quinti Calabri*. Ceterum liber ille de dialectis, graece ab Aldo editus, tum in κέρατι ἀμαλθείας, [Venet. 1496. fol. — cum Constantini Lascaris opusc. Cebetis tabula, Pythag. et Phocyl. carmin. Venet. ap. Ald. 1512. 4] tum ad calcem Lexici Asulani: latine exhibetur ab *Henrico Stephano*, tomo IV. Thesauri graecae linguae, et a *Iohanne Scapula* ad calcem Lexici: graece quoque et latine subiectus est Grammaticae *Constantini Lascaris* ab Aldo, Pauli filio, excusae, Venet. 1558. 8. [a. 1557. notatur a Maitt. A. T. III. pag. 701. et in Serie dell. ediz. Aldine ed. II. pag. 105. *Principem* tamen editionem, sub ipsa typographiae initia *Mediolani* cum Demetrii Chalcondylae et Manuelis Erotematibus, sine vlla anni, loci, paginarum nota in min. fol. (de qua iam in prolegg. ad Introd. in hist. L. Gr. pag. 43. egi,) Fabricius et Koenius ignorarunt. Plura de illa edit. *Maittaire* A. T. IV. pag. 753. (in meo exemplo, in primo folio cum signatura α est index erratorum; contra in exemplo, quod habuit Maittair. in manibus, in fine Moschopuli,) *Iriart.* in cat. codd gr. Matrit. pag. 144. sq. cel. *Panzer* in annal. typogr. vol. II. pag. 96. nr. 594. et cel. *Morel.* ad Pinelli cat. tom. III. pag. 232. sq. — *Koen* in praef. nominat Gregorii editt. aliis libris iunctas, *Parisinam* apud Egid. Gormontium, 1523. 4. *Venetam Hier. Scoti* cum Constant. Lascaris grammatica, 1546. 8. et *Basileenses*, in fol. Valentini Curionis, 1525. *Io. Walderi*, 1541. et *Hier. Curion.* 1557. — In adpendice ad Diction. gr. lat. Basil. 1584. fol. apud Sebast. Henr. Petr. sunt quoque ex Io. Grammatici τεχνικοῖς et Gregor. Corintho excerpta lat. cum vocc. et exemplis gr. id, quod etiam ab aliis lexicorum confectoribus factum est. Sed omnes editt. e duobus vel tribus codd. msst. fluxisse videntur. Illis autem multum praestat Koenii edit. tertiae fere partis accessione e codd. locupletata, et ex cod. potissimum Vossiano emendata, ordine vocc maxime restituto ex isto. Notae, quibus haec ed. ornata est, et quae vtilitate, saltem doctrina, multum superant Gregorii libellum, infinitae eruditionis, sagacissimi ingenii et iudicii lectione vett. auctorum bene subacti, testes sunt locupletes. Praeterea permulta vett. auct. loca illustrantur et emendantur. Editio autem est inscripta: Γρηγορίε Μητροπολίτε Κορίνθε περὶ διαλέκτων. *Gregorius, Corinthi Metropolita, de dialectis. E codd. msstis emendauit et notis illustrauit Gisbertus Koen, Ictus. Acc. Grammatici Leidensis et Meermaniani de dialectis opuscula, ab iis, quae sub Ioannis Grammatici nomine vulgo circumferuntur, longe diuersa.* Lugd. Batav. 1766. 8. graece. conf. *Klotzii* acta litter. vol. IV. part. III. pag. 320-326. Koen, graecae linguae Profess. Franequeran. non multo post immatura morte exstinctus, late eruditeque in praefat. disseruit de multis rebus, ad gr. vett. grammaticos pertinentibus, inprimis de

 nomine

xx) Quod, postquam Corinthi infulam obtinuisset, abiecisse videtur. v. Koen. praefat. pag. XIV. *Harl.*

yy) Circ. a. Chr. 1150. vt suspicatur *Saxius* in Onom. litt. II. pag. 243. sq. sed conf. *Koën.* praef. pag. XIV. sq. *Harl.*

nomine (in codd. male Κοριθȣ, Κορύτȣ interdum ſcripto.) de aliis *Corinthis*, de noſtri *Greg. Corinthi* aetate, de fontibus, e quibus hauſit, (qui praecipue fuerunt ſchol. ad Ariſtophanem, quae habuit ille editis pleniora, ad Thucydidem, Euripidem aliosque, tum Hermogenes, Ioannes Grammaticus,) de erroribus Greg. Corinthi, quem tamen a H. Stephani iniuria bene docteque defendit, de codd. aliisque, quibus vſus eſt, ſubſidiis, conſilio etc. In cod. quodam reperit H. Stephanus titulum, τȣ̃ μακαρίτȣ ΚΟΡΥΓΟΥ περὶ διαλέκτων· in cod. monaſterii *Florentini* inſcribitur, (teſte *Montfauc.* in diario ital. c. 25. pag. 365.) τȣ̃ μακαριωτάτȣ ΚΟΡΙΘΟΥ περὶ διαλέκτων. In bibl. *Leidenſi* eſt codex quantiuis pretii inter codd. *Voſſianos*, in 4. nr. 20. cuius apographum Valcken. fecerat ſibi et commiſerat Koenio, qui etiam a *Ruhnkenio* accepit collationes duorum exemplarium, alterius antiquioris, recentioris alterius, quae in vno cod. *Pariſ.* bibl. publ. nr. MMDCLXII. ſed varia manu ſcripta continentur. Idem nactus eſt codicis chartac. inter *Vaticanos* nr. 97. qui multis locis veram Gregorii manum conſeruauit, apographum, et a *Ger. Meermanno* codicem ſaec. XV. chartac. quem ille vna cum reliqua Pariſienſ. Ieſuitarum biblioth. comparauerat. De his igitur codd. latius diſputat Koenius. In catal. autem codd. msstt. *Pariſ.* bibl. publ. tom. II. praeter illum, quem contulerat Ruhnken, et in quo auctor libri vocatur *Georgius Pardus*, itemque continentur anonymi opuſc. *de paſſionibus ſiue figuris dictionis*, anonymi *de vocibus, quibus Attici vti conſueuerunt;* anonymi *de ſimilibus et differentibus vocc.* etc. *tres* occurrunt codd. nr. MMCCCCXXIII. MMDCLXXVIII. MMMXLVII. et alius, nr. MMDLII. in quo citatur *Georgius Pardus*, Corinthi metropolita. — In cod. MMDCLXIX. ſunt *Georgii Pardi*, Corinthi metropol. de ſoloecismo, de barbariſmo, et de ſyntaxi, libellus ineditus; item *Io. Philoponus* de dialectis, in cod. CCCLIX. exſtat eiusdem *Georgii Pardi* metrop. Cor. commentarius nondum editus, in canones dominicos feſtorumque totius anni et in triodia magnae hebdomadis ac feſtorum deiparae. — De *Georgii Cor.* et aliorum expoſit. in Hermogenem in cod. Vindobon. (*Lambec.* comm. tom. VII. col. 550.) et aliis vide ſupra in cap. de Hermogene. — *Florentiae* in bibl. Medicea, Georgii Cor. de dialectis in cod. XIV. plut. 55. — cod. XVI. et XXVIII. plut. 56. (v. *Bandini* catal. codd. gr. II. col. 279. 315. et 329.) — In cod. XXIII. nr. V. plut. 31. ſunt anonymi canones de dialectis, ionica, attica, dorica, aeolica et boeotica: quos *Bandin.* in indice ſ. v. *anonymi* col. 449. eſſe ſuſpicatur Gregorii metropol. Corinthi. adde eumdem vol. II. col. 94. — In cod. VII. nr. 37. et 38. plut. 55. in titulo quidem nominatur Μητροπολίτȣ Κορ. etc. *Metropolitae Corinthi D. Gregorii*, (ſed a recentiore manu in ſpatio vacuo, a vetere ſcriptore relicto, adiectum gr. eſt id nomen,) εἰσαγωγικὸν περὶ λογογραφίας, (*de ſoluta oratione*,) περὶ ἐπιςολῶν, περὶ ςίχων, et, (quod tamen opus ſuperioris continuatio eſſe videtur,) *de octo partibus orationis rhetoricae;* ſed *Bandini* II. col. 265. de auctore operis dubitat. — In eodem cod. nr. XLVI. eſt περὶ συντάξεως λόγȣ, ἤτοι περὶ τȣ̃ μὴ σολοικίζειν καὶ περὶ βαρβαρισμȣ̃· ἐν τῷ μεταξὺ τȣ́των καὶ περὶ συντάξεως προθέσεων καὶ ῥημάτων, τȣ̃ μητροπολίτȣ Κορίνθȣ Γρηγορίȣ· Addita nota, illum eſſe, qui *dominicos canones* interpretatus ſit, antea Pardus vocatus. *Bandin.* vero II. col. 267. ſq. obſeruat, legi etiam ſub eodem titulo et in *Vaticano* cod. DCCCLXXXIII. et in Palat. cod. CXLVI. pag. 184. idque colligi ex Allatii diatriba de *Georgiis* apud Fabric. B. Gr. vol. X. pag. 798. — Cum eadem de Gregorio nota eſt in cod. XVI. nr. X. plut. 60. opuſc. περὶ συντάξεως, *de conſtructione*, (*Bandin.* II. col. 607.) — In cod. XLVIII. plut. 57. eſt *Gregorii*,

Gregorii, *archiepiscopi metropolis Corinthi*, expositio in canones dominicos XIII. quos recenset *Bandin.* l. c. col. 428. sq. — A *Pliiero* in itiner. per Hisp. pag. 169. inter codd. *Escurial.* citatur *Georgius de Grammatica.* — *Matriti* in bibl. regia, in cod. XL. (*Iriart.* cat. pag. 145. sqq.) plures Grammatic. libri exstant: in his fragm. ab Iriarto in lucem emissum, ἴδιά τινα πόλεων, *propria quaedam ciuitatum vocabula:* idem opusc. est in cod. XCV. emendatius, atque vtriusque codd. diuersitatem Iriarte pag. 378. latius exposuit. — In eod. cod. XCV. (*Iriart.* pag. 369 - 382.) est ampla collectio plurium opusculorum grammaticor. in his fol. 71. fragm. *Gregor. Cor.* de dialectis, prooemium etc. tum fol. 73. excerpta ex *Greg. Cor.* aliisque de dialectis, cum permultis Constant. Lascaris adnotationibus, scholiis et auctariis, fol. 86. *Tryphonis* de tropis opuscul. quod Iriarte pag. 373. cat. nondum typis euulgatum arbitratur, fol. 118. ex *Io. Philoponi* scriptis de idiomatibus s. *dialectis.* fol. 123. *Moschopuli* opusc. de idiomatibus siue *dialectis*, (quod etiam memoratur a *Nesselio* cat. part. IV. pag. 73. inter codd. Vindobon.) et aliud eiusdem περὶ τῶν παθῶν τῶν λέξεων· *Tryphonis* de spiritibus; anonymi de figuris, soloecismi speciem habentibus, quae quarum sint *dialectorum* propriae, et eiusdem operis, eodem sane titulo initioque libellum ignoti auctoris in catal. codd. bibl. *Taurinensis*, pag. 374. legi, animaduertit Iriarte.) In *Britannia*, inter codd. Barocc. sunt in cod. LXXI. varia opusc. grammatic. in his *Theodosius*, Alexandrinus, de dialectis, et *Gregor. Corinth.* de dialectis. — cod. CXIX. et cod. CXXXI. *Gregor.* de dialectis. *Harl.*]

Ibidem habes etiam libellum de dialectis, decerptum ex technicis *IOHANNIS PHILOPONI* zz), sed in hoc ratio potius inflectendi et mutandi voces, singulis dialectis propria, quam voces ipsae, iisdem familiares, exponuntur, quod etiam de fragmento siue excerptis ex *Plutarchi* de vita Homeri, (*Eustathio* quaedam editiones male tribuunt, περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων intellectum velim. Recentiores de dialectis Graecorum scriptores, Martinum Rulandum, Erasmum Schmidium aliosque referre supersedeo. *Fabr.* *Maittarii* libr. iam supra laudauimus. Huc pertinent *Hadriani Amerotii* opusc. de dialectis graecis, cum aliquot Luciani epigramm. gr. Paris. exc. Christian. Wechel. 1534. 8. — eiusdem de dialectis diuersis declinationum graecanicarum, tam in verbis, quam nominibus, ex Corintho, Io. Grammatico, Plutarcho, Io. Philopono atque aliis eiusdem classis. Paris. in aedib. Ascensianis, apud Mich. Vascosanum. 1536. 8. (v. *Maitt.* A. T. ind. pag. 37.) — cum Io. Varennio et Moschopulo de accentibus, Paris. ap. Christian. Wechel. 1544. 8. — cum Varennii lib. de accentibus, ibid. ap. Io. Benenat. 1578. 8. — et *Io. Fried. Facii*, Prof. Coburg. compendium dialectorum graecarum, in vsum scholarum. Norimbergae 1782. 8. qui in praef. praeter ea iam excitauit *C. G. Schwarzii*, *Ferberi*, *Heupelii*, *Phil. Labbe*, et *Nibbii* dispp. librosque de dialectis gr. *Harl.*

XX. Non omittendae porro hoc loco *Callimachi* ἐθνικαὶ ὀνομασίαι· [❡] Athenaeo memoratae et Eustathio ad Odyss. ψ. quo in opere de nominibus, nationi vnicuique peculiaribus, egerat. Huius operis partem fuisse librum, quem Suidas Callimacho tribuit περὶ ὀνομασίας

Bb 3 μασίας

zz) V. paullo ante scripta ex codd. Paris. et Matrit. et de edit. *Koenii*, qui Io. Grammatici opusc. ab edito diuersum, sub finem Cor. Gregorii pag. 301. sqq. e cod. euulgauit. *Harl.*

μασίας ἰχθύων, recte ſuſpicatur *Rich. Bentleius* in Callimachi fragmentis, accuratiſſime digeſtis et collectis, pag. 314. Idem, ni fallor, recte addidiſſet μηνῶν προσηγορίας κατὰ ἔθνη καὶ πόλεις ^a^), quarum idem pag. 349. ex Suida meminit, eiusdem operis partem fuiſſe, quae veriſimillima Meurſii coniectura eſt in notis ad Helladii Chreſtomathiam pag. 77. Porro ἐθνικὰς ὀνομασίας ſcripſerat etiam *Hippias*, *Delius*, laudatus ab auctore ſcholiorum ad Apollonii Argonauticon librum III. [et ab *Eudoc.* pag. 248. de Cadmo.] His adde *Hellanici* ὀνομασίας ἐθνῶν καὶ πόλεων, quas laudat *Athenaeus* libro XI. et *Zenodoti* λέξεις ἐθνικὰς, quarum mentio apud Galenum in gloſſis Hippocrateis voce πέζαι ac πέλλα. Interdum et barbarae voces occurrunt in Graecorum ſcriptis, quas, ex Phoenicum, Scytharum, vel aliarum gentium lingua petitas, referunt. Tales hinc inde explicantur in gloſſario *Heſychii*. E recentioribus vir doctiſſimus, *Samuel Bochartus*, in ſuo Chanaan vocabula *Phoenicia*, apud veteres obuia, diligentiſſime perſequitur. Voces *Scythicas* nonnullas expoſuit *Boxhornius* et *Rudbeckius*, Aegyptiacas *Kircherus*, et in diſſertatione de Criticis *Mauſſacus* collegit. Idem Mauſſacus *Perſicas* quoque eodem loco adtingit, de quibus conſulendi inſuper *Henricus Valeſius* ad Ammianum, *Ezechiel Spanhemius* epiſtola aduerſus hiſtoriam criticam V. T. Richardi Simonis, *Leuinus Warnerus* ad prouerbia Perſica p. 41. *Briſſonius* de regno Perſarum, pag. 349. ſed prae ceteris elegantiſſimi ingenii vir et exquiſitae eruditionis *Adrianus Relandus* part. 2. miſcellanearum diſſertationum et *Guilelmus Burtonus*, Anglus, qui ad calcem hiſtoriae graecae linguae, Lond. Anno 1657. 8. editae, ſubiecit λείψανα linguae Perſicae, quam quidem vir ille doctus ex lingua graeca deducere conatur. Sed forte magis linguae perſicae cum noſtra germanica, quam cum graeca convenit, vt oſtenſum fuit *Iuſto Lipſio* Cent. 3. ad Belgas Epiſt. 44. *Boxhornio* in diſſert. ad Blancardum, quae adiecta eſt Q. Curtio editionis Blancardi, et *Andreae Müllero*, Greiffenhagio, apud Ludolphum Küſterum ſiue Neocorum in bibl. nouorum librorum Anno 1697. pag. 461. ſeq. quamuis viro ſummo, *Samueli Bocharto*, libr. 1. Phaleg. cap. 15. pag. 69. incredibile videatur, in tanta locorum intercapedine linguam Perſicam cum Germanica commune aliquid habere ^b^). Integrum quoque [?] opus de linguae Perſicae ac Germanicae adfinitate molitus fuerat *Iohannes Elichmannus*, teſte Salmaſio pag. 108. epiſt. et in praef. ad

a) In cod. *Matrit.* XCV. eſt fol. 184. auerſo: περὶ διαφόρων μηνῶν, *de diuerſis menſibus*, n. Aegyptiorum, Aſcalonitarum; Antiochienſium ſ. Macedonum, Hebraeorum atque Athenienſium; tum Bithynorum, Cypriorum; atque catalogum illorum menſium exſcripſit *Iriart.* catal. pag. 379. ſq. idem animaduertit, illis quidem haud abſimiles inueniri apud *S. Ioann. Damaſcenum*, Opp. vol. I. p. 578. edit. Lequienianae, tum in *Theodori Gazae* de menſibus libro, denique in fine lexici, ex *Roberti Conſtantini* aliorumque ſcriptis concinnati. In eod. cod. fol. 186. ſqq. ſunt ὀνομασίαι etc. ſ. vocc. rei militaris, n. praefecturarum et ordinum in bellicis adparatibus, ordinum velitum, nominaque equitum: id autem opus eſſe, obſeruat *Iriarte* pag. 380. nihil aliud, niſi τάξιν παλαιὰν καὶ ὀνομασίας τῶν ἀρχόντων, in tertio corporis Grammaticorum graecor. ab Aldo edit. 1523. et in Adpendice Theſauri L. Gr. Stephan. aut Ἑρμηνείαν τῶν ἐπιστρατευμάτων καὶ πολεμικῶν παρατάξεων φωνῶν, qui vocabul. tacticorum catalogus ſubiungi ſolet Suidae lexico; Küſter vero omiſit verſionem lat. ſed *Montfaucon* eum, tamquam ineditum, e cod. Coisl. euulgauit gr. et lat. in biblioth. Coislin. pag. 505. ſqq. bene tamen animaduertit, multa in Arriano corrupta poſſe ex illo opuſc. reſarciri. Atque ex hoc codice poſſunt quaedam in editis Suidaeque ſubiunctis ſuppleri et corrigi. *Harl.*

b) Conf. *Herm. von der Hardt* in Syria graeca pag. 74. ſqq. coll. *Io. Alberti* obſſ. philol. in ſacros N. T. libros, pag. 3. ſq. *Harl.*

ad arabicam paraphrasin tabulae Cebetis et carminum aureorum Pythagorae. Verum haec quidem facile conciliari inter se possint, si vel germanica lingua e graeca ceperit originem, vt visum Michaeli Neandro, Berneggero, Matthiae Brendelio, ac Georgio Christophoro Peiskero, Iosepho Mariae [c]) Bellino, et Iohanni Petro Erico: vel Graeci plura acceperint a Germanis, vti placet Goropio Becano et Vander Mylio in syntagmate de lingua Belgica. [vel vtraque lingua a communi stirpe, celtica aliaue, orta fuerit. Conf. *Pelloutier* historiam Celtarum, gallice scriptam.] Vide etiam Boxhornii dissertationem de linguae Graecae, Romanae et Germanicae Symphonia, et Mericum Casaubonum libro de quatuor linguis, vbi Anglicam veterem siue Saxonicam linguae graecae traducem esse contendit pag. 189. seqq. Quibus adde, quod in Annalibus Frisiorum et plurimis chronicorum scriptoribus traditur, Saxones primum dictos Macedones, et militasse Alexandro Magno, et eo mortuo venisse in Germaniam. Verum haec credat, qui volet, nos ad alia pergimus.

CAPVT XXXVII (olim XXXV)

DE LEXICIS BIBLICIS, ET GLOSSARIO HESYCHII ALEXANDRINI.

I. *Lexica biblica Philonis, Origenis, Eusebii, Cyrilli etc.* II. *Hesychii Alex. Glossarium.* III. *Eius editiones, ibid. Hesychius ille diuersus ab Hesychio, Milesio.* IV. V. VI. *Plura de illo vtilissimo glossographo, eiusque vsu multiplici et defectibus.* VII. *editiones promissae et virorum doctorum in eo emenaando industria.* VII. *Io. Viti Pergeri castigationes et notae eruditae MSS. ibid. Index scriptorum, ab Hesychio citatorum, concinnatus a Iohanne Pricaeo, aliquot locis auctior.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

Duplicis generis Lexica [d]) biblica reperio, aut enim nomina propria hebraicaue interpretantur, aut verborum graecorum, sed obscurorum vel peculiari ratione acceptorum, sensum exponunt. Inter prioris generis Dictionaria nihil olim fuit celebrius libro hebraicorum nominum PHILONIS, Iudaei, qui etiamnum modo sub ORIGENIS, iam sub CYRILLI, Alex. iam sub nullo [?] auctoris nomine graece superest in variis bibliothecis et inscribitur: Ἑρμηνεία ὀνομάτων καὶ λέξεων ἑβραϊκῶν τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἐμφερομένων κατὰ στοιχεῖον. Latine, sed plurimum mutatus et interpolatus iam pridem et frequentissime excusus fuit inter opera *S. Hieronymi*, qui in praefatione ita scribit: *Philo, vir*

c) V. Acta Erudit. Lips. Anni 1686. p. 419. seq.

d) Λέξιν quoque apud grammaticos saepe significare *Lexicon*, non vnice *vocabulum*, monent *Ruhnken.* praef. ad Hesychium, tom. II. pag. XI. et *Villoison* praef. ad Apollonii lexicon homer. pag. XXX. Interdum idem voc. denotat vocabulum rarissimum, antiquum, et a vulgi vsu abductum, notante eodem *Villoison* ad Apoll. lexicon hom. v. ἀβάκησαν, pag. 8. In cod. Leidensi antiq. membr. anonymus grammaticus Λέξις, ait, ἐστὶ φωνὴ ἐγγράμματος μέρος λόγου περιέχουσα. Τῶν δὲ λέξεων αἱ μὲν εἰσὶ ποιητικαί, αἱ δὲ κοιναί· αἱ δὲ κατὰ διάλεκτον. v. *Koen.* ad Io. Grammatici opusc. ed. Gregorii Corinthi de dialect. subiectum pag. 301. *Harl.*

vir disertissimus Iudaeorum, Origenis quoque testimonio comprobatur edidisse librum hebraicorum nominum eorumque etymologiam iuxta ordinem litterarum e latere copulasse. Qui quum vulgo habeatur a Graecis, et bibliothecas orbis impleuerit, studii mihi fuit in latinam eum linguam vertere. Verum tam dissona inter se exemplaria reperi, et sic confusum ordinem, vt tacere melius iudicauerim, quam reprehensione quid dignum scribere. Itaque hortatu fratrum Lupuli et Valeriani, qui me putant aliquid in hebraeae linguae notitia profecisse, commotus, singula per ordinem scripturarum volumina percurri, et vetus aedificium noua cura instaurans fecisse me reor, quod a Graecis quoque appetendum sit. Neque vero alia fuit ratio mirificae illius exemplarium libri Philonis discrepantiae, quam quod in omnium manibus quum esset, quilibet sibi putaret integrum pro libitu illud interpolare, addere ac demere, quodcumque visum fuisset. Et quoniam Origenes, vti versionis septuaginta interpretum, ita huius quoque Philoniani operis, recensendi curam in se susceperat, praeterea, quod Philo in nominibus N. T. fecerat, suumque laborem Philoniano subnexuerat; hinc factum, vt in quibusdam codicibus integrum Origeni, Alexandrino, tribueretur, cuius vtpote a multis damnato nomini quidam deinde nomen *Cyrilli*, itidem Alexandrini, substituerunt. Quod admodum moleste fert vir doctus *Isaacus Vossius* cap. XVI. libri de Sibyllinis oraculis: *Libellos Hieronymi de explicatione nominum hebraicorum a Iudaeis concinnatos fuisse, extra dubium est. In multis etiamnum bibliothecis graece supersunt, et constat, Origenem eos suis inseruisse operibus. In Lexico nec dum edito, quod Cyrillo tribuitur,* (in codice MS. bibl. Bremensis e) Κυρίλλου εἰς τὰς ἀπορρημένας λέξεις τῆς ἁγίας γραφῆς,) *ad calcem subiunguntur istae Hebraicae expositiones. Attamen Lexicon istud non est Cyrilli, sed Origenis, siue potius Iudaeorum, a quibus Origenes accepit. In veteri meo libro, eraso Origenis nomine, Cyrillo adscribitur, quod ipsum quoque in aliis factum fuisse obseruauimus exemplaribus. Et sane nescio, quo fato contigerit, vt tam multa Origenis opera praepostero tanti viri odio adtributa sint Cyrillo, homini, neque doctrina neque probitate alteri comparando.* Ceterum Origenis ἑρμηνεία τῶν Ἑβραικῶν ὀνομάτων [P] laudatur etiam a Iustino iuniore, quaest. 82. ad Orthodoxos, qui iterum quaest. 86. Origenem omnium, quae in sacris scripturis occurrunt, hebraicorum nominum ac mensurarum interpretationem edidisse adfirmat. Neque vero id negatur a Rufino, cum inuectiua 2. in Hieron. p. 151. ait, *se nec vnum locum ex Scripturis diuinis de Hebraeo ab Origene inuenire translatum*, quae Rufini verba obiter inspexit Huetius lib. 3. Origenianor. pag. 265. Rufinum reprehendens. Nihil autem magis commendat nouam Operum Hieronymi editionem, a Iohanne Marcianaeo, Benedictino, Parisiis adornatam, quam quod secundo tomo, A. 1699. vulgato, non tantum Hieronymi librum de nominibus hebraicis longe emendatiorem, sed et graeca Philonis atque Origenis ex variis MStis codicibus exhibet, vt promiserat in epistola, quae legitur in Ephemeridibus Eruditorum gallicis, anni 1696. pag. 455. In eodem secundo tomo exstat liber siue Lexicon de locis Hebraicis, quem de Graeco Eusebii Hieronymus transtulit, quique latine tantum occurrit in iis, quae ante vulgatae erant, Hieronymi editionibus. De eo dixi supra libri huius quarti cap 6. [vol. IV, pag. 742. sq.] Nunc tantum addere licet, multa eius libri post Bonfrerii, Marcianaei, et Iohannis Clerici curas feliciter et certissime emendata atque noua

e) V. ad cap. V. §. 40. §. 8. vol. IX. p. 51. sq. vet. ed. *Harl.*

noua luce perfusa esse a *Iacobo Rhenferdo*, in Exercitationibus philologicis, Franequerae A. 1707. editis ad loca deperdita et deprauata Eusebii et Hieronymi, de situ et nominibus locorum sacrorum.

II. Alterum genus Lexicorum biblicorum esse dixi, quibus verba LXX. Interpretum vel Noui Instrumenti graeca quidem, sed obscura vel singulari significatione accepta explicantur. Talia olim exstitere forte complura, et sub Cyrilli Alex. nomine hodie in bibliothecis occurrunt. Talibus quoque vsum esse constat, ipsummet non absurde illis accensendum auctorem glossarii, quod sub HESYCHII, Alexandrini, nomine exstat. Quamuis enim idem infinita explicet poëtarum [f]) et aliorum τῶν ἔξω scriptorum loca: tamen dici non potest, quam multa etiam graecae versionis librorum sacrorum V. T. scriptorumque Noui foederis ab eo praeclare illustrentur. Huius vtilissimi ac paene necessarii omnibus, serio graeca tractantibus, Glossarii vnicum, etsi non vsquequaque emendatissimum exemplar, fausto omine peruenit in manus Ioh. Iac. Bardelloni, qui id Aldo Manutio excudendum tradidit. *Prima* itaque [eaque vitiosa] *Hesychii* editio [g]) Venetiis, anno post Christum natum, 1514. fol. [☞] ex Aldi officina luci publicae exposita et reliquarum edd. basis est, quam mox *Florentina* cura *Antonii Francini Varchiensis* per hered. Philippi Iuntae anni 1520. et anno post *Hagenoensis* [in aedibus Anshelmi Badensis, et de qua ed. vide infra sub fin. §. VII.] vtraque in fol. excepit [h]). Atque hae omnes *Basileensem* Lexici Hesychiani ἔκδοσιν [i]) anteuerterunt, vt falsus fuerit *Voetius*, quum in Bibliotheca Studiosi Theologiae lib. II. c. 4. pag. 373. solam editionem Hesychii Basileensem exstare credidit. Postea Hesychius elegantissime Lugduni Batauorum Anno MDCLXVIII. in 4to. est typis exscriptus, cui hortatu et adminiculis viri insignis Emerici Bigotii, curante et digerente *Cornelio*

f) Praecipue Homeri, obseruantibus Ruhnkenio et Villoisonio, et iam antea *Io. Iensio*, in Lucubration. Hesychianis, Roterodami 1712. 8. in praef. et per totum librum. *Harl.*

g) Curante *Marco Musuro*, de quo postea. In bibl. Pinelli fuerunt duo exemplaria: alterum cum adnotatt. autographis Io. Arcerii, Petri Francii, et Arn. Drackenborchii; alterum adnott. msstis viri docti refertum. v. catal. III. pag. 238. cl. Ernesti vsus est exemplo Aldino, in cuius margines Th. Reinesius varias notas scripserat, e quibus quae in primis vtiles videbantur, transscripsit ille in not. ad Hesychii glossar. sacras, inferius memoratas. In bibl. Bodl. cod. L. I. 14. art. Seld. exstat ed. Ald. cum notis msstis H. Stephani. *Harl.*

h) Hagenoensem edit. aliquando occurrere, nouimus quasi nouam et diuersam, si titulum spectes longiorem, qui in prioribus erat simplex. Vltimum quoque folium, in quo locus et annus mensisque dies comparebant cum figura subiecta AB. quod nomen est *Thomae Anselmi Badensis*, est omissum. Sed vna eademque est cum Hagenoensi, vt librarius omissione illa et longiore titulo fucum emtoribus fecisse videatur. v. *Alberti* praef. ad Hesych. t. I. cap. II. vbi de variis editt. docte disputat. *Harl.*

i) Fabricius in altera editione in indice addendorum et corrigend. addit, a. 1545. fol. nec in ea vllam adiecit notam, ita, vt illam ἔκδοσιν veram putauerit, quum in prima edit. in addendis et omisisset anni notam, et vero scripsisset, „delenda verba de Basileensi editione Hesychii, Voetio memorata, quia plane chimaericam illam esse, et Voetio Hagenoensem in animo fuisse, mihi persuadeo." atque *Alberti* in praef. p. VIII. huic Fabricii sententiae subscribit, aut suspicatur, fuisse exempla ed. Hagen. nouo tantum titulo praefixo. *Benzel.* in not. scripf. "Basileens. apud Oporin. a. 1568. Hesychii lexicon gr. apud Commelin. impressum in fol. dicitur in catal. librorum, qui in bibliopolio eius reperiuntur, pone Eunapium a. 1596. 8. editum. Sed non memini, me hanc edit. videre. *Barth.* epist. ad Daumium fasc. VI. pag. 69. Struvii." *Harl.*

nelio Schreuelio, Adriani Iunii, Iosephi Scaligeri, Claud. Salmasii, Iac. Palmerii Grentemenilii, Godfr. Sopingii, Francisci Guieti et Io. Coccei, Ioh. Frid. Gronouii, Tan. Fabri et aliorum doctorum hominum emendationes singulis subiectae paginis accessere. *Fabr.* De permultis variisque naeuis huius editionis, venustae magis quam accuratae, v. ipsum Fabr. paullo post §. VII. *Albert.* in epistola ad Fabric. in huius vita, a Reimaro conscripta, pag. 212. in primis per totum cap. III. praefat. pag. IX-XIV. Schreuelius tamen, quod in ipso opere diem, (vt ait Albert.) vltimum clauserat, d. XI. Sept. a. 1664. non omni quidem vacat culpa negligentiae, oscitantiae, temeritatis, interdum tamen poterit excusari. — Optima et splendida est nouissimaque editio. Ἡσυχίȣ Λεξικον. *Hesychii lexicon,* cum notis doctorum virorum integris vel editis antehac, nunc auctis et emendatis, Hadr. Iunii, H. Stephani, Iof. Scaligeri, Claudii Salmasii, Iac. Palmerii, Franc. Guyeti, Godefr. Sopingii, Io. Fungeri, Io. Coccei, Io. Fr. Gronouii, Io. Casp. Suiceri, Tan. Fabri, Corn. Schreuelii, Ed. Bernardi etc. vel ineditis H. Valesii, Dan. Heinsii, Phil. Iac. Maussaci, Thom. Munkeri, Marc. Meibomii, Io. Verweii etc. inprimis Lud. Kusteri, Tib. Hemsterh. Io. Christ. Biel etc. praeter selectas Io. Iensii, Dan. Wilh. Trilleri, G. d'Arnaud, Frid. Lud. Abresch etc. ex autographis partim recensuit, partim nunc primum edidit, suasque animaduerss. perpetuas adiecit *Ioann. Alberti*, Theol. Doct. et Prof. ord. in acad. Lugduno-Bataua, cum eiusdem prolegom. et adparatu Hesychiano. (tom. I.) Lugd. Bat. 1746. fol. — In tomo II. excudendo operae, ob varios grauesque et diuturnos, quibuscum confligendum erat Alberto, morbos, quibus tandem d. XIII. Aug. an. LXII. et aetatis anno sexagesimo quinto consumtus est, lentius processerant ad voc. Φαιλόνης. Illo mortuo, Ruhnkenius, cura reliquarum plagularum suscepta, opus profligauit, ibid. 1766. fol. et erudita ornauit praefatione. *Alberti* in praef. ad prius volumen copiose egit de auctore huius lexici eiusque aetate; de variis operis editionibus, speciatim de vltima ed. Schreueliana; tum de editionibus promissis et latentibus doctorum notis, denique de sua editione, variisque ad eam adminiculis, et modo ac ratione sui instituti. Illis subiecit praefationes et dedicationes superiorum editionum, et alia, vel edita antehac vel inedita, quae ad Hesychium facerent. In his sunt Franc. Senini et Claudii Sallierii epistola de Hesychii editione ad nostrum Fabricium; tum ex B. Gr. caput, in quo locupletando ad praesens versamur, et cap. V. libri V. vol. VI. pag. 240. sqq. de Hesychio illustri; postea *Iusti Christiani Thorschmidii* de Hesychio, Milesio, illustri disp. habita Witeb. 1716. et *I. A. Ernesti* erudita comment. de glossariorum graecorum (in primis Hesychii) vera indole et recto vsu in interpretatione, (scripta Lipsiae 1742.) Ille inter alia nouem constituit canones, ex quibus glossariorum ratio vsusque melius intelligeretur. — *Alberti* vero iam antea praeclaras in Hesychium obseruationes atque emendationes dederat in bibliotheca Bremensi, class. VIII. fasc. I. p. 149. sqq. in misc. critic. in Hesychium, subiectis glossar. gr. in libros N. T. Lugd. Batau. 1735. 8. pag. 295. sqq. et in Periculo critico, in quo loca quaedam, cum V. tum N. foederis, tum *Hesychii* et aliorum illustrantur, vindicantur, emendantur. Lugd. B. 1727. 8 item locis paene infinitis in Obss. philol. in sacros N. T. libros. Lugd. Bat. 1725. 8. denique, adsumto nomine *Gratiani de S. Bauone*, in miscell. obss. criticis in auctores vet. ac recent. in quibus etiam passim occurrunt I. Iortini, P. Wesselingii, Frid. Lud. Abreschii, Lud. Gasp. Valckenarii, Isebr. Eil. Harckenrothii et aliorum animaduersiones ad permulta Hesychii loca: quorum coniecturas atque emendationes quoniam *Saxius* in Onom. I. pag. 465. sq. sub suis

cuius-

cuiusque nominibus iam diligenter commemorauit, hic nolo amplius ſigillatim indicare. Vberiorem autem binorum voluminum cenſuram confecit *I. A. Erneſti*, (vti ſuſpicatur Saxius l. c.) in nouis actis eruditorum Lipſ. a. 1746. m. Oct. pag. 575-581. et a. 1769 m. Aug. pag. 337-356. atque de priore tomo conf. *I. Sal. Semleri* notitiam ſplendidiſſimae Heſychiani lexici editionis, inter Batauos prodeuntis, addito ſpecimine animaduerſſ. Halae Magdeb. 1749. 8.

Vnicus autem, quod valde dolendum eſt, cod. mstus tantum exſtat in bibl. *Veneta* Marciana: de quo quidem et aliis rebus, ad Heſychium pertinentibus, ad §. VII. plura dicemus. Cel. tamen *Alter* in allgem. litterar. Anzeiger, a. 1796. nr. 27. pag. 292. ex ſchedula quadam, Salmaſii manu, vti opinatur, ſcripta, in qua Dupuy rogaſſe dicitur Heinſium, vt locum quemdam curaret conferendum cum codice quodam Heſychii msto valde antiquo in bibl. Laurent. medicea, conicit, Florentiae in illa bibl. ſaeculo XVII. adhuc fuiſſe codicem Heſychii valde antiquum. *Harl.*

III. De auctore, quis qualisue fuerit, ſolliciti animaduertimus, Adrianum Iunium in adagio *βȣγάιος* et *βȣβάϱας* ex loco Euſtathii ex Herodiano citantis, quae in Heſychio noſtro leguntur, male colligere vel ſuſpicari, Herodiani eſſe Lexicon iſtud, quod nos Heſychii adpellamus. Sed Heſychius ipſe in praefatione, ſe paſſim veſtigia legere Herodiani, teſtatur. Ceterum non in veteribus tantum Lexici, de quo ſermo nobis eſt, editionibus praefixa eſſe Suidae verba, quibus de Heſychio, Mileſio, agit, ſed idem quoque in Schreueliana accidiſſe video, perinde ac ſi Heſychio, Lexici auctori, aliquid cum Mileſio illo commune eſſet. Quod merito mirum alicui videri queat, etſi Schreuelio forte non eſt imputandum, quem ante abſolutam editionem vita exceſſiſſe accepimus [k]). At enim auctorem Lexici non Mileſium hominem, ſed Alexandrinum grammaticum, codex, Bardelloni manu [l]) exaratus, adpellat, vt hunc quaerentibus de illo ne cogitandum quidem eſſe, et, qui vtrumque confundit, ſi non toto coelo, certe totis regionibus aberrare videatur. Quod monere ſusque deque habuiſſem, niſi viderem, viros doctos aliquando iſthoc errore imprudentes abripi, ex quibus vnum iam liceat adducere *Martinum Hanckium*, qui pag. 145. eximii operis de Byzantinis ſcriptoribus inter iudicia de Heſychio Mileſio, doctiſſimi Grammatici encomium repoſuit, quod Lexicographo noſtro tribuerat vir acutus, Richardus Montacutius. Eiusdem eſt erroris, quod Guil. Budaeus in libro de aſſe et poſt eum Georgius Agricola in opere de menſuris et ponderibus Heſychium Lexicographum Anaſtaſii, imperatoris, tempore vixiſſe dicit, quum de Heſychio [☛], Mileſio, id Suidas adfirmaſſet. Nec ex alio fonte eſt, quod ad annum Chriſti 500. refertur Heſychius in cenſura celebrium auctorum, edita a Baronetto Anglo, Thoma Pope Blount.

IV. Ecquis vero Alexandrinus Heſychius ille fuerit, quando vixerit, quae munera gefferit, nemo forte eſt hodie, qui nos certo docere poſſit. Chriſtianis quidem ſacris

Cc 2 initiatum

k) *Alberti* quoque Suidae locum inſeruit prolegom. notisque Küſteri et ſuis inſtruxit. *Harl.*

l) *Bardellone*, nobilis Mantuanus, codicem, quem poſſedit, Venetias miſerat, vt ab Aldo formulis typographicis deſcriberetur. Poſtea venit in biblioth. Bapt. Recanati, qui eum cum aliis codd. legauit bibl. Venetae Marcianae. v. Schow in litteris ad Heynium pag. 7. et in praef. ad Heſychii lexicon ex cod. reſtitutum pag. X. vbi quoque fatetur, ſe neſcire, vbi et a quo cod. Marcianus ſcriptus fuerit, vndeque venerit. *Harl.*

initiatum fuiſſe, tam eſt certiſſimum, quam falſum eſt, quod adfirmat Suidas, Heſychium, Mileſium, a Chriſti nomine alienum fuiſſe. Nam et Mileſium iſtum, qui illuſtris etiam compellatione celebrari meruit, fuiſſe Chriſtianum, ex nomine Iohannis, quo filium eius gauiſum eſſe Photius cod. XLIX. auctor eſt, et ex aliis argumentis, a Meurſio Hankioque productis, facile conſtat, neque firmum eſt, quod pro contraria ſententia rationis loco Suidas adiicit, ὅτι ἐκκλησιαστικῶν οὐδενὸς μνημονεύει, quum ipſius quoque Chriſti honorificam, vbi de Sibylla agit, mentionem faciat. Longe autem eſt liquidius, Lexicographum Heſychium non accenſeri debere paganis, vsque adeo, vt hunc non minus quam Suidam monachos fuiſſe coniecerit *Eraſmus* Chiliad. 3. centur. 6. adag. 58. Ac Suidam quidem monachum adpellauit etiam Scaliger ad Varronem, et *Adrianus Bailletus* in doctorum iudiciis, gallice editis, tom. 3. pag. 125. Et *Iohannes Bona*, cardinalis, in notitia auctorum, quibus in Pſalmodia ſua vſus eſt, Suidam monachum Byzantinum dicere non dubitat, ſequutus, ni fallor, Demſterum in Antiqu. Rom. etſi, quo veteri auctore hoc adſeratur, incaſſum ſollicitus ſit elegantiſſimus *Menagius* cap. LXXVII. Antibailleti. Heſychium autem, qui, excepto Eraſmo, monachum vocauerit, hactenus quidem potui reperire neminem. Chriſtianum tamen eſſe, plurimi iam animaduerterunt et argumentis non inficiandis oſtendit *Caſaubonus* ad Athenaeum, lib. I. c. 9. vt Schreuelii praefationem ſilentio praeteream. Infinita ſunt non tantum Noui foederis, ſed et LXX. interpretum loca, quae illuſtrat explicatque Heſychius, Aquilam quoque καὶ τοὺς τὴν ἑβραϊκὴν φωνὴν μεταθέντας λοιποὺς memorat. Praeter patriarcharum, prophetarumque et apoſtolorum, CHRISTI denique ipſius nomina, aliquot etiam Philoniae nominum hebraicorum etymologiae, vt Abelis, Abdiae m), [P] Abraami, Adami, Amoſi, Danielis etc. apud eundem occurrunt, de quibus confer, ſi placet, *Ioh. Marcianaeum* ad S. Hieronymi librum de nominibus hebraicis tom. II. f. 90. ſeqq. et *Richardi Simonis* epiſtolas criticas, Baſileae excuſas, pag. 191. ſqq. Spiritus Sancti meminit Heſychius his verbis: ἀπφῦς· Πατρὸς ἡ διπλασία χάρις. ἀπφύς. ὁ πατήρ, ἡ πνεύματος ἁγίου διττὴ ἐνέργεια. vbi verba ἀπφύς. ὁ πατὴρ praemittenda ſunt, et deinde coniunctim legendum: ἀπφῶ· πατρὸς ἡ διπλασία χάρις. ἡ πνεύματος ἁγίου διττὴ ἐνέργεια, reſpicitur autem n) locus IV. Reg. II. 14. in editione ſeptuaginta interpretum, ad quam emendandam illuſtrandamque porro quantum auxilii adferre Heſychius valeat, docere harum litterarum ſtudioſos vir ſummus *Iohannes Pearſonius* poteſt, cuius luculenta exſtat, editioni ſeptuaginta interpretum, Londinenſi, Cantabrigienſi, Amſtelodamenſi ac Lipſienſi, praefixa, quamquam nomen eius primis tantummodo litteris ſubſignatis innuit, praefatio. Docere idem poſſunt Iohannes Druſius, Iſaacus Voſſius, Bochartus, et Lambertus Boſius, pluresque alii eruditiſſimi et ſacrarum litterarum ſtudioſiſſimi viri, Iohannes denique Pricaeus et Henricus Hammondus, qui etiam, quam vtiliter Heſychius ad illuſtrandum Nouum Foedus adhiberi poſſit, poſt Danielem Heinſium in ſuis commentariis egregie oſtenderunt. Atque vtinam vel Pearſonio vel Pricaeo, quorum vterque Heſychii ἔκδοσιν molitus eſt, tam inſignem laborem tamque vtilem in litterarum, ſacrarum praeſertim, bonum abſoluere licuiſſet!

V. Haec

m) Pro Ἀβδίας ἔργμα δοῦλος leg. ex MS. libri nominum Hebr. ὁ δοῦλός μου, notante Marcianaeo. [ſed v. ibi not. V. D. col. 16. ſq. tom. I. ed. Alberti.]

n) Vide Dan. Heinſii Prolegomm. ad Ariſtarchum S. pag. 663. edit. in fol.

V. Haec pridem cogitanti mihi, in mentem venit, an forte Hesychius, Alexandrinus, cuius editio graeca veteris instrumenti Hieronymo aliisque celebratur, quique tertio post Christum natum saeculo floruit, pro primo ac praecipuo auctore huius lexici habendus esset. Atque hanc suspicionem meam tum in dissertatione de numero septuagenario §. XVI. tum in dissertatione, quam A. 1689. de Lexicis graecis edidi admodum adolescens, publico prodidi; quam ita volui intellectam, vt a posteriore manu non pauca illi accessisse simul existimarem, qualia sunt Diodori Tarsensis, Cyrilli, Ambrosii et Epiphanii mentio, item barbara quaedam et alia, quae manifesto posteriorem aetatem innuunt. Cuius generis additiones accessionesque tum commune lexicorum fatum, tum illud magis credibiles reddet hominibus minus pertinacibus, quod glossarium Hesychii truncatum [☛] maleque habitum etiam omnium confessione est eruditorum. Ac si *Stephanus Lemonius*, vir eruditissimus, in notis ad varia sacra pag. 867. non dubitauit adfirmare, Origenis Lexicon latere sub isto Hesychiano, nescio, magisne sit credibile, quod a nobis adfirmatum est, Hesychii Lexicon in Hesychii Lexico reperiri. Quamuis itaque me non fugiat, a Grotio ad Gen. XXVI. 33. Stephanum, Byzantinum, Hesychio, lexicographo, tamquam antiquiorem praeponi, et *Wilhelmum Ernestum Tentzelium* part. 2. diss. select. pag. 124. eumdem Hesychium saeculo sexto putare recentiorem: qui proinde in dialogis suis menstruis A. 1689. pag. 1242. immanem chronologicum errorem commisisse me, totisque adeo saeculis aberrasse, olim pronunciauit: nullum tamen hic saeculo sexto iuniorem Hesychium demonstrare potuit, cui illud glossarium probabili opinione, nedum certa sententia, tribuatur. Itaque necdum coniecturae me meae poenitet. Moneo etiam, in illa sententia confirmatum iri, qui cum Hesychii glossario diligenter contulerit lectiones MSti codicis Alexandrini septuaginta interpretum, quas Angli ediderunt, siue quae illum ex asse exprimit, editionem Grabii. In isto quippe codice Alexandrino referri ἔκδοσιν graecae versionis Hesychianam Isaaco Vossio, Ezechieli Spanhemio, aliisque viris doctis obseruatum. Nec miretur aliquis, ad tertium a Christo nato saeculum a me glossarii huius primum auctorem reduci, quum vir praestantissimus *Thomas Hyde* libro secundo de ludis orientalium pag. 156. ambiguus haereat, vtrum Pollucem Hesychius, an Hesychium Iulius Pollux secundi a Christo nato saeculi Grammaticus exscripserit.

VI. Non autem ad illustrandos LXX. interpretes tantum, nouique instrumenti libros vtilissimus est Hesychius, sed et omni generi graecorum auctorum, poetarum potissimum perdiscendo mirifice facit, vnde ad intelligendos poetas, inque his principem inprimis Homerum recte Hesychii glossarium commendauit Ludouicus Viues in aureo opere de tradendis disciplinis. Etiam ad Hippocratem interpretandum maximo adiumento fore Hesychii lexicon, Scaligero visum est. Nec fugit Meursium ratio, graecarum litterarum, si quis alius, callentissimum, quum lexicon istud *antiquae eruditionis penu* pronunciauit libr. I. miscell. laconic. cap. XIII. Et quis omnia eruditorum hominum encomia atque laudes, quibus Hesychium nostrum [☛] passim prosequuntur, ex eorum scriptis velit colligere, aut si velit propter multitudinem atque frequentiam facile possit? Nam vt elogia, a Bailleto et Thoma Pope Blount collecta, praeteream, nihil certe in Salmasii, Casaubonorum, Vossiorum, Heinsiorum, Canterorum, Brodaei, Scaligerorum, Barthii, Petitorum, Fulleri, Bocharti aliorumque complurium libris est frequentius, quam vt Hesychius glossographorum

rum optimus, mirae ac profundae eruditionis grammaticus, omniumque doctissimus grammaticorum, eiusque Lexicon eruditionis veteris abyssus adpelletur [o]). Nec Graeciae totius modo, sed ex parte et orientis eruditionem in Hesychiano lexico conclusam iacere, *Daniel Heinsius* in Aristarcho sacro adfirmauit, quod vir summus, Bochartus, etiam iuit confirmatum, quum Phoenicia, in Hesychio obuia, singulari capite immortalis operis, quod Chanaan inscripsit, explicanda sibi sumsit. Vide librum eius secundum, cap. XI. cui praeter ea, quae de voce σαυκεβάλλημος Bocharto praeterita notauit *Ezechiel Spanheimius* pag 318. seq. de vsu numismatum, *Maussacus* in dissertatione critica, Harpocrationi subiecta, pag. 390. seq. addi potest. *Thomas* vero *Reinesius* multa etiam Germanis vernacula vocabula in Hesychio notasse se ait pag. 636. variarum lectionum. Persicas voces, ab Hesychio explicatas, illustrat *Adrianus Relandus*, part. 2. miscellanearum dissertationum. Vsus est Hesychius quamplurimis auctoribus, oratoribus, poetis, grammaticis et aliis, quorum index a Iohanne Pricaeo quondam confectus et ad calcem notarum in Apuleii asinum aureum Goudae 1650. 8. editus, Schreuelianae quoque Hesychii editioni deinde subiectus fuit, atque infra vno alteroque loco auctior exhibebitur. Reinesius in epistolis ad Vorstium testatur, se, antequam Pricaei elenchus innotuisset, similiter eiusmodi indicem scriptorum, Hesychio vsurpatorum, confecisse, quale quid mihi quoque admodum adolescenti accidit. Inprimis vero, quod in praefatione ipse prae se fert Hesychius, Apionis, Apollonii, Aristarchi, Didymi, Diogeniani, Heliodori ac Theonis laboribus mirifice adiutus fuit, quorum auctorum pars, lexica κατὰ στοιχεῖον, pars, scholia in Homerum et alios poëtas scripserat [p]). Pro Heliodoro Herodorum, Homeri interpretem, patria Heracleotam,

o) Nubem testimoniorum laudumque, quibus mactatur Hesychius a multis, coegit Alberti in praef. ad I. vol. *Harl.*

p) De his vide Alberti et ceterorum V. D. notas ad Hesychii epistolam ad Eulogium, et *Valcken.* in schediasmate de Epistola ad Eulogium, (in calce ad Virgilium collatione scriptorum graecorum illustratum opera Fuluii Vrsini. Ille vero postquam de *lexicis* quibusdam graecis antiquis praeclare disputauit multisque speciosis acuteque excogitatis docteque explicitis rationibus ostendere conatus est, epistolae scriptorem vltimi aeui graeculum, multa de memoratis grammaticis graecis falso aut minus recte pleneque tradidisse; tandem concludit, luculentam glossariorum lexicorumque veterum συναγωγὴν, quam sub Hesychii nomine legimus, non esse vasti operis epitomen, postquam epistola ad Eulogium scripto fuisset mandata, concinnatam; saepenumero quidem auctorum et populorum nomina male praetermissa; non pauca etiam, quae in libris vetustis plenius legerentur, fuisse contracta, sed ab illo, qui non peritissime hanc collectionem primus adornasset, epistolam ad Eulogium, a Graeculo recentiore praefixam, vt librum nullius momenti incrementis a se dictatum, splendidis mendaciis commendaret. Ideo existimat Valcken., Hesychium, siue vetus illud et ad adipiscendam eruditionem ingeniumque exercendum vtilissimum instrumentum, ista ad Eulogium epistola contaminari. Neque tamen omnibus persuadere potuit Valcken. Epistola enim respondet operi, non quale nunc est; sed quale tum, quum illa scriberetur, fuit. conf. *Ruhnken.* praef. pag. IV. sqq et pag. VIII. vbi colligit, quod et epitomatores et librarii nomina grammaticorum, quos Hesychius in praefatione se adhibuisse dicit, certatim deleuerunt, inde peti argumentum ad praefationis fidem conuellendam non posse. *Villoison* quoque in prolegg. ad Homerum pag. XXVIII. fin. adsensum denegat argumento, quod Valck. ab Aristarchi mentione in epistola Eulogii facta duxerat. Idem doctiss. *Villoison* in prolegom. ad Apollonii lexicon homericum passim est copiosus de grammaticis illis graecis, in epistola ad Eulogium laudatis: pag. VII. sq. refutat Ruhnkenii sententiam, in praef. ad Hes. vol. II. pag. 5. prolatam, qua negarat ille, *Apionem* fuisse Apollonii discipulum. (conf. supra, vol. I. pag. 503. sq.) Tum magnam glossarii Apoll. partem ab Hesychio esse descriptam, atque Hesychium posse vel post doctissimas Alberti aliorumque curas ex Apollonii lexico

cleotam, reponit vir ſupra laudes *Iohannes Georgius Graeuius* [q]: ſed et Heliodori nomen alibi apud Heſychium non ſemel occurrit, Herodori vero [☞] numquam [r]) et fuerunt Heliodori complures, etiam grammatici, et locum homericum interpretaturus Suidas in τρίγληνα Heliodorum auctorem laudat, vt forte minus ſollicitandum illud nomen eſſe videatur. Quod vero ex aliis profeciſſe ſe ait Heſychius, quum ingenuitatis laudem ei conciliare debuiſſet, obſeruatum eſt, eruditionis opinionem apud nonnullos detriuiſſe, ex quibus Reineſius, *eruditionem*, inquit, *quam ei paſſim tribuunt, potius iis ſcriptoribus, quos excerpſit, (eſt enim ſolum συῤῥαπτάδης,) tribuerem: cum enim nihil paene eius ſit, quomodo eruditum ἐξαιρέτως fuiſſe colligam?* Nihilominus ipſum quoque multa addidiſſe, extra dubium videtur, et ipſe Heſychius: λέξιν μὲν, inquit, οὐδεμίαν παρέλιπον κειμένην παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ πλεῖστα οὐκ εὑρὼν προστέθεικα. Neque laude defraudandus eſt auctor, qui optimos ſcriptores excerpendos delegit, et laborioſe digeſſit, ac ipſe ſua induſtria et doctrina non parum locupletauit. Ait porro Heſychius, ſe omnia accuratiſſime perſcripſiſſe ſecundum praecepta grammatici Herodiani: *Ego vero*, addit hiſce verbis recitatis Richardus Bentleius, *qui Theodoſii MStam ἐπιτομὴν τῆς καθόλου Herodiani lectitaui, teſtificor, parum huic promiſſo vel nullo modo ſatisfactum eſſe.* Sed hoc exſcriptorum et interpolatorum oſcitantiae potius, quam auctori tribuerim, quibus et illud, ni fallor, merito adſcripſeris, quod voces infinitae in alienum translatae ſint locum, vt notauit *Rutgerſius* pag. 561. var. lect. Et quod idem Bentleius obſeruat, litteras ι, ει et η item ε et αι paſſim promiſcue vſurpari. Nec minus, quod ait *Gatakerus* pag. 460. Aduerſar. *familiare eſſe Lexicographis, vt ea ſub eodem vocabulo comprehendant et repraeſentent, quae illud, quod id ipſum peculiariter deſignat vel conſequitur vel antecedit, vti Heſychius in τυπεὶς et τύφον. Τύπτειν enim neque cadere neque domare ſignificat* [s]). Quod praeterea Heſychius ipſe auctor eſt, ſe in Lexico ſuo ταῖς παροιμίαις τὰς ὑποθέσεις [a Diogeniano ſcil. omiſſas] ἀποδεδωκέναι, idem quoque in libro ipſo prout hodie quidem in manibus noſtris verſatur, rariſſime praeſtitum adparet, vnde pridem de mutilatorum, truncatorum, interpolatorumque moleſtis manibus conqueſti ſunt viri docti, Eraſmus in adagiis, Mauſſacus

xico innumeris paene locis reſtitui, aut a falſis paullo audaciorum criticorum emendationibus vindicari, paſſim docet doctiſſ. *Villoiſon* inprimis pag. XLIX. ſqq. pag. LIII. ſqq. Idem ipſe multa Heſychii loca, noua eiusdem cum Apollonio comparatione inſtituta, emendat, multorumque veterum grammaticorum nomina, ab Heſychio ſiue ab eius epitomatore omiſſa, ex Apollonio indicat reuocatque. Inde vero facile cognoſcitur, qui factum ſit, vt non minima pars lexici Heſychiani gloſſis conſtaret homericis. v. *Villoiſon* p. LXIII. ſq. et *Ruhnken:* qui de illis quoque et grammaticis, quorum diligentiae et ſedulitati plurima debuit Heſychius, late eruditeque diſſeruit in praef. p. V. ſqq. pag. IX. inprimis p. X. ſqq. de *Diogeniano*. Idem putat, Heſychium ſimpliciter inſcripſiſſe libr. Ἡσυχίου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως συναγωγὴ πασῶν λέξεων, κατὰ στοιχεῖον. Denique pag. XIII. paucis oſtendit, quam lexici condendi rationem et viam tenuerit Heſychius. *Harl.*

q) Conf. ſupra, in vol. I. pag. 512. ſq. adnotata v. *Heliodorus* et p. 515. v. *Herodorus* atque *Ruhnken* praef. ad Heſ. II. pag. VII. ſqq. inprimis *Alberti* notam 31. ad Heſychii epiſt. ad Eulogium. *Harl.*

r) *Herodori* tamen mentionem apud Heſychium in Ἐπιβώτορι μήλων ſub finem articuli eſſe praetermiſſam, et reſtituendam ex Apollonio pag. 342. (vbi vero male legatur Ἡρόδοτος pro Ἡρόδωρος,) cenſet *Villoiſon* in prol. ad lex. Apollonii homeric. pag. LXII. coll. textus pag. 342. vbi in verſione lat. poſuit quoque nomen *Herodori*. *Harl.*

s) Vid *Villoiſon* prol. ad Apollonii lex. homer. pag. XLIII. ſq. *Harl.*

facus differt. critica ad Harpocrationem, Tanaquillus Faber ad Anacreontis carmina, et complures alii. *Henricus Valesius* notis posthumis ad Harpocrationem pag. 283. putat, Hesychium in solis duabus vltimis vocibus ὡς et ὡρίων breuiatorum scelestas manus effugisse, quum in reliquis vocibus foede truncatus ac mutilatus [†] fuerit. In Scaligeranis secundis quoque legas, epitomen tantum superesse Hesychii, et loca auctorum deesse. Faber contra, quem iam nominaui, suspicatur, multos olim Hesychii purpurae suos pannos ausos fuisse adsuere, et optima quaeque corrupisse, saepe etiam detraxisse. Idem Faber, *in illo pretiosissimo Hellenismi thesauro carbones ex graeco vulgari, quod ῥωμαϊκὸν vocant*, reperiri obseruat. *Quaedam passim inserta esse ab indoctis, satis viri docti norunt,* inquit *Barthius* lib. XLII. cap. 26. Aduersariorum. Idem alibi in notis ad Claudianum pag. 1102. *Hesychio, qui testimonia veterum auctorum exsecuit, piaculum inexpiabile fecit. Plurima enim bonorum scriptorum loca paucis verbis illustrat doctissimus omnium Grammaticorum, quae nisi coram glossis suis videas, vix sentias, quam sint erudita. Iacobus Palmerius* Exercitationibus in optimos auctores graecos pag. 526. *In tota litteratura graeca nullus auctor magis corruptus est, et tantis foetet erroribus, quam Hesychius, et quamuis Athenaei codices in multis locis mendosi deprehenduntur, non verebor dicere, Hesychium in vna pagina plures errores habere, quam Athenaeum in quatuor, ideo ex eo non semper securum est antiquiores auctores emendare.* Neque omnia ab exscriptoribus ac interpolatoribus; sed quaedam etiam ab Hesychii ipsius negligentia et ignoratione errata in illud lexicon irrepsisse, non paucis eruditis viris persuasum est, quibus ego sane facile ac lubenter accedo. Plurimum tamen interpolatoribus suis hoc debere eum arbitror, quod durius eum interdum accipere critici quidam ac philosophi paene coacti fuerint. Is, cuius iam aliquoties memini, graecantissimus et praestantissimus vir, Richardus Bentleius, in luculenta illa sua, quam Ioannis Malalae Chronico subiecit, ad Ioannem Millium scripta epistola, acrius paullo in Hesychium inuectus eius oscitantiam inter alia his potissime verbis perstringit: *Dum Hesychius ex antiquis Lexicis, Scholiastis, Grammaticis, quae non contexebantur κατὰ στοιχεῖον omni ex parte vocabula corradit, quibus hanc suam συναγωγὴν locupletet et refarciat, saepe vsu venit, vt ab imperitis librariis, qui parum accurate scripserant, vel a sui similibus ἀναματοθήκαις in errorem inductus sit, quaeque nusquam gentium vel lecta vel audita sunt, lectoribus suis obtrudat.* Non esse Hesychium auctorem multa fide dignum, ait inde *Caesar Scaliger* pag. 451. exercitation. ad Cardanum, et pag. 455. pluribus in locis futilem auctorem ac plane grammaticum appellat, quam crisin seueram, iustam tamen arbitratur *Reinesius* epistola ad Ioh. Vorstium 26. Atque haec in iis forte tolerari tanto facilius possit, quae ad res naturales adtinent, quale est, super quo Hesychium locis adductis Scaliger castigat. Quibus adde sis et illud eiusdem Scaligeri lib. I. de plantis, pag. 64. seq. *Hesychius sideritem lapidem facit alium ab Herculeo — — Credo, illius saeculum fuisse admodum βαρβαρωθέν. Multis etiam deprehendere licet, eum congessisse in illud horreum simul cum frugibus etiam scarabaeos cum suis tabernaculis, dum omnibus ex arcis omnia conuerrit sine vanno aut cribro. Fabr.* Multa ab epitomatoribus fuisse contracta et mutilata, scriptorum auctoritatem frequenter sublatam et multa a librariis foedissime corrupta, a viris doctis euictum est abundeque demonstratum. Nostra aetate id clare ostendit *Ruhnken* in praef. ad Hesych. pag. IV. VI. seq. collato *lexico rhetorico* msto Paris. necdum edito, et saec. X. scripto. Animaduertit enim et docet tum in praefatione tum

tum in auctario emendatt. in calce vol. II., illius lexici librarium, siue alium, eo antiquiorem passim id interpolasse glossis Hesychii, non truncati, mutilati, corrupti sed integri, illibati et omni labe carentis. Adde *Villoif.* prol. ad Apoll. L. H. pag. XXXVII. seq. inprimis pag. XLIX. seqq. LIII. seqq. exemplis ex Apollonio sumtis, quorum ope demonstrat, multa vocc. inprimis permulta grammaticorum nomina ab Hesychii exscriptore omissa fuisse et deleta. Confer etiam, quae pag. LXX. obseruauit vir ille doctiss. *Harl.*

VII. Non obstantibus autem hisce sinistris de Hesychio iudiciis, eruditissimus quisque magni tamen illum merito facit, eumque exstare et emendatiorem exstare, plurimum e re publica literaria interesse arbitratur. Vnde plerisque viris doctis familiaris hactenus fuit et adsiduus comes, multos praeclara nec alibi obuia docuit, a multis vicissim lumen accepit, multorum ingenium industriamque exercuit. Atque vt de illis tantum, qui Hesychium edere moliti sunt, pauca quaedam addam; sub initium superioris seculi hanc prouinciam, Iosepho Scaligero haud dubie auctore, exornandam sibi sumserat iuuenis tum supra aetatem eruditus, *Daniel Heinsius*, cuius rei frequens in Casauboni epistolis mentio occurrit. Et in prolegomenis ad Aristarchum sacrum pag. 663. Heinsius, ipse Hesychii mentionem faciens, *qui ante plures*, inquit, *annos adolescentes admodum scriptorem illum emendauimus, vera ac legitima ab alienis ac spuriis distinximus.* Idem in litteris ad Putschium datis A. 1603. *In Hesychio locos quingentos restitui, et quotidie numerum augeo, quum per grauiora licet.* Equidem Heinsii non paucae emendationes leguntur in Schreueliana editione, et plures longe nobiscum communicaturus fuerat *Iohannes Verweius*, qui Venetam et Hagenoensem Hesychii editionem, Heinsianis castigationibus a capite ad calcem refertam, a filio illius, Nicolao, acceperat. Sed Heinsius quidem ab occasione et suo genio ad alia studia vocatus ab Hesychio edendo animum abiecit, qua de re iam anno 1618. publice monuit *Ianus Rutgersius.* Anno autem 1639. haec ad *Alexandrum Morum* scripsisse video Claudium Sarrauium, senatorem Parisiensem: *Ante quadraginta annos ille Heinsius magnae tunc, quam non impleuit, spei adolescens, totum se esse praedicabat in Hesychio adornando, eiusque editionem, vt opus confectum putares, proxime sequentibus scilicet nundinis, vt moris erat, pollicebatur. Credibile est, illum eam prouinciam Nicolao, filio, dudum demandasse. Sed nunc hic tantum cogitat de Ouidio emaculando: Itaque occupa. Dignus enim grammaticorum ille Iupiter, in quo tua industria desudet.* Verum neque Nicolaum Heinsium neque Alexandrum Morum de Hesychio [P] edendo serio unquam cogitasse accepimus [t]). Cogitauit autem inter Heluetios *Ioh. Casp. Suicerus*, qui Hesychium cum versione et notis atque emendationibus edere voluit, multis inprimis Reinesii obseruationibus non mediocriter adiutus: isque opus fere perduxerat ad vmbilicum, quum, prodeunte in Belgio Schreueliana editione, ab instituto passus est se deterreri, etsi Bailletus dicat, post Schreuelianos labores, minus accuratos, meliorem Hesychii a Suicero exspectari editionem tom. III. pag. 122. Ediderat tamen iam ante, lexici Hesychiani specimen, quod et seorsim excusum, et postea sacris Suiceri obseruationibus Tiguri 1665. 4. pag. 343-354. subiectum fuit.

t) Sed Alberti prolegg. fol. *b.* 2. dedit primas, quas duxerat Heinsius, lineas praefationis, et inscriptionem, quam dare voluit editioni. *Harl.*

fuit [u]). Et illae quoque Suiceri emendationes maximam partem (pleraeque etiam laudato Suiceri nomine,) comparent in Schreueliano Hesychio: etsi quaedam, nescio, qua de causa omissae sunt; quaedam Reinesio potius, quam Suicero adscribi oportebat. Sed et alioqui in Schreueliana illa editione passim obseruare est emendationes virorum doctorum nunc mutilas, nunc loco motas, iam plane contra auctorum mentem adductas adferri, saepe obseruationes maximi momenti praetermitti, quod fere sollemne est in editionibus, quas speciosa inscriptione cum notis variorum adpellant, qua de re pridem nec iniuria conquesti sunt viri eruditi. Ita pagina statim secunda num. 3. *Tanaquillo Fabro* tribuitur, ac si pro ἄππες apud Hesychium ἄπες legere praeceperit. Quod etiam Iohannes Verweius in specimen nouae suae editionis recepit, addita hac praematura epicrisi: *Ineptissime. Dignus laude Faber, si emendasset ἀπτάες* etc. At Fabro tam putidae correctionis seu corruptionis potius numquam in mentem venit, nam in epistolis, Salmurii editis, in quibus emendationes illae Hesychianae leguntur, ait, sibi videri scribendum αἄπτες ex Homero, quod et Scaligero placuit, et rectum est. Eadem pagina num. 15. *Iac. Palmerii* notam mutilam adtulit Schreuelius, vti Verweius testatur his verbis: *Schreuelius ex nota Palmeriana detraxerat praecipua, nos ea suppleuimus ex commentario manuscripto Palmerii, quem nobiscum pro singulari humanitate communicauit vir omni doctrina et elegantia consummatus, Stephanus Morinus, auunculi sui heres puto, qui quidem nunc sanctas litteras profitetur apud Amstelodamenses. Quam autem familiare sit Schreuelio, summos viros multare ista capitis deminutione, alibi docebimus, ἐὰν ὁ Θεὸς θελήσῃ, καὶ ἡμεῖς ζήσομεν. Idem namque fatum Iohannis Fungeri et aliorum, vt disco quotidie ex Hesychiis, quos possidet Bibliotheca Franequerana, et mihi permissu Senatus amplissimi peramanter subministrauit eruditissimus et clarissimus Iacobus* [?] *Perizonius, istius Academiae h. t. Rector Magnificus.* Praeter viros doctissimos, *Iohannem Pearsonum* et *Iohannem Pricaeum*, quorum vtrumque Hesychii editionem molitos fuisse supra commemini, *Ezechiel* quoque *Spanhemius* aliquam in emendando lexico isto industriam posuit, vt ipse refert in egregio libro, quem de vsu et praestantia numismatum inscripsit, pag. 206. *Certe maiora lectionum portenta in optimum auctorem Hesychium irrepsisse vel noua, quae modo prodiit (Schreueliana) editio satis euincit, et quae plura adhuc in eodem restant, emaculanda, cuius luculenta liceret his nobis dare specimina, qui aliquam operam in emendatione Grammaticorum Coryphaei etiam pueri olim posuimus, fauente tum his conatibus eodemque promouente magno Salmasio. Sed haec alterius loci.* In bibl. Isaaci Vossii fuit Aldina Hesychii editio cum emendationibus *Thomae Brunonis*, Windesoriensis canonici. In bibl. Wittiana eadem editio cum notis MSS. *Iani Parrhasii* [v]). Denique *Iohannes Veruey*, scholae Hagensis moderator, Hesychium nobis dare voluit, et luculentum sane dedisset, nisi tam laudabile institutum fata viri doctissimi, anno CIↃIↃCXCII. e viuis euocati, intercepissent. Nam quantum ex specimine, quod in varia loca transmissum et Almelouenii beneficio ad me quoque peruenit, cognosci potest, magnis ad id opus adminiculis, quorum partem iam memorauimus, vsus fuit: *Henrici Valesii*

u) V. *Alberti* prolegg. fol. *b.* et *c.* qui multa excerpta dedit ex epistolis Suiceri et I. Rod. Wetstenii ineditis, quae ad historiam Hesychianae illius editionis facere viderentur. *Harl.*

v) *Benzel* in not. msta *Laur.* ait, *Normannus* nostras in edit. Hackiana oppido multa adnotauit, et Hesychium, vt erat πολυμαθέστατος, felicissime Hesychio restituit. Nos illas obss. transscripsimus. *Harl.*

theca Medicea [b]), quod laudat Alexander Morus in notis ad 2 Tim. I. 6. et Matth. I. 19. [c]). Nescio, an diuersum a *Stephani*, antiqui glossographi, (eiusdem grammatici, opinor, qui in Dionysii, Thracis, τέχνας scripsit,) expositione MS. ἀδιαθέτων γραφῶν, quae citatur a Iohanne Pearsono praefatione ad septuaginta interpretes. [et est in cod. medic. XLII. pl. 57. vti modo vidimus: diuersae autem esse videntur a cod. *dictionarii ecclesiastici*, a priore codicis illius parte; sed forsan conueniunt cum paruis lexicis, in eod. cod. obuiis. *Harl.*] Sed fuerunt praeterea, qui doctorum etiam ecclesiasticorum ac Theologorum graecorum scripta, si qui singulari dicendi genere vsi fuissent, glossariis eiuscemodi illustrarent. Talis ἑρμηνεία λέξεων, litterarum ordine concinnata, praefigitur primae editioni graecae operum, quae feruntur sub nomine *Dionysii Areopagitae* [d]), Florent. apud Philippum Iuntam A. 1516. 8. Ac fallitur *Lambecius*, qui, id glossarium ex cod. MS. Vindobonensi memorans, pro inedito

latet. — Aliorum, quae in hoc capite non commemorantur, lexicorum ac glossariorum notitia in capite, quod ex vol. IX. vet. edit. paullo post in hunc tomum reducam, locum inueniet meliorem. *Glossaria* autem iam ante Strattidis, poetae comoediae veteris, tempora, vigente adeo lingua, Athenis reperta fuisse, patet ex fragmento Strattidis, de quo v. supra, vol. II. pag. 497. not. Nubem vett. grammaticorum, qui lexica, glossaria etc. consarcinarunt, diligenter excitauit cel. *Beck* in comment. de litteris et auctor. gr. et lat. part. I. p. 47. sqq. *Harl.*

b) *Bandinius* in catal. codd. gr. bibl. Laurent. vol. I. pag. 45. illum cod. XX. plutei V. vberius describit, et ex lexico vocc. eccles. specimen adfert vocc. quae a secunda alphabeti littera oriuntur, et citat verba Fabricii. Praeter ea is cod. continet alia parua lexica, siue fragmenta, λέξεις τῆς ὀκτατεύχου· λέξεις τῶν Βασιλήων· λέξεις τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ψαλμῶν· quae conuenire videntur iis, quae insunt in cod. Fabriciano, infra in h. tomo ex vol. IX. vet. ed. memorato. — In eadem bibliotheca medicea cod. XXXII. plut. IV. praeter epistolas catholicas et Paullinas aliaque comprehendit in fine *aliquot Lexidia*, quorum primum vocc. continet CCIX. ex epistolis Paulli collectas, et secundum alphabetum disposita; alterum alia, itidem ex apostolo, sed nullo ordine congesta; tertium vocc. ex variis tum veteris tum noui testamenti libris excerpta, sed ita euanida, vt vix legi possint; adparet etiam quaedam apocalypseos interpretatio. Quartum denique inscribitur, Λεξικὸν Κυρίλλου τοῦ εὐαγγελίου, *Lexicon Cyrilli ex euangelio:* continet autem vocabulorum hebraicorum, quae in euangeliis occurrunt, breuissimam interpretationem. v. *Bandini* cat. I. pag. 554. sq. qui etiam subscriptiones amanuensium cod. membran. a. Chr. 1093. manu exarati refert. — In cod. XLII. plut. 57. (*Bandin.* II. col. 418. sqq.) plura sunt lexica: memoramus h. l. 1) Lexicon S. Cyrilli, vti videtur Bandinio; 6) Lexicon dictionum V. et N. Testamenti, expositarum a Stephano, Theodoreto, et aliis lexicographis, Cassiano, Longino philosopho. Incipit ab Octateucho: sequuntur vocc. ex quatuor libris Regnorum, libro Iob, Ecclesiaste, epistolis D. Paulli, Psalmis et Canticis. 12) Dictionum, quae habentur in sanctis euangeliis interpretatio; 14) dictiones ex Christianorum libris. 16) *Theodosii*, monachi, grammatici, interpretationes in plures acrostichides canonum diuersorum anni festorum. 17) Lexici fragmentum, initio et fine mutilum. — In cod. L. plut. 57. (*Bandin.* II., col. 431.) 1) συναγωγὴ λέξεων etc. *collectio dictionum, concinnata ex diuersis libris, veteris inquam ac nouae scripturae.* (dictionis.) 2) *Variae interpretationes dictionum ex actis apostolorum, CL psalmis, canticis, octateucho, Iobo, Prouerbiis, prophetis et euangeliis;* 3) *interpretationes vocum hebraicarum, secundum ordinem litterarum.* 12) *ventorum nomina*, et alia opuscula argumenti sacri. adde cod. XVIII. plut. 59. apud *Bandin.* II. col. 569. sq. nr. III. et VII. — In cod. XXX. pl. 58. (*Bandin.* II. col. 476.) Lexicon, definitiones continens theologicas ac philosophicas, ordine alphatico dispositas. initio mutilus est codex. Alia lex. v. in sequentibus notis memorata. *Harl.*

c) Lexicon ecclesiasticum, s. collectanea ex Chrysostomo et aliis in Genesin, in cod. IV. bibl. Monac. Bauar. *Harl.*

d) In bibl. *Paris.* publ in cod. DCCCCXXXIII. (catal. tom. II. pag. 183.) Dionysii Areopag opp. sequitur lexicon, vbi explicantur vocc. difficiliora, quae in S. Dionysii scriptis occurrunt; in codice DCCCCXXXIV. illius opp. praemittitur explicatio vocc.

edito habet, libro III. pag. 72. *) quod eo magis mireris, quoniam ipse pag. 73. [pag. 198. ed. Kollarii.] facit illius Iuntinae Dionysii editionis mentionem. Incipit: ἀγάμενος, θαυμάσας,

vocc. difficil. in illius opp. obuiorum. — Explicatio vocc. quorumdam difficil. quae in *Gregorii Nazianzeni* carminibus occurrunt, est in cod. Parisf. MMCCCCVIII. nr. 6. item in cod. MMDCXIX. nr. 2. nec non in cod. *Coislin.* CCCXCIV. teste Montfaucon bibl. Coislin. pag. 603. *Harl.*

e) Siue col. 195. sq. ed. Kollarii, cuius not. conferes. In vol. VII. col. 532. cod. CXXXIII. nr. 19. est anonymi *Lexicon biblicum graecum*, continens interpretationem succinctam obscurorum vocabulorum, quae exstant in versione graeca V. et N. testamenti. nr. 20. Interpretatio hebraicorum nominum et vocabulorum, in SS. script. occurrentium, ordine alphabetico, et nr. 21. alphabetum Hebraeorum cum explicatione graeca. nr. 23. nomina duodecim apostolorum et quatuor archangelorum cum explicatione. — In bibl. *Veneta* D. Marci, cod. DLXXVIII. explicatio vocc. hebraic. per alphabetum. (catal. pag. 303.) — *Venetiis* inter codd. *Nanianos*, in cod. CCXCVII. sq. (cat. pag. 498. sq.) n. 2. Lexicon in Psalmos, nr. 3. parua lexica in omnes fere SS. libros. — in codice CCXCIV. (catal. pag. 497.) ἑρμηνεία λέξεων τῶν ἐν τῷ ἀποστόλῳ Παύλῳ ἐμφερομένων. — in cod. CCCI. (cat. pag. 505.) Lexicon in XII. prophetas. — in cod. CCCIII. nr. II - IX. (catal. pag. 507.) Lexica in Psalmos, cantica, octateuchum, (bina exemplaria diuersa,) in prophetas, acta apostolorum, epist. ad Hebraeos, cum aliis breuibus huiusmodi lexicis. — *Florentiae* in bibl. monasterii, (vid. *Montfauc.* diar. ital. pag. 368.) cod. saec. XIII. membran. Lexicon gr. in cuius fine explicatio graeca nominum hebraicorum S. S. — *Parisiis*, in bibl. publ. secundum catal. codd. vol. II. cod. XXXIX. nr. 14. explicatt. vocc. nonnullorum, quae in V. ac N. T. leguntur. — cod. CCCCLXIV. nr. 3. anonymi lexicon S. S. e Stephano, aliisque lexicographis depromtum; nr. 4. anonymi lexicon. — codex DCCCCII. n. 6. lexicon e scriptoribus sacris et profanis collectum, vbi praeter nonnulla veterum testimonia, alia multa scitu non indigna reperiri dicuntur: sed litteram A. tantum continet. — eiusmodi fere lexicon est in cod. MMCCCCVIII. nr. 3. — cod. MCXLII. anonymi lexicon, vbi praeter scriptores sacros, pauci alii, Damascius, Homerus, laudantur. — In cod. MMDCX. lexica in plures libros V. et N. Testamenti. — In cod. MMDCXVII. nr. 2. anonymi lexicon, quo vocc. Octateuchi difficil. explicantur. nr. 3. item in codd. MMDCLV. MMDCLVI. MMDCLIX. MMDCLX. MMDCLXI. MMDCLXXII. MMDCLXXIII. anonymi lexica, quibus complures V. et N. T. libri exponuntur. In cod. (qui ex vetusto exemplari, quod in bibl. Principis Valachiae adseruabatur, descriptus esse perhibetur,) MMDCXVIII. nr. 4. anonymi Lexicon, vbi explicantur vocc. difficiliora V. et N. T. Auctor vero *Stephanum*, *Theodoretum*, *Cassianum* et *Longinum* philosophum duces sequutum se esse profitetur. Opus illud dicitur nondum publicam lucem adspexisse. Sic quoque nr. 5. est anonymi lexicon hebraico graecum, hactenus ineditum, cuius ope quaedam Hesychii loca, (glossae sacrae, ni fallor,) possint emendari. — In cod. MMDCXXXII. Lexicon in plures libros V. T. — In cod. MMDCXXXIII. MMDCLXIII. MMDCLXIV. MMDCLXVIII. anonymi lexicon, ex scriptoribus tum ecclesiasticis tum profanis collectum. In cod. MMDCLVIII. hebraicorum quorumdam V. T. vocabulorum explicatio. — In cod. MMDCLXV. anon. lexicon in quosdam V. T. libros. — In bibl. *Coisliniana* sunt multa lexica, (v. ipsum *Fabric.* infra, lib. V. cap. 40. sect. VIII. vet. edit.) in his cod. CCCXCIV. lex. in libros V. et N. T. cod. CLXXVIII. lex. in script. sacros et profanos. cod. CCCXLVI. λέξεις XII. prophet. et IV. libr. Regum (Montf. bibl. Coisl. p. 602. sq. pag. 238. p. 502.) — Inter codd. *Thom. Gale* cod. LV. siue in cat. codd. Angl. et Hib. nr. MMMMMDCCCLXXXIX. dictionum S. S. index alphabeticus. — *Augustae Vindel.* in cod. bibl. publ. dictionar. vocc. graec. collectum ex variis auctor. tam sacris, quam profanis, et expositio vocc. in epistolis Paulli, XII. prophetarum ac libris regum, (Reiser. cat. p. 80.) Quaedam eiusmodi generis expositiones et lexica sunt in bibl. Escorial. v. *Plüer.* itiner. per Hispan. pag. 199. sq. — Haec sufficiant. — Notandum adhuc est *Glossarium graecum in sacros N. T. libros*, ex MS. primus edidit notisque illustrauit *Io. Alberti.* Acc. eiusdem miscellanea critica in *glossas nomicas*, Suidam, Hesychium et index autorum ex *Photii* lexico inedito. Leidae 1735. mai. 8. Cel. autem *Matthaei*, in praesenti Professor Witteberg. ex cod. typograph. synod. Mosquens. edidit in *Lectionibus Mosquensibus*, vol. II. (Lips. 1779. 8.) pag.

μάσας, ἐκπλαγείς. ἄγαν. πάνυ. ἀγεννῶς, ἀσθενῶς, ἀνάνδρως. ἁγιστεία, ἁγιασμός, κάθαρσις. ἄγκυλον, σκολιόν, δυσχερές, ποικίλον, etc. Simile Lexicon vocum, quibus *Iohannes Chrysostomus* figuanter vsus, MS. fuit bibl. Scorialensi, et onomasticon vocum, *Andreae Cretensi* propriarum, subiunxit eius operibus, [P] a se editis, Franciscus Combefisius. Omnium etiam manibus teritur doctissimi viri, *Iohannis Caspari Suiceri* f), Thesaurus ecclesiasticus, e Patribus graecis collectus, quo praeter insigniores voces Noui instrumenti multa graecorum ecclesiae doctorum vocabula docte et diligenter exponuntur, rituumque simul et dogmatum atque haeresium notitia subinde perstringitur. Prodiit opus vtilissimum et viginti annorum labor, Amstelodami, A. 1682. fol. licet infinita adhuc in Patribus graecis, quae ab illo neutiquam adtinguntur, supersint, alterius fortassis viri docti industria atque stilo consignanda.

II. Vocabula forensia *Iuris attici* veteris petere licet ex Harpocratione et virorum doctorum in illum commentariis, (de quo mox infra dicam, vbi Lexica in graecos rhetores relaturus sum,) tum ex *Guilielmi Budaei* Commentariis linguae graecae g). At in constitutiones imperatorum, quae Basilicorum libris continentur, et in alia monumenta Iuris graeco romani, glossaria varia ex codicibus MSS. biblioth. Paris. descripsit, et ad calcem obseruationum atque emendationum in Synopsin Basilicon [inscr. *Veteres glossae verborum iuris, quae passim in Basilicis reperiuntur*, cum notis] edidit *Carolus Labbaeus* Paris. 1606. 8. Eadem subiecta deinde etiam sunt glossariis latino-graecis et graeco-latinis Cyrilli, Philoxeni et aliorum, quae post Henricum Stephanum longe auctiora magisque digesta et emendata ex *Labbaei* eiusdem recensione habemus excusa Parisiis 1679. fol. h). Is in epistola

pag. 69. seqq. *Glossarium paruum in epistolas apostolorum*, et pag. 72. sqq. notis illustrauit, in quibus diligenter comparauit *Cyrilli* lexicon MS. ab Alberti codd. Cyrilli saepe dissentiens, et cum duobus *lexicis gr.* quorum loca frequenter excerpsit, et de quibus dixit in *Glossariis graecis minoribus, et aliis anecdotis graecis* etc. Mosquae 1774. 4. editis, quae etiam huc referenda sunt. Nam in priore parte nr. 4. est *glossarium* in omnes epist. Paulli, praeter illam ad Philemona. *Harl.*

f) Obiit Suicerus Anno 1705. 23. Sept. Heidelbergae, cum antea Tiguri docuisset.

g) Sic *Lexicon rhetoricum*, cuius specimen dedit *Montfaucon*, bibl. Coislin. pag. 491. sqq. in primis comparatum esse ad ius atticum explicandum ait *Ruhnken.* in praef. ad Hesych. Lexic. t. II. pag. IV. — *Budaei* commentarii prodierunt primum *Paris.* ex chalcographia badiana, 1529. fol. tum *Coloniae opera et impensa Ioannis Soteris.* a. 1530. *m. Mart.* fol. (huius edit. exemplar ipse possideo: laudat quoque illam edit. Bünemann. in catal. MSS. et libror. rariss. pag. 46. *Freytag.* vero in adparatu litter. tom. I. pag. 379. sq. vbi de illo praeclaro opere copiosus est, num iure suspicatus sit, Coloniensem edit. esse eamdem edit. quae *Basileae* eodem quoque anno 1530. prodierit, alii certiora dicant: equidem dubito: nam in Basileensi ed. in calce legitur, *Basileae in aedibus Io. Bebelii, mense Martio* M. D. XXX. nisi dixeris, Io. Soter. et Bebel. communi sumtu renouasse typis edit. Parisinam, et vtrumque primum tantum atque vltimum folium mutasse, suoque et vrbis diuersae nomine signasse diuersimode.) Tertia parte auctior et splendidius excusus est liber in officina *Robert. Stephani*, Paris. 1548. fol. recus. Basileae ap. Nicol. Episcopium 1556. fol. et in Budaei Opp. omnibus, Basil. 1557. fol. constituunt tomum quartum, adde infra libr. V. cap. 40. vol. X. pag. 74. vet. edit. *Harl.*

h) Noua editio: *Veteres glossae verborum iuris, quae passim in Basilicis reperiuntur: quas ex variis msstis codd. bibl. reg. Carolus Labbaeus eruit, digessit et notis illustrauit. Accesserunt in hac editione ipsis glossis additiones ex libro msto: praeterea Iosephi Scaligeri et aliorum V. D. emendationes: denique notae Antonii Schul-*

ſtola ad Iacobum Auguſtum Thuanum, *Veteres*, inquit, *iurisconſulti Graeci tot gloſſas ſiue ἑρμηνικῶν λέξεων συναγωγὰς ad imperatoriarum conſtitutionum, iis refertarum, interpretationem et legum romanarum intelligentiam ſibi pararunt, quae quidem huc vsque maximo ſtudioſorum damno in bibliothecarum puluere ſepultae iacuerunt, ſepultae, inquam, integrae fuerunt, particulas enim aliquas eruerunt ampliſſimi doctiſſimique viri, Alciatus, Cuiacius, Briſſonius, Pithoei, Fornerius: nunc vero omnes, quas nanciſci potui, a me collectae et in vnum Corpus redactae ac emaculatae prodeunt auguſtiſſimi nominis tui ſplendorem mutuantes.* Citatur *Stephanus*, neſcio quis [i]), in his gloſſis voce δίκη. *Paulus*, ICtus, voce ἰνρεμ Παυλιάνη. Idem ἐν τῷ α΄ περὶ δυσαποσπάςων voce δετίγνε. *Sabbatius* voce ἰντερβάλλεμ. *Plutarchus* ἐν τῷ Σόλωνι (ita lege pro Σόλω) in ἰντερκαπεδο. *Labeo* (ita lege pro λαβὼν) voce ἰντζιεριάρωμ. *Papinianus*, voce ἰνφάκτεμ. *Aquilius Gallus*, ICtus voce ἐπερώτησις, σπορτίλας, ἀκυϊλιανὴ et ἰνφάκτεμ. *Heſychius illuſtris* [⁋] ὁ φιλοσοφίτας (ἐπὶ τῆς) Μιλησίας ἐν τῷ ε΄ χρονικῷ διαςήματι τῆς ἱςορίας voce παλματίες. ἐν τῷ ϛ΄. διαςήματι, voce φόλλις. Thalelaeus ICtus ibid.

III. Noui, plura eiusmodi Lexica iuridica ſiue gloſſas nomicas exſtare in bibliothecis variis [k]) manu exaratas, vt quibus vſi ſunt Meurſius et Cangius, et quales ſunt illae, e quibus inſigne Dionis fragmentum excerpſit H. Valeſius notis ad Excerpta Peireſciana. Habeo et ipſe gloſſarium eiusmodi, ſcriptum in charta ante annos quadringentos, (licet parum emendate,) latina latinis primum, deinde graecis litteris deſcripta exhibens, ſubiuncta graeca interpre-

Schultingii, Icti et Anteceſſoris, in Euerh. Ottonis theſauro iuris rom. tom. III. ed. II. Traiecti ad Rhen. 1733. fol. pag. 1697. ſqq. Schulting. in praefat. ait, gloſſarum auctores, quorum nomina ignoramus, non ante imperium Leonis, philoſophi, cuius initium incidit in annum aerae vulgatae 886. vixiſſe. Labbaeus autem ex diuerſorum lexicis ſiue gloſſariis, in vnum conflatis, id opusculum concinnauit. Hinc toties vnum idemque proponitur verbum, vel eodem, vel diuerſis in locis; modo ſimiliter, modo aliter enuntiatum, et nunc hoc nunc illo modo, nunc breuius et conciſius, nunc plenius atque vberius expoſitum. v. Schult. praef. qui etiam memorat *Io. Meurſium* in gloſſario graeco-barbaro et *Carol. du Fresne, Dom. du Cange* in gloſſario mediae et infimae graecitatis non pauca iam reſtituiſſe; poſteriorem quoque complures recentioris Graeciae euoluiſſe libros mss̃tos, vt et *gloſſas nomicas*, partim ex regia, partim ex Vaticana bibliotheca petitas, indeque non pauca in ſuum contuliſſe gloſſarium. Schulting. quamquam multa quidem praeclare emendauit aut explicuit: aliis tamen amplum reliquit ſpicilegium. Vt mittam, quae V. D. (et multos laudauit Schulting. in notis,) paſſim, data occaſione, attulerunt ad gloſſarum emendationem aut interpretationem, peculiarem operam impenderunt illis *I. Alberti* in miſcellaneis criticis in gloſſas nomicas, ſubiunctis a pag. 225. eius Gloſſario gr. in ſacros N. T. libros ſupra laudato, *Matth. Roeuerus* in ſpecimine obſeruatt. et emendatt. ad gloſſas vett. verborum iuris, ad calcem fragmenti veteris Icti de iuris ſpeciebus et manumiſſ. pag. 41. ſqq. Lugd. B. 1739. 8. *Petr. Bondam* in animaduerſſ. criticis ad loca quaedam iuris ciuilis deprauata, cap. VI - X. in Oelrichſii theſauro nouo diſſ. belgic. vol. II. t. 2. p. 197. ſqq. *Petr. Lucret. Struchtmeyer* in epiſt. crit. in gloſſas nomicas, Vltrai. 1769. 8. quo cum rem ſaepe habuit *Io. Bern. Köhler* in interpretationum et emendationum iuris romani libro I. ed. II. Lipſiae 1792 8. cap. VI et VII. p. 62 ſqq. vbi gloſſae nomicae ſaepius corriguntur et explicantur: denique *Georg. Ioa. Iacobſon* in ſpecimine critico in gloſſas nomicas, Dauent. 1777 4. adde *Saxii* Onom. litt. II. pag. 127 et 549. *Harl.* add. *H. I. Arntzenii* Obſeruationum Sylloge in Actis Societ. Traiect. T. I. pag. 126. ſq.

i) An is, qui, digeſtis componendis a Triboniano adhibitus, Pandectas εἰς πλάτος vertit? de quo vide *Bachii* hiſtor. iurisprud. rom. lib. IV. cap. I. §. VIII. *Harl.*

k) Vaticanam et Mediceam memorat *Schulting.* in praef. et gloſſarum apographum cod. Medic. habuiſſe Iac. Gronouium, prodit. *Harl.*

interpretatione, hoc titulo: *Λέξις νομική.* Initium eius vna cum librarii aberrationibus adſcribam. *Adet* [l]) ἔχει. *Ad partium participandum* ἀδ πραετίεμ παρτικιπάνδεμ, ἑαυτὸν ἠνέσχετο πραθῆναι. *Aediles* a) Ἀεδίλες οἱ ναοί. *Aditeui* b) ἀδιτεύει, ὑπεισέρχεται. *Alumnus* ἀλῦμνος, θρεπτός. *Aediles* ἀεδίλες, οἱ ἀγορανόμοι. *Adnatus* c) ἀδνάτος. ὁ ἐξ ἀῤῥενογονίας συγγενής. *Amita* ἀμίτα, ἡ πρὸς πατρὸς θεῖα. *Adoption* ἀδοπτιὸν, ἡ υἱοθεσία *Adrogation* (arrogatio) ἀδρογατιὸν ἡ ἐκ βασιλέως υἱοθεσία γινομένη διὰ προςάγματος, ἤτοι κατὰ παράκλησιν. *Aedes tuentur* ἄεδες τϐέντϐρ, οἵτινες τὸυς ναὸυς ἀσφαλίζονται. *Adnatorum* ἀδνατόρϐμ, συγγενεῖς. *Alubion* d) ἀλϐβίον, ἡ πρόσκλισις e) ἢ πρόσχωσις τϐ ποταμϐ. *Aquritate* (auctoritate) ἀκτϐριτάτε, αὐθεντία. *Aqtor* (actor.) ἄκτορ, ὁ ἐνάγων. *Alimenta* ἀλιμέντα, διατροφάς. *Ad exibendum* ἀδεξιβένδεμ. ἡ παραςατικὴ τϐ πράγματος ἀγωγὴ, ἢ περὶ ἐκνικήσεως. *Aditation* f) ἀδιτατιὸν, δίκαιον τϐ οἰκεῖν τινα εἰς τὴν ἑτέρϐ οἰκίαν. *Aqius* ἄκτϐς, δίκαιον τϐ βαδίζειν με διὰ τϐ σϐ ἀγρϐ μετὰ ὑποζυγίϐ. *Aquaeduqtus* ἀκϐαεδϐκτϐς, τὸ ἕλκειν με ὕδωρ δι᾽ ἀλλοτρίϐ ἀγρϐ. *Auſtum* g) ἀβϐςϐμ, ἀντλεία ὕδατος. *Aſeqtum* ἀφέκτϐμ, h) πρόσωπον. *Adſtinenſi* i) ἀδςινατεύσει, ἀποπέμψει, παραιτήσεται. *Ademptenon* ἀδεμπτεύων, ἀφαιρϐμενος. *Aqqeptilation* ἀκεπτιλατίον, εἰκονικὴ πρᾶξις ἢ καταβολή etc. Haec ſpeciminis loco plus ſatis eſſe poſſunt. *Fabr.* De lexico *Harmenopuli* vide infra lib. V. cap. 42. vol. X. vet. ed. *Florentiae* in bibl. medicea, in cod. VII. plut. 5. eſt nr. 2. Lexidion quoddam quinque foliis, nullo auctore tituloque adſcripto, et nr. 3. Lexidion, tribus foliis, integrum quidem, ſed nullo ordine ſeruato, complectitur νικῶν καὶ κατηγοριῶν ὀνόματα; in cod. XLI. plut. 57. ſunt plura lexica varii generis. Huc pertinent nr. 4. dictiones rhetoricae, praecipue nr. 13. it. in cod. II. et cod. VI. plut. 80. dictiones (λέξεις) latinae, quae habentur in iure, cum graeca illarum interpretatione, ſecundum alphabeti ordinem. (v. *Bandini* catal. codd. gr. vol. I. p. 17. et vol. II. col. 419. et 420. vol. III. col. 172 et 182. — *Venetiis* in bibl. D. Marci, in cod. CLXXII. (catal. codd. gr. pag. 100.) legum delectui in compendio etc. praemittitur index copioſus et lexicon iuridicum. — in cod. CLXXIV. lexicon iuridicum, cuius initium reſpondet principio cod. a Fabricio memorati. — in cod. CLXXVII. ſynopſi Baſilicorum praemittitur lexicon, quod, auctor cat. p. 103. ſcribit, in aliis quoque haberi codicibus. n. codd. CLXXX. CLXXXII. et CLXXXIII. — Inter codd. *Nanianos* cod. CCCI. nr. 2. paruum lexicon vocc. latin. quae in iure graeco romano occurrunt. (catal. pag. 505.) — *Vindobonae* in bibl. caeſarea cod. III. nr. 7. cod. VI. nr. 6. cod. VII. nr. 8. cod. XIII. nr. 2. cod. LI. nr. 31. anonymi gloſſae iuridicae latino - graecae, (v. *Lambec.* comment. vol. VI. part. I. col. 34. col. 56. col. 72. col. 101. vol. VIII. col. 997. vbi Kollarius in nota, *Blaſtari*, ait, tribuit Robertus Gerus in adpendice ad Caueum, quem conſules.) — cod. LII. nr. 8. cod. LIII. nr. 8. et 18. (*Lambec.* VIII. col. 1002. 1006. et 1010.) In *Kollarii* ſupplement. ad Lambec. pag. 302. et 331. in cod. XLIV. nr. 2. et cod. XLVI. nr. 2. — *Pariſiis* in bibl. publ. (quae abundat lexicis varii generis,) in cod. MMDCLXXI. nr. 4. anonymi lexicon, quo voces quaedam latinae ad ius pertinentes, graece exponuntur. — *Montfaucon* in bibl. Coiſlin. pag.

l) Habet. *a*) aedes. *b*) adit. *c*) agnatus. In gloſſis Labbaei ἀδγνάθος, et infra etiam ἀδνάτος, ac poſtea: κοδνάτοι οἱ ἐκ θηλυγονίας. *d*) alluuium, *e*) male πρόσκλησις in editione Labbei. *f*) habitatio. *g*) hauſtum. *h*) hinc προσωπολήπτης, qui affectum reſpicit. *i*) abſtinet.

pag. 488. sqq. dedit ex cod. CCCXLV. membran. saec. X. specimen, s. iuris vocabula ordine alphabetico. *Harl.*

IV. Ad *medicae* artis vocabula descendenti occurrit primo loco EROTIANI τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγή, siue *glossarium in voces Hippocratis*, ad Andromachum m): quod primus ex codice MS. quem Heluetius quidam ex bibliotheca Vaticana sibi commodatum [?] surripuerat n) graece publici iuris fecit *Henricus Stephanus* Parisiis, ao. 1564. 8. pag. 5-53. o) vna cum eruditis castigationibus suis pag. 113-178. et *Galeni* ἐξηγήσει τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ad Theutram, a Petro Gillio emendata, (de quo libello vide supra cap. 19. vol. V. p. 436. sq. inter Galeni scripta num. 69.) atque nescio, cuius Lexico breui vocum, vt habet titulus, Herodotearum, et fragmento Corinthi de dialecto ionica. Addidit denique Stephanus pag. 179. 180. paucas Conradi Gesneri in Erotianum castigationes, loca Galeni ad aetatem, stilum et res Hippocratis facientia pag. 181-192. et vocabulorum medicinalium expositiones graecas, ordine alphabetico descriptas, ex Hippocrate, Aretaeo, Galeno, Oribasio, Aëtio, Alexandro Tralliano, Paulo Aegineta, cum latina interpretatione, quam ex Celso vel aliunde adiunxit, pag. 193-576. et capita libri secundi et quarti ex Onomastico Iulii Pollucis, quae rem medicam et partes corporis humani spectant.

m) Quia *Erotianus* libellum suum inscripsit Andromacho iuniori, archiatro Neronis, et ab ipso Galeno commemoratur; inde patet, eum vixisse reuera Neronis, imperatoris, aetate et ante Galeni tempora. vide *Franzii* praef. ad edit. qui, eum grammaticum fuisse atque scriptorem vetustissimum, nequaquam autem medicum, autumat pag. XIII. *Saxius* in onom. litter. I. pag. 256. adligat eius aet. a. Chr. circ. 64. incertum tamen esse putat, num ad Andromachum, patrem, scripserit libellum Erotianus, an ad filium, et dubitat quoque Fabric. in §. seq. sed filium intelligendum esse, *Paul. Cigalinus* in lect. II. de Plinii fide et auctoritate probasse dicitur in nota Franzii ad Erotiani prooemium. — *Codd.* fuerunt in bibl. *Vatican.* tres, nisi plures, 1) quem surripuit Heluetius quidam, 2) ex quo vertit Eustachius, 3) quem laudat Phil. Labbeus bibl. nou. MSSt. p. 355. — in bibl. *Carpens.*, teste Franzio in praef. p. XVI. — Tum in bibl. *Paris.* publ. teste catal. vol. II. in codice MCLI. in quo etiam est *Dioscoridae* et *Stephani*, atheniensis philosophi, collectio remediorum alphabetica, corrupta illa et graeco-barbara. — tum in cod. MMCLXXVII. nr. 3. — Codicem citat *Cocchius* pag. 50. et in bibl. *Vossiana* alius erat nr. MMDCCXXII. etsi titubante cum titulo, vt ait *Hallerus* in bibl. medicinae practicae tom. I. p. 176. — In codd. MMDCXIV. et MMDCXV. in quo tamen multa passim desiderantur, atque in cod. MMDCLI. *Venetiis* inter codd. Nanianos cod. CCXLIX. ἘΡΩΤΙΑΝΟΥ συναγωγὴ et ΓΑΛΗΝΟΥ τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις. — *Vindobonae* in bibl. Caesar. cod. XXXVIII. apud Lambec. in nota a Fabricio citatum. — Collationem lexici Erotiani ex ed. H. Stephani ad cod. mst. *Doruillianum* instituit *Io. Steph. Bernard* et foras dedit in Nouis miscell. obseruatt. tom. IX. pag. 999-1019. item collationem lexici Galeni cum eodem codice, ibid. p. 1020-1056. in fine autem tomi spicilegium V. L. in Erotianum et Galeni glossas. — In cod. *Escorial.* teste Pliier. in itinerar. per Hispan. pag. 167. Lexicon Herodot. in cod. *Cantabr.* coll. S. Trinit. v. catal. codd. Angliae et Hibern. part. II. pag. 99. *Harl.*

n) i) *Lambec.* lib. VI. de bibl. Vindob. p. 154. [pag. 350. ed. Kollar.]

o) Inscriptio libri rarioris est: *Dictionarium medicum, vel expositiones vocum medicinalium ad verbum excerptae, ex Hippocrate, Aretaeo, Galeno, Oribasio, Rufo Ephesio, Aetio, Alexandro Tralliano, Paulo Aegineta, Actuario, Corn. Celso: cum latina interpretatione. Lexica duo in Hippocratem huic dictionario praefixa sunt, vnum*, Erotiani, *nunquam antea editum; alterum*, Galeni, *multo emendatius, quam antea excusum.* an. M. D. LXIII. Excud. Henr. Stephan. 8. In bibl. publ. Leidensi sunt duo exempla, quorum alteri Is. Vossius ad Erotianum aliquid adscripserat; alterum habet notas msst Bonauent. Vulcanii. *Harl.*

ſtant. Latine *Erotianum* ex alio codice Vaticano vertit et commentario illuſtrauit *Bartholomaeus Euſtachius* Venet. apud Lucam Antonium Iuntam 1566. 4. Cum eiusdem Euſtachii verſione adiunctus etiam eſt graecolatinae editioni operum Hippocratis Genev. 1657. fol. et curante Renato Charterio, Vindocinenſi, recuſus fuit in tomo primo ſplendidae editionis graecolatinae Pariſienſis A. 1639. operum Hippocratis ac Galeni in tredecim volumina in fol. diuiſae. *Euſtachii* notas adiectas non eſſe, erunt, qui doleant, quas laude ſua non indignas duxit *Barthius* libro XXXIII. c. 1. et libro LIV. cap. 4. Aduerſar. [*Franz.* edit. ſuae adiecit Euſtachii notas easque valde laudauit.] Inter opera, quae ad editionem parare inſtituit Medicus Auguſtanus eruditiſſimus, *Georgius Hieronymus Welſchius* p) num. XL. fuit Erotianus et Galeni Exegeſis vocum Hippocratis cum verſione latina, et cuius vſum ſingillatim demonſtraturum ſe recepit, Arabica. *Fabr.* Nouiſſima eſt editio, *Erotiani, Galeni et Herodoti gloſſaria in Hippocratem*, ex recenſ. H. Stephani, graece et lat. Acceſſere emendationes H. Stephani, Bartholomaei Euſtachii, Adriani Heringae etc. Recenſuit, varietatem lectionis ex msstis codd. Doruillii et Mosquenſi addidit, ſuasque animaduerſiones adiecit *Io. Ge. Frid. Franzius.* Lipſiae 1780. 8. In praefat. agitur de tribus illis gloſſariis. Textui ſubiectae ſunt variae lectiones et V. D. coniecturae, his autem notae Euſtachii et aliorum memoratorum V. D. Franziique. *Adrian. Heringa*, cuius animaduerſiones grammaticas et criticas magnam partem idem Franz. recepit, in *Obſſ. criticarum libro ſingulari*, Leowardiae 1749. 8. paſſim, praecipue cap. 13. pag. 104-119. emendauit et expoſuit Erotianum; cap. autem I. pag. 2. ſqq. copioſe demonſtrare adniſus eſt, auctorem in conſcribendo lexico non ſequutum fuiſſe alphabeti ſeriem, ſed ordinem toto coelo diuerſum. *Harl.*

V. Venit mihi aliquando in mentem, Erotiani nomen deprauatum eſſe ex *Herodiani* nomine, idque cum in diſſertatione de Lexicis graecis, ante hos duos et viginti annos edita, ſcripſiſſem, intellexi poſtea, comprobari virorum doctorum ſuffragiis, e quibus *Iſaacus Voſſius* in pereruditio Commentario ad Catullum, pag. 91. *mirum eſt*, inquit, *quod ſcribit Herodianus, qui vulgo dicitur Erotianus.* Quid quod Etymologici [] Magni auctor in Ἄμπωτις, Κυρίως, inquit, λέγεται ἡ ἀναχώρησις τῆς θαλάσσης ἤγουν ἡ ἀναπινομένη θάλασσα — — καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου σώματος ἡ ἐκ τῆς ἐπιφανείας εἰς το βάθος ὑποχώρησις ὕλης. οὕτως ῾ΗΡΩΔΙΑΝΟ῍Σ ἐν τῷ περὶ ἐξηγήσεως τῶν λέξεων Ἱπποκράτους. Et *Philippus Labbeus* in bibliotheca noua MStorum pag. 385. *Herotiani* Lexicon vocum Hippocratis per Alphabetum in bibl. Vaticana et Carpenſi commemorat. Non tamen plane eſt exploratum, pro falſa et corrupta habendam eſſe tot MStorum codicum, H. Stephano, Gesnero, Euſtachio et Lambecio inſpectorum, lectionem, qui Erotiani nomen conſtanter repraeſentarunt. Regiorum quoque Pariſienſium, quos Labbeus pag. 126. iam laudatae bibliothecae, Oribaſii Iatrica, Erotiani Lexicon et Dioſcoridis ac Stephani Athenienſis de re medica libros ordine alphabetico exhibere teſtatur. Deinde notandum, quod ne vocabulum quidem ἄμπωτις, nedum illius explicatio, quam ex Herodiani ἐξηγήσει vocum Hippocratis auctor Etymologici adfert, in Erotiani, ſiue vt Hugoni Grotio pp) dicitur, *Erotionis* libro legitur, cui obiectioni occurrere nullo modo licet, niſi mutilum

p) Vide *Welſchii* epiſtolam de ſcriptis ſuis ad calcem epiſtolarum Gerhardi Iohannis Voſſi, editionis Auguſtanae Vindelicor. et calcem bibliothecae promiſſae ac latentis Almelooveenii, [et *Franzii* praef. pag. XVIII. not. *c.*]

pp) Vide *Thomae Gatakeri* Aduerſaria pag. 138. edit. Lond.

mutilum illum ad nos venisse velis causari: contra Galenus in sua expositione glossarum Hippocratis voce κάμμορον, nominetenus Erotianum laudans, ex eo profert, quae etiamnum in hoc libello leguntur, licet quaedam editiones Galeni perperam ibi pro Erotiano Herophilum ingerant. Facilius etiam fieri potuit, vt ignotius Erotiani nomen in notius Herodiani corruperint librarii, quam vicissim. Sed et vterque, Herodianus, grammaticus, quem pelagus scriptorum reliquisse post se Priscianus testatur, et Erotianus illo antiquior in eodem argumento industriam suam exercere potuerunt. Credibile autem, *Andromachum* illum, cui Erotianus glossarium suum inscripsit, non diuersum esse a celebri illo archiatro Neronis, imperatoris, vel certe eius filio, itidem medico, de quibus videri possunt Iohannes Harduinus ad Plinium, Thomas Bartholinus de Medicis poëtis et quae dixi supra lib. 3. cap. 29. §. 8. [vol. IV. pag. 356. sq.] Quamquam *Marsilius Cagnatus*, nescio quibus argumentis ductus, lib. 2. Obseruationum Cap. 28. vereri se, ait, ne recentior aliquis temporum ignarus falso titulo et simulata dedicatione librum Erotiani ediderit, vt opinionem vetustatis ei compararet. [v. *Franz.* praef. pag. XIII. sq.] At certe antiquum et doctum librum esse, neque habere, quod illa, quam dixi [q] aetate sit indignum, mihi persuadeo. In bibl. Isaaci Vossii fuit Graeca Erotiani editio, quam Stephanus vulgauit, adscriptas habens Bonauenturae Vulcanii emendationes, estque et mihi aliud eiusdem exemplum, in quo manu sua passim quaedam emendauit eruditorum princeps, Iosephus Scaliger. Sed indicem Scriptorum, quos laudat Erotianus, per otium a me concinnatum, antequam de isto glossographo dicere omittam, subiungere operae pretium est.

VI. *Index Scriptorum, ab Erotiano laudatorum* [r]).

Aeschylus, voce ἄμβην.
  ἐν Εὐμενίσι. v. ἴκταρ.
  Ἠδωνοῖς. ibid.
  Σισύφῳ. v. δισπῶ.
Alcman ἐν α΄ μελῶν. v. νεωχμόν.
Andromachus, cui συναγωγὴν λέξεων Erotianus inscripsit. *praefat.*
Antigonus, grammaticus. v. πηνίρα.
Alexandrinus. *praefat.*
Antiqui. v. ἀντεὸνθεον, κατεφρόνεε. σκορδίνημα. σλεγγίδα. τὸ τέρθρον. φολλικώδη. φρένας.
Apollodorus. v. χέλωμα.
  ἐν β΄ περὶ θεῶν. v. χάριτες.
Apollodorus. ὁ τοὺς ὕπνους γράψας. v. τὸ τέρθρον.
Apollonius, Cittieus. v. κλαγγώδη, et *praefat.* vbi male al. *Apollodorus.*
  ἐν τῷ περὶ ἄρθρων. v. ἄμβην.
Apollonius, Memphites, ἐν τῷ περὶ ἄρθρων. ibid.
Apollonius, ὁ ὄφις. *praefat.*
Apollonius, senior. ibid.
Apollonius, ὁ θήρ. v. ἄμβην. idem, qui in *praefat.* Apollonius, ὁ ὄφις, vbi eius libri XVIII. contra Heraclidem, Tarentinum, et III. contra Bacchium memorantur.
Archilochus. v. σκύτα. τράμιν.
Aristarchus, grammaticus. *praefat.*
Aristocles, Rhodius grammaticus. ibid.

Gg 2 Aristopeas

q) V. notam prim. ad §. anteced. *Harl.*

r) *Franz.* subiecit suae edit. ad calcem, *indicem auctorum*, qui in tribus glossariis laudantur, eumque paginis suae edit. adcommodauit, obss. interdum litterariis insertis. *Harl.*

Ariſtopeas, Rhodius (al. Ariſtobulus) grammaticus. ibid.

Ariſtophanes, comicus. v. *ἀχιλληΐδες. βάκχαρις. κενέβρεια. σκορδίνημα.*

ἐν Ἀμφιαράῳ. v. *λεβηρίδες.*

Αὐτολύκῳ. v. *ἄμβην.*

Ἀχαρνεῦσι. v. *κυρδίνημα. κόλλικες. μαριλῆνοι. σερίφες.*

Βατράχοις. v. *οἶνος.*

Γηρυτάδῃ. v. *γαργαλισμὸς. ἐκλαπήσεται.*

Δαιδάλῳ. v. *ἀνεκάς.*

Θεσμοφοριαζούσαις. v. *οἶνος.*

Ἱππεῦσι. v. *ἡδύμασι.*

Κωκάλῳ. v. *φῶδες.*

Ὄρνισι. v. *βλακεύειν. ἴπνου.*

Ariſtophanes, grammaticus. v. *θράσσει. φορινοῦς. χέδροπα.*

ἐν ταῖς Ἀττικαῖς λέξεσι. v. *ἄμβην. διοπῶ. κνηστέρης.*

τοῖς ὑπομνήμασι. v. *πικερίῳ.*

Ariſtoteles *ἐν τοῖς κωμικοῖς.* v. *ἡρακλείης νόσου.*

Artemidorus, Grammaticus *ἐν ταῖς λέξεσι.* v. *λάσιον.*

Ἀσκλατίων. v. *ἄμβην.*

Aſclepiades. v. *πόνοι.*

ἐν τῷ ἐξηγητικῷ τοῦ κατ' ἰητρεῖον. v. *σκέπαρνος.*

Attici. v. *ἀκεσίας. διοπῶ. δειμώδεος. ἐπίθημα. ἐμβατευόμενον. ἐπιεικῶς. ἐπηλυγάζονται. ἡδύσμασι. ἴκταρ. καρδαμύσσειν. κόσμου. μυττωτόν. ὀγκυλωμένη. οἰναρίδες. πῦρ. τετραμμένον. τὰ ἐπιμήνια. φωναί. φθοίσκους. χάριτις. χέδροπα.*

Bacchius, (Βακχεῖος) Tanagraeus. *praefat.* v. *ἀλλοφάσσοντες. ἀραιά. ἀπολελαμμένοι. ἀμφιδέξιος. ἀλάστορες. αἰόνησις. ἀρτίων. ἀθέλγηται. ἀγάλλεται. βλιχῶδες. ἔκχυμα. ἔμπηροι. θράσσει. κλαγγώδη. κυβιτῶ. λάπτει. λελυγισμένα. μᾶσσον. μετεξέτεροι. νείαιρα. ὄγχη. ὄκνις. ὅπλα. πηχέδεον.*

Eius *συντάξεις τρεῖς λέξεων Ἱπποκράτους* multis poëtarum teſtimoniis additis. *praefat.* Apollonii Theris libri III. contra Bacchium. ibid. Vide et infra Epicles et Philinus.

ἐν τῷ ά τῶν λέξεων. v. *ἀλυσμόν. ἀτρεκέως. ἀνακώχησις. αὐτίκα. γυῖον. ἐμβατευόμενον. ἕδος. σπληνός. σκεθρότεραν. τύρσις. φωαί.*

ἐν τῷ β'. v. *ἄλις. ἀγάλλεται. ἐγχλοιούμεναι. ἐμβατευόμενον. λαπῶδες. ποταίνια. πυθμενόθεν. τρύζειν.*

ἐν τῇ τρίτῃ. v. *ἀρτίων. ἀνάγκη. ἄμβην. ἑδραίως. ἐξαρύεται. ἐνεφλεβοτόμησε. συχνόν. στερρωθείη.*

Callimachus. v. *συναρθμοῦται. τὰ λέγνα τῆς ὑστέρας.* Herophilius, *ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλου οἰκίας.* *praefat.*

Calliſtratus *ἐν ϛ' συμμίκτων.* v. *χεῖαι.*

Cineſias. v. *ῥεμβοειδέα.*

Οἱ περὶ τὴν ἀρχαίαν κωμῳδίαν καταγινόμενοι. *praefat.*

Cydias, Herophileus. *praefat.* Vide et infra in Iſchomachus et Lyſimachus.

Demetrius, epicureus. v. *κλαγγώδη,* et *praefat.*

Democritus. v. *φλενωδώδη.* et *praefat.*

Diagoras, Cyprius. v. *περόνας.*

[☛] Didymus, grammaticus, Alexandrinus. *praefat.*

Diocles. v. *ἐκτόμου. κοτυλιδόνας. σκαμοειδές.* Caryſtius. v. *φῶδες.*

ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον. v. *ἄμβην.*

Diodorus, grammaticus. v. *καμμάρῳ.*

Diodotus *ἐν β' μυθολογιῶν.* v. *νίωπον.*

Dioſcorides *Φακᾶς.* v. *φωναί,* et *praefat.* vbi eius libri ſeptem memorantur. *ἐν τῷ έ τῶν ὑλικῶν.* v. *καμμάρῳ.*

Diphilus (comicus) *ἐν Δαναΐσι.* v. *γαργαλισμοῦ.*

Dorica. v. *ἀνακῶς. κίθαρος. φῶδες.*

Epicles. v. *ἀτρεκέως. ἀπολελαμμένοι. ἀρτίων. ἀθέλγηται. ἀνακώχησις. αὐτίκα.*

κα. βληχῶδες. ἑδραίως. ἵδρυτο. κανονίαι. λελυγισμένα. μεθίησιν. ὄμματα. ὑδερῶν. φαρμακεῖσι. χεῖαι.

Ordine litterarum ſcripſit de vocibus Hippocratis, nimis breuitatis ſtudioſus, *ματαίȣ συντομίας ζηλωτής. praefat.* Bacchii tres *συντάξεις* in compendium miſit. ibid. vbi pro *παρεπικελεύςȣ κρητὸς*, legendum *παρ᾽ ἐπικλέȣς τȣ͂ κρητός.*

Epicurus. *praefat.*

Epitherſes (male Θέρσις in edit.)
ἐν β΄. τῶν λέξεων. v. *ἄμβην.*

Eraſiſtratus. v. *ἄμβην.*

Eratoſthenes. v. *χεῖαι.*

Euphorio. v. *βληχῶδες.* Eius ſex libri, quibus voces Hippocratis explicantur. *praefat.*

Eupolis. v. *ἔχινον.*
ἐν Αἰξί. v. *πρόμαλον. σελαχίοισι.*
κλοταῖς (lege *κλοπαῖς*) v. *ἡδύσμασι.*
Λάκωσι v. *μυττωτόν.*
Μαρίᾳ leg. *μαρικᾷ*) v. *ψάγδας.*

Euripides. v. *κομψευόμενος.*
ἐν Ἀλκμαίωνι. v. *σκεθροτέραν.*
Ἀντιόπῃ. v. *κατεφρόνεε.*
Εὐρυσθεῖ. v. *τὸ τέρθρον.*
Ἱππολύτῳ. v. *ἀμφιδέξιος. διοπῶ. διεβλήθησαν.*
Κλεισὶ (leg. *κρησί*) v. [s]) *ἀτρεκέως.*
Μελανίππῃ. v. *ἀλάςορες.*
Οἰδίποδι. v. *ὑπείλλει.*
Οἴνῃ (leg. Οἰνεῖ) v. *τιμωρέȣσα.*
Ὀρέςῃ. v. *διεβλήθησαν. σάφα.*
[☞] Πολυείδῳ. v. *διεβλήθησαν.*
Φοινίκῃ (leg. *φοίνικι*) v. *διϊπετής.*

Eurycles. v. *πλοώδης*, niſi forte legendum *ἐπικλῆς* pro *Εὐρυκλῆς.*

Glaucias. v. *ἀμφιδέξιος. ἀνθόλικες. ἀνακώχησις.*
Empiricus. *praefat.* de vocibus Hippocratis ordine ſcribens alphabetico *μακρότερος ἐφάνη.* ibid. Vnus eius liber ſed *πολύςιχος πάνυ.* Ita enim legendum pro *πολύσχιςος.*

Hecataeus. v. *κνήςρȣ.*

Heraclides, Tarentinus. v. *θράσσει. μᾶσσον. ὕποφρον.* et *praefat.*
ἐν β΄ ἐξηγητικῷ τȣ͂ δ΄ ἐπιδημιῶν. v. *ςλεγγίδα.*
Vide et ſupra, Apollonius ὁ θήρ.

Herodotus. v. *ἀμφιδέξιος. μετεξέτεροι*, et *praefat.*

Herophilus. v. *ἀλυσμόν.*

Hippocrates *ἴων*, ſiue Ionice ſcribens. v. *τριταιοφυέας.* adde Galen. tom. 5. pag. 463. edit. Baſil. Scripta Hippocratis paſſim citat Erotianus, ſed de dictione eius atque vocum, quibus vſus eſt, interpretibus, et ex ſcriptis, quae genuina eius ſunt, vide *praefat.*

Hipponax. v. *ἀμφιδέξιος. μαριλῆνοι. τράμιν. φῶδες.*
ἐν α΄ ἰάμβων. v. *σαεθρά.*

Homerus ὁ ποιητής. v. *ἀμφιδέξιος. ἀτρεκέως. ἀραιά. ἀνασμόν. ἄναυδος. ἀήρ. ἄλις. γυῖον. εἰρύεται. ἐτιταίνετο. ἐπίςανται. θύνων. ἱμείρομαι. ἵδρυτο. ἰδνώθη. κεκρίφαλος. κατηπεδανόν. κρήγυον. λέγων. μαρμαρυγαί. ὀρεύς. ὀχετὸς. παλύνων. περνάς. ῥινονυχογραφηθεῖσα.*

s) Verſus Euripidis, loco illo citatos ab Erotiano, Ioſephus Scaliger in codice ſuo manu ſua emendavit hunc in modum:

Ἥκω ζαθέȣς ναȣ͂ς προλιπὼν
ȣ͂ς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκὸς
ςεγανȣ͂ς παρέχει χαλύβῳ πελέκει,
καὶ ταυροδέτῳ κρηθεῖς ἀτρεκεῖς
ἁρμȣ͂ς κυπαρίσσῳ,

φηθεῖσα. συνοχωκός. σπεδή. τρύζειν. ὤιζα

ἐν τῷ ε τῆς Ἰλιάδος. v. ἀλυσμόν. ἀχλυώδες.

Homeri verſus, Iliad. υ΄. 250. et τ΄. 183. *praefat.*

Hippocrates, ἀνὴρ Ὁμηρικὸς τὴν φράσιν. *praefat.*

Ὁ περὶ ἰσχόμαχον (lege Λυσίμαχον) καὶ Κυδίαν τὸν μυλασσέα (lege μυλασέα, ex Mylaſa, Cariae ciuitate) v. ἴκταρ.

Lacones. v. πίλοισι.

Lycus, Neapolitanus. v. ἀρτίων.

ἐν τῷ β΄ τοῦδε τοῦ συγγράμματος (Hippocratis de locis in homine) ἐξηγητικῷ. v. κάμμορον.

Lyſimachus. v. βληχῶδες. τράμιν.

Cous. *praefat.* eius libri III. contra Cydiam, Herophileum. ibid.

Menander (comicus) v. στλεγγίδα.

ἐν ἀσπίδι. v. ἔμυξεν.

Βοιωτία. v. ἡμιεκτία.

Δαρδάνῳ. v. ἡδύσμασι.

ἐπιτρέπουσι. v. ἐχῖνον.

Meneſtheus, ὁ Στρατονικεύς. v. ἄμβην.

Metagenes. v. πόλφοι.

Nicander. v. ἐκθήλυσις. κνήστρου.

ἐν Γεωργικοῖς. v. χέδροπα.

[ℙ] Θηριακοῖς. v. ἄγνου. τάμισον. χαμαιζήλου. χηραμίδα.

ὡς καὶ Νίκανδρος ἐξηγεῖται. v. ἀθέλγηται.

Niger. v. φαρμακοῖσι.

ἐν τῷ περὶ ὕλης. v. λείριον.

Ὡρογράφοι οἱ περὶ χρόνου γράψαντες. v. ὡρέοντα.

Περιγένης, ὁ ὀργανικὸς ἐν γ΄ μηχανικῶν. v. ἄμβην.

Πηλέμαχος, vide Telemachus.

Petronius. v. σκύτα.

ἐν ὑλικοῖς. v. νίωπον.

Pherecrates (comicus) ἐν θαλάττῃ. v. ἄρδαλον.

ἐν μεταλλεῦσιν. v. ἀρμῷ.

Philemon (comicus) ἐν μυρμιδόσιν. v. ἐχῖνον.

ἐν πανηγύρει. v. ἄρδαλον.

Philinus. v. ἀτρεκέως.

Empiricus, Bacchii aequalis, contra quem ſcripſit. *praefat.*

Eius libri ſex de vocibus Hippocratis. ib.

Philocrates, Samius. v. καρυκεύειν.

Philonides, Siculus. v. ἐξέρυθρον. τριταιοφυεῖς.

Phryges. v. πικερίῳ.

Phrynichus (comicus) ἐν κρόνῳ. v. ὑποτεῖναι.

Pindarus ἐν ὑπορχήμασι. αἰών.

Plato I. de Rep. v. βλακεύειν.

Polyzelus (comicus) ἐν δήμῳ. v. δεινόν.

Rhodii. v. ἄμβην.

Romani. v. ῥίζη ἀλθαίης.

Siculi. v. κραμβεῖον.

Sophocles. v. ἀχιλληΐδες.

ἐν Ἀχαιάδῃ (legend. Ἀλευάδαις) v. κατεφρόνει.

Ἀμφιαράῳ. ibid. et πέλον.

Ἑλένης ἀπαιτήσει. v. θράσσει.

Σμηριγόνη (legendum ἠριγόνη) v. ὕποφρον.

Ἰφιγενείᾳ. v. ὕποφρον.

Κλυταιμνήστρα. v. ἀντεόνθεον.

Πελίᾳ. v. παιδικὸν πάθος.

Ποιμέσι. v. πέλον.

ἐλεγείᾳ. v. χάριτες.

Strato, Eraſiſtrateus. v. ἄμβην.

Strattis (Comicus) ἐν κυνηγοῖς. v. καμμάρα.

ἐν Φοινίσσαις. v. λεβηρίδες.

Tarentinus, vide ſupra, Heraclides.

Telemachus, grammaticus. v. λεβηρίδες.

Theopompus ἐν Ὀδυσσείᾳ. v. λάσιον.

Therſis, vide ſupra Epitherſes.

Θόας ὁ Ἰθακήσιος, Thoas, Ithacenſis. v. πικερίῳ.

Thucydides. v. ἐπηλυγάζονται. τὰ ἐπιμήνια. et *praefat.*

Xenocritus, Cous. v. ἀλλοφάσσοντες.

Gramma-

Grammaticus, Hippocratis voces primus interpretatus. *praefat.*

Zeno, Herophileus. v. ἄμβην καμμάρῳ.

Zeuxis ἐν τῷ β' τῶν ἐξηγητικῶν τούτου τοῦ βιβλίου. (Hippocratis de locis in homine,) ibid.

[P] VII. Quam multi ante Erotianum in explicandis Hippocratis vocibus versati fuerint, docet ille in praefatione his verbis, quae paullo emendatiora, quam sunt in editis, cum versione mea adscripsi. *Fabr.* Paucas Fabr. emendatt. Franz. in addendis ed. suae p. 619. adtulit. *Harl.*

Πολλοὶ τῶν ἐλλογίμων οὐκ ἰατρῶν μόνον ἀλλὰ καὶ γραμματικῶν ἐσπούδασαν ἐξηγήσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ τὰς λέξεις ἐπὶ τὸ κοινότερον τῆς ὁμιλίας ἀγαγεῖν. Ξενόκριτος γὰρ ὁ Κῷος, γραμματικὸς ὤν, ὥς φησιν ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης, πρῶτος ἐξελάβετο τὰς τοιαύτας ἐξαπλοῦν φωνάς. ὡς δὲ καὶ ὁ Κιττιεὺς Ἀπολλώνιος ἱστορεῖ, καὶ Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλου οἰκίας. μεθ' ὃν φασὶ τὸν Ταναγραῖον Βακχεῖον ἐπιβαλεῖν τῇ πραγματείᾳ καὶ διὰ τριῶν συντάξεων πληρῶσαι τὴν προθεσμίαν, πολλὰς παραθέμενον εἰς τοῦτο μαρτυρίας ποιητῶν. ᾧ δὴ τὸν ἐμπειρικὸν συγχρονήσαντα Φίλινον ἐξ ἑξαβίβλου πραγματείας ἀντειπεῖν, καὶ παρ' Ἐπικλέους τοῦ Κρητὸς ἐπιδεμένου τὰς Βακχείου λέξεις διὰ γ' συντάξεων, Ἀπολλωνίου τε τοῦ Ὄφεως τοῦτο ποιήσαντος, καὶ Διοσκορίδου τοῦ Φακᾶ, πᾶσι τούτοις ἀντειπόντος δι' ἑπτὰ βιβλίων, Ἀπολλωνίου τε τοῦ Κιττιέως ὀκτωκαίδεκα πρὸς τὰ τοῦ Ταραντίνου τρία πρὸς Βακχεῖον διαγράψαντος, καὶ Γλαυκίου τοῦ Ἐμπειρικοῦ δι' ἑνὸς πολυστίχου πάνυ καὶ κατὰ στοιχεῖον πεποιημένου ταυτὸ ἐπιτηδεύσαντος. Πρός τε τούτοις Λυσιμάχου τοῦ Κῴου κ' βιβλίων εἰσπονήσαντος πραγματείαν, μετὰ τοῦ τὰ τρία μὲν γράψαι πρὸς Κυδίαν τὸν Ἡροφίλειον, τρία [P] δὲ πρὸς Δημήτριον. Καὶ γὰρ ὁ ἀναδεξάμενος αὐτὸν Εὐφορίων πᾶσαν ἐσπούδασε λέξιν ἐξηγήσασθαι διὰ βιβλίων ἕξ. Τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν ὅστις ἐλλόγιμος

Multi celebrium non medicorum tantum sed grammaticorum quoque studuerunt Hippocratem exponere, et voces eius vocabulis aliis, quibus communiter in consuetudine vtimur, interpretari. Xenocritus *quippe,* Cous, *grammaticus, vt ab Heraclide, Tarentino, traditum est, primus suscepit vocabula eius explanare, atque Apollonio, Citieo, teste etiam* Callimachus, Herophileus. *Post hunc aiunt operi manum admouisse* Bacchium, Tanagraeum, *et tribus libris institutum suum perfecisse, multis poëtarum testimoniis* †) *in hoc insuper adiunctis. Cuius aequalis* Philinus, empiricus, *sex libros contra scripsit. In eodem argumento versati sunt* Epicles, Cretensis, *qui* Bacchii *libros in compendium misit,* Apollonius *item cognomine* Ophis, et Dioscorides, Phacas, *qui aduersus hos omnes scripsit libris septem,* Apollonius *item,* Cittieus, *qui duodeuiginti libros composuit contra* Heraclidem, Tarentinum, *et contra* Bacchium *tres: Nec non* Glaucias, empiricus, *vno sed praegrandi libro et secundum litterarum ordinem digesto.* Lysimachus *praeterea,* Cous, *libros XX. in hoc genere elaborauit, postquam tria volumina scripserat contra* Cydiam, Herophileum, [P] *et totidem aduersus* Demetrium. *Sed et* Euphorion, *Lysimachum secutus, voces vniuersas libris sex interpretari instituit. Ex grammaticis vero clarissimis* qui-

†) Galenus praefatione ad glossas Hippocratis refert, Aristarchum Grammaticum Bacchio τὸ πλῆθος παραδειγμάτων siue loca scriptorum suppeditasse.

λόγιμος Φανεὶς παρῆλθε τὸν ἄνδρα. ἔτι δὲ Ἀρίσταρχος παρ' ὃν γεγράφασι Ἀριστοκλῆς καὶ Ἀριστοπέας (al. Ἀριστόβουλος) οἱ Ῥόδιοι, καὶ μετὰ πάντας Ἀντίγονος καὶ Δίδυμος οἱ Ἀλεξανδρεῖς.

quibusque rationem Hippocratis nemo non habuit, Ariſtarchus *et hinc* Ariſtocles *atque* Ariſtopeas (*al.* Ariſtobulus) *Rhodii ac poſt vniuerſos Alexandrini*, Antigonus et Didymus.

VIII. Ab *Herophilo* quoque gloſſas Hippocratis ſcriptas et vocc. obſoletas expoſitas, Galenus auctor eſt: [conf. *Halleri* bibl. medicinae pract. I. pag. 122. ſq.] *Dioſcoridem* vero iuniorem, glottographum [u]) Alexandrinum, quem a Dioſcoride Φακᾶ diſtinguit, pluribus libris ἅπασαν Hippocratis λέξιν explicare profeſſum, ne tertiam quidem eius partem expoſuiſſe, et plurima adtuliſſe vulgaria et ex Nigro, Pamphilo, Dioſcoride Anazarbeo, antiquioribusque Crateua [v]), Theophraſto, Heraclide Tarentino et aliis pluribus exſcripſiſſe. Ipſe quidem *Galenus* in ſua gloſſarum Hippocratis ἐξηγήσει profitetur, ſe expoſiturum οὐ μόνον ὅσα τοῖς ἄλλοις παλαιοῖς ὑπάρχοντα συνήθη τῶν ὀνομάτων οὐκ ἔτι ἐστὶν ἐν ἔθει νῦν, ἀλλὰ καὶ ὅσα κατά τινα τρόπον ἴδιον αὐτὸς ἐποιήσατο ὁ Ἱπποκράτης, ἢ μετενεγκὼν ἀπὸ τοῦ συνήθους, ἢ σχῆμα περιθεὶς ἕτερον, ἢ τὸ σημαῖνον ὑπαλλάξας [w]). Ab hoc Galeni diverſum MS. gloſſarium in Hippocratem euoluit Cangius. [*Bacchius* quoque ſcripſit in voces Hippocr. obſoletas. v. *Haller.* l. c. pag. 128.] Etiam ſub falſo *Herodoti* nomine Charterius ad Erotiani calcem Lexicon paruum vocum Hippocratis ſubiecit tomo 2. ed. Op. Hippocratis et Galeni pag. 140. ſequutus Hieronymum Mercurialem, qui illud ſuo Hippocrati adiunxerat: *Henricus Stephanus* vero vna cum Erotiani et Galeni gloſſariis pag. 105-109. [x]) vulgauerat hoc titulo: Λεξικὸν τῶν Ἡροδοτείων λέξεων, quod neſcio, an veriſimiliter *Mauſſacus* pag. 389. diſſ. de Criticis habebat pro particula operis Apollonii, grammatici, cuius ἐξήγησιν Ἡροδότου γλωσσῶν laudat auctor Etymologici MS. in σεφιστής et κωφός. Ex recentiorum monumentis praeſenti loco laudanda eſt *Anutii Foëſii* oeconomia Hippocratis ſiue Lexicon Hippocrateum Francof. 1588. Geneu. 1662. fol. quem librum *Reineſius* Epiſt. ad Neſteros pag. 23. ſtudioſis medicinae Hippocratis vtiliſſimum et in omnibus bibiliothecis medicis ſpectandum adpellat. *Iohannis* item *Conradi Dieterici* Iatreum Hippocraticum, [*] ſiue Lexicon graecum ex vocabulis aphoriſmorum Hippocratis concinnatum, ſpiſſo volumine in 4. Gieſſae 1656. et Vlmae 1661.

IX. Ὀνομασίας τῶν φαρμάκων teſte Galeno in gloſſis v. Ἰνδικὰ, ſcripſerant olim complures, καθάπερ Μενεσθεύς τε καὶ Ἀνδρέας ὁ τοῦ Χρυσάορος καὶ Ξενοκράτης καὶ Διοσκουρίδης

u) Vide ſupra cap. 3. §. 2. huius libri IV. [vol. IV. pag. 676. et *Halleri* bibl. medic. practicae I. pag. 218.]

v) Ex *Crateua*, Dioſcoride et Galeno excerpta ſunt in cod. Vindobon. qui deſcriptus eſt ex antiq. cod. medic. v. *Lambec.* VI. part. 2. col. 209. add. cod. Pariſ. §. IX. *Harl.*

w) Iis, quae ſupra in vol. V. pag. 437. ſcripta ſunt, adde, inter codd. Voſſian. eſſe Lex. Hippocraticum *Galeni*. v. cat. codd. Angliae et Hibern. vol. II. pag. 59. cod. MMCLXXI. f. 60. *Harl.*

x) It. *Franzius* ed. pag. 602. ſqq. quem conf. in praef. pag. XX. ſq. de auctore et inſcriptione libelli differentem, et ſequutum *Heringae* interpretationem, pag. 2. Obſſ. critic. Hic vero adfirmat, lexicon illud nullum alium in finem Hippocrati praemitti, niſi quod multae harum gloſſarum etiam apud Hippocratem reperiantur, nec mirum, quum dialectus ionica vtrique ſit communis. *Harl.*

σχεδίδης ὁ Ἀλεξανδρεύς. Huic iuniori *Dioscoridi* fortassis tribuenda est historia plantarum ordine alphabetico et alphabetum Empiricum, quae vtraque ad calcem Dioscoridis, Anazarbei, cum versione et scholiis edidit Ianus Antonius Saracenus [y]). In *Pauli Aeginetae* libro VII. Cap. 3. [z]) virtutes medicamentorum et apud *Aetium* tetrabibl. I. lib. I. simplicia pharmaca ex plantis, litterarum ordine referuntur. Litterarum quoque ordine decurrit, atque adeo Lexici parui instar est, de quo dictum libro quinto, *Simeonis Sethi* [aa]) Syntagma de alimentorum facultate. Paxami quidem ἀλφαβετικὰ, κατὰ στοιχεῖον, Suidae memorata, diu est quod interciderunt. Omitto glossas *Nicolai Myrepsi* [bb]), qui saeculo decimo tertio scripsit, et *Nicomedis* [cc]), iatrosophistae Lexicon, aliaque Lexica et glossaria medica ac botanica incertorum auctorum, in variis obuia bibliothecis, et Labbeo, Cangio, Lambecio memorata atque inspecta [dd]). Quod vero in indice auctorum, quos citat ad Solinum Salmasius, memoratur Osiridis Lexicon chemicum, error est, nam *Salmasius* exercitatt.

y) *Dioscoridae* collectio remediorum alphabetica est in cod. Paris. v. ad §. IV. adde *Lambec.* de cod. Vindobon. VI. pag. 228. sq. *Harl.*

z) *Paulli Aegin.* catal. alphab. medicamentor. succedaneorum ex Galeno, in cod. Vindob. XL. nr. 3. et 11. *Lambec.* comment. VI. col. 355. seq. adde *Bandini* cat. codd. gr. III. pag. 156 et 165. codd. *Paris.* bibl. publ. n. MMCCXL. et MMCLIII. ac *Halleri* bibl. medic. pract. I. pag. 313. *Harl.*

aa) In bibl. *Vindobon.* cod. VIII. apud *Lambec.* comm. vol. VI. col. 213. vbi in parte II. plures codd. medici recensentur. cf. infra vol. X. pag. 320. Apud *Lambec.* l. c. col. 267. *Sethi* lexicon botanic. graeco-barbarum. id. ibid. col. 355. add. *Halleri* bibl. med. pract. I. pag. 318. *Harl.*

bb) In cod. *Paris.* MMDCLIX. n. 2. bibl. publ. est *Nicol. Myrepsi* dynameron, opus ineditum ordineque alphabetico dispositum. Litterae A. pars maxima, integrae vero B. Γ. Δ. E. Z. desiderantur; praefixus index antidotorum copiosissimus, qui ad litteram *A.* pertinet. v. cat. codd. regg. II. p. 453. add. *Halleri* bibl. chirurg. I. pag. 166. seq. bibl. medic. pract. I. pag. 324. et 526. infra in vol. XIII. pag. 4. sqq. *Harl.*

cc) Conf. infra, vol. X. p. 52. ed. vet. *Harl.*

Ἡρωδιανȣ Ἱςοριων Βιβλια H. *Herodiani histor. lib. VIII.* cum Angeli Politiani interpretatione, et huius partim supplemento, partim examine *Henr. Stephani:* vtroque margini adscripto. Eiusdem Henr. Stephani emendationes quorumdam graeci textus locorum, et quorundam expositiones. Historiarum Herodianicas subsequentium libri duo nunc primum graece editi. Excudeb. *Henr. Stephanus.* a. M. D. LXXXI. (1581.) in 4. siue min. fol. Steph. nouam lucem adfudit textui graeco: nam ex collatis prioribus exemplis et interdum e vetere suo libro certas correctiones in contextum recepit, interpunctionem refinxit lacunas aliquot expleuit: Politiani versionem, e regione textus positam, in exteriore margine suppleuit et emendauit. In interiore autem margine adscripsit multorum locorum emendationes et quorumdam expositiones. Denique duos priores *Zosimi* libros historiae nouae e cod. Leunclauii, a quo eum accepit Steph., graece cum eiusdem Leuncl. versione latina subiecit. conf. *Deuis* in memorabil. bibl. Garellianae pag. 524. seq. in primis cl. *Wolf* in narratione pag. 63. seqq.

Haec *Stephani* editio vitiose recusa est Lugduni, 1611. et 1624. 8. — Illa quoque basis est editionis *Sylburgianae* emendatae *Frider.* enim *Sylburgius* raro deseruit in III. tomo *script. rom. Hist. romanae.* Francof. ad Moen. 1590. fol. pag. 463. seqq. (v. *Fabr.* infra in vol. XIII. pag. 624. seq.) lectionem Herodiani a Stephano constitutam; atque, vbi quod ex collatis, Aldina, Walderiana vnaque ex Petrinis editionibus, aliisque, quibus instructus erat, copiis mutauit, id modeste beneque fecit: Textui supposuit Stephani notas et castigationes Politiani, extremo autem volumini adiecit paucas quidem, at eruditas proprias adnotationes. His autem et suis et Stephanianis inseruit *A. Schotti*, a quo etiam acceperat

u) Haec edit. a. 1549. melior iis, quae antecesserunt, esse videtur. Huber quidem, teste *Clem.* l. c. pag. 437. in nota, adfirmat in praef. textum e cod. a Io. Phrisio, Tigurino, suppeditato, castigatiorem et integriorem exire, quam antehac vnquam. Adiecta quoque sunt sua singulis libris argumenta.

ceperat codicis collationem, obferuationes atque coniecturas, et *Errici Memmii* duorumque aliorum Profefforum Parifienfium animaduerfiones.

Tertiam claffem vir quidam doctus ita conftituit, vt quidem nihil noui adferret de fuo, neque vllam fubiungeret adnotationem, fed plerasque Stephani emendationes et veras et falfas dubiasue admitteret in contextum, *Ingolftadii* 1593. 8. et 1608. 8. gr. ac lat.

Ex aliqua Bafileenfium editione gr. textum mifere exfcripfit cum latina Politiani verfione monitaque adiecit et exempla ethicopolitica ex Herodiano excerpta *Dan. Pareus* Francof. ad M. 1630. 8. — rec. Londini 1639. 8. in qua pofteriore ed. aliquot operarum vitia ex collatione Stephaneae funt fublata; alibi tamen noua irrepferunt.

Herodiani Antoninus et Geta, gr. Parif. apud Seb. Cramoify. 1627. 4.

Herod. hiftoriarum libri VIII. cum notis et animaduerfionibus *Io. Henr. Boecleri.* Argentor. 1644. 8. Prima eft editio capitibus diftincta. Textus gr. eft is, quem H. Stephanus refinxit: notae autem cum criticae, tum inprimis hiftoricae et politicae, et verfio Politiani integra, h. e. fine Stephani additamentis. — Recufa eft cum indice *Balthaf. Scheidii*, Prof. Argentor. graeco locupletiffimo, in quo etiam interdum adferuntur Politiani, Stephani et Sylburgi iudicia atque correctiones, ibid. 1662. cui iterum praefatus eft Boeclerus, et praemifit Politiani praefat. ex edit. Bonon. 1493. ac *Tanaq. Fabri* epiftolam, ex Epiftolarum libr. I. ep. 75. pag. 244. fqq. ed. II. in qua loci XIV. Herodiani emendati, vnus aut alter defenfus eft: — tum 1672. et, admodum vitiofe, 1694. 8.

Herod. libri VIII. recogniti et illuftrati, gr. et lat. Oxon. 1678. (nifi alia iam praeceffit,) 1699. (quam bellam et correctam vocat Harwood,) tum 1704. et, tefte quidem Harwoodo, 170 . 8. Editio Stephani, cuius emendationes margini adfcriptae, interdum in textum admiffae funt, aut Londinenfis a. 1639 8. eft fundus: notae autem criticae eaeque breues Stephani, Memmii et Sylburgii ipfiusque editoris, qui Herodianum praecipue contulit cum aliis fcriptoribus hiftoricis, textui funt fubftratae. Num notae auctorem habeant *Hudfonium* in ed. a. 1699. vti auctor biographiae claflicae II. pag. 127. verf. Murfin. tradit, equidem praeftare non poffum.

Vitia Bafileenfis vel Pareani exempli faepe funt iterata in edit. *Patauina* 1685. 8. cui acceffit chronologia, (in qua tamen Wolf plures reperit errores,) genealogia et defcriptio geographica rom. imperii. Latina tantum Politiani verfio, Patau. 1685. 8. memoratur in catal. Bunau. I. pag. 191. — gr. et latine (ex ed. Londin.) per *Io. Patonum*, *Edinb.* 1724 8. praemiffa M. Antonini, philofophi, vita, a Io. Xiphilino confcripta. — Ex Oxonienfi edit. a. 1704. fluxit *Bafileenfis*, apud Io. Schweighäufer, 1781. 8. — Ad exemplum Stephani textus perquam emendate recufus eft *Halae Saxon.* 1759. 12. feparatim addita Politiani verfione.

Nouam interpretationem confecerat *Berglerus.* Poftquam illa diu latuerat in fcriniis Menkenii, et tandem in manus peruenerat *Io. Frid. Leisneri*, quondam Rectoris fcholae Thomanae Lipfienfis: hic nouam Herodiani editionem cum Bergleri interpretatione paraturus confilium fuum aperuit, pro Herodiano dixit, et fpecimen dedit verfionis Berg-

lerianae in prolusione de Herodiano Herodianique versione Bergleriana, Lipsiae 1761. 4. Leisnero autem a. 1767. fatis intercepto successit *Irmisch*, qui in subsidiis conquirendis, in explicando Herodiano, conscribendo commentario operoso, et maximam partem grammatico, laboreque prosligando ferream industriam molestamque et obscuram diligentiam praestitit. Notae eius, in quibus textus natat, sunt omnino doctae, et adcuratam vtriusque linguae atque antiquitatis scientiam testantur; sed modum mire excedunt, et tamen accesserunt excursus adhuc ampliores. Inscriptio autem haec est:

Ἡρωδιανȣ ἱϛοριων Βιβλια ὀκτω· *Herodiani historiarum libri octo, e recensione Henrici Stephani, cum varietate lectionis trium codicum MSS.* [Vindobon. Bauar. et Veneti,] *noua Bergleri versione, notis variorum*, [in his Reiskii, Strothii ac Leisneri,] *et indicibus verborum ac rerum, curante Theophilo Guilielmo Irmisch*, Art. Mag. Lips. Gymnasii Plauiani Rectore. Lipsiae sumt. E. B. Schwickerti. vol. I. quod continet librum I. 1789. — vol. II. quod demum complectitur libr. II - IV. c. 15. ibid. 1790. mai. 8. Vol. III. cui reliqui libri insunt, ib. 1792. Quartum volumen, disputationes de Herod., codd. eius et edd., indicesque complures continens, a b. auctore elaboratum, praelo est paratum. Sed, quoniam in notis est thesaurus quasi L. Gr. licet e libris vulgaribus maxime collectus, at oceano veluti immersus, et de vi ac potestate multorum vocabulorum et formularum loquendi quamquam iusto copiosius, tamen vt plurimum intelligenter subtiliterque differitur, index vocc. in notis explicitorum admodum necessarius erit.

Scholis adcommodata est edit. cum breuibus notis grammaticis et criticis, atque indice graeco-germanico, quam *Feldhahn*, magister Dessauiensis curauit:

Herodians Lebensbeschreibung der römischen Kaiser, von Kommodus bis auf Gordian den jüngern, in acht Büchern. (graece) *Herausgegeben für Schulen, nebst einem vollständigen Wortregister.* Lipsiae 1791. 8.

Nouissima et omnino critica est editio nouaque recensio, quam *Wolfius*, Prof. Halensis, V. C. et criticus sagacissimus curauit: *Herodiani historiarum libri octo, graece. Ex recensione Frid. Aug. Wolfii. Textui subiecta est argumentorum et annorum notatio et praemissa notitia litteraria.* Halis, in libraria Orphanotrophei, 1792. 8. In docta praefat. cl. Wolf. de multis locis critice et grammatice agit, et pag. IX. ipse adfirmat, hac sua editione textum centum ferme locis mutatum, et totidem etiam locos emendatiores, quam ante., factos esse. In narratione autem de Herodiano, e qua nos quoque multum profecimus, de aetate, vita, ingenio, fide historica, stiloque Herodiani, tum de codd. praecipue de editt. erudite intelligenterque differit.

Versi sunt libri Herodiani,

Germanice, ab *Hieronymo Bonero*, Augustae Vindel. 1531. fol. ibid. 1532. et 1535. fol. Francof. 1565. 8. Hamburg. 1660 8. — a *Georgio Schwarzkopf*, Francof. 1593. fol. — a *Io. Henr. Zopf* cum praefat. Menantis (h. e. D. Christ. Frid. Hünoldi.) Halae 1719. 8. — a *Ge. Aug. Detharding*, Hafniae et Lipsiae 1747. 8. — a *Io. Gottl. Cunradio*, Francof. ad Moen. 1784. 8. — vita Aurel. Antonini ex Xiphilino et Herodiano, a *I. A. B. Bergsträsser*, Hannouer. 1770. 4. De his versionibus fuse eruditeque differit cl. *Io. Frid. Degen* in: Litteratur der deutsch. Uebersetz. der Griechen, t. I. Altenburg 1797. 8. p. 305. sqq.

Gallice.

Gallice, a *Io. Colino* e latina Politiani verſione, Pariſ. 1541. 1546. 8. cum notis. — a *Iac. Conteſio* v) *Vintemillio*, Rhodio, Lugduni 1554. fol. His, qui eius reprehenderunt dictionem, reſpondit in libello, qui inſcribitur: *Remonſtrance aux cenſeurs de la Langue Françoiſe.* Recuſa eſt illa verſio Pariſ. 1580. apud Fed. Morellum et 1599. ibid. — a *Boisguilberto*, Pariſ. 1675. 12. — optime a *Nic. Huberto de Mongault*, cum notis. Pariſ. 1700. 12. ibid. 1712. et 1745. 8.

Italice, Florentiae, ab anonymo, editore *Anton. Francino*, apud her. Philippi Iuntae 1522. 8. Venet. per Gregorium de Gregori 1524. 1525. 1528. 8. et cum Suetonio Venet. 1529. 8. a *Laelio Corano*, Venet. 1551. (al. 1552.) 8. v. *Paiton.* bibliot. degli autori antichi volgarizzati, tom. II. pag. 20. ſqq. et Bandini annal. Iunt. typogr. II. pag. 185. ſeq.

Belgice, interprete *Petro Rabo*, Roterod. 1683. 8.

Anglice, vita Commodi et M. Aurelii Antonini, Londini 1789. 12. [Plures verſſ. Angl. laudat *L. W. Brüggemann* View of English Editions etc. pag. 383. ſq.]

Danice, a L. B. *Lud. de Holberg*, Hafniae 1753. 8. et antea.

Leues ſunt notae *Pauli Voit* in Herodiani Marcum et Commodum, impp. Vltraiecti 1645. 12.

Fr. Gedicke coniecturae criticae ad Herod. in D. F. Stoſchii muſeo critico, Lemgov. vol. II. faſc. II.

In edit. Dionis Caſſii Reimariana Herodianus in notis aliquoties emendatur et notatur, tom. II. pag. 1238. §. 110. lacuna in Herod. II. 11. 18. expletur a Reimaro.

Herodiani locus de Antonino Caracalla explicatur et cum nummo quodam comparatur a *Lambecio* comment. bibl. Vindob. I. pag. 185. ſqq. *Harl.*

IX. *Aldus Manutius*, cui inſtaurati in Europa decoris ſui auſpicia magnam partem graecae litterae debent, iam ſub ſaeculi decimi quinti extremum typis luculentis corpus Grammaticorum graecorum duplici volumine graece edidit, quorum vno, quod Venetiis Anno MCCCCXCV. (1495.) fol. prodiit, continentur:

1. THEODORI GAZAE Γραμματικῆς εἰσαγωγῆς (*introductiuae Grammaticae*, vt Aldus interpretatur,) *libri IV.*
2. *Eiusdem liber* περὶ μηνῶν, *de Menſibus*, ſpeciatim Atticis.
3. APOLLONII, *Alexandrini*, περὶ συντάξεως, *de conſtructione libri IV.*
4. HERODIANI περὶ τῶν ἀριθμῶν, ſiue, quomodo numeri apud Graecos exprimantur, fragmentum.

Alterum Volumen inſcribitur: Θησαυρὸς, κέρας ἀμαλθείας, καὶ κῆποι Ἀδώνιδος, *Cornu Copiae et Horti Adonidis*, Venetiis in domo Aldi Romani, ſumma cura laboreque praemagno, menſe Auguſto, MCCCCXCVI. (1496.) fol. In hoc exſtant:

v) Vide Ludou. Iac. a S. Carolo de ſcriptoribus Cabilonenſibus pag. 31.

1. ΑἸΛΊΟΥ ΔΙΟΝΥΣΊΟΥ *περὶ ἀκλίτων ῥημάτων.*
2. Ἐκ τοῦ ΕΥ̓ΣΤΑΘΊΟΥ *καὶ ἄλλων ἐνδόξων ἐκλογαὶ κατὰ στοιχεῖον.*
3. *Σχηματισμοὶ τῶν εἰμὶ καὶ εἶμι ῥημάτων.* CHOEROBOSCI.
4. *Περὶ τῶν τοῦ καθέζεσθαι σημαντικῶν.*
5. *Τὰ τοῦ πορεύεσθαι σημαντικά.*
6. Ἐκ τῶν ἩΡΩΔΙΑΝΟΥ͂ *παρεκβολαὶ μεγάλου w) ῥήματος.*
[P.] 7. Ἐκ τῶν *αὐτοῦ παραγωγαὶ δυσκλίτων ῥημάτων.*
8. ΧΟΙΡΟΒΟΣΚΟΥ͂ *πρὸς τοὺς ἐν πᾶσι ῥήμασι κανόνας ζητοῦντας καὶ ὁμοιότητας.*
9. *Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ ἐφελκυστικοῦ ν.*
10. *Περὶ ἀνομάλων ῥημάτων, κατὰ στοιχεῖον.*
11. ἩΡΩΔΙΑΝΟΥ͂ *περὶ ἐγκλινομένων καὶ ἐγκλιτικῶν καὶ συνεγκλιτικῶν μορίων.*
12. Ἐκ τῶν ΧΟΙΡΟΒΟΣΚΟΥ͂ *περὶ ἐγκλινομένων.*
13. *Ἀνωνύμου περὶ ἐγκλινομένων.*
14. Ἐκ τῶν ἸΩΆΝΝΟΥ *τοῦ Γραμματικοῦ περὶ διαλέκτων* x).
15. ΕΥ̓ΣΤΑΘΙΟΥ *περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων.*
16. *Περὶ διαλέκτων τῶν παρὰ* ΚΟΡΊΝΘΟΥ *παρεκβληθεισῶν.*
17. *Περὶ τῶν εἰς ὠ θηλυκῶν ὀνομάτων. Choerobosci.*

Primus, inquit Aldus in praefat. *labor in hoc opere concinnando fuit* Guarini Camertis, et Caroli Antenorei, *Florentini, hominum multi studii, ac in graecarum litterarum lectione frequentium. Hi simul ex* Eusthatio, et Etymologico *et aliis dignis Grammaticis accepere haec canonismata, digessereque per ordinem litterarum, nec sine adiumento et consilio* Angeli Politiani, *viri summi ingenio, et ingeniose docti. Secundus vero labor meus fuit, qui ea omnia recognoui, non paruo labore cum iis conferens, vnde excerpta voluminibus fuerant. Multa addidi, plurima immutaui, adiuuante interdum* Vrbano y), *diui Francisci fratre*

w) Rectius *μεγάλου Ῥήτορος* legitur in MS. Caesareo, de quo Lambecius VII. pag. 259. [*Nessel.* cat. part. IV. pag. 14. §. IV. et sic in cod. Medic. XIV. plut. 69. teste *Band.* II. col. 638 adde *Koen.* ad Gregor. Cor. de dialect. (ad quem ille in notis saepe prouocat ad Herodiani MSSta,) pag. 27. 29. vbi locum cod. Leid. comparat cum Aldi cornu copiae: similiter pag. 163. etc. *Harl.*]

x) In cod. *Veneto* D. Marci DCLII. leguntur *περὶ διαλέκτων ἐκ τῶν* ἸΩΆΝΝΟΥ *τοῦ Γραμματικοῦ Τεχνικῶν*, scil. excerpta, (vt ait *Villoison* in anecd. graecis tom II. p. 102.) ex eodem *Ioanne*, quem Gregorius Corinthius, qui illius, vt et Tryphonis grammatici, libris vsum fuisse se profitetur, *Philoponum* vocat, et ex cuius Technicis excerpta de Gr. L. dialectis in adpendice thesauri Gr. L. Henr. Stephanus et ad sui lexici calcem Io. Scapula latine exhibuerunt. adde III. vol. Aldin. mox laudandum, nr. 7. *Harl.*

y) Hic est *Vrbanus Bolzanius*, Valerianus Bellunensis, Minorita siue Franciscanus, Leonis X. praeceptor defunctus A. C. 1526. aetat. 84. quem in re tenui non paruum felicitatis humanae exemplum celebrat Pierius Valerianus de infelicitate litteratorum libro secundo. Videndus etiam de eo *Vossius* in Aristarcho lib. 1. c. 4. *Lucas Waddingius* in scriptoribus Ord. Minorum pag. 331. et auctores Ephemeridum litterariarum Italiae (Giornale de letterati d'Ita-

tre optimo, a quo breui habebitis, quas summa cura et doctissime composuit, in graecam linguam introductiones.

[Primum ea h. l. reponam, quae *Fabr.* infra in vol. XIII. pag. 614. addidit. „Praeter primam edit. Aldi maioribus typis a. 1496. fol. expressam exstat etiam altera, minore typorum charactere a. 1504. fol. chartarum 140. quum prior 270. occupet. (v. Giornale de' letterati d'Italia, tom. 19 pag. 102. seq. tom. 26. pag. 337.) Titulus non sine caussa perstringitur in Lexico graeco-latino, cura Hieron. Alexandri vulgato, Paris. 1512. fol. "Αδωνις, ιδος. *Adonis* καὶ "Αδων *puer amasius Veneris primo aetatis flore praeceptus, et in florem versus; unde horti Adonidis infames, vel testimonio Platonis in Phaedro, quo tamen titulo velut adcommodato, parum adcurate nonnulli suos libros inscripserunt, quum illud vulgo notum sit,* ἀκαρπότερος τῶν Ἀδώνιδος Κήπων, *i. e. Adonidis hortis infructuosior.* Vide *Erasmum* in adagio, *Adonidis horti*, eique adde haec *Arriani* IV. Epictetearum c. 8. ἂν δὲ πρὸ τοῦ γόνυ φύσαι τὸν στάχυν ἐξενεγκῇ, ἀτελές ἐστιν ἐκ κήπου Ἀδωνιακοῦ." — Tum reducam, quae dederat *Fabric.* in vol. XII. pag. 224. seq. vet. edit.

Index auctorum, quorum fit mentio in Thesauro Cornu copiae.

Edit. Aldi a. 1496. fol.

A.

Ἀλκαῖος, 236. b. 245. b. 24. a.
Ἀλκμὰν, 243. b. 258. a.
Ἀνακρέων, 194. b. 241. a. 258. b.
Ἀνώνυμός τις, poeta, init.
Ἀπολλώνιος, 197. a. 203. a. 207. b.
Ἀριστοφάνης, 178. 179. a. 180. b. 181. a. 183. a. 185. b. 186. a. 188. a. 198. a. 201. b. 236. b. 248. a. b. 294. a. 252. a. 254. b. 255. a.
 ἐν Ἀχαρνεῦσι, 252. b. 255. a.
 ἐν Βατράχοις, 252. b. 253. a.
 ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, 248. b.
 ἐν Λυσιστράτῃ, 249. a.
 ἐν Νεφέλαις, 287. b.
 ἐν Ὄρνισι, 249. a. 250. a. 252. b.
Ἀρχύτας, 179. a.
 ὁ Ταραντῖνος, 248. a.
Ἀρχίλοχος, 241. a.
Ἀφθόνιος, 257. b.

B.

Βακχυλίδης, 243. b. 258. a.

Δ.

Δημοσθένης, 249. b.
 ὁ ῥήτωρ
 ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς, 252. a.

E.

Ἐπίχαρμος, init.
Εὐστάθιος ὁ Θεσσαλονίκης, 185. a.
Εὐριπίδης

ἐν

d'Italia) tom. 3. pag. 43. seq. Huius Grammaticae graecae institutionum libri duo ex illis, qui latine scripsere illa aetate, primas ferunt, atque imperfectius primum editae auctore ignaro sunt ab Aldo 1497. 4. Deinde ab auctore recognitae et auctae prodierunt 1512. et Basileae 1524. et 1530. 1535. 1539. 4. Recusae etiam Paris. 1543. et Venetiis 1549. 8. Alius *Vrbanus* Grammaticus, et iunior, patria Imolensis, de quo Leander Albertus in descriptione Italiae A. 1550. edita pag. 288. *Vrbano Grammatico dignissimo humanista, anche egli quest' anni passati passò all' altra vita, poi che in piu luoghi havea fatto isperientia della sua dottrina.* Alius etiam *Vrbanus*, quem belluam vocat et grauiter perstringit Franciscus Philelphus libro IV. Epistola ad Petrum Michaelem, data Mediolani A. 1440.

ἐν Ἑκάβῃ, 183. a. b. 149. b.
ἐν Ὀρέςῃ, 183. b. 249. b.
ἐν Πολυδώρῳ, 248. b.

H.

Ἡρόδοτος, 241. a. 263. a. 264. a. b. 258. a. b. 259. a. b. 261. 262. b.
ὁ Ἀλικαρνασσεὺς, 248. a. 260. b.
Ἡρωδιανὸς, 200. b. 207. b. 208. b. 212. b. 269. a.
Ἡρωδιανὸς
ἐν τῇ πρώτῃ ἱςορίᾳ, 268. b.
Ἡσίοδος, init. 181. a. b. 183. b. 184. b. 208. b. 241. a. 251. b. 260. a. 261. a. 263. a. 264. b.
ἐν Θεογονίᾳ, 178.

Θ.

Θεόκριτος, 179. a. 209. a. 211. b. 238. b. 253. a. b. 255. a. b. 256. a. b. 257. a. b.
ἐν Ἀδωνιαζέσαις, 257. a.
Βουκολικὰ, 248. a.
ὁ Θεολόγος, 251. a. b.
ἐν τῷ εἰς τὴν Χριςῦ γέννησιν λόγῳ, 257. b.
Θεοδόσιος, 203. 267. b.
Θουκυδίδης, 239. b. 248. b. 249. b. 250. a. b. 251. a. b.

I.

Ἴβυκος, 243. b.
Ἱπποκράτης, ὁ Ἴων, 248. a. 258. a. b. 260. a.
Ἱππώναξ, 268. b.

K.

Καλλίμαχος, 194. b. 197. b. 209. a. 228. b.
Κυψέλας, 243. b. 258. a.

Λ.

Λυσίας ὁ Ῥήτωρ, 247. b.

M.

ὁ Μελωδὸς, 216.
Μένανδρος, 239. b. 248. b.

O.

Ὅμηρος, 178.

Π.

Πίνδαρος, 187. a. 194. b. 236. b. 243. b. 248. a. 252. 254. a. b. 258. a.
Πλάτων, 239. b. 247. a. 248. a. 249. a. 252. a.

Ῥ.

Ῥωμανὸς, 227. a.
Ῥωμανὸς, ὁ τῦ Φιλοπόνυ διδάσκαλος, 267. b.

Σ.

Σαπφὼ, 245. b. 268. b.
Σιμωνίδης, 243. b. 258. a.
Σοφοκλῆς, 171. 187. b. 250. a. 259. b.
ἐν Τριπτολέμῳ, 264. b.
Συνέσιος, 256. a.
Σώφρων, 243. b. 258. a.

T.

Τήλεφος ὁ γραμματικὸς, 217. b.
Τρύφων, 247. b.
ἐν τοῖς ἐλέγχοις, init.
ὁ Τυρίνθιος, 197. b. qr.

Φ.

Φιλόπονος, 199. a. 227. a.
Φιλόπονος Ἰωάννης, 247. b.
Φιλόςρατος
ἐν τοῖς βίοις τῶν σοφιςῶν, 250. b.

X.

Χρησμὸς ἔμμετρος, 258. b.

Non omittendum Volumen tertium ex officina Aldi et Andreae Asulani, soceri, vulgatum Venetiis 1524. fol. in quo post dictionarium Graeco Latinum et Latino Graecum pro illa aetate copiosissimum, subiecta leguntur:

1. Ammo-

1. Ammonii περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων.

2. Τάξις παλαιὰ καὶ ὀνομασίαι τῶν ἀρχόντων, qualis ad calcem Suidae exſtat ſub titulo: ἑρμηνεία τῶν ἐπιστρατευμάτων καὶ πολεμικῶν παρατάξεων φωνῶν, vocabulorum militarium interpretatio.

3. Ὀρβικίου ὀνομασίαι τῶν περὶ τὸ στράτευμα τάξεων καὶ ἡγεμονιῶν.

4. Τὰ τοῦ Η καὶ τοῦ ΩΣ σημαντικά.

5. Περὶ διαλέκτων ἐκ τῶν ἸΩΑΝΝΟΥ Γραμματικοῦ τεχνικῶν.

6. ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ περὶ τῶν παρὰ Ὁμήρῳ διαλέκτων.

7. Περὶ διαλέκτων τῶν παρὰ ΚΟΡΙΝΘΟΥ παρεκβληθεισῶν.

8. Περὶ ἀνομάλων ῥημάτων, κατὰ στοιχεῖον.

9. ἩΡΩΔΙΑΝΟΥ περὶ ἐγκλινομένων καὶ ἐγκλιτικῶν καὶ συνεγκλιτικῶν μορίων. [Melius hic editus eſt Herodianus, quam antea in Hortis Adonidos.]

10. ἸΩΑΝΝΟΥ Γραμματικοῦ ΧΑΡΑΚΟΣ περὶ τῶν ἐγκλινομένων. [vide infra, in catal. grammaticor. graec. voc. *Charax*. *Harl.*]

11. Περὶ ἐγκλινομένων ἐκ τῶν τοῦ ΧΟΙΡΟΒΟΣΚΟΥ.

12. Anonymi περὶ ἐγκλινομένων.

13. Thomae Magiſtri, Phrynichi et Manuelis Moſchopuli de Vocibus Atticis. [conf. Serie dell' edizioni Aldine ed. II. pag. 60.]

Exſtat et quartum Volumen Grammaticorum graecorum, ex Aldi et Aſulani officina graece in lucem editum Venet. 1525. 8. in quo tibi occurrent:

1. *Theodori Gazae* libri quatuor Grammaticae graecae [z]); qui etiam graece et latine prodierunt Pariſiis [per Io Herellum ap. Aſcenſium 1521. 4. v. Maittaire A. T. II. p. 74. ſq. et pag. 618.] 1529. 8. 1540. 8. 1549. 8. Baſil. 1529. 4. ne dicam de libris duobus prioribus, qui Eraſmo interprete excuſi ſunt Colon. 1525. 8. [multo ſaepius ſunt excuſi, vt infra ad vol. IX. pag 194. vet. ed. adnotabimus. conf. interim Maittaire A. T. indic. voc. *Gaza*, pag. 428 ſeq.]

2. Eiusdem de menſibus liber.

3. GEORGII LECAPENI περὶ συντάξεως τῶν ῥημάτων *de conſtructione verborum* ad Lazarum quendam, pag. 171-216. [aa]). In limine ſcripti teſtatur, ſe vſum praeceptis Apollonii Dyſcoli, Herodiani, Apollonii iunioris, nec minus eorum, qui de atticis vocibus ſcripſere, et Arcadii Byzantini. Περὶ τῆς συντάξεως [τοῦ] τοῦ λόγου διδασκαλία

z) Ab Aldo Theodori Gazae IV. grammaticae inſtitutionis libros, exemplaris vitio forſan, fuiſſe infeliciter euulgatos, conqueritur *Beatus Rhenanus* in epiſtola ad Frobenium editioni primi libri grammat. Gazae, ap. Froben. 1516. gr. et lat. ſubiuncta. v. *Maittaire* A. T. II. pag. 17. add. p. 20. *Harl.*

aa) vid. infra in catal. grammatic. ineditor. voc. *Georg. Lecapen. Harl.*

λία πολλή τε καὶ βαθεῖα καθέστηκε, φιλομαθέστατε ΛΑΖΑΡΕ, καὶ πολλοῦ δεομένη χρόνου, καὶ μείζονος ἢ τῆς καθ' ἡμᾶς δυνάμεως. Πολλὰ γὰρ περὶ αὐτῆς τοῖς ἀρχαίοις διαπεπόνηται, ἈΠΟΛΛΩΝΙΏΙ τε τῷ σοφωτάτῳ τῷ ἐπίκλην δυσκόλῳ, καὶ ἩΡΩΔΙΑΝΩΙ͂ τε τῷ πολυμαθεστάτῳ, καὶ ἈΠΟΛΛΩΝΙΏΙ τῷ νέῳ, καὶ τοῖς ἈΤΤΙΚΙΣΤΑΙ͂Σ, καὶ ἈΡΚΑΔΙΏΙ τῷ Βυζαντίῳ, ὧν ταῖς πραγματείαις εὖ ἐντετυχηκὼς, θαυμάσεις αὐτῶν τὸ πολυμαθὲς καὶ τοῦ Ἑλληνισμοῦ τὴν ὑγιᾶ καὶ κατάλληλον χρῆσιν, καὶ τὴν ἀκριβῆ καὶ πολύτροπον καὶ πολυσχήμονα πάσης τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου ποικιλίαν. Recuſus eſt hic libellus de conſtructione verborum graece ſub Lecapeni nomine etiam Florentiae [1515.] 1520. 8. apud heredes Philippi Iuntae [bb]), licet in MStis quibusdam codicibus referatur ad *Michaelem Syngelum*, presbyterum Hieroſolymitanum.

4. EMANVELIS MOSCHOPVLI περὶ τῆς ὀνομάτων καὶ ῥημάτων συντάξεως, *de conſtructione nominum ac verborum.*

5. Eiusdem περὶ προσῳδιῶν, pag. 233-236.

[Addi poteſt *quintum* volumen grammaticorum quorumdam graecorum *Venet.* in aedib. Aldi 1512. 8. iam editum. Continentur autem in illo tomo, et in fronte graece ac latine etiam indicantur:

1) Ἐρωτήματα τοῦ Χρυσολωρᾶ, Erotemata Chryſolorae pag. 3-115.

2) de anomalis verbis, pag. 116-133.

3) ex libro *Demetrii Chalcondylae* de formatione temporum, pag. 133-166.

4) Quartus *Theod. Gazae* lib. grammatices de conſtructione, pag. 167-265.

5) *Herodianus* de encliticis, pag. 265-273.

6) ſententiae monoſtichi ex variis poetis, pag. 273-296. Omnia graece. In calce: *Venetiis in aedib. Aldi.* M. D. XII.

Alia collectio ſequuta eſt: *Erotemata Chryſolorae:* de anomalis verbis: de formatione temporum ex libro *Chalcondylae:* quartus *Gazae* de conſtructione: Herodiani de encliticis: ſententiae monoſtichi ex variis poetis: *Cato* Max. Planudae. Erotemata *Guarini.* Omnia graece. Venet. in aedibus Aldi et Andr. Soceri 1517. 8. v. Serie dell' Ediz. Aldine pag. 43. — *Florentiae* in aedib. Philippi Iuntae 1516. 8. eadem ſcripta graece prodierant iunctim.

bb) Editionem, *Theodori* (Gazae) grammatices introduct. libri IV. eiusdem de menſibus et *Georgii Lecapeni* de conſtructione verborum cum epiſtola *Euphroſyni Bonini*, Florent. in aedib. Iuntae Florent. 1515. 8. memorat *Maittaire* A. T. II. p. 274. ipſeque *Fabric.* infra in vol. IX. pag. 194. et vberius *Bandini* in Annal. Iunt. typogr. II. pag. 76. Haec editio recuſa eſt, aut forſan vltimum folium tantum mutatum, ibid. 1520. 8. v. quae *Maittaire* A. T. indic. pag. 428. de vnico vtriusque edit. diſcrimine, in vltima pagina animaduerſo, adnotauit; iterum recuſa, addito *Hephaeſtione* de metris, ib. 1526. 8. v. *Dorville* vannum criticam, p. 410 ſq. *Maittaire* l. c. et *Bandini* annal. Iuntar. typogr. II. pag. 202. ſq. vbi notatur in biblioth. Marucelliana exſtare exemplar cum notis msstis *Anton. Mariae Saluini*, et *Hephaeſtionis* enchiridion ſeparatim excuſum videri. *Harl.*

iunctim. v. *Bandini* annal. typogr. Iunt. II. pag. 109. — De alia Lascaris aliorumque opusc. collectione v. infra §. XV. nr. VI. *Harl.*]

X. HEPHAESTIO, Alexandrinus Grammaticus, inter imperatoris, Veri, praeceptores Iulio Capitolino [cc]) laudatus, scripsit Suida teste ἐγχειρίδιον περὶ [dd]) μέτρων, qui libellus, eruditus atque vtilis, etiamnum exstat.

[*Codices.* Quosdam nominat *Fabric.* infra, in §. X. sub finem. In bibl. regia *Matrit.* in cod. XL. fol. 56. Hephaest. enchiridion de metris: inc. εἰ μέλλοιμεν ἐμμελῶς. (sed non consentit cum editis.) In eodem codice sunt alia de metris fragmenta aut excerpta, etiam quantum equidem animaduerti, diuersa ab editis Hephaestionis, aut forsan quaedam sunt ab aliis ad Hephaestionem scripta scholia: vt fol. 38. auerso et fol. 41. de metro iambico: tum fol. 51. de eodem metro, et de longa, breui atque communi syllaba: fol. 68. de metris, praecipue de pedibus, fol. 105. de pedibus metri. Ab hoc cod. multis locis est diversus, nec vero cum editis conspirans cod. XCV. fol. 192. cum Constantini Lascaris notis, animaduerss. scholiis auctariisque. v. *Iriart.* catal. codd. gr. pag. 147. et 380. seq. — *Romae* in bibl. Barberina, *Heph.* de metro, cod. chart. saec. XIV. — *Mediolani* in bibl. Ambros. cod. teste Montfaucon in diario ital. pag. 17. — *Neapoli* in bibl. reg. cod. chart. nr. XCVIII. et, secundum Montfauc. l. c. pag. 310. cod. rec. in bibl. S. Ioan. de Carbon. Augustinian. — *Venetiis* in bibl. D. Marc. in cod. CCLXIII. tum in cod. CCCCLXXXIII. Heph. enchirid. cum quibusdam scholiis margin. praemissis prolegomenis *Longini* et epitome nouem metrorum, sequitur expositio in Hephaest. enchiridion sine nomine auctoris; denique subsequitur opusculum de metris sine nomine auctoris; cum nota praefixa: ἐγράφη ἐκ παλαιοῦ τινος βιβλίου· init. πῶς μετρικὸν σύστημα. et alia opuscula grammatica. — In cod. DXXXI. Hephaest. de metris et epitome nouem metrorum ex illius enchiridio. (catal. codd. graec. pag. 130. 254. et 287.) — Inter codd. *Nanianos* in cod. CCXCI. n. 7. sunt fragmenta ex Hephaestione περὶ μέτρων, sed in compendium redacta, et auctor cat. illorum codd. p. 488. sq. collati cod. cum edit. Corn. de Paw varias enotauit lectiones.

Paris. in bibl. publ. *Heph.* enchir. aut excerpta ex illo sunt in XIV. codd. nempe nr. MCCLXX. MMVIII. MMDCLXXIV. MMDCLXXVI. vna cum scholiis, quae ab editis discrepant, vti in sequenti cod. MMDCLXXVII. MMDCCXI. MMDCCXIII. MMDCCXVII. MMDCCLV. MMDCCLVI. MMDCCLVII. cum scholiis MMDCCCXLVII. in nonnullis differt ab editis. MMDCCCLXXXI. in quo etiam sunt *Longini* prolegomena, a Ioanne Boiuin primum edita; anonymi de nouem metrorum generibus, quae ad verbum exstant in scholiis ad Hephaest. ed. Turnebi, pag. 85. tum nr. 5. anonym. de variis metrorum generibus, auctore quodam christiano; nam [pag. 88. ed. de Paw.] *S. Sophronium* laudat, eumque vt multo se antiquiorem: (confector catal. codd. vol. II. pag. 565. id ineditum

Pp 2 opus

cc) In Vero cap. 2. *Audiuit Scaurum, Grammaticum latinum, Scauri F. qui Grammaticus Hadriani fuit: Graecos Telephum, Hephaestionem, Harpocrationem.* Vbi Is. Casaubonus in notis: *Hephaestion hic videtur ille esse Alexandrinus Grammaticus, cuius exstat hodieque de re metrica elegans libellus. Auctorem certe illum antiquissimum esse nullus dubito.*

dd) Ita legendum, non ἐγχειρίδια διὰ μέτρων, iam monuere viri doctissimi.

opus esse arbitratur: incip. λοιδορῶν βουλόμενοι*) nr. 7. anonymi fragm. de carminis pedibus, cuius auctor initio paginae *Dionysius* dicitur. nr. 8 anonym. de iambico, heroico et anacreontico metro: denique in cod. MMDCCCCLXXII. *Hephaest.* enchir. et anonymi tract. de metris, e veterum scriptis collectus. — *Montpellier* in bibl. *Pellicieri*, teste Montfaucon. — *Florentiae* in bibl. Medic. in cod. XXI. plut. X. nr. 6. cod. XXXIII. plut. 57. nr. 3. cod. XXXIII. nr. 2. plut. 58. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 489. II. col. 385. et 480.) In cod. VII. nr. 35. plut. 55. est fragmentum, adscripto quidem, at a manu recentiore, nomine Hephaestionis, sed eius textus, quia diuersus est ab edito, *Bandinio* l. c. II. col. 264. ad alium grammaticum pertinere videtur. — In *Anglia*, (secundum catal. codd. Angliae et Hibern.) in bibl. *Boilei.* inter codd. Barocc. nr. LXXI. incip. quoque; εἰ μέλλοιμεν ἐμμελῶς etc. it. 115. nec non nr. LXXIV. compendium de metris ex Hephaestione: nr. 165. Heph. enchirid. cum scholiis, in quibus tamen ordo ab editis aliquando differt. — *Cantabrigiae* inter codd. collegii Caio-Gonuil. nr. MXXXVI. — inter codd. bibl. Norfolcianae nr. CCCCXXV. siue in cat. II. p. 84. nr. MMMCCCCXXIV. — inter codd. Edu. Bernardi, nr. XXXI. siue in cat. ibid. p. 226. nr. MMMMMMMMCCCLXXVII. — inter codd. *Is. Vossii* nr. XXXII. siue in cat. nr. MMDCCIV. *Heph.* cum variis lectionibus. — *Leidae* in bibl. publ. inter codd. legati Scaliger. quaedam ex Hephaestione; (catal. pag. 343. nr. 61.) *Monachii* in bibl. elect. Bauar. cod. CLXXV. *Hephaest.* enchir. cum additamento *Demetrii Triclinii.* (cat. codd. gr. pag. 69.) — *Breslau.* in bibl. Rehdigerian. teste *Kranz* in memorabil. bibl. Elisabetanae Wratislau. pag. 88. — *Heidelbergae* quondam in bibl. Palat. nr. 132. et, cum prolegg. Longini, nr. 314. it. *Heph.* et *Is. Argyrus* de metris, nr. 386. in Sylburgii catal. — *Augustae* Vindelic. in bibl. publ. vid. Reiseri catal. codd. pag. 88. *Harl.*

Prodiit graece cum scholiis graecis (excerptis e *Longino* atque aliis scriptoribus, auctore Christiano, vt ex pag. 88. perspicue adparet,) Venetiis apud Aldum 1526. 8. ee) atque inde emendatius et cum locupletissimo indice nitide excusum Paris. 1553. 4. ab *Adriano Turnebo.* [Inscriptio haec esse dicitur: *Hephaest. Alexandrini* enchiridion de metris et poemate, cum scholiis antiquis, gr. In bibl. Leidensi est exemplar cum multis notis msst. Num vero emendatior prodierit Hephaest. alii indicent. *Dorville* quidem l. c. pag. 411. monet, et deinceps vberius demonstrat, multa Heph. loca in edd. Turneb. et Paw. ex Iuntina rectius posse constitui. — In catal. bibl. Askew. pag. 73. nr. 1951. citatur *Hephaestionis* libell. de metris et poemat. Paris. apud Libert. 1632. 8 et additur, in hoc libro, (exemplari) hanc esse notam: *Inter libros rarissimos est numeranda haec Hephaestionis interpretatio.* Textus igitur graecus abesse videtur. — Turnebi editionem κατὰ πόδα, retentis ipsis paginarum numeris et mutatis apertis erroribus typographicis, vt plurimum

sequutus

ee) Editio *Veneta* apud *Aldum* et dubia est, et vero spuria, neque ego illius editionis vllibi mentionem factam vidi, excepta Gesneri bibl. ex qua Fabriciana ista notitia desumta esse videtur *Dorvillio* in critica vann. pag. 410. vbi de hoc errore copiosius agitur. Adde quae adnotaui in Introd. in hist. L. Gr. II. pag. 1. Scribere debuit Fabr. *Florentiae per hered. Phil. Iuntae.* Ibi enim prodiere: *Theodori* grammatices libri IV. de mensibus liber eiusdem, *Georgii Lecapeni* de constructione verborum, eiusdem de accentibus, *Hephaestionis enchiridion.* Florentiae per her. Phil. Iuntae a. M. D. XXVI. (1526.) 8. vide, quos laudaui ad §. anteced. de quarto vol. grammatic. graecorum Aldino. *Harl.*

ſequutus eſt *Io. Corn. de Paw*, ſcholiaque antiqua et animaduerſiones criticas adiecit, Traiecti ad Rhenum 1726. 4. Cornelii de Paw acrius exagitat errores in fronte iam libelli Ἡφαιςίωνως ſcribendo, et in notis praecipue commiſſos acerbe reprehendit, et multa in textu corrigit loca comparando maxime edit. Florentinam, *Doruillius* in libro, alioqui docto: *Critica vannus in inanes Io. Corn. Pauonis palsas* etc. Amſtel. 1737. 8. c. X. in quo oſtenditur, Pauonem de Hephaeſtione peſſime meritum fuiſſe, pag. 405-543. Paw tamen quaedam Doruillii crimina aeque acerbe atque petulanter diluit in praefatione ad Phrynichi eclogas a ſtellula quinta vsque ad ſeptimam. — Multae Pauonis coniecturae ante Doruillium examinabantur, nec pauca Hephaeſtionis et ſchol. nec non excitatorum poetarum loca aut explicabantur aut emendabantur aut notabantur a *Georgio d'Arnaud* in ſpecimine animaduerſſ. criticarum ad aliquos ſcriptores graecos etc. Harlingae 1728. 8. capp. XVI - XXVIII. pag. 95 - 158. — Hephaeſtionem ſaepius et acriter reprehendit refutatque *Godofr. Hermann* de metris poetarum graecorum et romanorum, libr. III. Lipſiae 1796. mai. 8. *Villoiſon* in prolegom. ad edit. Homeri Il. Venetam pag. LIX. locum quemdam Hephaeſtionis e codice dedit emendatiorem. *Harl.*] *Longini* [ff]) prolegomena in Hephaeſtionis enchiridion integriora vulgauit graece Hudſonus in ſua Longini editione Oxon. 1710. 8. [atque alii deinceps, Heinecke, Morus, Pearcius, Toup. v. ſupra, in h. vol. lib. IV. cap. 33. §. IX. ſqq.] Eadem cum doctiſſimi viri, *Io. Boiuini*, notis et verſione prodiere in editione poſtuma operum Nicolai Boilauii Deſpraei, Pariſ. 1712. 4. Amſt. 1713. 12. Reſpicitur hic Hephaeſtionis liber a Priſciano lib. de verſibus ſiue metris comicis, a Scholiaſte Euripidis, Ariſtophanisque et Demetrio Triclinio ad Sophoclem [gg]) variis in locis et ab Hermogenis ſcholiaſte pag. 381. 387. Etiam ex hoc libello deſumta, quae de nouem metris Ariſtophani praemittuntur, graecis ſcholiis illuſtrato. Multa quoque ex illo recentiores, qui de metris ſcripſere, vt *Iacobus Micyllus*, Argentoratenſis, cuius libri III. de re metrica prodiere Francof. 1539. 8.

Narrauit mihi *Frid. Roſtgaardus*, Danus, ſe hoc Hephaeſtionis monumentum in Italiae bibliothecis cum MSS. codicibus comparaſſe, et emendaſſe non paucis in locis. Fuit etiam in bibliotheca *Renati Moreau* Hephaeſtionis Enchiridion de Metris, paullo diſſimile ab editis, teſte *Labbeo* pag. 213. Bibl. nouae MSS. Idem pag. 196. memorat in Bibl. Caroli de Montchal fuiſſe MS. graece *Anonymi* de re metrica tractatum, alterius Anonymi de re metrica, Hephaeſtionis Enchiridion, Eiusdem metricam Iſagogen [hh]), et dilucidiorem explorationem [ii]) de re metrica ſiue poetica. Ab eodem *Labbeo* pag. 110. [et ſupra in notit. codd.] laudantur alia ſcripta huius argumenti, in bibliothecis deliteſcentia, *Andreae* et *Theodoſii*, Grammatici, de pedibus, *Demetrii Triclinii* de metris [kk]), *Ioannis Botaniotae* ad

ff) In editione Hephaeſtionis Pariſienſi [et Corn. de Paw] pag. 25. videtur Longinus ab Hephaeſtione citari. Sed verba καὶ Λογγῖνος ibi corrupta ſunt, et legendum καὶ λογίᾳ. Nam pag. 39. Scholiaſtes teſtatur dramati Epicharmi titulum fuiſſe λόγος καὶ λογία. [conf. de Paw. not. ad loc. pag. 118.]

gg) Hephaeſtionis ſcholia in Sophoclem laudat Calepinus Lexico in *Pelides.*

hh) Pap. 63. edit. Turnebi. περὶ μετρικῆς εἰσαγωγῆς ἢ περὶ ποιήματος.

ii) Pag. 65. σαφεστέρα διδασκαλία περὶ μετρικῆς εἰσαγωγῆς, ἢ περὶ ποιήματος.

kk) Forte non alia, quam quae ſcholiis in Sophoclem praemittuntur Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου περὶ μέτρων οἷς ἐχρήσατο Σοφοκλῆς. [conf. ſupra, in notit. codd. msst. de cod. Bauar.]

ad Isidorum Diaconum et Tabularium de metris iambicis. *Rhodii Nili* de versibus Anacreonticis, *Incerti* de metris Pindaricis [ll]), *Trichae* [mm]) synopsis nouem metrorum. De versibus collectio ex multis, incipiens ab ipsis XXIV. elementis, cum *Anonymi* de poëticis elementis, de syllaba communi, de dialectis, nec non *Ioannis Tzetzae* de omni versuum genere [⁊] περὶ τῶν ἐν στίχοις [nn]) μέτρων, et de versibus politicis MS. Reg. 83. id. pag. 111. et 196. *Aelii Festi Aphthonii* fragmentum de carminis adpellatione laudat *Is. Vossius* de viribus rhythmi pag. 90. Hephaestionis Enchiridion de metris cum Longini, philosophi, prolegomenis fuit etiam MS. in biblioth. Palatina, vt patet ex catalogo Frid. Sylburgii, pag. 94.

Ait praeterea Suidas, Hephaestionem scripsisse,

Μετρικὰ διάφορα, quod reddunt *Carmina varia.* Forte rectius vertas: *Varia de metris,* vnde Hephaestio κατ' ἐξοχὴν veteribus dicitur ὁ μετρικός. Licet et plures de hoc argumento scripserint, vt *Heliodorus*, *Astyages* et alii, qui interciderunt.

Περὶ τῶν ἐν ποιήμασι ταραχῶν. *De iis, quae in poëmatibus turbata sunt.*

Κωμικῶν ἀπορημάτων λύσεις. *Comicorum dubiorum solutiones.*

Τραγικῶν λύσεων. *Tragicarum solutionum* opus.

Τῶν μέτρων τοὺς ποδισμούς. *Metrorum dimensiones*, et alia plurima, quae non nominat.

XI. *Alii Hephaestiones.*

Hephaestio, Alexandro Magno carus, et post mortem inter Deos coli iussus, et oracula reddere somniaque immittere creditus, de quo Arrianus, Curtius, Lucianus etc.

Hephaestio, *Thebanus*, Astrologus scriptor, de quo dixi lib. 3. cap. 21. [vol. IV. pag. 143. sq.] creditur vixisse circa Constantini M. tempora. *Fabr.* In cod. Matrit. LXVIII. sunt ex libris *Hephaestionis*, *Thebani*, ex Imo de principiis: e scriptis Dorothei, versus hexametri XXI. de signis, quibus vrbes, regiones vel populi subiacent, tum ex eiusdem *Dorothei* scriptis de finibus stellarum s. planetarum, versus hexametri XLI. — eiusdem de trigonis, versus XIII. eiusdem, quibus in locis gaudeant astra, verss. IV. — eiusd. de altitudinibus verss. VII. heroici: denique de parte, in qua est ὡροσκόπος, quemadmodum (docet) Annubion in elegiis, versus XII. elegiaci: quos omnes versus 98. (quorum quidem exiguam partem, num. XXXIII. tantum, *Salmasius* in exercitt. Plinianis et in diatriba de annis climactericis ediderat,) *Iriarte* in codd. gr. Matrit. pag. 243. sqq. graece publicauit paucisque notis illustrauit. Cuius cod. commemorationis supra in vol. IV. l. cit. sum oblitus. *Harl.*

Hephae-

ll) Etiam haec forte eadem, quae graecis in Pindarum scholiis praemittuntur.

mm) De hoc aliisque vide infra in catal. grammaticorum ineditorum. *Harl.*

nn) ποιήματα τὰ κατὰ στίχον *Hephaestio* pag. 63. exponit, quae eodem versuum genere absoluuntur, vt heroici.

Hephaestio, scriptor, Athenaeo suppar, quem vide lib. XV. 4. pag. 673. vbi eum Andranti libros compilasse arguit.

Hephaestio, Alexandrinus, pater Ptolemaei Chenni, Grammatici, Traiano et Hadriano imperante clari, qui et ipse filius apud *Tzetzam* Chil. VIII. v. 388. Ptolemaeus Hephaestio adpellatur. Noui, Ionsio Πτολεμαῖον τοῦ Ἡφαιστίωνος exponi Hephaestionis non filium, sed praeceptorem vel patrem, et per Hephaestionem illum intelligi hunc ipsum, qui de metris scripsit. Sed sola coniectura, nullo veteris scriptoris testimonio, nititur haec eius sententia: igitur tamquam minus exploratam omitto.

[P] *Hephaestio*, statuarius, cuius mentio in veteri monumento apud *Sponium* pag. 126. Miscell. Ἡφαιστίων Μύρωνος, Ἀθηναῖος, ἐποίει. Hic addendus catalogo Artificum Francisci Iunii.

Auorum nostrorum memoria doctissimum Virum Bonauenturam Vulcanium graeco nomine Hephaestionis delectatum comperi. Habeo enim libros, quibus vsus est, et quos manu sua in fronte sibi asseruit hac nota: Ἐκ τῶν Ἡφαιστίωνος.

Praetereo *Hephaestion*, regionem et ciuitatem in Lycia, quae a flagrante subinde et perforato passim ignibus solo hoc nomen accepit, vt Hephaestium siue Vulcani templum diceretur, memoraturque Scylaci, Senecae, Plinio, Solino etc.

XII. *Index Scriptorum, in Hephaestionis Enchiridio laudatorum.*

[Conf. indic. rerum et vocc. memor. gr. in ed. Paw.]

Parenthesi inclusi numeri Graeca scholia indicant.

Achaeus ἐν Κύκνῳ. pag. 7. edit. Paris.
Aeolicum metrum. 23. (89.) Aeoles 37.
Aeschylus ἐν Νιόβῃ. 3.
Aiantiades, tragicus, vnus ex Pleiade. (32.) (93.)
Alcaeus. 6. 16. 34. 35. 39. 68. 74.
eius ᾄσματα 51. 67. πρώτη καὶ δευτέρα ᾠδὴ ἐν τῷ πρώτῳ. 67.
παρ' Ἀλκαίωνι. 45. videtur legendum παρ' Ἀλκαίῳ.
Genus Alcaicum decasyllabum 24. ἑνδεκασύλλαβον, et δωδεκασύλλαβον 46.
Alcman. 22. 28. 39. (89.) integras strophas tetrametris dactylicis composuit, quarum specimen 22. δεκατεσσάρων στροφῶν ᾄσματα 74. genus hexametrum τὸ καλούμενον Ἀλκμᾶνος 44. [Alcmaicum δωδεκασύλλαβον. 34.]
Alexander, tragicus, vnus ex Pleiade. (32.) (93.)
Amipsias. 88.
Anacreon. 3. 4. 19. 30. 40. ter. 51. 56. 57. 68. 70. 74.
ἐν ἐλεγείαις. 4.
ᾄσματα. 15. 22. 40. 51. 69.
Genus Anacreonticum. 16. (59.) (87.) seq.

Ananias,

[¶] Ananias, poeta antiquiſſimus, generis Hipponactei inuentor a quibusdam habitus 16.
Οἱ εἰς Ἀπόλλωνα γράφοντες paeone pede in carminibus vtuntur. (12.)
ἐν τοῖς παιᾶσιν ὕμνοις. (83.)
Apollodorus pictor. 14.
Οἱ ἀρχαῖοι. (87.) (94.)
Archebulus, Thebanus poëta. 27. Genus ἀρχεβούλειον. id.
Archilochus. 16. (18.) 19. 48. 49. 50. 51. 70. (86.) 91. ἰαμβοποιός. 50. ἐν ἐπῳδοῖς. 32. ἐν ἐπῳδῇ. id. ἐν τοῖς τετραμέτροις. 27. Genus Archilochum. 19. (89. med.) Cratinus οὐκ ἄντικρυς μιμεῖται τοῦ Ἀρχιλόχου τὸν ἐρασμονίδη. 50. ἐν τοῖς εἰς Ἀρχίλοχον Φερομένοις ἰοβάκχοις. 55. Lycambi filiae, Archilochi iambis laeſae, ſeipſas ſuſpenderunt. (87.)
Ariſtoxenus, (91.) Selinuntius, Epicharmo antiquior poeta. 25.
Ariſtarchus, grammaticus. Ἀριστάρχειος ἔκδοσις poematum Homericorum. 74.
Ariſtophanes, comicus. (20.) (92.)
Eius Αἰολοσίκων. 29. Ἀμφιάραος. 30. Γεωργοί. 42. bis προτέραι Θεσμοφοριάζουσαι. 42. Σφῆκες. 42.
Genus Ἀριστοφάνειον. 25.
Ariſtophanes, grammaticus. ἔκδοσις Ἀριστοφάνειος poëmatum Homericorum. 74.
Aſclepiades, genus Aſclepiadeum. 34. (35.)
Bacchiacum metrum. 41. 44. 45.
Bacchylides. 44. 70. eius ᾄσματα. 44.
Boeotica dialectus. (62.)
Callimachus. 6. 19. bis (20.) 26. 28. 50. 55. bis 57. (92.) Poëma βάκχος. 30. poëmation ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος. 63.
Comici. 20. 57. 71. 74.
Corinna. 60. ἐν τῷ πέμπτῳ. 9.
Cratinus. 48 (91.) genus κρατίνειον. 56. 61. (62.) Ariſtophanio metro vſus. 25. εἰς τοὺς Ὀδυσσέας εἰσβάλλων. in exordio dramatis. 26. ἐν Ὀδυσσεῦσι. ibid. ἐν πανόπταις. 5. 6. ἐν τοῖς χείροσι. 6. ἐν Κλεοβουλίναις. 5. 6. ἐν ὥραις. 6. ἐν Τροφωνίῳ. 41. ἐν Ἀρχιλόχοις. 50. ἐν τοῖς Σερίφοις. 50.
Critias ἐν τῇ εἰς Ἀλκιβιάδην ἐλεγείᾳ. 8. ſeq.
Dactyli Idaei ſiue Curetes, a quibus pedis genus, dactylus nomen accepit, quia illo metro circa Iouem tenerum canentes ac ſaltantes, Saturnum ab eo auerterunt. (80.)
[¶] Demoſthenis verſus in proſa. (76.)
Dionyſius ſiue Bacchius, pedis genus πρὸς τὰ Διονυσιακά. (82.)
Διονυσιακαὶ πομπαί. id.
Dionyſiades, tragicus, vnus e Pleiade. (32.)
Dithyrambopoeorum hymni in Bacchum pleraque ex bacchio metro. (82.)
Genus Δοχμαϊκόν. 33.
οἱ Δραματοποιοί. 75.
Empedocles. 2.
Epicharmus (91.) ἐν Μεγαρίδι. 5.
ἐπινίκιον et χορεύοντες, ſcriptae metro Ariſtophanio. 25.

λόγος καὶ λογία. 25. (93.)
Euphorion ἐν χεῤῥονησιώτῃ. 60.
Eupolis. 71. ἐν βάπταις. 14. Κόραξι. 42. ἐν ταῖς πόλεσιν. (52.) ἀστρατεύτοις. 57. 61. ἐν χρυσῷ γένει. 60.
Genus Eupolideum. 61.
Euripides. 55.
Genus Euripideum (88.) siue ληκύθιον. 18. (20.)
Genus Galliambicum. 40. λελυμένον τὸ μέτρον. Οἱ δὲ γάλλοι διαβάλλονται, ὡς θήλειαν νόσον ἔχοντες, διὸ καὶ σώματα φόρον ἐτέλουν Ῥωμαίοις εἰς τοῦτο, οἱ τοιοῦτοι δὲ ἱερεῖς εἰσι Δήμητρος. (41.)
Glycon. 33.
Genus Glyconium. ibid. 60. (62.)
Heliodorus (metricus, a Prisciano etiam laudatus). 6. (7.) (93.)
Hermias, poëta. 67.
Hipponax. 4. 16. 17. (87.)
Hipponacteum genus. 4. 6. 33.
Homerus. 4. 63. (76.) (91.)
ὁ σοφώτατος. (87.)
eius versus 2. 3. 8. 14. etc. ῥαψῳδίαι. 66. prima ῥαψῳδία habet μέτρα siue στίχους χ'. (76.) Μαργίτης ὁ εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενος. 64. 67. Ὁμηρικὰ ἔπη. (89.)
Homerus iunior, filius Homerûs [oo]) poëtriae Byzantinae. (93.) Tragicus vnus e Pleiade. (32.)
Hymni iambo scribi soliti. (17.)
Ἰαμβοποιοί. 20. Iambelegi. 51. Iambus dictus a Iambe, famula Celei, quae saltans ad hoc metrum solata Cererem est, quum tristis super [?] raptu Proserpinae hospitaretur apud Celeum et Nerim, eius coniugem (81.) vel a Iambe puella, quae hoc metro petita conuiciis, se ipsa suffocauit id. et (87.) vel ab anu huius nominis, quae in scapha lanas lauans Hipponactem, scapham tangentem, his verbis repulit: ἄνθρωπ' ἄπελθε, τὴν σκάφην ἀνατρέπεις. (81.) ἰαμβίζειν λοιδορεῖν, ἀπὸ τοῦ ἰβάζειν. id. Iambici carminis quatuor genera: Comicum, Tragicum, Satyricum et Iambicum, specialiter ita dictum, singulorumque proprietates. (85.) (87.)
Iones. (82.) Ionicus vers. ibid.
Λακωνικὸν μέτρον. 25.
Longinus. (28.)
Lycophron, tragicus, vnus e Pleiade. (32.) (93.)
Lyrici. 74.
Margites Homeri. 64. 67.
Menandri comoediae. 66. ἡ εἰσβολὴ τῆς Λευκαδίας Μενάνδρου. (73.)

Menon

oo) Sed legendum est υἱὸς ΜΥΡΟΥΣ, τῆς Βυζαντίας ποιητρίδος vt iam vidit Corn. de Paw. not. pag. 187. fin. et *Iriart.* in catal. codd. Matrit. pag. 213. not. Clare exstat in: Carmina IX. illustr. feminar. ex bibl. Fuluii Vrsini, Antwerp. 1568. 8. pag. 43. Ὅμηρος οὐχ ὁ ποιητὴς ἀλλ' ὁ Μυροῦς, (vnde male coniunctum est ὁμηροῦς) τῆς Βυζαντ. ποιητρίδος. *Harl.*

Menon. (90.)
Ὁ μετρικός. (5.) Hephaestio ipse intelligitur.
Μητρωακὸν μέτρον. 40. διὰ τὸ πολλὰ τοὺς νεωτέρους εἰς τὴν μητέρα τῶν Θεῶν γράψαι τούτῳ τῷ μέτρῳ. id.
Molossus, Pyrrhi et Andromaches F. a quo dictum pedis genus in carmine, quod ille hoc metro odas dixit in templo Dodones (82.) 38.
Οἱ νεώτεροι. 40. (87.)
Nicomachus ὁ περὶ ζωγράφων τὴν ἐλεγείαν πεποιηκώς. 14.
Paeon. 12. 42. 43. 44. 45. (83.)
Paeonicum metrum. 12. 41.
Παλιμβακχειακόν. 41.
Pariambus. idem qui Pyrrhichius. (11. 81.)
Παροιμιακὸν μέτρον διὰ τὸ παροιμίας τινὰς τούτῳ τῷ μέτρῳ εἶναι. ἀλλὰ παροιμίαι εἰσὶ καὶ ἐπικαὶ καὶ ἰαμβικαί, καὶ οὐ τούτου τοῦ μέτρου μόνον. 26. (28.) (91.)
Parthenius ἐπικήδειον εἰς Ἀρχελαΐδα γράφων. 4.
Περσικὸν pedis genus, ita dictum διὰ τὸ τὰς ἱστορίας τὰς Περσικὰς τούτῳ τῷ μέτρῳ γεγράφθαι. (82.)
Phalaecium genus. 33. 35.
Pherecrates ἐν τῇ Κοριαννοῖ. 57. (59.)
Genus Pherecratium. 33.
Philicus, Corcyraeus, εἷς ὢν τῆς πλειάδος. 30. 31. (32.) (93.) vbi male Philiscus. Hexametro Choriambico totum poëma composuit. 30. 31.
Phrynichus, tragicus. 39.
Phrynichus, comicus. 39.
Pindarus. 68.
[P] Genus Pindaricum. 51. ἑνδεκασύλλαβον. 46.
Plato, philosophus. (76.)
Plato, comicus, ἐν ξαντρίαις. 51. Platonicum metrum, ibid.
Pleias tragicorum sub Ptolemaeo. (32.) (93.)
Poëtarum versus, qui non nominantur. 2. 3. 4. etc.
Politicum carminis genus. (91.)
Praxilla ἐν διθυράμβοις, ἐν ᾠδῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀχιλλεύς. 9.
Genus πραξίλλειον. 24. 36. 38. (90.)
Πριάπειον τετράμετρον. 34. (59.) (61.)
Προσοδιακὸν μέτρον. (52. bis.)
Προσόδιοι ὕμνοι. (82.)
Πυθικὸν genus Heroicum siue Hexametrum, quod Pythius Apollo vsus illo in oraculis. (22.)
Pyrrhus, cui primus epinicius hymnus pyrrhichio metro compositus. (81.) 27. Pyrrhichius. 11. (81.)
Rhintho
ἐν Ὀρέστῃ δράματι. 4.
Οἱ ῥυθμικοὶ a metricis siue grammaticis distinguuntur. (78.)

Sappho. 23. 30. 34. 36. 37. 39. 40. 47. 49. 57. 58. 68. 70. 74. Genus Sapphicum ἐννεασύλλαβον. 33. ἑνδεκασύλλαβον. 45. 46. ἑκκαιδεκασύλλαβον, quo tertius liber Sapphonis. 34. τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον quo totus ſecundus liber Sapphonis ſcriptus. 23. ſeq. ᾄσματα libri ſeptimi. 34. Eius ſunt verſus pag. 55. qui incipiunt: ἔςι μοι καλὰ παῖς. Libri ſecundi et tertii mentio pag. 63. 65. ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις κατὰ δύο (ὑπὸ διςιχίας ſiue ἐν δυάδι ςίχων) παραγεγραμμένον ἕκαςον ᾆσμα. ibid. ſeq. Genus Sapphicum Heroicum. (91.)

Satyricum iambicum. (87. bis.)

Οἱ σχολιογράφοι. (82.)

Simmias. 35. Rhodius, totum poëma ſcripſit trimetro anapaeſtico. 26. ἐν τῷ πελέκει. 31. (32.) ἐν ταῖς πτέρυξι. 32. ἐν τοῖς ποιήμασι. 43. Eius σφαῖρα. (32.) Θρόνος. ib. ᾠόν. 65. 68. καὶ ἄλλα παίγνια. 65. Genus Σιμμιακόν. 35.

Simonides. 68. eius Epigrammata. 14. 64. 66. (72.)

Sophocles Electrâ. (73.)

ἐν ταῖς ἐλεγείαις. 4.

Sophronius, Chriſtianus poëta. (88.) καθὰ τῷ ἁγίῳ Σωφρονίῳ καὶ ἄλλοις ἀρχαιοτέροις δοκεῖ οἷον· χριςιανῶν μακάρων ἔλθετε παῖδες.

Soſiphanes, tragicus e Pleiade. (93.)

Soſitheus, tragicus e Pleiade. (32.) (93.)

[P] Sotades, a Ptolemaeo Philadelpho occiſus, quod coniugium cum ſorore reprehendiſſet. (5.)

eius Ἄδωνις. 3.

Ἰλιάδα ἔγραψε Σωτάδης, μεταθεὶς τὰ τοῦ ποιητοῦ εἰς ἴδιον μέτρον. (10.) genus Sotadeum. 37.

Σπονδειακὸς πούς. 83. Spondeus. 82. σπονδείου λύσις. 17. 20. σπονδειακὴ ταυτοποδία. 11.

Strattis, λυροποιός, Anacreonti amatus. 56.

Ὁ τεχνικός. (77.) intelligitur ipſe Hephaeſtio.

Teleſilla. 36.

Theocritus. 4. Bacchylidis ἐπίφθεγμα· ἦ καλὸς Θεόκριτος οὐ μόνος ἀνθρώπων ἐρᾷς. 70.

Theopompus, comicus. 43. genus Theopompeum, quo ille vſus eſt ἐν Παισίν. ibid.

Timocreon, Siculus, κομψὸς ἀνήρ. 40. eius ᾆσμα. id. Epigrammata. 2.

Timotheus. Eius νόμοι κιθαρῳδικοί. 66.

Tragici. 20. 74. Vide et ſupra, Pleias Tragicorum. Tragicum iambicum. 87.

Xanthus ἐν τοῖς Λυδιακοῖς. 5.

Ζαχαρίου μεγάλου πάγκλυτε κοῦρε. (88.) verſus chriſtiani poetae ex hymno in S. Iohannem, baptiſtam.

XIII. Fertur in multis bibliothecis manu exarata DIONYSII, Thracis, τέχνη Γραμματική, ſane antiqua et celeberrima pridem, communique vſu trita, et plurimorum illuſtrata commentariis, qui Euſtathio plus ſimplici vice laudantur οἱ τῆς Γραμματικῆς ἐξηγηταί. In hac τέχνῃ leguntur, quae e Dionyſio profert Sextus Empiricus aduerſus Grammaticos. Nomina eorum, quorum commentarii in Dionyſii τέχνην vna cum ipſa feruntur manu exarati, ſunt *Porphyrius*, *Diomedes Scholaſticus*, *Melampus*, *Stephanus*, *Geor-*

gius Choeroboscus, et *Theodosius*, Alexandrinus. [In cod. *Veneto* Marc. CCCCLXXXIX. praeter commentarios, a Fabricio citatos, etiam interdum laudatur *Heliodorus*, teste *Villois.* anecd. gr. II. pag. 98 et 99. nec non in cod. *Neapolitan.* in quo etiam *Isidori* comment. occurrere dicitur. Multi autem adhuc supersunt *codices*, in quibus Dionysi grammatica aliaque seruantur. In bibl. publ. *Parisina* cod. MMXC. excerpta e Dionysio, Thrace, de rebus grammaticis. — in codice MMCCXC. (e vetusto exemplari, quod adseruatur in bibl. principis Valachiae, descripto,) *Dion. Thracis* ars grammatica: in cod. MMDXLVI. *Dionysio* adscripta sunt erotemata grammatica, quae in aliis codicibus tribuuntur *Manueli Moschopulo.* v. Villoison infra in notitia cod. Veneti et ad fin. § XIV. laudatum. — In cod. MMDCCCLXXXI. nr. 7. est anonymi fragm. de carminis pedibus, cuius auctor initio paginae dicitur *Dionysius.* — *Leidae* in bibl. academ. inter codd. Vossianos *Dionysii Thracis* grammatica et in eamdem grammaticorum complurium scholia [pp]), olim Alexandr. Petauii, in membr. Tum excerpta ex cod. forsan quem vidit Casaubonus, aut alio: n. genus Dionysii, Thracis, qui grammaticam scripsit, cum *Georgii Choerobosci* excerpto et *Diomedis*, scholastici, in eius artem: *Theodosius* περὶ ὅρϛ· excerptum ex *Porphyrio* de prosodia et alia. Denique excerpta ex *Dionysii Thracis lexico* msto. (v. catal. bibl. Leid. p. 399. nr. 76. ac 77. et pag. 401.) In catal. codd. Angliae et Hiberniae P. II. inter Voss. codd. duo occurrunt nr. MMCCXXVIII. et nr. MMCCXCIII.

pp) In cod. *Florentino*, Medic. XXVI. nr. 2. a pag. 7. plut. 28. exstat *initium erotematum emendatorum per Manuel. Moschopulum*, ὅρος προσῳδίας *definitio prosodiae*; atque in calce pag. 7. legi, id opus in quibusdam valde differre ab alio notiore opere Moschopuli; in pluribus vero conuenire cum illo, prodit *Band.* catal. codd. gr. II. col. 43. In cod. XXXI. et cod. XLIV. plut. 59. sunt sub falso *Cyri* nomine, *Moschopuli Cretensis*, (vt ait Bandin. l. c. col. 553. et col. 573.) erotemata et σχεδογραφία. In cod. XLV. plut. 59. esse *Man. Moschopuli* erotemata, quamquam in summa primae paginae ora a manu rec. adpositum sit nomen *Dionysii Thracis* περὶ τῶν προσῳδιῶν notat *Bandin.* l. c. col. 576. vtpote quum ex illo antiquiore grammatico multa decerpserit, in suamque deriuarit grammaticam Moschopulus. In cod. XIV. plut. 55. est opusc. de adfectionibus dictionum, quod in fronte ornatum est laude, de illis hic adcuratius agi, quam in antecedenti Tryphonis libello. *Bandin.* II. col. 279. *Parisiis* in bibl. publica sunt *erotemata* in nouem codd. msst. nr. MCX. MMDXLVI. vbi quoque Dionysio Thraci tribuuntur, MMDLXVIII. MMDLXX. MMDLXXIX. MMDLXXXII. in c. MMDXCVI. est *Man. Moschop. de orationis constructione* opusc. (vt videtur quidem auctori catal. II. pag. 525) ineditum, cuius initium τῶν μὲν συντάξεων. tum erotemata nr. MMDCVII. MMDCVIII. et, vti videtur auctori catal. II. p. 530. in cod. MMDCXXIX. *Moschop.* obss. gramm. de nominibus, verbis, pronominibus, aduerbiis etc. — In cod. *Coisliniano* CCCXLVIII. est grammatica graeca amplissima, in cuius fol. 276. exemplum orationis desumtum est ex Man. Moschop. grammatica et in cod. CCCXLIX. est Moschop. de vocc. atticis apud Philostrat. tum illius grammatica, ex qua *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 515. sq. plura excerpsit, et ostendit, Moschopulum ex veteri quodam lexico multa sumsisse mutua: — in cod. CCCXLI. sunt *epistolae* Man. Mosch. (*Montfauc.* l. c. pag. 455.) in cod. CCCL. *Moschop.* grammatica, a Rob. Stephano edita: et in cod. CCCXCV. *Man. Moschop.* de prosodia. — *Venetiis* in Museo Grimano in cod. rescripto Man. Moschop. erotemata, teste *Montfauc.* in diario ital. pag. 40. (qui cod. postea venit in bibl. S. Michaelis Venet. v. plura in Mittarelli bibl. codd. illius monasterii col. 797.) et eodem Montfauc. teste ibid. pag. 17. in bibl. Ambrosiana, *Mediolani*, Moschopuli lexicon amplum eiusdem grammatica saepe, et de metris. — *Venetiis* in bibl. D. Marci, (secundum catal. codd. gr.) in cod. CCCCLXXXV. *Man. Moschop. Cretensis* erotemata grammatic. siue grammaticae artis methodus: sequuntur varia exercitamenta eiusdem Moschopuli, quae alias Basilio M. tribuuntur. In cod. CCCCLXXXIV. erotemata, vt ait auctor catal. pag. 255. antiqua grammaticalia, quae initio ordine conueniunt cum erotematibus Mosch. senioris: ceterum longe plura in hoc cod. continentur, ex quibus, vt coniicere licet, Mosch. grammaticam suam concinnauit. In cod. CCCCLXXXVI. *Mosch.* grammatica in compendio; et vti in cod. CCCCLXXXVIII. *Mosch.* iunioris collectio vocc. atticar. ex imaginibus Philostrati per ordinem alphabeti. — In cod. CLIV. *Man. Mosch.* contra Latinos. — *Neapoli* in bibl. regia sunt plures codd. pluraque opuscula Mosch. (v. supra vol. V. pag. 774. sqq.) in cod. III. institutiones grammat. in cod. XIII. expositio capp. paraenetic. Agapeti cum analysi grammatica. — in cod. XXVII. erotemata; expositio gramm. εἰς σχεδὴν βασιλικήν. sylloge vocc. atticorum; de vocabulorum adfectionibus et de dialectis homericis. — In cod. XXXI. LXII. LXXVII. (in quo etiam est illius σχεδογραφία,) et CLXXXIII. erotemata — in cod. XXXII. collectio vocc. attic. — in cod. CI. scholia in Hesiodi O. et D. — *Ibid.* in bibl. Augustin. S. Ioan. ad Carbonar. in cod. XXXVI. collectio vocc. attic. in cod. XXXVII. prima scheda. — *Vindobonae* in bibl. caesarea, (teste Nesselio in catal. codd. part. IV. erotemata in codd. XCII. et CLXXXVI. libell. de dialecto ionica, in cod. CXXVII. — grammatica, et alia ad illam pertinentia opusc. cod. CCI. CCLXIII. cum lib. de prosodia, CCXCV. CCXCVI.

rem habet liber *de Vocibus Atticis* in Philoſtrati [qq]) imaginibus et aliis ſcriptoribus, de quo dixi lib. IV. cap. 36. §. 12. et quae *de conſtructione nominum et verborum* et περὶ προσῳδίας edita ſunt ab Aldo 1525. 8. recuſa [cum Theodoro Lecap. et Hephaeſtione, Florent. per her. Phil. Iuntae, 1526. 8.] Pariſ. 1544. 8. Baſil. 1546. 8. Huius quoque Moſchopuli putem librum περὶ γραμματικῆς γυμνασίας, quem inter opera *S. Baſilii* [rr]) Caeſarcenſis editum paulo ante memoraui: eiusque plane argumenti σχεδογραφίαν ſiue praxin περὶ σχεδῶν [ss]) h. e. de partibus orationis, qua exempla analyſeos grammaticae, et ratio grammatice examinandae orationis traditur. Hic [?] liber nitidis typis excuſus, graece Pariſ. 1545. 4 apud Rob. Stephanum [tt]), multis reprehenditur ab Henr. Stephano de linguae graecae ſtudiis pag. 6. ſeq. Et multa in eo nullius vſus, nec pauca falſa eſſe notauit *Voſſius* lib. 1. Ariſtarchi. Haud inutilis tamen recte utentibus liber, longe, Cangio teſte, auctior editis exſtat in bibliotheca regis Galliae. Iuniori Moſchopulo etiam tribui video *Paraphraſin* ſiue ἐξήγησιν *grammaticam in duos primores libros Iliados*, quae MS. fuit in bibl. Palatina, et ex alio codice bibl. Ieſuitarum Antwerpienſi vulgata eſt a Io. Scherpezelio, Amſtelod. 1702. 8. [v. ſupra in vol. I. pag. 407.] Nec minus *ſcholia in Heſiodi Opera et Dies*, de quibus dictum a me lib. 2. cap. 8. §. 10. [uu]). At Moſchopuli, Cretenſis, ſunt Ἐπιμε-

CCXCVI. CCCI. CCCIV. CCCXLV. Schedia. cod. CCXXXVI. CCLX. vt eius ſcholia, in codd. Vindobon. obuia, in Heſiodum, Pindarum, Philoſtrati heroica et varia epigrammata omittam. — Secundum *Lambecii* comm vol. V. col. 528. ſeq. in cod. CCXCII. nr. 16. ſqq. Nicetae carmen ad S. Angelum, Philoſtrati icones, Paulli Silentiarii ſemiiambi in Thermas pythias, haec omnia cum ſcholiis *Man. Moſchopuli*, et eiusdem ſcholia atque commentar. grammat. ampliſſimus in varia epigrammata, nec non eiusdem fragm. grammaticae gr. de ſpiritibus, atque aenigma. — In codice XXXV. *Barocc.* Oxon. *Man. Cretenſis* erotemata grammatica, de octo partibus orationis, de proſodiis fragm. aliud op. de octo partibus orationis: *Manuel. Moſchopuli* de octo partibus or. de temporibus verborum; aliud compendium de verbis. *Harl.*

qq) Hic eſt liber Gesnero memoratus, ſub titulo: *Collectanea vocabulorum iuxta ordinem Alphabeti ex imaginibus Philoſtrati. Fabr.* Conf. notitiam codd. antecedentem, tum cat. codd. bibl. *Pariſ.* publ. pag 525. nr. 2596. *Iriarte* cat. codd. gr. Matrit. pag. 270. de cod. LXXIV. de cod. Burmann. *Oudend.* praef. ad Thom. Magiſtr. ſtell. 4. auerſ. et 5. — In bibl. publ. *Leidenſi* eſt exemplar edit. Lutet 1532. de vocc. attic. cum notis msstis *Franciſci Iunii:* v. catal. pag. 253. at pag. 395 citatur cod. Voſſian. Μοσχοπούλου Ἀττικισμοί, dictionar. atticum integrum, Thom. Mag. nomine editum Pariſiis. add. *Bandin.* catal. codd. medic. II. col. 303 et 429. *Harl.*

rr) Hanc intellige *ſchedam Baſilicam*, quam Moſchopulo tribui ſcribit Io. Scherpezelius praef. ad paraphraſin librorum primorum Iliadis.

ss) Vid. *Cangium* gloſſario Graeco et ad Alexiadem pag. 421. et Moſchopulum ipſum pag. 46. vbi vocabula σχεδογραφεῖν et σχέδος interpretatur. *Fabr.* Praeter codd. iam memoratos *Florentiae* in bibl. Medic. *ſchedographia*, in cod. VII. plut. LV. cod. VIII. et XVII. nec non XXIII. mutilo, plut. LVI. cod. XXXVII. (in quo tamen explicationes et exercitationes ſunt multo breuiores,) cod. XLI. plut. LVII. cod. XXXI et XLIV. plut. LIX. cod. XXV. plut. LXXXIX. fragment. in cod. X. nr. 12. plut. LXXXXI. v. *Bandin.* l. c. II. col. 245. 305. 316. 328. 329. 396. 418. 553. 573. III. 412. — In bibl. *Eſcor.* ſecundum catal. Tarracon. 1587. nr. 261 et 262. *Heidelbergae* quondam ſchedae et vocc. att. cum Thoma Magiſtro, nr. 104. in Sylburgii catal. *Harl.*

tt) Moſchopuli περὶ σχεδῶν etc. ex ed. Rob. Stephani graece recuſa eſt Vindobonae 1773. Plura ſcr. in introd. in hiſt. L. Gr. I. p. 41. ſq. *Harl.*

uu) Moſchopulo, *Cretenſi*, diſertis tribuuntur verbis in cod Matrit. v. *Iriarte* catal. p. 272. nr. 171. adde ſupra ad vol. I. pag. 575. ſq. et 588. not. *rr*. Sunt quoque in cod. Vindob. XXXV. n. 2. (*Lambec.* VI. col. 330.) in codd. *Pariſ.* biblioth. publ. MMDCCVIII. MMDCCLVIII. MMDCCLXXII. MMDCCLXXXI. MMDCCLXXXVI. *Harl.*

'Επιμερισμοὶ et ſcholia interlinearia ac marginalia in *Philoſtrati Heroicorum librum*, MSta in variis bibliothecis, vt Vindobonenſi: Fuerunt etiam inter codices Gudianos, qui iam acceſſerunt bibliothecae Guelpherbytanae. [v. vol. V. p. 542 et 550. in cod. Neapolit. XXVII. Agapeto tribuuntur.] Incertum, vtri amborum tribuenda *Synopſis vitae Euripidis*, vna cum breui commentatiuncula περὶ τῦ εἰδώλε, ſaepius in fronte Tragici huius edita, et a Caſpare Stiblino latine verſa: tum quae in eadem bibliotheca Vindobonenſi MSta exſtant *ſcholia in Pindari Olympionicas*, [v. ſupra, vol. II. pag. 67.] et *ſcriptum de Dialecto Ionica*, nec non περὶ πνευμάτων *de ſpiritibus* et *aenigma*, quod memorat *Lambecius* VII. pag. 250. *Neſſelius* I. pag. 302. et quae in cod. Barocciano LXVIII. *de ſoloeciſmis* et *paroemiae vulgares*, et quae ipſe poſſideo manu exarata *ſcholia in antiqua Epigrammata*, tum *Lexicon amplum* et *commentatio de metris* MS. in bibl. Ambroſiana [vv]) et libellus arithmeticus *de quadratis magicis*, quem e cod. MS. bibl. regis chriſtianiſſimi [MMCCCCXXV.] latine vertit vir acutiſſimus, Philippus de la Hire, teſte *Io. Baptiſta du Hamel* in Hiſtoria regiae ſcientiarum academiae an. 1691. pag. 297. Confer de hoc Moſchopuli ſcripto Memorias academiae ſcientiarum Pariſienſis, gallice editas A. 1705. pag. 212. ſeq. et 481. et A. 1710. pag. 182. Hoc puto eſſe, quod *in quadranguli inuentionem* ſeruari bibl. Diegi Hurtadi Venetiis, ſcripſit Geſnerus in ſua Bibliotheca. *Fabr.* In cod. *Vindob.* CXXXIII. nr. 26. (*Lambec.* comment. lib. VII. col. 535.) *aenigma* aliquod *Man. Moſchop.* — Eiusdem ſcholia in *Sophoclis* Autigonen, in cod. Marc. *Veneto* CCCCLXX. (catal. codd. graec. Marc. p. 249.) eiusdem opuſc. de proceſſione Spiritibus S. in cod. bibl. publ. *Pariſ.* DCCCCLXIX. nr. 22. *Harl.*

V. EMANVEL CHRYSOLORAS primus recentiorum grammaticorum graecorum, qui in Italia graecas literas [inter ann. 1390 et 1400. et poſtea] docuit: Μανεήλος ὁ Χρυσολωρᾶς ὁ φυτεύσας καὶ διδάξας ἐν Ἰταλίᾳ τὰ ἑλληνικὰ, ἕ βιβλίον ἐκ οἶδ᾽ ὅπως τινὲς τῶν ἀμαθῶν συγκλεισαντες διέφθειραν, inquit *Conſtantinus Laſcaris* lib. 3. Grammaticae pag. 282. [Multi de eo egerunt, v. quos laudat *Hamberger* Zuverl. Nachr. IV. p. 649. ſqq. *Freytag et Clement* locis mox citandis, nec non *Saxius* in Onomaſt. II. pag. 389. ſeq. et 573. et, quae ego adnotaui in Introd. in hiſt. L. Gr. I. 1. pag. 545. ſq. inprimis *Humphred. Hodius* de Graecis illuſtribus L. Gr. litterarumque humaniorum inſtaurator. Londini 1742. 8. lib. I. cap. 2. pag. 12. ſqq. qui, poſtquam de eius legationibus, commoratione et diſciplina in Italia et morte, qua Conſtantiae, (quo ineunte a. 1415. ad concilium Conſtantienſe miſſus eſt,) d. 15 April 1415 vitam finiuit, notatu memorabilia adtulerat, et quosdam refutarat Iouii errores, ſcriptum illius recenſet aut potius enumerat, quae hic paucis, additis quibusdam, repetere iuuat. Sunt vero

1) *Epiſtola* ad Io. Palaeologum, imperat. *qua veteris ac nouae Romae comparatio* continetur, gr. et lat. Petro Lambecio interprete. — eiusd. epiſtolae ad Ioan. et Demetrium Chryſoloras: cum *Ge. Codini* excerptis de antiquitat. Conſtantinopol. a Lambecio ed. Pariſ. 1655. fol. pag. 107. ſqq. et 127. ſqq. (conſ. infra, lib. V. cap. 5. pag. 484. vol. VI. edit. vet.)

vv) Montfauconus diar. Ital. pag. 17.

2) *Epistolae* plures gr. et aliquot latine a Bonauentura Vulcanio conuersae latere dicuntur in bibl. publ. Leidensi (v. catal. bibl. Leid. pag. 344. 345. et 349.)

3) *Oratio* in obitum fratris sui, Palantis, vna cum *oratione de trinitate*, et *alia ad episcopos*, Florentiae in bibl. Medicea.

4) *Gregorii M.* pontificis rom. *liturgia*, e latino graece versa a *Chrysolora*, Romae in cod. LXXV. bibl. Barberinae: auctiorem eam esse et perfectiorem illa, quae exstat in bibl. patrum sub nomine Georgii Codini, testatur Leo Allatius (de Georgiis, pag. 362.) sed Hodius nescit, an vtraque prorsus diuersa sit. adde Fabr. B. Gr. vol. XIII. pag 824.

5) *Emm. Chrysolorae* capp. quibus probatur, Spiritum S. etiam procedere a filio. (conf. *Leon. Allatii* in Roberti Creyghtoni apparatum, versionem et notas ad historiam concilii Florentini scriptam — exercit. 1. Romae 1665. 4. pag. 3. seqq. vbi quoque de discipulis Emm. Chrysolorae, et de duobus aliis, Ioanne ac Demetrio, Chrysoloris, agit et Emman. opusculum de processione Sp. S. breue, sed satis acute et solide scriptum esse dicit. Adde infra in vol. X. pag. 392. sqq.)

6) De disputatione Spiritus S. inter Man. Chrysoloram et Gregorium Palamam, quam in MSto Venet. apud Sanct. Antonium exstitisse, scribit Posseuin. in adpar. sacr. in Greg. Palama; sed dubitat *Hodius* pag. 21. saltem opinatur, nisi dialogus sit fictitius, alium, Ioannem forsan, Chrysoloram esse intelligendum. — Idem Hodius notat, Leontii Pilati versionem Odysseae in exemplari Patauino, male tribui Manueli Chrysolorae.

Tum pauca adtulit *Hodius* de Chrysolorae erotematibus et obseruat, ea fuisse a Io. Capnione in Germania, et ab Erasmo Cantabrigiae auditoribus praelecta atque explicata, ab Albano Torino in latinum translata et a Pontico Virunio commentariis illustrata; plura vero de eius epitaphio et laudibus, quibus eum ornarunt aequales. A pag. 32. multa alia, quae ad Emman. pertinent, in lucem sunt ab Hodio emissa: a) *Andreae Iuliani* orat. in mortem Man. Chrysolorae, siue, vt est in cod. Bailiolensi, pro Man. Chrys. funere. b) *Gasparini Pergamensis* (rectius Bergomensis,) in laudem praecedentis orationis epistola ad auctorem, ex cod. msto Norfolciano. c) *Guarini* epist. ad Man. Chrys. qua laudes eius continentur, ex codd. Norfolcianae et Bailiolens. bibl. d) Ex iisdem codd. alia epistola ad Barth. de Montepoli de morte et laudibus Chrysolorae. e) E tribus codd. earumdem bibliothecarum Guarini, Veronensis, epistola ad Ioann. Chrysoloram, Constantinopolin missa, qua illum consolatur super Emanuelis obitum. f) Eiusdem Guarini epist. ad Iacobum de Fabris, ex cod. Bailiolensi, aliaque excerpta, quae ad laudem Man. Chrysolorae pertinent. Denique de *Ioanne* et *Demetrio*, Chrysoloris, copiose agitur. — *Codices*, manu exarati, in quibus Chrysolorae seruantur scripta, sunt fere hi: *Leidae* inter codd. ex legato Bonau. Vulcanii, *Man. Chrysol.* epistolae supra iam memoratae. — *Paris.* in bibl. publ. erotemata grammat. in cod. MMDCIX. MMDCX. MMDCXI. — encomium vtriusque Romae in codd. MMXII. MMDCCCCLXVIII. — de processione Spiritus S. in cod. MCCC. *Venetiis* in bibl. D. Marci, opusc. de processione Sp. S. in cod. CLVII. scripto a. Ch. 1442. grammatica, in cod. DVI. — *Romae* in cod. bibl. *Chiggiae* Man. Chrysolorae quaedam, teste *Montfaucon* in diario ital. pag. 238. — *Florentiae* in bibl. Laurent. epist. de compa-

rat. veteris et nouae Romae, in codd. XX. plut. 6. cod. XXII. nr. 5. plut. 10. cod. XVIII. plut. 59. — epist. II. ad Ioan. et Demetrium Chrysoloras in iisdem codd. — epist. ad Pallantem Strozzam in codd. XX. et XXIII. memor. vide *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 139. et 490. II. 541. Atque epistolae Chrys. ad Palantem de morte fratris sui initium graece protulit *Bandin.* l. c. t. I. p. 139. sq. et multus est de Chrysolora eiusque epistolis. Idem laudat tam *Boernerum* de doctis hominibus graecis, Lipsiae 1750. 8. pag. 1. sqq. qui p. 22. adnotat, plures eiusdem Chrys. epistolas exstare in bibliothecis Italiae celeberrimis, in bibl. Vindob. etc. vti ex Montfaucon bibl. bibliothecar. eruitur tom. I. pag. 200. 235. 266. etc. quam obseruat, *Nic. Comnenum Papadopolum* in historia gymnasii Patauini pag. 163. mentionem facere epistolarum Chrysolorae, a *Mich. Margunio*, 1550. editarum. — In bibl. *Escorial. Man. Chrysol.* erotemata: teste Ant. Augustino in bibl. Tarracone 1597. — In bibl. *Augustana* Vindel. Chrysol. erotemata. teste Reisero in cat. pag. 85. — *Gothae* in bibl. ducali, Man. Chrys. ἐρωτήματα συντομώτερα τεθειμένα, cod. membr. scriptus est a Ioanne Cretensi 1481. et continet quoque *Aesopi* fabb. *Hesiodi* O. et D. atque XVIII Idyllia *Theocriti*. v. *Cypriani* catal. codd. msst. bibl. Gothanae, Lips. 1714. 4. pag. 108. cl. *Schlichtegroll* contulit partem cod. cum ed. Argent. 1516. in off. Io. Knoblauch, atque, vt mihi per litteras human. significauit, eum, animaduertit, ab edit. valde discrepare: e gr. quae in edit. pag. 1. per quaestiones πόσα βραχέα; δύο ἔψιλον καὶ ὄμικρον sunt excusa, ea esse in cod. sine quaestione: Βραχέα δὲ δύο. Ε ψιλὸν καὶ Ο μικρὸν, scripta. — *Vindobonae* in bibl. caesarea Man. Chrysol. nonnullae epistolae, teste *Nesselio* in catal. codd. part. IV. pag. 131. cod. CCXLV. nr. 6. (adde *Kollarii* supplem. ad *Lambec.* comment. tom. I. pag. 449. sq.) — ibid. pag. 163. cod. CCCXLVII. citantur *Demetrii Chrysolorae* erotemata grammatica. — In *Anglia*, Oxoniae, in bibl. Bodl. cod. I. *Man. Chrysol.* erotemata grammat.

Ad *editiones erotematum* progredior, quae superioribus saeculis frequentius, quam nostro, factae sunt. Dau. Clement. permultas antiquas edd. etiam incertas enumerat ex aliorum plerumque indiciis in: Bibl. curieuse, historique et critique VII. pag. 92 - 95. not. Graece sine l. et a. 8. (Mediolani) v. cel. *Panzeri* annal. typ. II. pag. 100. n. 620. In cat. Pinelli III. pag. 233. sq. alia edit. cum Cebete absque vlla nota, saec. XVI. 8. citatur, quam cel. Morellius *Romae* aut *Venetiis*, a *Zacharia Callergi*, excusam arbitratur. — gr. et lat. s. l. et a. in 4. bis, sed charactere diuersae. v. catal. Pinell. III. pag. 253. ibique cl. Morelli notam, et *Panzer* l. c. IV. pag. 111. nr. 324 et 325. — gr. et lat. praeit alphabetum, oratio dominica et salutatio angelica. Venetiis, per Peregrinum (de Pasqualibus) Bononiensem. Venetiis 1484. 4. v. *Panzer.* III. pag. 210. nr. 801. — eadem, Vincentiae per Mag. Leonardum de Basilea. 1490. 4. v. *Panzer* III. p. 520 n. 76. — *Chrys.* grammatica, gr. Paris. 1500. 4. v. *Panzer* III. pag. 400. ex catal. bibl. Kulenkamp. pag. XV. n. 145. conf. not. — Ἐρωτήματα — Parrhis. ap. *E. Gourmontium* coll. exemplari, quod ei *Petr. Danesius* dederat, correctore Melch. Volmario, typis Fr. Tissardi 1507. 4. ww).

Erot.

ww) Conf. *Clement.* bibl. curieuse etc. VII. pag. 93. sq. *Maittaire* A. T. II pag. 194. vbi de Gourmontio agit, se vidisse, scribit, Chrysolorae grammaticam, a Gourmontio excusam, at anni indicio destitutam, et in not. f. memorat Chrysol. grammaticam maioris formae a 1525. apud Gourmont. Editt ap. Gourmont. a. 1500. 4. et 1511. 4. aliorum testimoniis citat *Clement.* l. c. p. 93.

Erot. Chryſolorae, in compendium redacta a *Guarino* Veronenſi. ſic edit. plerumque citatur. Sed verus titulus eſt: *Guarini erotemata cum multis additamentis, et cum commentariis latinis*. Ferrariae per Io. Mazochum. 1509 8. Titulum ſequitur epiſtola lat. editoris, *Io. Mariae Triscelii*: tum *Chryſolorae erotemata* in compendium redacta per Guarinum. Poſthaec *Pontici Virunii* epiſtola, cum vita Em. Chryſ. et Guarini per *Pont. Virunium* deſcripta, denique eiusdem Virunii declarationes ſ. comment. in erotemata Guarini. Plura v. de hac rariſſima edit. in Freytagii analectis litterar. pag. 405. ſq. Clement. IX. pag. 292. *Erotemata*, de anomalis verbis, de formatione temporum ex libro Chalcondylae etc. graece. Venet. ap. Aldum 1512. 8. — Eadem opuſcula: acc. *Cato* et erotemata *Guarini*. Venet. ap. Ald. 1517. 8. — conf. *Clement*. tom. VII. pag. 92.

Ἐγχειρίδιον γραμματικῆς εἰσαγωγῆς ἐκ διαφόρων συγγραφέων συλληφθὲν — Ἐρωτήματα τοῦ Χρυσολώρα etc. *Erotemata Chryſolorae*; de verbis irregularibus; de formatione temporum, ex *Chalcondyla*, *Theodori* grammat. — liber IV. de Syntaxi; *Herodiani* de encliticis ſententiae monoſtichae. — *Catonis* ſententiae, diſtichis expreſſae, a *Maximo Planude* e latino in graecum ſermonem conuerſae graece. Florentiae, impenſis Phil. Iuntae, labore Barthol. Briſianei. 1514. 8. — rec. ibid. 1516. 8. conf. *Bandini* annal. typogr. Iuntarum, tom. II. pag. 54. ſqq. et 108. ſq. — iterum rec. ibid. per Benedict. Iuntam, 1540. 8. v. *Bandin*. l. c. pag. 233. ſeq.

In volumine, inſcripto: *Quae hoc libro continentur*, *Georgii Simler* Vuimpinenſis obſeruatt. de arte grammatica; de litteris graecis ac diphthongis et quemadmodum ad nos veniant; Abbreuiationes, quibus frequentiſſime Graeci vtuntur, *Erotemata Guarini ex Chryſolorae* libello maiusculo, cum interpretatione latina; Iſagogicum ſiue introductorium in litteras graecas, in 4. *erotemata* in altera operis parte fol. IX. ſqq. graece et lat. leguntur. In calce: *Tubingae in aedibus Thomae Anshelmi, Badenſis*, *menſe Martio*, M. D. XII. (1512.) *Simler*, auctor et collector huius voluminis et praemiſit et in fine ſubiunxit epiſtolas nuncupatorias; *Io.* autem *Hiltebrandus* praefatus commendauit Simleri ſtudium atque laborem. — In *Vffenbachii* biblioth. vniuerſali, ſ. catalogo, tom. II. in adpend. ſ. incunabulis artis typogr. pag. 93. citatur *Chryſolorae* grammatica graeca, ſolum ex edit. *Franc. Vatabli* 1518. 4.

Chryſolorae erot. graece; cum duobus diſtichis, graeco altero, altero latino, Ottomari Luſcinii. Argentorati in offic. Io. Knoblouch, chalcogr. Argentin. 1516. 8. v. *Maitt*. A. T. ind. v. Chryſoloras, pag. 256. Fabric. quoque olim hoc loco et in B. Gr. vol. VI. vet. ed. pag 484. not. memorat illam edit. ſed formam in quaternis eſſe ſcribit. *Ottmar Luſcinius*, ſ. *Nachtgall*, ſe, profitetur, Chryſoloram potiſſimum eſſe ſequutum, aut potius in ſermonem conuertiſſe latinum in Progymnasmatibus graecae litteraturae, Argentor. typis Io. Knoblouch. 1517. 4. — auct. ibid. 1521. 8. et ibid. 1523. v. *Am Ende* in vita Ottmari Nachtgallii, in Strobelii Miſcellaneen literariſch. Inhalts, part. IV. pag. 48. ſqq.

Erotemata, et de formatione temporum ex Chalcondyla, gr. Romae 1522. 8.

— *Erotemata Guarini* (ſiue ex Chryſolora excerpta,) *per Georg. Rithaymer ſententiae monoſtichi ex variis poetis*. Viennae Pannoniae per Io. Singrenium 1523. 8. gr. et lat. —

Idem

Idem *Rithaymer*, Chryſoloram ita imitatus, vt, ipſo fatente, ne latum quidem *culmum* (ſic) ab eo diſcederet, poſtea edidit Ἐπιτομὴν — *Compendium in octo partes orationis* (graece) *et temporum formationes. Gregorii* (Nazianzeni) *theologi ſententias-carmina aurea Pythagorae.* Viennae Pannoniae 1524. 8. de vtroque rar. libro v. *Denis* Wiens Buchdruckergeſchichte, pag. 235. ſq. et 245. ſq.

Em. Chryſ. grammatices epitome, cum adnotatt. Baſil. ap. Bebelium 1528. 8. teſte *Maittaire* A. T. II. pag. 712.

— erotemata, (et reliqua, quae ſunt in poſteriore Aldina et in Iunt. edit.) in fine: *Victor a Rabanis*, (qui etiam praefatus eſt,) *et ſocii* Venetiis excudebant MDXL. (1540.) 8. Copioſus eſt de hac editione, de Chryſolora et Guarino ac reliquis *Freytag* in adparatu litterario, tom. III. pag. 171-177.

Eadem, a *Dominico Siluio*, graec. et lat. Venetiis, ap. Zanettum 1538. 8. — *eadem:* accedunt opuſcula varia grammatica, graece. Venetiis, ex offic. Farrea 1544. 8. v. *Pinelli* catal. III. nr. 7161. et 7162. pag. 234.

Em. Chryſ. graecae inſtitutiones, graece, cum lat. Dominici Syluii verſione. Paris ap. Chr. Wechel. 1539. 8. cur. Gerardo Sukerodio, Med. Doct. v. *Maittaire* A. T. III. pag. 308. et *Clement.* l. c. tom. VII. pag. 94.

Ἐρωτημ. τȣ̃ Χρυσολαρᾶ. *Emm. Chryſolorae grammaticae inſtitutiones multis locis recens et emendatae et magna cura atque diligentia caſtigatae;* graece. Pariſ. excud. Chr. Wechel. 1547. 4. acc. libell. περὶ ἀνωμάλων ῥημάτων. v. Clement. l. c. pag. 95.

— *Erotemata; de anomalis verbis; de formatione temporum ex libro Chalcondylae; Gazae de conſtructione; de encliticis; ſententiae monoſtichi ex variis poetis; Catonis diſticha; Erotemata Guarini, de tribubus Athenienſium et ſymmoriis.* Venet. ap. Feder. Turriſanum 1549. 8. v. *Bünau.* catal. I. pag. 234. et *Maittaire* III. pag. 582.

— Erotem. gr. lat. etc. Pariſ. apud Chr. Wechel. 1550. 4. teſte Maittaire in indic. pag. 255. *Harl.*]

VI. CONSTANTINVS LASCARIS Byzantinus, Grammatica Meſſanae et Mediolani ſcripſit A. 1460. ad 1470. vide Laſcarim ipſum in calce libri 3. et *Cruſium* in Turco Graecia pag. 102. [— De *Conſtantino Laſcari*, diuerſo a Iano ſ. Ioanne Laſcare, Rhyndaceno, pluribus egerunt *Ioſ. Ant. Saxius* in hiſtor. typogr. litterar. Mediolanenſi a. 1446. col. CLXXV. ſqq. *Hodius* de Graecis illuſtr. etc. p. 240. ſqq. *Boerner* de doctis Graecis etc. pag. 170. ſqq. *Lil. Gregor. Gyraldus* de poetis, dial. II. pag. 552. Opp. adde infra in vol. XIV. pag. 22. ſqq. — *Codices* et manu Laſcaris deſcriptorum, qui quidem nihil ad praeſens pertinent ad nos, et librorum ipſius haud pauci exſtant in bibl. regia *Matritenſi*, quos *Iriarte* in catal. ſiue bibliothecae Matrit. codd. gr. diligenter recenſet. Sunt vero in cod. LXXIX. *Conſt. Laſcaris* 1) prolegomena inedita rhetorices ex diuerſis, capp. VI. 2) epitome rhetoricorum ſtatuum technici Hermogenis. (conf. ſupra pag. 70.) 3) Epiſtolae, quas publicauit pag. 184. inprimis pag. 290. ſqq. (in epiſtola ad Pardum de conditione lit-

terarum graec. et de fatis quorumdam aequalium notatu haud indigna occurrunt.) 4) Excerpta manu partim ignota, partim Lafcaris fcripta ex Gregorio, theologo, Libanio et Herodoto, et opufc. de menfuris et ponderibus, Lafcaris, (vt fufpicatur Iriarte,) ftudio concinnatum. — In cod. XCV. qui opufcula diuerforum grammatica continet, 1) epiftola, praefixa *commentariolo de Homeri tropis et figuris homericis*, (quam ex cod. XL. pag. 145. fq. gr. et lat. prodire iuffit Iriarte.) 2) Ipfe ille commentar. nondum editus, qui itidem exftat in cod. mem. XL. 3) Menfes Athen. Bithyniorum, Cypriorum, Cappadocum cum gloffis et adnotatt. Conft. Lafcaris. Nomina menfium publicauit *Iriarte* p. 379. fq. adde infra de Grammat. gr. adhuc ineditis, voc. *anonymi.* 4) CLXXI. prouerbia, ordine litterarum digefta, cum fuis pleraque explanationibus, quae Conft. Lafcaris e variis delegit auctoribus. — In cod. XCVII. *Lafc.* II. libri de vocalibus fubfcriptis et de pronominibus, qui, adiuncti Lafcaris grammaticae, Venetiis apud Petrum et Io. Mariam, fratres de Nicolinis, 1550. 8. editi funt. (v. Iriarte pag. 381. et paullo poft de cod. LVI. adnotata.) In cod. CXI. Iriart. pag. 441. Lafc. in rhetoricae prolegomena ex diuerfis, (Ariftotele, Hermogene eiusque explanatoribus.) — In cod. LVI. 1) Lafc. de grammatica, libri III. prooemium *Iriarte* pag. 185. fqq. graece edidit cum fua verfione latina, in quo prooemio Lafc. de erotematibus, a Grammaticis graecis concinnatis, de renato L. Gr. in Italia ftudio et de fua grammatica eiusque argumento differit. Tum Iriarte curatius oftendit, quatenus Grammat. Lafcaris, in hoc codice feruata, differat ab edita: denique epilogum f. libri finem, qui varia, ad graecae litteraturae hiftoriam fpectantia, continet, et differt ab iis, quae funt in excufis, in lucem edit. graece. 2) Lafcaris epiftola, quam integram, auctiorem atque emendatiorem, quam Fabricius, gr. cum fua verfione lat. euulgauit. 3) De accentibus octo partium orationis fpecialiter: 4) de pronominibus fecundum omnem dialectum et poeticum vfum. 5) Περὶ τῶν προσγεγραμμένων (in excufis ὑπογεγραμμένων xx) φωνηέντων, *de adfcriptis vocalibus*, i. e. de dictionibus, quarum vocalibus adfcribitur vel fubfcribitur *iota*, et alia, quae liber tertius grammatices in capite de verbo complectitur. In cod. XCVII. fol. 152. acceffit Conft. Lafc. de pronominibus fecundum omnem dialectum et poeticum vfum. v. *Iriarte* pag. 190 et 384. 6) Vberior commentarius, infcriptus, περὶ τόνων εἰδικῶς τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου, *de accentibus octo partium orationis fpecialiter* ex *Theodofii* grammatici commentariis, vt ipfe Lafcaris teftatur in epilogo, ab Iriarte typis expreffo pag. 191. Lafcaris autem prodit, fe *Theodofii* de accentibus librum, ex *Herodiani magna profodia* contractum, inueniffe in vetufto codice monafterii faluatoris in fummitate Meffanae conftituti. Iriarte vero adnotat, catalogum MSSt. graecorum illius bibliothecae ampliffimum adferri ab *Ant. Poffeuino* in fine tomi II. adparatus facri. — In cod. LVII. qui Quinti Calabri carmen continet, funt Lafcaris et argumenta, fingulis poematis libris praemiffa, et poetae notitia, quam *Iriarte* pag. 192. fqq. graece cum fua verfione lat. formulis typographicis defcribendam curauit. — In cod. XXVIII. exftat idem Quinti carmen cum Lafcaris argumentis, quae *Iriarte* pag. 125. fqq. publicauit graece. — In cod. LXXII. funt (*Conft. Lafcaris* 1) excerpta ex Plutarcho, Suida, Athenaeo, Diogene Laertio, anthologia graecorum epigr. et aliis: Lafcaris epigr. quaedam graeca edidit *Iriarte* pag. 257.

xx) Sic tamen ὑπογεγρ. legitur in cod. XCVII. fol. 147. vbi idem opufc. iterum occurrit. v. *Iriart.* pag. 384.

pag. 257. ſq. 2) Epiſtola ad Georgium Placentinum de ſignificatu vocc. e latino ſermone graece factorum, ὀφφίκιον et ὀφφικιάλιος, quam Iriarte pag. 258. graece euulgauit. 3) Synopſis hiſtoriarum e variis hiſtoricis collecta, atque *Iriarte* pag. 266. edidit narrationem de Demetrii ac Thomae Conſtantini, imperatoris, fratrum, Peloponneſi deſpotarum, caſibus eorumque ſubolis variis rerum euentibus, graece cum ſua verſione latina. — E codice LXXXV. *Iriarte* pag. 352. ſq. in lucem exire iuſſit gr. cum ſua verſione lat. *Conſt. Laſcaris* breuem narrationem imperatorum a Theodoro Laſcari ad Conſtantinum, quo imperante CPolis capta eſt. — In cod. LXVII. fol. 9. (in quo fol. 11-21. ſunt quoque Laſcaris collectanea miſcellarum adnotationum rhetoricarum, praecipue grammaticarum,) et CXV. *Conſt. Laſc.* excerpta ex Hermogene de figuris rhetor. Ex cod. CXV. fol. 214. edidit *Iriarte* pag. 463. ſq. epicedium iambicis verſibus XXXII. compoſitum in Georgium Ralem quemdam et epigramma funebre in principem Hiſpan. Ioannem; aliud in Ferdinandum Cunium, Siciliae rectorem, aliud hic et pag. 257. ex cod. LXXII. in Theodorum Gazam defunctum, vt minutiora notasque Laſcar. in aliis codd. Matrit. obuias praetermittam. — In cod. bibl. *Eſcorial. Conſt. Laſcaris* de conſtructione quorumdam verborum ſecundum genera, liber II. teſte *Pluero*, itinerar. per Hiſp. pag. 163.

Pariſ. in bibliothecae publicae codd. MMDLX. MMDXC. MMDXCI. MMDCXII. et MMDCCCLXV. eſt *Conſt. Laſc.* grammatica ſeu liber de verborum conſtructione: *Iani* autem *Laſcaris* epigrammata in codd. CCXXIV. MMCCXLVIII. MMDCCCLXXIX.

Taurini in bibl. regia, in cod. CCLXXVII. *Laſc. grammatica*, — in cod. CCLXXI. *prolegg. in Orpheum;* et *opuſc. de poeta. Prolegomena* ex hoc cod. in prima parte *Marmorum Taurinenſium* gr. et lat. cum animaduerſſ. primum edita ſunt: opuſc. autem *de poeta*, in quo breuiter poeſeos natura atque indoles indagatur, et varia illius indicantur genera, confector catal. codd. gr. Taurin. pag. 375. ſq. graece cum verſione ſua latina primum euulgauit. — In cod. CCXLI. Callimachi hymni, cum tribus in Callimachum epigrammatibus, ab auctore catalogi pag. 364. ſq. graece et lat. editis; illorum vltimum Conſt. Laſcar. habet parentem.

Florentiae in bibl. Laur. Medic. cod. XLII. plut. 59. *Conſt. Laſc.* grammaticae liber II. teſte *Bandin.* cat. codd. gr. II. col. 572.

Romae in cod. Vatic. MDCCLI. *Conſt. Laſc.* opusculum de verbis barytonis et circumflexis ad Io. Ximenem, Proregem Siciliae, teſte Holſtenio etc. in nouis miſcell. obſſ. a. 1741. tom. II. pag. 120. ſq. — In catalogo codd. gr. bibliothecae incertae, (in *Lami* deliciis eruditor. Florent. 1743. 8. pag. 121. cod. CXVII. Conſt. Laſc. lib. primus grammatices, et in eodem atque CXVI. cod. *Theodori Gazae* grammatica.

Vindobonae in bibl. caeſarea, in cod. CCXCII. n. 25. (ap. *Lambec.* V. col. 532.) Conſt. Laſc. expoſitio vaticinii Choſroae, regis Perſarum, de imperio romano: in cod. autem CXIII. nr. 9. (apud *Neſſel.* part. V. pag. 159.) eſt *Laſcaris* cuiusdam ſcriptum de itinere ſuo per Europam, cuius titulus et principium: Λασκαρέως. Ἐγὼ περιελθὼν γῆν πολλὴν τῆς Εὐρώπης etc. — *Oxonii* in bibl. Bodlei. cod. LVII. Conſt. Laſc. de ſubſcriptis vocalibus. cod. LXXX. grammatica. — Inter codd. et aduerſaria If. Caſauboni *Conſt. Laſc.* epiſt.

graeca ad Philipp. Melanchthon. ſecundum cat. codd. Angl. et Hibern. I. pag. 267. — *Leidae* inter Voſſ. codd. *Laſcaris*, (vti opinatur auctor catal. pag. 398. n. 57.) grammatica graeca, incipiens a proſodia. — *Iani Laſcaris* expoſitio epigrammatum ad verbum facta. (catal. pag. 383. nr. 70. et pag. 398. n. 57.)

Editiones:

Grammatica graeca, graece, Mediolani, per Dionyſium Parauiſinum: recognoſcente et praefato *Demetrio*, Cretenſi, Mediolani 1476. 4. liber eſt primus graece integer excuſus. vid. *Ant. Saxii* hiſtor. litt. typograph. Mediolan. pag. DLXIII. et *Panzer*. A. T. II. p. 25. et IV. pag. 355. curatius ex Foſſii bibl. Magliabech. tom. II. pag. 57. Poſt grammatices compendium exſtant quaedam ex *Tryphone*, grammatico, de paſſionibus dictionum. — graece, cum interpret. lat. Ioannis Monachi Placentini, ibid. 1480. 4. v. *Saxii* hiſtor. etc. pag. DLXXII. *Panzer* l. c. II. pag. 39. *Bandin.* cat. bibl. Laurent. Medic. II. col 470 et 567. — gr. cum Io. Monachi Placent. interpretat. Vincentiae, per Leonard. Baſilienſem 1488. 4. v. *Panzer* l. c. III. pag. 518. —

Erotemata, gr. et lat. cum Pythagorae carm. aureis, Phocylide etc. Venet. litteris Aldi Manuti 1494. 4. Haec editio eſt prioribus auctior atque correctior. Petrus enim Bembus et Angelus Gabriel, Laſcaris in Sicilia diſcipuli, commodarant Manutio Conſtantini librum, ipſius manu emendatum: De hac memorabili oppideque rara editione, in qua etiam primum pars aliqua *noui teſtamenti*, principium euangelii Ioannis, *graece* typis exprimi coepta eſt, v. *Maittaire* A. T. IV. pag. 48. ſq. ac pag. 577. item pag. 105. vbi *Volmarii* iudicium de tralatione latina, iſti Aldinae edit. adiecta, quam ineptam eſſe cenſet, in medium profert; nec non cel. *Panzer* A. T. III. pag. 361. ſeq. *Glandorf* prolegom. ad Pythagorae A. C. pag. 24-31. — Recuſa aut vltimo faſciculo aucta eſt illa editio Venetiis litteris Aldi Manutii 1495. 4. v. *Panzer* l. c. pag. 378. n. 1965. Vtriusque anni exempla fuerunt in bibl. Pinelliana, vide catal. tom. III. pag. 239 et 240. vbi v. not. cel. Morelli. — Quibusdam igitur exemplis abeſſe videntur aut peculiarem habuiſſe inſcriptionem, aut praefationem, Laſcaris erotemata, ſi *Maittaire* l. c. pag. 593. titulum operis plene repoſuit: omiſſa Laſcar. operis mentione; nec integrum habuit exemplar. — *Conſt. Laſc.* prooemium de nomine et verbo, lib. III. graece ſine l. et a. v. Foſſ. cat. bibl. Magliab. II. pag. 56. et bis, *Panzer* vol. IV. pag. 151. ac 473.

Laſcaris inſtitutiones etc. Ferrariae, per Io. Maciochium 1510. 4. v. ſupra in vol. I. pag. 797. not.

Conſt. Laſcaris de octo partibus orationis, liber I. eiusd. de conſtructione, liber II. de pronomine ſecundum omnem linguam et poeticum vſum opuſculum, cum latina verſione (acc. Cebetis tabula, gr. et lat. et alia, quae in ed. 1494. exſtant, atque introductio ad hebraicam linguam.) Venetiis apud Aldum, ſine anni et paginarum nota in 4. Valde confuſae ſunt, inſertis hinc inde Cebetis capitibus, quaedam plagulae ſ. quaterniones, ita vt aliquoties Aldus in infima pagina ſcriberet: *quaere reliquum in medio ſequentis quaternionis.* v. quae ſupra in vol. I. pag. 708 adnotaui. — Ab hac paullulum diuerſa eſſe videtur alia vetuſtiſſima edit. ſine loco et anno, in 4. in Menken. catal. part. I. p. 104.

Laſcar.

Lascar. grammatica: *Cebetis* tab. — *Pythag.* — *Phocylid.* — *Io.* et *Corinth.* de dialectis, gr. et lat. Venetiis apud Aldum 1512. 4. vid. *Maittai.* e II. pag. 240.

Constant. Lasc. grammatica gr. Romae 1508. gr. in 8. — de octo partibus orationis (et reliqua, quae sunt in ed. Ald. a. 1512.) Florentiae opera et sumtu Philippi Iuntae, 1515. 4. conf. *Bandini* annal. Iuntar. typogr. part. II. pag. 96. sqq. Praefatus est *Bernardus Iunta.* Quare nescio, an eadem sit editio in catal. Pinell. III. pag. 270. sic citata, a Bandinio autem in annal. typogr. Iunt. non ita memorata: *Lascaris Const.* compendium octo orationis partium et alia, gr. lat. typis *Bernardi Iuntae* in 4. sine anni nota. — Louanii 1516. 4. gr. et lat.

Lasc. grammatica, gr. et lat. per Melchior. Sessam et Petr. de Rauanis, socios. Venet. 1521. 4. — de quorumdam verborum constructione liber secundus graece. Paris. ex offic. Chr. Wechelii. 1535. 8.

Lasc. compendium octo orationis partium, gr. et lat. Venet. 1539. 8. aut 1540. 8. in Menken. cat. I. pag. 147. — idem cum aliis opusculis, Basil. ex offic. Oporina. 1547. 8. graece ac lat. ap. hered. Rauani. Venet. 1555. 8. in catal. Thott. tom. IV. pag. 585. et Pinelli catal. l. c. ap. Paull. Man. a. 1557. 4. v. Maittarii A. T. III. pag. 701. — Glandorf. in prolegg. ad Pythag. pag. 43. sed in catal. Thott. inter libros formae oct. citatur. — ex emendatione *Io. Pathusae*, Atheniensis hierodidascali, etc. Venet. 1711. 8. *Harl.*]

Ad calcem libri tertii testatur Lascaris, se adhibuisse Manuelem Chrysoloram, cuius librum ab imperitis contractum queritur: et THEODORI GAZAE yy) libros quatuor *βιβλία κάλλιϛα καὶ ἐλλογιμώτατα.* Libros quatuor Apollonii, Dyscoli. Ἡρωδιανȣ̃ πλεῖϛα, Συγγέλȣ Ἱεροσολυμίτȣ zz) τὸ περὶ συντάξεως, Μαξίμȣ τȣ̃ Πλανέδȣ τὸν διάλογον καὶ τὸ περὶ συντάξεως, καὶ περὶ μεταβατικῶν καὶ ἀμεταβάτων *de verbis transitiuis et intransitiuis.* Τρύφωνος καὶ Θεοδοσίȣ καὶ Χοιροβοσκȣ̃ τὰ εὑρισκόμενα. Περὶ συνωνύμων ῥημάτων, περὶ τρόπων καὶ σχημάτων ποιητικῶν, περὶ παθῶν, περὶ πνευμάτων, περὶ ποιότητος καὶ ποσότητος, περὶ ἰδιωμάτων. Τὰ τȣ̃ Μοσχοπέλȣ πάντα, τὰς ἐκλογὰς Θωμᾶ τȣ̃ Μαγίϛρȣ, τὰς τȣ̃ Φρυνίχȣ, τὰς τȣ̃ Ἁρποκρατίωνος, τὸν Πολυδεύκην αὐτόν. Τὰ περὶ

yy) Praeter editiones supra §. IX. pag. 13. et 15. memoratas, *Gazae* Grammatica Graeca prodiit graece Florent. 1520. 8. Venet. 1525. 8. et saepius Parisiis [rarissimis libris adnumeratur edit. *Theodori* grammaticae introductiuae liber quartus. Venundantur *Parisiis* ab Egidio Gourmont. 1516. 4.] atque Basileae, graece et latine cum interpretatione latina ex Erasmo, Conr. Heresbachio, Iac. Tusano et Cornelio Croco Basil. 1522. 4. 1529. 4. et cum versione Eliae Andrae Paris. 1581. 4. *Fabric.* Habeo antiquissimam edit. graece IV. plagul. sine vlla nota anni, loci aliaue typographica in fol in prima pag. solummodo legitur: *Constructiones graeco-latinae principaliores latinisque dispares; ex quarto ingeniosissimi Theodori* Gazae *desumpte.* — Aliquoties in hac et superioribus lectionibus *Thodori Gazae*, (qui circ. a. Chr. 1430. floruit) facta est mentio. Adde *Humphred. Hodius* de Graecis illustribus L. Gr. instaurat. cap. III. pag. 55. sqq. *Boerner* de doctis hominibus graecis pag. 121 sqq. *Freytag* adparat. litter. III. p. 175. sqq. infra lib V. cap. 33. vol. IX. p. 194. sq. vbi plura sumus adnotaturi de scriptis Theodori Gazae atque editt. Saxii Onomast. II. pag. 409. sq. vbi plures laudantur V. D. qui de Gaza egerunt et p. 575. Quaedam ego memoraui de illo, in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 517. *Harl.*

zz) *Michaelis Syngeli*, presbyteri Hierosolymitani cuius Syntaxis verborum edita graece est sub *Georgii Lecapeni* nomine, vt dixi supra §. IX.

περὶ μέτρων διάφορα, καὶ τὰ τοῦ Ἡφαιστίωνος. Τὰ περὶ τόνων Ἡρωδιανοῦ καὶ Θεοδοσίου, ὃ συνέτεμεν ἐν βραχεῖ. Τὰ λεξικὰ, τὰ Ἐτυμολογικὰ καὶ τἄλλα ὅσα εἰς τὰς ἀρχὰς ἀνήκει καὶ θεμέλια τῆς Ἑλληνικῆς γλώττης. Lafcaris de veris graecarum literarum [?] formis Parif. 1536. 8. vna cum Adriano Amerotio de dialectis, Ceratino de fono litterarum etc. Huius Conftantini Lafcaris epitome libri XVI. Herodiani μεγάλης προσῳδίας exftat MS. in variis bibliothecis, etiam in Iohannea huius vrbis, Κωνσταντῖνος ὁ Λάσκαρις Ἰακώβῳ Ξυμένῃ τῷ Μελιέρῳ a) μυστικῷ λογιωτάτῳ τοῦ ἀντιβασιλέως τῆς νήσου Σικελίας. Ὁ πολυμαθὴς ΗΡΩΔΙΑΝΟΣ, οὗ λόγος πολὺς ἐν Γραμματικῇ, υἱὸς γεγονὼς Ἀπολλωνίου ἐκείνου τοῦ Ἀλεξανδρέως, διὰ τὴν πενίαν ἀποδημήσας τῆς πατρίδος, εἰς τήν ποτε θαυμαστὴν ἔπλευσε Ῥώμην, τὴν κοινὴν ἑστίαν ἐπὶ τοῦ Εὐσεβοῦς b) Ἀντωνίνου αὐτοκράτορος δικαίου καὶ λογίου ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ. ὑφ᾽ οὗ φιλοτίμως ὑποδεχθεὶς, τιμηθείς τε καὶ εὐεργετηθεὶς, οὐ μόνον τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ηὔξησε διδάξαι c), ἀλλὰ καὶ πάμπολλα θαυμάσια συνέθηκε, τούτῳ d) βασιλεῖ χαριζόμενος. Μεθ᾽ ὧν καὶ τὸ περὶ τόνων, ΤΗΝ ΜΕΓΑΛΗΝ φημὶ ΠΡΟΣΩΙΔΙΑΝ, ἐκείνῳ ἐπέγραψεν ἘΝ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΕἼΚΟΣΙ, βίβλον πολύστιχον, ἣν μετὰ ταῦτα ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ ἐπιτεμὼν τόν τε ἀριθμὸν τῶν βιβλίων, τό, τε μῆκος ἐφύλαξε, διὰ τὸ μὴ οἷόν τε βραχίστην ἐπιτομὴν τὴν βίβλον δέξασθαι, καὶ μάλιστα ἐν τῷ τῆς ὀνοματικῆς e) τόνῳ, πολυποικιλτάτῳ ὄντι. Ταῦτά τοι καὶ αὐτὸς πολλάκις προθυμηθεὶς, βραχῦναι οὐκ ἐποίησα, ἵνα μὴ πάθω ταυτὸν ἐνίοις, οἳ συντεμόντες ἔδοξαν σταγόνα f) Νείλου ἀρύσαι. Τὸ δὲ ἙΚΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ συντεμών τε καὶ συντάξας κατὰ τὰς δ᾽ συζυγίας τῶν νεωτέρων, ἔπεμψά σοι. Sequitur deinde prosodia verborum, quaenam βαρύτονα et περισπώμενα fiue circumflexa, definit in his verbis: πλὴν τοῦ ἔργω ἀπὸ τοῦ ἐγείρω κατὰ συγκοπήν. Promifit Lafcaris fimiliter in Xymenis fui vfum traditurum profodiam nominum, περὶ τῶν τόνων τῶν ὀνομάτων. Et Grammatica Conftantini, et Epitome eius exftat MS. in bibl. Vindobonenfi.

VII. IANI LASCARIS de veris graecarum litterarum formis ac caufis apud antiquos. Parif. 1536. 8.

VIII. DEMETRII CHALCONDYLAE Erotemata. [Graece. Mediolani, cum Mofchopulo et Gregorio Corintho, fine l. et a. quae eft editio et princeps et rariffima. v. cel. *Panzer* A. T. II. pag. 96. et quae ego fcripfi in introd. in hiftor. L. Gr. I. pag. 43. (et pag. 145. de edit. principe Homeri, a Demetrio Chalcond. etc. curata.) De editt. Florent. et Aldina cum Chryfolora v. paullo ante ad fect. V. — erotemata Parif. ap. Aeg. Gourmont. 1525. 4. *Harl.*] — et cum Mofchopuli Syntaxi Bafil. 1546. 8. De formatione temporum ex libro Chalcondylae apofpafmation excufum femel iterumque vna cum erotematis Chryfolorae, de quibus fupra. *Fabric.* Floruit exeunte faeculo XV. et diem obiit fupremum Mediolani a. 1510. octogenario maior. Litteras graecas profeffus eft Mediolani, atque

a) Μεγιελλῖῳ c. Iriart. at λογιωτάτῳ deeft. Quae deinde defunt ampliora in cod. Matr. adnotare haud vacat. *Harl.*

b) Intellige Marcum Antoninum Philofophum, qui etiam Pius quandoque audit. Vide quae de Herodiani profodia fupra p. 10

c) διδάξας cod. Matrit. *Harl.*

d) τοιούτῳ cod. Matrit. *Harl.*

e) ὀνομαστικῆς c. Matrit. *Harl.*

f) ὕδατος τοῦ Νείλου c. Matrit. *Harl.*

atque codicum graecorum in typographicis officinis fuit corrector. Plura de eo vide ap. *Humphr. Hodium* l. c. pag. 211. sqq. *Boerner.* l. mem. pag. 181. sqq. *Freytag* adpar. litter. III. pag. 147. sq. (vbi edit. *Veneta* Chrysolorae erotemat. et ex *Chalcondylae* περὶ σχηματισμȣ̃ τῶν χρόνων aliorumque opusculorum, apud Victor. a Rabanis et socios, 1540. 8. recensetur,) *Bandin.* specim. litteraturae Florentinae, tom. II. p. 43. sq. *Saxium* Onom. II. pag. 480. supra, in vol. I. pag. 414. *Maittaire* A. T. IV. pag. 50. 93. sq. 110. sq. — Non confundendus est cum *Demetrio Cretensi*, qui Mediolani linguam docuit graecam, et Const. Lascaris gramm. graecae, Mediolani 1480. fol. graecam latinamque praemisit praefat. post ea Florentiae vna cum Demetrio Chalcondyla primam Homeri curauit editionem. conf. *Saxii* hist. typograph. Mediolanensem pag. 173. *Harl.*

IX. ALEXANDRI HELLADII, Thessali, σαχυολογία τεχνολογικὴ τῆς Ἑλλάδος φωνῆς, siue spicilegium Grammatices Graecae per quaestiones et responsiones, cum praemisso dialogo *de pronuntiatione Linguae Graecae in Europa*, prodiit graece et latine, Noribergae 1712. 8. Hic Helladius, qui etiamnum spirat florente iuuenta, pleraque repetiit ex libro recuso Venetiis apud Nicolaum Sarum 1694. 8. qui inscribitur: σαχυολογία τεχνολογικὴ κατ᾽ ἐρωταπόκρισιν τῆς γραμματικῆς τέχνης, ἐκδοθεῖσα παρὰ ΒΥΣΣΑΡΙΩΝΟΣ ἱερομονάχȣ ΜΑΚΡΗ͂, τȣ̃ ἐξ Ἰωαννίνων. Recensuit *Ioannes Abramus*, Cretensis, addiditque 1) Ammonium de differentiis vocum, 2) Τάξιν παλαιὰν καὶ ὀνομασίας τῶν ἀρχόντων, quod scriptum ad calcem Suidae et in aliis Lexicis graecis saepius prodiit. 3) Orbicii adpellationes ordinum praefectorumque militarium. 4) Τὰ τȣ̃ η σημαντικά. 5) Τὰ τȣ̃ ὡς σημαντικά. 6) Περὶ τȣ̃ ἐφελκυστικȣ̃ ν΄, ἐκ τῶν ΧΟΙΡΟΒΟΣΚΟΥ͂. 7) Ἐκ τȣ̃ αὐτȣ̃ Χοιροβοσκȣ̃ πρὸς τȣ̀ς ἐν παντὶ τοῖς ῥήματι καινότας ζητȣ̃ντας καὶ ὁμοιότητας. 8) Aurea carmina Pythagorae. Ex *Bessarionis Macre* σαχυολογία, testatur Alexander Helladius, adolescentes hodie grammatica elementa doceri, lib. de statu praesenti ecclesiae graecae pag. 85.

Grammatici Graeci adhuc inediti g).

Ammonii de acyrologia MS. cod. reg. Paris. XXIV. [conf. supra, vol. V. p. 715. not. *lll.*]

Andreae, Grammatici, de pedibus. *Labbe* bibl. noua MSS. pag. 110. [v. supra §. X. med.] Forte *Andreae Doni*, recentis admodum scriptoris, cuius grammatica αὐτόγραφος in codice Barocc. XIX. et Moschopuli schedographia manu eius scripta cod. LIII.

Anonymi plures, vt in bibl. Bodleiana cod. XIV et XXXV. Barocc. περὶ τȣ̃ πῶς συνέστη ἡ τῶν Ἑλλήνων γραμματικὴ εὕρεσις, καὶ ἐκ τίνων καὶ ποίων ἀνδρῶν τῶν παρ᾽ Ἕλλησι στοιχείων

g) Cum hoc grammaticorum ineditorum non minus quam sequenti deperditorum catalogo comparanda est commentatorum in Homerum notitia et vero nubes, tum supra in vol. I. lib II. cap. 5. p. 502. sqq. tum a *Villoisonio* prolegom. ad edit. Homeri Venetam pag. XXIV. sqq. excitata. Alia opuscula grammatica Fabric. aetate, a *Valckenario*, cum Ammonii opere de differentiis adfin. voce. a *Piersonio* cum Moeride, a *Koenio* cum Gregorio Corintho, a *Villoisonio* in anecdot. gr. tom. II. ab *Montf.* ex codd. bibl. Coislin., *Iriarto* aliisque in cat. codd gr. esse publicata, passim adnotauimus. Atque nos quamquam iis, quae Fabricius collegit et ordinauit, haud pauca adiecimus, aliorum tamen, in hoc non omnibus aeque grato iucundoque et vere sterili interdum litterarum campo industriam exercentium curis et sedulitati largam relinquere segetem, haud negamus. *Harl.*

στοιχείων εἰσαγωγὴ ἀπὸ τῆ ἀλφ γέγονεν Ἑβραϊκῦ πρώτυ στοιχείυ. Alia cod. XLV. XLVI. L. LII. LVII. LXVIII. LXXI. LXXVI.CXVI. CXIX. etc. *Fabr.* [Infinita paene vis grammaticorum rhetorumque *anonymorum* partim ineditorum colligi poteſt ex *Bandini* catal. codd. gr. Laurent. (indic. voc. *anonymi*,) ex indice catalogi cod. *Pariſ.* vol. II. ex indic. bibl. Cantabr. et Bodl. voce. *Grammat.* catal. codd. Angliae et Hibern. — ex *Lambecii* commentarii bibl. Vindob. aliisque, quos harum deliciarum cupidi ipſi conſulent, catalogis indicibusque. — Bibl. regia *Matrit.* abundat codd. opuſcc. grammaticorum, atque *Iriarte* in primo tomo, (reliqui adhuc deſiderantur,) aliquot *anonymorum*, qui de rebus grammaticis ſcripſerunt, opuſcula recenſuit, quaedam publicauit. Sic in cod. XCV. (*Iriart.* pag. 369. ſqq.) ſunt de ſyntaxi verborum, ordine litterarum, de animalium ſiue quadrupedum ſiue alitum vocibus ſylloge, (atque *Iriarte* edidit ſpecimen l. c. et vberius pag. 306. ſqq. e cod. LXXXIII.) tum pag. 372. ſqq. fol. 61. ſqq. eiusdem codicis varia, quae ad rem grammaticam pertinent, pag. 376. opuſc. de tropis, quod ab aliis Mich. Apoſtolio, ab aliis, (vt in catal. codd. bibl. reg. *Taurin.* pag. 379. cod. CCLXXIV. fol. 161.) Tryphoni adtribuitur, ſed Iriarto videtur nondum editum: pag. 377. fol. 151. ſqq. anonymi opuſc. de ſpiritibus, aliud, (quod etiam eſt in cod. CCLXI. bibl. *Taurinenſis* I. pag. 374.) de figuris, ſoloecismi ſpeciem habentibus pag. 377. et ex cod. XL. qui etiam continet multa grammatica opuſcula, pag. 146. notatur fragm. de metris: ex vtroque cod. XL et XCV. edidit *Iriart.* pag. 378. proprias quasdam ciuitatum variarum dictiones, menſiumque apud varios populos nomina. Idem *Iriarte* edidit pag. 297. et aliud pag. 315. ſq. anonym. et opuſc. de etymologia XXIV. gr. litt. pag. 314. incerti de claris montibus, fluminibus et inſulis fragm. pag. 537. ſq. deorum epitheta etc. Ex cod. *Naniano* CCCIV. in catal. codd. gr. msst. apud Nanios, pag. 510. ſimile Matrit. cod. anonymi opuſc. propria quarumdam vrbium vocabula, (ἴδιά τινα πόλεων,) pag. 510. euulgatur. Sed haec ſufficiant. *Harl.*

Apollonii, Dyſcoli, nonnulla, de quibus ſupra pag. 4. Eiusdem de paſſionibus dictionum in codice Barocc. XLV. incipit: τὰ πάθη τῶν λέξεων. Huius ſcriptoris editam ſyntaxin, vtut parum vulgo tritam, Ezechiel Spanhemius a Salmaſio tanquam optimam Hellenismi magiſtram commendatam ſibi celebrat pag. 199. b. ad Iulianum. De cognomine *dyſcoli*, forte veriſſima ratio eſt, quod [?] ſit ita dictus ob egeſtatem et vitam inopem, quae δύσκολος Graecis adpellatur, vt apud Ariſtophanem in Pluto v. 264. ψυχρὸς βίος καὶ δύσκολος.

Mich. Apoſtolii de figuris grammaticis edere voluit Allatius. Vide infra, in Herodiano.

Arcadii Grammatica libris XIX. cod. reg. Pariſ. CCCCL. Ἀρκαδίυ περὶ τόνυ τῶν ὀκτὼ μερῶν τῦ λόγυ καὶ περὶ εὑρέσεως τῶν προσῳδιῶν καὶ περὶ ἐγκλινομένων, ἐν ᾧ καὶ περὶ πνευμάτων καὶ χρόνων. MS. in codice Colbertino MMMCXXIII. *Salmaſius* epiſt. V. ad Voſſium: *Inter alia vidi Apollonii τεχνικὰ et Arcadii, grammatici, opera, in quibus, praecipue in Apollonio multa reperiuntur citata teſtimonia Alcaei, Sapphonis, Corinnae, Rhinthonis, Sophronis et aliorum, qui lingua Aeolica aut Dorica mera ſcripſere, ex quibus duabus dialectis non te latet conflatam eſſe Romanam priſcam loquelam. Fabr.* De hoc *Arcadio*, grammatico Antiocheno, v. paullo poſt in catal. grammaticorum graecorum h. v. inprimis cl. *Villoiſon* in Epiſtolis Vinarienſib. pag. 117. ſeq. vbi ex cod.

cod. *Parif.* olim regio MMCII. et cod. MMDCIII. edidit prooemium libri Ἀρκαδίȣ περὶ τῆς τῶν τόνων εὑρέσεως καὶ τῶν σχημάτων αὐτῶν, καὶ περὶ χρόνων καὶ πνευμάτων et librorum XIX. indicem, ex quo adparet, Arcadii opus nihil aliud effe, nifi Herodiani τῆς καθόλȣ ἐπιτομήν. adde eiusdem prolegom. ad Venetam Hom. Il. editionem pag. XI. *Harl.*

[*] *Thomae Magistri*, grammatica MS. Florentiae in bibl. monasterii B. Mariae et in codice regio Paris. MCCLXXXVIII. *Christoduli* de syntaxi per ordinem Alphabeti. cod. MDXXXVIII. [conf. supra, cap. 36. §. X. in hoc vol.]

Tricha, τῦ σοφωτάτυ Τριχᾶ περὶ μέτρων in codice bombycino XIV. saeculi, Florentiae in bibl. monasterii B. Mariae, teste *Montfaucono* in diario italico p. 368. *Fabric.* In bibl. *Venet.* Marc. CCLXXXIII. (catal. codd. gr. pag. 254.) — in cod. bibl. publ. *Paris.* MMDCCCLXXXI. in quo sunt nr. 9. *Trichae* synopsis inedita et versibus scripta, vbi de nouem metrorum generibus agitur; nr. 10. eiusdem ineditus libell. soluta oratione scriptus, quo idem tractatur argumentum; nr. 11. anonymi (sed *Trichae*, suspicante confectore catalogi, vol. II. pag. 564.) lib. stricta oratione scriptus ineditusque, de versibus pindaricis. *Harl.*

Tryphonis obseruatio de litera ρ΄, πῦ δασύνεται καὶ πῦ ψιλῦται in cod. Barocc. CXXV. et in bibl. Vindob. *Lambec.* V. pag. 258. [p. 544. ed. Koll.] De metris cod. LXXI. Barocc. in bibl. Bodleiana. *Fabr.* In cod. *Naniano* CCCV. (catal. codd. Nanian. pag. 514.) *Tryphon. Alexandrin.* περὶ τρόπων. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. VII. nr. 31. plut. LV. ex Tryphonis opp. de voc. et potestate ὡς et aliis nonnullis. Inc. Ἰστέον, ὅτι τὸ ὡς τριάκοντα σημαίνει. *Bandin.* catal. codd. gr. II. col. 263. animaduertit, simile quid haberi graece apud Aldum, Venetiis 1524. fol. p. 77. b. et graece ac latine ad calcem Lexici Tusani 1555. fol. — Illis in eodem cod. pauca alia succedunt περὶ ὑποτακτικῶν. — — De adfectionibus dictionum in cod. XIV. nr. 7. plut. LV. (*Bandin.* l. c. col. 279. obseruat, exstare quoque excerpta ex illo Tryphonis opusculo in calce grammaticae graecae Vrbani Bolzani, Bellunensis, Venet. apud Franc. Rampazetum 1553. 8. et initio tom. IV. Thesauri Stephan. L. Gr. et in Constantini Lascaris compendio octo orationis partium, Mediolani 1480. fol. nr. 2. vid. *Bandin.* l. c. col. 567. adde supra §. XV. 1.) in cod. XVI. nr. 3. *Tryph.* de tropis, et nr. 4. de adfectionibus dictionum, et nr. 5. (vt *Bandin.* l. c. col. 316. suspicatur,) eiusdem de pedibus et metris versuum. — cod. XXVI. nr. 2. et inter scholia in Homerum in cod. XXXII. plut. LVII. et fragmentum, in cod. XLIX. plut. LVII. de dictionum adfectionibus. (*Bandin.* II. col. 372 et 384. et 430. — In cod. X. nr. 9 et 10. de tropis et de adfection. dictionum. (*Bandin.* III. col. 390.) — In cod. *Veneto* Marc. DXII. de tropis poeticis et de vocc. adfectionibus. (cat. codd. gr. pag. 275 et 276.) — In bibl. publ. *Paris.* codd. MMVIII. MMLXXXVII. MMDLI. MMDCCCLXV. MMDCCCCXXIX. de tropis siue figuris poeticis. — In cod. Matrit. VIII. nr. 49.

et

et 50. cod. XCV. fol. 86 et 112. de passionibus vocc. et de tropis. v. *Iriart.* cat. p. 25. pag. 373 et 376. — In fragm. Stephani Byzant. edito a *Montfaucon* in bibl. Coisl. citatur pag. 285. *Tryphon* ἐν παρωνύμοις seu denominatiuis, et in alio cod. p. 597. numeratur in catalogo Grammaticorum. de tropis in cod. bibl. *Taurinens.* CCLXXIV. et de adfect. diction. cod. CCLXXI. nr. 76. v. catal. codd. gr. pag. 379 et 375. — Inter codd. *Vossianos* in cat. codd. Angl. et Hib II. p 61. nr. MMCCXI. *Tryphonis* et aliorum scripta grammatica. — ibid. nr. MMCCXXXVIII. *Trypho* de passionibus vocabulorum. — Ib. inter codd. Th. Gale nr. MMMMMDCCCCLXVI de dictionum passionibus libellus et multa alia. *Oxonii* inter codd. Barocc. nr. XLV. LXXVI. de vocc. adfectionibus. nr. LXVIII. *Tryphonis* opuscula quaedam. — nr. LXXII. *Tryph.* de metris. — Citatur ab Eustathio ad Il. ἑ. p. 556. et in scholiis *Venetis* Marc. ad Hom. Iliada γ. 122. ἐν τῷ α' ἀρχαίας ἀναγνώσεως. — In bibl. *Lipsiensi* Paullina fragm. de figuris dictionum. Multa alia scripsit critici et grammatici argumenti. A *Suida* autem voc. Τρύφων citantur *de pleonasmo dialectorum, quae sunt in aeolica lingua lib. VII. — de dialectis, quae sunt apud Homerum, Simonidem, Pindarum, Alcmanem et alios lyricos. — de dialecto Atticorum, Arginorum, Himeraeorum, Rheginorum, Doriensium et Syracusanorum. — de analogia inflexionum lib. I. — de analogia recti casus. — de nominibus comparatiuis lib. I. — de analogia monosyllaborum. — de characteribus nominum, lib. I. — de vocibus barytonis lib. I. — de verbis encliticis et infinitiuis, imperatiuis, optatiuis, et in vniuersum omnibus. — de orthographia, et iis, quae in ea quaeruntur et alia.* Citantur περὶ ἀττικῆς προσῳδίας ab Athenaeo II. cap. 13. eiusque liber secundus et tertius ab Ammonio. — περὶ ὀνομασίων ab Athenaeo IV. cap. 23. III. cap. 5. — παρώνυμα a Steph. Byzantino, voc. Ἄγνια etc. — περὶ σχημάτων, ab Etymol. M. v. Ἀργιόδους. — περὶ ἑλληνισμοῦ ab Ammonio. v. *Küster.* ad Suidae locum, tom. III. pag. 513. et *van Goens* diss. de Simonide p. 10. sq. Eiusdem *Tryphonis* περὶ ἄρθρων et προθέσεων citat *Apollonius, Dyscolus*, in syntaxi. adde supra cap. 36. §. 19. de Gregorio Corintho. supra cap. 34. pag. 150. vbi de *Tryphone* et de *Trophonio* quodam ignoto iam egi. *Trophon*, nisi vitium subsit librarii, occurrit in scholiis *Venet.* Marc. ad Hom. Il. ἑ. 289. *Harl.*

Io. Tzetzae, versus politici de pedibus et metris poeticis. in bibl. Vindob. et cod. Barocc. CXXXI. *Fabr.* *Nessel.* in catal. codd. Vindob. part. IV. pag. 145. in cod. CCC. nr. 2. et 3. inesse scribit *Ioan. Tzetzae* expositionem isagoges Porphyrii siue libros V. de quinque vocibus, versibus politicis, et epitomen artis rhetoricae Hermogenis, versibus politicis: in parte autem prima, pag. 392. in cod. CCLXXXVII. nr. 2. Tzetzae libell. de pedibus et metris poeticis. — In cod. *Florent.* Medic. VII. nr. 29. *Io. Tzetzae* de particulis encliticis. (v. *Bandin.* catal. codd. gr. II. col. 263.) — In cod. *Veneto* Marciano CCCCLXXXIII. de metris pindaricis. — In cod. bibl. publ. *Parisinae* MMCCCCXCIV. nr. 10. *Io. Tzetzae* de verbis, subiunctiuum habentibus vel non habentibus. *Harl.*

Zachariae Calliergi, compendium grammaticae. cod. LXXI. Barocc.

[*Zenodo-*

[*Zenodotus*, Φιλέτερος, (vel potius Φιλαίτερος,) de differentiis vocum animalium: in cod. *Escorial.* ap. Plüer. itiner. per Hisp. pag. 193. Illum libellum e codice *Vossiano* emendatius edidit notisque illustrauit *Valcken.* in animaduerss. ad Ammonium lib. III. cap. 18. pag. 227. sqq. conf. *Pierson.* praef. ad Moerin. pag. XLVII. sq. *Harl.*]

[*Zonaeus*, de figuris orationis, in cod. bibl. publ. *Paris.* MMDCCCCXXIX. nr. 7. *Harl.*]

Catalogus Grammaticorum Graecorum deperditorum.

Quibus etiam Indicem editorum, et ineditorum, de quibus hactenus dictum est, maioribus litteris inserui.

Cum non modo *Asclepiadis* s) Myrleani iunioris opus de Grammaticis iam pridem interciderit, constans pluribus libris, quorum vndecimum laudat vetus auctor vitae Arati; sed, quod mecum dolebis, etiam *Ioannis Ionsii* t) commentarius, quem de Grammaticis antiquis parauit, fatis viri doctissimi sit interceptus, hanc iacturam vtcumque praesenti capite resarcire, et post editos atque ineditos Grammaticos graecos etiam vnam alteramque deperditorum hoc loco centuriam referre institui, quod boni, rogo, Lector, consulas. *Fabric.* — Nullum fere saeculum feracius fuit Grammaticorum quam Ptolemaeorum, regum Aegypt. nulla vero ciuitas et schola plures protulit aluitque Grammaticos, quam Alexandrina. Ptolemaeorum aetate, (vt ait cel. *Heyne* in doctiss. atque eleg. prolus. de genio saeculi Ptolemaeorum, in eiusdem Opusc. academicis, vol. I. pag. 98. sq. multorum ingenia exercuit polyhistoria aliqua, polymathia et philologia, dictique illi *Grammatici*, quorum studia tum fuere valde clara, eorumque numerus ingens, nec fuit facile quisquam aut philosophus aut mathematicus, aut alius doctus homo, qui non esset grammaticus: adeo multa lectio, variarumque in primis priscarum rerum cognitio, in laude et honore habebatur; cui rei bibliothecae Alexandrinae copiae locum et opportunitatem fecere etc. Post Ptolemaeorum tamen tempora diu adhuc Grammaticorum familia, nisi omnes, plurimas tamen Alexandriae scholas occupasse videtur. adde cel. *Beckii* progr. de vsu scholiastarum. Lipsiae 1784. 4. in primis illius commentarios de litteris et auctoribus graec. atque lat. part. I. sect. 1. §. 24. pag. 47-75. vbi is et commodas grammaticorum criticorumque classes, atque aetates constituit, et de illorum diuersitate, meritis, laboribus librisque etc. more suo, h. e. docte et liberaliter eleganterque egit. — Multi tamen illorum grammaticorum in explicandis illustrandisque poetarum, praesertim Homeri, carminibus potissimum versabantur. Quot vero grammatici graeci omnis aetatis et cuiuscumque nationis carminum illorum emendationi aut interpretationi operam addixerint, vel ex amplissimo grammaticorum et commentariorum de Homero aut in Homerum catalogo supra in vol. I. pag. 502. sqq. contexto, et ad quem deinceps tantum paucis ablegabimus lectores, potest cognosci. Ibidem iam adnotatum est, quot nomina grammaticorum ex scholiis demum graecis Venetis in Homerum innotuerint, quorum magnam partem cel. *Villois.*

s) Vide, quae *Ionsius* lib. 2. de scriptoribus hist. philosophicae c. 17.

t) Opus de Grammaticis promittit *Ionsius* p. 210. et alibi.

Villoiſ. in prolegomen. ad Homeri Iliada p. XXVII. ſqq. excitauit. Adde indicem auctorum, in ſcholiis illis memoratorum, ſupra in vol. I. pag. 444. ſqq. Inſuper *Eudocia* in violario, in *Villoiſonii* anecdotis gr. tom. I. ſecundum ordinem litterarum permultos nominauit Grammaticos; item *Meurſius* in bibliotheca graeca et bibliotheca attica, in Gronouii theſauro antiquitat. graec. vol. X. pag. 1191. ſqq. et 1398. ſqq. ed. Venet. His aliisque ſubſidiis, mihi notis, vſus catalogum quidem Fabricianum pro viribus amplificaui; at tamen ei, qui vel vetera ad auctores ſcholia vel alia ſcripta grammatica edita ineditaque, (quae equidem nec conſulere potui nec memorare,) atque omnium criticorum praecipue Salmaſii, Hemſterhuſii, Ruhnkenii etc. notas in vett. auctores aut in aliis libris ſparſas diligentius perſecutus eſt, aut tantum perluſtrauit, aut piſtrino illi operam addicturus eſt, me largam reliquiſſe ſegetem, et multorum nomina memoriam oculosque effugiſſe, lubenter confiteor, neque laudi hominis illius adſidui gloriaeque inuideo. *Harl.*

Abron, Phryx, ſiue Rhodius, ex ſeruo manumiſſus, diſcipulus Tryphonis, grammatici, Romae grammaticam et rhetoricam docuit, ſuppar Auguſti imp. temporibus. De eo Suidas. [*Eudocia*, pag. 62. anonymus in notitia veterum grammaticorum, in cod. Matrit. apud *Iriart.* p. 314. cat. Ab illo diuerſus eſt *Abron*, Calliae filius, Atheenienſis, (apud *Voſſium* de hiſtor. graecis III. pag. 314. collato tamen *Ruhnken.* ad Timaei lexicon pag. 110. de eo, quod dicitur ἐξηγητής, *ſacrorum religionumque interpres*,) qui ſcripſit περὶ αὐτωνυμίας, περὶ παρωνύμων et περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν. v. *Meurſ.* bibl. atticae, lib. I. h. v.] Citatur ab *Apollonio* in Syntaxi, et ab auctore Etymologici, apud quem in Ὀμοκλήσασκεν, male Ἄμβρων pro Ἄβρων.

[*Achilles*, citatur inter grammaticos in cod. gr. a *Montfauc.* in bibl. Coiſlin. edito p. 507. *Harl.*]

[*Adraſtus*, Montfauc. l. c. *Harl.*]

Aegialei, grammatici, qui Archelai diſputationi cum Manete interfuit, mentio apud Epiphanium tom. I. pag. 627. Sed is in Actis ipſis Archelai, a Zaccagnio editis, pag. 23. *archiater nobiliſſimus* adpellatur.

[?] AELIVS DIONYSIVS, et *Aelius Serenus.* Infra in Sereno et Dionyſio.

[*Aetherius*, Apameenſis, ſcr. de vocalibus ancipitibus, auctore quodam gr. a *Montfaucon* in bibl. Coiſlin. pag. 597. edito, ſub fin. *Harl.*]

Agallis ſiue *Anagallis*, Corcyraea grammatica, de qua praeter *Athenaeum* Suidas in Ὄρχησις et Ἀναγ.

Agallias, Corcyraeus, Ariſtophanis, grammatici, diſcipulus, citatus [in ſcholiis Venet. Marc. vbi dicitur Ariſtophani γνώριμος,] in ſcholiis minoribus et ab Euſtathio ad Il. Σ. 490.

[*Agapetus*, grammaticus, in cod. gr. a *Montfauc.* edit. l. c. *Harl.*]

Agatho, Samius, de quo Meurſius in bibl. graeca.

Agathocles, citatus in ſcholiis ad Apollon. Rhodium, Etymologico Magno, Euſtathio etc. [in ſchol. *Venet.* ad Homer. I. 591.]

Agreſphon, qui de homonymis ſcriptoribus librum compoſuit. Suid. in Ἀπολλώνιος.

Alexander, Aetolus, ex Pleurone, Aetoliae oppido, temporibus Ptolemaei Philadelphi clarus, de quo dixi lib. 2. cap. 19. [vol. II. pag. 283. adde *Eudoc.* pag. 62. *Brunck* lect. ad anal. gr. poet. vol. III. pag. 98. ſeq. ſupra, in vol. IV. pag. 460.]

Alexander,

Alexander, Cotyaeus, polyhiſtor, de quo lib. 4. [cap. 32. pag. 17. ſeq. in hoc. vol.] ad Orationem XII. Ariſtidis, qui eum defunctum elogio celebrauit. [ſupra, vol. I. p. 503.]

Cornelius Alexander, Mileſius, polyhiſtor et ipſe cognomento, priore antiquior, Cratetis, grammatici, diſcipulus. Vide Suidam, [Eudociam,] et quae ſupra lib. 3. [cap. II. vol. III. pag. 55.] vbi varios Alexandros recenſeo.

Alexarchus, grammaticus, qui ſe ipſum ſolis imagine effingi curauit, teſte Ariſtone, Salaminio, apud Clementem Alex. pag. 36. protreptici.

Alexio ſiue *Alexander*, Myndius, de quo viri docti ad Laërtii lib. 1. cap. 29. [*Villoiſon* prolegg. pag. 30. ſchol. ad *Theocrit.* VII. 57. ſaepe in ſcholiis Venet. ad Homer. Il. v. ſupra in vol. I. pag. 444.]

Amarantus, Alexandrinus, cuius commentarius ad Theocritum laudatur in Etymologico magno. Liber περὶ σκηνῆς ab Athenaeo.

Ambryon, quem περὶ Θεοκρίτȣ laudat Laërtius V. c. 11.

Amelesagoras, citatus a ſchol. Euripidis ad Alceſt. 1.

Amerias, Macedo, de quo *Meurſius* in bibl. graeca. [*Warton.* ad Theocr. I. p. 137.]

Ammonianus, Syriani, philoſophi, propinquus, de quo Suid. in Ὄνος λύρας. et Ἀμμωνιανός. Damaſcius apud Phot. [ſupra, vol. I. pag. 503.]

AMMONIVS, praeceptor Socratis, Scholaſtici, auctor libri περὶ ὁμοίων λέξεων, de quo dixi lib. 4. cap. 29. §. 15. [vol. V. pag. 715.]

Ammonius, Ammonii F. Alexandrinus, clarus ante Auguſti, imp. tempora, de quo dictum a me eodem loco, [pag. 712. ſupra ad vol. I. p. 503. *Harl.*] Idem forte Tryphonis, grammatici, de quo infra, pater.

Andrantus, de quo *Athenaeus* lib. XV. pag. 673.

[*Anaxarchus*, ſupra, vol. I. pag. 503. *Harl.*]

ANDREAS DONVS. Supra inter grammat. ineditos h. v.

Andromachus, philologus, gener Homeri, tragici, maritus Myronis. [*] Suid. in Μυρώ. Eius Ἐτυμολογικά, ſchol. minor. [et Venet. Marc.] ad Iliad. N'. 130. [v. *Valeſ.* de critica cap. 5. pag. 153.] Alius *Andromachus*, Syrus, Sophiſta, de quo Suid. in Ἀνδρόμ. Ne memorem hoc loco *Andromachos*, medicos, de quibus infra, libro VI.

[*Andronicus*. ſupra vol. I. pag. 503. *Harl.*]

[*Anicetus*, Euſtath. ad Odyſſ. VI. pag. 567. lin. 43. ed. Baſil. *Alciphron.* lib. I. epiſt. 28. ibique *Bergler.* pag. 114. *Harl.*]

Anteros, Alex. infra in Apollonio. [*Eudoc.* pag. 62.]

[*Antigenes*, citatur ab Apollonio ſoph. in lex. homer. ſed *Villoiſonio* in prolegg. ad illud lexicon pag. XX. ſeq. legendum videtur Ἀρχιγένης. *Harl.*]

Antimachus, Colophonius, grammaticus et poeta, de quo Kuſterus ad Suidam conſulendus. [ſupra, vol. I. pag. 503.]

[*Antiſthenes*. v. in vol. I. pag. 503.]

[*Antodorus*, Cumaeus, in ſchol. Venet. Marc. ad Hom. Il. Ψ. 38. 63. et 639. v. *Villoiſon* prolegg. ad Homeri Il. pag. XXX. ſub finem. Alibi vocatur *Autodorus*, vide infra h. v. *Harl.*]

Apellico, Teius, φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος, quem Ariſtotelis et Theophraſti libros ex veteribus exeſis codicibus transſcripſiſſe in noua exempla, ſed parum feliciter ſub-

inde suppleuisse arguit *Strabo* XIII. pag. 609. adde *Athenaeum* V. pag. 214. *Suidam* in Ἀπελλικῶν, et quae dixi lib. 3. [cap. 8. vol. III. pag. 466.]

Aper, ex Aristarchi schola, Romae docuit, Didymum frequenter perstrinxit, discipulum habuit Heraclidem, Ponticum. Suid. in Ἡρακλείδης.

APION, Plistonices, cognomento μόχθος siue labor, discipulus Didymi, Anterotis, grammatici praeceptor. Suid. in Ἀντέρως et Ἀπίων. Vide scriptores a me laudatos lib. 2. cap. 5. et lib. 4. c. 6. §. 6. vbi de libris Flauii Iosephi aduersus hunc Apionem. Eius glossae Homericae MSS. in codice Barocc. CXIX. in bibl. Bodleiana. *Fabric.* Sed confer, quae scripsi supra, ad vol. I. pag. 503. seq. et nomen male scribi cum duplici ππ. *Appionem*, *Villoison* in prolegg. ad Apollonii lexic. homer. pag. 6. not. obseruat, multosque, qui de Apione scripserunt, laudat viros doctos. *Harl.*

Apollinaris, Laodicenus Syrus, de quo infra inter poetas christianos; Grammaticus dicitur a Suida in Ἀπολλινάριος.

Apollodorus, Atheniensis, Asclepiadis F. discipulus Aristarchi, grammatici, de quo supra lib. 3. cap. 27. *Fabr.* Vol. III. pag. 296. vbi v. de eius opere deperdito γλώτταις, *Eudoc.* pag. 63. et *Villois.* in prolegg. ad Homeri Il. pag. XXIX. med. atque de hoc Apollodoro et sequenti, in prolegg. ad Apollonii lexicon homeric. pag. XXIII. seq. supra in vol. I. pag. 504. vbi quoque de *Apollonio Charidos* vel rectius *Chaeridos*, de *Apollonio* et *Dyscolo*, et *Tyaneo* et *Molonis* filio. *Harl.*

Apollodorus, Cumanus, de quo ibidem [p. 298. sqq.] vbi varios Apollodoros recenseo.

Apollodorus, Cyrenaeus. Suid. in Ἀντικρυς.

Apollonius, Alexandrinus, *Archebuli* siue *Archebii* pater, an filius, Augusto imperitante clarus. *Fabr.* De hoc *Apollonio*, sophista, eiusque lexico homerico, primum a Villoisonio, dein a Tollio edito, iam pluribus egi supra ad vol. I. pag. 505. sq. Hic addatur, *Bocchum Slothouwerum* in vtramque editionem scripsisse animaduerss. et Apollonii emendationes in *Tirocinio critico* in vett. auctores graecos, praesertim Orpheum, Scylacem et *Apollonium*. Leoward. 1792. mai. 8. pag. 57. sqq. *Harl.*

Apollonius, Alexandrinus, alio nomine *Anteros*, qui Claudii temporibus Romae docuit, praeceptor Apionis Plistonicae. De hoc et superiore dixi lib. 3. cap. 21.

APOLLONIVS, Alexandrinus, cognomine dyscolus, clarus temporibus Hadriani et Antonini Pii, de cuius syntaxi et libris mirabilium dixi supra pag. 2. seq. de ineditis scriptis pag. 4. et 41. 42. de deperditis p. 5. *Fabr.* Apollonius de paronymis, schol. Venet. ad Hom. Il. α'. 508. sed de illo eiusque scriptis, a scholiaste Homerico citatis, v. quoque *Villois.* prolegg. ad Hom. pag. XXIX. et supra in indice etc. vol. I. pag. 444. *Harl.*

Apollonius, Myndius. Stephanus Byz. in Μύνδος.

[⁋] *Apollonius*, Nysaeus, cuius Strabo meminit lib. XIV. pag. 650.

APOLLONIVS, Rhodius, grammaticus et poeta, praeceptor Asclepiadis senioris Myrleani, praefectus bibliothecae Alexandrinae, tempore Ptolemaei Philadelphi, quo in munere successorem habuit, teste Suida, Aristonymum. De eius scriptis fuse dictum a me est libro 3. cap. 21.

MICH. APOSTOLIVS. supra pag. 45. et lib. 4. c. 11. §. 9. [vol. V. pag. 110. seq.]

Aquila,

[*Aquila* (Ἀκύλας) grammaticus et muſicus dicitur ab *Eudocia* pag. 62. et *Suida* I. p. 97. *Harl.*]

ARATVS, poeta, Manecratis, grammatici, auditor, grammaticis et ipſe accenſendus vel propter διόρθωσιν Odyſſeae Homericae, de qua dixi lib. 2. cap. 2. §. 19. De aliis eius ſcriptis lib. 3. cap. 20. [vol. V. pag. 87. ſqq.]

ARCADIVS, Antiochenus, qui, Suida [et Eudocia] teſte, ſcripſit περὶ ὀρθογραφίας, περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν, et ὀνομαστικὸν, quod ille praeclarum et admirandum adpellat. Eius ineditos adhuc libros XIX. memoraui ſupra in cat. grammatic. ineditor. h. v. De Orthographia praeter Arcadium ſcripſere Apollonius Dyscolus, [Ioan. Charax,] Choerobofcus, Didymus, Draco, Eudaemon, Herodianus, Hyperechius Alexandrinus, Orus, Pamphilus, [Philoponus,] Soterides, [Theodoſius,] Theognoſtus, Tryphon et Tyrannio. [v. quos e cod. gr. nominat *Montfaucon* in bibl. Coislin. pag. 597. *Harl.*] *Arcadii* librum περὶ τόνων MS. laudat Salmaſius de modo vſurarum pag. 256.

Archias, Alexandrinus. Suid. in Ἐπαφρόδιτος. *Fabr.* v. *Villoiſon* proleg. ad Apollonii lex. homer. pag. XX. ſupra in vol. I. pag. 506. *Harl.*

Archibius, Apollonii F. vel pater, qui ἐξήγησιν Epigrammatum Callimachi ſcripſit. Suid. *Fabr.* et Eudoc. pag. 64. ſupra ad vol. I. pag. 506. *Harl.*

Archibius, Ptolemaei F. Leucadius, ſiue Alexandrinus, qui Traiani tempore docuit Romae. id.

[*Archilochus.* Aliquoties quidem tamquam criticus vel grammaticus commemoratur. Sed loca, vbi nomen eius occurrit, vel eſſe corrupta, et *Ariſtarchum* ſubſtituendum, vel male intellecta, et de nomine verſuque poetae, non grammatici cuiusdam, explicanda, acute docet *Ruhnken* in praef. ad Heſychii lexic. vol. II. pag. VII. *Harl.*]

[*Archigenes.* Euſtath. ad Odyſſ. 1397, 5. Confundi cum eo videtur *Antigenes.* v. paullo ante, h. v. *Harl.*]

[*Archimedes*, Trallianus. ſupra in vol. I. pag. 506. Add. *Mongitor.* bibl. Sicula tom. I. pag. 83. *Harl.*]

[*Aretades.* Citatur in ſcholiis Marcianis ad Homer. Il. v. *Villoiſon* proleg. ad Homer. pag. XXX. fin.

[*Argyrus.* v. ſupra inter inedit. gramm. gr. h. v. *Harl.*]

[*Ariſteas*, cum aliis grammaticis de accentibus, in ſcholiis *Marcian. Venet.* ad Il. N. 137. *Harl.*]

ARISTARCHVS, Samothrax, clariſſimus e diſcipulis Ariſtophanis, grammatici, Alexandriae docuit, inſtituitque filium regis Ptolemaei Philometoris, aemulus Cratetis, grammatici Pergameni, cum quo contendit Pergami. Diſcipulos grammaticos habuiſſe circa XL. atque vltra DCCC ὑπομνήματα *u*) ſiue commentarios reliquiſſe refert Suidas, qui teſtatur, in Cypro inſula obiiſſe annos natum LXXII. Diſcipuli ſcholaeque ſucceſſores eius Ariſtarchei adpellantur, vt Aper, Ariſtis, Ariſtodemus, Demetrius Ixion, Demetrius Scepſius, Dicaearchus Lacedaemonius, Menander, Mnaſeas, Pam-

 philus,

u) In ſchol. ad *Theocrit.* X. 8. citatur *Ariſtarchus* ἐν ὑπομνήματι Λυκούργου Αἰσχύλου. *Harl.*

philus, Satyrius, Hellanicus, Menecrates, Nysaeus, Moschus Syracusius, Ptolemaeus, Pindarion et Epithetes; filii Aristarchus et Aristagoras. De eius emendatione poematum Homeri dixi lib. II. cap. 2. §. 18. [vol. I. pag. 365. seqq. add. pag. 506] De aliis eius scriptis videndi *Meursius* in bibl. graeca, *Ionsius* etc. [v]). Confer etiam de [⁋] Aristarcho *Menagium* c. 25. Anti Bailleti. Aristarchi, grammatici, Canonum thesaurum MS. memoraui supra in catal. grammatic. gr. inedit. h. v. Alii *Aristarchi* fuere 1) Samius, mathematicus, de quo lib. III. [18. vol. IV. pag. 18. sqq.] 2) Tegeates, tragicus, de quo lib. II. c. 19. 3) Medicus reginae Berenices memoratus *Polyaeno* VIII. 50. 4) Byzantii praefectus apud *Xenophontem* VII. de expedit. Cyri pag. 3,8. 5) Alexandrinus Ὀνειροκριτικῶν scriptor, *Artemidor.* IV. 25. 6) Sicyonius, quo se vsum Plinius maior profitetur libro V. hist. nat. 7) *Aristarchus* ὁ τῶν Ὀλυμπιάδων ἐξηγητὴς interpres antiquitatum Olympicarum, qui, mercede conductus, Pausaniam circumduxit, a quo laudatur in Eliacis prioribus pag. 428. 8) *Aristarchus* chronographus, cuius epistolam ad Onesiphorum, primicerium, de situ Athenarum et gestis ibidem apostolorum tempore, laudat Hilduinus, non maximae fidei scriptor, in Areopagiticis, epistola ad Ludouicum, imp. Puto hanc epistolam a sutoribus fabularum suppositam esse Aristarcho, qui comes apostoli, Pauli, fuit Actor. XXVII. 2. Coloss. IV. 10. a Pseudo Dorotheo autem adscribitur LXX. discipulis, et Apameae Syriae episcopus fuisse traditur, quem faciunt alii aeque incerta fide episcopum Thessalonicae. 9) *Aristarchus*, Ephesi tyrannus, de quo Suid. 10) Orator Ambraciotarum, qui Olympiad. CXI. 2. ciuibus suis persuasit, vt praesidium Philippi Macedonis vrbe eiicerent, teste *Diodoro Sic.* XVII. pag. 488.

Aristas, Aristodemus, Aristocles grammatici memorantur *Varroni* libro IX. de lingua Latina.

Aristis, discipulus Aristarchi. Suid. in Ἐρατοσθένης.

Aristocles, Rhodius, Augusti, imp. tempore clarus grammaticus et rhetor, cuius περὶ ποιητικῆς laudat Ammonius in Ἐπικήδιος. Vide *Meursium* de Rhodo II. 6. qui alios *Aristocles* recenset in bibliotheca graeca et ad Aristoxenum p. 145. seq. *Aristoclis*, grammatici, meminit etiam *Varro* libro IX. de lingua lat.

Aristodemi duo Nysaei, quorum mentionem facit *Strabo* lib. XIV. pag. 650. narrans, alterum Menecratis, grammatici, (de quo infra.) fuisse filium, alterum, qui magni Pompeii libros erudiit, mane rhetoricam, pomeridianis horis grammaticam docuisse. Ex his alterum in testimonium videtur vocare *Varro* loco laudato, [⁋] et Plutarchus parallelis minoribus, μυθικὴν Aristodemi laudans συναγωγήν. Etiam apud *Parthenium* in eroticis c. 8. legendum Ἀριστόδημος ὁ Νυσαεὺς ἐν πρώτῃ ἱστοριῶν, vt recte *Vossius* de hist. graecis, non vt Meursius in bibl. graeca, ὁ Νικαεύς.

v) Sic in scholiis *Venet.* Marcianis ad Hom. Il. citatur Aristarchus ἐν τῷ πρὸς Φιλητᾶν συγγράμματι' ἐν τοῖς πρὸς Κωμανόν. Scripsit praeterea σχόλια Ἡσιόδου. v. *Ruhnken* praef. ad Hesych. II. pag. VII. vbi quoque demonstratur confusio nominum *Aristarchi* atque *Archilochi.* De Aristarcho multus est *Villois.* in prol. ad Homeri Il. p. XXVI - XXIX. Add. eumdem in prolegg. ad Apollonii lex. hom. p. XV. et M. *Christ. Laur. Matthesii* disp. de Aristarcho, grammatico. Ienae 1725. 4. qui §. II. seqq. alios Aristarchos, e Fabricio potissimum, excitat, iisque adiungit *Aristarchum*, Theodectae patrem, apud Plutarch. περὶ φιλαδελφίας pag. 478. et *Aristarchum*, Tarsensem, Asclepiade antiquiorem, ex Fabriciano ad Aetii opera indice, lib. V. cap. 23. bibl. gr. *Harl.*

ὁ Νικαεὺς [w]). Ab horum priore forte non diuersus *Aristodemus*, *Alexandrinus*, (ita dictus non a patria, sed quod Alexandriae docuit,) Aristarchi discipulus, in scholiis ad Pindarum et Athenaeo laudatus, qui in Pindarum scripsit.

Aristodemus tertius iunior, a quo Epitomen τῆς καθόλȣ Herodiani scriptam testatur Suidas in Ἀριςόδ. De aliis Aristodemis, Cario, Eleo, et Thebano *Meursius* in bibl. graeca et *Vossius* lib. 1. de hist. graecis cap. 21. De Aristodemo, Atheniensi, tragico, dixi lib. II. cap. 19. De *Aristodemo*, Spartiata, viri docti ad Laertium lib. I. cap. 31. Omitto *Aristodemum* Cumanorum tyrannum, de quo *Liuius* II. 34. Alium iterum, regem Messeniorum, de quo Pausanias in Messeniacis, et *Aristodemum* ex Herculis posteris, Eurysthenis et Proclis, geminorum, parentem, de quo *Apollodorus* in bibl. [v. cl. *Heyne* ad Apollod. II. pag. 510. *Aristodemum* denique, pontificem templi Dianae, cuius meminerunt fabulosi scriptores, Iacobus de Voragine ac Petrus de Natalibus.

Aristonicus, Alexandrinus, qui scripsit de notis criticis in Homero et Hesiodi Theogonia, et de iis, quae apud Homerum ἀσύντακτα siue a communi constructione abhorrentia occurrunt libros VI. Vide Suidam in Ἀριςόνικος, ibique Küsteri notas, [Eudoc. p. 64.] et *Meursium* in bibl. graeca. *Fabr.* Vide finem rhapsod. Homer. quartae etc. *Strabon.* I. pag. 65. A. ed. Almel. qui eum dicit grammaticum suae aetatis, et citat ἐν τοῖς περὶ τῆς Μενελάȣ πλάνης· adde supra in vol. I. p. 507 et 365. not. *Villois.* prol. ad Hom. pag. 18. *Harl.*

Aristophanes, Byzantius, Callimachi, Zenodoti Ephesii, Dionysii Iambi, Euphronidae Corinthii siue Sicyonii et Eratosthenis discipulus, praeceptor, grammatici, Aristarchi, praefecturam gessit bibliothecae Alexandrinae [x]) regnante Ptolemaeo Philadelpho, vt narrat *Vitruuius*, quem vide praefat. libri VII. De eius διορθώσει poematum Homeri dixi lib. 2. cap. 2. §. 17. quemadmodum de Ἀττικαῖς λέξεσι et γλώσσαις Λακωνικαῖς lib. IV. c. 36. de epitome librorum Aristotelis de animalibus lib. 3. c. 5. §. 16. et de animaduersionibus in Callimachi πίνακας lib. 3. c. 17. Alia eius scripta referuntur a *Meursio* in bibl. graeca, *Ionsio* de scriptoribus hist. philosophicae, et *Küstero* ad Suidam. [add. *Eudoc.* pag. 64. supra in vol. I. pag. 507. *Harl.*

Aristoteles, grammaticus, περὶ πλεονασμȣ̃ memoratus *Laërtio* V. 35.

Artemidorus, Pseudo-Aristophanius, de quo dixi lib. IV. c. 15. vbi varios Artemidoros recenseo. [v. vol. V. pag. 263.]

Artemidorus, Ascalonita. ibid.

Artemidorus Capito, sub Hadriano, imp. ibid.

Artemidorus,

w) *Aristodemus*, *Nysaeus*, ῥήτωρ τε ἀλλὰ καὶ γραμματικός, in schol. *Venet.* Marc. ad Hom. Il. I. vers. 453. conf. *Villois.* prol. ad Hom. p. XXXIX. Scholiast. ad *Euripid.* Phoeniss. v. 1120 et 1126. atque ad priorem locum *Valcken.* not. pag. 732. A scholiaste ad Theocr. VII. 103. dicitur *Aristodemus* ὁ Θηβαῖος, et a Suida in Ὁμολώιος Ζεὺς citatur Ἀριςόδημος, (sic enim loco *Aristophanis* legere iubet *Doruill.* in nou. miscell. tom. III. p. 159.) ἐν δευτέρῳ Θηβαϊκῶν· in quo is opere, vt suspicatur *Valcken.* l. c. templorum, altarium, statuarum, portarumque inscriptiones potissimum explicuerat, quod Θηβαϊκῶν ἐπιγραμμάτων titulo citat schol. Apollon. II. 906. schol. in Eur. Phoen. v. 162. Ἀριςόδημος ἐν τοῖς Θήβαις. Denique Valcken. notat, in *Mich. Apostolii* farragine, centur. XXVIII. prou. 42. Ἀριςόδημον *rerum Thebanarum scriptorem* in Χρησόδημον esse transformatum. *Harl.*

x) Addendus praefectis bibl. Alex. quos recenset Ionsius pag. 102.

Artemidorus, Tarsensis, cuius meminit *Strabo* XIV. pag. 675.

Asclepiades, Diotimi F. Myrleanus siue Apamecnsis, Bithynus, genere Nicaeensis, ex Apollonii, Rhodii, schola Romae clarus tempore Pompeii magni, de cuius scriptis ad Chalcidium *Meursius* pag. 25. seq. et *Ionsius* lib. II. de scriptoribus hist. philosophicae c. 10. pag. 167. seq. Hic est, qui scripsit φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικὰ, teste Suida [et *Eudoc.* pag. 64.] Asclepiadem quoque Myrleanum alium iuniorem facit *Ionsius* II. 17. qui de grammatica scripserit post Dionysium, Thracem, quem castigauerit teste Sexto Empirico. At enim *Sextus* lib. 1. c. 12. contra grammaticos, Asclepiadis quidem sententiam de partibus grammaticae diuersam a sententia Dionysii, Thracis et post illam refert, sed Dionysium, ab Asclepiade memoratum et confutatum, non indicat. Itaque idem forte hic fuerit cum superiore, et qui opus illud praeclarum de grammaticis scripsit, quod intercidisse inprimis dolendum est. *Fabr.* Conf. *Groddeck* in: Biblioth. der alten Litterat. und Kunst, part. II. pag. 71. not. *Athen.* lib. XI. cap. 12. pag. 490. A. B. ed. Casaub. in opinionem adducit, Asclepiadem illum siue seniorem, siue, quem Ionsius distinguit, iuniorem scripsisse quoque ζητήματα et λύσεις poëticas, aut potius homericas. *Harl.*

[*Asclepius*, iunior, de quo v. supra lib. I. cap. 2. §. IX. vol. I. pag. 12. *Harl.*]

Astyages, grammaticus, Suida [et Eudoc. pag 64.] teste scripsit τέχνην γραμματικήν· περὶ διαλέκτων· περὶ μέτρων· κανόνας ὀνοματικοὺς, et commentarium in Callimachum, poetam.

ATHENAEVS, Naucratita, de quo abunde dixi lib. 4. c. 25. [vol. V.]

[*Athenocles*, item *Athenodorus*. supra in vol. I. pag. 507. *Harl.*]

Autodorus, Cumanus. In MS. Theodosii ad Dionysium, Thracem, commentario: Αὐτόδωρος δέ τις Κυμαῖος συγγραψάμενος λέξιν, ἐπέγραψεν· Αὐτοδώρου Γραμματικοῦ λέξις. *Fabr.* V. supra voc. *Autodorus*, *Villoison* anecd. gr. II. p. 173. not. *Georg. d'Arnaud* in Theodosii loco pro *Autodoro* substituendum esse censuit nomen *Apollodori*, qui etiam et Cumanus et grammaticus dictus esset: atque *Burmann.* II. in nota ad *Valesii* libr. de critica pag. 146. illam maxime probat coniecturam. *Harl.*

[*Auxonius*, ab anonymo in codice Coislin. de artium et disciplinarum inuentoribus apud *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 597. inter grammaticos enumeratur. *Harl.*]

Basilides, cuius ἐξηγητικῶν librum XXIII. citat *Clemens Alex.* IV. pag. 506. haereticus fuit, et a Meursio in bibl. graeca confunditur cum grammatico, *Basilide*, cuius περὶ Ὁμηρικῆς λέξεως citat Etymolog. Magnum in Ἀρίζηλος, vbi a Cratino quodam illud opus in compendium missum refert.

S. BASILII, nomine editum scriptum περὶ γραμματικῆς γυμνασίας, et Grammatica ipsi tributa. Vide supra pag. 35 et 43.

Caianus, Arabs, sophista, cuius libros quinque περὶ συντάξεως Suidas memorat. [v. supra pag. 125. h. v.]

IO. BOTANIOTA. supra pag. 45.

MANVEL CALECAS. supra pag. 46.

ZACHARIAS CALLIERGVS. pag. 48.

[[¶] CALLIMACHVS, grammaticus et poeta, de quo vide, si lubet, quae supra lib. 3. c. 17.

Callistratus,

Callistratus, a Suida subinde laudatus. [vid. supra, vol. I. pag. 507. seq. vbi quoque de *Callisthene. Harl.*

[*Casius* et *Cato.* supra, vol. I. pag. 508. *Harl.*]

[*Castor*, Rhodius, op. de metris, rhetorum propriis, in cod. bibl. publ. *Paris.* MMDCCCCXXIX. vide supra pag. 126. in hoc vol. *Harl.*]

Chaeris, laudatus in scholiis ad Pindarum et Aristophanem. Diuersi ab hoc *Chaeris* tibicen aliusque citharoedus, de quibus eadem ad Aristophanem scholia: et *Chaeris*, Corcyraeus, poeta antiquissimus, cuius meminit Demetrius Phalereus apud Tzetzam prolegom. ad Lycophronem. *Fabr.* Vide supra, in vol. I. pag. 508. et *Villois.* prolegg. ad Homeri Il. pag. XXIX. sub fin. qui docet, male interdum scribi Χαῖρεν aut Χαῖριν. Apollonius Ὁ ΤΟΥ͂ ΧΑΊΡΙΔΟΣ apud schol. Aristophan. ad Vesp. 1190. *Harl.*

Chamaeleon, de quo Meursius in bibl. graeca. *Fabr.* Conf. in vol. I. pag. 508. adnotata et plura in disp. de Simonide, praeside *Lykl. Mich. van Goens*, a *Petr. Ger. Dukero* ventilata, Traiecti ad Rhen. 1768. 4. pag. 4. sqq. — De *Io. Charace* vide supra pag. 468. h. v. tum cat. ineditor. grammat. gr. et a *Meursio* in bibl. graeca voc. *Charax* in medium prolata. *Harl.*

Charon, Apollonii, Rhodii, discipulus, cuius librum de historiis, quas adtigit Apollonius, memorat Scholiastes illius grammatici ac poetae.

Chrysippus, philosophus, de quo lib. III. c. 10. [vol. III. p. 546. seqq.] dixi, varia etiam grammatica scripserat, quae memorat *Laërtius* V. 192. seq.

DEMETRIVS CHALCOCONDYLAS, de quo supra pag. 40.

GEORGIVS CHOEROBOSCVS, cuius inedita retuli supra p. 42. seq. edita p. 13. 14. 41.

CHRISTODVLI, alio nomine Thomae Magistri, syntaxis MS. supra pag. 47. 48.

DEMETRIVS CHRYSOLORAS, de quo pag. 41.

EMANVEL CHRYSOLORAS, de quo pag. 38.

Claudius, Didymus, infra in Didymo.

[*Cleanthus*, supra in vol. I. pag. 508. sq. *Meurs.* in bibl. gr. h. v. *Harl.*]

[*Clearchus*, ἐν γλώσσαις citatur. vide pag. 127. huius vol. *Harl.*]

Clemens, Etymolog. in Ζάλη et Suidae subinde laudatus.

[*Clidemus. Meursius* in bibl. gr. h. v. et *Valcken.* ad schol. *Euripid.* Phoeniss. p. 647. vbi monet, *Clidemum* in *Exegetico*, (ab *Athenaeo* IX. pag 409. F. etc. citato,) sacrorum ritus et caerimonias explicuisse, non quasuis voces obscuras instar lexicographi, quod *Casaubon.* arbitrabatur in animadu. ad Athen. pag. 697. 698. — *Valck.* ibid. p. 683. *Harl.*]

[*Clitarchus*, glossographus et historicus. *Meursius* in bibl. gr. h. v. *Harl.*]

Comanus. Supra pag. 7. [et in vol. I. pag. 509.]

CONON, cuius διηγήσεων argumentum seruauit *Photius* cod. CLXXXVI. De illo *Tho. Galeus* in diss. scriptoribus hist. poeticae praemissa cap. 8. [supra, vol. IV. pag. 25. *Saxii* Onom. I. pag. 180. seq. *Harl.*]

Cometas, grammaticae doctor CPoli sub Michaele, Theophili F. de quo continuator Theophanis pag. 118. Hic est, de cuius interpunctione poematum Homeri dixi lib. 2. c. 2. §. 21.

CONSTANTINVS LASCARIS, de quo ſupra pag. 39.

CORINTHVS, de dialectis. vide ſupra pag. 14. 15. 35. 44. et lib. IV. c. 36. §. 19.

Corinthus, grammaticus graecus, quem memorat Auſonius in Profeſſoribus Burdegalenſibus.

Crates, Mallotes, grammaticus Pergamenus, Ariſtarchi aemulus, de quo lib. 3. cap. 10. [vol. III. pag. 558.] et de eius διοϱθώσει Homerica, a qua Homerici et Critici cognomen tulit, lib. 2. c. 2. §. 20. [it. in vol. I. pag. 509. *Valcken.* ad ſchol. Euripid. Phoeniſſ. pag. 608. vbi in ſchol. ad Ariſtoph. Equit. 509. ὥτως ὁ ΚΡΑ'ΤΗΣ (n. noſter grammaticus) corrigit pro: ὥτω Σωκϱάτης. *Harl.*

Cratinus, de quo paullo ante in Baſilide.

GEORGIVS CVRTESIVS, de quo ſupra pag. 44.

[*Cynaethon* aut *Cinaethus*. ſupra in vol. I. pag. 508. *Harl.*]

[P] CYRILLI, ſiue *Io. Philoponi* Lexicon, de quo ſupra, pag. 36. Aliud de quo lib. 4. cap. 7. §. 1.

Daphidas, Telmiſſenſis, grammaticus, de quo *Suidas*, [*Eudocia* p. 132.] et *Valerius Max.* lib. 1. cap. 8.

Demetrianus, criticus et mathematicus, pater Aſpaſii, rhetoris, qui tempore Alexandri Mameae, imp. Romae claruit. Suid. in Ἀσπάσιος.

Demetrius, Adramyttenus, cognomine Ixion, Auguſti aetate floruit ex Ariſtarchi ſchola. Vide *Suidam* [Eudociam p. 132.] et de eius ſcriptis Meurſium in bibl. graeca. *Menagium* ad Laërtii V. 84. *Fabr.* Supra in vol. I. pag. 509. ſeq. vbi alii quoque *Demetrii* grammatici adducuntur. — *Demetrius Calatianus*, in ſcholiis ad Theocr. v. ſupra, vol. III. pag. 797. *Harl.*

DEMETRIVS, anagnoſtes. Supra pag. 41.

DEMETRIVS CHALCOCONDYLES. Supra pag. 40.

DEMETRIVS CHRYSOLORAS. ibid.

Demetrius, Cyrenaeus, cognomento στάμνος. *Laërt.* V. 84.

Demetrius, Erythraeus. Laërt. ibid. Suid. in Τυϱαννίων.

Demetrius Ixion, ſupra in Demetrio, Adramytteno.

Demetrius, Magnes, de quo *Meurſius* in bibl. graeca, [vbi multi recenſentur *Demetrii*,] *Voſſius* de hiſt. graecis et *Ionſius*. *Fabr.* Adde *Menag.* ad Diogen. Laert. I. cap. 38. in vita Thaletis. *Burmann.* II. ad *Valeſii* libr. de critica pag. 147. *Ruhnken* ad Rutil. Lupum pag. 27. *Harl.*

[*Demetrii Melidonis* expoſitio grammaticalis in Homer. in cod. *Florent.* Medic. apud *Bandin.* cat. codd. graec. tom. II. pag. 94. — *Demetrius Pugil.* ſupra vol. I. pag. 510. *Harl.*]

Demetrius, Scepſius, *Straboni* [I. pag. 76. vbi v. Caſaub. de eius aetate pag. 101.] laudatus, de quo *Menagius* ad Laertium pag. 224. [ſupra vol. I. pag. 510.]

DEMETRIVS TRICLINIVS, cuius exſtant in Sophoclem ſcholia, et πεϱὶ μέτϱων οἷς ἐχϱήσατο Σοφοκλῆς et πεϱὶ σχημάτων. Planude iunior eſt, vt dixi lib. 2. cap. 17. §. 5. [vol. VI. pag. 221. ſq.]

Demon, de quo *Meurſius* in bibl. graeca.

[*Democrines*,

[*Democrines*, in ſchol. Venet. ad Hom. v. *Villoiſon.* prolegg. p. XXX. fin. *Harl.*]

Demoſthenes, Bithynus ſiue Thrax, de quo *Suidas* atque idem *Meurſius*.

Dicaearchus, Lacedaemonius, Ariſtarchi diſcipulus. *Suid. Eudoc.* pag. 133.

DIDYMVS, Alexandrinus; grammaticus Ἀριςάρχειος ex Ariſtarchi ſchola, Auguſto imperitante y), clarus, a labore immenſo et ſcriptorum multitudine *chalcenterus*, et, quoniam ipſe, quae vel legiſſet vel ſcripſiſſet, ob multitudinem obliuiſcebatur, βιβλιολάθας Demetrio Troezenio dictus, diſcipulos habuit Apionem Pliſtonicem, et Heraclidem, Ponticum. Suid. in Δίδυμος, Ἀπίων et Ἡρακλείδης. Ex libris eius, quos ad 4000. ſcripſiſſe traditur, nullus ad nos peruenit, niſi ei tribuendus ſit liber MS. *de marmoribus et lignis omnium generum*, quem ſub *Didymi, Alexandrini*, nomine MS. Pariſiis in platea S. Iacobi in bibl. Patrum S. I. num. 40. notat *Ionſius* p. 221. Nam *ſcholia in Homerum*, quae ſub Didymi nomine feruntur, a longe iuniore aliquo ex variis ſcriptoribus [?] excerpta ſunt, vt dixi lib. 2. c. 3. [vol. I. pag. 386. ſeqq.] Titulos quosdam librorum Didymi, qui apud veteres celebrantur, memoraui eodem loco. Vide etiam ſis Meurſium in biblioth. graeca, et Küſterum ad Suidam. *Fabr.* Adde notitiam tragicorum deperditorum, in vol. II. pag. 295. *Villoiſon.* proleg. ad Homeri Il. pag. XXXI. — Didymum ſcripſiſſe lexicon tragicum et comicum, docet *Ruhnken.* praef. ad Heſychii lex. pag. IX. — Apud *Suidam* I. pag. 574. et *Eudociam* pag. 128. *Didymus*, *Alexandrinus*, (n. ſextus ſ. vltimus eorum, quos Suidas nominat, diuerſus forſan a Didymo, Chalcentero, Meurſio tamen idem,) ſcripſit *Georgica* ἐν βιβλίοις ιέ. conf. *Needhami* proleg. ad Geoponica I. pag. LVI. ſeq. ed. Niclas. et *Fabric.* B. Gr. XIII. pag. 141. *Harl.*

Didymus, iunior, Alexandrinus, cuius πιθανὰ et ὀρθογραφίαν Suidas memorat, Romae eum docuiſſe teſtatus. Idem tamen paullo ante [et *Eudocia* pag. 135. inter philoſophos] πιθανὰ tribuerant Didymo Ateio z), philoſopho academico.

Claudius Didymus, qui, eodem Suida teſte, ſcripſerat Epitomen τῶν Ἡρακλέωνος h. e. commentariorum Heracleonis, grammatici, in Homerum et de iis, quae contra analogiam peccauit Thucydides, περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδῃ, et de analogia linguae latinae περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας. Ex Didymi Ἐπιτομῇ fragmentum exſtat apud *Stobaeum* ſerm. 101. quod de ἐπιτομῇ τῶν Ἡρακλέωνος accipiendum Meurſius haud dubitat.

Didymus, Heraclidae F. apud Neronem, imp. verſatus et muſica non minus quam grammatica arte conſpicuus, de quo idem Suidas, et Eudocia pag. 133.

Diocles, grammaticus, cuius ſomnium refert *Artemidorus* IV. 72. [add. ſchol. *Ven.* Marc. ad Hom. Il. ί. 103.]

Diocles, e grammatico eremita Chriſtianus, de quo Palladius in Lauſiaca.

Diodorus, Tarſenſis, Ἀριςοφάνειος, de quo dixi lib. 3. c. 30. [vol. IV. pag. 380.] vbi varios Diodoros recenſeo. *Fabr.* Fragmenta de menſuris in codd. Medic. vide *Bandin.*

y) Sub Antonio et Cicerone eum inclaruiſſe et filium fuiſſe Tarichopuli, atque ſcripſiſſe ὑπὲρ τὰ τρισχίλια πεντακόσια βιβλία, prodit *Eudocia* p. 133. *Saxius* in Onom. lit. I. pag. 180. adſerit eum aeuo Auguſti circ. a. C. 29. *Harl.*

z) Scribendum eſt, *Areius.* v. ſupra in vol. I. pag. 842. et vol. III. pag. 171. *Harl.*

din. cat. codd. gr. II. pag. 607. et III. pag. 150. — Supra l. c. p. 381. de *Diodoro Valerio.* add. *Villoiſ.* prol. in Homer. pag. XXIX. circ. fin. *Harl.*

Diodorus, ſiue *Diodotus*, Galeno memoratus tom. III. edit. graecae Baſil. p. 302. et t. IV. pag. 15.

Diogenes, Rhodius, de quo *Suetonius* Tiberio c. 32.

Diogenes, ſiue *Diogenianus*, Cyzicenus, de quo Suidas.

DIOGENIANVS, Heracleotes, Hadriani aetate clarus, ſcriptor magni Lexici, e quo proverbiorum συναγωγὴν habemus: vide, ſi placet, quae dixi lib. IV. c. 11. §. 4. [vol. V. pag. 109. et quos ibi citaui.]

DIOMEDES, ſcholaſticus, ſupra pag. 42 et 24.

Dionyſius, grammaticus, Platonis magiſter, de quo viri docti ad *Laërt.* III. 4. *Ionſius* pag. 250.

DIONYSIVS, THRAX. Supra pag. 24. ſeq.

AELIVS DIONYSIVS, Halicarnaſſeus, ἐν τῷ περὶ συλλαβῶν καὶ στοιχείων λόγῳ citatur in ſcholiis ineditis ad Dionyſium, Thracem. [?] Clarus fuit temporibus Hadriani. Huius περὶ ἀκλίτων ῥημάτων edidit Aldus, vt dixi pag. 13. Idem forte Dionyſius, quem in articulationibus graecis laudat Fulgentius in continentia Virgiliana. Alia de hoc Aelio ſupra lib. 3. c. 3. [vol. IV. pag. 405.] vbi plures Dionyſios recenſeo, et lib. 4. c. 31. §. 4. [pag. 168. ſq. h. vol.] vbi de *Dionyſio*, Atticiſta, qui idem cum Aelio eſt, et cuius inedita quaedam memoraui ſupra pag. 42.

Dionyſius, Alexandrinus, Glauci F. praeceptor Parthenii, grammatici, et ſub imperatoribus a Nerone vsque ad Traianum praefectus bibliothecae καὶ τῶν Βιβλιοθηκῶν προέστη, καὶ πρεσβειῶν ἐγένετο καὶ ἀποκριμάτων. Suid. [ſupra vol. IV. pag. 405. ſq.]

DIONYSIVS, Atticiſta, idem cum Aelio Dionyſio.

DIONYSIVS, *Car*, *Halicarnaſſeus*, criticus, Auguſti temporibus celebris, de cuius ſcriptis lib. 3. cap. 3.

Dionyſius, Iambus, Ariſtophanis, grammatici, praeceptor. *Fabr.* v. *Burett.* aliique ſupra in vol. IV. pag. 409. iam citati. *Harl.*

Dionyſius, Lindius, qui Pompeii aetate grammaticam Romae docuit. Mentio apud Strabonem, Suidam et Iſidorum lib. 1. cap. 15. Origg. vbi male *Linteus*: apud Tatianum *Olynthius.*

DIONYSIVS LONGINVS, criticus, cuius περὶ μέτρων dedi ſupra lib. 4. c. 33. [p. 79. ſqq. h. vol.]

Dionyſius, Scytobrachion, Alexandriae paullo ante Ciceronem docuit, de quo viri docti ad Sueton. de grammaticis cap. 7. [*Villoiſ.* proleg. ad Hom. Il. p. XXIX. fin.]

Dionyſius, Sidonius, de vocum ſimilitudinibus et differentiis, laudatus a Varrone lib. IX. de Lingua lat. *Fabr.* conf. *Villoiſon* proleg. ad Hom. Il. p. XXIX. fin. et ſupra, in vol. I. pag. 511. *Harl.*

Dionyſius, Zopyrus, ſcholiaſti Ariſtophanis [Au. 1297.] laudatus, niſi legendum Dionyſius et Zopyrus, vt ſane videtur e *Laërtio* VI. 100. *Fabr.* *Zopyrus* ἐν τετάρτῳ Μιλήτου κτίσεως citatur in ſchol. *Veneto* Marc. ad Il. κ΄. 274. pag. 254. *a.* Villoiſ. adde ſupra, vol. I. pag. 527. *Harl.*

Dionyſio-

Dionyſodorus, Troezenius, citatus ab Apollonio Dyſcolo, vt notaui ſupra pag. 4. et a Plutarcho. Alius *Dionyſodorus*, mathematicus, cuius meminit Vitruuius IX. 9. *Dionyſodorus*, Sophiſta, Platoni memoratus in Euthydemo [aa]), ſub init. Dionyſodorus, tibicen, de quo Heſychius illuſtris. *Fabr.* *Dionyſodorus*, Alexandrinus. v. ſupra, v. I. pag. 511. et *Villoiſon* prol. Hom. p. XXX. *Dionyſodorus*, rhetor, cum grammatico, *Hiſtiaeo*, ad coenam inuitatus fingitur a *Luciano* in ſympoſio, c. VI. tom. III. p. 423. ed. Reitzii.

Dioſcorides, grammaticus. Suid. in Νικόλαος. *Fabr.* Is fuit Nicolai Myronis frater, v. *Eudoc.* pag. 309. *Harl.*

Dioſcorius, Myraeus, qui Byzantii grammaticam docuit ſub Leone, imp. Suid. in Διοσκόριος et Θυγάτηρ.

Dorion, criticus, *Philoſtrato* memoratus de vitis Sophiſtarum in vita Dionyſii, Mileſii, pag. 525. vbi male legit Κριτικόν. *Fabr.* Floruit circa tempora Hadriani, imperatoris. v. *Valeſium* lib. III. emendatt. cap. 5. pag. 85. de critica cap. 2. pag. 149. et *Burmann* in Addendis pag. 226. ſq. *Harl.*

Dorotheus, Aſcalonita. Etymolog. in Ἀμφιγυεῖν. Steph. Ἀσκάλων. *Fabr.* Plura v. ſupra ad vol. I. pag. 511. *Harl.*

[*Doſiades* occurrit in ſcholiis ad Homerum Venet. v. *Villoiſon* prolegg. p. XXX. fin. *Harl.*]

DOSITHEVS, magiſter, incerta aetate [bb]) ſcriptor, de tota re grammatica tres libros compoſuit, *Goldaſto* [cc]) qui MStos in codice Sangallenſi legit, iudice *admodum conquiſite. Primo libro proletaria exſequitur, et paſſiua illa de octo orationis partibus praecepta cum induſtria. Altero ſimplicium vocabulorum ſignificationes tradit, in iis, quas gloſſas vocamus ſiue Lexica. Poſtremus has continet D. Hadriani imp. ſententias et epiſtolas cum aliis aliorum dictis et ſcriptis, quae neſcio, quorum deſidia an iniuria truncata peritarunt.* Idem Goldaſtus in praefat. *De Doſitheo, qui aut quo aeuo fuerit, quis eius meminerit, nihil dum ſcire potui. Codicem Monaſterii S. Galli, qui Cuiacio viſus, collatus, laudatus, eum ipſi habuimus, conceſſu et beneficio illuſtriſſ. et reuerendiſſ. Principis D. Bernardi nunc Abbatis, quem in aedibus Schobingeri deſcripſimus, hominis de re literaria bene meriti, merentis, merituri. Iacobus Cuiacius* lib. XIV. cap. 33. et libro XXI. Obſeruationum cap. 5. 6. 7. Hadriani ſententias illuſtrans teſtatur, ſe illas, quum eſſent in editione H. Stephani imperfectae et deprauatae, reſtituere ex bibliotheca S. Galli apud Heluetios, *vbi in calce Grammatices Doſithei Magiſtri ſunt eiusdem Hadriani ſententiae et epiſtolae, hoc eſt reſcripta breuia longeque plura, quae omnia ad ius ciuile pertinent graece et latine conſcripta.* Auctor praefationis ad Gloſſaria vtriusque linguae digeſta a Carolo Labbeo. *Praeter bina iſta gloſſaria, aliquot alia ex ineditis gloſſariis excerpta Latino-Graeca ſubdidit* Henricus

 Stephanus

aa) Cuius fuit frater. v. *Erneſti* ad Xenoph. M. S. III. 1. 1. *Harl.*

bb) Probabiliter ſub initium ſaeculi III. a. Chr. 207. v. *Valcken.* loco mox citando pag. 111. et *Saxii* Onom. litt. I. pag. 346. ſq. *Harl.*

cc) In notis ad Hadriani imp. ἀποφάσεις ſiue reſponſiones epiſtolasque graecas cum latina Doſithei verſione ex libro 3. Grammaticae eius excerptas, editasque graece et lat. Geneuae 1601. 8. p. 25. *Fabr.* it. in *Schultingii* Iurisprud. vetere ante-Iuſtinianea Lugd. Bat. 1714. 4. pag. 860. ſeqq. *Hadriani* reſponſa et reſcripta, e Doſitheo, cum vet. lat. verſione notisque Goldaſti recudi fecit *Fabric.* B. Gr. vol. XII. pag. 516. ſqq. *Harl.*

Stephanus A. 1573. fol. *Ex iis primum in certa capita ad locos communes digestum Glossarii B. Benedicti Floriacensis titulum praefert, quod forte ex Monasterii illius bibliotheca fuerit. Huic subnectuntur Exercitationes aliquot grammaticales* [dd]), *hisque sententiae Hadriani, imp. quas ex codice Dosithei Grammatices Sangallensi, in quo eas legerat Iacobus Cuiacius, auctiores et notis illustratas rursum publicauit* [†] Melior Hamensueltus Goldastus A. 1601. *et haud ita pridem V. C.* Nicolaus Catharinus. *Quae quidem sententiae non aliae sunt, quam Hadriani, imp. Interrogationes, quarum meminit Alcuinus Epistola 102. Incertum vero an is Dositheus fuerit, ad quem Epistolam XXXIII. scripsit Iulianus, imperator.* Certe ante Iustinianum, imp. vixisse non dubitat *Tho. Reinesius* in defensione Variarum Lectionum pag. 90. qui de lege in parricidas lata, quae inter sententias Hadriani legitur, differens, *vanum*, inquit, *fuerit et puerile existimare legem illam sic perscriptam, siue morem ad Adriani tempora pertinere; nam tum parricidas culleo insutos in mare vel amnem iactari vel bestiis obiici* l. pen. D. de l. Pomp. de parr. *etiam viuos exuri mos erat.* Iulius Paulus lib. V. sentent. tit. 24. *subnexaque ea est responsis Adriani a scriptore Magistro grammatico: quem citeriorum saeculorum aliquo, et quidem ante Iustinianum vixisse, certum est: et repetita fortassis e lege a Constantino, nisi nos fallit Tribonianus, primum promulgata C.* de his qui par. vel lib. occid. *Ex eodem Dosithei Grammatices libro defloratum est* fragmentum de manumissionibus et libertis praesertim Latinis Iunianis, *quod inter veterum ICtorum reliquias cum codice Theodosiano edidit Cuiacius latinum.* Lugdun. 1566. fol. *Fabr.* Id fragmentum docte illustrauit *Matthias Röver*, Lugd. Bat. 1739. 8. E cod. *Leidensi* edidit *Augustin van Staueren* in miscell. obss. crit. v. IX. t. 3. p. 413. sqq. inprimis p. 418. sq. particulam Hyginianae genealogiae cum praef. *Dosithei* ad Maximum et Aprum Coss. (h. e. a. Chr. 207.) gr. et lat. Is autem cod. Leidensis plura continet *Dositheanae* industriae monumenta, n. *bina glossaria, Hadriani responsa, fabulas Aesopias, iuris antiqui fragmentum, excerptum ex Hygini genealogia, et belli Troiani historiam:* omnia gr. et lat. a Magistro conscripta, quae pueris erudiendis inseruirent. Atque integro operi auctor titulum fecisse videtur: ἑρμηνεύματα, *interpretamina.* De illo autem codice eiusque aetate, de opusculis et excerptis illius, inprimis de fragm. ex Hygini genealogia erudite fuseque disputat et profert specimina *Valcken.* in misc. obss. crit. vol. X. pag. 108-123. *Harl.*

Draco, Stratonicensis, de quo Suidas. *Fabr.* Plura scripsit. v. *Eudoc.* pag. 133. sq. — In cod. bibl. publ. *Paris.* MMDCLXXV. est *Dracontis*, Stratonici, de metris poeticis op. ineditum ad Posidonium, filium, in quo, (vt ait confector catal. codd. Paris. vol. II. pag. 539.) non pauca veterum poetarum fragmenta reperias. Ex apographo illius cod. *Valcken.* in diatriba, ed. Euripidis Hippolyto subiecta, pag. 217. B. C. citat emendatque locum. *Harl.*

Ebrardus

dd) Exercitationes illas siue colloquia ex H. Stephani editione *Iohannes Verwey* quoque subiunxit suae nouae Methodo docendi graeca pag. 317. Goudae 1702. 8. Exstant etiam in thesauro vtriusque linguae Bonauenturae Vulcanii, qui Glossaria et scriptores de proprietate et differentiis vocabulorum vtriusque Linguae iunctim edidit Lugd. Bat. 1600. fol. pag. 281. In eodem thesauro Vulcanii pag. 299. habes etiam Hadriani ἀποφάσεις, quales H. Stephanus cum glossariis suis ediderat.

Ebrardus, de quo Henricus de Gandauo in catalogo ſcriptorum Eccleſ. c. 60. *Ebrardus Betuniae oriundus, ſcripſit librum quem Graeciſmum vocant, Grammaticis non ignotum.*

EMANVEL CHRYSOLORAS. Supra, pag. 38.

EMANVEL MOSCHOPVLVS. pag. 37. ſeq.

Epaphroditus, Chaeronenſis, Archiae, Alex. de quo ſupra, alumnus et diſcipulus, clarus Romae a Nerone ad Neruam vsque, de cuius ſcriptis *Küſterus* ad Suidam videndus. [Loc. cit. I. pag 790. et ſupra, vol. I. pag. 512. de *Epaphrodito*, Chaeronenſi. *Harl.*] Alius *Epaphroditus* Neronis libertus, de quo, vti etiam altero, quem apoſtolus Paulus memorat, dixi lib. III. cap. 9. [vol. V. pag. 65.]

[*Ephorus*, Cumanus, ſcripſit vitam Homeri et alia. v. ſupra vol. I. p. 321. §. III. et p. 512. inprimis vol. II. pag. 800. *Harl.*]

Epitherſes, Aemiliani, rhetoris, pater. Plutarchi ciuis et in grammaticis praeceptor. *Plutarch.* de oraculorum defectu pag. 419. Eius λέξεις citat Erotianus in ἄμβην.

ERATOSTHENES, de quo dixi lib. III. cap. 20. [vol. IV. p. 117. ſqq. et *Villoiſ.* prolegg. ad Homer. pag. XXX. *Harl.*]

[*Euagrius.* Variarum conſiderationum ſiue de ſermonis diſcrimine capita 54. in cod. *Eſcorial.* teſte *Plüero* in itiner. per Hiſpan. pag. 167. *Harl.*]

Eudaemon, cuius orthographiam praeter Suidam et Etymologicum Magnum laudat Stephanus Byz. in Αἰλία. *Fabr.* Fuit Peluſiota et aequalis Libanii. v. *Eudoc.* pag. 168. et *Holſten.* in nouis miſcell. obſſ. crit. vol. II. pag. 119. *Harl.*

Eugenius, Trophimi F. Phryx, qui temporibus Anaſtaſii docuit CPoli, [⁋] et multa ſcripſit, quae apud Suidam [et *Eudoc.* pag. 168.] videantur. Alius *Eugenius* e grammatico et rhetore latino, Valentinianique imp. antigrapheo Tyrannus, de quo hiſtoria Miſcella XIII. 11 et *Zoſimus* IV. 54. 55. 58. V. 5. Alius *Eugenius*, Themiſtii, philoſophi, pater, ad quem *Iuliani* epiſtola XVIII.

Euphorio, ab Etymologo ſaepe citatus, [et in ſchol. Marcian. ad Hom. Il. β'. 157. ac ſaepius. v. ſupra, vol. I. pag. 477.]

Euphranor, quem centenario maiorem audiuit Apio Pliſtonices. Suid. in Ἀπίων.

Euphronides, Corinthius vel Sicyonius, Ariſtophanis, grammatici, praeceptor. Suid. Ἀριστοφ.

Euphronius, citatus ab eodem Suida in Διϊτρεφής. Etymolog. in Ἐνεργμός.

IOHANNES GALENVS, infra in IOHANNE Pediaſimo.

THEODORVS GAZA, ſupra pag. 39.

GEORGIVS CHOEROBOSCVS. p. 13. 14. 15. 41. 42. ſeq.

GEORGIVS CVRTESIVS. pag. 44.

GEORGIVS DIACONVS. pag. 43.

GEORGIVS GRAMMATICVS, a ſuperioribus forte diuerſus pag. 43.

GEORGIVS LECAPENVS, pag. 44. ſeq. [*Iriart.* codd. Matrit. pag. 145.]

GEORGIVS ſiue GREGORIVS, PARDVS, Corinthi metropolita pag. 44.

GEORGIVS SCHOLARIVS. pag. 44.

GEORGIVS TRAPEZVNTIVS, pag. 45.

GEORGIVS ZEGABENVS, pag. 45.

[*Glaucon.* v. ſupra, vol. I. pag. 512.]

IOHANNES GLYCIS ſiue GLYCEVS. pag. 45.

MICHAEL

MICHAEL GLYCAS. Infra in Michaele.

[*Hagnon.* v. supra, vol. I. pag. 512. *Harl.*]

Harpocratio, grammaticus, Veri, imperatoris, praeceptor. *Capitolinus* in eius vita cap. 2. Vide, si placet, quae de variis Harpocrationibus, in quibus tres grammatici, dixi lib. IV. cap. 38. §. XIII. ubi de Valerio Harpocratione, rhetore Alex. cuius Lexicon habemus. *Fabr.* *Harpocration* Dii magister. v. *Villoison* prolegg. ad Homer. p. XXX sub finem. *Harl.*

Hecataeus, Abderites, quem criticum et grammaticum adpellatum esse, Suidas [cum Eudocia pag. 169.] auctor est, et de Homeri ac *Hesiodi* poesi scripsisse. [vid. vol. I. pag. 512.]

[*Hedemon.* v. supra vol. I. pag. 512. *Harl.*]

Heliodorus, metricus, qui de metris versuum multa scripsit. Irenaei, grammatici, pater. Suid. Εἰρηναῖος. Citatur ab Hephaestione, Rufino et Prisciano. Eius discipulus Minutius Pacatus. *Fabr.* V. supra ad vol. I. pag. 512. seq. vbi etiam eius nominis cum aliis confusio est obseruata. Sic cum *Hesiodo* confundi *Heliodorum*, animaduertit *Ruhnken* in praef. ad Hesychii lexicon, tom. II. pag. VII et VIII. qui pag. V. sq. Heliodorum, docet, non scripsisse lexicon homericum; sed λέξεις h. e. interpretationes verborum homericorum. Adde *Iriarte* codd. Matrit. gr. p. 318. seq. de quadam Heliodori scriptiuncula in cod. LXXXIII. fol. 78. *Harl.*

Helladius, Alexandrinus, Theodosii iunioris temporibus clarus, cuius λέξεως παντοίας χρῆσιν κατὰ στοιχεῖον etiam *Photio* cod. CXLV. memoratam, [(*)] et alia Suidas commemorat. Hic est Helladius, quem audiuit Socrates, Scholasticus. *Fabr.* Conf. *Holsten.* in nouis miscell. obss. crit. II. pag. 119. *Eudoc.* pag. 168. quae, eum scripsisse, notat περὶ χρήσεως· παντοίας λέξεως κατὰ στοιχεῖον et alia. *Harl.*

HELLADIVS, Besantinous, Aegyptius, Licinii et Maximiani temporibus scripsit, ex cuius χρηστομαθειῶν libris quatuor excerpta leguntur apud Photium cod. CCLXXXIX. latine versa et notis illustrata a *Io. Meursio*, editaque post ipsum diu defunctum, Traiecti 1686. 4. et recusa T. X. thesauri antiquitatum graecorum Gronouiani.

ALEXANDER HELLADIVS, supra pag. 41.

Hellanicus, iunior, Ptolemaei, grammatici Aristarchei, praeceptor. Suid. in Ἀνδοκίδης et Πτολεμαῖος. *Fabr.* Conf. supra, vol. II. pag. 349. *Hellanicus* iunior laudatur in scholiis *Ven.* Marc. ad Homeri Il. ό. 651. *Harl.*

HEPHAESTIO, Alexandrinus. Supra pag. 16.

HERACLEON, Tilotensis, aegyptius, de quo Suidas et ad eum Kusterus. Huic scholia breuia, quae in Homerum habemus, tribuuntur a *Iosua Barnesio* ad Euripidem t. II. pag. 158. *Ita Didymus, siue potius Heracleon, grammaticus, vt doctis visum est.* *Fabr.* At Fabricius supra in vol. I. pag. 513. Barnesii coniecturam iam habuit incertam. *Heracleo* citatur a Stephano Byzantino, et Harpocratione v. Μαρτυλεῖον, vbi ex cod. Vaticano *Holsten.* in Misc. obss. crit. nouis tom. II. pag. 120. Ἡρακλέων pro Ἡρακλεῖον corrigit. Citatur quoque in scholiis ad Homerum Marcianis et ab Eustathio. v. supra, vol. I. pag. 447. et pag. 476. h. v. *Harl.*

[*Heracleotes*, non diuersus est ab *Herodoro*, docente id *Villoisonio* in prolegg. ad Apollonii lexic. homer. pag. XIV. *Harl.*]

Heraclides,

Heraclides, Ponticus, Didymi discipulus et aduersus Aprum hyperaspistes, tempore Claudii et Neronis clarus, de cuius λέσχαις idem Suidas. Vide etiam, quae de aliis eius scriptis viri docti ad Laërtium. Eius prosodiam laudat Apollonius in syntaxi. Etiam in libro de mirabilibus c. 19. vbi liber de ciuitatibus Graeciae citatur, pro Heraclide Κρητικῷ forte legendum Κριτικὸς, et grammaticus hic intelligitur ex verisimili coniectura Olearii ad Philostratum pag. 525 et 612. *Fabr.* Conf. *Henr. Vales.* de critica cap. IX. ibique not. Burmanni pag. 157. supra ad vol. I. p. 195. sq. et p. 513. sq. vbi alii *Heraclides* commemorantur. *Harl.*

HERACLITVS, grammaticus, cuius allegorias Homericas habemus, de quibus dixi lib. I. cap. 22. n. 3.

Herennius Philo, infra, *Philo Byblius*.

[*Hermappias*. v. supra ad vol. I. pag. 514. *Harl.*]

Hermippus, Berytius, Philonis Byblii discipulus, qui Hadriani temporibus vixit et multa scripsit, Suida teste. De Hermippo, Berytio ac Smyrnaeo, videndi Vossius et Ionsius, de Atheniensi comico dictum a me lib. 2. c. 22.

Hermocrates, Iasius, Callimachi praeceptor.

HERMOLAVS, Byzantius, cuius compendium ἐθνικῶν Stephani Byz. Iustiniano imp. dicatum habemus, de quo dixi lib. 4. cap. 2. [vol. III. pag. 62. sq.]

HERODIANVS, de quo supra pag. 8. seq. [et in vol. I. pag. 514. seq.]

[*Herodicus*. v. supra ad vol. I. pag. 515. *Harl.*]

Herodorus, qui cum Apione non semel citatur ab Eustathio [a schol. *Pindari* e. g. Olymp. V. 10. etc.] et cuius nomen [?] Graeuius in praefat. Lexici Hesychiani pro *Heliodoro* reponi iubet. *Fabr.* De hoc et confusione eius nominis cum aliis, nec non de alio eoque diuerso *Herodoro* vide supra, vol. I. 515. et vol. II. p. 348. *Groddeck* de hymnorum homericorum reliquiis pag. 13. not. eumdem in: Bibliothek der alten Litteratur und Kunst, part. II. pag. 72. sqq. inprimis pag. 77. seq. *Harl.*

Herodotus, grammaticus. Suid. in Ζυγομαχεῖν. *Fabr.* An *Herodorus*, aut *Herodianus*? qui saepe confunduntur cum *Herodoto*; v. loca ante citata et *Villoison* prolegg. ad Apollonii lexicon pag. XIII. seq. *Ruhnken* praef. ad Hesychii lexic. tom. II. pag. VIII. seq. *Harl.*

HESYCHIVS, Alexandrinus, de cuius Lexico siue glossis dixi lib. IV. cap. 37.

Histiaeus, grammaticus, memoratus in *Luciani* symposio tom. II. pag. 636. *Fabr.* v. supra ad *Dionysodorum*. — *Hestiaea*, ἑστιαῖα ἡ Γραμματική, laudatur in schol. minor. ad Homeri Il. γ'. 64. ed. Villois. v. supra, vol. I. pag. 516. *Harl.*

Homerus, Byzantius, Andromachi et Myrus F. de quo dictum a me lib. 2. cap. 19. §. vlt. [vol. II. pag. 307.]

Homerus, Sellius, de quo lib. 2. c. 22. [vol. II. pag. 451.]

HORAPOLLO, cuius libros duos de Hieroglyphicis Aegyptiorum habemus. Vide supra lib. 1. cap. 13.

Horus. v. supra, vol. I. pag. 516. an idem est, ac *Orus*, de quo vide infra? Nec *Horus*, (vt scripserat *Burmann.* ad *Henr. Vales.*; de critica, cap. V. pag. 153.) citatur a Stephano Byzant. v. Ταίναρος, sed Ὦρος, *Orus*. *Harl.*

Hylas, Plutarch. IX. 5. sympos.

Hypeiechius, Alexandrinus. Suid. in Λέων, Μακέλλης. et in Ὑπερέχιος, vbi eum tempore Marciani, imp. floruisse testatur, scripsisseque τέχνην γραμματικὴν περὶ ὀνομάτων, περὶ ῥήματος καὶ ὀρθογραφίας.

Iason, Argiuus, Plutarcho iunior, grammaticus, cuius libros quatuor περὶ τῆς Ἑλλάδος siue de rebus antiquis Graeciae vsque ad obitum Alexandri Magni Suidas [et Eudocia pag. 245. inter historicos] memorant. [*Iason* ἐν τοῖς περὶ Κνίδου citatur a schol. ad Theocr. XVII. 69. nisi malis intelligere *Iason'm*, *Nyssaeum*, quem Eudocia p. 244. inter philosophos recenset, et scripsisse, prodit, βίον Ἑλλάδος ἐν βιβλίοις δ΄. Atque Stephanus Byzant. v. Ἀλεξάνδρεια citat *Iasonem*, auctorem *vitae Graeciae* libr. IV. ex iisque oraculum, Alexandro M. per quietem datum, refert. Sed *Suidas* voc. Ἰάσων Νυσαεύς dubius esse videtur, num ille Iason scripserit *vitam Graeciae;* contra, *Iasonem Argiuum*, concinnasse, memorat, *IV. libros de Graecia* eiusque antiquitate et historia vsque ad obitum Alexandri M. ex quibus illud oraculum fuerit forsan petitum. Atque *G. I. Vossius* de histor. graec. II. fin. pag. 222. vitam Graeciae illam adtribuit Iasoni, Argiuo, grammatico, circa tempora Hadriani. Tum Eudocia cum Suida narrat, eumdem *Iasonem, Nyssaeum*, scripsisse περὶ Ῥόδου, *illustrium virorum vitas* et *philosophorum successiones. Iasonis*, nescio cuius? probabiliter Argiui mentionem quoque facit *Steph. Byzant.* in Τῆλος, ex quo loco coniicere licet, vel sumtam esse Iasonis narrationem ex illius libris de Graecia, (et forsan libri quoque de Rhodo et Cnido fuerunt partes illius operis,) vel de insulis quibusdam eum sigillatim scripsisse. Adde *Fabric.* B. Gr. vol. XIII. pag. 253. *Harl.*] — De *Iasone*, Nysaeo, Menecratis F. videndi Vossius de historicis Graecis et Ionsius. De *Iasone* Tralliano, tragico, cuius etiam apud Polyaenum mentio, dixi lib. 2. c. 19. Omitto *Pheraeum Iasonem*, ducem callidissimum Graecorum, de quo viri docti ad Ciceronis lib. 1. de Offic. c. 30. et *Iasonem, Thessalum*, fabularum scriptoribus expeditionem aurei velleris narrantibus celebratum, de quo *Laur. Begerus* in spicilegio antiquitatis pag. 118. seq. [et Eudoc. pag. 234.]

IGNATIVS, diaconus, cuius metaphrasin iambicam fabularum Aesopiarum habemus. Vide supra lib. 2. c. 9. §. 8. [vol. I. pag. 635. seq.]

IANVS LASCARIS. Supra pag. 40.

IOHANNES BOTANIOTA, Cretensis, Ἰωάννου νομικοῦ Κρήτου, Βοτανειάτου πρὸς Ἰσίδωρον Διάκονον καὶ Ταβουλάριον τῶν χιωτῶν, στίχοι ἑκατὸν τὸ ἰαμβικὸν διασαφοῦντες μέτρον. MS. in bibl. regis Galliae.

IOHANNES CHARAX. pag. 15. [v. *Charax.*]

IOHANNES GALENVS. Mox infra in IOHANNE Pediasimo.

IOHANNES GLYCEVS. pag. 45.

[*] IOHANNES, grammaticus Nicolai Mystici, Patriarchae CPol. A. C. 925. defuncti, de cuius scholiis in Alcinoum dixi lib. 4. c. 20. §. 14. [vol. V. 524] *Fabr.* — Theodori Studitae, (qui vixit a. Ch. 796. v. Saxii Onom. lit. II. pag. 93.) epistola ad *Ioannem* quemdam *grammaticum* est in cod. CCLXIX. Coislin. teste *Montfaucon* in bibl. Coislin. pag. 324. *Harl.*

IOHANNES LEVITA. Supra pag. 45.

IOHANNES

IOHANNES PEDIASIMVS, siue ΓΑΛΗΝΟ'Σ (*Tranquillus*) primae Iustinianae et totius Bulgariae chartophylax, atque ὕπατος φιλοσόφων sub Andronico Palaeologo iuniore saeculo XIV. clarus, de cuius scholiis in Hesiodi Aspidem et allegoriis in eiusdem poetae Theogoniam dixi lib. 2. c. 8. § 13 et 16. De scholiis in Cleomedem lib. 3. c. 18. §. 22. [vol. IV. pag. 38. sqq.] De expositione Syringis Theocriteae lib. 3. c. 16. §. 3. Eiusdem versus Iambici de muliere bona et mala, graece et latine editi sunt a *Luca Holstenio* Rom. 1638. 12. vna cum sententiis Demophili, Democratis et Secundi. Praeterea in bibl. Vindob. exstant MSS. Allegoria anagogica in quatuor primos versus libri IV. Iliados, et de triplici modo allegoriae fabularum poeticarum, physico, ethico, theologico: nec non de duodecim laboribus Herculis, et compendium geometriae. *Fabr.* v. supra in vol. I. pag. 516. In cod. *Coislin.* CCCXXIII. (*Montfaucon* bibl. Coisl. pag. 444.) Ioannis Pediaf. exegeses in quosdam Aristotelis libros. — Eius epitome de mensuratione et partitione terrae, in codd. bibl. publ. *Paris.* MMCCCLXXIII. MMCCCLXXXI. MMCCCCVII. MMCCCCXCVI. MMDL. et in cod. *Venet.* Marc. CCCXXIII. it. in cod. *Vindob.* CV. 1. teste *Lambec.* tom. VII. col. 397. sqq. contra Frisium ad Gesneri biblioth. et Vossium disputante. — *Venetiis* in cod. Marc. CLXXIV. de consanguinitate et nuptiis. — cod. D. de nouem Musis. — cod. DXIV. labores Herculis. — cod. DXCV. in quaedam arithmetices loca obscura. *Harl.*

IOHANNES PHILOPONVS. Eius de dialectis supra pag. 14. 15. 35. Collectio vocum, quae pro diuersa significatione accentum diuersum accipiunt pag. 36. De aliis illius scriptis infra, capite singulari. [conf. vol. I. pag. 588.] *Fabr.* A Ioanne Philopono diuersus est alius *Ioannes Grammaticus*, cuius manuscriptus est Hieroclis in carmina aurea pythagorica commentarius a. C. 925. in cod. *Vindobon.* LXXVII. nr. 5. in comment. *Lambecii*, VII. pag. 282. sqq. cui verisimillimum videtur, *Ioannem* illum fuisse vnum ex duodecim istis patriarchae CPolitani *notariis*, quos eruditi vocassent *grammaticos:* de quorum numero, officio et cognomine plura vide in *Meursii* glossario graecobarbaro, littera N. vocc. Νόταϱ et Νοτάϱιος. *Harl.*

IOHANNES TZETZES. Supra pag. 48. et lib. 2. c. 3. §. 14. et c. 8. §. 10. et lib. 3. c. 16. §. 3. vbi de eius commentariis in Homerum, Hesiodum et quae sub fratris Isaaci nomine vulgauit, in Lycophronem. De eius variis Historiis aliisque scriptis dicetur alibi, capite singulari.

Irenaeus. Vide infra in *Minucio. Fabr.* Conf. *Suid.* h. v. ibique Küster, tom. II. p. 29. *Eudocia* pag. 169. *Holsten.* in obss. nou. miscell. crit. II. pag. 121. ibique not. *Harl.*

Ister, Cyrenaeus, Callimachi seruus et discipulus, de quo Vossius in hist. graecis.

CONSTANTINVS et IANVS LASCARIS. Supra pag. 39. 40.

GEORGIVS LECAPENVS. pag. 15 et 44.

LESBONAX, Romanus. Supra pag. 46.

Lupercus, Berytius, Claudii II. temporibus clarus, scripserat *Suida* teste [et Eudoc. p. 282. sq.] πεϱὶ τȣ̃ ἂν libros III. Πεϱὶ τȣ̃ ταὼς, de pauone, πεϱὶ τῆς καϱίδος, de squilla pisce: πεϱὶ τȣ̃ παϱὰ Πλάτωνι ἀλεκτϱυόνος, de gallo apud Platonem: κτίσιν τȣ̃ ee) ἐν Αἰγύπτῳ

ee) τῶν Eudoc. *Harl.*

Αἰγύπτῳ Ἀρσινοήτῃ, origines [P] Arsinoëti in Aegypto. Ἀττικὰς λέξεις, de Vocibus Atticis. Τέχνην γραμματικήν, artem grammaticam. Περὶ γενῶν ἀρσενικῶν, θηλυκῶν καὶ οὐδετέρων; de generibus masculinis, foemininis et neutris libros XIII. in quibus multa accuratius tradiderit, quam Herodianus.

Lynceus, Samius, Theophrasti discipulus, frater Duridis, historici, Menandri, comici, aequalis, a Suida [et Eudoc. pag. 285.] grammaticus adpellatur. Eius ἀπομνημονεύματα, epistolas et alia multa laudat Athenaeus.

Lysanias, Berytius, Eratosthenis praeceptor. Suid. Ἐρατοσθένης.

MANVEL CALECAS, supra pag. 46.

MANVEL CHRYSOLORAS. pag. 38.

MANVEL MOSCHOPVLVS, pag. 37. seq.

Marcianus, Γραμματικοὺς λόγους Ἀναστασίαν τὴν τοῦ βασιλέως Οὐάλεντος θυγατέρα διδάσκων. Suid. [*Valesius* de critica cap. I. pag. 150.]

Marcus, grammaticus. *Plutarch.* IX. 5. sympos.

Marsyas, γραμματοδιδάσκαλος. Suid. Idem, de quo supra lib. 3. c. 8. [vol. III. p. 45.]

MAXIMVS MOZARVS. Supra pag. 46.

MAXIMVS PLANVDES. pag. 46. seq. De eius fabulis vitaque Aesopi dixi lib. 2. c. 9. §. 11. [vol. I. pag. 641. sqq.] De aliis eius scriptis differendi, (plura enim composuit,) alibi dabitur locus.

MELAMPVS, supra pag. 46.

Melissus, Maecenatis libertus, de quo lib. 2. c. 24. [vol. II. pag. 660.] Hic est, quem Suetonius cap. 3. de grammaticis Lenaeum Melissum ff), Plinius XXVIII. 6. Melissum Maecenatem adpellat.

Menander, Aristarchi discipulus. *Suid.* in Ἐρατοσθένης.

Menecrates, Ephesius, quem Aratus audiuit. *Suid.* in Ἄρατος.

Menecrates, Nysaeus, Aristarchi discipulus. *Strab.* XIV. pag. 650.

Tertius *Menecrates*, iunior, grammaticus, cuius mentio apud *Artemidorum* IV. 82.

[*Metaclides*, aut rectius, *Megaclides*. v. supra I. pag. 517. *Harl.*]

[*Metrophanes*. supra pag. 133. *Harl.*]

MICHAEL APOSTOLIVS. Supra pag. 42. et lib. 4. c. 11. §. 9. [vol. V. pag. 110.] vbi de eius prouerbiis et Ἰωνιᾷ.

MICHAEL GLYCAS, de Syntaxi MS. bibl. Vindob. vide *Nesselium* IV. pag. 110.

MICHAEL SOLIARDVS. Supra pag. 46.

[P] MICHAEL SYNGELVS, Presbyter Hierosol. Supra pag. 46. [Edita est haec grammatica. v. sub finem huius §.]

Minutius, Pacatus, (graeco nomine *Irenaeus*, Alexandrinus, Heliodori metrici discipulus, de cuius scriptis dixi lib. 4. c. 36. §. 4. [pag. 270. adde *Holstein* in nou. miscell. crit. II. pag. 121.

ff) In cap. III. legitur quidem *Lenaeus Melissus*, sed Graeuius legere iubet *Cilnius Melissus*, quia Maecenas sit *Cilnius* dictus. adde *Oudendorp.* ad Suetonii l. c. pag. 949. In cap. 21. de illustr. grammat. agitur de *C. Melisso*, Maecenati muneri dato pro grammatico. conf. *I. H. Meibomii* Maecenas, siue de C. Cilnii Maecenatis vita etc. Lugd. Bat. 1653 4. cap. I. sect. 12 et 13. in primis cap. XVIII. sect. 8 et 9. pag. 110. *Harl.*

pag. 121. ibique notam. Εἰρηνεῦος pro Ῥίνθος corrigit *Ruhnken.* in Hippocratis iureiurando, monente *Koen* in praefat. ad Gregor. Corinth. de dialectis, pag. XVIII. *Harl.*]

Mithaecus. Plato Gorgia, Athenaeus, *Suid.* [*Eudoc.* p. 304.]

Mnaseas, Ariſtarchi diſcipulus. Suid. Ἐρατοσθένης. *Fabr.* Vide ſupra, vol. II. pag. 131. h. v. *Villoiſon* proleg. ad Homeri Il. pag. XXX. fin. *Valeſ.* de emendat. libr. V. c. 17. pag. 134. ibique Burmanni notam. Ab *Eudocia* pag. 103. citatur *Mnaſeas* ἐν πρώτῳ περὶ Ἀσίας. *Harl.*

MANVEL MOSCHOPVLVS. Supra pag. 37. ſeq.

[*Mnemon*, Sidetes, inuentor fuiſſe videtur notarum criticarum ad Hippocrat. codd. oram adpoſitarum. v. *Villoiſon* prolegg. ad Homer. Il. pag. XX. vbi de aliis eiusmodi criticis quoque agitur. *Harl.*]

MOERIS, atticiſta, de cuius libro de vocibus Atticis, tunc adhuc inedito, dixi lib. 4. c. 36. §. 5. [ſupra in h. vol. pag. 171. ſqq.]

MOSCHVS, Syracuſanus, Ariſtarchi diſcipulus, inter bucolicos poetas celebris, de quo lib. 3. [cap. 16. §. IX. vol. III. pag. 805. ſqq.]

Munatius, Trallianus, criticus, Herodis Attici magiſter. *Philoſtratus* in Herode cap. 14. et in Polemone c. 7. [*Valeſ.* de crit. c. II. pag. 149. ſq. *Harl.*]

MVSAEVS, cuius carmen de Herone et Leandro habemus, grammaticus dicitur in quibusdam codd. MSS. vt notare me memini lib. 1. c. 16. §. 6. [vol. I. pag. 123. ſqq] Idem forte Muſaeus, ad quem exſtat Procopii Gazaei epiſtola. [de qua v. not. ad vol. I. pag. 126.]

MARCVS MVSVRVS, Cretenſis, A. 1518. defunctus, de quo, vti de Eman. Chryſolora, Demetr. Chalcondyla, Theod. Gaza, Iano Laſcari et Georgio Trapezuntio *Lambecius* VI. pag. 278. ſeq. *Fabr.* Inprimis *Humphredus Hodius* de Graecis illuſtribus L. Gr. — inſtauratoribus etc. Londini 1742. 8. et *Boerner* de doctis hominibus, litterarum gr. in Italia inſtauratoribus, Lipſiae 1750. 8. *Harl.*

NEOPHYTVS. Supra pag. 46.

Neoptolemus, Parianus, poeta et grammaticus, cuius praecepta in artem ſuam poeticam transtuliſſe Horatium Porphyrion adnotauit. *Fabr.* De hoc et de *Neotele* v. ſupra, vol. I. pag. 517. *Villoiſon* prol. ad Homer. Il. pag. XXX. *Harl.*

NICANOR, ὁ στιγματίας. Supra pag. 46. [ſupra, vol. III. pag. 46. ſeq. vol. I. pag. 517. *Warton.* in ed. Theocrit. tom. I. pag. 136. *Harl.*]

NICANDER, grammaticus et poëta, de quo lib. 3. cap. 26.

NICEPHORVS GREGORAS. Supra pag. 46.

NICETAS, metropolita Heracleenſis. ibid.

Nicias, de quo viri docti ad Sueton. de grammaticis c. 14.

Nicocles, Laco, in grammaticis Iuliani, imperatoris, praeceptor, teſte *Socrate* III. 1. Hic videtur Nicocles, qui citatur ab Etymologici magni auctore in Σκάλοψ.

[P] NICOLAVS RHABDA. Supra pag. 46.

Rhodius NILVS. ibid.

NIPHO, monachus. ibid.

ORION. ibid. Hic eſt Orion ſiue Orus, grammaticus *Thebanus* [gg]), ab Etymologo ſaepius laudatus, et cuius Anthologium ſiue συναγωγὴν ſententiarum ad Eudociam, Theodoſii iunioris coniugem, Suidas memorat, idem mox etiam tribuens Orioni et Oro quoque Alexandrino. [v. infra cap. V. 30. vol. VIII. pag. 839. ed. vet. ſupra, vol. I. pag. 726. *Harl.*]

Orion, Alexandrinus, cuius librum περὶ ἐτυμολογίας et atticarum vocum collectionem et Elogium Hadriani, Caeſaris, cuius forte temporibus vixit, Suidas commemorat. [vid. inter grammatic. inedit. h. v. et ſupra pag. 169. h. vol.]

Orion, grammaticus iunior, Alexandrinus, praeceptor Procli, philoſophi. *Marin.* in vita Procli c. 8. Diuerſus a tribus hiſce *Orion*, ad quem, ſuum ἐν λόγοις diſcipulum, epiſtola Procopii Gazaei XLI.

Orion vel ORVS, *Mileſius*, Etymologo laudatus, qui Ὀρθογραφίαν eius citat in Χῶ. [vid. in cod. gr. laudato, in *Montfauc.* bibl. Coiſlin. pag. 597.] *Ori*, *Mileſii*, Etymologicum apud ſe MS. laudat Fulvius Vrſinus notis ad Feſtum in *cibus*.

ORVS, *Alexandrinus*, grammaticus, quem Suidas refert CPoli docuiſſe et ſcripſiſſe, περὶ διχρόνων de vocabulis ancipitibus. Ἐθνικὰ (quae Stephanus Byz. etiam et Etymologus citat,) λύσεις προτάσεων Herodiani. Κατὰ Φρυνίχου κατὰ στοιχεῖον contra Phrynichi voces atticas, ordine alphabetico. Περὶ ἐγκλιτικῶν μορίων, περὶ τῆς ει et αι διφθόγγου. Orthographiam et πίνακα τῶν ἑαυτοῦ ſiue indicem operum ſuorum Ori *de polyſemis dictionibus MS.* in codice regis Chriſtianiſſimi DCIV. Ori Ἰλιαδικὴν προσῳδίαν videtur citare Etymologici Magni ſcriptor in κρεῖον. Sed ſi recte inſpicias, videbis, Orum ibi prouocare ad Ἰλιαδικὴν προσῳδίαν Herodiani, de qua ſupra pag. 10. *Fabr.* *Horus*, (de quo v. ſupra h. v.) *Orus* et *Orion* iidem fuiſſe, eorumque nomina confuſa videntur. *Harl.*

Minutius Pacatus. Supra in *Minutio.*

Palaephatus, Aegyptius ſiue Athenienſis, de quo lib. I. cap. 21. §. I.

Palamedes, Eleates, cuius commentarium in Pindarum, ὀνοματολόγον et de comicis ac tragicis vocibus librum Suidas commemorat. Vide et ſupra lib. I. c. 23. §. vlt. [vol. I. pag. 205. ſq. vbi duos Palamedes refero Eleates, quorum alter phyſicus e Pythagorae ſchola, de quo plura lib. 2. c. 13. [II. 22. vol. II. pag. 473.]

[P] *Pamphila*, de qua Suidas in Παμφίλη et Σωτηρίδης. [*Eudocia* p. 360. ſq.] *Photius* cod. CLXXV. *Menagius* in hiſtoria mulierum philoſopharum et *Voſſius* de hiſtoricis graecis. De alia *Pamphila*, Latoi filia, idem *Menagius* ad Laërtium lib. I. ſect. 24.

Pamphilus, grammaticus Ariſtarcheus, et *Pamphilus*, cognomento φιλοπράγματος, cuius τέχνης γραμματικῆς idem Suidas [hh]) meminit, qui de vtroque videndus, et *Lambecius*

gg) V. *Villoiſon* prolegg. cit. pag. XXX. *Ruhnken* praef. ad Heſych. lexic. II. pag. VII. infra in cap. de Lexicis graecis. Orionem Theban. deſcripſit Etymologus M. v. *Ruhnken* ad Timaei lex. plat. pag. 217. ed. II. qui locum emendat. it. *Koen* praef. ad Gregor. Corinth. de dialectis pag. XIX et XXI. vbi locus corrigitur. *Harl.*

hh) *Eudocia* p. 359. (duce Suida III. p. 15. ſq. apud quem hic eſt poſterior.) inter Grammaticos refert Pamphilum, Alexandrinum, Ariſtarcheum grammaticum, eumque ſcripſiſſe, prodit, *pratum* (h. e. varia, inſtar Anthologiae ſ. florilegii:) περὶ γλωσσῶν ἢ λέξεων βιβλία οἱ, (aut ex emendatione Lambecii, quam probat Küſter ad Suidam: ἔστι δὲ τοιχί-

cius lib. 2. de bibl. Vindobonensi pag. 528-542. *Fabr.* Siue pag. 141. sqq. edit. Kollarii, cum primis pag. 153. seqq. vbi Suidae locum de Pamphilis vberius persequitur, et emendare sustinet, dum contendit, Suidam ex duobus Pamphilis tres fecisse, scriptaque secundi male adtribuisse primo; ideo totum de Pamphilo locum aliter scribendum et in ordinem redigendum censet, et hinc omnia scripta, quae Pamphilo primo a Suida tribuuntur, ei abiudicat, atque secundo adsignat, auctoritate adductus Galeni, qui Pamphilum illum, qui de herbis scripsit, *grammaticum* adpellet. Enimvero Lambecii argumentationem mera tantum niti coniectura, monet Küster ad Suidae locum; praeter ea Küster. existimat, opus Pamphili de *iconibus* eiusdem fuisse argumenti, de quo scripti sunt duo libri Philostrati περὶ εἰκόνων, hodie adhuc exstantes. Add. *Fabric.* in elencho medicor. vett. in vol. XIII. pag. 356. vbi plures quoque *Pamphili* recensentur, atque vol. VI. pag. 499. vet. edit. et *Needhami* prolegg. ad Geoponica pag. LXIII. sqq. ibique not. Niclas, qui Küstero adsentitur; at, vtrum is Pamphilus, philosophus, cui Suidas geoponica siue de R. R. libr. tribuit, platonicus sit ille, quem Epicurus Sami audiuit, (v. supra, vol. III. pag. 181.) vt Lambecio et Küstero placet, an vero alius, nescire se fatetur. *Harl.*

Pamprepius, Thebanus, qui Athenis grammaticam docuit Zenonis temporibus. De illo multa Suidas e Malcho, historico, in Παμπρέπιος. Meminit iterum in Σαλλούστιος, Σαραπίων etc.

Pampus, grammaticus, ad quem epistola sexta Aeneae Gazaei.

[*Parmenion*, glossographus. v. supra, vol. I. pag. 518. vbi quoque de *Pamphilo* et *Parmenisco* quaedam sunt notata, *Villois.* prol. cit. pag. XXIX et XLI. not. *Harl.*]

Parmeniscus, grammaticus, ab Etymologico Magno citatur in Ἀρέω et in Ἀγραφίης, vbi male editum est Παρμένιος. Alius *Parmeniscus*, pythagoricus, de quo lib. 2. c. 13. alius *Parmeniscus*, praefectus Apolloniatarum. in numo apud Laur. Begerum tom. I. thesauri Brandenburg. pag. 462.

Parthenius, Phocensis, Dionysii, grammatici, discipulus, Athenaeo, Etymologo, Suidae, Eustathio aliisque memoratus, de quo lib. 3. c. 27. §. 9. [vol. IV. pag. 305. sqq. praecipue pag. 309.] vbi et de aliis hoc nomine et de *Parthenio Nicaeno*, cuius narrationes amatorias habemus.

Paxamus, de quo Suidas.

Philemon, Atticus Anxonensis, [vel potius *Aexonensis*, vt docet Meurs.] de quo *Meursius* in bibl. Attica. *Fabric.* — *Meursius* col. 1583. sq. in thes. antiqq. gr. Gronou. a Poleno

ποικίλων περιοχὴ γλωσσῶν, ἢ λέξεων,) inc. a littera, ι et desinere in ω. quae autem ad α vsque ad δ'. pertinerent, ea confecisse Zopyriona: tum εἰς τὰ Νικάνδρου ἀνεξήγητα, (h. e. *ab aliis non explicita,*) καὶ τὰ καλούμενα Ὀπικὰ, (aut rectius ex emendat. Küsteri ad Suidam, Ὀφιακὰ *de serpentibus*,) porro artem criticam, et permulta alia: alterum autem *Pamphilum*, Amphipolitam, cognomento φιλοπράγματον, *Eudocia* pag. 361. inter philosophos recenset, eumque, (praeeunte Suida, ad quem v. Küsteri not. III. pag. 14.) scripsisse, narrat, εἰκόνας (imagines herbarum h. e. ex mente Lambecii,) κατὰ στοιχεῖον. (de quibus *Lambec.* l. citando p. 155. seq. ex Galeno est copiosus, sed dissentit Küster. ad Suidam,) artem grammaticam, de pictura et celebribus pictoribus, georgicorum libros tres. (quorum fragmenta adhuc supersunt. v. *Lambec.* p. 157. sq.) *Harl.*

leno edito, vol. X. docet vberius, hunc Philemona scripsisse περὶ ἀττικῶν ὀνομάτων ἢ γλωσσῶν· Ἀττικὰς φωνάς· Ἀττικὰς λέξεις· περὶ ἀττικῶν ὀνομάτων. (quae omnia sub diuersis, sed idem significantibus, titulis citata, vnum opus fuisse videntur,) περὶ παντοδαπῶν χρηστηρίων. σύμμικτα. Add. supra volum. II. pag. 476. not. et *Villoison* proleg. homer. pag. 34. qui *Philemonem*, τῶν συμμίκτων auctorem, Alexandri M. facit aequalem. Alius grammaticus et criticus, *Philemon*, Creticus (aut forsan auctor συμμίκτων) cuius editionis homericae variae lectiones in homericis scholiis Marcianis memorantur; vide schol. ad Il. β'. 258. coll. iis, quae *Villoison* in prolegg. homer. pag. XXXIV. ex *Porphyrii* quaest. homer. 8. adducit. — Alius *Philemon*, grammaticus, praeceptor imperatoris Maximini iunior. apud Capitolin. pag. 148. — Alius *Philemon*, auctor Lexici technologici, de quo iam plura adnotaui supra pag. 169. h. vol. et in vol. I. pag. 518. Add. fragmentum illius lexici reperiri in cod. Medic. X. nr. 10. plut. 91. v. *Bandin.* catal. codd. gr. III. col. 429. qui vero Philemonas haud distinguit. *Harl.*

Philetas, Cous, grammaticus, criticus, Ptolemaei Philadelphi praeceptor, de quo idem Suidas et *Vossius* III. institut. poetic. pag. 52. *Fabr.* Plura vide supra, in vol. I. p. 518. vol. II. pag. 874. vol. IV. pag. 490. et *Koppiers* obseruata philolog. pag. 35. seq. de *Philetae*, antiquioris forsan grammatici, aeuo Aristophanis et Strattidos, *lexico homerico*, de quo iam ex Koppiersio dixi supra ad vol. II. pag. 497. not. Apud *Suidam* tom. III. pag. 600. (vbi v. Küster,) et Eudociam pag. 424. dicitur quoque floruisse Philippi et Alexandri M. temporibus. conf. doctum cl. *Car. Phil. Kayseri* libellum, *Philetae Coi fragmenta*, *quae supersunt* etc. Göttingae 1793. 8. pag. 13. sqq. *Harl.*

Philippus, quem de spiritibus dictionum scripsisse, Herodiani praecepta sequutum, et de synaloepha, Suidas auctor est.

[*Philiscum*, *Aeginetam*, [de quo v. *Suidam* III. pag. 603. ibique Küster. et supra in vol. II. pag. 314.) *Eudocia* pag. 424. inter grammaticos recenset. *Harl.*]

Phillatius, (al. *Philtatius*) Olympiodori, historici, amicus, cuius meminit *Photius* cod. LXXX. pag. 110. Ζητήματος ἐν ταῖς Ἀθήναις ἀνακύψαντος περὶ τῶν κεκολλημένων βιβλίων, μαθὼν τοῖς ἐπιζητοῦσι τὸ μέτρον τοῦ κόλλου, ΦΙΛΛΑΤΙΟΣ ὁ τοῦ ἱστορικοῦ ἑταῖρος εὐφυῶς περὶ Γραμματικὴν ἔχων ἀπέδειξε, καὶ εὐδοκιμήσας, τυγχάνει παρὰ πολιτῶν εἰκόνος.

Herennius Philo, Byblius, grammaticus, Domitiani temporibus clarus, Hermippi Berytii praeceptor, de quo dixi lib. 4. cap. 6. [vol. IV. p. 753] vbi plures Philones retuli.

[*Philochorus*, Atheniensis, grammaticus. v. inprimis supra, vol. II. pag. 481. seq. *Meursius* in bibl. Attica h. v. cl. *Wolf.* in prolegg. ad Demosth. orat. adu. Leptin. p. XCVIII. sq. et *Olearii* notas in Suidam, ab Ernesti editas, pag. 318. *Harl.*]

[*] PHILOXENVS, de cuius glossis dicam infra capite, quod Lexicis graecis adhuc destinaui. Nonnulla de eodem habes lib. 2. cap. 5. *Fabr.* Vol. I. pag. 519. In schol. Marcianis et comment. Eustathii saepius memoratur. Eius opera enumerant Suidas et Eudocia. Conf. *Villoison* prolegg. homer. pag. 18. *Olearii* notas ad Suidam, ab Io. Chr. Theoph. Ernesti cum I. A. Ernesti obss. philolog. criticis in Aristoph. Nubes etc. editas, (Lipsiae 1795. 8.) pag. 318. et pag. 317. de *Philoxeno* Εὐκλητίδου (sed in Küsteri edit. Suidae III. pag. 605. Εὐλητίδου, *Euletidae* filio,) Cytherio, poeta. — *Philoxenus*

loxenus vero confunditur interdum cum *Philone;* aut, vt probabilius videtur *Koenio* praef. ad Gregor. Corinth. de dialect. pag. XIX. sqq. duobus nominibus idem innotuit grammaticus. Pariter Φίλων et Φιλωνίδης eadem sunt nomina, forma duplici, de cuius frequentia et consuetudine docte agit idem *Koen.* pag. 133. sqq. ad Greg. Corinthum. *Harl.*

[*Pindarus Commaticus:* de rebus grammaticis eum scripsisse, patet ex schol. gr. ad Dionysii, Thracis grammat. a *Villoisonio* in anecd. gr. II. p. 187. e cod. Veneto CCCCLXXXIX. publicato. adde supra in vol. I. pag. 519. nr. LXXXVII. et nr. 4. *Harl.*]

Pinytus. Stephanus Byz. in Βιθύνιον.

Pius, Πῖος, qui in Odysseam scripsit. Vide si placet lib. 2. cap. 5. [vol. I. pag. 519.]

MAXIMVS PLANVDES. Supra pag. 46. seq.

[*Polio*, s. Pollio grammaticus, scripsit de erratis, quae circa litteras committuntur, testibus *Suida* III. pag. 164. (vbi v. Küster.) et *Eudocia* pag. 360. *Harl.*]

PORPHYRIVS. Supra pag. 47. et lib. 4. c. 30. lib. 2. c. 5.

[*Porphyrogenitus.* v. supra, vol. I. pag. 520. *Harl.*]

[*Polybius*, *Sardianus*. v. supra inter grammatic. ineditos h. v. *Harl.*]

MICHAEL PSELLVS. pag. 47.

Posidonius, quem citat Etymolog. in Ὄψις. Idem, ni fallor, quem Aristarchi anagnosten laudat Eustathius. De aliis *Posidoniis* praeter Ionsium et ea, quae lib. 3. cap. 10. [vol. III. pag. 572. sqq.] dixi, videndus *Begerus* tom. I. thesauri Brandenburg. p. 276. licet numus, quem ibi refert, nulli ex tribus Posidoniis, Suidae memoratis, conuenire videatur; sed potius alicui praefecto vel magistratui huius nominis in prouincia aliqua, mari vicina, vel insula.

[*Praxiphanes*, Mytilenaeus, Theophrasti sodalis, primus adpellatus est Grammatici nomine, referente *Clemente Alexandr.* Strom. I. pag. 309. ed. Heins. v. *Vales.* de critica cap. II. pag. 148. ibique not. Burmanni, et supra, in vol. II. pag. 503. *Harl.*]

Proteas, Zeugmatites. *Steph. Byz.* in Ζεῦγμα, Etymolog.

Protogenes, grammaticus. *Plutarch.* VIII. 4. et IX. 2. sympos.

PTOLEMAEVS, *Ascalonita*, de quo dixi lib. 4. c. 35. [§. 5. pag. 156. h. vol.] et lib. 2. c. 5. [vol. I. pag. 52.]

PTOLEMAEVS, Alexandrinus, cognomine *Chennus*, *Hephaestionis* F. clarus Traiani et Hadriani temporibus. Vide supra pag. 18. [nec non, vol. I. pag. 521.] et Suidam in Πτολεμαῖος et Ἐπαφρόδιτος, *Photium* cod. CXC. vbi excerpta dat ex eius sex libris ad Tertullam, eruditam feminam. περὶ τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας (παράδοξον ἱστορίαν Suidas adpellat,) quae graece et latine inter script. res historiae poeticae cum Dau. Hoeschelii et Andreae Schotti notis recudi curauit *Tho. Galeus.* Paris. 1675. 8. Tzetzae *Ptolemaeus Hephaestion* dicitur. Suida teste scripsit etiam Sphingem, drama historicum, et ἀνθόμηρον poema Homerici aemulum libris XXIV. *Fabr.* *Eudocia* pag. 360. de hoc et de aliis quatuor *Ptolemaeis*, grammaticis, duce Suida, disserit. Eudocia autem cum Suida scribit Ptolem. ὁ τοῦ Ἡφαιστίωνος. Sed *Ionsius*, qui de scriptor. histor. philos. I. cap. 2. sect. 4. quaedam de nostro habet, in sect. 5. pag. 161. improbat eorum opinionem, qui scribant aut interpretentur *Ptolemaeum Hephaestionis* filium vel *Ptolemaeum Hephaestionis*, quum *Ptolemaeus Chennus* sub

Nerua et Traiano, *Hephaestion* autem sub Antonino Pio floruissent. Ionsius igitur malit *Ptolemaeus*, *Hephaestionis praeceptor vel pater.* De quo veterum vsu et scribendi breuitate v. etiam *Villoison.* proleg. ad Apollonii lexic. homer. pag. IV. sq. *Harl.*

Ptolemaeus, Ἐπιθέτης, siue, vt in Eustathii codicibus, Ἐπίθετος dictus, hoc est *ascititius*, quod Aristarchum sectaretur, Hellanicum vero auscultaret. Scripsit, Suida teste, περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πληγῶν, de plagis siue vulneribus, quae inflicta narrat Homerus, et commentarium in Odysseam. *Fabr.* v. supra in vol. I. p. 520. sq. *Harl.*

Ptolemaeus, Oroandri F. Alexandrinus, cognomine *Pindarion*, Aristarchi discipulus, qui, vt idem Suidas auctor est, scripsit Homericorum [?] ὑποδειγμάτων siue *exemplorum* libros III. De charactere dicendi, quo Homerus vsus est. De dictione librum ad Neothalidem. De Vtide Iliad. *ι*. 366. et Asteropaeo Iliad. *φ'*. 351. aliaque. *Fabric.* v. supra, vol. I. pag. 520. *Harl.*

Ptolemaeus, cum Aristonico, Alexandrino, patre suo, grammaticam Romae professus, quem Suidas ait scripsisse τὰ ὁμοίως εἰρημένα τοῖς Τραγικοῖς siue de iis, quae plures Tragici consimilia sibi dixerunt. In Homerum libros quinquaginta; De iis, quae ab Homero ξένως et *parum* credibiliter narrata sunt, et de Musis ac Nereidibus. *Fabr.* Vide ad vol. I. pag. 521. nr. XCVIII. *Harl.*

[*Rheginum*, (de quo vide ad cap. XXXVI. de Phrynicho, et *Bandini* catal. codd. gr. Laurent. I. pag. 549.) atque *Rhianum*, poetam, (de quo egi in vol. I. pag. 734.) *Suidas* pag. 256 et 259. tom. III. atque *Eudocia* pag. 371. grammaticis quoque adnumerant. *Harl.*]

[*Sallustius*, sophista, scripsit commentarium in Demosthenem et Herodotum. v. *Suidam* III. pag. 276. vbi plures *Sallustii* recensentur, et *Hemsterhus.* ad scholiasten, (qui Σαλούστιον quemdam citat,) ad Aristoph. Plutum v. 725. pag. 247. not. 30. *Harl.*]

Seleucus, Alexandrinus, cognomento Homericus, qui totum poetam commentariis illustrauit. Scripsit etiam de differentiis verborum περὶ τῆς ἐν συνωνύμοις διαφορᾶς, aliaque, de quibus Suidas et eruditus eius interpres, Kusterus, consulendus. Citatur ab Apollonio, Dyscolo, Eustathio etc. [De hoc et sequenti vide quoque *Eudoc.* p. 386.]

Seleucus, Emesenus, grammaticus, cuius commentarius in Lyricos et alia scripta a Suida memorantur.

Semus, Eleus, qui de paeanibus aliisque rebus scripsit, atque a Deliacorum, quod composuit, opere *Delius* aliis adpellatur. Vide *Suidam* [*Eudoc.* l. c.] et *Vossium* de historicis graecis.

Aelius Serenus, Atheniensis, cuius epitomen commentariorum Philoxeni in Homerum libro vno et Philonis de vrbibus et claris illarum viris, libris tribus constantem Suidas et Eudoc. l. c. memorat.

Sergius, grammaticus, ad quem scripsit Severus Eutychianus. *Photii* bibl. cod. CCXXX. pag. 464. ex Eulogii Alex. libro IX. *Fabr.* *Pachomius* in praef. ad suam grammat. (inter codd. MSSt. gr. apud Nanios adseruatos, pag. 511.) laudat Σεργίου ἀναγνώστου ἐμεσινοῦ εἰς τὰ Αἰλίου Ἡρωδιανοῦ. *Harl.*

[*Seruius*, Σέρβιος, ἐν τρίτῳ τῶν Τρωϊκῶν citatur ad Homer. Il. Φ. 242. pag. 471. *Villois.* *Harl.*]

[*Sextus*

[*Sextus*, citatur a schol. B. ad Hom. Il. A. v. 155. fin. pag. 270. ed. Villoison. *Harl.*]

[*Sidonius*, citatur in Etymol. M. pag. 124. in Ἀπὸ et in scholiis ad Iliad. O'. 229. ex cod. Aloysii Alemanni. An *Philoxenus Sidonius* apud Eustath. pag. 579. ed. Rom.? at pag. 966 et 1017. atque in scholiis Pindari simpliciter dicitur *Sidonius*, obseruante *Villoison* in prol. ad Apollonii lex. homer. pag. XXI. Saepius occurrit *Sidonii* nomen in schol. ad Homerum. v. supra, vol. I. pag. 450. h. v. pag. 452. vbi in indice scriptum exstat *Sidonius (Dionysius) grammaticus*, pag. 456. et 492. *Harl.*]

SIMEON, grammaticus, cuius Etymologicum MS. in bibl. Vindob.

[*Simmias* grammaticus a Suida et Eudocia dicitur, sed conf. in vol. III. pag. 808. §. XI. notata. *Harl.*]

Socratides. Vide paullo infra in Soteride.

[*Sophocleus*, inter veteres Apollonii, Rhodii, enarratores nominatur a schol. ad *Aristophan.* Nub. 397. pag. 309. m. edit. *Harl.*]

[*Sophronius*. v. supra inter grammat. ineditos h. v. *Harl.*]

Sosibius, Laco. Suid. in Δικηλιστῶν, et in Σωσίβιος, vbi ex Athenaeo innuit, eum scripsisse λύσεις solutiones problematum, (vt Hephaestion, Orus Alex. Zenodotus et alii) adeoque fuisse ex illo grammaticorum genere, qui a nodis difficilium quaestionum soluendis λυτικοὶ siue ἐπιλυτικοὶ adpellabantur, quemadmodum contra ἐνστατικοὶ, quibus, vt Apollonio, Dyscolo, iucundum erat, propositis quaestionibus aliorum ingenia fatigare. Vide *Wowerii* polymathiam pag. 95. *Ionsium* pag. 206. *Fabr.* Vide *Ionf.* de script. hist. phil. II. 3. pag. 151. sq. ed. Dornii. supra, vol. I. pag. 524. III. p. 819. not. De *Sosibio*, tragico, vol. II. pag. 321. Sed in loco Athenaei, ibi citato, *Sositheum* esse reducendum, contendit cl. *Eichstädt* de dramate graecorum comico-satyrico, in primis de *Sosithei* Lytiersa. Lips. 1793. 8. *Harl.*

[*Sosiphanes*. v. supra, vol. I. pag. 524. *Harl.*]

Sostratus, Aristodemi F. Nysaeus. *Strabo* XIV. pag. 650. *Fabr.* Idemne videtur *Sostratus*, quem *Eudocia* pag. 85. inter eos nominat, qui ibi feruntur Achillis vitam enarrasse, aut mythos forsan fataque belli Troiani exposuisse? *Harl.*]

[T] *Soteridae* duo a Suida memorantur grammatici, vnus Pamphilae, de qua supra, maritus, (sed quem alibi ii) vocat Σωκρατίδην,) quem ait scripsisse orthographiam; quaestiones homericas; commentarium in Menandrum; de metris, de comoedia et commentarium in Euripidem. [Eadem refert *Eudoc.* pag. 387.] Alter Pamphilae pater, Epidaurius, qui sub eius nomine libros tres historiarum vulgauerit.

STEPHANVS, MS. in Dionysium, Thracem. Supra p. 47. [*Stephani*, grammatici Alexandrini, fragmenta comment. in Dionysii, Thracis, artem grammaticam e codd. Venet. publici iuris fecit *Villoison* in anecd. gr. tom. II. p. 125 et 141. sq. *Harl.*] — Alius, vt existimo, cuius ἐθνικῶν epitomen habemus, de qua lib. 4. c. 2.

ii) Suidas in Παμφίλη. Itaque videndum, an Soteridae ambo apud Suidam denotent vnum eumdemque hominem, et priore loco legendum non ἀνὴρ Παμφίλης, sed πατήρ. Certe etiam priorem illum scribit libros historiarum Pamphilae nomine proscripsisse, quod idem mox etiam de altero adfirmat.

MICH. SYNGELVS [*Syncellus*] presbyter Hierosol. Supra pag. 16. 39. et Michael Syngellus.

[*Syrianus.* v. supra, vol. I. pag. 525.]

Tauriscus, Cratetis Mallotae auditor, *Sexto Empirico* memoratus lib. 1. contra grammaticos cap. 13.

Telephus, Pergamenus, L. Veri praeceptor, de quo viri docti ad Capitolinum in Vero c. 2. Suidas plura eius scripta memorat, quae intercidisse dolendum est: Ποικίλης φιλομαθίας siue variae eruditionis libros duos: Vitas tragicorum et comicorum: Βιβλιακῆς ἐμπειρίας de notitia librorum libros tres, quibus docuit τὰ κτήσεως ἄξια βιβλία, qui libri essent comparatu digni: De Atheniensium legibus, moribus et dicasteriis: Περιήγησιν siue descriptionem Pergami: de Pergami regibus libros V. et de Augustali Pergameno περὶ τοῦ ἐν Περγάμῳ Σεβαστείου libros duos: Praeterea libros V. περὶ συντάξεως λόγου Ἀττικοῦ siue de attica constructione, et de nominibus vestium aliarumque rerum, quarum in vita vsus est, atque ὠκυτόκιον siue collectionem epithetorum ad expeditam dictionis copiam libris X. Denique alia Homerum spectantia, quae retuli lib. 2. c. 5. [vol. I. pag. 525. et p. 539. §. VI. cap. VI.] vbi etiam de altero *Telepho*, Coo, Philetae grammatici, de quo supra, patre. *Fabr.* — *Telephus* citatur in schol. ad Aristophan. Plut. v. 725. vbi v. Hemsterhus. pag. 247. adde *Wieland* ad germanicam Luciani interpretat. tom. V. pag. 392. *Burmann.* II. add. ad Valesii emendatt. pag. 226. seq. *Harl.*

Theagenes, Cnidius, quem in critica magistrum habuit Herodes Atticus. *Philostr.* in Herode cap. 14. [conf. *H. Valesi.* de critica, c. II. pag. 149. sq. supra, vol. I. p. 525.]

Theo, grammaticus, cui successit Tiberii et Claudii tempore Apio Plistonices. Suid. in Ἀπίων. Idem forte Theo, cuius commentarius in Odysseam ab Eustathio citatur. *Fabr.* v. supra, vol. I. pag. 525. *Warton* ad Theocrit. tom. I. pag. 135. sq. *Ruhnken* praefat. ad Hesychii lex. vol. II. pag. IX. sq. *Harl.*

THEODORETVS, [f. *Theodoritus*] de spiritibus dictionum. Supra p. 36. Exstat [☞] etiam ad calcem grammaticae Vrbani, et Alexandri Scoti, et ad calcem Scapulae. *Fabric.* Quod negat *Iriart.* supra ad § XV. sect. III. nr. 3. laudatus. *Harl.*

THEODORVS GAZA. Supra pag. 39.

THEODORVS PRODROMVS. pag. 47. [et ad §. VII.]

THEODOSIVS, Alexandrinus. ibid.

THEOGNOSTVS, siue THEOGNOTVS, ibid. *Fabr.* Conf. *Villoison* anecd. graec. II. pag. 127. not. de Theognosti aetate et historia Michaelis Balbi II. Amoriensis. *Harl.*

Thespesius, grammaticus, in quem Greg. Nazianzeni Epigramma dedi lib. 4. c. 32.

THOMAS Magister. Supra pag. 47. seq. et lib. 4. c. 36. §. 10.

Timarchus, siue potius *Timachides*, Rhodius. Vide Küsterum ad Suidam in Ἀργάς. *Fabr.* *Timachides* emendabatur a Maussaco ad Harpocr. v. Ἀργάς· quod praeter Kusterum probauit *Ruhnken* praef. ad Hesychii lex. pag. VIII. *Harl.*

[*Timogenes*, siue *Timagenes.* v. supra ad vol. I. pag. 525. fin. et *Villoison* prolegg. ad Hom. Iliad. pag. XLII. not. *Harl.*]

TIMOTHEVS, grammaticus Gazaeus, cuius ἀποσπασμάτιον MS. in codice Barocc. 50.

GEORGIVS TRAPEZVNTIVS. Supra pag. 45.

TRICHA.

TRICHA. pag. 48.

TRYPHIODORVS, de quo lib. 2. c. 5. et c. 7. §. 8.

TRYPHONIS plura inedita retuli pag. 48. et editum de tropis atque figuris dictionum apospasmation pag. 36. Fuit hic Tryphon Ammonii F. Alexandrinus, qui, eodem Suida teste, Augusti temporibus et ante vixit. [v. supra, vol. I. pag. 526.]

Tyrannio, dictus alio nomine *Theophrastus*, Hestiaei Amaseni et Dionysii, Thracis, discipulus, Romam captiuus ductus a Lucullo, vbi diues et bibliothecae 30000. amplius librorum possessor factus est. De hoc *Hesychius* illustris et *Suidas*, *Plutarchus* Lucullo pag. 504. et Sylla pag. 468. *Strabo* XIII. pag. 609. vbi de libris Aristotelis ab eo redemtis. [vid. supra, vol. III. pag. 293 et 373.]

Tyrannio, Amasenus, iunior, prioris discipulus a praeceptore nomen consequutus, alio nomine *Diocles*, quem audiuisse se testatur ciuis eius *Strabo* XIII. p. 548. Hic Terentiae Ciceronis libertus et liberorum eius praeceptor, de quo *Cicero* II. Epist. ad Attic. et II. 4. ad Quintum fratrem. De huius Tyrannionis διοϱθώσει Homerica aliisque scriptis videndus Suidas. [v. supra, vol. I. pag. 526.]

[¶] IO. TZETZA siue TZETZES. Supra in Iohanne.

VRBANVS, Bellunensis. Supra pag. 14.

ZACHARIAS CALLIERGVS. pag. 48.

Zeno, grammaticus, cuius epigrammata memorat *Laertius* VII. 35.

[*Zeno*, Herophileus, (h. e. qui sectam Herophili sequebatur,) scripsit de signis criticis, ad Hippocrateorum codd. oram adpositis. v. *Menag.* ad Laert. III. pag. 161. tom. II. et *Villoison* prolegg. ad Hom. Il. pag. XX. — De *Zenone Citieo*, qui rhetorica et grammatica scripsit opuscula, aliisque *Zenonibus* philosophis, (de quibus in vol. III. pag. 526. seq. et 579. seqq. satis disputatum est,) v. *Eudocia* pag. 204. seq. et supra, vol. III. pag. 581. seq. de illo *Zenone*, grammatico. *Harl.*]

Zeno, Myndius. Stephanus Byz. in Μύνδος.

Zenodotus, Philetae discipulus, Ephesius, Ptolemaei Lagi tempore praefectus bibliothecae Alexandrinae, de cuius διωϱθώσει poematum Homeri dixi lib. 2. c. 2. §. 16. [conf. vol. I. pag. 527. — De *Zenodoto Philetaero*, in hoc vol. pag. 160. Eius opusc. de differentia vocc. animalium est quoque in bibl. Escorial. *Harl.*

Zenodotus alter, iunior, Alexandrinus, qui Aristarchi criticam in Homero audaciam subinde castigauit. Vide, si placet, quae dicta a me sunt eodem loco. [add. *Villois.* prol. Hom. pag. XXXI. De hoc Zenodoto et superiore v. *Eudoc.* pag. 204.]

Zopyrio, grammaticus, cuius meminit *Plutarchus* IX. 2. seq. conuiualium quaestionum. *Fabric.* Conf. *Eudoc.* pag. 360. de Pamphilo, et supra in hoc catal. grammat. in voc. *Pamphilus*. *Harl.*

Zopyrus, Supra in Dionysio Zopyro. *Fabr.* Supra in vol. I. p. 527. *Harpocration* voc. Ἕϱμος (vbi v. Maussacum pag. 173.) laudat illius librum πεϱὶ ποταμῶν. *Zopyrus*, Byzantinus, ἐν τϱίτῳ Ἰστοϱικῶν memoratur a *Plutarcho* in parallelis, t. VII. ed. Reisk. p. 249. *Zopyrus*, Clazomenius, rhetor, supra in h. vol. pag. 141. vt alios eiusdem nominis hic praetermittam. *Harl.*

[In vſum Graecorum recentioribus temporibus *grammaticas* fuiſſe compoſitas ſermone graeco, iam in introduct. in hiſt. L. Gr. I. pag. 41 et 43. ſeq. notaui. De Laſcaris, Moſchopuli et Gazae Aldique grammaticis v. partim ſupra ſub nominibus Laſcaris Gazae et Moſchopuli, §. IX et XV. partim, quae ſupra in vol. I. pag. 707. ſeq. de editt. primis Theognidis et Pythagorae A. C. pag. 794. not. *ggg.* ac 797. not. adtuli, partim in indice recentiorum grammaticorum, in catal. bibl. *Bunau.* tom. I. vol. III. pag. 1800. ſeq. commemorantur. Recentiores grammaticae, graece ſcriptae, hae mihi innotuerunt.

Aldi Manutii Romani grammaticae inſtitutiones graecae, (graece, cum praef. Muſuri, qui eam poſt Aldi mortem edidit,) in calce: *Venetiis* in aedibus Aldi et Andreae ſoceri, menſe Nou. M. D. XV. (1515.) 4. Muſurus in praefat. et epiſtola dedicat. „Mihi, inquit, filiolam paruulam, quam proxima foetura mentis trans mare genuerat, tradidit (ante mortem) expoliendam. — Recepi igitur facturum: et quod promiſſum eſt: nunc exitu praeſtatur. Itaque grammatica graeca, (id enim filiolae nomen eſt,) quam Aldus, immatura morte praeuentus, plenioribus eruditionis alimentis nutrire non potuit, ad te moeſta verecundaque noſtro impulſu proficiſcitur.“ Integram epiſtolam Maittaire etiam in A. T. II. pag. 53. ſeq. recudendam curauit. In ſerie dell' edizioni Aldine p. 6. citatur quidem *Aldi Manutii grammatica graeca* 1497. 4. Sed illae ſunt *inſtitutiones graecae grammatices* auct. *Vrbano Bellunenſi*, ord. min. exc. in aedibus Aldi Manut. M. III. D. menſe Ian. v. *Seemilleri* incunab. typogr. bibl. Ingolſt. faſc. IV. pag. 88. *Strauſſ.* opp. rariora bibl. Rebdorf. Eichſtädt. 1790. 4. pag. 283. et cel. *Panzeri* A. T. III. pag. 418. *Aldinae* autem grammaticae edd. Pariſ. Rob. Seph. 1531. 4. Venet. 1558. 8. 1561. 1564. 1568. 1578. 8. memorantur in catal. bibl. Pinellian. III. pag. 262. ſeq. ed. a. 1576. in: Serie ed. Ald. pag. 133.

Βυσσαρίωνος ἱερομάχου μακρῆ, τοῦ ἐξ Ἰωαννίνων, Σταχυολογία τεχνολογικὴ κατ' ἐρωταπόκρισιν τῆς γραμματικῆς τέχνης. Νεωστὶ δὲ τυπωθεῖσα μετὰ προσθήκης τῶν τοῦ ἈΜΜΩΝΙΌΥ *ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων, τῶν χρυσῶν ἐπῶν* ΠΥΘΑΓΌΡΟΥ, *καὶ ἄλλων τινῶν ὠφελίμων· ἐπιμελείᾳ καὶ διορθώσει Ἰωάννου Ἱερέως* ἈΒΑΜΊΟΥ, *τοῦ Κρητός.* Venetiis 1694. 8. Ex qua *Helladium* pleraque repetiiſſe in ſua grammatica, Fabric. ſupra §. XV. ſect. IX. iam adnotauit.

Γραμματικὴ περὶ συντάξεως τοῦ — — ἈΛΕΞΆΝΔΡΟΥ ΜΑΥΡΟΚΟΡΔΆΤΟΥ, *τοῦ μεγάλου Λογοθέτου τῆς Ἀνατολικῆς τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας.* — — *Ὁμοῦ καὶ ἑτέρα* ΜΙΧΑῊΛ ΤΟΥ͂ ΣΥΓΓΈΛΟΥ, *τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῶν Ἱεροσολύμων· — ἐπιμελείᾳ καὶ διορθώσει Ἀλεξάνδρου Καγκελλαρίου τοῦ Ἰατροφιλοσόφου.* Venetiis 1745. 8. In epiſtola dedicat. graece ſcripta, ait Alexander, Michael. Syngeli grammaticam quam optimam, (quae incipit a pag. 119.) fuiſſe admodum raram, ideo ſe eam iterum edidiſſe. In praefatione, nomine typographi ſcripta, dicitur prior editio ſub nomine *Lecapeni*, qui illam grammat. feciſſet ſuam, prius prodiiſſe. — De grammatica Moſchopuli, edita Viennae Auſtriae 1773. v. Introd. meam, proleg. pag. 41. ſq. — Nouam graecam grammaticam, quae omnes facilitate et bonitate ſuperet, graece, auctore *Demetrio Polyzu*, apud Markiden Puliu, prelo ſubiectum iri, et *Polyzoy Condu*, profeſſorem graecum Peſtini in Hungaria edidiſſe, aut e prelo mox emiſſurum eſſe grammatic.

graecam

graecam, per litteras mihi significauit eruditissimus et humanissimus *Alter*, Profess. L. L. Graecc. Vindobonensis. *Harl.*

De *Neophyti* Peloponnesii Commentario doctissimo in quartum Gazae librum, Bucurestii 1768. edito v. Reitz. de prosodiae gr. acc. inclinatione p. XVII. sq. ibique Vuolfium, V. C. *Beck.*

Recentiores grammaticos graecos, qui latine scripserunt, recensere vniuersos nihil adtinet, non magis quam telas congerere aranearum. Celebriores tamen plerosque laudare non alienum ab hoc loco existimaui [kk]), vt sunt:

[Initium faciat grammatica gr. a communi Germaniae praeceptore, *Phil. Melanchthone* scripta, quae saepius e prelo exiit. Primum prodierunt in lucem *Philippi Melanchthonis* institutiones graecae grammaticae. Hagenoae ex acad. Anshelmiana, 1518. 4. — tum titulis mutatis, grammatica graeca iam denuo recognita. Noribergae 1533. 8. — libellus grammaticae gr. studio Ioach. Camerarii, Lipsiae 1552. 8. (in catal. Bunau. l. c.) 1551. ap. Val. Papam, (in cat. Thottiano IV. pag. 585.) et 1557. 8. — libellus gr. grammaticae ib. 1563. 8. — grammatica gr. nunc perfectior edita, studio Ioach. Camerarii, Lipsiae 1571. 8. v. *Strobelii* indicem scriptorum Melanchthonis in: Miscellaneen literarischen Inhalts, fasc. VI. pag. 1. sqq. *Harl.*]

[Ego habeo volumen in 4. in quo sequentes duo continentur libri, quos, quia sunt rariores inuentu, hic indicabo:

Quae hoc libro continentur. Georgii Simler. Vuimpinensis etc. Vid. supra h. v. p. 328.

Orthographia A. M. T. — — de litteris latinis — graecis; — de diuisione literarum latin. — graecarum; de accentibus graecis; de diphthongis latinis, — graecis; oratio dominica graece; salutatio angelica alia graece; symbolum apostolorum, graece. — — de orthographia litterarum graecarum; quam cognationem litterae graecae, quae tenues, et

kk) Numerus eorum, id si opus esset, valde augeri posset: sed quid iuuaret molesta sedulitas in conquirendis memorandisque cunctarum grammaticarum graec. editionibus? neque ego, etiamsi laborem illum, grauem neque omnino iucundum haud detrectarem, perfectam absolutamque praestarem omnium singularumque grammaticarum, et reliquorum, in quibus partes quaedam grammatices separatim vberiusque pertractantur, librorum maioris minorisque molis, editionumque enumerationem. Nubem varii generis librorum, qui huc pertineant, iam excitatam reperies in catalogo bibl. *Bunau.* tom. I. vol. III. cap. III. p. 1799. sqq. In sect. I. grammatici veteres et recentiores, in sect. II. scriptores de pronuntiatione L. Gr. et orthographia, de accentibus, dialectis, lingua hellenistica, de prosodia, syntaxi, particulis, figuris, idiotismis etc. in sect. III. lexica, etymologica, nomenclatores et glossaria graeca. In catal. bibl. *Thottianae*, tom. IV. pag. 229. sq. et p. 584-589. — Multa quoque, quae huc facerent, collegerunt *Philipp. Ernst Bertram* in: Entwurf einer Geschichte der Gelahrheit etc. part. I. Halae 1764. 8. sect. III. §. 4. pag. 124-132. *Io. Simonis* in Introductione grammatico-critica in linguam graecam, qua de linguae illius origine et antiquitate, natura, fatis ac subsidiis, de praecipuis grammatices gr. momentis, lingua et textu N. T. graeco, de versionibus denique V. T. graecis differitur. Halae Sax. 1752. — ed. II. auct. 1770. mai. 8. per totum librum, inprimis, cl. *Lawätz* in: *Handbuch für Bücherfreunde und Bibliothekare*, vol. I. part. I. Halae Sax. 1788. 8. cap. XXVI. p. 393-462. In prolegomenis ad introduct. in histor. L. Gr. passim, praecipue pag. 41. seqq. haud paucos huius generis libros commemoraui. Quapropter, quum longa Grammaticarum aliorumue subsidiorum enumeratione, verear, ne tempus chartamque perdam lectorumque abutar patientia, in spicilegio quodam colligendo atque commemoratione cum memorabilium, tum maxime recentiorum librorum, ad rem grammaticam pertinentium, acquiescam. *Harl.*

et mediae et aſpiratae appellantur, inter ſe habeant; de praepoſitionibus graecis etc. In calce: Impreſſum *Erphordie* per Wolfgangum Schenck anno a natali chriſtiano mileſimo, quingenteſimo primo. (1501.) *Harl.*]

Angeli Caninii, Pariſ. 1555. 8. et ex *Caroli Hamboëſii* recenſione 1578. 8. et cum praefatione Tho. Crenii de claris Angelis, Amſt. 1700. 8.

Nic. Clenardi, inſtitutiones Colon. 1530. 1541. 8. [Lugd. ap. Ant. Gryph. 1572. 8.] auctae et illuſtratae obſeruationibus *Petri Anteſignani*, Rapiſtagnenſis, Lugd. Bat. 1594. 4. *Frid. Sylburgii*, Francof. 1587. 8. [ib. 1591. 8. quam equidem habeo edit.] Hanou. 1602. 4. *Renati Guillonii*, Heidelb. 1607. 8. *Alexandri Scoti* et *Io. Varennii*, Lugd. 1614. 8. *Petri Bertrandi Merigoni*, Pariſ. 1618. 8. *Stephani Moſqueti*, Pariſ. 1630. 8. *Gerh. Iohannis Voſſii*, Lugd. Bat. 1642. 8. Amſt. 1650. 8. et *Phil. Labbei*, S. I. Pariſ. 1656. 8. [*Lawätz* pag. 407. ſqq. et in notis annorum mire differt a Fabricio, et plures adfert edd. Aliis relinquere cogor prouinciam comparandi edd. et inquirendi.]

Martini Cruſii grammaticae graecae cum latina congruentis partes duae, Baſil. 1560. 1562. 8. [Wittebergae 1613. 1642. 8. Lipſ. 1702. 8. etc.]

Ludouici Enoci, de puerili doctrina graecarum literarum, Pariſ. 1555. 8. apud Rob. Stephanum. et ap. H. Steph. 1581.

Theophili Golii, grammatica Francof. 1618. et 1619. II. part. 8. — poſt plures alias editiones recuſa Amſt. 1644. 8. 1714. 8. cum proſodia graeca Ioſephi Langii. Hafniae 1735. 8. ibid. 1775. 8. Argentorati 1650. 8. etc.

[F] *Iac. Gretſeri*, inſtitutionum graecae linguae libri IV. e quibus ſecundus tradit Syntaxin [ll]) Ingolſtad. 1602. 8. *Fabr.* Meum exemplar conſtat tribus libris, et vltimus eſt inſcriptus: *Iac. Gretſeri* inſtitutionum L. Gr. liber tertius de ſyllabarum dimenſione, pro ſchola rhetorices. editio *tertia*. Ingolſtadii, ex typogr. Dau. Sartorii MDXCV. (1595.) 8. et libri *tres*. Colon. Agripp. 1619. 8. Atque in eius Operibus in

ll) Syntaxin graecam ſingulari ſtudio tradidit *Io. Poſſelius* poſt editionem Witteb. 1561. 1586. 8. ſaepius recuſus: etiam nouiſſime cum praefat. Schurzfleiſchii, et Hexaſtichis tetraſtichis et diſtichis graecis in euangelia, mei quondam doctoris Ioh. Gothofredi Herrichen, Lipſ. 1692. 8. [1704. 8. 1725. 8. — Eiusd. Calligraphia gr. Francof. ad M. 1583. 1626. 8.] *Io. Caſp. Suiceri* ratio ſyntaxeos apud Graecos, quatenus a latina differt, prodiit Tiguri 1651. 8. *Io. Varennii* Louan. 1532. 4. Pariſ. 1576. 8. *Tobiae Eckardti* compendium graecae ſyntaxeos, Lipſ. 1661. 8. *Fabr.* *Martinus Rulandus* de emendata L. Gr. ſtructura. Argentorati 1559. 8. — *Io. Vollandi* elegantiae graecae linguae, ſeu locutionum graecarum formulae e notationibus *Mich. Neandri* collectae. Lipſiae 1583. 8. *Chriſtiani Stockii* interpres graecus N. T. monſtrans rationem, idiotismos graeci textus dextre euoluendi, ſenſumque rite indagandi, vt tironi inſtar fidi hodogetae eſſe queat editio *tertia*, prioribus multo auctior et caſtigatior. Ienae 1726. 8. Eiusdem literator graecus, ed. III. Ienae 1728. 8. Huc inprimis pertinent *Guil. Budaei* commentarii L. Gr. *Franc. Vigerius* de praecipuis graecae dictionis idiotismis, (quem librum vtilem, ex Budaei comment. magnam partem excerptum egregiis acceſſionibus deinceps ornarunt Hoogeueen et Zeune,) *Matthias Deuarius* de Gr. L. particulis, (quem librum egregie auxit *Io. Gottfried Reusmann*,) inprimis laudatus *Henr. Hoogeueen* in doctrina particularum L. Gr. quod opus amplum et praeclarum commode reduxit in compendium cl. *Schütz*; *Lamb. Bos* de ellipſibus gr. quem librum vtiliſſimum Schoettgen, Leisner, I. B. Michaelis, praecipue *Nic. Schwebel* multis acceſſionibus locupletatum variis locis et temporibus ediderunt. De quibus aliisque quod in Introd. hiſt. L. Gr. prolegg. §. XII. ſqq. vberius egi, et plures, praecipue minores,

in tom. XVI. part. I. Ratisbonae 1734. fol. recusum opus grammaticum hanc habet inscriptionem:

Iac. Gretseri, Διδάγματα L. Gr. nimirum; rudimenta L. Gr. cum catechesi christiana, hymnis et dialogis quibusdam ex Iac. Pontani progymnasmatis et Catonis sententiis in Gr. L. translatis, *institutionum L. Gr. libri III.* exercitatio grammatica in primam concionem S. Chrysostomi de oratione; differt. de L. Gr. litteris ac pronuntiatione; nomenclator latino-graeco-germanicus; commentariolus de verbis anomalis et defectiuis; phrasiologia graeco-latina. *Harl.*]

Ottonis Gualtperii, Lubec. 1612. 8.

Renati Guillonii, de via recta in Graeciam, cum syntagmatis canonum et figurarum et de carminum generibus syllabarumque mm) quantitate. Paris. 1567. 4.

Hermanni ab Hardt, noua et breuis methodus linguae graecae, in eius studioso graeco, Helmstad. 1699. 8.

Io. Frid. Koeberi, grammatica harmonica Golio-Welleriana. Lips. 1688. 8. 1701. 8. 1720. 8.

Lanceloti,

nores, libellos indicarunt auctor cat. *Bunau.* l. c. pag. 1806. sq. et *Lawätz* l. c. pag. 429. sqq. nolo ea omnia hic repetere copiosius. Denique, Dawesium in Miscellaneis criticis, Hemsterhusium, Valckenarium, Brunckium, Ruhnkenium, Ernestum, Fischerum aliosque passim in notis ad varios graecos auctores de multis syntaxeos gr. partibus formisque egregie subtiliterque disseruisse, vix erit, quod admoneam lectores. *Harl.* Add. *Dan. Vechneri* Hellenolexias s. Parallelismi Graecolat. libri duo. Ed. *I. M. Heusinger.* Gothae 1733. 8.

mm) Prosodia Graeca *Petri Coelemanni* Francof. 1611 et 1651. 8. Francofurti 1658. 8. *Philippi Labbei* S. I. Paris. 1663. 8. Eiusdem thesaurus prosodicus graecolatinus ibid. 1634. 8. *Io. Varennii* de accentibus. Paris. 1544. 8. *Fabr.* Graeca prosodia fuse ac compendio tradita, cum dialectis poeticis et scribentium graeca carmina asylo tutissimo: opera P. *Philippi Labbe*, Biturici, e societate Iesu editio *quinta*, (quam habeo,) Paris. 1671. 8. (In catal. Bunau. citatur *Phil. Labbe* elenchus, siue thesaurus prosodico-graeco-latinus. Paris. 1654. 8.) — Graecorum dialecti poeticae, ab oratoriis seiunctae, et noua methodo compendioque facili traditae. Cum licentiis poeticis et graecorum epithetorum noua delineatione. Opera P. *Philippi Labbe.* — *edit. V.* Paris. 1671. 8. — Regulae accentuum et spirituum graecorum, nouo ordine in faciliores et difficiliores pro captu scholasticorum distributae. Quibus additae sunt nonnullae obss. omnibus Gr. L. studiosis vtilissimae. Item dialecti apud oratores vsurpatae, a poeticis seiunctae: cum syntaxi faciliori ac figurata etc. Huic plusquam centesimae variis in locis editioni, quam, ceteris fere ob innumera typographorum menda abdicatis, solam germanam auctor agnoscit, accesserunt plurima de nouo, et regularum ordo in quibusdam mutatus. Opera P. *Philippi Labbe.* — *editio vltima auctior.* Parisiis, sumt. fratrum Barbou, 1725. 12. — Thesaurus graecae poeseos, ex omnibus graecis poetis collectus: libri duo, auctore *Nicolao Caussino*, Tricassino, societ. Iesu. Mogunt. 1614. 8. — *Conr. Dinneri* Farrago epithetorum gracorum locupletissima. Accessit Er. Sidelmanni Epitome de prosodia graeca. Hanou. 1605. 8. *Ioh. Vollandi, Th. Morelli, Ben. Heath,* *Mocciae* et *Becucci* scripta de prosodia gr. etc. in Intr. l. c. p. 52. et *Hermanni* de metris etc. opus, supra ad §. X. iam laudaui. — *De rhythmo* (tam musico, quam poetico et prosaico,) *Graecorum* liber singularis, in vsum iuuentutis etc. (auctore D. *Cleauer*) Oxon. 1789. 8. conf. L'Esprit des Iournaux etc. Paris. Avril 1790. tom. IV. pag. 49. seqq. Monthly Review, mens. Febr. 1795. pag. 235. — De prosodiae graecae accentus inclinatione scr. *Frid. Volg. Reitzius.* Additum est eiusdem carmen: saeculum ab inuentis clarum. Editio repetita, curante *Wolfio.* Lips. 1791. 8. — De accentibus gr. v. quae scripsi in Introd. prol. §. 6. pag. 27. sqq. *Lawätz* l. c. pag. 428. sq. cat. *Bunau.* l. m. pag. 1804. sq. Quibus addatur *Foster* on greek Accents, Londini 1762. 8 et (quae editio in catal. Askew. pag. 3. dicitur melior,) 1763. 8. — Docte copioseque de accentuum antiquitate, vsuque et variorum VV. DD. de illis sententia agit *Villoison* in epistolis Vinariensibus, Turici 1783. 4. pag. 115-120. *Harl.*

Lanceloti, Benedictini e Portu Regali, Noua Methodus, nouvelle Methode pour apprendre facilement la langue grecque. Eſt mihi ad manus nona editio Pariſ. 1696. 8.

Sigismundi Lauxmin, inſtitutiones linguae graecae. Vilnae 1655. 12.

[*Ottomari Nachtgalli*, ſ. *Luſcinii*, progymnasmata graecae litteraturae etc. Argentor. 1517. 4. 1521. 8. 1523. 8. conf. *Am Ende*: in Strobelii Miſcellaneen etc. faſc. IV. p. 48. ſqq. *Harl.*]

Mich. Neandri, erotemata graecae linguae, cum praef. Melanchthonis 1559. 8. — cum prolixa et docta praefatione de notitia librorum Baſil. 1565. 8. et 1576. 8. ſine Neandri praef.

Henrici Opitii, theologi deinde Kilonienſis, graecismus reſtitutus. Kil. 1676. 8. Lipſiae 1687. 8.

Santis Pagnini, iſagoge ad linguam graecam capeſſendam. Pariſ. 1523. 4.

Petri Rami, grammatica graeca. Francof. 1581. 8. 1586. 8. 1605. 8.

Io. Rhenii, grammatica graeca. Lipſ. 1658. 8. ib. 1672. 8. [alias edd. refert Lawätz p. 412.]

Franciſci Sanctii, grammatica graeca. Salmanticae 1592. 8.

Henrici Stephani, paralipomena grammaticarum graecae linguae inſtitutionum et animadverſiones in grammaticorum traditiones. Geneu. 1581. 8. Eiusdem de bene inſtituendis graecae linguae ſtudiis, de parum fidis illius magiſtris, et de cautione in illis adhibenda 1587. 4. De abuſu linguae graecae in quibusdam vocibus, quas Latini vſurpant, 1563. 1573. 8. et gallice de conformitate L. Gr. cum gallica 1566. 8. [*H. Steph.* de abuſu L. Gr. in quibusdam vocibus, quas Latina vſurpat, admonitio. *Io. Henr. Kromayeri*, humanitatis ſtudiorum in acad. Ienenſi Profeſſoris, adnotatt. nondum editis inſtructam denuo publicauit *Frid. Guil. Roloffius*, Berolinas. Berolini 1763. 8. *Harl.*]

Franciſci Vergarae, grammatices libri V. quorum vltimus eſt de dialectis [nn]). Pariſ. 1645. 8. [et 1550. 8. in cat. *Bunau.* l. c. pag. 1800. *Franc. Vergarae* lib. de ſyllabarum quantitate apud Graecos. Amſtel. 1636. 8.]

Io. Verwey, noua methodus docendi graeca. Gaudae 1684. 8. 1702. 8. et Vltraiecti 1735. 8.

Vrbani, Bellunenſis, inſtitutiones graecae grammaticae. Venetiis in aed. Ald. Manut. 1497. 4. — iterum perquam diligenter elaboratae Venetiis ſumtu miraque diligentia Ioan. de Tridino, alias Tacuino 1512. 4. conf. ad med. §. IX. not. et paullo ante de graeca Aldi grammatica.

Georgii

nn) De dialectis Graecorum praeterea videndi *Salmaſius* comment. de lingua helleniſtica; *Io. Varennius*, Pariſ. 1543. 8. *Merigonus*, ibid. 1621. 8. *Martinus Rulandus*, Tiguri 1556. 4. *Erasmus Schmidius*, Witteb. 1621. 8. et cum *Io. Paſoris* idea dialectorum N. T. Argentor. 1712. 8. curante *Gorg. Frid. Heupelio*, qui et ipſe ibid. 1712. 8. canones perſpicuos graecar. dialectorum, exemplis auctorum illuſtratos edidit. Adde *Iac. Zwingeri* hypotypoſin dialectorum graecarum, et alia quae de hoc argumento leguntur ad calcem Lexici Io. Scapulae, et in adpendice theſauri H. Stephani, et ad calcem gloſſariorum, ab eodem editorum. *Fabric.* Adde *Maittarii Faciique* libros de dialectis vtiles, quos vna cum aliis huc pertinentibus opuſculis vberius memoraui in Introduct. l. c. pag. 34. ſqq. vbi de dialectis gr. copioſius diſſerui: item quae ſupra in vol. I. p. 563. ſq. nota *kk.* et in hoc vol. cap 36. p. 164. ſqq. ſunt hanc in rem diſputata. *Harl.*

Georgii Henr. Vrsini, grammatica et electa graeca. Noribergae 1691. 8.

D. Iac. Welleri et *Abr. Telleri*, grammatica graeca. Lipsiae 1635. 8. atque deinde saepius. *Fabr.* — acc. *Lamb. Bos* syntaxis et ratio accentuum, Amstel. 1715. 8. Lipsiae 1749. 8. — Recentior et auctior est editio, quam curauit *Io. Frid. Fischerus*, Lipsiae 1756. — iterum 1780. 8. — Idem vir clar. antea ediderat tres doctos *libellos animaduersionum*, quibus *Iac. Welleri* grammatica graeca emendatur, suppletur, illustratur. Lipsiae 1750-1752. quorum nouam, auctiorem et emendatiorem editionem a viro graece doctissimo nuperrime curatam esse accepimus.

His, id si opus videretur, haud spernendum grammaticarum gr. numerum, adiicere possemus. Sed, vt iam monui, partim otium nobis fecit Lawätz l. c. partim ego recentiores quasdam grammaticas commemoraui et in prolegg. pag. 46. sqq. et in Addendis, tom. II. part. II. pag. 319. sq. ad Introductionem in hist. L. Gr. Quare pauca hic licebit adiicere.

* *M. Io. Leonhardi Reckenbergeri*, collegium fundamentale graecum, quod absoluitur concisis linguae Samaritanae principiis, solidis linguae Graecorum grammaticalibus syntacticisque regulis, quibus breuis tractatio de methodo scientifica grammaticorum praemissa est. Ienae 1739. 8. Auctor, linguam graecam e lingua Phoenicum seu Samaritanorum ortam arbitratus, ex hac linguae graecae praecepta deriuauit ideoque Samaritanorum linguae praecepta s. grammaticam praemisit. In prolegg. de methodo scientifica grammaticorum iusto subtilius disputauit.

Elementa etymologica L. Gr. pro tironibus succincte edita a *I. F. Malero*, M. P. et I. N. P. Loeraci, 1750 8. — reuisa, aucta, emendata a *W. F. Wucherer*, P. P. O. Carlsruhae 1796. 8.

Griechische Sprachlehre, verfasst von I. H. Kistemaker, Profess. der Philologie zu Münster. Monasterii, 1791. 8. conf. Ien. A. L. Z. a. 1793. nr. 193. m. Iun. pag. 728.

Kurzgefasste griechische Grammatik, von Philipp Carl Buttman. Berolini 1792. 8.

Formenlehre des griechischen Declinirens und Coniugirens ohne Accente, mit Anwendung der prosodischen Regeln, zur Wiederholung, oder auch zum ersten Anfang für solche Schüler, die beim Flectiren denken können und wollen. Von Eberh. Gottlob Glandorff. Anspach, 1787. 8.

L. C. Valckenarii obss. academicae, quibus via munitur ad origines graecas inuestigandas lexicorumque defectus resarciendos; et *Io. Dan. a Lennep* praelectiones academicae de analogia L. Gr. siue rationum analogicarum L. Gr. expositio. Ad exempla MSS. recensuit, suasque animaduerss. adiecit *Euerhard. Scheidius.* Traiecti ad Rhen. 1790. 8.

Opere hoc egregie exstructo, quod disciplinae ingenioque Tib. Hemsterhusii ortum maxime debet, via quasi munitur ad subtiliorem interioremque L. Gr. intelligentiam. Atque ab eo tempore plures exstiterunt, qui in tradendis L. gr. praeceptis illorum virorum vestigia premerent. Huc potissimum pertinent:

I. Chr. Struckmeyeri Rudimenta linguae graecae maximam partem excerpta ex Io. Verwegi noua via docendi graeca ad Syſtema analogiae a Hemſterhuſio inuentae-effinxit. *Euer. Scheidius.* Editio ſecunda. Zutphaniae 1797. 8.

Anfangsgründe der griechiſchen Sprache, entworfen von Ioh. Georg Trendelenburg, Prof. der griechiſchen und morgenländ. Literatur zu Danzig. Quarta emendatior editio, Lipſiae 1796. 8.

Griechiſche Sprachlehre nach ihrem weſentlichen Inhalte und Herrn Prof. Trendelenburg Theorie der griechiſchen Coniugation, entworfen von M. Wilhelm Lange, Lehrer am Lutheriſchen Gymnaſium zu Halle. Lipſiae 1797. mai. 8.

Vt olim quidam V. D. ſecundum methodum demonſtratiuam Wolfianam praecepta grammatices formare et tradere, aut potius contorquere auſi ſunt; ita Kantianae philoſophiae diſciplinae adcommodare ſtuduit initia graecae latinaeque linguae cl. *Haſſius*, Profeſſ. Regiomontanus, in libello:

Verſuch einer griechiſchen und lateiniſchen Grammatologie für den akademiſchen Unterricht und öbere Claſſen der Schulen. Koenigsberg, 1792. 8.

Ad principia Hemſterhuſiana reduxit cel. *Hezel,* Prof. in litterarum vniuerſitate Gieſenſi, praecepta L. G. praeterea autem illam comparauit cum linguis Orientis, ex quibus, praecipue ex ſemitica, ingenioſe quidem et docte deriuare conatus eſt poſt alios V. D. graecam, in: *Ausführliche Sprachlehre*, (in mai. 8.) *nebſt Paradigmen der griechiſchen Deklinationen und Coniugationen in XXXV. Tabellen*, (in obliquo folio.) Weiſsenfels und Leipzig, 1795. 8. mai. — De origine autem L. Gr. ex Oriente, acute ſaltem, diſputavit, in:

Ueber Griechenlands älteſte Geſchichte und Sprache. Ein Verſuch von Fr. Hezel etc. ibid. eod. anno, in 8.

De origine linguae graecae tum quae multorum VV. DD. fuerint opiniones, tum quae mea ſit, pluribus expoſui in prolegomm. ad introduct. §. IV et V. pag. 11. ſeqq. et in addendis pag. 317. ſeqq. De origine autem litterarum gr. et priſca ſcribendi ratione vide, quae ſupra in vol. I. cap. 23. pag. 198. ſqq. et cap. 27. pag. 217. ſqq. collecta ſunt. *Harl.*

Graecobarbari ſermonis vulgaris, cuius hodie in Graecia vſus eſt, grammaticam compoſuit *Simon Portius*, Pariſ. 1638. 8. quam Gloſſario ſuo mediae et infimae graecitatis Cangius praefixit. Lugd. 1688. fol. tom. I. p. 19. Hinc linguae graecae vulgaris elementa publicata ſunt a *Ioaane Tribechouio*, Ienae 1705. 8. et a *Io. Michaele Langio* in philologiae barbaro-graecae parte priore, Norimbergae 1708. 4. in qua praeterea habentur hiſtoria oo) linguae

oo) Hiſtoriam L. Gr. praeter *Cangium* praef. ad gloſſarium graecum tradidit *Guil. Burtonus*, Londini 1657. 8. [et in noua rariorum librorum collectione Groſchuffiana, Halae Magd. 1709. faſc. III. pag. 597. ſqq.] et *Laurent. Ingewaldus Elingius* Prof. Vpſal. Lipſ. 1691. 8. [*Pet. Lagerlöf* hiſtoria L. Gr. Vpſal. 1685. 8. *Laur. Reinhard.* de Gr. L. fatis. Diſp. Witteb. 1722. eiusdem hiſtoria graecae linguae, Lipſ. 1724. 8. qui pauca adfert de grammaticis graecis, cap. II. p. 43-51. The Origin and Structure of the Greek Tongue. In a Series of Letters addreſſed to a young Noblemann. By *Gregory Sharpe*, 1767. 8. aliique et a me in Introduct. prolegg. pag. 7. ſq. et a *Lawätz* l. cit. pag. 399. ſq. laudati. Plena omnibusque numeris abſoluta hiſtoria L. Gr. adhuc deſideratur. *Harl.*] Videndus etiam *Meurſius* in Fortuna attica cap. vltim.

linguae graecae [pp]) et gloſſarii barbaro-graeci compendium: in poſteriore, (edita 1707. 4.) introductio ad poeſin barbaro-graecam et Batrachomyomachia homerica ex *Demetrii Zeni*, Zacynthii, graecobarbara [qq]) verſione, cum verſione latina notisque Martini Cruſii, et diſſ. de verſione N. T. [rr]) barbaro-graeca, et exercitatio de differentia linguae Graecorum veteris et nouae ſiue barbaro-graecae. [quae ſingula opuſcula ſuas quoque peculiares habent inſcriptiones, et ſuum paginarum numerorumque ordinem.] — *Thomas Pariſinus* ex Capucinorum ordine grammaticam linguae graecae vulgaris edidit Pariſ. 1709. 8. latine, gallice, et italice. *Fabr.* — *Petri Mercado* noua Encyclopaedia miſſionis apoſtolicae in regno Cypri, ſeu inſtitutiones linguae graecae vulgaris. Romae typis Saluioni 1732. 4. De Lexicis et gloſſariis paullo poſt commodiore loco diſputabitur.

Propter argumenti adfinitatem ſuperioribus capitibus commode recteque ſubnectendum arbitror caput de *Suida*, *Etymologo aliisque Lexicis graecis*, quod in vet. edit. in parte V. libri quinti, ſiue vol. IX et X. locum habuerat. *Harl.*

CAPVT XL. (olim libri V. part. V. cap. XL. Vol. IX.)

DE SVIDA, ETYMOLOGO ALIISQVE LEXICIS GRAECIS.

I. *Lexicorum graecorum, de quibus alibi iam dictum enumeratio.* II. *De Suida (eiusque MSStis codd.) et prioribus editionibus, Ludolphi Küſteri diſſertatio. cum meis obſeruationibus.* III. *De editione nouiſſima Küſteri et variis doctorum ſcriptis, ad Suidam illuſtrandum facientibus.* IV. *De epitome Suidae inedita. id. Index ſcriptorum, a Suida laudatorum.* V. *De Etymologico Magno, eiusque auctore et editionibus* VI. *Alia graeca lexica et etymologica MSS.* VII. *Index ſcriptorum in Etymologico M laudatorum.* VIII. *De Lexicis graecis ineditis, nec non de gloſſariis variis editis ineditisque.* IX. *De Lexico Varini Phauorini.* X. *De Lexicis graecolatinis recentium ſcriptorum maioribus.* XI. *De minoribus, tam generalibus, quam ſpecialibus.* XII. *De ſcriptoribus ſynonymorum, phraſium graecarum etc.* XIII. *De graeco-barbaris et recentis Graeciae lexicis.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

Breuem de Lexicis graecis diſſertationem, quam ad calcem centuriae anonymorum et plagiariorum, a. 1689. 4. Lipſiae ſub *A. Fabri* nomine in patria mea vulgaui admodum iuuenis, animus fuerat locupletatam paullulum accuratiusque digeſtam ſub titulo hiſtoriae lexicorum graecorum ſeparatim publicare; ſed exiſtimaui poſtea, rectius me facturum, ſi, quae de illo argumento notaſſem, bibliothecae huic graecae inſererem. Itaque de antiquioribus

pp) vbi §. IV. notandae ſunt *Stollbergii* obſſ. de origine et numero graecarum dialectorum, e msto de lingua helleniſtica excerptae. *Harl.*

qq) De hac verſione Batrachomyomachiae dixi lib. II. cap. 3. §. 16. [conf. ſupra in h. v. pag 167. Repetita ea eſt a *Car. Dau. Ilgenio* V. C. ad calcem Hymnorum Homericorum, Halis 1796. 8.

rr) Illam verſionem N. T. graeco barbaram *Maximi Margunii Calliopolitae* poſt edit. Geneu. 1638. 4. recenſuit Seraphim, Hieromonachus Mytilaeneus, Lond. 1703. 12. et poſt hanc *Anaſtaſius Michael Macedo*, Halae Sax. 1710. 12. ex qua editione prodiit rurſus in N. T. quadrilingui *Chriſtiani Reineccii*. Lipſiae 1713. fol.

quioribus plerisque lexicis alibi iam dixi; de editis quidem, vt *Ammonii* de differentiis vocum graecarum lib. IV. [cap. XXIX. vol. IV. pag. 715. sqq.] de glossario Hippocrateo *Erotiani* libr. IV. [cap. 38. §. IV. pag. 233. sqq. in hoc vol.] *Eusebii* περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων, libr. II. cap. 2. [pag. 620. sq. vol. III.] *Harpocrationis* lexico rhetorico, [in hoc vol. cap. 38. §. XII. seqq.] glossario Hesychii [cap. 7. huius vol.] [a]). De *Moeridis Atticista* [cap. 36. huius vol. pag. 171. sqq.] *Moschopulo* [ibid. §. XII. pag. 190.] lexico biblico *Origenis* siue *Cyrilli*, *Alexandrini*, [ib. cap. 37. pag. 199. sq.] *Stephani Byzantini* ἐθνικοῖς IV. 2. §. XIV. [vol. IV. pag. 621. sqq.] lexico attico *Phrynichi* [in hoc vol. pag. 175. sqq.] Onomastico *Pollucis*, [in hoc vol. pag. 141. sqq. et pag. 156. sqq.] *Ptolemaei Ascalonitae*, de *Thomae Magistri* vocc. atticis, de lex. *Georgii Lecapeni*, de lexico *Timaei* platonico; [in hoc vol. pag. 181. sqq. 191. sq. et 243. not. *ff*.] de *Photii* bibliotheca alio loco et tempore sermo erit. Praeter ea dixi de plerisque deperditis lexicis omnis generis, dialectorum praecipue, editisque et ineditis Lexicis specialibus ad certos scriptores, IV. 36. 37. 38. tum de glossariis iuridicis, medicis, philosophicis IV. 38. [pag. 228. h. vol.] ac de Lexicis biblicis et Concordantiis graecis IV. 38. [pag. 227 et 214.] Vt igitur plenior de toto hoc argumento tractatio studiosis huius linguae a me offeratur, non pigebit praesenti capite cetera, quae restant, vniuersa colligere, atque de Suida, Etymologo et reliquis, alibi mihi haud dictis, Lexicis, obseruata complecti.

II. De SVIDA praeclarissime promeritus nostra memoria est vir eruditissimus et graecae ac latinae linguae ad vnguem peritus *Ludolphus Neocorus*, siue *Kusterus* [b]), qui *Lutetiae*, quo, relictis patriis sacris, Romana amplexus se contulerat, obiit XII. Octobr. a. MDCCXVI. Hic post *diatribam de Suida*, vulgatam Cantabrigiae 1701. 4. in qua vitia ac defectus editionis Porti commemorat, narratque, quibus subsidiis et quo adparatu nouam ipse fuerit molitus, variaque Suidae loca speciminis in vicem emendat atque [F] illustrat, quinto anno interiecto opus ipsum perduxit ad vmbilicum, et nouum suum Suidam graecolatinum cum notis, de qua ἐκδόσει infra diligentius dicturus sum, prelo Cantabrigiensi exire passus est a. 1705. tribus voluminibus in fol. In praefatione ad hanc editionem, quum de auctore, quem illustrandum in se suscepit, de illius aetate, de Lexici eius virtutibus et vitiis prioribusque editionibus adcurate disputet, nolui actum agere sed integram Clarissimi Viri, mihique, quum viueret, amici dissertationem, meis cum obseruationibus tibi hoc loco exhibere. *Fabr.* Atque ego et propter Fabric. adnotatt. et quoniam exempla edition. Küsteri rarescere incipiunt, in hac edit. illam praefationem retinendam esse duxi. *Harl.*

1) Quis

a) Fabric. memorat quoque *Io. Philoponi* de vocibus pro tono diuerso diuersa significantibus, in vol. IX. pag. 365. sed caput illud sequenti cuidam volumini reseruaui. *Harl.*

b) Natus *Kusterus* Blombergae, oppido Comitatus Lippiae in Westphalia A. 1670. Vide eius elogium in memoriis litterariis Triuultianis A. 1717. mense Martio p. 497. sqq. *Fabr.* In *Niceronii* memoriis doct. hominum, tom. II. pag. 110. sqq. ex interpretat. Baumgartenii germanica; vbi dicitur 1719. vitam finiuisse: sed operarum vitium esse videtur. Nam *de la Croze* in epist. ad Iablonsk. prid. non. Febr. 1717. (in thesauro epistol. Lacroziano, tom. III. pag. 152.) „*de Kustero,* ait, " rescire velim, an vera sint, quae Schardius narrauit, eum sibi nouacula gulam praecidisse, quod vix crediderim, etsi Parisiis id se accepisse dicat, a Stoffio, ni fallor, antiquario." *Harl.*

1) Quis Suidas fuerit, aut quando vixerit, fruſtra quis quaeſiuerit, ſi nullus vnquam Suidas exſtitit: vt virum politiſſimum, Angelum Politianum, cenſuiſſe plures referunt ſcriptores; reſpicientes procul dubio ad haec eius verba, quae leguntur lib. XI. Epiſt. XX. c) *Suidas ipſe, (ſi qui modo hic vnquam Suidas,) non omnino malus auctor.* Sed Suidam vere exſtitiſſe, nec nomen eius fictitium eſſe, non ſolum euincunt codices MSti d) Lexici huius, in quibus Suidae, vel *Sudae* e) nomen comparet; ſed etiam Euſtathius, [*] qui in verboſo commentario in Homerum Suidam noſtrum aliquoties f) laudat. Quis autem Suidas

c) Ad Bernardum Riccium. Politiano iungendus *Petrus Alcyonius* eſt, qui lib. 2. de exilio pag. 213. *apud doctos*, inquit, *illos viros, qui commentarios rerum multarum confecerunt, eosque in Suidae nomine ediderunt, obſeruaui ſcriptum. Tho. Reineſius* lib. 3. var. Lect. pag. 361. *In farragine lexica et hiſtorica* κατὰ στοιχεῖον *copioſa et varia, eoque penu quodam eruditionis et precioſiſſimarum quarumvis rerum, qui Suidae cuiusdam nomen praeſcriptum habent, etſi vnius autoris non ſit, ſed plurium e diuerſis omnium aetatum ſcriptoribus collecta et ſubinde aucta.*

d) De his infra, ad §. 16.

e) *Suidam* adpellant [auctor cod. Matr. XX. in Iriart. cat. codd. gr. pag. 83.] multi memorati Menagio c. 77. Anti-Bailleti, Card. Beſſario in praefat. ad verſionem Metaphyſicorum Theophraſti, Victor Trincauellus ante Philoponum in Phyſica, Aldus Manutius ante Philoponum in poſteriora Analytica, et alibi, Petrus Bembus in Epiſtolis p. 440. Guil. Budaeus notis prioribus in pandectas, Petrus Victorius in Variis Lect. Franciſcus Robortellus in var. locorum annotatt. Guil. Fournerius in ſelectis lectionibus, Valentinus Erythraeus indice Virgiliano, in vocabulo *orichalco*, Q. Septimius Florens Chriſtianus ad Ariſtophanis Pacem, Ioſeph. Scaliger ad Varron. Petrus Daniel ad Plauti Querolum, Iacobus Cuiacius in Obſeruationibus, aliisque in ſcriptis, et Nic. Rigaltius paſſim. Notat autem σοῦδα *paludem, foſſam, lacum*, vt videre licet in ſcholiis ad Euripidis Phoeniſſ. verſ. 1107. 1195. et Damaſcio apud Photium cod. CCXLII. p. 553. v. vlt. ed. Hoeſchelii. Carolus Annibal Fabrottus ad Theophili inſtitutiones pag. 841. edit. primae: *Viri docti Suidam* Sudam *appellant, libris, vt videtur, auctoribus. Nam in MSto Codice Memmiano,* (qui hodie eſt Colbertinus DCCCCXCII) *ſic habetur.* Huic tamen plurimos alios licet opponere, in quibus, ut apud Euſtathium, conſtanter non Σοῦδας ſed Σουΐδας adpellatur. [Atque in antiquo quodam exemplari per librarii tarditatem, excidit forſan, aut, quod non ſatis clare ſcriptum, aut oblitteratum erat, I in Σουΐδας legi non potuit: hinc error in nomine ad alios tranſiit libros hominesque. *Harl.*] Itaque *Iſ. Caſaubonus* notis ad Laertii Anacharſin lib. 1. ſect. 101. *Falluntur viri doctiſſimi et magni in litteris nominis, qui toties Suidam in ciuitate Romana nomen mutare cogunt. Sunt enim, qui* Sudam, *nec deſunt qui* Sudinem, (*credo, quod hoc nomen ſe in Plinio recordarentur legiſſe,*) *adpellent. Atqui verum eſt profecto Suidas.* Euſtathius: τὰ εἰς τὰς ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, ἰσοσυλλάβως κλίνεται, οἷον Τιμαχίδας, Τιμαχίδα, Σουΐδας, Σουΐδα. *Sudini Magi* mentio apud Theodorum Meliteniotam ſupra [in Theodori Meliteniotae prooemio in aſtronomiam §. XI. quod edidit Fabr. in vol. IX. p. 210.] *Sudinis* περὶ λίθων apud *Plin.* IX. 35. XXXVII. 8. *Sudinem* pro Suida vocat Scipio Tertius commentario de Apollodoris.

f) Euſtathius in Iliad. Λ. pag. 834. edit. Rom. (Baſil. 768.) τὸ δὲ (ἴννος) ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον μεγάλῳ βιβλίῳ τοῦ Σουΐδα, δηλοῦνται ζωΐδια οἷον ὄνου ἢ τινα τοιαῦτα εὐτέλεστατα. Ad Odyſſ. H. pag. 1571. παραδέδοται ἀπ᾽ αὐτοῦ καὶ ἡ παρὰ τοῦ Σουΐδα αἴθρακος (αἴθρανος) ἢ καὶ ἀνδράχλη, ὡς ἐκεῖνος λέγει. Ad Odyſſ. Σ. pag. 1851. τοῦ δὲ μισθὸς οὐ μόνον ῥῆμα πρόηκται τὸ μισθῶ, μισθώσω, ἀλλὰ καὶ μισθάριον καθ᾽ ὑποκορισμόν· οὗ χρῆσις καὶ ἐν τοῖς Σουΐδα. (apud Suid. μισθάρνια legitur male pro μισθάρια.) Ad Odyſſ. A. pag. 1406. παραβλήδην παρ᾽ Ὁμήρῳ ἀντὶ τοῦ συγκριτικῶς, ὡς οἱ πλείους φασὶ, κατὰ δὲ τὸν Σουΐδαν, ἀντὶ τοῦ ἀπατητικῶς, παραλογιστικῶς. Ad Odyſſ. E. p. 1528. ἔστι δὲ πρόσγμα, ὡς δηλοῖ Σουΐδας, στήριγμα. et p. 1538. πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων τοιούτων ὄντων, οὐδὲν ὁ Σουΐδας καὶ τὸ οἴ, κοινότερον μὲν ὂν τοῦ ᾠή. Ad Odyſſ. Z. p. 1554. Σουΐδας γοῦν ἐν τῷ ά, φησιν, ὡς ἡ Λάρισσα σφαιρίζουσα πίλῳ ὤλισθεν εἰς τὸν Πηνειόν. Ad Odyſſ. Γ΄. p. 1469. ὡς ἀνιερώθη Ποσειδῶνι (ὁ μικρὸς λίθος) πρὸς τὸ μὴ τὰ κύματα πελάζειν Φαιστῷ, ἐν τοῖς τοῦ Σουΐδα κεῖται. Ad Odyſſ. B. p. 1441. Τὸ ποδηγέστερον ἀντὶ τοῦ ὁδηγικώτερον.

das fuerit [g]), difficile dictu est; cum non solum alii scriptores, sed etiam ipse de se sileat, nec in noto hoc Lexico [⁋] quicquam de se memoriae prodiderit. Videtur quidem in v. Σαμοθράκη patriam vel gentem suam indicare, dum ait: *Qui enim initio insulam illam* (i. e. Samothraciam) *incoluerunt*, *Samii fuerunt*, *a quibus nos orti sumus*. Sed verba illa non sunt ipsius Suidae, sed scriptoris anonymi, ex quo locus iste excerptus est.

2) Quod ad aetatem Suidae adtinet; de ea diuersae sunt virorum doctorum sententiae, quarum nonnullas ad examen reuocabimus. *Hugo Grotius* in epist. CX. ad Gallos [h]), Suidam paullo post Constantinum, Leonis [i]) filium, qui A. C. 912. imperare coepit, vixisse arbitratur; hac addita ratione, quod, quantum ipse meminerit, hic imperatorum postremus sit [k]), quem in libro suo nominet. Sed virum doctissimum memoria fefellit. Nam in v. Ἀδάμ mentio fit imperatoris Ioannis Zimiscae [l]); et in v. Κωνσταντινούπολις Basilii et Constantini fratrum; qui omnes Constantino, Leonis filio, posteriores fuerunt. *Hieronymus Wolfius* Suidam multo recentiorem facit, et ad saeculum XIV. refert; hac inductus ratione, quod Metochitam Logothetam citet, qui sub Palaeologis vixerit. Verba eius in Praefat. ad Suidam haec sunt: *Atque adeo*, *cum Metochitam Logothetam citet*, *qui sub Palaeologis vixit*, *adparet*, *eum vix annis abhinc* 300. *Lexicon hoc composuisse.* Scribebat autem ista Wolfius A. D. 1564. Sed Logotheta, quem Suidas diuersis in locis laudat, non est Metochita Logotheta, quem ineunte saec. XIV. vixisse constat; sed Symeon Metaphrastes Logotheta [m]), qui initio saeculi X. floruit: vt et [⁋] ante nos obseruauit vir magni inter eruditos

τερον, ὅπερ ἐν τοῖς τοῦ Σουίδα κεῖται. Ad Odyss. A. pag. 1403. αἱ δὲ κατὰ Σουίδαν οὐκ εἰσὶ τετρασυλλάβως ἐφιάλαι, ἀλλὰ τρισυλλάβως φιάλαι. Praeter haec decem loca exstat etiam vndecimus, in quo Suidae lexicon, licet non citetur nominetenus, tamen respicitur et tamquam scriptoris insignis ac fide digni celebratur ad Iliad. Γ. pag. 378. edit. Rom. (Basil. 286.) ὁ δὲ γράψας ἐν στοιχειακῇ τάξει λέξεων, λέγεσθαι θεοειδέστατον διὰ τῆς αἱ διφθόγγου προπαραληγούσης, τὸν Θεοῦ ἰδέαν ἔχοντα, καὶ παραθεὶς χρῆσιν Ἀντιφῶντος, τὸ ἄνθρωπος, ὅς φησι πάντων θηρίων θεοειδέστατος γενέσθαι, καινὸν μέντοι γράφει, πιστεύεται δὲ ὡς λόγου πολλοῦ ἄξιος. Solere Eustathium scrinia Suidae, aliquando etiam, vbi non nominet, compilare, notauit *Küsterus* ad Suidam in πύνδαξ. Michaelem Apostolium sua ex Suida solere exscribere id. ad ῥοδίων χρησμός. [Atque de *Eudocia*, quae Suidam inprimis compilauit, res est hodie notissima. *Harl.*]

g) Suidam *Monachum Byzantinum* vocat Ioannes Rosinus in Antiqu. Rom. et post eum Ioannes Bona in notitia auctorum, in libris de diuina Psalmodia citatorum. *Monachum* adpellant etiam *Iosephus Scaliger* ad Varronem pag. 60. *Maussacus* in diss. critica pag. 396. *Balthasar Bonifacius* XV. 7. hist. ludicrae, *Hadrianus Bailletus* t. III. iudic. eruditor. p. 135. et *Carolus Blount* ad Philostratum pag. 6. Non dubito autem ex sola coniectura a Rosino et aliis hoc pronunciatum fuisse, quemadmodum et ab *Is. Casaubono*, qui *cucullatum Grammaticum* nuncupat lib. 1. cap. 6. ad Athenaeum.

h) CXVII. ad Nic. Peirescium, quae in maiori epistolarum Grotii collectione est 264.

i) Constantinum Porphyrogenitum, Leonis Sapientis F.

k) *Hermannus Witekindus*, Rigae tunc versans, Vitas imperatorum, e Suida collectas, eum latina sua versione separatim edidit Francofurti 1557. 8. in his vltimi memorantur Constantinus, Leonis Isauri filius, qui A. 775. Michael balbus, qui A. 829. et Theophilus, qui A. 841. obiit. Excerpta de imperatoribus, ex Suida collecta, habes etiam graece et latine in Frid. Sylburgii tomo tertio minorum rom. historiae scriptorum, Francof. 1590. fol. quibus alia insuper de rebus CPolitanis ex eodem Lexico adiunxit cum Porti versione *Philippus Labbeus* in tomo I. scriptorum hist. Byzantinae Parif. 1648. fol.

l) Ioannes Tzimisces imperator fuit ab A. 969. ad 975. hinc Basilius II. ad A. 1025. et Constantinus, eius frater, ad A. 1028.

m) Suidas in Ἀβαξι, ὁ λογοθέτης ἐν τῷ τῆς ἁγίας Θέκλης μαρτυρίῳ. Et in Νοθεύει· ἐν τῇ τοῦ μακαρίτου λογο-

ditos nominis *Richardus Bentleius*, in praeclara diſſertatione de Phalaridis epiſtolis, p. 23. [pag. 9. ed. Lennepii, epiſt. Phalar. adiecta.] Sententia igitur Wolfii, hoc ſubducto tibicine, ſponte corruit. Alii, inter quos eſt vir doctiſſimus *Gulielmus Caue*, noſtrum vergente iam ſaeculo X. [n]) ſub Baſilio et Conſtantino fratribus vixiſſe cenſent: pro qua opinione facere videtur, quod Suidas in v. Ἀδάμ, vbi diuerſas annorum aeras ſiue epochas recenſet, chronologiam perducat vsque ad obitum Ioannis Zimiſcae, cui anno C. 975. modo dicti Baſilius et Conſtantinus, fratres, in imperio ſucceſſerunt. Huc accedit, quod noſter in v. Κωνσταντινούπολις annos a condita CPoli computans, epocham eorum terminet in regno Baſilii et Conſtantini, Porphyrogennetorum, vt illo tempore, quo ea ſcribebat, adhuc imperantium. Haec ſane ſpecioſa ſunt, et veram Suidae aetatem indicare videntur. Sed ſi ex notis illis temporum, quae hodie in Suidae Lexico occurrunt, de aetate eius iudicandum eſt; recentiorem eum vtique eſſe oportet: vtpote, qui exeunte ſaltem ſaeculo XI. vel ineunte XII. ſub Alexio Comneno vixerit. Nam, (quod a nemine adhuc obſeruatum eſſe video,) in v. Γηώρας, v. Δέρτρου, et v. Ἡγήτορες, loca quaedam ex Mich. Pſello [o]) adducuntur, qui ſub Alexio Comneno floruit, vitamque vsque ad initium ſaeculi XII. produxit. Si igitur ipſe Suidas loca iſta Pſelli Lexico ſuo inſeruit, poſt Pſellum vtique vixiſſe eum oportet: ſed ante Euſtathium, quippe qui primus in commentario ad Homerum noſtri meminit. Vixit autem Euſtathius exiguo poſt Pſellum interuallo; ſub finem nimirum ſaeculi duodecimi, et initium decimi tertii. Sed quod ad loca illa Pſelli adtinet; dubium non eſt, quin a recentioribus Lexico Suidae addita ſint; idque [626] de loco primo [p]), qui adducitur in v. Γηώρας, audacter affirmare auſim; quippe quem MSS. Pariſ. non agnoſcunt. Si igitur nec ex hac nota temporis aetas Suidae colligi poteſt; quid tandem hac de re ſtatuendum ſit, quaeret Lector. Equidem, nos ita cenſemus: incertum quidem eſſe, quo tempore verus Suidas, ſiue primus Lexici huius auctor vixerit; antiquiorem

λογοθέτου μεταφράστῃ τῇ εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Λουκιανοῦ. Bene obſeruat Bentleius, μακαρίτην a Graecis dici, qui vel ipſorum memoria, vel non adeo diu ante obiiſſet.

n) Vergente ſaeculo XI. ſub Alexio Comneno, *Voſſius* lib. 2. de hiſt. Graecis cap. 26. *Fabr.* Eadem ſententia Henr. Valeſii in praef. ad excerpta ex collectaneis Conſtantini imperat. *Heum.*

o) Quaecunque ῥήσεις in Suidae Lexico, addito Pſelli nomine, leguntur, eas omnes, Küſterus obſeruauit, petitas eſſe ex Michaelis Pſelli libro inedito, multas gloſſas voceſque obſcuras explicante, qui in biblioth. regis Chriſtianiſſimi exſtat cod. MDCCCXXXVII. fol. 184. hoc titulo: Ψέλλου σύνοψις διὰ στίχων σαφῶν καὶ πολιτικῶν, περὶ πασῶν τῶν ἐπιστημῶν, γενομένη πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα κύριον Μιχαὴλ τὸν Δούκαν ἐκ προστάγματος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ βασιλέως. Michael Ducas, Conſtantini Ducae F. imperator fuit ab A. 1071. ad 1078.

p) Quoniam Küſterus primum tantummodo locum non agnoſci a MSS. Pariſienſibus obſeruat, hinc videtur tacite ſimul profeſſus, cetera loca ex Pſello adducta in codicibus illis contineri, quorum vnum annorum ſaltem quingentorum vetuſtatem habere infra §. 16. non diffitetur. Itaque veram puto illorum ſententiam, qui ſtatuant, ex Pſelli libro Suidam ipſum quaedam in Lexicon ſuum tranſtuliſſe, et ſub Alexio Comneno, vt viſum etiam Voſſio, circa ſaeculi XI. extremum floruiſſe. *Fabr.* *Hamberger* in: Zuverl. Nachr. IV. pag. 185. cum *Oudino* comment. de S. S. E. tom. II. pag. 1454. medio ſaeculo XII. adligat Suidae aetatem, quod citet loca quaedam Mich. Pſelli ac Simeonis Metaphraſtis; contra ab Euſtathio Theſſalonicenſi laudetur. *Saxius* tamen, (qui plures laudat VV. DD.) in onomaſt. lit. II. pag. 154. ſubſcribit ſententiae *Pagii*, qui in Critica Baroniana ad a. 975. nr. XIX. *hoc tempore*, inquit, *floruiſſe videtur Suidas — voce enim* Ἀδάμ *diuerſas annorum ſummas colligens computationem ſuam terminat in obitu Ioannis Zemiſcis, imperat., hoc anno morte ſublati. Harl.*

quiorem tamen procul dubio esse, quam vulgo credatur; quum persuasum nobis sit, plurima loca, quae recentiorem aetatem sapiunt, ab aliis postea Lexico huic addita esse. Patet hoc vel ex MS. Paris. A. qui trium codicum MStorum Suidae, qui in bibliotheca regia Parisiensi adseruantur, optimus est et vetustissimus. In eo enim multa loca, quae in recentioribus MStis, omnibusque editt. hodiernis reperiuntur, vel omnino desunt, vel recentiore interdum manu ad marginem scripta sunt: veluti versus Onirocritici, qui ex Astrampsycho vel Nicephoro in Lexicon hoc translati sunt; itemque loca ex Paulo Aegineta excerpta, et alia, de quibus in notis nostris Lectorem monemus.

3) Quamuis autem Suidam antiquiorem, quam vulgo creditur, statuamus [q]): non tamen cum *Lil. Greg. Gyraldo* eum adeo antiquum censemus, vt Strabo, quem sub Augusto floruisse constat, eius meminisse potuerit. Existimat nimirum modo laudatus vir doctissimus, Suidam nostrum eundem esse [r]) cum Suida vetusto historico, cuius praeter Strabonem, scholiastes Apollonii Rhodii, et Stephanus Byzantius mentionem faciunt. Verba eius Dialogo III. *de Historia poetarum* haec sunt; *Quibus illud vere respondere potest, Suidam antiquum fuisse scriptorem, cuius inprimis a Strabone [s]) fit mentio, et ab iis, qui in Apollonium, Rhodium, [] commentaria scripsere, et a Stephano, et aliis. Is igitur Suidas inter alia, (nam et Historiam scripsit,) commentaria, vt par est credere, non admodum magna condidit, quae ab aliis postea multis locupletata et aucta, ad hanc, quam videmus, libri magnitudinem excreuere, primique Suidae nomen obtinuere,* etc. Et paulo post: *Simul etiam abiiciendam puto, quam Grammatistae quidam faciunt, duorum huius nominis distinctionem, vt scilicet ille antiquior tantum sit Historicus; hic recentior, Grammaticus.* His verbis duplex continetur sententia; nimirum, Lexicon, quod Suidas primus composuerat, ab aliis postea locupletatum et auctum esse; et deinde, Suidam Historicum et Lexicographum eundem esse. Priorem sententiam probamus; et nobiscum plures alii. At posterior suffragatoribus caret, et Suidas noster communi eruditorum consensu a Suida Historico diuersus, eoque recentior merito statuitur. Et hactenus de aetate Suidae.

4) Quod ad Lexicon ipsum adtinet; id ex variis compilatum est auctoribus [t]) quorum

q) Nescio, quid in mentem venerit erudito viro, *Ioanni Halleruordo*, qui in bibliotheca curiosa Regiomonti 1676. 4. edita pag. 379. tradit, Suidam Syriani, Alexandrini, discipulum et Procli συμφοιτητὴν fuisse, clarum circa finem saeculi quinti. Non audiendos etiam puto, qui cum Gilberto Genebrardo in Chronographia ad saeculum octauum referant, vel ad nonum cum Andraea Saussaco p. 656. de mysticis Galliae scriptoribus.

r) Hoc persuasum etiam *Antonio Posseuino* in apparatu sacro tom. II. pag. 437. vbi errores quosdam, quos putat, Suidae persequitur vsque ad pag. 442.

s) *Strabo* lib. VII. pag. 227. Σουίδας δὲ τοῖς Θετταλοῖς μυθώδεις λόγους προσχαριζόμενος. Apud Scholiastem Apollonii Rhodii ad I. 555. laudatur Σουίδας ἐν Θεσσαλικοῖς, et ἐν πρώτῳ Θεσσαλικῶν ad II. 1235. et ἐν δευτέρῳ ad II. 1017. ἐν τρίτῳ τῶν περὶ Θεσσαλίαν ad IV. 816. rursus ad I. 558. Σουίδας καὶ Ἀριστοτέλης οἱ περὶ Εὔβοιαν πεπραγματευμένοι. Vnde iudice *Maussaco* in diss. critica ad Harpocrationem pag. 396. apud Hesychium in Πύῤῥαια, quae pars fuit Thessaliae, pro Σουίλας, restituendum Σουίδας. *Stephanus Byz.* in ἄμυρος Thessaliae ciuitate: Σουίδας δ᾽ ἐν ταῖς γενεαλογίαις, ὅτι οὗτοι (Ἀμυραῖοι) ἐκαλοῦντο Ἑορδοί. Idem in Δωδώνη. Καὶ Σουίδας δέ φησι Φηγωναίου Διὸς ἱερὸν εἶναι ἐν Θεσσαλίᾳ. Haec de antiquo illo Suida, qui Augusti saltim temporibus non fuit inferior.

t) Prae ceteris *eclogas* iussu *Constantini Porphyrogeniti* factas studiose legit Suidas, et inde plurima in lexicon suum transtulit, vt notatum Henrico

rum nomina partim catalogus ille, qui ab ipſo Suida [?] Lexico huic praefixus putatur u); partim duo noſtri indices poſteriores lectori exhibent. Mirabitur autem forſan Lector, in indice vltimo, ſiue tertio, non comparere Scholiaſtam Pindari, Theocriti, et Apollonii; cum Reineſius *Var. Lect.* pag. 479. haec de Suida habeat verba: *Suidas Harpocrationem, et Scholiaſtes veteres, maxime Ariſtophanis, Sophoclis, Thucydidis, Pindari, Theocriti, Apollonii, totos exhauſit, et in ſuum hoc armarium digeſſit.* Sed incautius ibi vir Magnus

 loquutus

Henrico Valeſio praefat. ad excerpta Peireſciana. Saepe autem loca auctorum adſcribit, nominibus eorum praeteritis, quorum aliqua ab Aemilio Porto, longe plura a Ioanne Pearſonio in notis MSS. et a Küſtero in ſua Suidae editione adnotata, non pauca adhuc eruditis inueſtiganda relicta ſunt. Fuluius Vrſinus ex Suidae Lexico multa *Polybii* fragmenta colligit, non ex MS. codicis auctoritate vt putauit Caſaubonus, ſed ſola coniectura adductus et ſtili indicio, qui Polybianum quid tinnire videbatur: vnde Polybio interdum quaedam adſignarunt vtrique, quae alterius ſunt ſcriptoris, vt eidem Valeſio obſeruatum. *Marci Antonini* loca, quae ſuppreſſo nomine apud Suidam leguntur, paſſim indicauit Tho. Gatakerus, vt *Procopii* Nicolaus Alemannus et Claudius Maltretus, Caſaubonus *Athenaei* et *Laërtii*, *Artemidori* Nic. Rigaltius, *Aeliani* Ioachimus Kühnius, *Harpocrationis* Mauſſacus, aliorum alii. In Suida, *vt lectitando et vigilando comperiſſe ſe et didiciſſe*, ait idem Mauſſacus pag. 396. diſſ. critic. magna pars *ſcholiorum*, quae *in Tragicos et Comicos* circumferuntur, continetur. Idem pag. 392. non dubitat integram *Iulii*, Sophiſtae, opus, cuius epigraphe ſic concipiebatur, ἐπιτομὴ τῶν Παμφίλου γλωσσῶν ἐπὶ βιβλίων ἐννενήκοντα ἑνὸς, a Suida transſcriptum, qui etiam ex graeca verſione libri *Hieronymiani* de ſcriptoribus eccleſiaſticis, et ex *Heſychii*, Mileſii, ὀνοματολόγῳ ſiue de viris illuſtribus libello aliqua transtulit, non tamen tam multa, vt eo pertinere poſſint verba apud Suidam: οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον, vt viſum Lucae Holſtenio c. 1. de vita Porphyrii, vbi narrat, MStos ſibi πίνακας excerptorum a Suida collectorum vel transſcriptorum oſtenſos a magno Sirmondo. *Fabr.* *Polybii* fragmenta, quae in Suidae lexico ſeruantur, addita aut inſerta ſunt Polybii editt. a Gronouio, Erneſti et Schweighäuſero curatis. Horum poſtremus ante editionem Polybii abſolutam ſ. rectius poſt primum tomum editum, multa illius hiſtorici loca, quae Suidas adtulit inſeruitque ſuo lexico, emendauit illuſtrauitque egregie, idemque *Appiani* etiam loca a Suida fuiſſe excerpta, animaduertit in libello: *Emendationes et obſſ. in Suidam ſcr. Io. Schweighäuſer*, gr. et orient. litter. Prof. Argentorati faſcicul. I et II. in 8. 1789. Ex *Timaei* quoque lexico platonico plures in ſuum lexicon Suidas transtulit gloſſas vt bene monet idemque corrigit Suidae locum *Ruhnken* init. notar. ad Timaei lex. pag. 4. adde ſupra pag. 243. not. *ff.* fin. item ex ſcholiaſtis Apollonii Rhodii et Thucydidis. v. *Ducker* in praef. ad Thucyd. pag. 92. ſeq. vol. I. ed. Bipontinae. Praeter ea *Photii*, patriarchae CPolitani, lexicon, adhuc ineditum paene totum Suidas in ſuum transſumſit lexicon. Tum habuit et deſcripſit, ſaepe contraxit, vt Harpocrationis Lexicon omittam, lexicon rhetoricum, de quo iam ſupra ex Ruhnkenii praef. ad Heſychii lexicon, part. II. egimus: Inſigne quoddam opuſculum veteris Atticiſtae, ex quo nobis, (vt ait Valckenarius l. mox memorando,) vnus omnium egregia, fragmenta quoque comoediarum, per lexicon illud grande ſparſa, conſeruauit: quaedam ex *Phrynichi* adparatu ſophiſtico, e lexico *Zonarae;* magnam partem deſcripſit ſcholiorum in *Sophoclem* atque in *Ariſtophanis* praeſertim comoedias, etiam in Theſmophoriazuſas. quae nondum fuerunt in bibliothecis inuenta. Haec erudite obſeruauit *Valcken.* ad Theocriti Adoniaz. pag. 297. (et de ſcholiis ad Ariſtoph. Theſmoph. etiam in diatriba, Euripidis Hippolyto adiuncta, pag. 204. not.) Tum pergit: „Quod ſi licet verum fateri, plerisque *Suidae* excerptis, ex libris qui ad nos peruenerunt, ne epigrammatum quidem anthologia excepta, carere poſſemus ſine magno litterarum detrimento. Sed libros habuit *Polybii*, qui nobis nunc periere. Legeritne libros *Dionis Caſſii*, nobis perditos, an aliunde *Dionea* deriuauerit, definire non auſim. Habuit certe aliorum pauca; et opuſcula *Aeliani*, *Iamblichi*, *Eunapii*, *Damaſcii*, quibus nos hucusque caruimus; non illa quidem, ſi quis ita velit, permagni momenti; ex his tamen libellis ineditis excerpta *Suidae* cupide litterarum antiquarum legimus amatores.“ *Harl.*

u) Sed vide, quae infra ad I. indicem Suidae lexico praemiſſum, notantur. *Harl.*

loquutus eſt. Tantum enim abeſt, vt Suidas tres ſcholiaſtes poſteriores totos exhauſerit, et collectanea ſua inde locupletauerit, vt vix vnum vel alterum locum ex illis excerpſerit.

5) Ceterum ex ſcholiaſtis veteribus nullum Suidas diligentius compilauit, quam ſcholiaſten Ariſtophanis; quippe quem totum paene in Lexicon ſuum transfudit. Quaeritur autem inter eruditos v), vtrum Suidas ab hodierno ſcholiaſte Ariſtophanis, an vero ſcholiaſtes a Suida ſua mutuatus ſit: ſiue an hodierna ſcholia in Ariſtophanem ex veteri quodam codice ad nos propagata ſint; an vero a Muſuro, vel alio quodam, ex Suidae Lexico conſarcinata? Nos ita cenſemus, hodierna ſcholia in Ariſtophanem maximam partem ex veteri quodam codice deſcripta ad nos perueniſſe, eademque eſſe w) ex quibus ipſe Suidas ſua hauſit: non pauca tamen loca a recentioribus x), partim ex [❡] Suida, partim ex aliis ſcriptoribus, illis inſulta eſſe. Et ſane, quae leguntur apud Scholiaſten illum ad *Equit.* pag. 323. Ἡ δὲ ϛλεγγὶς τῶν πρὸς ἄλλο τι, etc. itemque ad *Acharnenſ.* p. 396. Σίκυον. ἀπὸ εὐθείας ὁ σίκυος. etc. ex Suida in v. Στλεγγὶς, et v. Σίκυον inſerta eſſe, emunctioris naris lectores facile mecum ſentient. Lexicographum enim illa potius ſapiunt, quam ſcholiaſten. Eumdem porro ſcholiaſten interpolatum eſſe pag. 106. ad verba comici in *Pluto,* Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι, etc. itemque pag. 486. ad verba illa in *Veſpis*, Εἵλη κατ' ὄρθρον, etc. patet non ſolum ex eo, quod illic citetur Euſtathius y), qui Suida vtique recentior eſt; ſed etiam ex eo, quod duo iſta loca in antiquiſſima editione Aldina deſint. Idem dicendum eſt de alio loco, qui legitur in iisdem ſcholiis, pag. 15. vbi Phalaris laudatur. Nam nec illum vetus editio Aldina agnoſcit. Sed hac de re eruditos iam ante monuit Vir in omni doctrinae genere excellens, *Richardus Bentleius*, in diſſert. de Phalaridis Epiſt. pag. 22. Notandum vero eſt, Suidam interdum plura habere, quam hodierna ſcholia in Ariſtophanem: vnde recte colligi poſſe videtur, ſcholia illa non integra ad nos perueniſſe. Vide noſtrum v. Ἀκαλήφη, v. Ἀκόρητος, v. Ἐγκεκορδυλημένος, v. Μελλονικιᾷν, v. Ναξιουργὴς, v. Πυρόῤῥαγὴς, v. Σιβυλλιᾷ, v. Στρουθὸς, v. Τίτθαι, v. Τραγικώτερος, v. Ὑπερακοντίζεις, etc. z). Et haec obiter de ſcholiaſte Ariſtophanis.

6) Quod ad modum adtinet, quo collectanea haec digeſta ſunt; in eo non raro iudicium et diligentiam compilatoris deſideres aa). Nam primo, noſter, dum loca, ex variis ſcripto-

v) Vt apud *Iac. Thomaſium* diſſ. de plagio litterario §. 550. ſq. et *Mauſſacum* diſſ. critica p. 396. *Andream Schottum* praef. ad graecos prouerbiorum ſcriptores etc. *Georg. Sigismund. Greenium* diſſ. I. de ſcholiaſte Ariſtophanis, Witeberg 1695. etc.

w) Quae magnam partem peruetuſtis iisque clariſſimi nominis Grammaticis debentur, Apollonio, Didymo, Symmacho, Ariſtarcho. Itaque ex illis Suidam potius, quam ſcholiorum auctorem ex Suidae Lexico ſua hauſiſſe plures viri docti agnoſcunt, vt *Iac. Palmerius* pag. 720. Exerc. ad ſcriptores Graecos, *Menagius* ad Laërtium pag. 260. 264. etc. *Meurſius* variis in ſcriptis, *Florens Chriſtianus* ad Ariſtophanem pag 702. *Marcus Meibomius* ad Nicomachi Muſicam pag. 46. etc.

x) Vt a Ioanne Tzetze, Thoma Magiſtro, Marcoque Muſuro primae Aldinae editionis curatore, et deinde ab iis, qui Florentinam in priores praeſertim Comoedias paſſim interpolatam dederunt. Vide Kuſteri praefat. in Ariſtophanem

y) Citatur Euſtathius etiam in ſcholiis ad Plutum v. 1111. ſed itidem in interpolata Florentina, non Aldina editione.

z) Suidam vſum fuiſſe codice ſcholiorum in Ariſtoph. ſaepe pleniore et caſtigatiore, adnotat quoque *Hemſterh.* ad Ariſtoph. Plutum p. 16. not. 22. et pag. 452. not. 61. adde ſupra, vol. II. p. 364. ſub finem. *Harl.*

aa) Cel. *Io. Ludou. Schulze*, in praeſenti theologus Halenſis, in docto *ſpecimine obſeruationum miſcel-*

ſcriptoribus decerpta, in Lexicon ſuum congeſſit, ſaepe vitioſis codicibus [bb]) deceptus fuit: vnde fit, vt [P] voces adulterinas et corruptas pro veris et genuinis lectori interdum obtrudat. Sic Ἀμάϛης apud eum habes pro Ἀκμάϛης· Ἡρίθμησεν pro Ἠρέμησεν· Πεπιασμένοις pro Μεμιασμένοις· Τάλεσιν pro Τέλεσιν· Ὕϛινος pro Ὕσγινος· Κοιλιδιᾶν pro κυλοιδιᾶν· Φρήμας pro Δι᾽ ἐρήμας· Δείξαντες pro Διήξαντες· Ἀλίβυες pro Οἱ Λίβυες· Ἡμιμαλλόνες· pro Αἱ μιμαλλόνες Θεσμοτόκον pro Ἐσμοτόκον· Ἡβὸς pro Ὑβός· Ἀνάρπαϛοι pro Ἀνοργίαϛοι· Δάψατο pro Ὀλόψατο· Δωτὺς pro Ἐδητύς· Εὐχείμονες pro Λευχείμονος· Παιόλη pro Ἀπαιόλη· Παιόλημα pro Ἀπαιόλημα· Ὀζωτὰ pro Ὀζωτά· Ὑσήπηρες pro Οἰσυπηρές· Φέωντα pro Ἀφόωντα· Φυλοκρινεῖ pro Φιλοκρινεῖ· et alia. Interdum vero lectio Suidae melior eſt ea, quam noſtri codices hodie exhibent. Exempli gratia, apud Ariſtophanem *Theſmophor.* pag. 811. hodie legitur, — Τηνίοισι καὶ Σκίροις: vbi codex Suidae pro Τηνίοισι olim habuit Στηνίοισι; quam lectionem veram eſſe probamus in notis ad v. Στήνια. Coniectura enim Biſeti, qui Θησείοισι illic reponendum cenſebat, merito explodenda eſt. Apud eumdem comicum in *Theſmophor.* pag. 777. verſus hic legitur:

Τὰς συμφορὰς γὰρ ἔχε τοῖς τενάσμασι,

Vox vltima illic corrupta eſt; cuius loco Suidas in ſerie ſua recte habet, τεχνάσμασι. In fabula *Eccleſiazuſis* verſus hic occurrit:

Ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν νεκρῶν.

miſcellanearum in Suidam cum proluſione critica de gloſſarii a Suida denominati indole et pretio, Halae Magdeb. 1761. 4. §. II. ſqq. p. 2-15. oſtendit, Suidam multis in locis imperitum egiſſe compilatorem. Exemplis igitur probat fuſius, Suidam, (in cuius tamen gloſſario multa eſſe bona, laudeque digna, haud negat,) 1) gloſſas ordine non vbique ſatis concinno diſpoſuiſſe; 2) in interpretationibus nominum eſſe parum cautum; 3) in producendis ſcriptorum locis ſaepius modum excedere, eaque nimium contrahere, haud raro etiam corrumpere; 4) nec vbique ſatis ſibi conſtare; 5) in iis, quae ad hiſtoriam pertinent, nimium eſſe, et res, ſua natura diuerſas, ſaepius commiſcere: denique, multa in gloſſario cumulari loco alieno minusque apto, quae tamen ſuo loco fruſtra quaeſiueris; terque quaterque repeti, quae iam dicta eſſent, et articulos ſaepius absque vlla interpretatione adponi.

bb) *Iſ. Caſaubonus* lib. 1. animaduerſ. ad Athenaeum cap. 6. *Quam ſaepe iſti cucullato Grammatico* (Suidae) *deprauati codices errandi anſam praebuerint, ſcimus nos, qui in eius libris multas hoc genus culpas obſeruauimus, vt, cum* φοιτάλμιος *male apud Sophoclem legit pro* φυτάλμιος. *Cum apud Pindarum* φρήμας δι᾽ αἴθερος *pro* ἐρήμας· *Apud Theocritum* δῆτα κοιλιδιόωντες, *pro* κυλοιδιόωντες. *In veteri Epigrammate* ὑϛίνοιο θέριϛρα, *pro* ὑσγίνοιο. *Pari ſtupore, (cur enim non dicam ligonem ligonem?)* σκώλια *alibi legit et probauit pro* ἀσκώλια, *et* ῥυβαδίκβος *pro* συβαδίκβος, ſubadiuua. *Nam ea voce vſi neceſſario et graeci, vt. Syneſius Epiſtola CXLV. quo putem reſpexiſſe Suidam, ſed vitioſo codice vſum.* Subadiuuarum *mentio in notitia imperii. Mitto nunc alia ſane quam multa generis huius peccata Suidae, partim notata iam aliis, partim nobis alibi. Lucas Holſtenius* ad Stephanum Byz. in Μελαινεῖς *Suidae, qui vitia codicum ſuorum ſolet transſcribere, et hoc praeſtitit fideliter in vocibus* ἀπατέρια *et* κελαινά, *auctoritas nihil momenti habet. Imo aliter apud ſcholiaſten Ariſtophanis, aut quem iſte deſcripſit, lectum olim, ex Apoſtolio, liquet, qui* κατὰ λέξιν *eadem narrat, ſed emendatius.* Richardo etiam Montacutio pag. 308. adparatus ad Origg. eccleſiaſt. et p. 235. Analect. *Suidas eſt Grammaticus non admodum vetuſtus, nullius iudicii rhapſodus, doctrinae mediocris, qui collatis vel corraſis vndecunque laciniis farraginem illam ſuam tanquam centonem conſarcinauit* et pag. 124. adparat. *Suidas, in Graecis non contemnendus auctor, rudem ſe prodit et plane infantem in Latinis*, Tho. Gatakerus pag. 84. adverſar. *occurrunt apud illum auctorem foediſſime deprauata non pauca, et latina quoque vocabula non infrequentia.*

Metrum manifeste claudicat; quod ex Suida in v. Πλειόνων sic in integrum restitues:

Ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων.

Scholium enim locum genuinae vocis apud comicum hodie male occupauit. In fabula *Thesmophoriaz.* pag. 794. inter alia et haec leguntur:

Λέων, λέων σοι γέγονεν, αὐτ' ἄγμα σόν.

Magnus Scaliger, quum videret, versui huic modulum non constare, eum sic rescribendum censebat:

Λέων, λέων σοι γέγονεν, αὐτ' εἶγμα σόν.

Sed frustra. Ex Suida enim in v. Λέων pro ἄγμα reponendum esse ἔκμαγμα, in notis ad illum locum probamus. Anthologiae lib. III. cap. XIV. pag. 343. epigramma in Protesilaum legitur, cuius pars est hexameter iste:

Δένδρεα δυσμίμητα, καὶ ἤν ποτε τεῖχος ἴδωσι.

Hic τὸ δυσμίμητα, sensui manifesto aduersatur; cuius loco Brodaeus reponendum censebat δυσμήνιτα; et Obsopoeus, δυσμείλικτα. Sed vterque a scopo aberrauit. Ex Suida enim in v. Δυσμίσητος reponendum esse δυσμίσητα, in notis ad locum illum monemus. Apud *Iosephum* lib. I. *de Bello Iud.* cap. XIII. pag. 739. inter alia et haec leguntur: Καὶ πᾶσα οἰκία ὁπλιτῶν ἐκτᾶτο. Vox vltima illic in mendo cubat; cuius loco ex Suida v. Νένακτο, rescribendum esse νένακτο, sensus manifesto suadet. Plura huius generis exempla studiosus lector ex notis nostris colligere poterit. Nos enim haec speciminis loco tantum proposuimus.

Porro: obseruandum est, Suidam res hominum cognominum perpetua serie interdum recitare, et ad vnum caput referre solere: quo fit, vt, quae ad diuersos pertinent, vni tribui videantur, et in historiis turbentur omnia, nisi narrationes distinguas, et diligenter animaduertas, ad quos quaeque eclogae referendae sint. Exempla habes in v. Εὐμένης, v. Ἥρων, v. Σεβῆρος, et alibi.

7) Interdum vero (quod maius est peccatum,) grammaticus noster res hominum, prorsus diuersorum, et ne nomen quidem commune habentium cc), miscet; eclogasque historicas ad alienum prorsus caput refert: cuius ἀβλεψίας pauca exempla in medium hic producam. In v. Μαξιμῖνος, ea, qua leguntur ab initio vsque ad verba illa, ἐπιβουλὰς ὑποπτεύων, de imperatore, Maximino Thrace, intelligenda sunt. Quae vero deinceps absque vlla

cc) Tanto minus mirum, ab eo confundi res diuersorum, sed eiusdem nominis hominum, vnde *Reinesius* lib. 3. Var. lect. pag. 362. *Sunt ista de Philoxeno apud Suidam excerpta ex Athenaeo, sed indiligenter disposita et sine iudicio, quod aliis sexcentis locis quoque factum probabimus alibi, conuasatae. Quae enim de diuersis eodem nomine Philoxenis, qui tamen omnes cupediarum culinarumque adseclae fuissent. narrat Athenaeus, ea Suidas omnia vni adscribit* etc. *Vossius* lib. I. de historicis graecis c. 24. pag. 156. notans Posidonii, Alexandrini, historias a Suida tributas Posidonio, Apameensi, *Solennia igitur errat Suidas, cum eiusdem nominis scriptores confundit.* [Adde infra ad indicem scriptor. de quibus Suidas, v. *Aristogiton.*]

vlla nota diſtinctionis ſubiiciuntur, ad Galerium Maximianum pertinent: vt patet ex *Euſeb. Hiſt. Eccleſ.* lib. III. cap. XIV. et XVI. In v. Ἀλυάττης, verba illa priora, Λυδῶν βασιλεύς, — ἀδελφὴν ᾔσχυνεν, apud [*] Nicol. Damaſcenum in collectaneis Conſtantini, a *Valeſio* editis, pag. 453. vnde locus iſte depromtus eſt, de Sadyatte, patre Alyattis, dicuntur; quae proinde noſter male ad Alyattem refert. In v. Νίκων grammaticus noſter ſupina negligentia ad Niconem refert, quae apud *Pauſaniam* lib. VI. pag. 464. vnde totus iſte locus excerptus eſt, de Theagene, Thaſio, narrantur. In v. Εὐνομιανὸς Suidas Eunomianum quemdam a Belliſario e ſacro baptismi fonte ſuſceptum fuiſſe narrat. Locus ſcriptoris, qui ibi adducitur, ſumtus eſt ex *Procopii Hiſt. Arc.* cap. 1. ſed vbi de Theodoſio quodam, Eunomianis parentibus nato, non autem homine aliquo, *Eunomianus* adpellato, verba fiunt. Gothofredus in *Prolegom.* ad Philoſtorgium, pag. 2. ex loco hoc Suidae Eunomianum aliquem ſibi confinxit, qui nullus exſtitit: vt in Notis noſtris ad v. Εὐνομιανὸς pluribus docemus. In v. Πῶρος, verba illa, Τοῦτον ἤρετο περὶ διαίτης ὁ Ἀπολλώνιος, etc. excerpta ſunt ex *Philoſtrati* lib. II. *de Vita Apollonii* cap. XI. ſed quae Suidas peſſime ad Porum refert, quum apud Philoſtratum de Phraorte, Indorum rege, dicantur. Plura exempla breuitatis gratia adducere ſuperſedeo.

8) Eſt et alius Lexici huius naeuus, qui in eo conſiſtit, quod ſexcentis in locis exempla, quae ex ſcriptoribus veteribus [dd]) adducuntur, a capite articuli aliena ſint, nec quicquam faciant ad probandam ſignificationem vocis propoſitae. Sed iſtius rei culpam non tam in Suidam confero, quam in eos, qui varia auctorum loca Lexico huic vel ipſi adſuerunt, vel ea, quae ad marginem ſcripta erant, absque iudicio et delectu in textum receperunt. Multa enim eſſe apud Suidam loca, quae ex margine in textum irrepſerint, et imperitiam librariorum manifeſto prodant, nemo niſi plane in lexico hoc hoſpes negabit. Videat ſaltem lector, quae notauimus ad v. Ἀγροιώτης, v. Ἀναθεῖναι, v. Ἀριστογείτων, Κυδ. v. Εἴλλειν, v. Νάννος, v. Ὑπνομαχῶ.

9) Quamuis autem et alii ſint Lexici huius naeui [ee]), partim ipſi [*] Suidae, partim librariis

[dd]) Plerumque etiam haud nominatis, vnde *Ioannes Rualdus* animaduerſ. XXIV. ad Plutarchum pag. 107. *Primum quidem Suidam plerumque Arcadicum ſapere atque Midinum, multa nullo iudicio curaque in ſuum Lexicon ab aliis auctoribus optimis peſſimis transtuliſſe, ſuppreſſis fere nominibus, ignorare non potuit ſummus eruditione ac ingenio ipſe ille Baronius.* Ante Rualdum *Iuſt. Lipſius* lib. IV. de militia Romana dialogo 10. pag. 159. *Sed admoneo, vtcunque pecus Suidas eſt, aureum tamen eſſe et e meliore metallo vellus fere. Carpſit et ſumſit ex optimis, qui fuerunt, et plerique non ſunt. Vtinam iudicio et cura, addo et fide meliori. Nam nomina fere ſupprimit, et intendere oportet, quid eius ſit, quid alienum. Ceterum etſi ille Arcadicum et Midinum ſapit, alios tamen lectores ſuos facit, qui curioſi quidem ſint et intenti.*

[ee]) In excerpendis auctorum verbis ſenſum illorum interdum peruertere, notat *Küſterus* in notis ad vocem Πυλάδης. Porro non naeuis quidem adſcribendum, ſed tamen euoluentibus perquam incommodum eſt, quod cum opus Suidae lexicorum more, ordine litterarum digeſtum ſit; tamen in quibusdam longe alium ordinem obſeruat, quam vulgo vti conſueuimus. Nam αι poſt δ quaerendum eſt, ει poſt ζ, θ poſt ι, ω poſt ο. Praeterea conſonantes duplicatae ſtatim poſt ſimplices, verbi gratia ἀλλαχῆ ſtatim poſt ἀλᾶται, ante ἄλβα etc. Etiam Iacobo Gronouio praefat. ad Harpocrationem probe notatum, veteres in digerendis iuxta ſeriem literarum vocibus non ita fuiſſe ſemper curioſos,

librariis et recentioribus compilatoribus tribuendi; eſt tamen liber longe vtiliſſimus [ff]), et quem Theſaurum, omnigenaeque eruditionis penu cum incomparabili Reineſio merito adpellaueris. Vel ſola hiſtoria poetarum, oratorum, hiſtoricorum, etc. quae in eo continetur, auro contra cara eſt, et qua ſine irreparabili damno reſpubl. literaria carere non poſſit. Taceo tot et tam praeclara fragmenta veterum ſcriptorum, hodie amiſſorum, quae in lexico hoc nobis conſeruantur, et pretium ei non paruum conciliant. [Idem iudicant *Hemſterhuſ.* ad ſchol. in Ariſtoph. Plutum pag. 324. et *Valcken.* ad Theocr. Adoniaz. pag. 298. *Harl.*]

10) Prodierunt autem haec Collectanea Suidae primo Mediolani [gg]), A. C. 1499. graece tantum: in qua editione nonnulla loca deſunt, quae in [ſ] reliquis editt. reperiuntur.

rioſos, vt nos hodie; primam enim litteram obſeruaſſe contentos, non raro in ſyllabis integris minus ſollicite adhibuiſſe accuratum litterarum ordinem. Huius tamen incurioſitatis exigua in Suidae Lexico veſtigia deprehenduntur. Et neſcio, an fuiſſet vitio dandum nouo Suidae editori, ſi ob lectorum commodum etiam illam, quam dixi, ordinis anomaliam eliminaſſet, et conſueta omnibusque obuia ſerie voces euoluendas exhibuiſſet.

ff) *Leo Allatius* de ſcriptis Socratis pag. 117. *Non tantum tribuo Suidae, at pannis, ex quibus conſutus ille liber eſt, quum ſint admodum pretioſi et rari, multum tribuendum eſt.* Certe quamplurima praeclara et digna ſcitu iisdem, quibus alia innumera antiquitatis tenebris ſepulta nos laterent, hoc Suidae opere ſi careremus.

gg) Prima editio Suidae, quae A. 1499. fol. *Mediolani* prodiit, (non Romae, vt poſt Geſnerum in biblioth. opinabatur Mich. Neander in notitia auctorum Gnomologiae Stobaeanae praemiſſa pag. 68.) charta magna et nitida, typis luculentis, debetur *Demetrio Chalcondylae*, doctiſſimo Graeco, Io. Mariae Catanaei, qui latinam praefationem praefixit, praeceptori, et typorum operam ſumtusque cum eo praebentibus, Ioanni Biſolo et Benedicto Mangio, Carpenſibus. Hic eſt Catanaei Suidas, qui memoratur in C. S. Schurtzfleiſchii Epiſtolis arcanis pag. 5. Chalcondyles in graeca praefatione praefixa teſtatur pluribus ſe vſum codicibus MSS. in caſtigando opere nulli peperciſſe ſtudio: nonnulla autem quum non poſſet emendare, ita, vt reperit, reliquiſſe, nonnulla etiam aliunde adſcita addidiſſe. Ὁ δὲ τὴν διόρθωσιν τοῦ βιβλίου πεποιηκὼς Δημήτριός ἐστιν ὁ Χαλκονδύλης, ὃς πλείοσιν ἀντιγράφοις χρησάμενος, κἂν τούτοις πᾶσιν οὐ σμικρὰ τὰ ἁμαρτήματα εὑρηκὼς, ὧν τὰ πλείω ἐν ἅπασιν ὡσαύτως ἐτύγχανεν ὄντα, πολλὰ μὲν φιλοπονήσας καὶ διασκεψάμενος ἐπηνώρθωσεν. ἔστι δ᾽ ὧν οὐχ οἷός τ᾽ ἐγένετο τῆς προσηκούσης διορθώσεως τετυχηκέναι, ἀλλὰ τὴν μὲν τῆς λέξεως ἑρμηνείαν διὰ σπουδῆς ἔσχε διαφυλάξαι. τὴν μέντοι παρεισαγομένην ῥῆσιν πρὸς σαφήνειαν τῆς λέξεως ἡμαρτημένην οὖσαν, ὡς εἶχεν ἀφῆκεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λέξεις ἐνίας, αἵτινες τὸ παράπαν οὐχ ὑπῆρχον ἐν Σουΐδᾳ, ἄλλοθέν ποθεν συλλέξας προσέθηκεν, ὡς ἂν οἱ ζητοῦντες τὸ σημαινόμενον αὐτῶν ἔχοιεν ἀπονώτερόν τε καὶ ἑτοιμότερον ἐντεῦθεν πορίζεσθαι. καὶ λέξεις δέ τινας ἀνερμηνεύτους, ἔνθα ἐνεχώρει, ἐπιμελὲς αὐτῷ γέγονε σαφηνίσαι. Addit idem Demetrius, Suidae librum in Graecia pridem atque Italia ita fuiſſe rarum ac pretioſum, vt, qui eum haberet, eo gloriaretur quaſi theſaurum inſignem, et Amaltheae, quod aiunt, cornu poſſideret. Τόδε βιβλίον οὕτω τοι σπάνιον καὶ πολύτιμον ἦν ἔν τε τῇ Ἑλλάδι καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ὡς τὸν τοῦτο κεκτημένον μέγα φρονεῖν ἐπ᾽ αὐτῷ, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον κέρας ἀμαλθίας καρποῦσθαι. In titulo graecus exſtat dialogus bibliopolae et lectoris φιλομαθοῦς, quo liber commendatur indicaturque, tribus aureis venum exponi. ἡ οὖν τιμὴ πόση τίς ἐστι; Χρυσῶν τριῶν. λάμβανε δὴ καὶ δὸς βιβλίον. De *Demetrio Chalcondyla*, qui A. 1510. obiit octogenario maior, praeter Iouium in elogiis conſulere iuuabit *Iani Parrhaſii*, (cui filia Demetrii nupſerat,) quaeſita per Epiſtolas p. 45. 144. 146. *Alcyonium* II. de exilio pag. 247. *Lambecium* VI. pag. 277. *Voſſium* de arte grammatica pag. 15. *Varillaſium* lib. 4. anecdoton Florentin. *Bullartium* T. I. Academiae ſcientiar. pag. 280. [*Hodii* et *Boerneri* libros, ſupra aliquoties iam laudatos, *Freytag.* adpar. litter. III. pag. 174 ſq.] etc. *Antonius Motta*, Demetrii praeceptor, Lexico Svidae hocce praefixit epigramma:

Demetri, aeternos debet tibi mundus honores,
Quod dignum, quod tam nobile tradis opus.
Debet Motta magis, cari cui tanta reſultat
Gloria diſcipulo, te duce quanta datur.

Alterum

tur [hh]). Eam sequuta est editio *Veneta* [ii]), siue *Aldina*, A. 1514. et ea graece tantum. Haec nonnumquam a Mediolanensi discrepat: vnde ex alio codice MS. eam expressam esse adparet [kk]). Deinde Suidas [☞] editus est *Basileae* [ll]) apud Frobenium, A. 1544. itidem graece tantum. Illa editio haud fere ab Aldina discrepat, nisi vbi vel sphalmata typographica habet, vel ab editoribus Basileensibus interpolata est. Anno 1564. *Hieronymus Wolfius* [mm]) Suidam, (omissis notis mere grammaticis, et fragmentis breuioribus.) latine a se versum

Alterum item hoc, in quo majorem Mediolano honorem ex editione Suidae, quam iis pollicetur locis, qui Hesiodum, Homerum, ac Pindarum, poetas, in lucem protulere.

Olim Phocis erat doctis celebrata Poetis,
Vnde nouum exhausit funditus Ascra melos.
Proximus huic Helicon, viuo forte aemulus illi
In quo tam expressit nobile Smyrna sophos.
Cadmeas Dircaeus olor volitare per arces
Dictus et immenso est perstrepuisse sono,
Dignius Insubri Suidae decus exit ac urbe,
In cuius lapsa est Graecia tota sinum. Fabr.

Bandinus in annalibus Iuntarum typogr. I. pag. 77. vidi, inquit, Lexicon Suidae graece impressum Mediolani impensa et dexteritate Demetrii Chalcondylae a. 1499. fol. in quo ad calcem primae paginae legitur: *Monasterii Angelorum Petrus Candidus*; qui veterem hanc editionem obseruationibus illustrauit. *Harl.*

hh) Vide sis praeter Maittaire A. T. IV. pag. 93. sqq. et 690. cum nota, ea quoque, quae de hac edit. in Introd. in hist. L. gr. II. 2. pag. 505. not. protuli et notaui. it. cel. *Panzeri* A. T. II. p. 91. *Hamberg*. Z. N. IV. pag. 186. *Harl.*

ii) Editio *Aldina* Venet. A. 1514. viri docti manu passim notata exstat in bibliotheca Leidensi inter libros, quos Academiae legauit Perizonius. Suidae exemplaria MSS. si non omnia, certe multa sic scripta fuisse, quemadmodum ἔκδοσις Aldina et Basileensis exscriptae sunt, vt paginae faciem diuiserint in duas, quod dicitur columnas siue σελίδια, et forsan id ipsum Suidam primum ita probasse, notat *Iac. Gronouius* in emendationibus ex Suida pag. 110. Editio Aldina praefationis loco habet praefixum monitum Aldi de modo singulari, quem in ordine seriei litterarum scriptor hic obseruat, quod deinde in Basileensi quoque et Porti, Kusterique editione repetitum legitur.

kk) In *Goetzii* Memor. bibl. Dresd. vol. I. fasc. III. (vbi pag. 281. sqq. editiones Suidae recensentur) haec inscriptio legitur huius rarae Aldinae editionis: *Suida. Praesens quidem liber est Suidae, qui vero ipsum composuerunt viri docti fuerunt; Eudemus rhetor de dictionibus ordine alphabetico. Helladius Theodosii iunioris tempore similiter. Eugenius ex Augustopoli Phrygiae miscellaneam dictionem ordine alphabetico. Zosimus Gazaeus voces rhetoricas, ordine alphabetico. Caecilius Siculus dictionum delectum ordine alphabetico. Longinus Cassius dictiones ord. alphab. Lupercus Berytius voces atticas. Iustinus Iulius sophista glossarum librorum XCI. Pamphili compendium scripsit. Pacatus de consuetudine attica, ord. alphab. Pamphilus pratum variarum dictionum, constans libris XCV. Est autem a littera* E *vsque ad* Ω. *nam* A *littera et vsque ad* Δ. *Zopyrio elaborauerat. Pollio Alexandrinus dictionum atticarum collectaneum ord. alphab.* Graece. In calce legitur. *Venetiis in aedibus Aldi et Andreae soceri. mense Febr.* M. V. XIIII. (1514.) fol. *Harl.*

ll) Editio *Basileensis* A. 1544. quae Aldinam per omnia exprimit, manu Isaaci Casauboni passim notata exstat Lugduni Batauorum in bibl. Academiae. [v. catal. pag. 281.] Inter libros Gudianos, qui seruantur in bibl. Guelpherbytana, habetur eadem notata passim manu Salmasii.

mm) Prima editio latina *Hieron. Wolfii*, viri, si quisquam, immortaliter meriti de graecis litteris, vna cum nonnullis *Ioachimi Camerarii*, quae ad calcem voluminis subiiciuntur, declarationibus lucem vidit Basileae ex Oporini officina, A. 1564. minus emendate quidem, vt ipse queritur in titulo posterioris edit. A. 1581.

Peste meam vallante domum, vastante librari
Editus hic propere est, nec sine labe liber.
Nunc positis nouus exuuiis nitidusque iuuenta
Eusebii prodit munere Episcopii.

David Hoeschelius in litteris ad Iungermannum datis Kal. April. A. 1605. 4. testatur, Wolfium integri Suidae editionem graecolatinam paullo ante mortem adornasse, *verum auctore*, inquit, *mortuo, fidem typographus fefellit.* Non eadem diligentia versatum Wolfium in Suida interpretando, qua in Isocrate,

versum absque textu graeco Basileae edidit. Haec versio Suidae, ab ipso Wolfio recognita, postea recusa est Basileae A. 1581. Mirum autem non est, Wolfio rem minus feliciter

Isocrate, Demosthene et Zonara vsus fuit, notat Andreas Schottus praefat. ad *prouerbiorum Centurias XIV. e Suida* collectas, et cum aliis Graecorum prouerbiis Zenobii siue Zenodoti, Diogeniani et Anonymi Vaticani, vtraque lingua editas et notis illustratas Antwerp. 1612. 4. Sed ante Andream Schottum, (licet is non meminerit,) XIV. centurias prouerbiorum e *Suida* collectas, gr. et lat. cum *Hier. Wolfii* versione, edidit *Hermannus Germbergius*, scholae Corbachianae prorector, illisque subiunxit centuriam versuum onirocriticorum (Astrampsychi) ex eodem Suida, et epistolarum sacrarum decades quinque, ex aliis etiam scriptoribus congestas, Basileae per Sebast. Henr. Petri. 1583. 8. *Paulus Colomesius* notis ad Gyraldi Histor. poetar. pag. 276. *Epigramma in Soranum Ducem, sub Aelii Adriani nomine ex Gerardo Geldenhaurio Nouiomago profert Wolfius in historicis Suidae, voce Adrianus; quem locum, si me audias, Lector, consules; ibi enim Suidam attingit Wolfius, vir alioqui naris obesae, nequaquam infeliciter.*

Si praestantissimo *Vossio* credimus, lib. 2. de hist. graecis c. 26. pag. 302. diu ante Wolfium Suidas latine versus est a *Roberto Grosetest* siue *Capitone*, episcopo Lincolniensi, qui A. C. 1253. diem obiit supremum. Sed licet *Ioannes Balaeus* Centur. IV. c. 18. pag. 306. inter scripta Roberti, adnotationes in Suidam, et Suidam ab eo translatum memoret, id tamen non intelligendum videtur, nisi de narratione apocrypha, quae exstat apud Suidam in Ἰησοῦς, et ex Roberti versione in variis bibl. adhuc superest manu exarata. Eadem narratio MS. fertur ex alia versione *Lauri Quirini*, Cretensis, patricii Veneti, qui claruit circa A. C. 1453. vt alias interpretationes editas iam praeteream, de quibus dixi in cod. Apocrypho Noui Test. T. 1. pag. 371. et T. 2. pag. 547. *Fabr.* A *Maittario*, A. T. indic. siue tom. V. pag. 267. memoratur:

De Iesu Christi sacerdotio narratiuncula, graece ex Suida; latine incerto interprete, vna cum Antonii Marcelli ad Rhenatum, Siciliae regem, et Gilberti Cognati Nozerini ad Petrum Richardotum epistolis; et Machometi vita e graeco in latinum per Georgium Hermonymum versa. 1541. 8.

Ibidem citantur: *Caesarum vitae, ex Suida, gr. et lat. interprete Hermanno Whitkindo*, Francof. ex offic. Petri Brubachii. 1557. 8. *Suidae* excerpta de imperatoribus orientis sunt in opere Byzantinae historiae etc. Excerpta ex Olympiodori hist. libr. XXII. etc. Paris. 1647. fol. *Harl.*

Praeter Wolfium Suidae editionem emendatiorem etiam molitus est *Hadrianus Iunius*, teste *Valerio Andrea* in bibl. Belgica pag. 109. et *Ioanne Sambuco* in literis ad Iunium datis IV. Id. Febr. A. 1564. pag. 620. *Tu vero tandem nobis Suidam restitutum, Epithetorum graecorum explicationes Nonnum et alia extrudes.* Et quantum in eo operae ac studii posuerit, narrat ipse *Iunius* in epistola ad Arnoldum Birckmannum pag. 74. sq. et ad Petrum Bloccium pag. 116. *Habeo et Suidam locis ter mille, quid aio? imo μυριάκις a me interpolatum et genuinae lectioni restitutum, cum indicio authorum, unde sua mutuatus est*, et in alia data A. 1562 ad Marchionem Anglum. 173. *Habeo praeter alia prae manibus vertendum Suidam, opus ingens et maximi vsus ad omnigenam historiarum et rerum omnium abditarum cognitionem, in quo eam nauaui operam, quae et mihi honorifica, et vtriusque linguae vetustatisque studiosis cumprimis vtilis atque adeo necessaria futura est, nam supra quinque aut sex millia locorum ex omnis generis autoribus petita, germanae lectioni restitui immenso cum labore, quae citra nostra industriae opem intelligi omnino non possint.* Sed pag. 136. ad eundem Bloccium: *Suidas meus prius, quam in manus hominum veniat, publici iuris factus, biennium aut plus eo elabetur.* De Wolfii Suida sermo videtur esse Iunio epistola ad Guil. Lindanum p. 267. *Wolfii opera vereor vt illi parum sit futura gloriosa, nisi iis instructus veniat copiis, quas praeter me an alius habeat ignoro, nunc illi in mustaceo quaesita gloriola frui aliquantisper liceat. Fabr.* *Alberti* in litteris ad Fabricium nostrum, Harlemi d. 8. Kal. Maii 1733. exaratis, (in *Reimari* de vita et scriptis Io. A. Fabricii commentario pag. 215.) „Vnum, ait, addam, nactum me esse duo insignia κειμήλια, *Nonni* scil. *Dionysiacorum* (1569) exemplar, cum vberrimis notis msstis ineditis *Dan. Heinsii*, et desideratissimum paucisque notum exemplar *Suidae*, (ed. Basileae 1544.) quibus *Hadrianus Iunius* suas emendationes et auctorum loca adleuerat; cuius mentionem etiam facis in bibl. Gr. (qui est locus noster.) et *Albertus Verlanius*, Hornanus, Hadriani Iunii ex filia nepos, in dedicatione poematum

citer fucceffiffe, quum nullis codicibus MStis inftructus, textum Suidae, vt tunc erat, corruptum, in verfione fua fequutus fit. Tandem *Aemilius Portus*, Francifci filius, graecae linguae in academia Heidelbergenfi quondam [P] profeffor, *Suidam* cum noua verfione latina, feu potius paraphrafi, et notis, edidit Geneuae, A. 1619. 2. Vol. nn) fol. Haec editio, quoniam omnium earum, quae Noftram praeceflerunt, nouiffima eft; quodnam de ea noftrum fit iudicium, paulo fufius lectori exponemus.

11) Dicimus igitur, *Portum* non eam, quam par erat, diligentiam in editione fua Suidae adhibuiffe, nec idoneo fatis inftructum adparatu operi ifti manum admouiffe. Non folum enim cum nullis codicibus MStis Suidam contulit, (qua in re tamen contingere potuit, vt fortuna votis eius non refponderet,) fed ne omnes quidem editiones, tunc exftantes, [P] inter fe comparauit. Ex tribus enim, quae tunc prodierant, editionibus, Mediolanenfem, (quae omnium prima eft, et nonnullis in locis emendatior reliquis,) numquam infpexit: quae cauffa eft, quare non paucos errores typographicos editionis Aldinae, in editionem Bafileenfem, quam κατὰ πόδα fequutus eft, poftea transfufos, imprudenter in textum receperit, eosque tamquam variantes codicum MStorum lectiones, magno molimine interdum emendare conetur. Adhaec, quum totum fere Suidae Lexicon ex fragmentis variorum auctorum, quorum maior pars hodie adhuc exftat, compofitum fit; Portus exiguam plane in inueftigandis auctoribus, ex quibus Suidas fua fumfit, diligentiam adhibuit: vnde mirum non eft, fexcentis in locis Lexici huius, quae non nifi ex auctoribus fuis illuftrari et emendari poffunt, aquam ei haefiffe. Praeterea, (quae maior eft negligentia,) ne ipfum quidem Suidam fecum contulit; quum faepe contingat, vt eaedem ῥήσεις bis, vel ter, apud eum occurrant; hic corruptae forfan et mutilae; alibi vero fanae et integrae: vt proinde Suidas ex ipfo Suida non raro emendari et illuftrari poffit. Hoc quum non obferuauerit Portus, (obferuare autem debuit,) faepe fit, vt, quae vno in loco recte interpretatus fuerat, alibi, vitiofam lectionem fequutus, fuique prorfus immemor, peffime vertat, et a fcopo longe aberret. Ne autem haec in virum, cuius conatus faltem de re litteraria bene merendi laudandus eft, immerito a me dici quisquam putet; adlatis quibusdam exemplis rem probare, et omnem calumniandi fufpicionem a me amovere conabor.

12) Dixi, *Portum* editionem Mediolanenfem numquam infpexiffe: quod ex fequentibus manifeftum fiet. In v. Ἄβαρις editiones Aldina et Bafileenfis habent, χρησμὰς τὰς καλουμένας

tum Hadriani Iunii 1598. 8. Sed quum ipfum illud exemplar pretio redimere non liceret, omnia *Iuniana* in codicem meum retuli, et ab interitu feruaui." *Harl.*

De magni *Pearfonii* confilio *Mericus Cafaubonus* notis ad Hieroclem, A. 1655. Londini editis, pag. 181. *Ioannes Pearfonius, vir doctiffimus et in graecis litteris et libris omne genus, quod ex luculentis* Hefychii et *Suidae, quas dudum molitur, editionibus, fi vita fuppetet, qua digniffimus eft, litteratis aliquando conftabit, eximie verfatus.* Suidas Pearfonii manu paffim notatus feruatur Cantabrigiae, cuius notis MSS. vfus eft, easque paffim laudat Küfterus. De *Beueregio* autem falfus rumor venit ad Schurtzfleifchium, qui in Epiftolis arcanis T. I. pag. 5. fcripfit a. 1679. *Suidas Beueregii breui veniet in noftras manus, quem multa diligentia curat vir doctus et laboriofus apud Anglos.*

oo) Conf. *Goetzii* memorab. bibl. Dresd. l. c. pag. 283. fqq. *Harl.*

καλȣμένȣς Σκυθίνȣς; quam lectionem Portus sequutus est: cum in editione Mediolanensi rectius legatur, Σκυθικȣ̃ς. In eadem voce, pro ἀφάνισαν, Msti et ed. Med. recte exhibent ἠφάνισαν: ad quem locum Portus: ἀφάνισαν) *Aldinus codex*, ἐφάνισαν. *Vtrumque vitiosum. Scribendum enim ἠφάνισαν, ab ἀφανίζω.* Recte quidem mones Porte! sed quid opus fuit manifesta menda typographica editionis Basileensis in textum recipere, et inutilibus obseruatiunculis Suidam onerare? In v. Ἀρȣραία, priores editt. (si Mediolanensem excipias,) habent, ὅτι ἡ ἄρȣρα πόδας ἔχειν; quod Portus vertit, *Rus pedes habere dicitur;* addita nota solita N. L. i. e. *Non liquet.* Si editionem Mediolanensem consuluisset, non diu ei de emendatione huius loci laborandum fuisset. In ea enim recte legitur, ὅτι ἡ ἄρȣρα πόδας ἔχει ν'. [℣] i. e. *Arura*, (quae est certa agri mensura, ita dicta,) *pedes habet quinquaginta:* quam lectionem non solum confirmant Msti, sed etiam ipse Suidas alio loco, nimirum in v. Στάδιον, vbi idem locus repetitur. In v. Γηγενεῖς, in omnibus editionibus praecedentibus, si Mediolanensem excipias, ante φυσήματι desideratur vox Γηγενεῖ; sine qua loci illius sensus omnino est obscurus et mutilus. Haec ratio est, quare Portus falso existimauerit, verba illa, φυσήματι· ἀντὶ τȣ̃ μεγάλῳ, et quae sequuntur, non pertinere ad v. Γηγενεῖς, sed alibi esse collocanda. Aliter certe sensisset, si, inspecta editione Mediolanensi, locum hunc vnius vocis adiectione suppleri et sanari posse intellexisset: id quod etiam ex alio loco Suidae in v. Σεισμὸς, vbi eadem ῥῆσις repetitur, discere poterat. Post v. Ἐπήβολος in editione Basileensi et Porti legitur, Ἐπηβολώτατος, προσοικειότατος: vbi nemo non videt, vocem posteriorem esse παρακεκομμένην, et nullo modo ἐκ παραλλήλȣ respondere posse voci Ἐπηβολώτατος. Rectius igitur in edit. Mediolanens. cui etiam suffragantur Msti, sic legitur: Ἐπηβολώτατος. † Ἐπηγάγετο. προσῳκειώσατο. ἰδιοποιήσατο. Nusquam hic comparet vox adulterina προσοικειότατος, quam certum est ex voce προσῳκειώσατο esse corruptam, et genuina sede sua, quae est post Ἐπηγάγετο, motam, alienum locum in editione Basileensi et Porti hodie occupare. In v. Εἰρύσατο, editiones Aldina et Basileensis mendose exhibent ἐπικȣ́φȣ; quam lectionem sequutus est Portus: qui, si editionem Mediolanensem consuluisset, in qua recte legitur Ἐπικȣ́ρȣ, vidisset vtique, τὸ ἐπικȣ́φȣ esse sphalma typographicum, et proinde in textum minime recipi debuisse. In v. Ὅμηρος, pag. 301. edit. Geneu. pro ἀφίκετο εἰς γάμον, (quod Portus bona fide vertit, *Venit ad nuptias*,) reponendum est, ἀφίκετο εἰς Σάμον, i. e. *Venit in Samum;* vt in Mstis, et editione Mediolanensi recte legitur. Possem plura huius generis in medium adferre: sed quum ex hisce lectori abunde patere arbitrer, Portum edit. Mediolanensem numquam consuluisse, ad alia pergo.

13) Dixi secundo, Portum exiguam diligentiam in inuestigandis auctoribus, vnde Suidas sua sumsit, adhibuisse: quod omnibus, editionem eius inspicientibus, per se manifestum est. Si enim Aristophanem, eiusque scholiasten, Anthologiam Epigrammatum editam, Sophoclem, eiusque scholiasten, Herodotum, Thucydidem, et paucos alios excipias; de reliquis scriptoribus, ex quibus Lexicon hoc compilatum est, Portus ne somniauit quidem. Ceterum, quantam in hac editione lucem Suidae ex diligenti fragmentorum cum ipsis auctoribus, ex quibus sumta [℣] sunt, collatione adtulerimus, ex notis nostris lectori patere poterit.

14) Dixi

14) Dixi porro, Portum ne ipſum quidem Suidam ſecum contuliſſe; quod itidem exemplis quibusdam in medium adlatis probabo.

In v. Διεκωδώνισε priores editt. habent, *διεπείρασε καὶ ἐξηπάτησεν*: quod Portus vertit, *Tentauit*, *explorauit*, *periculum fecit. Item*, *decepit*, ſed pro *ἐξηπάτησε* ſcribendum eſſe *ἐξήτασε*, non ſolum res ipſa docet, ſed etiam Suidas alio loco, nimirum in v. Κεκωδωνισμένος; vbi in omnibus editionibus expreſſe legitur, *καὶ διακωδωνίσαι*, *τὸ ἐξετάσαι*.

In v. Θέμιν Portus fruſtra ſeſe torquet, dum non animaduertit, pro *Βέλετα*, vel, vt editt. Mediol. et Aldina habent, *Βέλεται*, reponendum eſſe Βέχετα, vt non ſolum in MStis, ſed etiam alibi apud Suidam in v. Βέχετα recte legitur. Locum Suidae, vt in editt. Baſil. et Geneu. legitur, et verſionem Porti ſubiungam, vt Lector in rem praeſentem quaſi deducatur. Θέμιν, (inquit Suidas) *δικαιοσύνην*. Βέλετα, *πόλις ἐστὶ τῆς* Ἠπείρου, *οὐδετέρως καὶ πληθυντικῶς λεγομένη· ἥν φησι Φιλόχορος ὀνομάσθαι διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ*, *κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν*. Portus haec ita vertit: Θέμιν, *Themin. Hoc nomen iuſtitiam ſignificare vult*, (*i. e. ſignificat. Vnde compoſitum* Θεμίσκυρα, *Themiſcyra. Haec autem*) *vrbs eſt Epiri*, *quae per neutrum genus et pluraliter effertur: quam Philochorus ait ſic adpellatam*, *quod Themis vecta boue illuc iuerit*, *tempore diluuii Deucalionis*. Nugas agit Portus, dum lectori perſuadere conatur, Suidam hic de Themiſcyra vrbe loqui: quod eſt ab eius mente alieniſſimum. Neque ſaniora ſunt, quae in notis adfert; in quibus locum hunc ſic emendare et ſupplere conatur: Θέμιν· *δικαιοσύνην*.) *Haec ita fortaſſe legenda:* Θέμιν, *δικαιοσύνην Βέλεται σημαίνειν. ὅθεν* Θεμίσκυρα. *πόλις δ' ἐστὶ τῆς* Ἠπείρου. *Conſule Geographos in* Θεμίσκυρα. *Sed* Βέλετα *vrbem apud nullos reperio.* Omnia haec ſunt prorſus *ἀπροσδιόνυσα*, neque veram iſtius loci emendationem vel per ſomnium Portus vidit. Quam facile autem has tenebras diſcutere potuiſſet, ſi conſuluiſſet Suidam in v. Βέχετα, vbi recte ſic legitur: Βέχετα, *πόλις ἐστὶ τῆς* Ἠπείρου, *οὐδετέρως*, *καὶ πολλαχῶς* pp) (lege *πληθυντικῶς*, vt in v. Θέμιν) *λεγομένη· ἥν φησι Φιλόχορος ὀνομάσθαι*, *διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ*, etc. Quam clara hic omnia? Dicit Suidas, Bucheta eſſe vrbem Epiri, ſic dictam, quod Themis *ἐπὶ βοὸς ὀχουμένη*, *boue vecta*, illuc veniſſet: quam etymologiam voci Θεμίσκυρα minime conuenire, nemo eſt adeo hebes, quin facile intelligat. *Fabr.* Sed in voc. Θέμιτον iniuriam facit Küſterus Porto, qui in verbis Aeliani verſus latere verſus iambicos ſuſpicabatur; is vero, vide, inquit, hic acumen Porti vere *ὀξύμωρον*, qui fragmentum hoc Aeliani, quod oratione proſa conſtare manifeſtum eſt, in verſus iambicos inuitis Gratiis redigere conatur. Enimuero *Valcken.* ad Euripid. Hippolyt. v. 1157. pag. 320. Portum quidem, ſi illis abſtinuiſſet reſtituendis; melius facturum fuiſſe cenſet; ſed tamen collato loco, quem Suidas adfert in voc. Φιλήμων, docet, ex verbis, a Suida citatis, *οὐδὲ ὄμμα χραίνειν θανασίμοις ἐκπνοαῖς*, hunc verſum Euripidis redire, adhibitum ab Aeliano:

Οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς. *Harl.*

Poſt v. Ταγήν. ὄν. ἐρ. in prioribus editt. mendoſe legitur, *Ταγὴν ὁ* [*] *κνισσοθήρας. ὁ* Ἴωνος *ἦν*. Ad quem locum Portus: *Tagen. ὁ κνισσοθήρας Cniſſotheras q. d. nidoris venator.*

pp) *πολλαχῶς* pro *pluraliter* a Suida poſitum eſſe videtur.

nator. Iunius mensis. Legendum videtur ὁ Ἰούνιος μήν. Sed N. L. Apage nugas istas. Ex ipso Suida in v. Φαγεῖν ζῶν constat, legendum esse, ταγηνοκνισσοθήρας; quae est vox comica, eleganter significans lurconem. vel parasitum, (proprie eum, qui sartaginis nidorem captat,) qualis erat Iunius iste; quem Portus ridicule in Iunium mensem transformat. Eadem vox in v. Ἰούνιος, sed alio modo ante deprauata erat. Ibi enim in editt. prioribus legitur, ταγηνοσμιθοθήρας; in MSS. vero, ταγηνοκνισοθήρας: vnde, vnius literae mutatione facta, veram lectionem ταγηνοκνισσοθήρας facile erueris.

In v. Τῷ νῦν λόγῳ, pulcra sententia Polybii, (cuius nomen ibi quidem a Suida reticetur, sed alio loco, quem mox indicabo, laudatur,) pessime corrupta, et mendo non leuiter obscurata est. Quid enim sibi volunt verba ista, ἠτύχηκεν ὡς κεκληρονόμηκε τοιαύτην φήμην? Portus ea sic interpretatus est, *Infelix fuit, postquam talem famam iure haereditario consequutus est.* Quam longe a scopo et mente Polybii? Ex MStis, et ipso Suida in v. Τύχη patet, legendum esse, ἡ τύχη κενῶς κεκληρονόμηκε τοιαύτην φήμην: quorum verborum sensus est, inane esse fortunae nomen, et omnia, quae vulgus ei tribuat, diuinae prouidentiae re vera adscribenda esse.

In v. Καρῖνος hodie legitur, Γενόμενος ἐν ἐξουσία καὶ βουλήσεως κύριος ἀνέδραμε τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα· οὕτω καὶ τοὔνομα τοῖς ἔργοις μακρῷ παρῆλθε, etc. quem locum non solum omnes editt. sed ipsi etiam MSti sic mutilatum exhibent: cuius proinde supplendi spes nulla esset, (praesertim cum Eunapii historia, vnde locum illum depromtum esse ex v. Μακρῷ adparet, non amplius exstet,) nisi Suidas ipse hic sibi opem ferret. Ex eo enim in v. Μακρῷ constat, locum hunc sic supplendum esse: Ἀνέδραμε τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα, ὥστε ἀπέδειξε χρυσὸν τὴν τραγῳδουμένην τυραννίδα. οὕτω καὶ τοὔνομα, etc. Quorum sensus est: Carinum tam malum et saeuum fuisse principem, vt veterum tyrannorum saeuitia, cum eius tyrannide collata, aurum quasi videretur. Elegans prouerbium et frequens apud graecos scriptores: quo etiam idem Eunapius in excerptis legationum, ab Hoeschelio editis, pag. 13. vsus est. Ibi enim de Thracia agens, eam a Scythis tam foede deuastatam esse ait, ὥστε χρυσὸν ἀποδειχθῆναι πρὸς τὰ Θράκια πάθη τὴν Μυσῶν παροιμιώδη λείαν: i. e. *Vt vetus illa Mysorum praedatio, prouerbio celebrata, cum hac Thraciae vastatione collata, aurum esse videretur.* Sic enim locus hic reddendus est; quem Cantoclarus ita vertit, vt sensum eius minime intellexisse adpareat.

[¶] In v. Λευκὴ ἡμέρα refertur mos Scytharum, calculum album vel nigrum, prout rem ex animi sententia, vel secus, gessissent, antequam quieti se darent, in pharetram condendi, vt post illorum mortem ex numero calculorum de prospera vel adversa fortuna, qua in vita vsi fuissent, iudicari posset. Sed in prioribus editt. ante μέλλοντας desideratur vox Σκύθας, quae totius sententiae cardo est. Eam proinde loco illi restituendam esse, etiamsi codices MSti non docerent, clare tamen ostenderet Suidas in v. Τῶν εἰς τὴν φαρέτραν, vbi de eodem Scytharum more agens, expresse inquit, φασὶ τοὺς Σκύθας μέλλοντας καθεύδειν, etc.

In v. Ἐχέμυθος Suidas inquit: Εἴς τε συναύξησιν ἀρετῆς, καὶ κακίας μείωσιν ὅλην ἐξεκέχυτο τὴν ψυχήν. Id est, *Omne suum studium ad augendam virtutem et imminuenda vitia*

vitia conferebat. Sed pro κακίας μείωσιν in prioribus editt. ridicule legitur, κωμωδίας μείωσιν, quod Portus, fidus interpres, *comoediae imminutionem* vertit. Sana, quam dixi, lectio apud Suidam alibi tribus diuersis in locis occurrit, nimirum in v. Ἰδιώτης, v. Μεῖον, et v. Ὅλην ἐξεκέχυτο: quod tamen a Porto obseruatum non fuerat.

In v. Ἡρεῖτο, pro ἐσιτοποιεῖτο legendum est σῖτον ἠρεῖτο, vt in v. Βιτέλλιος, vbi idem locus exstat. Portus, quum hoc non obseruaret, existimabat, loco isti aliquid deesse: qua de re lectorem hisce verbis monere voluit. *N. L. Desideratur enim verbum* ἠρεῖτο, *cuius caussa haec videntur adlata.* Sed nihil deerit, si, vt diximus, scribatur, σῖτον ἠρεῖτο. Non me quidem latet, in Excerptis Ioannis Antiocheni, ab Henr. Valesio editis, vnde locus iste depromtus est, legi ἐσιτοποιεῖτο: sed vtra lectio praestet, nunc disputo. Illud saltem constat, ex mente Suidae, qui ῥῆσιν istam sub voce Ἡρεῖτο collocauit, legendum esse, σῖτον ἠρεῖτο.

Ex hisce paucis, (sunt autem alia eius generis quam plurima,) manifestum est, operae pretium facturum fuisse Portum, si ῥήσεις easdem, quae apud Suidam diuersis in locis repetuntur, diligentius inter se contulisset.

15) Quae autem hactenus dicta sunt, ostendunt, Portum non eam, quam par erat, diligentiam in adornanda Suidae editione adhibuisse. Sunt autem alia, haud sane leuiora, nec pauciora, in quibus eruditionem quoque et iudicium eius merito desideres. Hoc vt lectori manifestum fiat, pauca loca ex multis, in quibus nec accurati interpretis, nec acuti critici partes impleuit, in medium adducam.

In v. Λυκόφρων Suidas ait, διασκευὴ δ' ἐκ τούτων ἐστὶν ὁ Ναύπλιος: quorum verborum sensus est, fabulam *Nauplius*, cum recto talo prius non stetisset, a Lycophrone ad incudem reuocatam, et denuo in scena exhibitam [?] fuisse. Διασκευὰς enim, siue διασκευασμένα δράματα, adpellatas fuisse fabulas, a poetis noua lima perpolitas, et postea in scena repetitas adcurate ostendit *Casaubonus* ad Athenaei lib. III. cap. XXVI. quem lector consulat. Hinc ergo adparet, quam parum intellexerit Portus sensum verborum illorum, quae sic latine reddidit: *Ex his vero diasceue, siue historica narratio, est Nauplius.*

In v. Ἐωθὸς Suidas ait: Ἐωθός. χωρὶς τοῦ ι. Ἄρχιππος. καὶ Ἀραρώς, ἔωθας. καὶ Θουκυδίδης, ἐώθεσαν. Quem locum Portus sic vertit: Ἐωθός. *Sine ι. Solitum, consuetum. Archippus. Et aptatus consueuisti.* Male omnino. Vox enim Ἀραρὼς hic non significat *aptatus*, sed est nomen proprium poetae, apud quem Suidas dicit τὸ ἔωθας absque ι. legi, pro εἴωθας; vti τὸ ἐωθὸς, apud Archippum, pro εἰωθός; et apud Thucydidem ἐώθεσαν, pro εἰώθεσαν, reperiatur. De poeta autem Aratorae Suidas non solum suo loco agit, sed etiam fabulam eiusdem Ὑμέναιος laudat in v. Ἀναθεῖναι; cui loco imperitus aliquis homo, quem itidem fugiebat, τὸ Ἀραρὼς ibi nomen proprium viri esse, notam hanc omnino ἀπροσδιόνυσον addidit: Ὅτι ἀραρῶς ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ πρεπόντως. ἀραρὼς δὲ, ἁρμόσας. Ceterum, errorem priori similem Portus commisit in v. Γνάφας, vbi τὸ ψελλοῦ vertit, *balbi vel blaesi;* cum ibi sit nomen proprium viri, et Michaelem Psellum designet.

In

In v. Νεθεύει, Portus verba haec Suidae, ἐν τῇ τοῦ μακαρίτου Λογοθέτου Μεταφράσει, reddit, *In interpretatione beati Historici.* At quis non videt, in versione retinendum fuisse nomen *Logothetae* quum manifestum sit, citari illic Μετάφρασιν certi alicuius scriptoris, ab officio, quo functus fuerat, *Logothetes* dicti. Eumdem errorem erravit Portus in v. Ἄβαξι, v. Ἀλκαία, v. Ἀνάιμονες, v. Καταπέλτης, v. Ὑπαγορεῦσαι: in quibus omnibus locis τὸ Λογοθέτης, *Historicus*, vel *historiae scriptor*, interpretatur. In sola voce Ἐξαπάτη cautior fuisse videtur, vbi nomen *Logothetae* in versione retinuit. Sed hoc non tam certa ratione, quam casu potius ab eo factum fuisse crediderim.

In v. Αὐτόλυκος priores editt. Suidae habent, ἐν τοῖς χαρωνικοῖς, quem locum Portus de locis Charonicis, siue speluncis pestiferis intelligendum censebat. Sed non animadvertit, rescribendum ibi esse, ἐν τοῖς Χαιρωνικοῖς. i. e. *tempore belli Chaeronensis:* quae mutatio leuis quidem est, sed immanem in sensu differentiam parit.

In v. Σοφοκλῆς, Σοφ. Suidas inquit, Καὶ αὐτὸς ἦρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ στρατολογίαν. Quae verba Portus sic vertit: *Primus etiam ipse tragicas inter se fabularum contentiones instituit: sed non delectum militum.* Quae ἀβλεψία! Adeo nimirum obesae naris criticus fuit Portus, vt non animaduerteret, pro στρατολογίαν legendum esse τετραλογίαν, et Suidam hic loqui de notissimo more tragicorum apud Graecos, qui τετραλογίᾳ, siue quaternis fabulis in scena certare solebant. Ab isto ergo more ante recepto Sophoclem, tragicum, primum recessisse, et non quaternis, sed singulis fabulis certasse, Suidas hoc loco obseruat.

In v. Τίς τῇδε Suidas ex scholiaste Aristophanis refert, eos, qui olim diis libaturi essent, ad adstantes dixisse. *Quis adest?* Eos deinde linguis fauentes respondisse, *Multi et boni.* Suidae verba haec sunt: Εἶτα οἱ παρόντες εὐφημιζόμενοι ἔλεγον, πολλοὶ κἀγαθοί: quae Portus sic vertit: *Deinde, qui aderant, sese laudantes, dicebant, multique boni-que.* En peritum interpretem, qui τὸ εὐφημιζόμενοι interpretatur, *sese laudantes;* cum vertendum esse, *linguis fauentes*, vel, *bona verba dicentes*, vix tirones ignorent. Notissimum enim est, veteres existimasse, religionem violari, si, quo tempore sacra peragebantur, verba male ominata proferuntur: vnde eos, qui aderant, vel tacere omnino; vel, si loqui quicquam vellent, bona verba, (vt aiebant,) dicere oportebat. Vtrumque apud Latinos continetur significatione phrasis *linguis fauere;* cui apud Graecos τὸ εὐφημεῖν, vel εὐφημίζεσθαι respondet.

Alibi Portus vocem εὐφημία non minori errore *beneficentia* interpretatur. Suidae verba in v. Εὐφημία haec sunt: Εὐφημίας χάριν προτιμᾷ τὴν Λακεδαίμονα τὸ θεῖον, ἤπερ τῶν Ἀθηναίων βωμοὺς σύμπαντας καὶ νεώς, etc. Portus hunc locum sic latine vertit: *Beneficentiam enim Laconicam Deus pluris facit, quam vniuersas Atheniensium aras et templa.* Scopum non ferit interpres. Ex iis enim, quae de voce εὐφημεῖν et εὐφημίζεσθαι paulo ante diximus, liquet, τὸ εὐφημία proprie *fauentiam*, vt Accii verbo vtar, siue, silentium religiosum, vel bona verba, significare. Sensus ergo illius loci est, Deo magis placere Lacedaemoniorum pietatem, et animum religiosum, cuius index et argumentum sit ipsorum εὐφημία, quam vniuersas Atheniensium aras et templa.

16) Plura

16) Plura de Editione Porti [pp]), eiusque naeuis, non addam; cum haec sufficere putem. Venio tandem ad nostram; in qua quid a nobis [K.] praestitum sit, paucis lectorem docebimus. Primo; Textum graecum cum tribus codicibus Mstis bibliothecae regiae Parisiensis contulimus; quorum vnus, (quem in notis nostris Mstum A. adpellare solemus,) optimus est, et quingentorum saltem annorum vetustatem habet. Huius praecipue codicis ope ingentem mendorum numerum ex Suida sustulimus, et non paucas lacunas in eodem suppleuimus; vt ex notis nostris lectori patere poterit. Alter est MS. B. cum priore nec vetustate nec bonitate comparandus: vnde pauciores emendationes nobis suggessit. Tertius est MS. C. secundo deterior: qui proinde admodum exiguo nobis vsui fuit. Praeterea vsi sumus variantibus lectionibus Msti Vaticani [qq]), quas *Pearsonius*, magnus ille episco-

pp) Huic acri Kusteri de Porti labore censurae, quam in diatriba, de Suida separatim vulgata, similiter tulerat, consentiunt aliorum virorum doctorum ante Kusterum publice de eo edita iudicia, vt *Reinesii* III. 7. Var. Lect. et *Gisberti Cuperi* libro IV. Obseruationum cap. 12. vbi Portum subinde reprehendunt, Suidaeque loca complura illustrant: *Frigidissimum interpretem* vocat *Iacobus Windetus*, Suidae locum explicans in libro de vita functorum statu pag. 64. Et, *Ioanne Pearsonio* iudice, prolegomenis ad Hieroclem, pag. 21. Portus *Suidam adeo infeliciter transtulit, maculisque plurimis aut adsectum inuenit aut affecit. Lambecius* lib. 2. de bibl. Vindob. pag. 534. *totum Suidae Lexicon, licet Aemilius Portus illi recensendo, emendando et latine vertendo non mediocrem impenderit operam, innumeris tamen adhuc scatet erroribus. Iacobus Gronouius* ad Harpocrationem pag. 96. *Suidam igitur relinquamus Porto, infandis modis corruptum.* Omitto, quae in eandem sententiam *Mericus Casaubonus* libro, anglice edito, de enthusiasmo c. 3. pag. 83. *Richardus Bentleius* epistola ad Ioannem Millium pag. 51. etc. Quanquam vero certum est, in multis aquam ei haesisse, plurimaque ipsum aliis melius explicanda reliquisse; tamen in tam vasto opere ac vario, quod tantum laborem in se suscepit boni publici caussa, ac pro virili, licet non vbique pari felicitate, exhausit, gratis potius laudibus prosequenda, quae bene obseruauit ac vtiliter, quam, in quibus cespitauit, insolenter exagitanda existimo.

qq) Plures *Suidae MSS. Codices* Vaticanos memorat *Nic. Alemannus* ad hist. arcanam Procopii pag. 101. vbi Suidam, a Chalcondyle, de graecis litteris benemerito, emendatum, laudat. Editio Basileensis cum variis lectionibus ex codice Sfortiano adseruatur *Romae* in bibl. Barberina. *Venetiis* exstat Suidas MS. inter libros, a Card. Bessarione legatos serenissimae reip. et alius codex in bibl. SS. Ioannis et Pauli. *Claudius Dausqueius* in limine notarum ad Basilium Seleuciensem p. 7. [aut p. 317. notante etiam Kustero ad Suid. I. p. 420. not. 12.] meminit Suidae MSti in bibl. Iesuitarum *Antwerpiae*, in quo nonnulla, desiderata in vulgatis. Eumdem codicem contulisse se testatur Andreas Schottus praef. ad prouerbia, e Suidae Lexico collecta. *Lugduni Batauorum* in bibl. academiae inter libros Is. Vossii seruatur codex Suidae insignis, etsi mutilus, cui plurimum tribuit Iacobus Gronouius. Alius codex MS. chartaceus *Oxoniae* in Collegio corporis Christi. Ad codices regg. Parisin. aliquoties prouocat ex iisque loca Suidae emendat *Menagius* notis ad Laërtium. In tribus illis MSS. quos Kusterus inspexit, Σοῦδας auctor, vt in *Colbertino*, qui olim Memmianus fuit, adpellatur, et in codice *Florentino* Mediceo: in quo vt in *Dresdensi* tantum epitome Suidae continetur, resectis historicis et nominibus propriis. De hac infra dicturus sum. In bibl. caesarea *Vindobonensi* excerpta e Suida, auctiora editis, vt exemplo adducto ostendit *Lambecius* III. pag. 103. Alia ex *Coislinianae* bibl. excerptis supplet *Montfauconus* p. 603. sqq. *Fabr*. Codicis *Dresdensis* chart. in mai. 8. saec. XVI. aut XVII. *Suidae* lexicon graecum, vel potius *Macarii Hieromonachi excerpta ex lexico Suidae* continentis notitiam dedit *Goetz*. in memor. bibl. Dr. l. c. pag. 281. sed parui pretii esse codicem, censet Goetz. Plura de eo vide infra in fine §. III. — Codicem MSt. Suidae *Leidensem*, (olim H. Stephani, qui in thes. L. Gr. eiusque indice multa Suidae loca e cod. suo emendauit, postea Vossii,) *Valcken*. diatr. in Euripidis perditorum dramatum reliquias pag. 169. vocat praestantissimum, et quaedam in Suida explicat corrigitque. In bibl. *Leidensi* sunt inter codd. Vossianos mem. Suidae codex circa vltima

episcopus Cestriensis, ad marginem Suidae sui adnotauerat. Sunt eae pauciores quidem, sed interdum [?] bonae, et quae plerumque auctoritate MSti Paris. A. confirmantur. Adhaec

tima mutilus et lacer, incipiens ab Ἀπάπατο et desinens in Φιμοί· — Ἐτυμολογικὸν τῶ μεγάλω Γραμματικῶ. Ἀρχή. — — Τῶ — Σουΐδα. apographum recens. codicis nr. 20. (v. catal. bibl. Leid. p. 391. nr. 2. et 392. nr. 16. et p. 396. nr. 20.) — *Parisiis* in bibl. publ. in cod. MMDCXXII. MMDCXXIII. MMDCXXIV et MMDCXXV. ab initio litterae A. ad finem litterae T. hic est codex, cuius ope Küsterus testatur se ingentem mendorum numerum sustulisse, nec paucas in eodem suppleuisse lacunas. in cod. MMDCXXVI. ab initio litterae K. ad finem litterae Ψ. — Excerpta e Suida sunt in cod. DCCCCXCVIII. vita Gregorii Nazianzeni. — in cod. MDCXXX. nr. 35. — *Montpellier* Suidas in bibl. Pellicierii teste Montfauc. — In bibl. *Coislin.* est cod. CLXXVIII. Συναγωγὴ λέξεων συλλεγεῖσα ἐκ διαφόρων βιβλίων etc. in quo, Montfaucon in cat. bibl. illius pag. 238. scribit, loca scriptorum ab ipso notata apud Suidam legi, sed diuersa plerumque. — Montfauc. pag. 603. seqq. ex codd. Coislin. CLXXXVII. CCCXLV et CCCXLVII. selecta excerpsit historica, quae apud *Suidam*, (vt saepius adnotat, Harpocrationem et etymologicum vel non exstant, vel diuerse narrantur. — *Venetiis* in bibl. Ioann. et Paulli Dominicanorum, *Suidae* lexicon, bombycin. saec. XIV. II. voll. (teste *Montfaucon* in diario ital. p. 47. et ibid. p. 368.) totum Suidae lexicon. II. voll. manu Georgii Baiophori a. 1402. scriptum. — *Florentiae* in bibl. monast. b. Mariae. — *Venetiis* in bibl. D. Marci cod. CCCCXLVIII et DXXX. teste catal. pag. 242 et 286. atenim in cod. DXXX. non Suidae lexicon, sed illius etymologicum, de quo infra, latere, animaduertit *Villoison* anecd. gr. II. pag. 250. qui ibidem not. 2. alium cod. Suidae, nondum collatum, in bibl. *Veneta* Marciana n. 449. et alium nr. 85. in bibl. Ioann. et Paulli, (eumdem, reor, quem et Fabricius et ego e Montfaucon. diario paullo ante laudauimus,) memorat. — In cod. bibl. *Venet.* S. Michaelis ex *Suida* narratio, vt dicitur de sacerdotio Iesu. v. *Mittarelli* bibl. MSS. illius bibl. col. 1098. et col. 893. de versione Philelphi lat. tum scripta tum edita etc. atque copiose col. 982. sqq. de versione Lauri Quirini, et Ambrosii Camald. libr. codicibusque aliis. — Inter codd. *Nanianos*, nr. CCXCVIII et CCXCIX. Suidae lexicon II. tom. sed, confector catal. pag. 500. notat, se reperisse, collata prima codicis pagina cum edit. hanc esse locupletiorem codice. — *Florentiae* in bibl. medic. est cod. I. plut. LV. Βιβλίον λέξεων Σουΐδα (sic) συνταχθὲν παρὰ διαφόρων σοφῶν ἀνδρῶν· Inc. a littera A hoc modo Ἀ ἆ παρὰ Ἀριστοφάνει ἐπίρρημα μετὰ ἐκπλήξεως etc. et desinit in littera Ψ. scriptus autem est cod. Mantuae 1422. manu Petri Cretensis. Attamen in hoc codice epitomen tantum Suidae contineri, id, quod de cod. mediceo Fabric. paullo ante contendit, vix credo. Nam concordare, scribit *Bandin.* in cat. codd. gr. II. col. 213. illius lexici initium et finem cum edit. Cantabrig. Küster. nec vero alium cod. ex illa producit bibliotheca. Idem tamen *Bandin.* in catal. codd. bibl. Medic. Laurent. Gaddianae et S. Crucis, vol. III. p. 271. XV. e cod. citat, Suidae excerptum historicum, interprete anonymo, de quodam Iudaeo, qui suum in iudaismo persistendi consilium enarrat. — In *Tomasini* bibliothecis *Patauinis* (Vtini 1639. 4.) pag. 20. cod. bibl. S. Ioan. in Viridario ita citatur. „*Suidas fol. Mediolani a. 1514. donum H. R.*" *Oxonii* in biblioth. collegii corporis Christi, cod. MDXLIII. Suidae lex. II. voll. fol. — inter codd. *Baroccianos*, cod. LXXVI et CXVII. excerpta quaedam e *Suida* et aliis de Creta. — In bibl. Bodlei. inter codd. *Digbaei* cod. MDCXII. collectanea ex Suida. — *Cantabrigiae* inter codd. coll. Trinitatis nr. CCCCXXIX. narratio e Suida translata. et nr. MCCCLXXXIII. codd. collegii S. Benedicti, de Sybillis (vt ait confector codd. MSSt. Angliae et Hibern. I. part. pag. 135.) et aliis rebus, variae narrationes, ex libro, qui graece vocatur Suidas, quem tempore Theodosii iuuenis composuerunt quidam viri sapientes. — Inter codd. ecclesiae cathedr. *Dunelmensis* nr. DLXIV. *Suidae* pars, a verbo Ἀνέφικτον ad verba Ἰφιάλω τῶ ἐφιάλτω. fol. — De codice *Vossiano*, nr. MMCXII. nunc Leidensi et Suida (cat. II. pag. 57. item in *Pauli Colomesii* opp. iunctim editis a I. Alb. Fabricio Hamburgi 1719. 4. pag. 847.) *Paulus Colomesius* pauca notauit et scripsit, se alia de Suidae lexico dixisse in dissertatione, de dubiis aliquot scriptoribus hactenus inedita: quae num lucem adspexerit, equidem ignoro. — Inter codd. cathedr. Cantuar. (cat. vol. II. pag. 225.) nr. MMMMMMMCCCXLV. *narratio e libro, qui graece dicitur lexicon Suidae.* — In cod. XXI. regio *Matrit.* est etymologicum ex magno etymolog. desumtum, a Lascare autem variis vocc. e *Suida* praesertim excerptis supple-

haec, specimina quaedam variantium lectionum opera amicorum nacti sumus ex codice MS. Colbertino, (qui est in bibliotheca Colbertina Lutetiae Parisiorum,) ex codice Vossiano qui nunc est Lugduni Batauorum, et Antwerpiano Iesuitarum. Sed omnibus istis codicibus praestat ante dictus MS. Paris. A. quo meliorem vix in Europa nostra exstare puto.

17) Porro, versionem latinam Porti infinitis in locis emendauimus, resecta vbique inutili, qua luxuriabat, paraphrasi. Vltimam tamen limam rr), propter temporis angustiam, ei adhibere non potuimus. Vnde, si quos forte errores vel reliquimus, vel ipsi commisimus, eos aequus Lector nobis facile condonabit; reputans, quam difficile sit et lubricum, moliri versionem fragmentorum, quorum sensus obscurus plerumque est et mutilus.

In notis nostris breuitati, quantum fieri potuit, studuimus, idque operam praecipue dedimus, vt Suidam partim ex MStis; partim ex scriptoribus, ex quibus fragmenta sumta sunt; et partim ex ingenio emendaremus. Transtulimus autem in notas nostras ea, quae *Pearsonius*, magnum illud orbis literati decus, ad marginem Suidae sui, qui hic Cantabrigiae in bibliotheca Collegii Trinitatis adseruatur, adnotauerat: addito vbique eius nomine. Perlegerat Vir ille magnus Suidam magna cum cura, eumque cum variis auctoribus diligenter contulerat: vnde obseruationes eius magno nobis vsui fuerunt.

Ex notis Aemilii Porti ea excerpsimus, quae ad rem facere, et alicuius momenti nobis esse videbantur ss). Sunt enim adnotationes eius leuiores [] plerumque, et tironibus tantum aptae, quibus proinde Suidam onerare noluimus.

suppletum: praefixus auctorum index, e quorum scriptis Suidae lexicon est congestum, nonnihil abludit ab excusis exemplaribus. Plura vide apud *Iriarte* de codd. gr. Matrit. pag. 82. sqq. — Inter codd. bibl. *Escor.* Suidae lexicon, teste *Plüer.* itin. per Hispan. pag. 190. sed secundum Anton. Augustini catal. nr. 261. sunt tantum Suidae fragmm. ab *A* ad *M.* — *Vindobonae* in bibl. caesarea, cod. LX. nr. 5. Excerpta quaedam ex Suidae Lexico. v. *Lambecii* commentar. III. col. 270. sq. qui auctiorem codicis locum v. Παράκλησις comparat cum edit. Porti. — in cod. CLXVI. nr. 12. narratio v. Ἰησοῦς vbi Lambec. IV. pag. 391 explicat locum et refutat Wolfii atque Porti coniecturam, qui pro voc. Κατάθεσιν *testificationem, testimonii perhibitionem* legendum censent συγκατάθεσιν, *consensum;* idem Lamb. ib. pag. 49. supplet *Suidae* locum in editt. in v. Γρηγόριος Ναζιανζοῦ ex cod. CIV. vbi exstat de illo narratio. — In cod. CCV. nr. 3. *Suidae* loca v. Γράμματα et Κάδμος, v. *Lambec.* V. col. 14 et 15. Idem in vol. VI. pag. 225. 234. 236. 395. 396. 410. et vol. VII. pag. 8. 307. 428. ac p. 98. sq. locum de Herone, rhetore atheniensi, in vol. VIII. pag. 93. sqq. de sybilla, pag. 25. sq. de Iosephi testimonio de Christo; p. 136-147. de Paeania sophista et Capitone, Lycio, historico; p. 662. sq. de Triphyllio, episcopo Callinicensi, p. 196. de Ignatio, diacono, illustrauit aut correxit loca Suidae eiusque interpretes. *Harl.*

rr) Küsterus in notis ad Suidam v. Διονύσιος t. I. pag. 598. *Huc vsque versionem Porti, inuitis sane Musis elaboratam, totam fere induxi, aliamque in eius locum substitui: sed quum propter magnitudinem laboris et temporis angustiam eodem tenore vlterius pergere non possim, interpretationem eius qualemcunque, saltem in articulis longioribus, retinere deinceps constitui, quod ideo moneo, ne quis forte hallucinationes et peccata Porti mihi tribuenda putet.* Ad v. Ἐξελιγμῶν tom. I. p. 765. *Versionem Porti hic retinui, non quod eam probarem, sed quia per temporis angustiam aliter haec vertere non licebat. Quare lector veniam mihi dabit spero.* Ad v. Μάρκιος tom. II. pag. 500. *Portus locum hunc parum feliciter vertit, vt peritus lector facile animaduertet. Nos enim ad alia properantes versionem eius hic intactam relinquimus.*

ss) Si vsum legentium cogites, Küsterus rectius fuisset facturus, si ex notis Porti non plerasque expunxisset, sed vt initio operis fecit, plures in gra-

tiam

III. *Hactenus eruditissimus Kusterus*, in Suidam suum praefatus, quem per quadriennium amplius, quod Cantabrigiae insumsit, incredibili labore, per dies singulos, vt in litteris ad me datis profiteri eum memini, quatuordecim plerumque horis illi impensis ita expoliuit, vt in editione, quam dixi, lucem vidisse Cantabrig. 1705. fol. 3. voluminibus, Suidas iam se vsibus lectorum sistat pulcriorem longe, et locis quamplurimis per singulas paginas emendatiorem, quam in Geneuensi, adnotatis passim vel ex Pearsonii vel ex propria Kusteri obseruatione scriptoribus, ex quibus illa Suidas excerpsit: emendata etiam passim versione Porti, et notis additis, iudicium et doctrinam editoris vbique testantibus tt). Igitur qui eum propterea tam aspere reprehendunt uu), vel maximos eius et praeclarissimos labores aspernantur, quod spicilegium aliquod obseruationum aliis etiam post se reliquerit, vel non omnia vnus viderit, illis merito regerat aliquis, quod aduersario suo Kusterus respondit in Diatribe anti-Gronouiana pag. 6. *Si ipse Suidam edidisses, Domine Professor, an existimas, te nullum παρόραμα admissurum, nullumue alienae industriae locum* siam linguae graecae studiosorum adscripsisset: sunt enim inter omissas ab illo aliquam multae haud contemnendae, licet Kusteri iudicio leues et tironibus tantum aptae viderentur.

tt) Inscriptio operis, omni laude laureaque digni, haec est: Σουίδας. *Suidae lexicon, gr. et latine. Textum graecum cum msstis codd. collatum a quamplurimis mendis purgauit, notisque perpetuis illustrauit: versionem latinam Aemilii Porti innumeris in locis correxit; indicesque auctorum et rerum adiecit Ludolphus Kusterus*, Professor humaniorum litterarum in gymnasio regio Berolin. Cantabrigiae typis academicis. MDCCV. fol. III. voll. At tamen Küsterus futuro editori largissimam reliquit non segetem, sed messem colligendam. Vt omittam, obseruatt. VV. DD. deinde memorandas, et quae Gronouius aliique iusto acrius, nec raro iniquius notarunt, ipse Fabricius paullo post culpauit, cum ipsius Porti editio, quam Küsterus adeo spreuit, est sedulo adhibenda, tum inprimis edit. princeps omnino comparanda. Atque *Brunck* ad Aristophanis Nub. v. 1392. pag. 121. „nusquam, inquit, fere scias, quid Suidas in auctoribus, quos citat, legerit, nisi editione illa Mediolanensi *vtaris. Küsterianae* nulla fides habenda.“ Praeterea *Stephani* emendationes in thes. L. Gr. et indice, ex cod. suo, nunc Leidensi, factae et neglectae a Kustero, reuocandae sunt. v. *I. Alberti* miscell. crit. adiecta glossario graeco in N. T. libros, Lugd. B. 1735. 8. pag. 272. Excerpta quoque ex Suida, hinc inde et in codicibus, vti antea partim vidimus, obuia, et in editis aliis, cui praemissae sunt aut insertae quaedam Suidae de antiquis scriptoribus narrationes, nec non scholia ac glossaria, quae compilauit Suidas, item Eudociae violarium digna sunt, quae sedulo conquirantur diligenterque contendantur. Enimuero difficillimum est et ingratum negotium, quod homines, vel in hoc litterarum genere versatos atque interioribus artis criticae et historicae sacris initiatos, fatigare et ad deuia facile deducere posset. Meliorem tamen editionem a multis annis se meditatum esse, cel. *Beck.* in comment. de litteris et auctoribus gr. atque lat. part. I. sect. I. pag. 65. (vbi de Suida agit,) profitetur, atque vt V. D. stet a promissis, inprimis est optandum. *Harl.*

uu) *Iacobus Gronouius* in tribus maxime scriptis, Kusteri Suidam perstrinxit acerrime: primum edidit nomine suo praeterito Lugd. Bat. 1710. 12. hoc titulo: *infamia emendationum in Menandri reliquias*, vbi pag. 89. seq. et 157. seq. vitia in versione Porti relicta arguit. Alterum subiecit decretis Romanis et Asiaticis pro Iudaeis, Iosepho lib. XIV. Archaeolog. supplendo vulgatis, sub titulo: *Suidae aliquot loca in litteris* A, B, Γ, Δ *ab vitiis purgata ex MSS. Codicibus Academiae Lugduno-Batauae*, ibid. a. 1712. 8. Tertium denique A. 1713. 8. *Recensio breuis mutilationum, quas patitur Suidas in editione nupera Cantabrigiae A. 1705. vbi varia eius auctoris loca, perperam intellecta, illustrantur, emendantur et supplentur.* Küsteri diatribe *Anti-Gronouiana* prodiit in 12. primum separatim, et inserta tomo XXIV. bibliothecae selectae Ioannis Clerici pag. 49. atque iterum emendatior et auctior Amstelodami A. 1712. 8. Nonnullae etiam *Stephani Bergleri* in emendationes Gronouianas stricturae leguntur in Actis Eruditor. A. 1713. pag. 161. seq.

cum relicturum fuisse? Haud sane id dicere ausis: vel saltim id adfirmanti tibi nemo credat — — — Finge igitur, te nouem circiter, vel decem millia locorum in Suida, partim ex MSS. partim ex ingenio et collatione aliorum scriptorum feliciter restituisse, emendasse, et illustrasse, (quod quidem, si ex eiusmodi ludicris gloriam captare vellem, haud falso de me gloriari possem,) annon praeclare te de illo scriptore meritum esse censeres? Censeres vtique: et nemo quidem iure id tibi vitio vertere posset. Quod si igitur existeret homuncio aliquis, qui leuiculum supplementum in Suidam ederet, in quo callide κατορθώματα tua dissimulans, (quasi nihil omnino post alios editores in auctorem illum praestitisses,) spinas tantum ex editione tua studiose colligeret, et quaecunque in ea posset, inepta cum ostentatione carperet et vellicaret; [P] licet ipse caeteroqui nihil vnquam praestitisset, quod cum editione tua Suidae comparari possit: quo animo, quaeso, istum cauillatorem ferres?

Est vero aliquid, quod a praestantissimo Suidae editore factum nolles, et quod praeter Gronouium in eo notauit etiam *Lambertus Bos*, vir paucis comparandus et cum magno litterarum detrimento exstinctus 3. Ian. A. 1717. qui praeclaras suas in Suidam obseruationes sine vlla obtrectandi Kustero aut famae eius detrahendi libidine vulgauit in suis ad scriptores quosdam graecos obseruationibus, in lucem datis Franequerae A. 1715. 8. p. 139-201. Nimirum hinc inde loca aliqua Kusterus omisit, quae in prioribus Suidae editionibus legebantur, et licet editor illa putauerit esse ab aliena manu, debebat tamen vel signo aliquo distincta addere, neque tot vocibus Suidae codices truncare, quae in sola littera M a laudato Bosio pag. 171. notantur haec:

Μανείην, εὐκτικόν. omissum ante Μάνης.
Μαργαρίτης. ante Μαργαρῖται.
Μαρδόνος. ante Μαρδοχαῖος.
Μαραίνω, αἰτιατικῇ. ante Μάρης.
Μαμμάχης. ante Μαμμῶσα.
Μεὶς μεῖδος. ante Μελαγρία.
Μελαίνω, αἰτιατικῇ. ante Μελεάγρια.
Μελίτωνος, et
Μελιτρός. ante Μελίφρων.
Μέμβραξ. ante Μεμβράς.
Μενοικεύς. ante Μενοινή.
Μενοινῶος. post Μενοινή.
Μεταβαίνειν γενικῇ. ante Μεταβολή.
Μεταλλάσσειν αἰτιατικῇ. ante Μετὰ Λέσβιον.
Μετανίσαμαι γενικῇ, et
Μετάνοια. ante Μεταξύ.
Μετεῖναι. ante Μετιέναι.
Μετρῶ αἰτιατικῇ. ante Μετρεῖται.
Μειονεξία. ante Μεὶς.
Μειοῦται. post Μεὶς.
Μὴ ἐλλίπης.

Μὴ ἐμβαίη.
Μὴ ἐπιχειρῆτε. ante Μεθώνη.
Μηίοσι. ante Μηκάδες.
[‖] Μήκοθεν. ante Μῆκος φάλαγγος.
Μηκώμενος. ante Μήκων.
Μηλιεὺς καὶ Μήλιοι. ante Μηλιῶν.
Μηνύσαι et
Μήονος, ἐθνικόν. ante Μὴ οὐχί.
Μητιόωσι. ante Μητίσομαι.
Μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι. ante Μὴ πείθου τοῖς διαβάλλουσι.
Μίμησις ante Μίμερνος vel Μίμνερμος.
Μιμνήσκω, γενικῇ. et
Μίμος, καὶ Μιμοῦμαι, αἰτιατικῇ. ante Μισθοφορά.
Μνήσθω, γενικῇ. ante Μνηστή.
Μολύνω, αἰτιατικῇ. ante Μολυρίς.
Μῦες. ante Μύζει.
Μυστήρ. ante Μυστήρια.

Agnouit ipse Kusterus, minus consulto hoc a se factum, et in *supplemento* suo atque *secundis*, quas parabat, *ad Suidam curis* vv) omnia illa supplere promiserat, nisi mors inopina et hoc eius propositum, et emendatiorem multis millenis locis, quam parabat *Hesychii* edititionem, atque tot alios praeclaros ipsius conatus interuertisset. Ita enim ipse in diatribe anti-Gronouiana pag. 27. *Plus semel Aristarchus mihi obiicit, vel potius exprobrat, quod loca quaedam in mea editione Suidae de industria omiserim, quae in aliis Editt. reperiantur: vt, scilicet, hac ratione suspicionem Lectori moueat, editionem meam eatenus saltem reliquis deteriorem esse, quod pauciora illis contineat. At vero vti vbique alibi Aristarchus* κατορθώματα *mea qualiacunque in Suidam, tamquam mysteria Cereris, religiose celat; ita et hic pro solito suo candore dissimulat, supplementa, quibus editionem meam ex MSS. auxi, pondere et numero omissiunculas meas longe vincere. Vide saltem, Lector, v.* Ἔμβαρος, *v.* Ἔνδοξα, *v.* Ἐξερευθεύοντα, *v.* Ἐπιβάθρας, *v.* Ἐπιμενίδης, *v.* Λίβερνα, *v.* Μυκώνιος γείτων, *etc. vbi tam foedos hiatus priorum editt. ex MSS. suppleui, vt vel vnica harum restitutionum omnes omissiones meas facile redimere possit. Nam et paucissima sunt, quae de industria omisi, eademque tam friuola et leuia, vt mireris, Lector, si scieris. Inter haec, nimirum, sunt vocabula quaedam, interpretatione carentia: vt,* Δίπταται, αἰτιατικῇ, Καταπλήττω, αἰτιατικῇ: Καταπαλαῖσαι: Καταπατῶ, αἰτιατικῇ: Διακωλύω, αἰτιατικῇ: Παραγράφω, αἰτιατικῇ, *etc. cuius generis quisquilias ab otiosis librariis Suidae additas fuisse, etiamsi MSSti meliores non testarentur, res ipsa clamaret. Et tamen vide, Lector, quam indulgens fuerim; qui ne quidem omnes eiusmodi* [‖] *ineptias abiicere voluerim, sed potiores ex illis retinuerim: vt, ex. gr. vocem* ww) Διαθηγή: *quam in serie sua nude et sine interpraetatione sic*

vv) Harum specimen dat in iam dicta diatribe pag. 31. sqq.

ww) Διαθηγὴ *ordo*, Democriti vox. Infra, in libro V. cap. 38. vet. ed. in indice scriptorum, in Philoponi comment. ad Aristot. v. *Democritus*.

ſic poſitam, quia ſingularis mihi videbatur, in editionem meam recepi: licet in 2 MSS. Pariſ. eam deeſſe, in ſchedis meis notaſſem. Fateor quidem, me ad ipſum Suidam hac de re lectorem non monuiſſe: ſed per feſtinationem, vel potius nimiam rerum, quae animum meum diſtrahebat, varietatem, et alia nonnulla, quae in ſchedis meis ex MSS. notata habebam, attentionem meam effugiſſe video. Sic in Διαβάλλειν, *hiatum ſententiae, qui occurrit in verbis illis,* ναῦν διαβάλλειν ἐπιχειροῦντι, *etc. 2 MSS. Pariſ. eodem modo ſupplent, quo cod. Lugdun. et in v.* Ἀγείζόμενος, *itidem 2 MSS. Pariſ. addunt* ὡραϊζόμενος: *et in v.* Διατυπῶν *iidem codd. legunt* μεταπλάττων *pro* μετατάττων: *vt ſchedis meis admoneor. Sed omnia eiusmodi ſupplementa conſtitui aliquando publici iuris facere; una cum* Secundis curis *meis in Suidam: quarum exiguum tantum ſpecimen inferius exhibebo: vt Ariſtarchum ad ſimile faciundum excitem, vel potius prouocem. Valde enim credibile eſt, tantum Suidae amatorem et admiratorem, multas capitales, et, (vt ſic loqui mihi liceat,) ſeſquipedales in Lexicographum illum habere obſervationes et emendationes, a longo iam tempore collectas: quas quare tam pertinaciter nobis inuideat, vt praeter varias lectiones ex codice Lugdun. depromtas, nihil memoratu dignum ex proprio domeſtico penu ad illuſtrandum Suidam in medium adferat, haud ſane capio. Niſi forte ea, quae inſigniora ſunt, ſecundo ſupplemento reſervaverit: ut imitetur, ſcilicet, morem ducum bellicorum, qui expeditos et leuiter armatos in pugnam praemittere ſolent, graviore armatura ſubſequente. Et haec quidem coniectura ne me fallat, quam magno redemtum velim. Noui enim haud pauca adhuc in Suida eſſe ulcera Chironia, quae ſola (ſcilicet) Aeſculapii illius manu perſanari poſſe puto.* Idem Kuſterus pag. 70. non dubitauit diffiteri, multas ex variantibus lectionibus, quas ex cod. MS. Lugdun. Gronouius produxit, eſſe probas et ſinceras, itaque eum rogauit, vt ſi tantum ipſi ab aliis rebus eſſet otii, coeptam collationem abſolueret. Sed hunc a. 1716. d. 19. Octobr. mors litteris, iurgiisque exemit. *Fabr.*

Multi vero fuerunt VV. DD. qui vel obiter et quaſi per transennam, vel data opera luxatis corruptisque Suidae locis manum adferre medicam, vel obſcuriora illuſtrare aut varia ratione explicare ſuſtinuerunt. Vt *Boſii*, *Schweighäuſeri* aliorumque obſeruationes atque animaduerſiones, antea iam ſupra, aut a me in introd. in hiſt. L. Gr. II. 1. p. 507. ſq. laudatas praetermittam: in cenſum hic veniunt *LL. TT. Obſeruatio in Suidam*, in miſcell. obſſ. vol. I. tom. III. pag. 314-316. — *eiusdem obſeruatt.* in Strabonem, Diodorum, Anacreontem, *Suidam*, ibid. vol. II. tom. I. pag. 8-13. — *Gratiani de S. Bauone*, (h. e. *Io. Alberti*) *in Suidam obſeruatio*, ibid. vol. II. t. I. p. 126-134. — *eiusdem* in loca quaedam Suidae obſeruatt. ibid. vol. IX. t. I. p. 143-156. quarum nonnullae vel repetitae ſunt vel nouis auctae in eiusdem *Alberti* miſcellaneis criticis, ſupra laudatis, p. 267-294. *Idem* in obſſ. philol. in ſacros N. T. libros, Lugd. B. 1725. 8. aliquoties tentauit, etiam p. 313. defendit Suidam. — Quoties et infinitis paene locis *Suidas* in notis ad *Heſychii lexicon* emendetur aut explicetur, videbis in calce t. II. ed. Alberti in indice auctorum-emendatorum etc. v. *Suidas*, cui itidem a *Ruhnkenio* in notis ad Timaei lexic. platon. ſingulis fere paginis lux adfunditur. — Iam diu antea *Salmaſius* in exercitatt. Plinianis pag. 472. 761. 762. 889. emendauit, multo ſaepius explicuit illuſtrauitque Suidae loca. — *I. C. G. Erneſti* V. C. epiſtola de Suidae Lexicographi vſu ad criſin et interpretationem librorum ſacrorum, Lipſiae 1785. 8. — Eadem, ſed auctior, recuſa eſt in docto eruditoque libro: *Suidae et Phauorini gloſſae ſacrae*

crae, graece cum ſpicilegio gloſſarum ſacrarum Heſychii et Etym. M. congeſſit, emendauit et notis illuſtrauit Io. Chr. Gottlieb Erneſti, Prof. philoſ. P. E. *Acc. diſſertatiuncula de gloſſis ſacris Suidae et Phauorini.* Lipſiae 1786. mai. 8. Attamen, quando V. cl. in diſſert. §. II. ſcribit, conſtare, *Suidam* et Phauorinum, *quidquid gloſſarum habeant*, id vel *Heſychio, quem compilabant*, vel aliis gloſſariis, nunc nobis ignotis, debere, vel proprio ſtudio ex veterum ſcriptorum commentariis et ſcholiis excerpſiſſe; de gloſſis ſacris Heſychianis quid alii viri docti iudicent, iam vidimus in capite de Heſychio; Suidam autem ex aliis potiſſimum fontibus, hodie maximam partem haud ignotis, hauſiſſe, itidem in hoc capite adnotauimus. — Cel. *Schulzii* ſpecimen obſeruatt. miſcell. in Suidam iam ſupra laudauimus. Vir autem doct. perſequitur multa Suidae loca ab Ἄατος vsque ad Ἐφραθᾶ, eaque modo face critica illuſtrat, modo fontes aperit, vnde hauſerit Suidas, modo res verbaque grammaticorum more explicat. — Locum Suidae Πτερσφοίτωρ. etc. emendare inſtituerunt *Brucker* et *Fabricius* in mutuis epiſtolis, ſubiectis Reimari de vita etc. Fabricii commentario pag. 225. ſq. — Suidam aliquoties emendauit *Taylor* in lectionibus Lyſiacis, praef. illius editioni Lyſiae, Londini 1739. 4. cap. III. Num autem *Io. Taylori* adpendix notarum in Suidae lexicon, (v. *Brüggemann* View of the English Editions etc. pag. 448.) lucem viderit, equidem neſcio. *Villoiſon* in anecd. gr. II. pag. 31. nr. 1. et pag. 163. not. duo Suidae loca illuſtrat emendatue. Sed infinitum foret, omnia congerere et adnotare, quae Hemſterhuſ. Valckenarius, Markland, Pierſon, Koen, interpretes ad Thomam Mag. aliique multi viri graece docti paſſim in notis ad auctores claſſicos aut alibi in libris Obſſ. Emendationum etc. ad Suidam illuſtrandum corrigendumque varia ratione et fortuna contulerunt. Pauca tantum indicare lubet opera, in quibus, dedita opera et copioſe pertractatur Suidae lexicon. — *Erneſti* iunior in comm. de Procopii Caeſar. commentariis etc. pag. 4. notarat, *Olearium* exemplo ſuo multas Obſſ. doctas adſcripſiſſe. Poſtea viri illius humaniſſimi cura in lucem illae prodierunt e tenebris in libro, inſcripto: *Io. Aug. Erneſti* Obſeruatt. philologico-criticae in Ariſtophanis Nubes et Flauii Ioſephi antiqq. iud. Acceſſerunt *Godofredi Olearii notae ad Suidam.* Lipſiae 1795. mai. 8. Enimvero notae ad Suidam, quae immerito adtribuuntur Oleario, et potiſſimum ſpectant ad res hominesque, de quibus ſermo eſt apud Suidam, *Reineſium* potius habent parentem. — Hic enim vir doctiſſ. et ſolertiſſimus Suidae, ab Aemilio Porto editi, exemplari, quod Citzae in bibl. publica adhuc ſeruatur, multa adſcripſerat, quibus vel verſionem emendarat latinam, vel textum ipſum, praecipue ſecundum edit. Mediolanenſ. ſaepe per coniecturam, aut per comparationem auctorum, e quibus Suidas ſuas hauſit gloſſas, ſupplerat lacunas, aut veram reſtituerat lectionem, ſaepius nomina explicuerat propria eorumque vim et poteſtatem aut hiſtoriam, aut nouis locupletarat. Has Reineſianas obſeruationes in ſuum Olearius transtulerat exemplar: multas tamen acutas Reineſii emendationes doctasque expoſitiones neglexit, contra proprias quasdam, easque interdum leuiores adleuit; id, quod late dilucideque patefecit cl. *Müllerus* Rector Citzenſis, in progr. de Suida, obſeruationibus Reineſii ornato, Citzae et Lipſiae 1796. 8. Idem, docuit, iam Küſterum tacite vſurpaſſe obſeruatt. illas Reineſianas.

In primis notandae ſunt *Io. Toupii emendationes in Suidam*, in quibus plurima loca vett. Graec. — tum explicantur, tum emendantur; Londini 1760-1767. III. tom. 8. — *Eiusd. epiſtola critica* ad Gulielmum epiſc. Gloceſtr. Londini 1767. 8. — *Eiusdem curae*

nouiſſimae

nouissimae s. appendicula notarum et emendationum in Suidam etc. ibid. 1775. 8. Quae omnia primum recusa sunt huius sententiae: *Io. Toup. opuscula critica*, Lipsiae 1780 et 1781. tom. II. 8. — Deinde cum insigni accessione nouarum in Suidam animaduersionum Toupianarum atque emendationum in *Hesychium* vberiorum, et in *Pollucem* atque *Harpocrationem* pauciorum, et adpendice *Tyrwhitti* aliusque V. D. notarum in Toupii emendatt. in Suidam, defuncto auctore, iterum in Anglia cura et cum praefatione *Thom. Burgess.* edita sunt cum inscriptione:

Emendationes in Suidam et Hesychium et alios lexicographos graecos. Scripsit Io. Toup. ecclesiae cathed. Exon. praebendarius et ecclesiae S. Martini cum capella de Loo in agro Cornubiensi Rector. Oxonii e typographeo Clarendon. 1790. 8. IV. voll. *Toup* erat acutus quidem criticus, sed etiam immoderatus atque inhumanus, nec raro agrestis erga alios. Num vero Pearsonii et Adr. Iunii opibus fuerit adiutus, et alieno, vti aiunt, vitulo ararit, vti *Eckard* in: Uebersicht der Oerter — und Grundsätze zur Geschichte der Bibliotheken, pag. 115. suspicatus fere est, equidem nescio et vix crediderim. — Ingeniosus quoque, at paene audacior criticus est

Gilbertus Wakefield in silua critica, siue in auctores sacros profanosque commentario philologico. Cantabrigiae 1789-1795. 8. V. partt. qui per omnes quinque partes criticas in Suidam modo parciore, modo liberaliore manu sparsit animaduersiones.

Praeclaram futuroque Suidae editori admodum vtilem operam suscepit, aliisque monstrauit viam, ex aliis scholiis et glossariis pari ratione et consilio illustrandi emendandique Suidae, cl. *Hoepfnerus*, Conrect. Gymnasii Islebens. optime meritus, (qui ipse aliquando nouam meditabatur Lexicographi editionem, sed deinde consilium abiecit,) dum edidit: *Glossarum Suidae e Sophocle eiusque schol. depromtarum specimen I. accuratius collegit, emendauit illustrauit I. G. C. Hoepfner.* in: Neuen Magazin für Schullehrer, herausgegeben von *G. A. Ruperti* vnd *H. Schlichthorst*, tom. I. part. I. pag. 250-264. — *Specimen II.* ibid. part. II. pag. 452-474. — *Specimen III.* in eorumdem editorum Magazin für Philologen, tom. I. pag. 146-154. — Ex his manifestum fit, quantus pateat campus ei, qui in Suida restituendo vires ingenii atque eruditionis exercere velit. *Harl.*

De Suidae Epitome MS. et Etymologico inedito.

Quemadmodum *Hieronymo Wolfio*, de quo supra sect. 10., placuit Historica e Suida colligere; sic aliis ante eum venit in mentem, solas, historicis omissis, ex eodem obseruationes excerpere grammaticas, vt *Thomae* cuidam *Cretensi*, [*] (qui adeo a Thoma Magistro, Thessalonicensi, est diuersus,) cuius liber MStus exstat in variis bibliothecis. De *Dresdensi* codice ita *Thomas Reinesius* epistola XLVI. ad Christoph. Adamum Rupertum pag. 412. [in collectione Epistolarum Reinesii ad Hoffmannum et Rupertum, Lipsiae 1660. 4.] *Suideorum epitome Manuscripta, titulo: ἀπὸ τοῦ Σουίδα παρεκβολὴ καὶ συνάθροισις λέξεων χρησίμων τῶν μᾶλλον τετριμμένων ἐν λογογράφοις καὶ ῥήτορσι, κατὰ στοιχεῖον ἀκριβωμένη. Cuius autem Thomas quidam* Cretensis *ἱερομόναχος, vt apparet in fine* xx), *seruatur in electorali*

xx) [illegible] monet Goetzius (v. supra in notitia codd. init.) quia nomen *Macarii*, licet haud venuste quidem, satis tamen dilucide scriptum adpareat. *Harl.*

electorali bibliotheca Dresdae. Verum ineptus ἐκλογεὺς, cum contrahere Suidea vellet, ea prorsum corrupit. Praeterquam enim quod quamplurima vocabula omisit, cuiusque vnam solum significationem, resectis reliquis, reddidit, neglexit nomina propria, historica omnia et testimonia scriptorum, quos plurimos citat Suidas: quo factum plane est, vt ea nullius sit vsus, dignaque ideo vt inter tineas putrescat. Eadem epitome MS. in bibl. *Medicea*, pluteo LV. scripta manu Petri cuiusdam Cretensis a. 6930. hoc est Christi 1438. Exstat etiam in bibl. Segvieriana, siue *Coisliniana*, ex quo codice specimina vulgauit eruditissimus *Montfauconus* pag. 231-238. testatus, esse quasi compendium Suidae, non pauca tamen referre, quae apud Suidam non exstant, et plurima posse ex hoc Lexico apud Suidam loca restitui.

Addit Reinesius: *De altera, quam* Michaelis Apostolii, *Byzantii manu ante ducentos annos scriptam in bibliotheca Palatina* yy) *Heidelbergae viderunt, et ab exemplari Suideorum, quod habemus hodie, multis modis differre ferunt viri docti, viderint alii.* Respicit sine dubio opus, a Lexico Suidae edito penitus diuersum. *Etymologicum* adhuc ineditum eodem Suida auctore, de quo Fridericus Sylburgius praefat. ad Etymologicum Magnum: *nonnunquam etiam Suidae Etymologicum, Michaelis Apostolii manu in Creta ἀπὸ πρωτοτύπου πάνυ διεφθαρμένου (vt ipse testatur) exscriptum, ex illustrissimi electoris nostri* (Palatini) *bibliotheca mihi communicatum consului.* Hoc Suidae Etymologicum video etiam laudari a *Salmasio* zz) ad Historiam Augustam, pluribus locis, et a Cangio in glossario graeco, vt in πραισσόριον et alibi. Seruatur quoque *Lugduni Batauorum* inter libros, qui fuere *Isaaci Vossii*, in cuius MStorum codicum catalogo Paulus Colomesius eius fecerat mentionem, Suidae auctoris nomine praeterito, his verbis: *Etymologicum μέγα longe auctius edito, et alius, vt videtur, auctoris. Codex fuit Henrici Stephani.* Sed *Iacobus Gronouius* monet, in codice illo MS. diserte legi auctoris nomen, τοῦ θαυμασιωτάτου καὶ σοφωτάτου καὶ τεχνοπολυμαθοῦς Σουίδα. Vide eius emendationes in Suida pag. 57. et pag. 92. seq. vbi loca duo ex eo adducit, testatus pag. 58. codicem nimis minuto charactere esse exaratum, quam vt oculi ipsius ferrent. *Fabr.* — In bibl. *Veneta* Marciana in cod. DCCXXX. non est Suidae lexicon, vti in catal. p. 286. indicatur, sed ineditum *Suidae etymologicum*, quod ait *Villoison* in anecd. gr. II. pag. 250. cum Etymologico M. et altero Suidae lexico collatum, ad vtriusque emendationem plurimum prodesse potest. In fronte codicis legitur: Ἀρχὴ σὺν θεῷ τῶν ἐτυμολογιῶν Σουίδα, et inc. Πόθεν ἄλφα; παρὰ τὸ ἄλφω, τὸ εὑρίσκω· etc. Plura vide de illo codice *Villois.* l. cit. Diuersum est opus ab iis, sed anonymorum, etymologiis litterarum, ex tribus codd. Marit. ab *Iriarto* pag. 297. sq. et pag. 314. sqq. publicatis. *Harl.*

IV. *Indi-*

yy) Nr. 244. in catal. Sylburg. *Harl.*

zz) Hic ex illo cod. Palat. excerpta e Suidae etymolog. sibi fecerat: quae in praesenti in bibl. publ. *Paris.* in cod. MMDCLVII. seruantur, adnotante confectore catal. codd. Paris. II. pag. 535. *Harl.*

IV. *Index Scriptorum, a Suida memoratorum.*

1) *Index, qui Lexico Suidae praemittitur* [a]).

Τὸ μὲν παρὸν βιβλίον Σȣΐδα, οἱ δὲ συνταξάμενοι τȣ̃το ἄνδρες σοφοί [b]).

Praesens quidem liber eſt Suidae, qui vero ipſum compoſuerunt, viri docti fuerunt, quorum haec ſunt nomina:

ΕΥ̓ΔΗΜΟΣ Ῥήτωρ περὶ λέξεων κατὰ ςοιχεῖον.

ἙΛΛΑ΄ΔΙΟΣ [c]) ἐπὶ Θεοδοσίȣ τȣ̃ νέȣ, ὁμοίως.

EVDEMVS, rhetor [d]), *de dictionibus* ordine alphabetico.

HELLADIVS [e]) Theodoſii iunioris tempore, ſimiliter.

Ggg 2 EVGENIVS

a) Hunc non ab ipſo Suida, ſed alio, neſcio quo, fronti Lexici praeſcriptum eſſe, parum eſt credibile, licet id patere legentibus ait *Conringius* in apologetico contra Borrichium pag. 540. *Fabr.* Contra *Herm. Conringium* vnum vera iudicaſſe cenſet *Valcken.* in animadu. ad Theocriti Adoniaz. pag. 296. qui a pag. 293-300. docte copioſeque diſputat de gloſſario laconico; de Suidae lexico et *de indice ſcriptorum Suidae praefixo.* Ille putat Suidam nullum vidiſſe lexicorum, quae in fronte libri memorantur, ſed alia, (quae nos ad ſect. 5. iam indicauimus, adhibuiſſe, et deſcripſiſſe partim, partim excerpſiſſe. — Quod autem iſte, qui ſplendentem illum pannum Suidae lexico praefixit, *Diogenianum*, qui, ipſo Suida teſte, in Διογενειανός, operis *Pamphili* concinnauit epitomen, (Διογεν. ἔςι αὐτȣ̃ βιβλία ταῦτα· Λέξεις παντοδαπαὶ κατὰ ςοιχεῖον, ἐν βιβλίοις ε. ἐπιτομὴ δέ ἐςι τȣ̃ Παμφίλȣ λέξεων βιβλίων ε καὶ τετρακοσίων, καὶ τȣ̃ Ζωπυρίωνος etc.) quod igitur Diogenianum omiſit; Valckenar. opinatur, ſe falſarium fraudis tenere manifeſtum, eumque aeui recentioris magiſtellum vel ipſum ſcripſiſſe mendacem illam ad Eulogium epiſtolam, quae Heſychii lexico praefigitur, vel illam certe legiſſe, a ſodali quodam ſuo ſcriptam in laudem vnius praeſertim iſtius lexicographi, *Diogeniani*, et ſe magis magisque in ſua ſententia confirmari, pag. 300. declarat. conf. ſupra, pag. 206. not. *p.* In Valcken. ſententiam it et indicem illum a mendace mangone confectum eſſe, adfirmat *Ruhnken* in diſſ. Toupii edit. Longini praemiſſa, de vita et ſcriptis Longini §. XIV. pag. 38. — In cod. *Matrit.* XXI. parumper differt lectio ab edita, vti ex variis, quas ex Iriarti catal. pag. 83., enotaui ſubiecique, lectionibus cognoſci poterit. *Harl.*

b) In cod. Matr. Τὸ λεξικὸν τȣ̃ σȣ̃δα συνέταξαν ἄνδρες πλεῖςοι σοφοί. *Harl.*

c) Ἑλλ. ὁμοίως ὁ ἐπὶ Θ. τȣ̃ νέȣ. c. Matr. *Harl.*

d) Ex omnibus hiſce lexicis, in fronte Suidae memoratis, ne vnum quidem editum exſtat, ſolum Eudemi illud aetatem videtur tuliſſe, atque in variis bibliothecis fertur MStum, quod Kuſterus etiam teſtatur ſe euoluiſſe. Εὐδήμȣ Ῥήτορος περὶ λέξεων ῥητορικῶν, in bibl. Caeſarea, regia Pariſ. Medicea etc. *) Apud Suidam in Εὔδημος inſcribitur περὶ λέξεων αἷς κέχρηνται ῥήτορές τε καὶ τῶν συγγραφέων οἱ λογιώτατοι, laudaturque tamquam πάνυ ὠφέλιμον, vtiliſſimum. Sed illud, quod MStum in bibliothecis dixi exſtare, Kuſterus putat eſſe ψευδεπίγραφον, et a Graeculo aliquo recentiore ex aliis Lexicis exiguo cum iudicio compilatum et conſarcinatum. Fallitur *Gaddius*, qui t. I. p. 173. *Eudemum* hunc eumdem putat cum *Eudemo, Rhodio,* philoſopho, Ariſtotelis diſcipulo, de quo dixi lib. 3. cap. 8. [vol. III. p. 292. ſq.] vbi etiam de *Eudemo, Cyprio,* quem, defunctum, Ariſtoteles dialogo de anima celebrauit, nec non de *Eudemo tertio,* Galeni aequali, peripatetico. Diuerſus etiam fuit *Eudemus, Pergamenus,* de quo Plutarchus in Gracchorum vita p. 830. De aliis *Eudemis* conſulendus *Ionſius* lib. 1. cap. 15. Quem vero idem ait Eudemum oratorem Megalopolitanorum, Philopoemenis magiſtrum, is in Plutarchi codicibus p. 356. non eſt Εὔδημος, ſed Ἔκδημος, academici Arceſilai diſcipulus, idem qui Ἔκδηλος apud eumdem in vita Arati pag. 1028. 1030.

*) [v. infra in catal. lexicorum. *Harl.*]

e) Hic eſt *Helladius,* Alexandrinus, de cuius Lexico *Photius* cod. CXLV. qui eius iterum meminit cod. CLVIII. Suidas in Ἑλλαδ. titulum operis refert: λέξεως παντοίας χρῆσις κατὰ ςοιχεῖον. [v. ſupra in catal. grammaticor. de hoc et de Helladio Beſantin.] Non alius *Helladius,* grammaticus, cuius apud Socratem mentio lib. V. hiſt. cap. 16. Alius vero

ΕΥΓΕΝΙΟΣ, Αὐγουστοπόλεως τῆς ἐν Φρυγίᾳ [f]), παμμιγῆ λέξιν κατὰ στοιχεῖον.

EVGENIVS ex Augustopoli in [❡] Phrygia [m]) *miscellaneam dictionem*, ordine alphabetico.

ΖΩΣΙΜΟΣ Γαζαῖος λέξεις ῥητορικὰς [g]) κατὰ στοιχεῖον.

ZOSIMVS, Gazaeus [n]), *voces rhetoricas*, ordine Alphabetico.

ΚΑΙΚΙΛΙΟΣ Σικελιώτης ἐκλογὴν λέξεων [h]) κατὰ στοιχεῖον.

CAECILIVS, Siculus [o]), *dictionum delectum*, ordine alphabetico.

ΛΟΓΓΙΝΟΣ ὁ ΚΑΣΣΙΟΣ, λέξεις κατὰ στοιχεῖον [i]).

LONGINVS CASSIVS [p]), *dictiones*, ordine alphabetico.

ΛΟΥΠΕΡΚΟΣ Βηρύττιος Ἀττικὰς λέξεις.

LVPERCVS Berytius [q]), *voces atticas*.

ΙΟΥΣΤΙΝΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ, σοφιστὴς [k]) ἐπιτομὴν τῶν ΠΑΜΦΙΛΟΥ γλωσσῶν βιβλίων ἐννενήκοντα ἑνός.

IVSTINVS [r]) IVLIVS, Sophista, PAMPHILI *glossarum* librorum XCI. [s]) *compendium* scripsit.

ΠΑΚΑΤΟΣ [l]) περὶ συνηθείας Ἀττικῆς κατὰ στοιχεῖον.

PACATVS [t]) *de consuetudine attica*, ordine alphabetico.

PAMPHI-

vero *Helladius*, Besantinous, de quo ad Photii codicem CCLXXIX. Dictus hic Besantinous a patria, oppido Aegypti in Thebaide, quae nomen accepit ab Antinoo Hadriani et Besa Deo, cuius oraculum ibi fuisse testatur *Ammianus Marcellinus* lib. XIX. cap. 12. Vide ibi notam H. Valesii, Casaubonum ad Spartiani Hadrianum cap. 14. et Claud. Nicasium, ad numum pantheon Hadriani pag. 53. *Helladii*, pantomimi, mentio in Chronico Malalae t. II. pag. 98.

f) παμ. - στοιχ. desunt in cod. Matrit. *Harl.*

g) Ζωσ. γαζ. περὶ ῥητορικῶν λέξεων κατὰ στοιχ. cod. Matrit. *Harl.*

h) Κεκιλλίος μαγκρεὺς (sic) σικελ. ἐκλογὰς λέξεων κατὰ στοιχ. cod. Matrit. *Harl.*

i) Λογγῖνος· ὁ Κάσιμος (sic) ὁμοίως. c. Mat. *Harl.*

k) Post voc. σοφ. reliqua desunt in c. Matr. *Harl.*

l) Πλακάτος. cod. Matr. atque κατὰ στοιχ. absunt cod. Matr. *Harl.*

m) Anastasii, imp. temporibus CPoli docuisse, testatur Suidas in Εὐγ. vbi alia eius scripta commemorat. Hermolaus in Epitome ἐθνικῶν Stephani Byz. in Ἀνακτόριον. Εὐγένιος ὁ πρὸ ἡμῶν τὰς ἐν τῇ βασιλίδι (*in vrbe regia*, non, vt Tho. Pinedo, *in aula regia*, vel, vt Berkelius, *regiae scholae*,) σχολὰς διακοσμήσας ἐν συλλογῇ λέξεων. Alius *Eugenius*, philosophus, Themistii, philos. ac rhetoris, pater, de quo volum. VIII. lib. V. c. 18. [vet. ed.] Alius *Eugenius*, de quo Photius cod. XXIII.

n) *Zosimus* hic ex Gaza, siue Ascalone Syriae, Sophista, eiusdem Anastasii temporibus clarus, teste Suida in Ζωσ. De illo, quemadmodum et de aliis Zosimis dictum volum. VI. pag. 612. [vet. ed.]

o) *Caecilius* hic, Calantianus Siculus, Romae Augusti temporibus docuit, teste *Suida* in Ἑρμαγόρας. Videndus idem in Καικίλιος, et quae de eius scriptis notant viri docti ad Longinum.

p) De *Longino* hoc dictum a me lib. IV. cap. 33. vbi inter scripta eius deperdita e Suida in Λογγ. retuli ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β' κατὰ στοιχεῖον. et λέξεις Ἀντιμάχου καὶ Ἡρακλέωνος.

q) *Lupercum*, *Berytium*, grammaticum, paullo ante tempora Claudii secundi, qui ab A. 268. ad 270. imperium tenuit, vixisse, e Suida in Λούπερκος cognoscimus. Eustathii tempore iam eius scripta interciderant, quae ex scholiastis tantum se cognouisse testatur ad Dionys. v. 492. Λούπερκός τις ἀνὴρ παλαιὸς ὥς οἱ σχολιασταὶ λέγουσιν. Citat Steph. in Νήρικος. [v. supra in catal. grammaticor.]

r) Seu *Vestinus*, Οὐηστῖνος. v. Suid. II. p. 733. h. v. et *Valcken.* l. c. pag. 294. sq. *Harl.*

s) Kusterus ita accepit, ac si epitome libris XCI. constitisset, quod non est verisimile; sed libros Pamphili XCI. siue, vt infra, XCV. in epitomen Iustinus Iulius contraxerat. Iulius iste, incertum, an diuersus a Iuliano, Sophista Cappadoce, cuius Lexicon in rhetores memorat *Photius* cod. CL. *Fabr.* De *Pamphili* aliorumque glossariis multus est *Valcken.* ad Theocr. Adon. p. 293. sqq. *Harl.*

t) Hic est *Minucius Pacatus*, grammaticus, qui graeco nomine etiam pro Pacato *Irenaeus* dictus est, et cuius τὸν κατὰ στοιχεῖον Ἀττικιστὴν laudat

ΠΑ΄ΜΦΙΛΟΣ λειμῶνα λέξεων ποικίλων περιοχὴν βιβλίων ἐννενήκοντα πέντε u) ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ε στοιχείου ἕως τοῦ ω. τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ α μέχρι τοῦ δ ΖΩΠΥΡΙΩΝ ἐπεποιήκει v).

ΠΩΛΙ΄ΩΝ, Ἀλεξανδρεὺς, Ἀττικῶν λέξεων συναγωγὴν κατὰ στοιχεῖον.

PAMPHILVS w) *pratum variarum dictionum* constans libris XCV. Est autem a littera ε vsque ad ω, nam a littera α vsque ad δ. ZOPYRIO x) elaborauerat.

POLLIO, Alexandrinus, *dictionum atticarum collectaneum volumen* ordine alphabetico.

2) *Index scriptorum, quorum Suidas notitiam tradit per ordinem litterarum,* [*auctior et locupletior.*]

Abaris, Scytha, Seuthae filius, χρησμοὺς scripsit σκυθικοὺς, *oracula Scythica.* γάμον Ἕβρου τοῦ ποταμοῦ, *Nuptias Hebri fluuii.* καθαρμοὺς *lustrationes* et θεογονίαν prosa et Ἀπόλλωνος ἄφιξιν εἰς Ὑπερβορέους *Apollinis aduentum ad Hyperboreos*, carmine.

Abas, sophista, ἱστορικὰ ὑπομνήματα, *commentarios historicos.* τέχνην ῥητορικὴν, *artem rhetoricam.*

Abron, Phryx siue Rhodius, grammaticus, Tryphonis discipulus, libertus, σοφιστεύσας, siue qui rhetoricam docuit Romae.

Acacius, patriarcha CPolitanus.

Acacius, ῥήτωρ δεινότατος, aequalis Libanii et Iuliani, imp. cuius iudicia cum Tusciano, Phryge, rhetore insigni, reprehendit.

Acamatius, Heliopolitanus, philosophi adfectans nomen, quum rudis esset et imperitus.

Achaeus, Syracusanus, tragicus, scripsit *tragoedias decem.*

Achaeus, Pythodori seu Pythodoridis F. Eretriensis, tragicus, docuit *fabulas XLIV.* vel, vt alii, *XXX.* vel *XXIV.* quarum vna vicit. Sophocle paulo iunior, cum Euripide fabulas edidit ab Olympiade LXXXIII.

Achias, propheta.

[?] Achilles Statius, Alexandrinus, scripsit τὰ κατὰ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα καὶ ἄλλα ἐρωτικὰ, *de Leucippe et Clitophonte et alia amatoria libris VIII.* Tandem factus Christianus et episcopus. Scripsit περὶ σφαίρας καὶ ἐτυμολογίας *de sphaera*, et *etymologia*, et ἱστορίαν σύμμικτον, *historiam miscellaneam*, quae multorum et magnorum virorum mentionem facit. Stilus vbique similis illi, quo in amatoriis vtitur.

Acesius, Nouatianorum episcopus, qui concilio (Nicaeno) interfuit.

Acron, Acigentinus, medicus, Xenonis F. Athenis ἐσοφίστευσεν, philosophiam docuit Empedoclis tempore, ante Hippocratem scripsit περὶ ἰατρικῆς, *de arte medica*, dorice et

dat Socrates lib. III. histor. cap. 7. De illo dixi [pag. 170. in h. vol. et supra in catal. grammat.]

u) περιοχ. - πέντε desunt in cod. Matrit. *Harl.*

v) πεποίηκε cod. Matrit. *Harl.*

w) *Pamphili*, Alexandrini grammatici, Aristarchei, glossae citantur ab Athenaeo, auctore magni Etymologici, Eustathio etc. Alia eius scripta memorat Suidas in Πάμφιλος.

x) *Valerius Pollio*, Alexandrinus, Diodori, philosophi, pater, clarus Hadriani tempore, d cuius Lexico *Photius* cod. CXLIX. De scriptore plura Suidas in Πωλίων et e recentioribus *Ionsius* III. 7. pag. 246. sq.

περὶ τροφῆς ὑγιεινῶν de salubri victus ratione. Est hic vnus illorum, qui ventorum rationes obseruauerunt.

Acusilaus, Cabae F. Argiuus, ex Cercade, oppido prope Aulidem, historicus antiquissimus, scripsit Genealogias, aeneis vsus tabulis, in quas aiunt patrem eius incidisse, quum locum quendam domus suae foderet.

Acusilaus, Atheniensis, Agathocliae F. qui, Romam tempore Galbae veniens, ex oratoria tantum est lucratus, vt Atheniensibus centum millia drachmarum in foenore posita reliquerit.

Admeti *μέλος* et Harmodii. de rebus facilibus. *σκολιὰ*. carmina, ad vinum decantari solita.

Adrianus, imp. *φύσει φιλόλογος ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ καί τινα πεζὰ καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντοδαπὰ κατέλιπε, natura doctrinae amans in vtraque lingua et prosa et carmine scripta omnis generis reliquit* — — — *βουλόμενος πάντων ἐν πᾶσι περιεῖναι* etc. *Quum vellet praestare omnibus, viros in aliquo studio praestantes oderat. Hinc et Fauorinum Gallum et Dionysium, Milesium, Sophistas, opprimere studebat, cum aliis modis, tum vero aduersariis eorum, hominibus nullius vel minimi pretii extollendis. Hic in epistola quadam* etc.

Adrianus, sophista, Herodis discipulus, tempore M. Antonini, Athenis aemulus Aristidae, rhetoris, Romae rhetoricam docuit, dictator epistolarum Commodi imp. scripsit *μελέτας declamationes, μεταμορφώσεις metamorphoses libris VII. περὶ ἰδεῶν λόγου de formis orationis libros V. περὶ τῶν ἐν ταῖς στάσεσιν ἰδιωμάτων de statuum proprietatibus libros III. Epistolas* et *λόγους ἐπιδεικτικοὺς orationes declamatorias.* Phalarim (orationem) et *παραμυθητικὸν consolatoriam in Celerem.*

Aedesia, Alexandrina, Hermiae vxor, cognata Syriani, filios, Ammonium et Heliodorum, in philosophia erudiendos curauit a Proclo.

[P] Claudius Aelianus ex Praeneste Italiae, summus pontifex et sophista, post Adriani tempora Romae docuit, *μελίγλωσσος* siue *μελίφθογγος, melleae linguae* siue *melleae vocis* vir.

Aelianus, belli dux, Valentis, imp. temporibus, *παιδείας οὔτε ἐντὸς ὢν οὔτε ἄμοιρος.*

Αἴλινον, εἶδος θρήνου καὶ ᾠδῆς, genus lamentationis et carminis.

Aeneas scripsit *περὶ πυρσῶν de facibus, quae in speculis accenduntur*, vt ait Polybius, et *περὶ στρατηγημάτων ὑπόμνημα commentarium de strategematibus.*

Aenicus, Atheniensis, comicus antiquae comoediae. Ex fabulis eius, Ἄντεια.

Aeneus, (Αἴνειος) Sophista, cuius libri, *αἱ μετάβολοι*, quasi *transmutatores* dicas.

Aeschines, Charini, fartoris, F. (al. Lysaniae,) Atheniensis, Sphettius, philosophus Socraticus, cuius dialogi, Miltiades, Callias, Rhinon, Aspasia, Axiochus, (confer Suid. in Ἀξίοχος) Telauges et Alcibiades. Nec non illi, qui vocantur Acephali, vt Phaedon, Polyaenus, Dracon, Eryxias, de virtute, Erasistratus, Scythici. Hic Aeschines in Siciliam ad Dionysium pecuniae caussa profectus est.

Aeschines, Atheniensis, Atrometi et Glaucotheae siue Leucotheeae F. discipulus Alcidamantis Eleatae, histrio, deinde scriba, postea orator. Hic Ctesiphontis accusator a Demosthene victus Rhodum fugit ibique docuit.

Aeschylus Atheniensis, tragicus, Euphorionis F. et frater Amitiae, Euphorionis et Cynaegiri. Certauit Olympiade LXIX. natus annos XLV. Primus auctor fuit, vt tragici

gici perſonis terribilibus et pictis, arbylisque, ſiue elatioribus calceis uterentur. Scripſit elegias, et tragoedias XC. Vicit octies et vicies: vel vt alii, decies ter. Filios habuit duos, tragicos, Euphorionem et Bionem. obiit aet. LVIII. in Sicilia etc.

Aeſopus, Samius vel Sardianus, vel Meſembrianus vel denique Cotyaënſis Phryx, fabularum conditor, a Croeſo dilectus, (ante Pythagorae tampora, circa Olymp. XL.) ſeruus Xanthi Lydii: vel Samii Iadmonis, cuius ſerua erat Rhodopis Threſſa, quae deinde Sapphonis Fratri, Charaxo, nupſit. Scripſit τὰ ἐν Δελφοῖς αὐτῷ συμβάντα, *de iis, quae ipſi apud Delphos acciderunt, libros II.* Alii aiunt ἀποκρίματα γεγραφέναι μόνον, *fabulas ſolum ſcripſiſſe.* Delphi Aeſopum Phaedriadibus praecipitatum rupibus occiderunt Olympiade LIV. etc.

Aëtius, Antiochenus, magiſter Eunomii, Paulini Tyrii ſectator, haereſiarcha, Ario ſuffragatus: cum diſcipulis ex categoriis Ariſtotelis diſſeruit, [☛] *Epiſtolas* compoſuit ad imp. Conſtantium. Sectatores eius Aëtiani et Eunomiani.

Africanus, Sextus, Afer philoſophus, qui ſcripſit κεστοὺς *ceſtos* libris XXIV. de remediis phyſicis, et quae ex verbis, incantationibus et ſcriptis characteribus conſtant, mirosque effectus habent. Ad eiusdem argumenta, contra hiſtoriam Suſannae adlata, reſpondit Origenes.

Agapetus, Synadorum epiſcopus, de quo Euſeb. (imo Philoſtorgius: confer Tillemont. T. *V.* memor.)

Agapius, Athenienſis, philoſophus, poſt Procli obitum, temporibus Marini. (ex Damaſcio.)

Agapius, Alexandrinus, CPoli ἰατρικῶν μαθημάτων ἐξηγητής.

Agathias, Scholaſticus, μυριναῖος Myrinenſis, ſcripſit hiſtoriam ex eo tempore, vbi deſiit Procopius: nec non alios libros partim ligata partim ſoluta oratione, et Δαφνιακά, et κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων.

Agathon, tragicus, et comoediarum ſcriptor, Socratis diſcipulus.

Alcaeus, Athenienſis, tragicus, quem nonnulli primum fuiſſe tragicum contendunt.

Alcaeus, Mytilenaeus, deinde Athenienſis, comicus veteris comoediae quintus, Micci F. ſcripſit *comoedias X.*

Alcidamas, Eleates, Aſianus philoſophus, filius Dioclis, qui Muſica ſcripſit, et Gorgiae Leontini diſcipulus.

Alcimenes, Megarenſis, tragicus.

Alcimenes, Athenienſis, comicus.

Alciphron Magnes ex Magneſia ad Maeandrum, philoſophus.

Alcman, Lacon Meſſoates: ſecundum Cratetem πταίοντα, (in hoc lapſum ſiue errantem,) Lydus, Sardibus oriundus: ex ſeruitute manumiſſus, filius Damantis vel Titari. Dorice ſcripſit, vt ſolent Lacedaemonii: inventor ἐρωτικῶν μελῶν, *amatoriorum carminum.* Scripſit libros ſex lyricorum carminum et κολυμβώσας, *natantes.* πρῶτος εἰσήγαγε, μὴ ἑξαμέτροις μελῳδεῖν, *primus introduxit uſum, vt carmina melica verſibus non hexametris conſcriberentur.*

Alcman, alius Meſſenius, itidem lyricus.

Alexander, Aegaeus, pater Caelii, philoſophus peripateticus, cum Chaeremone, philoſopho, praeceptor Neronis, imp. quem vocauit πηλὸν αἵματι πεφυρμένον, *lutum ſanguine maceratum.*

Alexan-

[?] Alexander, Antiochenus, post Porphyrium episcopus, temporibus Chrysostomi, virtute, philosophia et eloquentia insignis.

Alexander, Aphrodisiensis, philosophus.

Alexander, Casilonis F. rhetor, frater Eusebii, rhetoris, Iuliani discipulus.

Alexander Claudius, rhetor.

Alexander, Hierapolitanus, epis. et martyr, scripsit, *τί καινὸν εἰσήνεγκε Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον, κεφάλαια Θ΄. de rebus nouis, quas Christus in mundum intulit, capita IX.* librum, egregiis sententiis refertum.

Alexander, Milesius [y]), polyhistor, Romae fuit temporibus Syllae et ante: a Cornelio Lentulo, cuius paedagogus ac libertus fuit, Cornelii sortitus cognomen, Laurenti periit, aedibus eius ab igne consumtis, quod vbi comperit uxor eius. Helena, *ἀπήγξατο*, laqueo vitam finiuit. Fuit grammatici, Cratetis, discipulus, *συνέγραψε βιβλία ἀριθμοῦ κρείττω*, libros scripsit innumeros, et *περὶ Ῥώμης, de Roma libros V.*

Alexander, Numenii F. Sophista.

Alexander, Pleuronius, ex Pleurone, Aetoliae ciuitate, Satyri et Stratocleae F. grammaticus, (circa Olymp. CXXIV.) tragoedias scripsit, unus ex Pleiade tragicorum.

Alexander, Seleuciensis, Cilix, Alexandri, caussidici, F. rhetor, *πηλοπλάτων* siue *luteus Plato* cognominatus.

Alexis ex Thurio, quae ante Sybaris, comicus, docuit fabulas CCXLV. patruus Menandri, comici, Stephani, itidem comici pater.

Amelius, Apameensis, philosophus, magister Porphyrii, aequalis Ammonii et Origenis.

Ammonianus, grammaticus, Syriani, philosophi, propinquus *ἠγάπα τὴν ἐπὶ ποιητῶν ἐξηγήσει καὶ διορθώσει τῆς ἑλληνικῆς λέξεως καθειμένην τέχνην, artem in poëtarum enarratione et graecae dictionis emendatione occupatam diligebat.* *ἔτος ἦν Ἀμμωνιανὸς, ᾧ κεκτῆσθαι συμβέβηκεν ὄνον* (seruum hoc nomine) *σοφίας ἀκροατήν.*

Ammonius Saccas, philosophus Alex. ex Christiano ethnicus, teste Porphyrio.

Ammonius. Ammonii F. discipulus Alexandri, grammatici, qui in schola Aristarchi successor fuit ante Augusti, imp. tempora.

Amphion, antiquae musicae inuentor. *Iulianus in Epist.*

Amus, Aegyptius, in monte Nitriae monachus.

Anacharsis, Gnyri F. Scytha, philosophus, frater Καδουίδα Caduiae, Scytharum regis, matre graeca natus, scripsit *νόμιμα Σκυθῶν δι' ἐπῶν, de legibus et institutis Scytharum* versu heroico. *περὶ εὐτελείας τῶν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον, de frugalitate vitae humanae*, poema heroicum versibus DCCC. Ancoram et rotam figlinam inuenit, vixitque temporibus Croesi etc.

Anacreon, Teius, lyricus, Scythini, (al. Eumeli, Parthenii vel Aristocriti,) filius, dialecto ionica scripsit *elegias, παροίνια μέλη*, siue *carmina, quae inter pocula cantabantur, et iambos*, et quae vocantur *Anacreontica.* Vixit tempore Polycratis, Samii tyranni circa Olymp.

y) Kusterus hunc *Cornelium Alexandrum* confundit cum altero longe iuniore *Alexandro, Cotyaensi*, ex Asclepiadae schola grammatico, cuius obitum [illegible] oratione decorauit Aristides [illegible] iuniore Alexandro dixi [illegible] in hoc vol.]

Olymp. LII. (alii LXII. tempore Cyri et Cambyſae.) Teo pulſus ob Hiſtiaei ſeditionem Abdera vrbem Thraciae migrauit.

Anaſtaſius, Silentiarius, imp. haereticus.

Anaxagoras, ſophiſta (i. e. philoſophus,) Hegeſibuli F. Clazomenius, cognominatus νοῦς ſiue *Mens*, Periclem licet cauſſae ſuae nactus patronum Athenis pulſus, Lampſaci vitam finiuit inedia etc. vide infra Ἀπολλώνιος.

Anaxandrides, Anaxandri F. e Camiro Rhodius, vel, vt alii, Colophonius, ludis Philippi Macedonis Olymp. 101. interfuit, ſcripſitque comoedias LXV. ex quibus vicit X. Primus amores in ſcenam introduxit.

Anaxilas, comicus poeta.

Anaximander, Praxiadae F. Mileſius philoſophus, cognatus, diſcipulus et ſucceſſor Thaletis. Primus aequinoctium inuenit, et ſolſtitia et horologia, et terram in medio mundi ſitam eſſe. Gnomonis etiam vſum introduxit, et γεωμετρίας ὑποτύπωσιν ἔδειξεν, geometriae inſtitutionem tradidit. Scripſit περὶ φύσεως, *de natura rerum:* γῆς περίοδον, *deſcriptionem terrae.* περὶ τῶν ἀπλανῶν καὶ σφαῖραν, *de ſtellis fixis* et *ſphaeram*, aliaque.

Anaximander, Anaximandri F. Mileſius, iunior, hiſtoricus, temporibus Artaxerxis Mnemonis. Scripſit συμβόλων Πυθαγορείων ἐξήγησιν, *ſymbolorum Pythagoricorum interpretationem.*

Anaximenes, Euſtrati F. Mileſius, philoſophus, diſcipulus et ſucceſſor Anaximandri, Mileſii, vel vt alii, Parmenidis. Vixit Olympiade LV. qua Cyrus Croeſum regno exuit.

Anaximenes, Ariſtoclis F. Lampſacenus, orator et diſcipulus Diogenis Canis, et Zoili, Amphipolitani, grammatici, praeceptor Alexandri Macedonis, a quo patriae ſuae veniam et ſalutem impetrauit. Theopompo in [?] odium adducendo librum vulgauit ſub illius nomine aduerſus Athenienſes et Lacedaemonios, συγγραφὴν λοίδορον ἐς τὸ ἀκριβέστατον μιμησάμενος, hiſtoriarum Theopompi maledicum ſtilum accurate imitatus.

Andocides, Athenienſis, Leogori F. vnus ex decem oratoribus, genus ducens a Telemacho, Vlyſſis F. et Nauſicaa, vt tradit Hellanicus.

Androclides, Syneſii Lydi Philadelphienſis F. tempore Porphyrii, philoſophi, docuit, eiusque meminit in oratione *de ſui temporis doctoribus.*

Andromachus ex Neapoli Syriae, ſophiſta, Zonae vel Sabini F. docuit Nicomediae temporibus Diocletiani imp.

Androtion, Andronis F. Athenienſis, orator et demagogus, Iſocratis diſcipulus.

Angelius, Valentis tempore epiſcopus CPol.

Anniceris, auctor ſectae Anniceriae, tempore Alexandri M. Cyrenaeus, philoſophus epicureus factus, etſi parabatae fuiſſet diſcipulus, qui audiuerat Ariſtippum. Frater Anniceridis Nicoteles, philoſophus. Diſcipulus celebris, Poſidonius.

Antigenides, Satyri F. Thebanus, muſicus, tibicen Philoxeni. Scripſit μέλη, *carmina* (modulis animata muſicis.)

Antimachus, Colophonius, Hyparchi F. grammaticus et poeta. Panyaſidis, poetae, non ſeruus, ſed illius et Steſimbroti auditor: vixit ante Platonem. (v. Küſteri not.)

Antimachus, Heliopolitanus Aegyptius, qui ſcripſit Κοσμοποιΐαν verſibus heroicis 3780.

Antimachus, poeta melicus, dictus ψεκὰς, perinde, vt z) Olympicus quidam, quod discipulos suos inter differendum conspergeret ac minutim conspueret. Decretum fecit, neminem in scena nominatim a comicis perstringendum. [Quinque *Antimachos* Suidas nominat, t. I. pag. 225. vbi v. Küster.]

Antiochus, Cilix, Cynicum se philosophum simulans et honoribus auctus a Seuero et Antonino ad Tiridatem, et cum eo ad Parthos transfugit; hinc ὁ Αὐτόμολος, *transfuga*, dictus est.

Antipater, Iolai F. discipulus Aristotelis, Alexandri M. dux et deinde rex Macedoniae; reliquit Epistolarum σύγγραμμα libris duobus, et historiam τὰς Περδίκκε πράξεις Ἰλλυρικάς.

Antipater, Nicolai Damasceni, historici, pater, Stratonices maritus, eloquentia pollebat, qua neminem laesit, patriae et ciuibus profuit.

Antiphanes, Atheniensis, comicus, iunior Panaetio.

Antiphanes Carystius, Trani F. Thespidis, tragici, tempore, comicus antiquior.

[¶] Antiphanes, Demophanis vel Stephani F. Smyrnaeus, vel, ex Dionysii sententia, Rhodius, comicus mediae comoediae, ex seruitute manumissus, claruit circa Olymp. XCIII. scripsit comoedias CCCLXV. vel vt alii CCLXXX. vicitque decies ter. Filium habuit Stephanum comicum, obiit in Cio, piro forte percussus, anno aetatis LXXIV.

Antiphon, Atheniensis, τερατοσκόπος, prodigiorum coniector, poeta epicus et sophista: dictus λογομάγειρος quasi *sermonum coquum* dixeris. Eumdem esse puto, quem paullo post ὀνειροκρίτην Suidas vocat et περὶ κρίσεως ὀνείρων *de somniorum iudiciis* ait scripsisse.

Antiphon, Sophili F. Atheniensis, populo Rhamnusius, cognomine Nestor, post Gorgiam in forensi dicendi genere excelluit, magister Thucydidis. [v. Küsteri not.]

Antisthenes, patre cognomine, Atheniensis, ex oratore philosophus Socraticus, peripateticus primum dictus, deinde in Cynosarge docuit, cynicae sectae princeps, Diogenis, cynici, praeceptor. Scripsit tomos X., primum Magicum, in quo narrat de Zoroastre, sapientiae repertore. Hunc Aristoteli quidam, alii Rhodioni tribuunt.

Antonius, Alexandrinus, Gazae et Byzantii caussas egit, sacris alioqui maxime deditus, ita vt Gazam redderet religiosiorem.

Anytus, Anthemionis F. Atheniensis, orator.

Apelles, Colophonius, Pythii F. Ephori, Ephesii, et Pamphili, Amphipolitani, discipulus, pictor celebris, ab Ephesiis ciuitate donatus, frater Ctesiochi, pictoris.

Apelliconis, Teii, bibliotheca a Sylla in potestatem redacta.

Aphareus, Atheniensis orator, filius Hippiae, sophistae, et Plathanes, Isocratis priuignus (πρόγονος), clarus circa Olympiadem XCV. eodem, quo Plato, tempore.

Appianus siue Apianus scripsit romanam historiam, τὴν καλεμένην βασιλικὴν — — Ῥωμαϊκὲς λόγες ἐννέα etc.

M. Apicius etc.

Apion, Plistonicis F. cognomento Mochthus, Aegyptius, siue Cretensis, grammaticus, discipulus Apollonii, Archibii, et Euphranoris, centenario maioris, et Didymi. Docuit Romae

z) Ita Ψεκάδες dicti recentiori aetate *Alciatus* et *Malherba*.

Romae Tiberii et Claudii aetate, successor Theonis, grammatici, aequalis Dionysii Halicarnassei. Scripsit ἱστορίαν κατ' ἔθνος *historiam de singulis gentibus*, aliaque.

Apollinaris, Laodicenus, tempore Constantii et Iuliani, parabatae, grammaticus, philosophus et poeta, scripsit *contra Porphyrium libros XXX.* et versibus graecis heroicis πᾶσαν τὴν τῶν Ἑβραίων γραφὴν, totum vetus testamentum, [⁋] reddidit. Epistolas item scripsit et multos in S. Scripturam commentarios. Idem haereticus, filius Apollinaris Alexandrini.

Apologus Alcinoi ἐπὶ τῶν φλυαρούντων, de iis, qui futili et prolixo sermone vtuntur.

Apollodorus, Atheniensis, comicus, fabulas scripsit XLVII. Vicit quinquies.

Apollodorus, Gelous, comicus, Menandri aequalis. eius dramata: Ἀποκαρτερῶν ἢ φιλάδελφοι, Δευσοποιὸς, Ἱέρεια, Γραμματέδαπνος, (aut, vt Küster e Polluce VII. 23. legere malit, Γραμματοδιοποιὸς,) Ψευδαίας, Σίσυφος, Αἰσχρίων.

Apollodorus, Tarsensis, tragicus, cuius dramata: ἀκανθοπλῆξ, τεκνοκτόνος, Ἕλληνες, Θυέστης, ἱκέτιδες, Ὀδυσσεύς.

Apollodorus, Atheniensis, Asclepiadis F. grammaticus, Panaetii, Rhodii philosophi, et Aristarchi, grammatici, discipulus, primus vsus tragiambico carminis genere, ἦρξε δὲ πρῶτος τῶν καλουμένων τραγιάμβων.

Apollonius, Alexandrinus, poeta epicus, qui Rhodi vixit, filius Sillei, Callimachi discipulus, et Eratosthenis aequalis, et post illum bibliothecae Alexandrinae praefectus.

Apollonius, Tyanensis, philosophus, Apollonii F. temporibus Claudii, Caii et Neronis vsque ad Neruam clarus. Scripsit τελετὰς *initia siue de sacrificiis*, διαθήκην, *testamentum*, χρησμοὺς, *oracula*, Ἐπιστολὰς, *Epistolas*, Πυθαγόρου βίον, *vitam Pythagorae.* Vitam Apollonii scripsit Philostratus etc.

Apollonius, Tyaneus, philosophus iunior, temporibus Hadriani imp. teste Agresphonte. ἐν τῷ περὶ ὁμωνύμων.

Apollonius, Alex. cognomento dyscolus, pater Herodiani, grammatici, τοῦ τεχνογράφου, scripsit 1) περὶ μερισμοῦ *de partitione partium orationis libros IV.* 2) περὶ συντάξεως *de constructione partium orationis libros IV.* 3) *De verbo* siue ῥηματικὸν, *libris V.* 4) *De verbis deriuatis in* μι *desinentibus.* 5) *De nominibus siue* ὀνοματικόν. 6) *De nominibus per varias dialectos.* 7) *De nominum foemininorum casu recto.* 8) *De paronymis.* 9) *De comparatiuis.* 10) *De dialectis dorica, ionica, aeolica, attica.* 11) *De figuris Homericis.* 12) περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας, *de historia commentitia.* 13) *De affectionibus*, περὶ παθῶν. 14) περὶ τόνων κατηναγκασμένων, *de tonis coactis libros duos.* 15) περὶ τόνων σκολιῶν, *de tonis obliquis.* 16) περὶ προσῳδιῶν *de accentibus libros V.* 17) περὶ στοιχείων, *de elementis siue litteris.* 18) *de praepositionibus.* 19) περὶ τῶν Διδύμου πιθανῶν, *de Didymi probabilibus.* 20) *De compositione.* 21) *De iis, quae duobus modis efferuntur.* 22) *De vocula* τίς. 23) *De generibus.* 24) *De spiritibus.* 25) *De possessiuis.* 26) περὶ συζυγίας *de coniugatione.*

Apollonius, Archebuli siue Archebii F. scripsit de dictionibus homericis, ordine alphabetico: [Eius lexicon homericum hodie exstat, a Villoisonio, dein a Tollio editum.] .

[⁋] Apollonius, Aphrodisiensis, summus sacerdos et historicus, scripsit Καρικὰ siue *historiam Caricam.* Περὶ Τράλλεων *de Trallibus.* Περὶ Ὀρφέως καὶ τῶν τελετῶν αὐτοῦ. *De Orpheo et ipsius sacris.*

Apollophanes, Atheniensis, comicus antiquus, cuius dramata: Δάλις, Ἰφιγέρων, Κρῆτες, Δανάη, Κένταυροι.

Apsines, Atheniensis, sophista egregius, pater Onasimi, sophistae, qui Apsinis pater fuit.

Apsines, Gadarensis, sophista, ex Pane, vt fama fert, genitus Smyrnae, discipulus fuit Heraclidis, Lycii, et deinde Basilici, Nicomediae. Athenis artem rhetoricam professus est, imperante Maximiano, et ad consularem dignitatem peruenit.

Apsines, Onasimi, Atheniensis, sophistae F. sophista, iunior Apsine Gadarensi.

Apsyrtus, Prusaënsis, vel Nicomediensis, miles, qui sub imp. Constantino ad Istrum in Scythia militauit. Hic librum de equorum medicina scripsit et de iisdem brutis animantibus physicum alterum aliaque. Scripsit etiam *Cimon*, Atheniensis, admirabilem librum ἱπποσκοπικὸν, de equorum inspectione.

Aquila, philosophus, scripsit σχόλια λογικὰ περὶ συλλογισμῶν.

Aquila, grammaticus: musicus.

Araros, Atheniensis, comicus, filius Aristophanis, comici, qui primum docuit comoedias Olympiade 101. Ex dramatibus eius sunt: Καινεὺς, Καμπυλίων, Πανὸς γοναὶ, Ὑμέναιος, Ἄδωνις, Παρθενίδιον.

Aratus, Solensis Cilix, Athenodori F. auditor Menecratis, grammatici Ephesii, philosophorum, Timonis et Menedemi. Vixit Olympiade CXXIV. familiaris Antigono Gonatae, regi Macedoniae, Demetrii, poliorcetae, filio, aequalis Antagorae, Rhodii, et Alexandri, Aetoli, fratres habuit Myrin, Calondam et Antenodorum. Poeta epicus scripsit φαινόμενα, in quibus initium admirabile et Homeri felix imitatio. *Hymnos in Panem*, Σπονδοφόρους, Παίγνια, Ἀστρολογίαν καὶ ἀστροθεσίαν. Σύνθεσιν φαρμάκων, Θηριακῶν ἐπιτήδεια. Ἀνθρωπογονίαν. Ἐπιθυτικόν. εἰς Θεόπροπον (epicedium) εἰς Ἀντίγονον. Ἠθοποιίας. Ἐπιστολάς. Ἐπιγράμματα *in Philam*, Antipatri filiam, Antigoni vxorem. Ἀνατομήν. *In Pausaniam*, Macedonem. *Epicedium Cleombroti.* Διόρθωσιν Ὀδυσσείας *emendationem Odysseae*, et *epistolas* oratione soluta.

Arcadius, grammaticus, Antiochenus, scripsit de orthographia, de constructione partium orationis; onomasticum admirabile.

Arcesilaus, philosophus.

Archedicus κωμῳδιογράφος, qui contra Democharem, Demosthenis sororis filium, scripsit. Ex fabulis eius sunt Θησαυρὸς et Διαμαρτάνων.

Archelaus, Apollodori vel Midonis F. Milesius, philosophus physicus, primus ex Ionia physiologiam in Graeciam introduxit, discipulus Anaxagorae, praeceptor Socratis et Euripidis: scripsit physiologiam et alia nonnulla. Nihil iustum vel turpe natura esse docuit, sed instituto omnia.

Archelaus, coloniae presbyter, contra quem scripsit Basilius, Irenopolis episcopus.

Archiadas, Theagenem ob facultates amissas consolans. (*ex Damascio.*)

Archias, φυγαδοθήρας, qui oratores, fuga sibi cupientes consulere, venatus est, vt Antipatro traderet.

Archibius, Apollonii F. grammaticus, scripsit ἐξήγησιν *epigrammatum Callimachi.*

Archibius, Ptolemaei F. Leucadius vel Alexandrinus grammaticus, ex eorum numero, qui Romae vsque ad Traiani imp. tempora docuerunt.

Archigenes,

Archigenes, Philippi F. Apameenſis Syrus, medicus, Agathini diſcipulus, qui Romae Traiani tempore artem medicam exercuit. Vixit annos LXXIII. ſcripſitque multa medica phyſicaque.

Archilochus maledicus, alioquin inſignis poeta, quem, a Calonda interfectum, Pythia vlta eſt etc.

Archimedes, Trallianus, philoſophus, ſcripſit ὑπόμνημα *commentarium in Homerum*, *et Mechanica.*

Archippus, Athenienſis, comicus antiquus, qui ſemel vicit Olympiade XCI.

Archytas, Tarentinus, Heſtiaei F. aut Mneſarchi vel Mnaſagorae, philoſophus pythagoricus, qui Platonem ſeruauit, quum eum ad mortem quaereret Dionyſius, tyrannus. Empedoclis diſcipulus philoſophiam docuit multosque libros ſcripſit. Inuentor πλαταγῆς ſiue crepitaculi. Τῷ κοινῷ τῶν Ἰταλιωτῶν προέστη, στρατηγὸς αἱρεθεὶς αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν περὶ ἐκεῖνον τὸν τόπον Ἑλλήνων, *communi Italiotarum praefuit*, *Dictator a ciuibus et vicinis Graecis creatus.*

Arctinus, Mileſius, poeta, Homeri, (vt ait Artemon,) diſcipulus et tamen vixiſſe dicitur Olymp. nona, quadringentis annis poſt bellum troianum: [quod vix probabile eſt, vide ſupra, vol. I. pag. 9. ſqq.

Ariani, Pſathyriani etc.

Arignote, Samia, diſcipula Pythagorae et Theanûs, philoſopha pythagorica. Scripſit *Bacchica* ſiue τελετὰς Διονύσου, et *de Cereris Myſteriis*, nec non *Epigrammata.* Fertur etiam illius ſub nomine *liber ſacer*, ἱερὸς λόγος.

Arion, Cyclei F. Methymnaeus, lyricus, vixit Olympiade XXXVIII. Quidam Alcmanis filium tradidere. Scripſit ᾄσματα *cantica* et προοίμια *hymnos* ad verſus heroicos bis mille. Dicitur tragici modi inuentor fuiſſe et primus chorum inſtituiſſe, et dithyrambum ceciniſſe, et ita nominaſſe, quod a choro canitur, et ſatyros introduxiſſe verſibus loquentes.

Ariſtarchus, θέσει (habitatione) Alexandrinus, φύσει (gente) Samothrax, Ariſtarchi F. clarus Olymp. CLVI. tempore Ptolemaei Philometoris, cuius filium erudiit. Fertur ſcripſiſſe vltra DCCC. libros ὑπομνημάτων ſiue commentariorum. Diſcipulus Ariſtophanis, grammatici, cum Cratete, Pergameno, Pergami ſaepe concertauit. Diſcipulos habuit grammaticos circiter XL. Annos natus LXXII. in Cypro aqua intercute laborans necem ſibi inedia conſciuit, relictis filiis, Ariſtarcho et Ariſtagora, nullius ingenii, ex quibus Ariſtarchum venditum Athenienſes redemerunt.

Ariſtarchus, Tegeates, tragicus, aequalis Euripidis, qui primus dramata ad illam prolixitatem produxit, docuit tragoedias LXX., vicit duabus. [P] Obiit centenario maior. Morbo cum laboraſſet, Aeſculapio pro reſtituta valetudine drama Ἀσκλήπιον dedicauit.

Ariſteas, Democharidis aut Canſtrobii F. Proconneſius, poeta epicus, ſcripſit τὰ Ἀριμάσπεια καλούμενα ἔπη, *carmina Arimaſpea* ſiue hiſtoriam Arimaſporum Hyperboreorum libris III. et ſoluta oratione nonnulla, et *Theogoniam* verſibus mille. [*Ariſtiae* fabulam, *Cyclops* vocatam, memorat Suidas I. pag. 324. vbi v. Kuſteri not. 1.]

Ariſtides, Adrianenſis, ex Adrianis Myſiae ſiue Bithyniae, ſophiſta, Polemonis, Smyrnaei, rhetoris, diſcipulus, filius Eudaemonis, philoſophi, flaminis Dialis in patria ſua. Athenis Herodem et Pergami Ariſtoclem audiuit, floruitque Antonini imp. tempore et vitam

vsque ad Commodum produxit. Orationes eius quam plurimae, aliae apud alios circumferuntur.

Aristippus, Aritadae F. Cyrenaeus philosophus, Socratis auditor, sectae auctor Cyrenaicae, primus Socraticorum, qui mercedem a discipulis exegit. Xenophonti infestus, austeritatis Antisthenis derisor. A Diogene ipse dictus κύων βασιλικός. Plura eius feruntur Apophthegmata etc. Audiuit eum Arete, filia, cuius filius, Aristippus iunior, Metrodidactus adpellatus. Huius auditor Theodorus, dictus atheus, mox Deus. Theodorum Antipater, Antipatrum Epitimedes, Cyrenaeus, Epitimedem Parabates, Parabatem Hegesias, Pisithanatus, Hegesiam Anniceris, non ille, qui Platonem redemit.

Aristo, Platonis pater etc.

Aristo, Lembus, qui librum Herodiani, ἡ καθόλε (scil. τέχνη) inscriptum, in compendium redegit Danaoque inscripsit.

Aristocles, Messenius, philosophus peripateticus, scripsit περὶ φιλοσοφίας *de philosophia libros X.* in quibus omnes philosophos et ipsorum opiniones recenset. Πότερον σπεδαιότερος Ὅμηρος ἢ Πλάτων, *vtrum Homerus praestantior, an Plato?* Τέχνας ῥητορικὰς, *artem rhetoricam.* Περὶ Σαράπιδος, *de Sarapide.* Ἠθικὰ, *de moribus libros IX.*

Aristocles, Lampsacenus, philosophus Stoicus, scripsit ἐξήγησιν τῶν Χρυσίππε περὶ τε πῶς ἕκαστα λέγομεν καὶ διανοέμεθα, *enarrationem in Chrysippum de ratione, qua singula eloquimur et cogitamus, libris IV.*

Aristocles, Pergamenus, sophista, qui Traiani et Hadriani temporibus vixit. Scripsit *artem rhetoricam; epistolas; de rhetorica libros V.* Μελέτας, *declamationes;* Πρὸς τὸν βασιλέα ἐπὶ τῇ διανεμήσει τε χρυσίε, *ad imperatorem de auri distributione.*

Aristogenes, Thasius, medicus, libros XXIV. scripsit, in quibus praestantiora [?] iudicata sunt περὶ διαίτης *de victus ratione*, περὶ δυνάμεως, *de facultate*, περὶ δακέτων, *de venenatis animalibus*, περὶ σπέρματος, *de semine*, ὑγιεινὸν, *de valetudine tuenda*, Ἐπιστολικὰ *quaesita per epistolas:* Ἐπιτομὴ φυσικῶν βοηθημάτων πρὸς Ἀντίγονον, *naturalium remediorum compendium ad Antigonum.*

Aristogenes, Cnidius, medicus, seruus Chrysippi, philosophi, et Antigoni Gonatae medicus.

Aristogiton, Cydimachi, (Scydimi) *), vel Lysimachi F. Atheniensis. rhetor, matre libertina, propter impudentiam *Canis* cognominatus et ab Atheniensibus interfectus etc. Scripsit orationes: *Apologiam aduersus Demosthenem* belli ducem: *aduersus Lycurgum, aduersus Timotheum, aduersus Timarchum, aduersus Hyperidem,* (quem ob decretum

aa) Apud Suidam tom. I. pag. 325. *Aristogiton*, Cydimachi vel Lysimachi filius, ab *Aristogitone*, Scydimi F. Sycophanta, discernitur, et de vtroque separatim agitur. Enimuero et prior aduersus Hyperidem verba fecisse, et posterior quoque Hyperidem ob decretum memoratum quamquam frustra, persequutus dicitur. Num autem reuera diuersi fuerint, et vterque scripserit contra Hyperidem, an potius cum *Tayloro*, qui in not. ad Demosth. oratt. tom. III. (vbi pag. 509. seq. de Aristogitone vberius disputat, et pag. 510. loca Suidae excitat,) non discernit illos nec differre iudicat, (atque Suidas a confusione rerum hominumque haud omnino est immunis, v. supra, ad sect. 7. not.) vnus sit idemque habendus, decernere non ausim. Posterius tamen verisimilius mihi videtur. conf. supra ad vol. II. pag. 858. not. et vol. III. pag. 512. sq. *Harl.*

decretum post cladem Chaeronensem factum actione τῶν παρανόμων persequutus est, sed frustra,) *aduersus Thrasyllum*, et Ὀρφανικὸν siue *orationem pro pupillis.*

Aristomenes, Atheniensis, comicus, τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας Κωμῳδίας ex iis, qui antiquae comoediae proximi fuere, belli Peloponnesiaci tempore Olymp. LXXXV. Dictus Θυροποιός.

Aristonicus, Alexandrinus, grammaticus, scripsit περὶ τῶν σημείων *notis criticis in Theogonia Hesiodi.* et libros VI. τῶν τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας ἀσυντάκτων ὀνομάτων, *de nominibus in Iliade et Odyssea, quae a communi constructione recedunt.*

Aristonymus, comicus, tempore Ptolemaei Philadelphi et Philopatoris, et post Apollonium (Rhodium) bibliothecae regiae praefuit annum agens LXIV. Quum fugam moliretur ad Eumenem, coniectus est in carcerem, et post aliquod tempus emissus, obiit ex stranguria anno aetatis LXXVII. Scripta eius permulta sunt; ex comoediis eius ab Athenaeo citatur ἥλιος ῥιγῶν *sol algens.*

Aristophanes, Byzantius, grammaticus, filius Apellis, qui ordines duxit, discipulus Callimachi et Zenodoti, quorum hunc iuuenis, illum puer audiuit, et praeterea Dionysii Iambi et Euphronidae, Corinthii, siue Sicyonii. Vixit Olympiade CXLV.

Aristophanes, Rhodius, siue Lindius, (aliis Aegyptius, aliis Camirensis) ciuitate Atheniensis, comicus, filius Philippi, in scena certauit Olympiade CXIV. tetrametri et octametri inuentor. Filios habuit Ararotem, Philippum et Philetaerum, comicos. Quidam ἀπόδουλον, libertum fuisse tradiderunt. Dramata eius sunt LIV. ἅπερ δὲ πεπράχαμεν, [P] quae autem tractauimus, siue in quas commentati sumus [bb]), *Acharnenses*, *Ranae*, *Pax*, *Ecclesiazusae*, *Thesmophoriazusae*, *Equites*, *Lysistrata*, *Nubes*, *Aues*, *Plutus*, *Vespae.*

Aristoteles, Nicomachi et Phaestidis F. (Nicomachus autem medicus fuit ex Asclepiadarum genere, a Nicomacho, Machaonis filio, oriundus,) ex Stagira, vrbe Thraciae, philosophus, discipulus Platonis, τραυλὸς τὴν φωνὴν *balba voce.* Fratres habuit Arimnestum et Arimnestem, filiamque, ex Pythiade, (Hermiae Eunuchi, Atarni in Troade principis, filia,) ipsi natam, quae tribus maritis nupsit librorumque aliquot mater ante patrem decessit. Habuit et filium, Nicomachum, ex Herpyllide, concubina etc. praefuit per annos XII. peripateticae philosophiae, ita dictae διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ ἤτοι κήπῳ διδάξαι, quoniam in *Peripato* siue horto docuit Aristoteles, relicta academia, in qua Plato docuerat. Natus est XCIX. Olympiade: et Chalcide, hausto aconito, obiit, quia in ius vocabatur, quod Paeanem in Hermiam Eunuchum scripserat. Alii ex morbo discessisse annos natum LXX. Timaeus Aristotelem omnibus proscindit conuitiis: sed aliorum iudicio τῆς φύσεως γραμματεὺς, *naturae scriba* fuit, τὸν κάλαμον ἀποβρέχων εἰς νοῦν *qui calamum in mentem intinxit*, quemque nihil fugit rerum vtilium abstrusiorumque.

Aristoxenus, Mnesiae Spinthari, musici Tarentini, F. Apud Mantineenses operam dedit philosophiae et musicae, auditor patris, et Lampri, Erythraei, Xenophili, pythagorei, et denique

bb) Sunt verba scholiastae Aristophanis, ad πράξεις suas in comicum respicientis. *Fabr.* Kusii rigitur opinio; εὑρήκαμεν, pro πεπράχαμεν, quod ille vocabulum suspectum habet, haud necessaria est, neque interpretatio, *superstites sunt*, admittenda. *Harl.*

denique Aristotelis, quem defunctum conuitiis insectatus est, quod scholae successorem Theophrastum reliquisset, non se, cuius tam magna esset inter auditores ipsius gloria. Aequalis fuit Dicaearchi, Messenii, ab Olympiade CXI. Conscripsit musica, philosophica, historias et omnigenae eruditionis libros CCCCLIII. Alius *Aristoxenus*, Cyrenaeus, luxui adeo deditus, vt lactucas in horto suo vesperi mulso rigaret, dicens, virides in placentas sibi enasci.

Arnuphis, Aegyptius philosophus, qui Romanis, siti laborantibus, praesente Marco Antonino imp. dicitur arte coegisse nubes et imbrem conciliasse. Alii aiunt, hoc effecisse Iulianum, Chaldaeum.

Arrhesius, monachus.

Arrianus, poeta epicus, versibus graecis heroicis Georgica Virgilii reddidit, [f] scripsitque Ἀλεξανδριάδα siue de rebus gestis Alexandri rhapsodias XXIV. et in Attalum, Pergamenum, poemata.

Arrianus, Nicomediensis, philosophus Ἐπικτήτειος, iunior Xenophonte. Romae vixit temporibus Adriani, Antonini et Marci, imperatorum, et *διὰ τὴν τῆς παιδείας δεξιότητα* propter praeclaram doctrinam, teste Heliconio, ad Consularem vsque dignitatem euectus. Scripsit libros quam plurimos.

Artemidorus, ex Daldi, Lyciae oppido, philosophus, scripsit *Ὀνειροκριτικὰ de somniorum interpretatione libros IV. Οἰωνοσκοπικὰ, de auguriis; χειροσκοπικὰ de diuinatione, quae fit per manuum inspectionem.*

Artemidorus, Pseudoaristophanius, vocabula opsartytica siue de re coquinaria collegit.

Asclepiades, Diotimi F. Myrleanus, (ex Myrlea, Bithyniae, deinde dicta Apamea,) at *τὸ ἄνωθεν γένος*, si altius genus repetas, Nicaeensis, grammaticus, Apollonii discipulus, qui vixit Attali et Eumenis, Pergamenorum regum, tempore. Scripsit *φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικὰ philosophicorum librorum emendationem*, aliaque multa. Docuit Romae tempore Pompeii magni, et Alexandriae regnante Ptolemaeo quarto adolescens commoratus est.

Asclepiadae, medici, ab Aesculapio, medicinae praeside.

Asclepiodotus, Alexandrinus, de quo multa Suidas I. pag. 352. sq. e Damascio.

Asconius, Paedianus.

Ascraeus, Hesiodus.

Asinius (Ἀσίννιος) Pollio, Romanus, *ἱστορίας ῥωμαϊκὰς συνέταξεν historiam latine composuit libris XVII. οὗτος πρῶτος Ἑλληνικὴν ἱστορίαν ῥωμαϊκῶς συνεγράψατο, et primus historiam graecam stilo latino tradidit. Fabr.* De eo pluribus egi in Introduct. in notitiam litterat. romanae tom. II. pag. 237. sqq. *Harl.*

Aspasia, Milesia, foemina celeberrima et singulari eloquentia praedita, Sophistria, *διδάσκαλος λόγων ῥητορικῶν* magistra et amica Periclis et vxor denique, quae duorum bellorum, Samiaci et Peloponnesiaci, caussa fuisse traditur, et ex qua Pericles filium, sibi cognominem, suscepit. Fuit et altera, meretrix, ab Aspasia Periclis diuersa.

Aspasius, Byblius, sophista, aequalis Aristidis et Adriani, scripsit *de Byblo*, *περὶ στάσεων ἐσχηματισμένων, de statibus figuratis; μελέτας, declamationes; Τέχνας artem rhetoricam; ὑπομνήματα, commentarios; λαλίας, sermones. Encomium in Adrianum, imp. et in alios quosdam.*

Aspasius,

Aſpaſius, Tyrius, ſophiſta et hiſtoricus, ſcripſit *de Epiro et rebus Epiroticis hiſtoriam σύμμικτον* ſiue *miſcellaneam libris XX. De arte rhetorica*, et alia.

[⁋] Aſpaſius, Demetriani, critici et mathematici F. Rauennas, ſophiſta, temporibus Alexandri Mammeae ſcripſit *πρὸς τοὺς φιλολοιδόρους καὶ πρὸς Ἀρίστωνα aduerſus maledicos et Ariſtonem varias orationes*. Audiuit Pauſaniam et Hippodromum et artem rhetoricam Romae docuit, vbi diu clarus fuit.

Aſtrampſychus, ſcripſit *βιβλίον ἰατρικὸν εἰς ὄνων θεραπείαν librum veterinarium de aſinorum curatione*, et *ὀνειροκριτικὸν de interpretatione ſomniorum*.

Aſtronomiam inter Babylonios primus inuenit Zoroaſtres et poſt eum Hoſtanes, qui ex genitura et motu coeli fata hominum naſcentium obſeruare coeperunt. Ab his Aegyptii et Graeci doctrinam illam accepere, qui naſcentibus itidem themata notabilia adſignant.

Aſtyages, grammaticus, ſcripſit *artem grammaticam. De dialectis. De metris κανόνας ὀνοματικοὺς, regulas nominum; commentarium in Callimachum.*

Aſtyanaſſa, ſcripſit *περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν*. Eam imitatae Philaenis et Elephantine.

Aſtydamas, ſenior, filius Morſimi et nepos Philoclis, tragicorum, tragicus et ipſe, Athenienſis, ſcripſit tragoedias CCXL. vicit XV. Antequam ad tragoedias ſcribendas ſe conferret, audiuit Iſocratem.

Aſtydamas, iunior, prioris filius, tragicus, cuius dramata *Ἡρακλῆς σατυρικὸς, Ἐπίγονοι, Αἴας μαινόμενος, Βελλεροφόντης, Τυρὼ, Ἀλκμήνη, Φοῖνιξ, Παλαμήδης.*

Athenaeus, Naucratita, grammaticus, qui Marci imp. tempore vixit, ſcripſit librum, qui inſcribitur *Δειπνοσοφισταὶ* etc.

Athenodorus, ſtoicus philoſophus ſub Octauiano imp. etc.

Athenodorus, iunior, omnibus ad philoſophiam ſubſidiis ab ingenio et recta animi voluntate inſtructus erat, Procli tempore, et perſpicue diſcipulis ſuis ſcriptores explicabat. Hunc Salluſtius dixit ſimilem igni, omnia propinqua incendenti. Perſuaſit tamen ei ne philoſophum ſe profiteretur.

Atlas, quem fabulae ferunt coelum et terram humeris geſtare etc.

Atticus, CPolitanus poſt Arſacium, Chryſoſtomi ſucceſſorem, epiſcopus, Sebaſtiae in patria a monachis Macedonianis, qui ex Euſtathii, epiſcopi, ſchola prodierunt, inſtitutus, poſtea ad catholicam eccleſiam ſe transtulit. Eruditus nec minus praeſtans pietate ac prudentia in veterum libris multum operae poſuit, noctes inſomnes in eorum lectione traducens; proinde philoſophorum ac ſophiſtarum ſermonibus, tamquam re noua, minime terrebatur. In presbyterii [⁋] adhuc conſtitutus gradu, orationes, a ſe compoſitas, quas memoriter didicerat, in eccleſia recitabat. Poſtea ex tempore loqui et panegyricam concionandi rationem ſectari coepit, nec tamen ſermones eius vel plauſu excepti vel ſcripto mandati etc. e *Sozomeni* hiſtor. eccleſ. VIII. cap. 27. et *Socratis* hiſt. eccleſ. VII. cap. 2.

Augarus, Edeſſae rex, qui Traiani, imp. temporibus vixit, eique, Edeſſam venienti, dona obtulit.

Augeas, Athenienſis, mediae comoediae poeta. Ex eius dramatibus ſunt: *Ἄγροικος agreſtis, Πορφύρα purpura, δὶς κατηγορούμενος bis accuſatus.*

Augustus, Caesar Octauianus, ὁ σεβαστὸς, scripsit περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῶν πράξεων *de vita sua et rebus gestis libros XIII.* itemque *tragoedias*, *Aiacem et Achillem.* Censu instituto reperit τὴν Ῥωμαίων, romanam ditionem inhabitari ab hominibus 4101017. etc. Facto sacrificio Pythiam interrogauit, quis post ipsum imperaturus esset? illa vero respondit:

> Παῖς Ἑβραῖος κέλεταί με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων
> Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην αὖθις ἱκέσθαι.
> Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων γε cc).

Hinc Augustus oraculo egressus, in Capitolio, aram erexit eique litteris latinis inscripsit: *Haec est ara primogeniti Dei.* [Sed fides sit penes auctorem.]

Aulus Postumius, poema et pragmaticam historiam graece scribere ausus, in prooemio veniam a lectoribus postulauit, si ciuis romanus graecae dictionis elegantiam, et congruentem compositionem non fuisset adsecutus, quod ei versum vitio est etc.

Ausonius, sophista, epistolas et alia quaedam ad Nonnum scripsit.

Αὐτὸς ἔφα, de Pythagora dictum.

Auxentius, Confessor, ex Licinii notario episcopus Mopsuestenus, frater Theodori, Athenis eruditi, qui factus est Tarsensis episcopus. etc.

Babrias, vel Babrius, versibus choriambicis *fabulas* scripsit *libris decem*, Aesopias ex prosa in metrum transferens.

Babylas, episcopus Antiochenus, Numeriano vel Decio, ecclesiam ingredi cupienti, restitit, et cum tribus pueris fratribus alacriter subiit martyrium.

Bacchylides, Ceius, ex Iulide, vna quatuor dd) ciuitatum Cei, insulae, Medonis F. nepos Bacchylidis, athletae, cognatae Simonidis, lyrici, et ipse lyricus.

Bacis, vates. Philetas, Ephesius, tres Bacidas fuisse dicit, vnum ex Eleone, [?] Boeotiae, alterum, Atheniensem (Pisistratum), et tertium, Arcadem, ex ciuitate Caphya, qui et Cydas et Aletes vocatus fuit. etc.

Basilicus, sophista scripsit περὶ τῶν διὰ τῶν λέξεων σχημάτων *de dictionum figuris*, περὶ ῥητορικῆς παρασκευῆς, ἤτοι περὶ ἀσκήσεως *de rhetorico adparatu siue de exercitatione;* περὶ μεταποιήσεως *de metapoeesi*, et alia quaedam.

Basilius, Caesareae (quae adpellabatur olim Mazaca.) Cappadociae episc. Gregorii Naz. amicus, vir ἐλλογιμώτατος καὶ πάσης παιδείας εἰς ἄκρον ἐληλακώς. Scripsit plurima, in quibus maxime admirationi sunt, quas *in Hexaëmerum* composuit, homiliae IX. Scripsit et insignes libros *contra Eunomium*, et *de Spiritu S.* et librum *asceticum* et *de*

cc) h. e. *Me puer hebraeus, diis beatis imperans, hanc aedem relinquere, et ad orcum redire iussit. Abi igitur nunc silens ab aris nostris.* Küster. vero tom. I. pag. 577. id oraculum metri caussa rectius sic legendum esse putat:

> Ἑβραῖος κέλεταί με θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσων
> Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ὁδὸν πάλιν αὖθις ἱκέσθαι.

conf. *imp. Caes. Augusti temporum notatio, genus et scriptorum fragmenta*, (primum a Iano Rutgersio collecta, nunc locupletiora,) *praemittitur Nicolai Damasceni liber de institutione Augusti, cum versione Hug. Grotii et Henr. Valesii notis curante I. Alb. Fabricio.* Hamburgi 1727. 4. pag. autem 190. seq. de commentariis Augusti de sua vita. *Harl.*

dd) Ceterae tres sunt Carthia, Coressia siue Corissia et Poeeessa.

de virginitate; et *XL. Martyrum Gordiique*, et *Barlaami* et *Julittae* laudes; item *in Psalmos varios* et *ethicos sermones;* et *epistolas ὧν ἐδὲν ἄμεινον* ad *Libanium*, sophistam, *Gregorium* Naz. aliosque etc. Habuit fratres quatuor, Gregorium Nyssenum, Petrum, episcopum, et duos monachos.

Basilius, Ancyranus, in patria episcopus, arte medicus, scripsit contra Marcellum et de virginitate et alia non pauca. Hic Constantii tempore princeps Macedonianae sectae fuit cum Eustathio Sebasteno.

Basilius, Irenopolis Ciliciae episc. tempore Anastasii imp. scripsit contra Archelaum, Coloniae presbyterum. *Fabr.* *Küster* I. pag. 420. ex Dausquii notis ad Basilium, Seleucensem, pag. 317. obseruat, in bibl. Antwerpiana exstare Suidam, manu exaratum, qui quartum etiam *Basilium*, *Seleucienserm*, memoret his verbis: Βασίλειος ἕτερος Σελευκείας, ἑταῖρος Χρυσοστόμȣ, πρὸς ὃν ἐν τοῖς περὶ ἱερωσύνης λόγοις διαλέγεται. *Harl.*

Bassarica siue Διονυσιακὰ scripsit Soterichus, qui Diocletiani vixit temporibus.

[Batton, siue Baton, comicus: cuius fabulae sunt Συνεξαπατῶν, (ex hoc autem Suidae loco docet Küster. apud *Athen.* qui mentionem facit huius fabulae, libr. XV. p. 678. pro Κάτωνι rescribendum esse Βάτωνι·) Ἀνδροφόνος· Εὐεργέται. *Harl.*]

Batalus (mollis) dictus est Demosthenes in iuuentute, senex *argas*, serpens callidus.

Bessus, Corinthius, pseudophilosophus, cuius conuicia Apollonius Tyanensis Epistolis et sermonibus compescuit.

Biantis, Prienensis, δίκη, in causis orandis probitas coniuncta cum summa eloquentia. Hipponacti δικάζεσθαι Βίαντος τȣ͂ Πριηνέως κρείσσων.

Βίβλοι Θεȣ͂, per libros DEI intelligitur eius cognitio et perennis memoria. Psalm. CXXXIX. 16.

Bolus, (Βῶλος) Democriteus philosophus, scripsit ἱστορίαν καὶ τέχνην ἰατρικὴν, in qua agitur de sanationibus morborum, quae ab occulta naturae vi proficiscitur. — Ab hoc diuersus est apud Suidam *Bolus*, *Mendesius*, pythagoreus, qui scripsit. περὶ τῶν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἱστοριῶν εἰς ἐπίστασιν ἡμᾶς ἀγαγόντων, *de vtilitate, quam ex lectione historiarum capimus;* περὶ θαυμασίων, *de rebus mirabilibus;* φυσικὰ δυναμερὰ *de remediis physicis;* περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν. *De sympathiis et antipathiis;* περὶ λίθων κατὰ στοιχεῖον, *de lapidibus secundum ordinem alphabeticum;* περὶ σημείων τῶν ἐξ ἡλίȣ καὶ σελήνης καὶ ἄρκτȣ καὶ λύχνȣ καὶ ἴριδος, *de signis, quae ex inspectione solis, lunae, vrsae, lucernae et iridis obseruantur.*

[☛] Brachman, rex, qui regioni nomen dedit, scripsit leges Brachmanum et de eiusdem gentis rep. idiomate vernaculo.

Brachmanes, gens religiosissima, multasque opes possidens et habitans insulam oceani, quam Deus vt sortem illis adtribuit. Eo cum peruenisset Alexander Macedo, columnam erexit, cui haec verba fecit inscribi: Ἐγὼ μέγας Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἔφθασα μέχρι τȣ́τȣ, *ego magnus Alexander, rex, huc vsque perueni.* etc.

Brutus, dux exercitus apud Romanos, scripsit *epistolas*, et *epitomen historiarum Polybii.* Eius stilus et character epistolarum valde probatur.

Βοιώτιος νόμος cantilena Boeotica, prouerbium de iis, qui initio quieti sunt, postea vehementes se praebent.

Cadmus, Pandionis F. Milesius, qui primus, vt aiunt, historiam oratione soluta scripsit, Orpheo paullo iunior: *Origines Mileti et totius Ioniae libris IV.* Hunc aiunt primum litteras in Graeciam intulisse, quas primi Phoenices inuenerunt.

Cadmus, Archelai F. Milesius, historicus, iunior, (Lycius forsan est alius;) scripsit λύσιν ἐρωτικῶν παθῶν, *remedia amoris libris XIV. Historias atticas* libris XVI.

Caecilius, Siculus Callantianus [ee]), rhetor, Romae eloquentiam docuit ab Augusti temporibus ad Adrianum, ex seruitute manumissus et antea *Archagathus* vocatus, religione Iudaeus. Libros scripsit quamplurimos, *contra Phryges*, duos. *Eclogam vocum elegantiorum* secundum ordinem alphabeticum. *Comparationem Demosthenis et Ciceronis. Quaenam sit differentia, si quis imitetur Atticos vel Asianos. De charactere decem oratorum. Comparationem Demosthenis et Aeschinis. De Demosthenis orationibus germanis et spuriis. De iis, quae ab oratoribus vel secundum vel praeter historiae veritatem dicta sunt.* Item alia quam plurima. Miratur Suidas, Iudaeum rerum graecarum adeo peritum fuisse. Τοῦτο δὲ θαυμάζω, πῶς Ἰουδαῖος σοφὸς τὰ Ἑλληνικά.

Caesar Augustus, cognomento Octauianus, *de vita propria rebusque a se gestis* libros XIII. scripsit. [v. supra ad voc. *Augustus Caesar.*]

Caesar Tiberius, scripsit *epigrammata* et *artem rhetoricam.*

Caesarius, Gregorii, theologi, frater, scripsit varia, itemque *contra Graecos.*

Caianus, Arabs, sophista, discipulus Apsinis, Gadarensis, vixit Maximini et Gordiani temporibus, scripsitque περὶ συντάξεως, *de constructione libros V.* item *artem rhetoricam* et *declamationes.* Idem eloquentiam Beryti docuit.

[¶] Caius Iulius Caesar, primus Romanorum imp. scripsit *metaphrasin Phaenomenorum Arati;* et *artem grammaticam* latine; item *de vita propria.* Lege lata potestatem dedit seruis dominos accusandi. etc.

Caius Caesar, cognomento Caligula *artem rhetoricam* latine scripsit.

Calanus, Indus, vnus ex Brachmanibus; (sic quemuis sapientem Indi vocant,) in cuius honorem Alexander Magnus funebres ludos instituit, et vini potores bibendo inter se certare iussit propter Indorum vinositatem. Hic ad omnes quaestiones Alexandro apte respondit.

Callicas, Atheniensis, comicus, Lysimachi F. Fabulae eius sunt Αἰγύπτιος, Ἀταλάντη, Κύκλωπες, Πεδῆται, Βάτραχοι, Σχολάζοντες.

Callias, Syracusanus, in historia Agathocli, muneratori suo, adulatus, quem omnia diuina et humana iura violasse non ignorabat, eum pietate et humanitate omnes mortales antecelluisse scripsit. etc. *e Diodoro Siculo.*

Callimachus, Batti et Mesatmae F. Cyrenaeus, grammaticus, discipulus Hermocratis, Iasensis, grammatici, vxorem habuit Euphratis, Syracusani, filiam: sororem, Megatimam, cuius filius fuit Callimachus iunior, qui *de insulis* oratione ligata scripsit. Quamplurima omnis metri genere et soluta oratione composuit, vt libri eius numerum octingentorum superent. Litteras docuit in exiguo vico Alexandriae, Eleusine, donec commendaretur Ptolemaeo Philadelpho. Vitam produxit vsque ad Ptolemaeum Euergetem, qui regnum suscepit Olymp. CXXVII. 2. Ex scriptis eius sunt: Ἰοῦς ἄφιξις *Ius aduentus. Semele. Argorum origines. Arcadia. Glaucus. Elpides. Dramata*

ee) v. Kusteri not. ad h. l. Suidae II. pag. 285. *Harl.*

mata satyrica. Tragoediae. Comoediae. Μέλη siue *carmina lyrica. Ibis*, (quo obscuro poemate stilum acerbe strinxerat in Apollonium, Argonauticorum scriptorem, inimicum suum,) *Museum.* Πίνακες, *tabulae eorum, qui in quauis disciplina claruerunt, eorumque, quae scripserunt, libris CXX. Tabula et descriptio eorum, qui Comoedias et tragoedias docuerunt, ab initio et secundum seriem temporum. Index scriptorum et vocum inusitatarum Democriti. Nomina mensium apud singulas gentes et vrbes. Origines insularum et vrbium, nominaque earum mutata. De fluminibus Europae. De mirabilibus Peloponnesi et Italiae. De mutatis piscium nominibus. De ventis. De auibus. De fluminibus orbis terrarum. Miraculorum, quae in toto orbe terrarum sunt, collectanea.*

Callimachus, iunior, natus ex Megatima, Callimachi senioris sorore et Stasenore: poeta epicus, qui *de insulis* oratione ligata scripsit.

Callinicus, Caii F. Sutorius cognominatus, Sophista, Syrus, vel, vt alii tradunt, Arabicus, sed reuera Petraeus, qui docuit Athenis. Scripsit ad Lupum *de cacozelia rhetorica. Adlocutionem ad Galienum. Ad Cleopatram.* [P] *De Alexandrinis historiis* περὶ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἱστοριῶν *libros X. Aduersus philosophorum sectas. De Romanorum renouatione* περὶ τῆς Ῥωμαίων ἀνανεώσεως, et alia *encomia* atque *orationes.*

Calliphanes, Parabrycontis F. De iis, qui falsam variae eruditionis speciem prae se ferunt. Hic enim multorum poematum et orationum initia ad tres vsque vel quatuor versus recitans, variae doctrinae laudem affectabat.

Callisthenes, Demotimi vel Callisthenis F. Olynthius, discipulus Aristotelis eiusque ἀνεψιαδῆς consobrini filius. ἦν δὲ εὐφυὴς πρὸς τὸ αὐτοσχεδιάζειν καὶ ῥύμῃ πολλῇ φέρεσθαι. *promtus dicere ex tempore et rapido orationis impetu ferri.* Eum et Nearchum, tragicum, Alexander ferrea inclusum cauea interfecit, quod ipsi suaderet, ne ab Atheniensibus dominum se vocari pateretur, vel quod insidias regi struxisset. Alii tradunt periisse phthiriasi.

Capito, Lycius, historicus. Hic Isaurica libris VIII. scripsit, et Eutropii, qui Liuium, scriptorem latinum, in compendium redegit, epitomen graece vertit. Idem etiam de Lycia et Pamphylia scripsit.

Carcinus, Agrigentinus, tragicus, et Carcinus, Theodectis vel Xenoclis F. Atheniensis, tragicus. Fabulas edidit CLX. vicit vna. Floruit Olympiade centesima ante regnum Philippi Macedonis. Ex dramatibus eius sunt μύες *mures;* tum *Achilles* et *Semele*, vt ait Athenaeus etc. *Xenocles*, Carcini F. multis machinis ad percellendos spectatores in tragoediis suis vsus fuisse videtur, quem ideo Plato δωδεκαμήχανον adpellat. Carcini poemata αἰνιγματώδη. Carcinus enim Orestem, ab illo caedem matris coactum fateri, verbis respondentem inducit. [Suidas separauit illos, fecitque duo diuersos Carcinos.]

Carica Musa, i. e. cantilena tristi et lugubri. Solebant enim Cares θρηνῳδοί τινες εἶναι, lugubria carmina canere et alienos mortuos mercede lugere. Quidam accipiunt pro barbara et obscura, quia Cares barbare loquebantur.

Carneades, Afer, Cyrenaeus, Philocomi F. Philosophus, nouae academiae auctor: quo mortuo lunam defecisse et solem obscuratum fuisse tradunt.

Carneades alter, Atheniensis, philosophus, Anaxagorae discipulus.

Castor, Rhodius, vel Galata, vel, vt falso alii, Massiliensis, orator φιλορώμαιος, *amicus Romanorum* nuncupatus. Hic, ducta Deiotari, senatoris (rom.) filia, ab ipso cum vxore sublatus est, quod eum apud Caesarem criminatus [ꝑ] esset. Scripsit *descriptionem Babylonis* et *catalogum eorum, qui maris imperium obtinuerunt, libris duobus.* Χρονικὰ ἀγνοήματα, *de iis, quae a chronologis ignorata fuerunt: de argumentis oratoriis libros V. de persuadendi ratione; de Nilo; artem rhetoricam* et alia.

Casius Iupiter. — Casii Pelusiotae naturali quadam solertia nodos implicare norant, laqueos cum laqueis connectentes. Vnde *nodi Casioticis similes.* Suidas partem adtulit epigrammatis, quod Kuster in not. tom. II. pag. 249. post Salmasium, integrum ex codice anthol. ineditae adposuit et explicuit.

Cato a Romanis dictus Demosthenes etc. *ex Appiano.*

Cebes, Thebanus, philosophus, Socratis discipulus, cuius tres circumferuntur dialogi, *Septima, Phrynichus* et *Tabula.* ἔστι δὲ τῶν ἐν ᾅδῃ διήγησις, *haec continet narrationem eorum, quae apud inferos fiunt.* Et alia quaedam.

Cecidius, poeta dithyrambicus, valde antiquus, cuius meminit Cratinus Panoptis, et Aristophanes (Nubibus.)

Celsinus, Eudori F. Castabalensis, philosophus, scripsit συναγωγὴν πάσης αἱρέσεως φιλοσόφου, *collectionem, in qua omnium sectarum philosophicarum dogmata recenset,* itemque alia.

Cephalio siue Cephalo, Gergethius, orator et historicus, qui fuit Adriani tempore, et patria propter principum inuidiam relicta, in Sicilia vitam egit. Scripsit παντοδαπὰς ἱστορίας, variarum historiarum libros IX. quos Musas inscripsit, dialecto Ionica. Item declamationes rhetoricas et alia.

Cephalus, Atheniensis, orator et demagogus, qui primus prooemia et epilogos composuit et tempore anarchiae vixit. Filia ipsi fuit Oea.

Cephisodemus, Atheniensis, orator loquax et peritus causarum patronus, Periclis aduersarius aemulusque.

Cephisodorus, Atheniensis, tragicus, (comicus potius) antiquae tragoediae (comoediae) poeta. Ex eius fabulis sunt Ἀντιλαΐς, Ἀμάζονες, Τροφώνιος, ὗς. Alius Cephisodorus, qui vt bardus et stupidus a comicis perstringitur. Alius, magister equitum, qui cum Gryllo, Xenophontis filio, ad Mantineam occubuit. v. Kusteri not. II. pag. 311.

Chaeremon, comicus ff), ex cuius dramatibus sunt Τραυματίας, Οἰνεύς, Ἀλφεσίβοια, Κένταυρος, Διόνυσος, Ὀδυσσεύς, Θυέστης, Μινύας.

Alius Chaeremon, qui scripsit Hieroglyphica.

Chaerephon, Socrati maxime familiaris: huius nullum scriptum exstare dicitur. Cum fratre graues exercentem inimicitias monuit Socrates, nullum etiam oculorum vel manuum aut pedum esse usum, nisi concordes fuerint. *ex Xenophonte,* lib. II. M. S.

Chaeris, citharoedus etc.

Chalcenterus dictus est Didymus, grammaticus, propter adsiduum studium, quod libris impendit: aiunt enim, super tria millia librorum eum scripsisse.

Chaldaei,

ff) Imo *tragicus.* Eum quidem Athenaeus XIII. pag. 562. expresse nominat tragicum, et nomina fabularum rei veritatem quoque testantur. v. *Kuster.* not. tom. III. pag. 661. *Harl.*

Chaldaei, nomen gentis, in aſtronomia exercitatiſſimae. Χαλδαϊκὰ ἐπιτηδεύματα etc.

Chanaan, a quo Chananaei, a Ioſua regione ſua expulſi, qui deinde Africam incoluere, καὶ εἰσὶ μέχρι νῦν αἱ τοιαῦται πλάκες, ἐν τῇ Νεμιδίᾳ περιέχουσαι ἔτως· ἡμεῖς ἐσμὲν Χαναναῖοι, ὃς ἐδίωξεν Ἰησοῦς ὁ λῃστής.

Charax, Pergamenus, ſacerdos et philoſophus, de quo epigramma vetus, Suidae lectum. Scripſit graecarum hiſtoriarum libros XL. Secundo libro meminit Auguſti, vt imperatoris, iam olim defuncti: et libro ſeptimo Neronis et eorum, qui poſt illum imperitarunt.

Charax, Sapphonis frater.

Charetis pollicitationes de iis, qui facile quiduis pollicentur, vt Chares quondam dux Athenienſium.

Charmus, Syracuſanus, in ſingula opſonia, quae conuiuis apponebantur, verſiculos et proverbia in promptu habebat. (quae apud Suidam ſequuntur, iam fuere ſupra, v. Athenaeus, ſunt autem haec: Clearchus, Solenſis, poema illud Δειπνολογίαν vocat, alii Ὀψολογίαν, Chryſippus Γαστρονομίαν, alii Ἡδυπάθειαν.

Charon, Lampſacenus, Pythoclis F. qui tempore primi Darii floruit Olymp. LXXV. hiſtoricus. Scripſit *Aethiopica*, *Perſica libris II. Graeca libris IV. De Lampſaco libris II. Libyca. Fines Lampſacenorum libris IV. Prytanes* ſiue *Archontes Lacedaemoniorum*, quod eſt opus chronologicum. *Origines vrbium*, *libris II. Cretica libris III.* in quo opere etiam leges, a Minoe latas, refert. *Nauigationem circa oram maritimam extra columnas Herculis.*

Charon, Carthaginienſis, hiſtoricus, ſcripſit de tyrannis, quotquot in Europa et Aſia fuerunt; vitas illuſtrium virorum libris IV. mulierum item vitas libris IV.

Charon, Naucratita, hiſtoricus. Scripſit *de ſacerdotibus Alexandrinis et Aegyptiis* et res ſub vnoquoque geſtas. *De regibus*, qui priſcis temporibus in vnaquaque gente fuerunt. *De Naucrate.* item alia quaedam *de Aegypto.*

Chemia, ſiue ars conficiendi argenti et auri. Diocletianus, Aegyptiis infeſtus, libros de chemia, a veteribus ſcriptos, perquiſiuit et igni tradidit, ne ex arte huiusmodi illis opes, et ex opibus fiducia rebellandi poſthac ſuppeteret.

Χῆνα ὀμνύναι, *per anſerem iurare.* Ne ad omnes res nomen Dei adhiberetur, Rhadamantus per anſerem et arietem iurare iuſſit, non, vt quidam, Socrates.

[?] Χιάζειν, *Chios imitari.* Praxidamas, Democratum, Chium, et Theoxenidem, Siphnium, ait, primos poemata, pacta mercede, conſcripſiſſe, πρώτους ἐπὶ χρήματος τάξαι ἰδίαν ποίησιν. *Ex Iſocrate ad Idotheam.*

Chilo, Damageti F. Lacedaemonius, vnus ſeptem ſapientum, fuit breuiloquus. Quare Ariſtagoras, Mileſius, hunc modum dicendi *Chilonium* adpellat.

Chionides, Athenienſis, comicus antiquae comoediae, cuius aiunt principem fuiſſe et octo annis ante bellum Perſicum fabulas docuiſſe, e quibus ſunt Ἥρως, Πτωχοὶ, Πέρσαι ἢ Ἀσσύριοι.

Chiron, Centaurus, qui primus medicinam herbariam inuenit. Scripſit ὑποθήκας *praecepta*, verſibus, ad Achillem. Item Ἱππιατρικὸν, *Medicinam veterinariam.* quare etiam Centaurus eſt adpellatus.

Choerilus,

Choerilus, Atheniensis, tragicus, qui Olymp. LXIV. in scena certare coepit, docuit fabulas CL. vicit XIII. Hic, vt quidam tradunt, et laruarum et vestitus scenici primus auctor fuit.

Choerilus, Samius, vel Iasensis, aut Halicarnassensis, aequalis Panyasis et adolescens iam Persici belli temporibus, Olymp. LXXV. Idem seruus fuisse traditur Samii cuiusdam, forma pulcerrima praeditus: et Samo profugus cum Herodoto, historico, operam daret, litterarum et eloquentiae amore captus fuisse: cuius etiam amasium fuisse dicunt. Animum ad poeticam adpulit et in Macedonia obiit apud Archelaum, tunc eius regem. Scripsit *victoriam aduersus Xerxem* reportatam ab Atheniensibus, pro cuius poematis singulis versibus aureum staterem accepit. Decretum insuper fuit, vt poema illud cum Homeri carminibus recitaretur. *Lamiaca.* Et alia quaedam eius poemata circumferuntur.

Choriambicis versibus Aesopias fabulas scripsit libris X. Babrias seu Babrius, de quo supra.

Χορικὸς, *chori dux et magister.* Talis fuit Agathon, qui histrionica carmina, ὑποκριτικὰ μέλη, composuit, et ipse histrionem in scena egit. (infra in Myrmex.)

Χορὸν δίδωμι, *chorum do,* idem valet ac gloria excellere ac vincere. Nam apud Athenienses comici et tragici poetae chorum impetrabant non omnes; sed clariores dignique habiti, postquam artis suae specimen edidissent.

Χορὸς, in ecclesiis cantantium coetus. Ecclesiarum chori diuisi fuere in duas partes tempore Constantii, Constantini M. filii, et Flauiani, episcopi Antiochiae, bifariam Dauidis psalmos canentes. Qui mos [P] (antiphonarum), Antiochiae primum coeptus, totum terrarum orbem postea peruasit.

Chosroem, regem Persarum, depraedicant supra ipsius meritum non tantum Persae, sed et nonnulli Romanorum, vt litterarum amatorem quique ad philosophiae nostrae culmen euaserit, cum ei graecanica scripta ab interprete quodam in persicam linguam essent conuersa, ita vt Aristotelem melius edidicerit, quam Demosthenes Thucydidem, et platonicis dogmatibus totus esset refertus, vt nec Timaeus eius intelligentiam effugerit, nec Phaedon nec Gorgias etc. *ex Agathia.*

Christodorus, Panisci F. ex Copto, vrbe Aegypti, poeta epicus, Anastasii imp. temporibus. Scripsit *Isaurica libris VI.* siue de Isauriae expugnatione, ab Anastasio facta; Πάτρια siue *Origines CPolis,* versibus heroicis *libris XII. Origenes Thessalonices libris XXIV. Origines Nacles* prope Heliopolim, in qua sunt Aphaca. *Origines Mileti,* vrbis Ioniae. *Origines Trallium. Origines Aphrodisiadis. Ecphrasin* siue *descriptionem statuarum in gymnasio Zeuxippi,* et alia multa.

Chrysanthius, Sardianus, philosophus, quem Iulianus per litteras arcessiuit. Ille vero suo loco mansit, a vana gloria alienus et diuino nutu omnia faciens. *Ex Eunapio.*

Chrysippus, Apollonidae F. Solensis, vel Tarsensis, philosophus, discipulus Cleanthis, post quem stoicae scholae praefuit, et obiit aetatis anno LXXIII. ob haustum auidius merum vertigine correptus, vel, vt alii, ob nimium risum Olymp. CXLIII. Conscripsit libros plures quam DCC. philosophicos, historicos et grammaticos. Sophismata quaedam Chrysippi Suidas adfert e Laertio.

Ad

Ad Chryſogonum, confeſſorem, epiſtolas duas Anaſtaſiae, martyris, a Publio, ſuo marito, idolorum cultore, liberari cupientis, una cum Chryſogoni reſponſionibus Suidas adſcribit integras, de quibus confer Menagiana, tom. IV. pag. 208. edit. Amſt.

Cicilius, Argiuus, poeta epicus, qui Halieutica ſcripſit verſibus, vt Numenius Heracleota, Pancrates Arcas, Poſidonius Corinthius, Oppianus Cilix: oratione vero ſoluta Seleucus Tarſenſis, Leonides Byzantinus, Agathocles Atracius.

Cimon, Miltiadis filius, etc. adde ſupra v. *Apſyrtus.*

Cineſias, poeta dithyrambicus, qui ob impietatem et iniuſtitiam male audiebat.

Cinyras, filius Thiantis, regis Cypri, valde diues et artis muſicae egregie peritus.

Κειτȣ́κειτος, Vlpianus, vnus dipnoſophiſtarum, (apud Athenaeum,) ita dictus, quia de ſingulis vocibus ſolebat interrogare *κεῖται ἢ ȣ̓ κεῖται*, *exſtat*, *an non exſtat*, (in probatis ſcriptoribus?)

[¶] Claudianus, Alexandrinus, poeta heroicus recentior, qui Arcadii et Honorii impp. temporibus vixit.

Cleanthes, Caſſius, Phaniae F. Aſſius, diſcipulus Cratetis, deinde Zenonis, cui etiam ſucceſſit: magiſter Chryſippi, philoſophi Solenſis, et Antigoni, regis. Hic pugil antea, Athenas profectus, philoſophiae amore captus eſt: laborioſus, vt alter Hercules diceretur, et *Φρεάντλης*, quia, quum non haberet, vnde viueret, noctu mercede aquam hauriebat, interdiu diſciplinis et libris vacabat. Scripſit plurima.

Clearchus, Solenſis, varia ſcripſit.

Clearchus, Ponticus, Athenas profectus eſt audiendi Platonis cauſſa. Sed in ſomnis vidit mulierem, ſibi dicentem: *Excede academia et linque philoſophiam, qua f. ui tibi fas non eſt, infenſo enim vultu te intuetur.* Hinc in patriam rediit, deinde venit ad Mithridatem, denique Heracleotarum tyrannus quum euaſiſſet, crudeliter imperauit, veſtibus, quales conſpiciuntur in ſimulacris Deorum, inſolenter ſe induit, filium *κεραυνὸν fulmen* adpellauit. Interfectus a Chione, Leonide et Antitheo diſcipulis Platonis, philoſophi.

Clemens, hiſtoricus, ſcripſit de Romanorum regibus et imperatoribus, et ad Hieronymum de figuris Iſocraticis et alia.

Cleobius, nomen ſacerdotis idolorum.

Cleobuline, Lindia, Cleobuli, ſapientis, filia, *ἑξαμέτρων αἰνιγμάτων ποιήτρια*, ſcripſit verſus et griphos et celebre illud aenigma in annum, quod incipit: *εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δὲ δυώδεκα, τῶν δὲ ἑκάςῳ παῖδες τριάκοντα.*

Cleobulus, Euagorae F. Lindius, vnus ſeptem ſapientum, viribus corporis et formae praeſtantia excellens, qui etiam Aegyptiorum philoſophia inſtitutus fuit. Scripſit *ᾄσματα καὶ γρίφȣς εἰς ἔπη τρισχίλια*, *cantica et gryphos verſibus hexametris ad ter mille.* Obiit ſenex anno aetatis LXX. Filia eius Cleobuline. Apophthegmata quaedam (e Laertio) Suidas recitat et fragmentum ex epiſtola ad Solonem.

Cleophon, Athenienſis, tragicus, ex cuius dramatibus ſunt Ἀκταίων, Ἀμφιάραος, Ἀχιλλεὺς, Βάκχαι, Δεξαμενὸς, Ἠριγόνη, Θυέςαι, Λεύκιππος, Περσὶς, Τήλεφος.

Cleoxenus et Democlitus ſcripſerunt *περὶ πυρσῶν* de facibus, quibus in bello ſignum ex compoſito datur. Horum opus Polybius, Megalopolita, correxit, vt ipſe in hiſtoria ſua refert. [conf. *Polyb.* X. c. 39. et *Wernsdorf* ad Himerii orat. de laudibus vrbis

CPol. et Iuliani Aug. a me editam, Erlangae 1785. 8. pag. 60. ſqq. nuperque de hac re diſputatum eſt a *Bredow* in *Henningii* libr. menſtruo: Genius der Zeit. M. Iun. 1797. pag. 162. ſqq. de Telegraphia Graecor. et Romanor.]

Κοινὸν γραμματεῖον καὶ ληξιαρχικόν. Tabula communis dicebatur ea, in qua ſcribebantur nomina illorum, qui in curialium et familiarum nobilium [⁋] numerum referebantur. Lexiarchica vero, cui inſcribebantur illi, qui inter plebeios referebantur.

Coluthus, Lycopolita, Thebanus, poeta epicus, temporibus Anaſtaſii imp. Scripſit Chalydonica libris VI. Encomia verſibus heroicis et Perſica.

Corax, Syracuſanus, rhetorices inuentor: in hunc et eius diſcipulum, Tiſiam, dictum fuit: *mali corui, malum ouum.* Confer Suidam in Κακοῦ κόρακος.

Corinna, Theſpia, lyrica, quam alii Corinthiam fuiſſe dixerunt, ſcripſit nomos lyricos.

Corinna, iunior, Achelodori et Procratiae filia, Thebana, vel Tanagraea, diſcipula Myrtidis, Myia cognominata, lyrica, quae quinquies, vt ferunt, Pindarum vicit. Scripſit (carminum) libros V. itemque epigrammata et cantica lyrica.

Corinnus, Ilienſis, poeta heroicus, (Homero, vt quidam putant, antiquior,) qui primus *Iliadem* ſcripſit, durante adhuc bello Troiano. Palamedis diſcipulus, doricis litteris a Palamede inuentis, (opus ſuum), exarauit. Scripſit etiam bellum Dardani aduerſus Paphlagonas: vt Homerus totum poematis ſui argumentum ab eo ſumſerit.

Cornelius, epiſcopus, qui a Nouati communione receſſit.

Cornutus [gg]). Duo Romani hiſtorici fuerunt, Titus Liuius, cuius celebre et illuſtre eſt nomen: et Cornutus. Cornutum diuitem multi audiuerunt adſentationis cauſſa et propter haereditatis ſpem; Liuium pauci, ſed praeclari. Liuium omnes iam norunt, Cornutum nemo fere.

Cornutus, ex Lepti, Africae oppido, philoſophus Romae vixit temporibus Neronis et ante eum: interfectus cum Muſonio. Scripſit multa philoſophica et oratoria. v. Küſteri not.

Cothurnus vocabatur Theramenes Athenienſis orator, Prodici, Ceii, diſcipulus. Dicitur autem de homine verſatili et leui. Hic enim et XXX. tyrannis et populo fauebat. Infra in Δεξιός.

Crates, Athenienſis, (veteris comoediae) comicus, Epilyci, poetae epici, frater. Comoediae ipſius: Γείτονες, Ἥρωες, Θηρία, Λαμία, Πεδῆται, Σάμιοι. Scripſit et oratione ſoluta nonnulla.

Crates, Athenienſis, comicus alter, etiam ipſe ex veteri comoedia, cuius tres circumferuntur fabulae: Θησαυρός, Ὄρνιθες, Φιλάργυρος.

Crates, Aſcondae F. Thebanus, philoſophus cynicus, diſcipulus Diogenis et Bryſonis, Achaei. Nuptias ſuas cum Hipparchia Maronitide *κυνογαμίαν*, *canum matrimonium* adpellavit, ex quo ſuſcepit Paſiclem. Vixit Olympiade CXIII. cognominatus *Θυρεπανοίκτης*, quod in [⁋] cuiusuis domum audacter ingrederetur. Scripſit philoſophica etc.

Crates, Timocratis F. Mallotes, philoſophus ſtoicus, cognominatus Homericus et criticus ob ſtudium rei grammaticae et poeticae: aequalis Ariſtarchi, grammatici, tempore

gg) Miror, ait Küſter not. tom. II. pag. 350. vnde haec Suidas. Certe ex nullo, vt puto, ſcriptorum, qui quidem hodie adhuc exſtant. *Harl.*

pore Ptolemaei Philometoris. Scripsit *correctionem Iliadis et Odysseae libris IX.* (περὶ λιμένων, laudante id opus *Eustath.* ad Odyss. I. pag. 1613. 39.) et alia.

Cratinus, Callimedis F. Atheniensis, comicus antiquae comoediae, λαμπρὸς τὸν χαρακτῆρα, genere dicendi splendido usus etc. Scripsit fabulas XXI. vicit IX.

Creophylus, Astyclis F. Chius, vel Samius, poëta epicus, quem nonnulli Homeri generum fuisse aiunt; alii amicum tantum, a quo, quum hospitio eum excepisset, poema Οἰχαλίας ἅλωσιν *Oechaliae excidium* acceperit. v. Kusteri not. II. p. 273.

Criton, Athniensis, philosophus, Socratis discipulus et amicus, omnia ipsi largitur necessaria. Scripsit *Socratis defensionem.*

Criton, qui Getica scripsit.

Criton, Naxius, historicus, scripsit *Octaëteridem*, quam Eudoxi dicunt esse.

Criton, Pieriotes, ex Pieria, Macedoniae oppido, historicus. Scripsit *Pallenica. Syracusarum origines. Persica. Res Siculas. Syracusarum descriptionem. De Macedonum imperio.*

Ctesias, Ctesiarchi siue Ctesiochi filius, Cnidius, medicus, curauit Artaxerxem Mnemonem, et scripsit *Persica*, libr. XXIII.

Ctesiphon unus e decem, qui cum Demosthene et Aeschine legationem obiuerunt. Alius, qui decretum de (aurea) corona, Demostheni danda, scripsit, contra quem exstat Aeschinis oratio.

Κύκλια. Quae unius eiusdem erant argumenti, cyclia vocabantur, vt cantica, hymni, prosodia et carmina, quae in virgines canebantur.

Κυκλιοδιδάσκαλος. Cycliorum chororum magister. Primus Lasus, Hermionensis, cyclios choros instituit.

Κυκλίων τε χορῶν ἀσματοκάμπτας vocabant musicae corruptores ac difficilem illam modulandi rationem, quam Phrynis introduxit, sectantes, vel sophistas poetas dithyrambicos cycliorum chorum magistros, vt Cinesiam et Cleomenem et Philoxenum. Quod autem scripta illorum sub harmoniam non cadant, ideo flexus habent plures, quos musici vocant strophas et antistrophas et epodas. Quare etiam in tragoediis chori sunt instituti.

Κυνήγιον locus (CPoli), vbi statuae quaedam positae, quarum unam, minime longam, sed valde latam et crassam, Theodoro, anagnoste, admirante, Himerius chartularius rogauit, quisnam Cynegium condidisset? tum ille: Maximinus condidit, Aristides vero dimensus est. Quo dicto, statua, ex alto delapsa, Himerium oppressit. Ioannes quidam, philosophus, se scriptum inuenisse dixit, fore, vt ab illa statua clarus vir opprimeretur. Itaque Philippicus, imperator, eam terra obrui iussit.

Cynismus, secta philosophorum, compendiariam ad virtutem viam se tradere et secundum virtutem viuere profitentium, vt fuere Diogenes et Zeno, Cittieus. etc.

Κύρβεις, tabulae triangulares, in quibus leges de rebus sacris et ciuilibus et poenae maleficorum inscriptae erant: ἄξονες, tabulae quadratae, in quibus leges de rebus priuatis etc. Asclepiades vero tradit, eas a Cyrbi quodam, qui sacrificiorum modum et rationem ad certas leges reuocauerat, adpellatas esse, vt auctor Phanias, Eresius (ita leg.). Vel nomen acceperunt a Corybantibus. Eorum enim inuentum esse cyrbes, Apollodorus testatur. *Abacus* erat ingens, viri magnitudine, cui aptata erant ligna

gna quadrata, quae latera lata et litterarum plena habebant. Utrinque vero erant fibulae ferreae, vt a legentibus moueri et verfari poffent etc.

Cyrenaica fecta initium duxit ab Ariftippo, philofopho.

Cyrillus, diaconus Heliopoli ad Libanum. Hic Conftantini M. temporibus multa idola confregit. At Iuliani aetate, (inimici Chriftianorum,) ventrem eius diffecuerunt et iecus deguftarunt.

Cyrus, Panopolita, poeta, a Theodofio iuniore praefectus praetorii et vrbis creatus eft, fuitque confularis et patricius. Nam Eudocia, Theodofii coniux, amans poefeos, Cyrum in fummo pretio habuit, quae quum ab aula fecederet et, in Orientem profecta, Hierofolymis commoraretur, Cyrus, inimicorum infidiis circumuentus, Cotyaeum, ciuitatem Phrygiae, relegatus eft, vt facris ibi praeeffet, vitamque produxit vsque ad Leonem, imp. Conf. *Reinef.* varr. lection. lib. III. pag. 561. et Kufter. ad Suidam II. pag. 402. not. 10.

Daedali opera. De egregiis artificibus dicitur, quod is primus fimulacrorum oculos aperuit et pedes diduxit praeter antiquiorum ftatuariorum confuetudinem.

Damafcius, philofophus ftoicus, Syrus, Simplicii et Eulalii, Phrygum, amicus, floruit tempore Iuftiniani. Scripfit ὑπομνήματα *commentarios in Platonem*, et περὶ ἀρχῶν, *de principiis*, et *hiftoriam philofophicam.*

Damaftes, Sigeenfis, e Sigeo, ciuitate Troadis, Dioxippi F. vixit ante bellum Peloponnefiacum, aequalis Herodoti, homo ditiffimus et hiftoricus. Scripfit de rebus, in Graecia geftis. De parentibus et maioribus eorum, qui expeditionem Troianam fufceperunt, libros duos. Gentium et vrbium catalogum. De poetis et fophiftis, et alia multa. Fuit Hellanici difcipulus.

[⁋] Damafus, epifcopus Romae, eleganti in verfibus componendis ingenio praeditus, multa eaque breuia carmina, metro heroico fcripta, edidit et octogenarius Theodofii imp. tempore mortuus eft. Scripfit et alia multa.

Damianus, Ephefius, fophifta, ab imp. Seuero inter confules relatus eft et Bithyniae praefuit, et porticum, quae ab vrbe Ephefo ad templum vsque pertinet, tholis ornauit.

Damis, vir non indoctus, veterem incolens Ninum. Hic, apud Apollonium (Tyanenfem) philofophatus eius peregrinationes defcripfit, in quibus fe quoque comitem eius fuiffe fcribit: itemque fententias et fermones et praedictiones eius. Dictio eius, vt Affyrii, mediocris eft: graecae enim orationis elegantia, vtpote apud barbaros inftitutus, carebat. etc.

Damocritus, hiftoricus, *Tacticorum* libros duos fcripfit. Idem *de Iudaeis*, in quo opere ait, eos aureum afini caput adorare, et feptimo quoque anno peregrinum captum facrificare et interficere, carne eius minutatim diffecta.

Damophilus, philofophus et fophifta, (Bithynus,) alumnus Iuliani, qui fub Marco, imperatore, conful fuit. Scripfit multa, inter quae in bibliothecis haec a me reperta funt. *Philobiblus* liber vnus [hh]) de libris comparatu dignis ad Lollium Maximum περὶ βίϐ ἀρχαίων, *de vita veterum* et alia plurima.

Damoftratus,

hh) Φιλόβιβλος. πρῶτος περὶ ἀξιοκτήτων βιβλίων· fic in textu graeco legitur. Fabricius igitur poft φιλοβιβλ. commode punctum delet, vertitque πρῶτος *liber vnus.* Sed Küfter, quem punctum offendiffe

Damoſtratus, hiſtoricus. Scripſit *Halieuticorum libros XX.* item περὶ τῆς ἐνύδρȣ μαντικῆς *de diuinatione per aquam*, et alia miſcellanea hiſtorici argumenti.

Damoxenus, Athenienſis, comicus. Ex fabulis eius σύντροφοι et ἑαυτὸν πενθῶν laudantur ab Athenaeo.

Daphidas, Telmiſſenſis, grammaticus, Homerum eiusque poeſin mendacii arguit, negans, Athenienſes Iliacae expeditioni interfuiſſe. Idem oraculum vt derideret, ex Pythia rogauit, num equum reperturus eſſet? Reſponſo igitur dato, celeriter reperturum, paſſim iactauit, equum ſe nec habuiſſe nec amiſiſſe. Sed reuerſum Attalus, rex, praecipitari iuſſit ex loco, qui equus adpellabatur etc.

Datis, Perſa, quum graece loqui conaretur, pro χαίρω dixit χαίρομαι, iungens verba: ἥδομαι καὶ χαίρομαι καὶ εὐφραίνομαι. Hinc Datismus nomen accepit. (pro ſoloecismo.)

Decius, Romanorum imp. Philippi ſucceſſor, edicto Chriſtianos morti addixit, et, vt deos adorarent, coegit.

[⁋] Δηλίȣ κολυμβητȣ̃, *Delii natatoris.* De obſcuro Heracliti libro rogatus Socrates, *Delium natatorem* eſſe oportere dixit, qui in illo non ſubmergeretur. Inſcribitur ille ab aliis *Muſae*, ab aliis *de natura:* a Diodoto ἀκριβὲς οἰάκισμα πρὸς ςάθμην βίȣ *certa vitae ad normam dirigendae ratio.* Ab aliis: γνώμη ἠθῶν, *regula morum* vel κόσμος τρόπων ἑνὸς τῶν ξυμπάντων, *ornatus morum vnius omnium optimi.*

Demades, Demeae, nautae, F. ex naupego et nauta ad negotia reip. tractanda acceſſit et contra Demoſthenem, Olynthiorum cauſſam agentem, dixit, et Euthycratem, Olynthium, ab Athenienſibus ignominia notatum, decreto ſuo in integrum reſtituit. Magiſtratus autem, a ſe geſti, rationes reddere iuſſus, ob metum vrbe ceſſit, *nec ipſe veſtrum*, inquit, (*Athenienſes*,) *nec mei eſtis Domini.* Scripſit ad Philippum, filiumque ad eum miſit. Decretum quoque ſcripſit, vt Graeci Philippo parerent. Idem in pugna Chaeronenſi captus eſt. Dimiſſus vero legationem captiuorum gratia obiit, quos Philippus dimiſit. Bis decretorum, contra leges factorum, reus peractus eſt. Remp. etiam ſub Alexandro geſſit. [Suidas plura in duobus, vt ita dicam, articulis de Demadis narrat ſcriptis et trium perſequitur Demadum hiſtoriam.]

Demades, Laciades, Athenienſis orator, natus ex tibicina et a ſuperiore Demade, demagogo, adoptatus, pater Demeae, oratoris, periit in lacu Amphipolitano, in quem ab Antipatro, Caſſandri patre et Alexandri ſucceſſore, coniectus fuit. [conf. ſupra, vol. II. pag. 868. ſqq.]

Demetrius, Phanoſtrati F. Phalereus, (e Phalero, portu Atticae, qui ante Phanus,) philoſophus peripateticus, qui philoſophica, hiſtorica, rhetorica, politica, itemque de poetis ſcripſit. Theophraſtum audiuit et orator popularis Athenis fuit. Ob formae elegantiam in adoleſcentia dictus Lampeto et Charitoblepharus, et ob amores Cleonis male audiit. Ad magnam poſtea potentiam gloriamque prouectum, inuidi artibus et dolis

diſſe videtur, ſe, fatetur, non videre, quid voc. πρῶτος hic ſibi velit. Deleto igitur voc. πρῶτος locum ſic legendum putat, φιλόβιβλος, ἢ περὶ ἀξιοχτ. βιβλ. atque in verſione latina illam ſuam opinionem ſequutus reddit: *Philobiblus ſiue de libris comparatu dignis.* Praeter ea adnotat, Telephum Pergamenum et Philonem Byblium libros ſimilis argumenti conſcripſiſſe. *Harl.*

dolis suis subruerunt. Athenis igitur pulsus in Aegyptum venit et, apud Ptolemaeum Soterem degens, morsu aspidis periit et in praefectura Busiritide prope Diospolin, in paludibus sitam, sepultus est.

Demetrius, cognomento Ixion, grammaticus Atramyttenus, Augusti temporibus Pergami vixit, scripsitque *de verbis in μι, περὶ ἀντωνυμιῶν de pronominibus.* In Homerum commentarium et in Hesiodum. Ixion dictus est, quod deprehensus esset in furto, aureas bracteas simulacri Iunonis Alexandrinae surripere conatus; vel, quod Euripidio Philotimo Ixionem, fabulam, abstulisset; vel, quod cum Aristarcho, magistro, contendisset, [?] ingratus, velut Ixion aduersus Deos, qui eum beneficiis adfecerant.

Democedes, Calliphontis, qui Cnidi Aesculapii sacerdos fuit, filius, Crotoniates, Aeginae artem medicam exercuit et vxorem duxit. Polycratem, tyrannum, pacta mercede duorum talentorum, curauit. Curauit etiam Darium eiusque vxorem, Atossam, per quam impetrauit, vt in Graeciam redire sibi liceret. etc. (*Ex Herodoto.*) Scripsit *ἰατρικὸν βιβλίον* librum medicum.

Demochares, Demosthenis ex sorore nepos, praetura et ceteris honoribus ornatus ab Atheniensibus, teste Polybio; Timaeus tamen eum tamquam libidinosissimum et Botryis ac Philaenidis commentarios obscoenitate sua superantem traduxit.

Democritus, Hegesistrati vel Athenocriti vel Damasippi F. vixit eo tempore, quo Socrates, circa Olymp. LXXVII. vel LXXX. Abderita Thrax, philosophus et discipulus, vt quidam tradunt, Anaxagorae et Leucippi: quin etiam, vt alii scribunt, Magorum et Chaldaeorum in Persia. Adiit enim et Persas et Indos et Aegyptios et singulorum sapientiam addidicit. Deinde domum reuersus cum fratribus, Herodoto et Damaste, vixit. Praefuit et Abderitarum reip. qui honor propter sapientiam ipsi habitus fuit. Discipulus eius illustris fuit Metrodorus, Chius, cuius vicissim auditores fuerunt Anaxarchus et Hippocrates, medicus. Idem cognominatus *Σοφία, Sapientia*, et *Γελασῖνος, risor*, quod inania hominum studia ridere soleret. Genuini eius libri sunt duo, *μέγας διάκοσμος magnus diacosmus*, et *περὶ φύσεως κόσμου de natura mundi.* Scripsit etiam *Epistolas.* Athenas non adiit etc. *e Laërtio.* Morti vicinus circa Thesmophoriorum festum, ne illa luctu hoc celebrare prohiberetur, panibus calentibus ad nares admotis vitam ad festum vsque produxit.

Demodocus, cantor.

Demophilus, episcopus CPol. rapidi vagique torrentis instar plurimum luti et sordium in sermonibus suis vehens etc. *e Philostorgio.*

Demosthenes, Atheniensis, Demosthenis, gladiorum fabri, et Cleobulae F. orator, populo Paeaniensis, qui maiore diligentia et studio, quam ingenii felicitate praeditus fuit, vt auctor est Hermippus etc. (vide supra Batalus.) Ad studium eloquentiae animum adpulit, quum Callistratum, pro Oropiis dicentem, vidisset. Audiuit Isaeum, Isocratis discipulum, vsusque est orationibus Zoili, Amphipolitae, qui Athenis eloquentiam docuit, itemque Polycratis, et Alcidamantis, (Gorgiae discipuli,) et ipsius Isocratis. In eloquentiae studio socios habuit [?] Aesionem, Atheniensem et Theopompum, Chium, philosophum. Praeterea audiuit Eubulidem, dialecticum, et Platonem. Decessit in Calabria, quo prae metu Antipatri, regis Macedoniae, fugerat, quum per Archiam, histrionem, vi abstrahendus esset, hausto in aede Neptuni veneno, quod in annulo circum-

circumferebat, poſtquam vixiſſet annos LXII. etc. Mortuo ſtatua Athenis in foro poſita eſt, his verbis baſi inſcriptis: *Si pares animo vires, Demoſthenes, habuiſſes, numquam Macedones armis Graeciam ſubiugaſſent.*

> Εἴπερ ἴσην ῥώμην γνώμῃ, Δημόσθενες, εἶχες,
> Οὔποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδών.

Demoſthenes, Thrax, ſcripſit *metaphraſin Iliadis* oratione ſoluta. *Epitomen Damageti, Heracleotae. De poetis dithyrambicis. Metaphraſin Theogoniae Heſi deae.*

Δέρας, aureum vellus quod Iaſon cum Argonautis in Colchidem per Ponticum mare profectus, cepit, abducta ſimul Medea, Aeetae, regis, filia, non fuit vellus, vt fabulae ferunt, ſed βιβλίον ἐν δέρμασι γεγραμμένον, liber [ii]) in membranis ſcriptus, docens, quomodo arte chemica conficiendum ſit aurum. Merito igitur priſci librum illum vocarunt aureum vellus, propter artem conficiendi auri, in eo comprehenſam.

Dexicrates, comicus, Athenienſis, cuius fabula ὑφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι *ſe ipſos decipientes* memoratur ab Athenaeo lib. 3.

Δεξιὸς, καὶ φύσει Θηραμένης. Theramenes, homo inconſtans et tempori ſe accommodans, magiſter Iſocratis, filius Agnonis, populo Sterienſis. (ſupra in *Cothurnus.*) Eum trium horum ſuppliciorum aiunt auctorem (Athenis) fuiſſe, vt damnati vel vinculis ligneis conſtringerentur, vel cicutam biberent, vel exſilio multarentur. Videtur autem ex inſula Ceo oriundus, nec Agnonis filius naturalis, ſed adoptiuus fuiſſe. Hunc Thucydides laudat.

Dexippus, Herennius, Dexippi F. Athenienſis, rhetor temporibus Valeriani, Galieni, Claudii ſecundi et Aureliani, imperatorum Romanorum. v. Küſteri not. 7. tom. I. p. 524.

Dexippus, Cous, medicus, Hippocratis diſcipulus, qui, arceſſitus ab Hecatomno, Carum rege, vt ipſius filios, Mauſolum et Pixodarum, deſperato [?] morbo laborantes, curaret, eos ea conditione ſanauit, vt bellum, quod tunc aduerſus Coos parabat, omitteret. Scripſit *de re medica* librum vnum, et *de praecognitionibus* duos.

Διαγνώμων αὐτοφυὴς, ipſo naturae inſtinctu diſcernere valens animata ſimulacra a caſſis et numine inanibus, *Heraiſcus.* Confer in Ἐπιφάνιος, Εὐπρέπιος, Ἡραΐσκος, (e Damaſcio.)

Diagoras, Teleclidae vel Telecłyti F. Melius, philoſophus et ᾀσμάτων ποιητὴς canticorum ſcriptor, quem, quum ſeruus eſſet, Democritus, Abderita, egregio ingenio praeditum cernens, decem millibus drachmarum emit et in diſcipulorum ſuorum numerum recepit. Hic operam dedit etiam poeſi lyricae, Pindaro et Bacchylide poſterior, vt Menalippide antiquior, floruit Olymp. LXXVIII. Cognominatus eſt Atheus, quoniam in opinionem negandorum deorum incidit, ex quo aemulus quidam paeanem ipſi furto abſtulerat, et peieranti non feciſſe, nec multo poſt publice eumdem proferenti omnia bene ceſſerant. Hoc dolens Diagoras ſcripſit τοὺς ἀποπυργίζοντας λόγους velut *de turri praecipitantes* dixeris, diſceſſionem ipſius a ſententia eorum, qui Deos credunt,

ii) *Euſtathius* ad Dionyſii periegeſin v. 689. ὁ Χάραξ τὸ χρυσοῦν δέρμα μέθοδον εἶναι λέγει χρυσογραφίας, μεμβράναις ἐμπεριειλημμένην, δι' ἣν ὡς λόγου ἀξίαν τὴν τῆς Ἀργοῦς κατασκευασθῆναι στόλον φησί,

credunt, continentes. Poſt captam Melum Athenis habitauit, vbi myſteriorum contemtorem Athenienſes proſcripſerunt, eique, qui Diagoram interfeciſſet, talentum, qui viuum adduxiſſet, bina talenta promiſerunt. Denique vitam finiit Corinthi.

Dicaearchus, Phidiae F. Siculus Meſſenius, Ariſtotelis auditor, philoſophus, orator et geometra. Scripſit *καταμετρήσεις dimenſiones montium, qui ſunt in Peloponneſo.* Ἑλλάδος βίον *Vitam Graeciae libris III. Rem Spartanorum.* Hic liber vt quotannis in Ephororum praetorio puberibus auſcultantibus legeretur, lege ſancitum fuit apud Lacedaemonios, et longo tempore obſeruatum.

Dicaearchus, Lacedaemonius, grammaticus, auditor Ariſtarchi.

Dicaeogenes, qui tragoedias et dithyrambos ſcripſit.

Δικάζεσθαι Βίαντος τῦ Πριηνέως κρείσσων. Supra in Bias.

Dictys, hiſtoricus, ſcripſit *Ephemeridem*, item *rerum, poſt id tempus geſtarum, in quo Homerus deſinit, libros IX.* oratione proſa. *Res Italicas.* Ad haec, Τρωϊκὸν διάκοσμον, *de raptu Helenae et Menelao et omnibus hiſtoriae Troianae partibus.* Creta terrae motu quaſſata tempore Claudii Imp. in ſepulchri cuiusdam hiatu opus hiſtoricum Dictyis de bello Troiano repertum fuit, quod Claudius quum accepiſſet, deſcribendum curauit. [conf. Kuſteri not. 1. pag. 590.]

Διδασκάλυς peculiariter vocant poetas dithyrambicos vel comicos vel tragicos.

Didymus, Ateius vel Attius, philoſophus academicus, ſcripſit πιθανῶν καὶ σοφισμάτων λύσεις *probabilium et ſophiſmatum ſolutiones libris II.* et alia multa.

Didymus, Didymi, ſalſamentarii, F. Alexandrinus, grammaticus Ariſtarcheus, qui vixit temporibus Antonii et Ciceronis vsque ad Auguſtum. [⁋] *Chalcentherus* vocatus propter adſiduitatem, qua in libris legendis et ſcribendis eſt vſus. Aiunt enim, eum vltra MMMD libros conſcripſiſſe. Comparanda eſt Küſteri nota 2, tom. II. pag. 574.

Didymus iunior, Alexandrinus, grammaticus, qui Romae ἐσοφίστευσεν, ſiue eloquentiam docuit. Scripſit πιθανὰ, *probabilia.* kk) et alia plurima eaque optima.

Claudius Didymus, grammaticus, ſcripſit περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θυκυδίδῃ, *de iis, quae praeter analogiam a Thucydide perperam dicta ſunt.* Περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας, *de analogia Latinorum. Epitomen Heracleonis et alia quaedam.*

Didymus, Heraclidae F. grammaticus, qui apud Neronem vixit, et magnas diuitias ſibi comparauit, et muſicus valde inſignis fuit et πρὸς μέλη *ad carmina componenda aptus.*

Didymus, Alexandrinus, de re ruſtica libros XV. ſcripſit.

Apoſtolus Thomas cognominatus etiam fuit Didymus

Διεξοδικούς. Rhetoricae differentia a dialectica, ex Alexandro Aphrodiſienſi (in 1. Topicor.)

Δίγλωσσος Anacharſis, Scytha, at matre graeca natus, et ideo bilinguis, qui etiam Scythis leges tulit.

Dinarchus, Corinthius, unus ex X. oratoribus, ſcripſit ſecundum quosdam orationes CLX. vel, quod verius videtur, LX, omnes forenſes, publicas alias, alias priuatas. Obiit Peloponneſi praefectus ab Antipatro conſtitutus, Polyſperchonte poſt Antipatri obitum ei ſtruente inſidias.

Diuolocus,

kk) Haec Didymi Ateii videntur fuiſſe.

Dinolochus, Syracusanus siue Agrigentinus, comicus, vixit Olympiade LXXIII. Epicharmi filius, vel, vt quidam tradunt, discipulus. Docuit fabulas XIV. Dorica dialecto scriptas.

Diocles, Atheniensis aut Phliasius, comicus antiquus, aequalis Sannyrionis et Philyllii. Fabulae eius: Θάλαττα (meretricis hoc nomen, teste [?] Athenaeo,) Μέλιτται, Ὄνειροι, Βάκχαι, Θυέστης β'. Hunc aiunt inuenisse harmoniam quamdam musicam, ex sono acetabulorum et vasorum fictilium constantem, quae bacillo ligneo percutiebat.

Diocletianus libros de Chemia igni tradidit. etc. Supra, in Chemia.

Diodorus, monachus, Iuliani et Valentis, impp. temporibus vixit et Tarsi in Cilicia episcopus fuit. Scripsit varia vt Theodorus Lector in hist. ecclesiastica tradit, *Interpretationes in totum Vetus Test. Genesin, Exodum et reliqua. In Psalmos. In quatuor libros Regum. In loca difficiliora Paralipomenon. In Prouerbia. Quomodo differat theoria* [ll]) *et allegoria. In Ecclesiasten. In Canticum Canticorum. In Prophetas. Chronicon, in quo errata ab Eusebio Pamphili admissa emendantur. In IV. Euangelia. In Acta Apostolorum. In Epistolam Ioannis Euangelistae. De eo, quod sit unus Deus in Trinitate. Contra Melchisedecitas. Contra Iudaeos. De resurrectione mortuorum. De anima. Contra diuersos de ea haereticorum opiniones. Ad Gratianum capita. Contra astronomos et astrologos et fatum. De Sphaera et VII. Zonis et contrario astrorum motu. De Hipparchi sphaera. De Prouidentia. Contra Platonem de deo et diis. De natura et materia, in quo opere tractatur de eo, quod iustum est. De deo et falsa Graecorum materia. Naturas inuisibiles non elementis, sed una cum illis ex nihilo factas esse. Ad Euphronium, philosophum, per interrogationes et responsiones. Contra Aristotelem de corpore coelesti. Quomodo sol sit calidus. Contra eos, qui coelum animal dicunt. De eo, quomodo opifex quidem semper, opera vero eius non semper* (fuerint aut permaneant.) *Quomodo velle et nolle sint in DEO aeterna. Contra Porphyrium de animalibus et sacrificiis.*

Valerius Diodorus, philosophus, Teleclis discipulus, Alexandrinus, filius (Valerii) Pollionis, philosophi, qui de vocibus atticis scripsit. Vixit Adriani Caesaris temporibus.

Diodorus, Siculus, historicus, scripsit bibliothecam, quae historiam romanam et variam libris XL. complectitur. Vixit temporibus Augusti et ante illum.

Diodorus, comicus, cuius dramata: αὐλητρὶς, ἐπίκληρος et πανηγυρισταὶ ab Athenaeo memorantur.

Diogenianus, Heracleota, Ponticus, temporibus Hadriani, grammaticus. Videndum an non forsan sit medicus, ex Albace Heraclea, oppido Cariae, oriundus: erat enim omni doctrinae genere eruditus, neque expresse traditum reperi esse ex Heraclea Ponti, sed ita nonnulli opinantur. Libri eius hi sunt: *Omnis generis vocabula ordine alphabetico libris V.* Est autem epitome vocabulorum, quae Pamphilus et Zopyrion libris [?] CCCCV. exposuerant. *Florilegium epigrammatum; de fluminibus, lacubus, fontibus, montibus et promontoriis; fluminum breuis recensio secundum ordinem alphabeticum; collectio et tabula omnium totius terrae vrbium: et alia.*

Diogenes,

ll) Id est h. l. sensus abstrusior et mysticus, cui opponitur τὸ ῥητὸν, siue sensus litteralis. v. *Küster* I. pag. 593. not. 4. *Harl.*

Diogenes, Hicesii, trapezitae, F. Sinopensis, primum Cleon (Menag. Κλέω) cognominatus, patria, quod monetam adulterasset, profugus, Antisthenem, cynicum, sectatus est, magnis, quas habebat opibus, contemtis. Senex a Scirtalo, pirata, captus et Xeniadae, Corinthio, venditus apud eum permansit, nec ab Atheniensibus nec ab amicis redimi volens. Obiit Olymp. CXIII. quum curationem cruris, a cane admorsi, neglexisset, eodem die, quo Alexander Babylone obiit. etc.

Diogenes, vel Diogenianus, Cyzicenus, grammaticus, scripsit *Origines Cyzici.* Περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων *de notis criticis librorum. De poëtica. De elementis.*

Diogenes vel Oenomaus, Atheniensis, tragicus, tempore sublatorum XXX tyrannorum. Fabulae eius sunt *Achilles*, *Helena*, *Hercules*, *Thyestes*, *Medea*, *Oedipus*, *Chrysippus*, *Semele.*

Dion, Hipparini F. Syracusanus, philosophus platonicus, Aristomachae, uxoris Dionysii prioris, Siciliae tyranni, frater, cuius filium, Dionysium iuniorem, eiecit, deiectus vicissim a fratre ipsius, Nisaeo. Scripsit *Epistolas* ad Platonem et alios quosdam.

Dion Cassius, cognomine Cocceius vel Cocceianus, Nicaenus, historicus temporibus Alexandri, Mammaeae filii. Scripsit *historiae romanae libros LXXX.* qui in decades distributi sunt. Item *Persica*, *Getica* [mm]), Ἐνόδια. τὰ κατὰ Τραϊανὸν, *res a Traiano gestas*, *Vitam Arriani*, *philosophi.*

Dionysius, Areopagita, doctrinae Graecorum peritissimus, Paulo Atheniensi audito, ad religionem christianam conuersus atque inde episcopus Athenarum constitutus est. Tiberii temporibus in Aegyptum profectus erat, comite Apollophane, Sophista, eodem, quem Polemo, Laodicensis, magister Aristidis, Smyrnae audiuit. Tempore passionis Christi ambo erant Heliopoli in Aegypto, quum solem luna plena obscuratum obseruans Apollophanes, *o bone Dionysi*, inquit, ἀμοιβαὶ θείων πραγμάτων *vices sunt rerum diuinarum.* Cui Dionysius: ἢ τὸ θεῖον πάσχει, ἢ τῷ πάσχοντι συμπάσχει. *Vel DEus patitur vel compatitur cum patiente.* Scripsit Dionysius ad Timotheum, Pauli discipulum et episcopum Ephesi, *de diuinis nominibus libros XII.* (imo capita, quorum titulos deinceps bis Suidas recenset, omisso decimo tertio περὶ τελείε καὶ ἑνός.) *De ecclesiastica hierarchia, capita XIV. De coelesti hierarchia*, capita XV. a quo male tamquam distinctum refert Suidas περὶ τῶν ἱεραίων [?] ταγμάτων καὶ ὅσα τῷ ἀριθμῷ. *De mystica theologia* capita V. Epistolae quatuor ad *Caium*, monachum. Singulae *ad Dorotheum*, publicum ministrum, ad *Sopatrum*, sacerdotem, ad *Polycarpum*, episcopum Smyrnae, (ex qua Suidas adducit locum de eclipsi iam memorata,) ad *Demophilum*, monachum, et ad *Ioannem* theologum, apost. et euangelistam. Sciendum est, quosdam externorum sapientum praecipue Proclum, Dionysii theorematibus, interdum ipsis verbis vsum fuisse. Hinc suspicari licet, vetustiores philosophos, qui Athenis erant, illius opera, quorum ipse meminit, ad Timotheum scribens, sibi vindicasse eaque occultasse, vt ipsi diuinorum ipsius sermonum auctores viderentur. Hic plenus dierum, martyrio spiritus consummatus est tempore Traiani, imp. eodem, quo diuinus Ignatius. Magni Dionysii encomium scripsit Michael Syncellus, Hierosolymitanus.

Dionysius,

mm) Haec Dionis, Prusaei, potius sunt.

Dionyſius, Terus, Alexandrinus, a patre, Tero, Thrax, Ariſtarchi diſcipulus, grammaticus, qui Romae docuit Pompeii magni temporibus et Tyrannionis prioris magiſter fuit. Plurima ſcripſit grammatica et ſyntagmatica et commentarios.

Dionyſius Alexandrinus, Glauci F. grammaticus, qui tempore Neronis et ſequentium impp. vsque ad Traianum vixit et bibliothecis praefuit, et ab epiſtolis, legationibus et reſponſis fuit. Idem Parthenii, grammatici, magiſter, diſcipulus Chaeremonis, philoſophi, cui etiam Alexandriae ſucceſſit.

Dionyſius, Alexandrinus, cuius inueni commentarium valde diſertum in eccleſiaſtem Salomonis.

Dionyſius, Alexandri F. Halicarnaſſeus, orator, et omni genere doctrinae excultus, Caeſaris Auguſti temporibus vixit. Ex huius poſteris fuit Dionyſius, Atticiſta, ſub Hadriano, imp.

Dionyſius, Halicarnaſſeus, qui vixit tempore Hadriani, imp. Sophiſta, cognomento muſicus, quod in arte muſica valde exercitatus eſſet. Scripſit *commentariorum rhythmicorum* libros XXIV. *Hiſtoriae muſicae* libros XXXVI. in quibus tibicinum, citharoedorum et poetarum omnis generis mentionem facit. *Doctrinae muſicae* ſiue *diatribarum* libros XXI. *De iis, quae in rep. Platonis muſice dicta ſunt.*

Dionyſius, Byzantius, poeta epicus. Scripſit *deſcriptionem nauigationis per Boſporum. De threnis* poema refertum epicediis.

Dionyſius, Corinthius, poeta epicus. Scripſit *praecepta morum. Cauſſarum librum. Meteorologica.* Et oratione ſoluta *commentarium in Heſiodum.* [?] *Orbis terrarum deſcriptionem*, verſibus heroicis. Haec autem reperi etiam in Dionyſio, qui Lithiaca ſeu de lapidibus ſcripſit. Vter tamen horum ſit auctor, ignoro.

Dionyſius, Mileſius, hiſtoricus, *res poſt Darium geſtas V. libris deſcripſit. Orbis deſcriptionem. Perſica;* ionica dialecto, *rerum troianarum libros tres: fabulas.* Κύκλον ἱϛορικὸν *circulum hiſtoricum libris VII.*

Dionyſius Mytilenaeus, poeta epicus, qui σκυτοβραχίων et ſutor dictus fuit. Scripſit *Bacchi et Mineruae expeditionem: Argonautica libris ſex*, oratione ſoluta: *mythica ad Parmenontem.*

Dionyſius, Muſonii F. Rhodius aut Samius, hiſtoricus, qui etiam ſacerdos fuit templi ſolis, quod illic erat. Scripſit ἱϛορίας τοπικὰς *locorum* ſiue certarum regionum *hiſtorias* libris VI. *Orbis deſcriptionem.* ἱϛορίας παιδευτικῆς *hiſtoricae inſtitutionis libros X.* Exiſtimo, Dionyſium, qui orbem deſcripſit, Byzantium fuiſſe, (Voſſius legit Bithynum, propter fluuium, Rhebam.

Dionyſius, Siciliae tyrannus, ſcripſit *tragoedias* et *comoedias* et *hiſtorica.*

Dionyſius, filius Siciliae tyranni, et ipſe tyrannus et philoſophus. Scripſit *epiſtolas* et *de poematibus Epicharmi.*

Διονύσια σκώμματα, dicteria in Bacchanalibus.

Diopithes legem tulerat, teſte Aeliano, vt ciui, in Piraeo pernoctanti, capitale eſſet. Ipſe deinde eo nomine, quum aliquando, veſpera opprimente, in Piraeo noctem manſiſſet, ab inimicis capitis accuſatus.

Dioſcorides, Anazarbenſis, medicus, cognomento *φακᾶς*, ob lentes, quas in facie habebat. Vixit apud Cleopatram Antonii tempore, ſcripſitque libros XXIV. omnes de re medica, eosque celeberrimos.

Dioſcorius, Myraeus, grammaticus, praefectus vrbi et praetorio, qui Leonis, imp. filias Byzantii docuit. infra *Θυγατέρα*.

Dioxippus, Athenienſis, comicus. Eius fabulae: *ἀντιπορνοβοσκὸς*, *φιλάργυρος*, *ἱστοριογράφος*, *διαδικαζόμενοι*.

Διφθέρα. Eἰς *διφθέρας* in pellibus ſcripta conſilia ſua Thoracion cum hoſtibus in Laconia communicabat.

Dipnoſophiſtae, liber valde vtilis, cuius Athenaeus auctor eſt. Ulpianus vnus dipnoſophiſtarum etc. Supra, *κειτέκειτος*.

Dithyrambodidaſcali. Hi de rebus, quae in ſublimi fiunt et nubibus, multa dicere ſolebant, vocibusque compoſitis vtebantur, dicentes exempli cauſa *ἐνδιαεριανεριηχέτους*. Talis erat Ion, Chius, poeta, qui poema fecit, cuius initium eſt: *ἀοῖον ἠεροφοίταν ἀστέρα μῆνα μέν* etc. nn) vnde Ariſtophanes, iocans, *matutinam ſtellam* eum vocatum fuiſſe ait. Fuit autem valde celebris, [❡] ſcripſitque comoedias, et epigrammata et ſoluto ſermone *πρεσβευτικόν*. Exſtat etiam Socratis, philoſophi, in eum *λόγος*. Callimachus etiam in Choriambis eius meminit, aitque, multa ſcripſiſſe. *Dithyrambus* vero dicitur et Bacchus, (quod per binos quaſi fores in lucem prodierit tum vteri matris, Semeles, tum Iouis femorum) et hymnus in Bacchum. Denique *Διθυράμβων νοῦν ἔχεις ἐλάττονα* dicitur de hominibus ſtolidis et inconſideratis.

Δόγματα. Plato, quae vera eſſe percipit, enunciat, falſa coarguit, de incertis ſuſtinet adſenſum. Atque de his, quae vera ipſi videntur, quatuor perſonas loquentes inducit, Socratem Timaeum, et hoſpitem Athenienſem atque Eleatem: qui non ſunt Plato ipſe et Parmenides, ſed duae fictae perſonae etc. Philoſophorum alii mundum ortum habuiſſe, alii ortu caruiſſe dicunt. Item alii animatum, alii vero inanimatum eum ſtatuunt. Anaxagoras vero et Pythagoras, in Aegyptum profecti, et Aegyptiorum et Hebraeorum vſi conſuetudine, rerum cognitionem ab illis hauſerunt. Poſtea vero et Plato, vt Plutarchus in parallelis refert. Quin etiam Aegyptii primi ſolem et lunam Deos vocarunt, Oſirim et Iſidem, *Θεοὺς* a *θεῖν currere* etc.

Domitianus Neruam, vt imperio inſidiantem, amouit et Apollonium, Tyaneum, vt Neruae amicum, comprehenſum totondit, et vinctum in iudicium adduxit. Quum vero philoſophus illi non cederet, deridens eius acta, verecundia commotus eum dimiſit. Tunc ad eum Apollonius: *nequaquam me occides; necdum enim fato maturus ſum*, *οὐ μέν με κτενέεις, ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι*. Atque e veſtigio ipſum euanuiſſe ferunt. Hic et philoſophos et mathematicos Roma expulit. Sub hoc et Ioannes, euangeliſta, in Patmum relegatus. Idem etiam, Dauidici generis homines, *τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους Δαβίδ* interfici iuſſit, multique ſub eo Chriſtiani martyres facti ſunt. Sed Nerva Ioannem, theologum, exſilio liberauit.

Domninus,

nn) Sed *Küſter* ex ſcholiaſte Ariſtoph. corrigere iubet *ἀστέρα μείναμεν* etc. *matutinam et aeriuagam ſtellam exſpectauimus etc. Harl.*

Domninus, philofophus, natione Syrus, ex Laodicea, vel Lariffa, vrbe Syriae, Syriani difcipulus, et Procli condifcipulus, vt ait Damafcius. In mathematicis difciplinis exercitatus, in aliis philofophiae partibus etiam *παλαιότερος* fubactior. Quare et multa in Platonicis dogmatibus innouavit, vnde Proclus aduerfus eum fcripfit *πραγματείαν καθαρτικὴν τῶν δογμάτων τοῦ Πλάτωνος*, *repurgationem platonicorum dogmatum.* Ab Aefculapio iuffus, quod fanguinem exfpueret, fuillis carnibus vefci, obfequutus eft: at Plutarchus, Athenienfis, Aefculapii ftatuam intuens, in templi enim veftibulo dormiebat, o Domine inquit, quid fi Iudaeo, hoc morbo laboranti, remedium commendaffes? Itaque Aefculapius, ftatim ex ftatua fonum fuauiffimum edens, aliam curandi morbi rationem ei praefcripfit. Ad Domninum iam aetate prouectum, acceffit [⁋] Afclepiades, adolefcens, et arithmeticum ipfi theorema propofuit etc.

Dorius cantus, *Δώριος αὔλησις*, eft modus quidam muficus, vt etiam Lydius et Phrygius. — *Δώριος οἰκονομία, modus dorius.* — *Dorius* praeterea eft nomen proprium et *Dorifcus* nomen loci.

Dorus, (*Δῶρος*) Arabs, quem Damafcius in hiftoria philofophica ait fuiffe veritatis acerrimum indagatorem. Hunc Ifidorus, philofophus, initio fenfit Ariftotelicis opinionibus irretitum, et paullatim reuocauit ad illas Platonis magnificae fcientiae fublimes et illuftres fententias, vt reiecta illa peripatetica fubtilitate, res minutas colligente, fe conferret ad illam, quae per Prometheum quemdam cum ignis fplendore coelitus ad homines demiffa eft, dialecticam, quae eft mentis et prudentiae puriffima *αὐτοψία* fiue infpectio.

Δόσις. Apud oratores peculiariter fic vocantur tabulae teftamenti, in quibus quis, quae fua funt, alteri dat, interueniente magiftratuum fiue Archontum auctoritate.

Draco, Athenienfium legislator. Hic quum Aeginae in theatro propter leges latas laetis acclamationibus celebraretur, pluribus petafis et tunicis et palliis in eius caput iniectis, fuffocatus eft, et in ipfo theatro fepultus. Vixit iisdem temporibus, quibus feptem Sapientes, aut potius fuit illis antiquior. Quum fenex iam effet, Olympiade XXIX. leges Athenienfibus tulit. *ὑποθήκας* fiue *vitae degendae praecepta* fcripfit tribus circiter verfuum millbus.

Draco, nepos Hippocratis, medici illius celeberrimi, filius Theffali, pater Hippocratis, cuius filius rurfus fuit Draco, et ipfe medicus, qui Rhoxanen, Alexandri Macedonis coniugem curauit.

Draco Stratonicenfis, grammaticus, fcripfit *de arte grammatica: orthographiam: περὶ τῶν κατὰ συζυγίαν ὀνομάτων de coniugatis nominibus: de pronominibus: de metris verfuum: de Satyris: de Pindari carminibus: de Sapphonis metris: de Alcaei carminibus.*

Ἐκβιαστής. "*Ἄμφω γάρ εἰσιν ἐκβιασταὶ τῆς δίκης, καὶ νύττουσιν ἡμᾶς πρὸς τὸ τῆς δίκης πέρας, ambo funt acres exactores iuris, qui nos ftimulis ad iuftitiam exactiffimam incitant.* Haec de Gregorio et Bafilio.

Ἐκκέκοφθ' ἡ μουσική, excifa eft mufica. Quum veteres olim in conuiuiis eruditas quaeftiones tractare folerent, pofteri pfaltrias et citharıftrias et faltatrices earum loco introduxerunt. Vnde quidam *καινοτομίαν*, nouitatem hanc reprehendentes, prouerbio illo vfi funt.

Ἐκ Μασσαλίας ἥκεις, e Maffilia venis, dicitur de hominibus effeminatis et delicatis, quales Maffilienfes olim fuiffe dicuntur.

Ἐλατὴρ.

Εἰδήσεις Ἀλκμᾶνα, λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης
Ἔξοχον, ὃν Μουσῶν ἐννέ' ἀριθμὸς ἔχει.

Cognosces Alcmanem, lyram Laconicam scite pulsantem, quem nouem Musae habent.

Elea, patria Zenonis, olim Hyele, Phocaeensium colonia, oppidum obscurum, et quod bonos tantum viros alere poterat. Hanc Zeno magis amabat, quam Atheniensium iactantiam; itaque raro apud illos versatus in patria consenuit.

Ἐλεγείρειν oo) pro *delirare* quidam veterum dixerunt. Et sunt, qui carmen elegiacum hinc dictum putent. Theocles, Naxius aut Eretriensis, insania correptus, carmen hoc primus cecinit.

Elegus carmen lugubre sic adpellatum, quod saepe in eo ἒ ἒ dicatur. Vel lamentationes, quae ad tibiam canuntur. Postea Midiam, Gordii filium, dum regnaret, tibiam ad aras et sacrificia transtulisse dicunt, quod matrem suam defunctam in dearum numerum referre vellet.

Eleusius, Cyzicenus et Marathonius, et CPol. non quidem magna dicendi facultate praediti, sed austero vitae genere et fictae modestiae simulatione magnam adepti auctoritatem, plurimos sectatores sibi conciliarunt et monasteria, ingenti hominum vtriusque sexus multitudine referta, instituerunt.

Empedocles, Metonis, vel Archinomi, vel Xeneti F. frater Callicratidis, primo audiuit Parmenidem, cuius etiam, vt Porphyrius in historia philosophica auctor est, amasius fuit. Alii aiunt, fuisse Telaugis discipulum, Pythagorae filii. Agrigentinus, philosophus physicus, Pythagorae sectam sequutus, quam etiam aemulatus est Apollonius Tyaneus etc. Discipulum habuit Gorgiam, Leontinum oratorem. Scripsit versibus heroicis *tres libros περὶ φύσεως τῶν ὄντων de rerum natura*, sunt autem versuum circiter duo millia. Item *de re medica*, oratione soluta, et multa alia. etc. *Empedoclis inimicitia*, prouerbium, quod dicitur de iis, qui diuturnas inimicitias aduersus aliquos gerunt.

Empedotimus scripsit *περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως de physica auscultatione*, de quo (Iulianus) ὁ παραβάτης in opere, quod Cronia inscribitur: *Nos autem, Empedotimo et Pythagorae credentes, et iis, quae Heraclides Ponticus ab illis accepta tradidit, et paullo ante inclitus ille rerum diuinarum interpres Iamblichus nobis ostendit.*

Ἐνιαυτὸς Μέτωνος, *annus Metonis*, i. e. orbis annorum XIX. Meto enim, mathematicus, periodum temporis, ex XIX. annis constantem, inuenit.

Ennius, poëta romanus, (i. e. latinus,) quem Aelianus laude dignum esse ait, quod Scipionem magnifice extollere cupiens scripsit, solum Homerum laudes, illo dignas, canere posse, adeoque praestantiam eius intelligere se demonstrauit poëta Messapius (h. e. Ennius, qui a Messapo, rege, suam repetebat originem.)

Ἐν πέντε κριτῶν γόνασι. *in quinque iudicum genibus.* Olim quinque iudices de comicis iudicabant, vt ait Epicharmus. Dictum ad imitationem illius: Θεῶν ἐν γόνασι κεῖται. Olim in genibus iudices habebant ea, quae nunc in tabellis scribuntur.

Epaphroditus, Chaeronensis, grammaticus, Archiae, Alexandrini, grammatici, alumnus apud quem institutus, a Modesto, Aegypti praefecto, emtus est, cuius filium Pitelionum

oo) At Küsterus e codd. Paris. et propter litterarum seriem edidit ἐλεγαίνειν. *Harl.*

num instituit. Claruit Romae tempore Neronis ad Neruam vsque: quo tempore et Ptolemaeus Hephaestionis vixit, et multi alii viri, doctrina clari. Idem quum libros subinde emeret, ad XXX. mille sibi comparauit, eosque bonos et minime vulgares. Corpore fuit magno et nigro instar elephantiaci (ὡς ἐλεφαντώδης). Habitauit in Phaenianocoriis, vbi binas aedes habuit. Decessit aqua intercute, annum agens LXXV. multaque scripta reliquit. v. notam. I. pag. 790.

Ἐπειοῦ δειλότερος *Epeo timidior* Cratinus, comicus, dicebatur, fortasse quod, quum Oeneidi tribui praeesset, timidior videretur. Epeus enim timidus erat.

Ephectici philosophi sic adpellati ab ἐπέχειν, *inhibere*, quod adsensum de rebus inhiberent, easque comprehendi non posse statuerent. καὶ δογματίζειν [pp]) αὐτὰ ἀκατάληπτα.

Ephesiae litterae, i. e. incantationes quaedam obscurae, quas et Croesum in rogo dixisse ferunt. Et Olympiae Milesio et Ephesio luctantibus, aiunt Milesium luctari non potuisse, quod alter litteras Ephesias talo pedis adligasset. Ea autem re comperta, litterisque illis solutis, *Ephesium* tricies [qq]) fuisse prostratum.

Ephippus, Atheniensis, comicus mediae comoediae.

Ephippus, Cumanus, filius Demophili vel Antiochi, Isocratis, oratoris, auditor, historicus, qui filium habuit Demophilum, historicum. Vixit Olympiade XCIII. ita vt Philippi Macedonis regnum antecesserit. Scripsit historiarum ab Ilii expugnatione troianoque bello ad sua vsque tempora *libros XXX. de bonis et malis libris XXIV. Rerum admirabilium τῶν ἑκασταχοῦ, quae in quauis regione obseruantur, libros XV. De rebus, quas quisque inuenit libros II.* et alia.

Ephorus, Cumanus, et Theopompus, Damasistrati F. Chius, ambo Isocratis discipuli, sed ingenio et stilo quam maxime inter se discrepantes. [696] Nam Ephorus ingenio erat simplici, et quod ad dictionem eius historicam adtinet, supinus et segnis semperque remissus. Theopompus vero ingenio erat acerbo et maligno; at dictione copiosus et densus, ac vehementiae plenus: ceteroqui veri studiosus in iis, quae scribebat. Isocrates igitur hunc quidem fraenis, Ephorum vero calcaribus indigere dixit. Theopompus autem, in exilium eiectus, supplex ad templum *Dianae* Ephesiae confugit. Multas etiam epistolas contra Chios ad Alexandrum misit, eumdemqne multis laudibus ornauit. Dicitur etiam vituperationem eius scripsisse, sed quae non exstat.

Epicharmus, Tityri vel Chimari vel Sicidis F. Syracusanus, vel ex Sicanorum ciuitate, Crasto, qui una cum Phormo comoediam Syracusis inuenit. Docuit fabulas LII. vel, vt Lycon ait, XXXV. Quidam tradunt, ipsum fuisse Coum, unum ex iis, qui cum Cadmo in Siciliam migrarunt. Alii Samium: alii Megaris, vrbe Siciliae oriundum. Fuit sex annis ante bellum Persicum Syracusis docens; quo tempore Athenis Euetes, et Euxenides et Mylus fabulas edebant.

Epicrates,

pp) Fallitur Suidas, Scepticis tribuens, quod fuit quorundam Academicorum. Nam Sceptici nihil statuerunt neque ἐδογμάτισαν, sed tantummodo dubitare se profitebantur. Vide, si placet, quae notaui ad Sextum Empiricum.

qq) Küster ad h. l. tom. II. pag. 919. not. 8. pro τριάκοντα τὸ ἑξῆς πεσεῖν legere malit τρὶς τὸ ἑξῆς π. *ter deiectum fuisse* ab aduersario suamque emendationem late pulcreque explicat, probatque. *Hari.*

Epicrates, Athenienſium orator, *σακεσφόρος barbiger* adpellatus, cuius meminere Ariſtophanes, Plato comicus et Demoſthenes, orat. de falſa legatione. Alius, cuius meminit Lycurgus, orat. de adminiſtratione aerarii, quem ſexcenta talenta in bonis habuiſſe aiunt. Alius Epicrates, Aeſchinis, oratoris, adfinis, qui Cyrebion cognominabatur, teſte Demoſthene orat. contra Aeſchinem.

Epictetus ex Hierapoli Phrygiae, philoſophus, ſeruus Epaphroditi, unius de ſatellitibus imp. Neronis. Ob defluxionem altero crure debilis in nouae Epiri vrbe, Nicopoli, habitauit et vitam vsque ad M. Antonini imperium produxit. Scripſit multa. Theoſebius, philoſophus, multa ex Epicteti ſcholis deſumta dixit, alia et ipſe excogitauit. Quare et praecepta vitae talibus libris complexus eſt et poſteritati reliquit, qualibus et Epictetus, ita vt noſtri temporis Epictetus eſſe videatur, exceptis tamen opinionibus ſtoicis. Theoſebius enim nullius ſcriptoris opiniones tam amplectebatur et admirabatur, quam Platonis veritatem. Quinetiam quemdam libellum conſcripſit de rebus in magni Politia (Platonis) eleganter dictis. Quamuis remp. non attigit, ſed priuatum coluit vitae genus, cui et Socrates ille et Epictetus καὶ πᾶς εὖ φρονῶν et quilibet cordatus ſtudet etc. *ex Damaſcio.*

Epicurus, Neoclis F. Athenienſis, populo Gargettius, matre Chaereſtrata, [❡] frater Neoclis, Chaeredemi, et Ariſtobuli, ſiue Ariſtodemi, philoſophari coepit ab anno duodecimo aetatis: peculiaris ſectae conditor. Et primum quidem Sami cum parentibus commoratus eſt, deinde Mitylenae annum unum ſcholae praefuit, poſtea Lampſaci docuit, et denique Athenis in horto ſuo. Audiuit Nauſiphanem, Democriteum et Pamphilum, Platonis diſcipulum. Natus eſt Olympiade CIX. ſeptem annis poſt mortem Platonis, et vitam produxit vsque ad ſucceſſores Alexandri M. et Antigonum, qui Gonatas dictus eſt. Schola eius permanſit vsque ad Caeſarem primum annos CCXXXVII. et intra tempus iſtud XIV. ſucceſſores habuit. Scripta eius ſunt multa. In teſtamento ſuo iuſſit Metrodoro et Polyaeno ſodalibus ſuis ſemel quotannis parentari, ſibi vero bis etc. Epicurei SCto Roma ſunt eiecti, eosdem expulere Meſſenii in Arcadia, iisque expulſis totam vrbem a Timuchis, magiſtratibus ſuis, fecerunt purgari velut ſordibus quibusdam et purgamentis liberatam. In Creta quoque Lyctii [rr]) quosdam Epicureos, illuc profectos, expulerunt, legemque tulerunt: *Epicurei ſapientiae effoeminatae et degeneris ac turpis inuentores Diisque inuiſi per praeconis vocem Lycto excedere iubentor* etc.

Epigenes, comicus. Ex eius fabulis ſunt ἡρωΐνη, μνημάτιον, Βακχεία (aut vti Küſter ex Athenaeo IX. pag. 184 malit Βάκχαι.) Athenaeo memoratae: duarum aliarum nomina addit Küſt.

Ἐπίγραμμα. Omnes inſcriptiones, quamuis non conſtent verſibus, dicuntur epigrammata.

Epilycus, poëta comicus. Ex fabulis eius eſt κοραλίσκος, vt teſtis eſt Athenaeus. lib. IV. pag. 133. et 140. vbi ſcribitur Κωραλίσκος.

Epimenides, Phaeſti aut Doſiadae aut Agiaſarchi F. matre Blaſta, Cretenſis Cnoſſius, poëta epicus. Huius animam ferunt corpore exceſſiſſe, quamdiu ipſe voluiſſet, et poſtea in illud reuerſam eſſe: cutemque longo poſt mortem eius tempore inuentam γράμ-

μασι

rr) Confer *Triſtanum* tom. I. p. 445.

μασι κατάςικτον, litteris notatam. Vnde prouerbium ἐπιμενίδιον δέρμα de rebus reconditis. Vixit Olympiade XXX. vt et feptem fapientes Graeciae antecefferit aetate, vel faltem illos adtigerit. Hic iam fenex Athenas, Cylonio fcelere pollutas, luftrauit Olymp. XLIV. Scripfit multa verfibus: itemque oratione profa, myfteria quaedam et luftrationes et alia aenigmatica. Ad hunc Solon, legislator, fcripfit, reprehendens vrbis luftrationem. Vixit annos CL. et fex continuos dormiuit.

[P] Epinicus et ipfe comicus, ex cuius fabulis ὑποβαλλόμεναι Athenaeo memoratae.

Epiphanius, Vlpiani F. Petraeus, fophifta, qui et in patria, Petra, et Athenis docuit. Scripfit περὶ κοινωνίας καὶ διαφορᾶς τῶν στάσεων, *de iis, quae ftatus caufarum inter fe communia habent et in quibus differunt. Progymnasmata. Declamationes. Orationes Demarchicas. Orationem Polemarchicam.* λόγους ἐπιδεικτικοὺς fiue *eloquentiae fpecimina* et *theoremata* quaedam *mifcellanea.*

Epiphanius, epifcopus Conftantiae, vrbis Cypri, olim Salamis dictae. Scripfit contra omnes haerefes, libros, qui *panaria* vocantur. Item alia multa, quae a doctis propter res ipfas, ab indoctis propter ftilum leguntur. Deceffit in extrema fenectute.

Epiphanius, epifcopus Selybriae, fiue Olybriae. Scripfit λόγον ἀντιῤῥητικὸν κατ' εἰκονοκαυτῶν, λίαν ὠφέλιμον, librum valde vtilem contra eos, qui imagines cremabant.

Epiphanius et Euprepius, Alexandrini, initiorum fiue myfteriorum, apud Alexandrinos receptorum, peritiffimi: Euprepius quidem illorum, quae Perfica vocabantur; Epiphanius illorum, quae in Ofiridis honorem celebrabantur, et celebratiffimi Dei Aeonis etc. *(ex Damafcio.)*

Epiftola (IX.) Iuliani, parabatae, ad Porphyrium, catholicum, quae iubet copiofam Georgii (Cappadocis) bibliothecam omnis generis philofophis, multis etiam commentariorum fcriptoribus refertam, in quibus et multa ac varia Galilaeorum fcripta, vniverfam ad fe Antiochiam transmitti.

Ἐποποιία, fic vocatur hiftoria, heroico verfu fcripta. Nam poefis, quae caret fabula, eft epopoeia.

Erafiftratus, Iuliates Ceius, ex Iuliade, Cei, infulae, oppido, filius Cretoxenae, Medii, medici, fororis et Cleombroti. Hic Antiochum, regem, Stratonices nouercae amore laborantem, fanauit. Sepultus eft iuxta montem Mycalen, e regione Sami. Scripfit *de re medica libros IX.*

Eratofthenes, Aglai vel Ambrofii F. Cyrenaeus, Ariftonis, philofophi, Chii, et Lyfaniae, Cyrenaei, grammatici, et Callimachi, poetae, difcipulus. Arceffitus Athenis a Ptolemaeo tertio ad quintum vsque vixit. Hic quod in omni doctrinae genere fecundum locum teneret et viris fummis proximus effet, *beta* vocatus eft. Alii eum Platonem fecundum vel iuniorem, alii πένταθλον et quinquercionem adpellarunt. Natus eft CXXVI. Olympiade, obiit aetatis anno LXXX. ex inedia propter hebetatam oculorum aciem, relicto infigni difcipulo, Ariftophane, [P] Byzantio, cuius difcipulus fuit Ariftarchus, huius vero Mnafeas, Menander et Ariftis. Scripfit philofophica, poemata, et hiftorias. *Aftronomiam* fiue *catafterismos* de iis, qui inter aftra relati funt. Item *de philofophorum fectis. De vacuitate doloris. Dialogos* multos et multa *grammatica.*

Erennius cognomen fuit Philonis Byblii, vt ipfe dicit.

Erinna, Teia vel Lesbia, vel Rhodia, vel, vt alii, Telia, ex Telo, parua insula prope Cnidum. Fuit ἐποποιὸς, poetria epica, scripsitque ἠλακάτην, quod est poema, aeolica et dorica dialecto scriptum, versibus CCC. Fecit et epigrammata. Obiit virgo, XIX. annos nata, amica et aequalis Sapphonis. Versus eius iudicati sunt Homericis pares.

Eriphus, comicus, ex cuius dogmatibus Αἴολος, πελτασὴς, μελίβοια, vt Athenaeus libro XIV. Dipnosophist.

Ἐς Μασσαλίαν πλεύσας, *Massiliam nauigans*, de iis dicitur, qui effeminate et molliter viuunt. v. supra, ἐκ Μασσαλίας· et *Athen.* XII. pag. 523.

Ἔσχατος Μυσῶν πλεῖ, *Mysorum vltimus nauigat*, prouerbium de iis, quibus dura et difficilia imperantur. etc.

Essaei, ascetae inter Iudaeos, qui Pharisaeos et scribas seueritate disciplinae longe superarunt, ἐπιμελοῦνται τῆς ἠθικῆς λέξεως, θεωρίᾳ δὲ τὰ πολλὰ παραμένουσιν dictionem moratam curant, et in contemplatione plerumque perseuerant, vnde etiam vocantur Essaei, i. e. Θεωρητικοὶ, *contemplatores.*

Euagoras, Lindius, historicus, scripsit *vitam Timagenis et aliorum doctorum virorum quaestiones, ordine alphabetico; Thucydidis artem rhetoricam libris V. De dictionibus difficilibus ac controuersis apud Thucydidem; historiam regum Aegyptiorum.*

Euagrius varia scripsit et inter ea commentarium in Prouerbia Salomonis.

Euangelus, comicus, e cuius dramatibus ἀνακαλυπτόμενος apud Athenaeum. [lib. XIV. pag. 644. sed ibi fabula haec adpellatur Ἀνακαλυπτομένη, notante Küstero, ad t. I. pag. 880.]

Euathlus, orator improbus, garrulus et ignobilis.

Eubulus, demagogus clarissimus.

Eubulus, Sphettius Atheniensis, Euphranoris F. comicus. Docuit fabulas CIV. vixitque Olympiade CI. medio inter mediam et veterem comoediam tempore. v. notam Küsteri.

Euclides, ex Megaris, in Isthmo sitis, philosophus, auctor sectae, quae ab ipso Megarica, Dialectica aliis et Eristica. Fuit Socratis discipulus eique Ichthyas et postea Stilpon in schola successit. Scripsit dialogos, *Alcibiadem*, *Aeschinem*, *Critonem*, *Phoenices*, *Lampriam*, *Amatorium* et alia quaedam.

Eudaemon, Pelusiota, grammaticus, aequalis Libanii Sophistae, ad quem etiam diuersa scripsit. Hic varia composuit *poemata*, *et artem grammaticam et orthographiam nominum.*

Εὐδαιμονέστερος τῶν Καρκίνου στροβίλων, h. e. *infelicissimus*, in Carcini, poetae, filios etc.

Eudemus, orator, varia scripsit et praecipue Lexicon vtilissimum verborum, [701] quibus oratores et optimi quique scriptores vtuntur, ordine alphabetico. [Küster. in not. 2. t. I. pag. 885. lexica, quae hodie in diuersis exstant bibliothecis et *Eudemi*, rhetoris, nomen praeferunt, ψευδεπίγραφα esse existimat.]

Εὖ διάγειν. Hanc formulam salutandi epistolis suis praescripsit Epicurus. Cleon vero χαίρειν. Plato εὖ πράττειν.

Eudoxius, episcopus Antiochiae, ex Arabisso, oppido minoris Armeniae oriundus, cuius pater, Caesarius, sub Maximiano martyrii corona redimitus est. etc.

Eudoxus,

Eudoxus, Aeſchinis F. Cnidius, philoſophus, Platonis aequalis, cui fuere tres filiae, Actis, Delphis, Philtis. Aſtrologiae inſigniter deditus fuit ſcripſitque plura eius generis, et *octaëteridem*, nec non *Aſtronomiam* [ss]) *verſibus heroicis.*

Euenos, duos aiunt fuiſſe elegiacos poetas, eosque ambos Parios.

Εὐεςὼ, *animi tranquillitatem* Democritus, Abderita, docuit finem eſſe et ſummum felicitatis, etc.

Eueterius, Iouiniani imp. temporibus doctrina quidem et ingenii praeſtantia antiquis non inferior, ſed qui ex molli ſimplicitate multos inſontes paſſus eſt iudicii laqueis irretiri.

Eugenius, Trophimi F. Auguſtopolitanus, Phryx, grammaticus, docuit CPoli, vbi valde clarus fuit iam ſenex tempore Anaſtaſii imp. Scripſit de dimenſione verſuum melicorum Aeſchyli, Sophoclis et Euripidis in fabulis XV. De paeonio et palimbacchio metro; de nominibus templorum et quomodo ea proferri debeant, vt Διονύσειον, Ἀσκληπίειον. Vocabula miſcellanea ordine alphabetico, in quo opere etiam noua quaedam et ſingularia habet ad accentum, ſpiritum, ſcripturam, fabulam aut prouerbium pertinentia; de nominibus, in α deſinentibus, vt ἔνδεια vel ἐνδία et quando ea bifariam efferantur. Item alia quaedam iambica trimetra.

Εὔλογον ἀξίωμα, *axioma probabile*, differt a καταληπτικῇ Φαντασίᾳ ſ. comprehendente phantaſia. Cleanthes, philoſophus, appoſitis ipſi iuſſu Ptolemaei, regis, malis punicis cereis, negauit, ſe falſo viſo aſſenſum, ſed tantum probabile putaſſe etc.

Eumolpidae ab Eumolpo, Thrace, qui rationem initiandi inuenit, vel a Muſaei filio, qui fuit a ſecundo quintus.

Eumolpus, Eleuſinius vel Athenienſis, filius Muſaei, poetae, et, vt quidam tradunt, diſcipulus Orphei, poeta epicus ante Homerum. Vicit etiam Pythia. Ad lyram enim poetae de palma inter ſe certabant. Scripſit τελετὰς Δήμητρος, *Initia Cereris*, eiusque ad Celeum aduentum [ꝑ] et miniſteria, filiabus eius tradita, eaque omnia verſibus heroicis MMM. *Chiroſcopicorum* librum vnum, proſa oratione.

Eunidae apud Athenienſes familia citharoedorum, ſacris inſeruientium.

Eunomius, tempore Valentis imp. epiſcopus Cyzicenus, notarius Aëtii, quem cognominant atheum, cum quo diu verſatus, ſophiſticum eius differendi modum imitatus eſt. Eius *ſeptem libri in epiſtolam ad Romanos* et aliae, quae circumferuntur, lucubrationes, verborum quidem copia abundantes, at ſententiarum inopes. Ex *Socratis* hiſt. eccleſ. IV. 7.

Euodus, Rhodius, poeta epicus, Neronis tempore vixit, poeta latinus admirabilis. Huius libri nulli exſtant.

Euphorion, filius Aeſchyli, tragici, Athenienſis, tragicus et ipſe: qui fabulis, quas pater ante in lucem non ediderat, certans quater vicit, ſcripſit et ipſe quaedam dramata.

Euphorion, Polymneſti F. ex Chalcide Euboeae, diſcipulus in philoſophicis Lacydis et Pritanidis: in poeticis vero Archebuli, Theraei, poetae, cuius etiam deliciae fuiſſe fertur. Natus eſt Olympiade CXXVI. quo tempore et Pyrrhus a Romanis victus eſt. Eum Nicia Alexandri, regis Euboeae, Crateri filii, vxor amauit; hinc praedi-

ss) Non Eudoxus verſus ſcripſit, ſed Aratus Eudoxi proſa.

ves ad Antiochum magnum, regem Syriae, se contulit et eius bibliothecae praefectus, ibidem defunctus, Apameae, vel vt alii, Antiochiae, sepultus est. Libri eius versibus heroicis scripti sunt hi: *Hesiodus*, μοψοπία ἢ ἄτακτα, *Mopsopia* siue *Miscellanea* libris V. opus continens historias miscellas, inscribiturque Mopsopia, quia Attica olim ita dicta est a Mopsopia, filia Oceani. Desinit in Attica Chiliade; nam liber quintus inscribitur ἐπιγράφεται ἡ πέμπτη (scil. βίβλος), χιλιὰς περὶ χρησμῶν tt) *Chilias de oraculis*, quae post mille annos euentus comprobauit. Disputat enim aduersus eos, qui ipsum, deposita apud illos pecunia, fraudarant, docens, eos vel multo post tempore poenas daturos esse.

Eupithius et Archiadas, duo Hegiae, (philosophi,) filii, de quorum ingenio et moribus quaedam ex Damascio etc.

Eupolis, Atheniensis, comicus, qui annos natus XVII. in scena certare coepit ediditque fabulas XVII. vicit septies. Idem in bello contra Lacedaemonios naufragio in Hellesponto periit. Vnde lex lata est, quae poetas vetuit militare. Fabulae eius sunt: αἶγες, ἀστράτευτος ἢ ἀνδρογύνη et aliae.

Εὖ πράττειν, hanc formulam salutandi Plato epistolis suis praescribere solebat. Scripsit autem Epistolas XIII. easque morales. Vide supra, εὖ διάγειν, et Cleon, χαίρειν.

Eurybatus, i. e. *homo malus*. ductum est prouerbium ab Eurybato quodam; variorum opiniones atque interpretationes vide apud Suidam: adde Küsteri notas.

Euripides, Atheniensis, tragicus, antiquior celebri illo Euripide. Docuit fabulas XII. vicit bis.

Euripides, Mnesarchi seu Mnesarchidae et Clitonis F. non ex matre, olerum venditrice, sed ex genere nobilissimo, vt demonstat Philochorus. Natus fuit eo die, quo Graeci Persas fugarunt. Initio pictor, deinde Prodici in rhetoricis, Socratis vero in doctrina de moribus et in rebus philosophicis discipulus. Audiuit etiam Anaxagoram, quem quum vidisset in discrimen capitis ob dogmata venisse, animum ad tragoediam adpulit homo seueris moribus ac tristis, vnde et μισογύνης siue mulierum osor est existimatus. Duxit tamen Choerinam, Mnesilochi filiam, ex qua Mnesilochum, Mnesarchidem et Euripidem suscepit. Hac repudiata, alteram, aeque impudicam, est expertus. Athenis relictis apud Archelaum, Macedoniae regem, in summo vixit honore, sublatus, vt aiunt, a canibus per insidias Arrhidaei, Macedonis, et Crateuae, Thessali, poetarum, ipsi inuidentium: vel laceratus a mulieribus, cum noctu Craterum, Archelai delicias, vel vxorem Nicodemi Arethusii peteret. Annos aiunt vixisse LXXV. ossaque eius Pellam, iubente rege, translata. Fabulae eius LXXV. vel, vt alii, XCII. ex quibus exstant LXXVII. Vicit quinquies, quater adhuc superstes, semel vero post obitum fabulam eius in scena exhibente Euripide, fratris ipsius filio. Fabulas edidit per totos annos XXVI. Obiit Olympiade XCIII. conf. Küsteri not.

Euripides, tragicus, prioris ex fratre nepos, vt tradit Dionysius in Chronicis. Scripsit Ὁμηρικὴν ἔκδοσιν, editionem Homericam, nisi fortasse ea alterius sit. Fabulae eius sunt Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη.

Euschemus, comicus. Ex fabulis eius ἐμπολή, teste Athenaeo.

Eusebius,

tt) Küster malit legere ἐπιγρ. δὲ Χιλιὰς, ἢ περὶ Χρησμῶν omisso vocab. πέμπτη, et sic vertit, sed admissa Fabric. interpretatione et ellipsi, nil erit mutandum. *Harl.*

Eusebius, Pamphili, Arianae sectae addictus, Caesareae Palaestinae episcopus, sacrarum scripturarum insigniter studiosus et diuinae bibliothecae vna cum Pamphilo, martyre, diligentissimus inuestigator. Multa edidit opera, inter quae sunt ista: *euangelicae demonstrationis libri XX. euangelicae praeparationis libri XV. Theophaniae libri V. ecclesiasticae historiae libri X. Canones chronici variae historiae, et eorum epitome; de euangeliorum dissensione; in prophetam Esaiam libri X. Contra Porphyrium*, qui tunc, vt quidam putant, in Sicilia scribebat, *libri XXX.* Τοπικῶν siue *de locis sacris liber; apologiae pro Origene libri VI. De vita Pamphili libri III. De martyribus* alia opuscula; *in Psalmos CL.* commentarios eruditos, et multa alia. Floruit maxime temporibus Constantini imp. ac Constantii, et ob amicitiam, [❡] quae ipsi cum Pamphilo, martyre, intercessit, ab eo cognomentum sortitus est. Scripsit etiam *ad Marinum*, in quo opere dicit, Christi ecclesiam duo vitae genera et instituta praecipere, quorum vnum sit excellens et supra communem vitae humanae rationem positum, quale est monachorum; alterum minus sublime et communi hominum vitae accommodatum, quod nec a coniugio abhorreat.

Eustathius, Epiphaniensis, scripsit *compendium chronicum* rerum, ab Aenea vsque ad Anastasium, imp. gestarum *libris* uu) *nouem*.

Eustathius, Sebastianus cum Basilio, Ancyrano, eiusdem vrbis episcopo, sectae Macedonianae caput fuit.

Eustephius, Aphrodisiensis, sophista vnus ex illustribus Adrottorum, quae est vrbs Lydiae, incolis. Scripsit *declamationes.*

Eustochius, Cappadox, sophista. Scripsit *Cappadociae et reliquarum gentium antiquitates*, et τὰ κατὰ Κώνσταντα τὸν βασιλέα vv). *res gestas ab imperatore, Constante.*

Euthycles, ex cuius comoediis sunt ἄσωτοι ἢ Ἐπιστολὴ teste, Athenaeo in Dipnosophist.

Euthydemus, magister Apollonii, Tyanei, Tarsensis Cilix etc. (ex Philostrato.)

Euthymenes, archon Atheniensis, sub quo abrogatum est decretum, archonte Morychide scriptum, quo comicis adimebatur libertas aliquem in scena perstringendi.

Eutropius, Italus, sophista, historiae romanae compendium latina lingua scripsit, aliaque. [Alii apud Suidam sequuntur: *Eutropius*, eunuchus, tutor Theodosii, imper. et *Eutropius*, praepositus cubiculi Arcadii, imper. homo sceleratissimus.

Eutyches, CPoli monasterii praefectus, impiae sectae Manetis et Apollinaris tertius defensor etc. (ex Theodoro Raithuensi.)

Euxenus, vir non admodum probus nec actuosae vitae deditus, et Epicuri moribus imbutus. Pythagorae vero opiniones ita cognoscebat, vt aues ea, quae discunt ab hominibus, χαῖρε vel εὖ πράττε, et ζεὺς ἵλεως. Apollonius puer Euxenum audiebat, sed ad decimum sextum annum progressus ad pythagoricam vitam se contulit, Euxenum tamen amare non desiit etc. (ex Philostrato).

Ἐξ ἁμάξης. Apud Athenienses festum erat Lenaea, in quo poetae, plaustris insidentes, certabant cantionibus risus mouendi gratia, quod Demosthenes dixit ἐξ ἁμάξης, *ex plaustro.* Chorus Lenaeorum vocabatur Lenaites.

uu) Euagrius V. 24. *libros* tantum *duos* fuisse testatur.

vv) Ita *Cangius* pag. 31. ad Zonaram, ex Eudociae Ioniis MSS. [s. pag. 166. ed. Villois.]

Ἐξηγηταί. Tres erant exegetae oraculo Apollinis designati, quibus curae erat lustrare eos, qui aliquo piaculo obstricti essent. Sic etiam vocabantur patriorum institutorum et iurium interpretes. Peculiariter, interpretes sacrorum, qui etiam de inferiis aliisque iuribus defunctorum consulentibus respondebant.

Ezechias. Exstabat liber Salomonis, remedia omnium morborum continens, qui templi limini incisus erat. Hunc Ezechias oboleuit, quod populus mentem ad Deum non aduerteret, sed quicunque aegri essent, curationes inde peterent, neglecta diuini numinis inuocatione.

Fabius Pictor, historicus romanus. Hic ait, nulli Romanorum magistratuum licere quicquam, quod sit publicum, in priuatos vsus conuertere.

Falcidia lex a Caesare Caio Octauio lata est, maximam etiam nunc auctoritatem habens in haereditatum successionibus, a Falcidio, tribuno plebis, inuenta.

Faunus, Pici seu Iouis F. quem nomine planetae Mercurium adpellabant. Hic fuit astronomus, metallaque auri argenti et ferri inuenit, eorumque tractandorum rationem occidentales docuit. Quare etiam ab indigenis vocatus πλουτοδότης, *opum donator.* Insidiis adpetitus a fratribus in Aegyptum fugit in tribum Chami, filii Noë, a quibus susceptus cum ipsis habitauit. Idem aurea stola indutus et futura praedicens diuitiasque eis impertiens, tamquam Deus ab ipsis cultus est.

Fauorinus, Arelatensis Gallus, sexu Hermaphroditus, eruditissimus et philosophiae peritissimus, rhetoricae inprimis addictus. Floruit tempore Traiani, imp. vitamque produxit vsque ad Hadriani imperium. Aemulatus est Plutarchum, Chaeronensem, innumeris paene libris conscribendis. Scripsit et philosophica et historica, quorum magnus est numerus. Ex ipsius libris sunt isti: *De Homeri philosophia; de Socrate et arte eius amatoria; de Platone; de Philosophorum victu* et alia. Idem etiam γνωμολογικὰ *dicta sententiosa* scripsit. v. Kuster. not. tom. III. pag. 572.

Februarium mensem, a quodam consule, *Februario*, natione Gallo, quod is inuidia ductus Camillum per mendacia expulisset vrbe, deinceps autem ipse, Camillo post Brennum profligatum recepto, suamque bene dicente caussam, turpiter ex vrbe esset eiectus, veste nudatus, iunceaque storea circumdatus et neruis caesus, fuisse denominatum, ceterisque mensibus factum breuiorem, Suidas forsan ex Antigonio quodam narrat, sed Küster. iure, nugas esse meras, iudicat.

Flaminius ὀχλοκόπος καὶ δημαγωγὸς τέλειος, orator, turbae rudi vendibilis et qui ad populum dicendo supra modum valeret, ceterum ad rem bellicam administrandam ineptus. (ex Polybio, III. cap. 80.)

Fronto, Emisenus, orator, qui Romae temporibus Seueri, imp. vixit. Hic Athenis aemumulus fuit Philostrati primi et Apsinis, Gadareni, ibidemque obiit annos circiter LX. natus, et Longinum, criticum, sororis, Frontonidis, filium, heredem reliquit. Scripsit orationes multas.

Fuluia (Φουλβία) Antonii vxior. Haec Ciceronis caput amputatum genibus [P] suis imposuit, quumque ei contumeliosissime illusisset atque illud consputisset, tandem diducto ore extractam eius linguam acu, qua figendis capillis vtebatur, additisque multis et grauibus probris, pro rostris exponi iussit, vt, quo ex loco aduersus ipsam olim concionans auditus fuerat, ibidem caput eius praecisum spectaretur.

Gaianus,

Gaianus, Arabs, ſophiſta, diſcipulus Apſinis, Gadarenſis, vixit Maximini et Gordiani temporibus et ſcripſit *de conſtructione* libros V. item *artem rhetoricam* et *declamationes*. Idem Beryti docuit eloquentiam.

Galenus, medicus celeberrimus, Pergamenus, qui Marci, Commodi et Pertinacis temporibus Romae vixit, Niconis, geometrae et architecti, F. compoſuit medica et philoſophica, itemque grammatica et rhetorica, quae, vt omnibus nota, recenſere ſuperuacaneum duxi. Vixit annos LXX.

Genethlius, Genethlii F. ex vrbe Petris, ſophiſta, Minuciani et Agapeti diſcipulus, aemulus Athenis Callinici. Memoria ita valuit, vt declamationem, ſemel auditam, repeteret. Obiit iuuenis, annos natus XXVIII. Scripſit λαλιὰς ſiue διαλέξεις, *allocutiones et* μελέτας *declamationes*, inter quas eſt, *exſul ſe ipſum vendens poſt Thebarum excidium. Propempticum ad amicos ſuos*, Daduchum et Aſclepiadem. *Orationes panegyricas.*

Gennadius patriarcha CPol. conſpectum ab eo *Φάσμα δαιμόνιον* etc.

Georgius, magnae eccleſiae diaconus et chartophylax, cognomine *Piſides*. Scripſit *hexaëmerum*, ſiue de opificio mundi. quod tribus fere millibus verſuum iambicorum conſtat: *de Heraclio, imp. et bello Perſico:* adhaec oratione ſoluta *Abarica et encomium Anaſtaſii, martyris.* Kuſteri not. I. pag. 475.

Geſius (Γέσιος), Petris oriundus, *Zenonis* imp. temporibus arte medica clariſſimus fuit, et Domni, Iudaei, praeceptoris ſui, gloriam penitus obſcurauit etc. Heraiſcum, cum Zenonis iuſſu quaereretur, domi ſuae occultauit, et deinde in fuga defuncto iuſta perſoluit. Baſilicus ideo ab imp. miſſus Agapium et caeteros philoſophos comprehenſos in praetorium abduxit. Ex Damaſcio.

Γνῶθι σεαυτὸν, et τὸ νόμισμα παραχάραξον, praecepta Pythica, *Noſce te ipſum* et *opinionem vulgi contemne:* et, *non veritatem*, *ſed nomiſma adultera.*

Goetiam, magiam, pharmaciam Medi et Perſae inuenerunt. *Magia* eſt euocatio daemonum beneficorum, boni alicuius efficiendi cauſſa; qualia ſunt Apollonii Tyanenſis *θεσπίσματα, praecepta et oracula: Goetia, ἀπὸ τῶν γόων, a lamentis*, quae circa ſepulchra audiuntur ita dicta eſt, per quam animae defunctorum euocantur ab inferis. *Pharmacia* veneficium, per quod alicui pharmaca lethalia vel philtra praebentur. Magia et aſtrologia e Maguſaeis, id eſt Perſis, orta eſt. Perſae Μαγὼγ ſiue Μαγουσαῖοι ab indigenis vocantur.

[P] Gorgias, Charmantidae F. frater Herodici, medici, Leontinus, rhetor, Empedoclis diſcipulus, magiſter Poli, Agrigentini, et Periclis et Iſocratis et Alcidamantis, Eleatae, qui et in ſchola ipſi ſucceſſit. Porphyrius eum refert ad Olympiadem LXXX, ſed antiquior eſt. Rhetoricam primus in artem redegit etc. a ſingulis diſcipulis centum exegit minas, vixit annos CIX. et multa ſcripſit.

Gratianus, imp. Valentis ſaeuitiam in Chriſtianos deteſtatus, omnibus, lege lata permiſit, vt ſecure ac libere conuentus in eccleſiis propriis agerent, ſolis Eunomianis, Photinianis et Manichaeis conuenticula ademit.

Gregorius, Nazianzenus, in Cappadocia Baſilii, Caeſareenſis, amicus, grammaticus et poëta excellens, multo magis inſignis philoſophus et orator *ἀμφιδέξιος perititiſſimus* fuit. Multa ſcripſit oratione ſoluta ad τρεῖς μυριάδας στίχων ad verſuum triginta millia. Ex

his

his ſunt: *de obitu fratris, Caeſarii; oratio funebris in patrem ſuum: altera in ſororem Gorgoniam: De pauperibus amandis: laudes Maccabaeorum: laudes Cypriani: laudes Athanaſii: laudes Heronis, philoſophi: contra Iulianum, imp. orationes; de Spiritu S. oratione una: orationes panegyricae X.* aliaeque plurimae, quae omnibus notae ſunt. Secutus eſt genus dicendi, quo vſus eſt *Polemo*, Laodicenſis, qui Smyrnae eloquentiam docuit et Ariſtidis, rhetoris, praeceptor fuit. Scripſit et librum verſibus hexametris, in quo *virginitas et coniugium* inter ſe colloquuntur. Item de aliis argumentis diuerſo et omnifario genere carminis ad verſuum triginta millia. Huius meminit Philoſtorgius, licet Arianus etc. Gregorius, alio eccleſiae ſuae epiſcopo in locum ſuum ſubſtituto, ipſe ruri vitam monachi egit deceſſitque decimo tertio Theodoſii, imp. annos natus amplius XC.

Gregorius, epiſc. Nyſſenus, frater Baſilii, Caeſar. eruditiſſimus et eloquentiae laude nulli veterum cedens. Eximium librum *contra Eunomium* ſcripſit et aliud *de fabricatione hominis* aliasque homilias plurimas. Item *in Cantica canticorum, in Eccleſiaſtem et ad ſororem, Macrinam*, longam et elegantem orationem de anima. Scripſit et multa alia et admirabile illud *encomium Stephani*, primi martyris, et vitam *Gregorii, Thaumaturgi.*

Gregorius, qui et Theodorus, Thaumaturgus, Neocaeſareae in Ponto epiſcopus, ob graecarum latinarumque literarum ſtudium e Cappadocia adoleſcens ſe Berytum et inde Caeſaream Palaeſtinae contulit cum fratre, Athenodoro. Hos Origenes per quinquennium erudiit [✝] et ad fidem Chriſti paulatim reduxit. Gregorius, in patriam rediturus, *Origeni* praeſenti gratias egit *oratione panegyrica*, quae etiamnum exſtat: Scripſit et *metaphraſin in eccleſiaſtem*, breuem illam, ſed admirabilem: multasque *epiſtolas*, deceſſit ſub Aureliano clarus miraculis, quae epiſcopus edidit. *Athenodorus*, Gregorii frater, ſophiſta, ſcripſit *de incarnatione et fide orationem.*

Gregorius, Herminae, philoſophi, frater, plane diſſimilis, ſupra modum acutus et ad quaeſtiones et diſciplinas expeditus, ceteroqui inquietus etc. e Damaſcii hiſt. philoſophica.

Gygis annulus, de hominibus valde verſutis et callidis. etc.

Γυμνασία διαλεκτική· Huiusmodi libros *Ariſtoteles* et *Theophraſtus* ſcripſerunt, quibus docent rationem probabiliter in vtramque partem diſſerendi.

Gymnaſius, Sidonius, ſophiſta, imperatoris, Conſtantini, temporibus vixit. Scripſit *declamationes et commentarium in Demoſthenem* et alia quaedam.

Haereſis. Hippobotus dicit, nouem eſſe ſectas ſiue diſciplinas philoſophorum, *Megaricam, Eretriacam, Cyrenaicam, Epicuream, Anniceriam, Theodoriam, Zenoniam* ſeu *Stoicam, Academicam et Peripateticam.* Cynicae autem et Eliacae ac dialecticae non meminit. Pyrrhonia non poterit adpellari ſecta, nulla enim habet dogmata. Praeter has ſecta eclectica introducta eſt a Potamone, Alexandrino, qui ex ſingulis ſectis ea, quae ſibi placerent, eligebat etc. (*Ex Laertio* I. ſegm. 19. et 20.)

Harpocras, Ammonio (Hermeae) familiaris, et Nicomedi, Iſidoro, Horapollini, Heraïſco etc. homo Aegyptius qui Zenonis, imp. tempore vixit. infra in Horapolline. Ex Damaſcio.

Harpocration, Argiuus, platonicus philoſophus, Caeſaris familiaris. Scripſit *commentariorum in Platonem libros XXIV. et dictionum Platonicarum libros II.*

Caius

Caius Harpocration, sophista, scripsit *de Antiphontis figuris; de Hyperidis et Lysiae orationibus*, et alia.

Aelius Harpocration, sophista, scripsit *de illis, quae oratores ignorasse videntur: argumenta orationum Hyperidis; ementitam esse Herodoti historiam; de ordinibus militaribus apud Xenophontem; de arte rhetorica; de formis orationum.*

Valerius Harpocration, rhetor Alexandrinus, scripsit *Lexicon decem oratorum.* ἀνθηρῶν συναγωγὴν siue *floridorum collectanea.*

Hecataeus, Abderites, philosophus, qui et Criticus et Grammaticus cognominatus est, quod adparatu grammatico abunde instructus esset. Vixit sub Alexandri Magni successoribus. Scripsit praeter alia de Homeri et Hesiodi poësi.

[⁋] Hecataeus, Hegesandri F. Milesius, vixit temporibus Darii, qui post Cambysem regnavit, (quo tempore et Dionysius Milesius vixit,) Olympiade LXV. historiographus. Hoc iunior fuit Herodotus, Halicarnasseus, qui multum ei debet. Fuit Hecataeus auditor Protagorae et primus historiam oratione prosa scripsit, vti primus Pherecydes (res philosophicas) itidem oratione soluta exposuit. Scripta enim Acusilai adulterina sunt. (infra, in ἱστορῆσαι.)

Ἡκάτειον. Habebat Theagenes Hecatae simulacrum, quod, quocunque iret, consulebat, Hic καπνὸς *fumus* vocabatur. Fuerunt et alii duo *Theagenes*, quorum alter de Homero scripsit, alter ob mollitiem fuit infamis. conf. Kûsteri not. tom. I. pag. 687.

Hecebolius, sophista CPolitanus, sub Constantino Christianismi se ardore flagrare simulans, sub Iuliano stolidus ethnicus, post eius obitum iterum Christianus, πατήσατέ με, clamauit, τὸ ἅλας τὸ ἀναίσθητον, *conculcate me fatuum salem.*

Hegelochus, tragicus histrio, in Euripidis Oreste pro γαλήνα ὁρῶ pronunciauit γαλῆν ὁρῶ. Eum, vt voce insuauem, perstringit Plato.

Hegemon, Demostheni memoratus pro Ctesiphonte. Vnus erat illorum, qui Macedonum partibus fauebant et muneribus corrupti credebantur.

Hegemon, Thasius, cognomento Φακῆ. Ex eius dramatibus Φιλίννα teste *Athenaeo* in Diphnosophistis. XV. c. 16. pag. 699. v. Kûster. II. pag. 42. not. 11. et pag. 43. not. 1.

Hegesippus, Crobylus cognomento, cuius esse putatur septima Philippica, Demosthenis nomine inscripta. Ex eius dramatibus est Φιλέταιρος, vt meminit Athenaeus.

Hegias patrem virtute et scientia antecessit et iam adolescens spem fecit, se Plutarcho (Atheniensi) non inferiorem fore, vnde Proclus ipsum adhuc iuuenem non indignum habuit oraculorum chaldaicorum auscultatione etc. (ex Damascio)

Helenus conscripsit χειροσκοπικὸν οἰώνισμα, *diuinationem quae fit per inspectionem manuum*, veluti cum expansis et apertis alicuius manibus, ex ipsarum rugis coniicimus, eum liberos procreaturum esse, vel simile quid.

Heliconius, sophista Byzantinus, scripsit *compendium Chronicon* ab Adamo vsque ad Theodosium Magnum, libris decem.

Heliconius, astronomus, scripsit *apotelesmatica*, *de diosemeis* et multa alia.

Helladius, Alexandrinus, grammaticus, qui sub Theodosio iuniore, imp. [⁋] vixit. Scripsit ordine alphabetico *de vsu omnis generis vocabulorum.* ἔκφρασιν Φιλοτιμίας *descriptionem ambitionis. Bacchum* siue *Musam. descriptionem balnei Constantiani; laudes imp. Theodosii.*

Hellanicus, Mytilenaeus, historicus, Andromenis vel Aristomenis F. vel Scamonis, cui cognominem filium habuit. Commoratus est cum Herodoto apud Amyntam, regem, Euripidis et Sophoclis temporibus sectatusque *Hecataeum Milesium*, qui vixit tempore belli Persici et paullo ante: (scripsitque terrae periodum et historias.) Prior peruenit vsque ad Perdiccae tempora, obiitque Perperenae, quae est e regione Lesbi. Scripsit plurima tam prosa quam metrica oratione, [quae Kuster. I. pag. 708. recenset, vel potius addit iis, quae Vossius congesserat.]

Heniochus, Atheniensis, mediae comoediae comicus. Ex fabulis eius sunt Τροχίλος, Ἐπίκληρος. Γοργόνες. Πολυπράγμων. Θωρύκιον. Πολύευκτος. Φιλέταιρος. Δὶς ἐξαπατώμενος. (Fuit et nostra aetate Polyeuctus [ww]), homo nefandus, semiuir, Deo invisus, iracundus, Cocyti et Stygis horribilis et perniciosus humanae vitae partus.)

Hephaestion, Alexandrinus, grammaticus, scripsit *Enchiridion de metris* et *μετρικὰ* varia, siue quae ad doctrinam de versibus spectant. *Περὶ τῶν ἐν ποιήμασι ταραχῶν de iis quae in poematibus turbata sunt. Comicorum dubiorum solutiones.* Et alia plurima. Item *metrorum dimensiones.*

Heracleon, Aegyptius, ex oppido Tilote, quod Heracleae subiectum est, grammaticus. Romae docuit. Scripsit *commentarium in Homerum*, *κατὰ ῥαψῳδίαν* siue secundum ordinem rhapsodiarum. Item *in Lyricos*, et *de verbis imperatiuis apud Homerum.*

Heraclides, Euphronis F. philosophus, ex Heraclea Ponti: genus retulit ad Damidem, vnum ex illis, qui coloniam Thebis Heracleam deduxerunt. Fuit Platonis auditor et ab ipso, in Siciliam profecto, relictus, vt scholae praeesset. Hic draconem aluit, mansuefactumque semper secum habuit, qui etiam inuentus in eius lecto est, quum bene valens cubitum iuisset, sed postea repertus non fuisset. Alii itaque immortalem factum fuisse sibi persuaserunt: alii in puteum se praecipitasse, vt immortalitatem consequutus hominibus videretur. Multa scripsit.

Heraclides, Ponticus, ex Heraclea, vrbe Ponti, grammaticus, qui Didymum illum *τὸν πάνυ* Alexandriae auscultauit. Hic quum audiuisset quoque Aprum Aristarchi discipulum, qui Romae celebre nomen habebat et [⁋] Didymum frequenter perstringebat, *sapphico* vel *phalaecio* metro scripsit libros tres explicatu difficiles, multisque dubiis quaestionibus plenos, quos *λέσχας* siue *nugas* inscripsit. Romam his delatis, Apro aduersarium se professus mansit ibi temporibus Claudii et Neronis, ludumque litterarium aperuit. Multa etiam scripsit *poemata epica.*

Heraclides, Oxyrynchita, philosophus, Serapionis F. cognomine Lembus, vixit sub Ptolemaeo sexto, scripsitque *foedus cum Antiocho factum*, item *Philosophica* et alia.

Heraclides, Lycius, sophista, librum composuit, quem inscripsit Νικήτης ὁ κεκαθαρμένος, *Niceta purgatus*, ignorans se pygmaeorum spolia aptare colosso. conf. Kusteri not. 12. tom. II. pag. 70.

Heraclitus,

ww) Non est credibile, quod video quibusdam venisse in mentem, his verbis perstringi a Suida Polyeuctum, qui patriarcha CPol. fuit ab A. C. 956. ad 970. *Fabr.* At tamen *I. M. Gesnerus* ad Luciani Pseudologistam, ab init. tom. III. pag. 161. ed. Reitzii, iudicat, a Suida intelligi *Polyeuctum*, patriarcham CPolit. quippe cuius aetas adcuratissime cum aetate Suidae, a Kustero constituta, conveniat. *Harl.*

Heraclitus, Blysonis xx) seu Bleutonis vel Horacini F. Ephesius, philosophus physicus, cognomento σκοτεινὸς siue *obscurus*. (Confer supra in Δηλίϩ κολυμβητϩ.) Hic nullius philosophi discipulus fuit, sed naturae beneficio et suapte industria ingenium excoluit: quidam tamen tradunt, Xenophanis vel Hippasi, pythagorici, auditorem fuisse. Vixit Olympiade LXIX. sub Dario, Hystaspis F. Multa scripsit ποιητικῶς. Corpus contemnebat et iudicabat κοπρίων ἐκβλητότερον, stercore vilius, facileque, aiebat, se naturae desideriis satisfacere, quamdiu DEVS corpore vt instrumento vti iuberet. Aqua intercute laborans se medicis non praebuit curandum, sed corpus suum fimo bibulo illitum soli siccandum exposuit. Sic iacentem canes dilacerarunt, vel, vt alii, ipsum obrutum arena periisse contigit.

Heraclius, Romanorum imp. Hic ab Athanasio, Iacobitarum patriarcha, et Sergio Syro (patriarcha) CPolis ad haeresin Monothelitarum pertractus est. etc.

Heraiscus ingenio fuit diuiniore, Asclepiades, Aegyptiorum libris diutius innutritus, theologiae ipsorum ac sapientiae peritior. Heraiscus simulacra Numine animata a cassis distinguere poterat: (supra in διαγνώμων) nam iis conspectis cor eius numine agitatum compungebatur. Sic cognouit τὸ ἄῤῥητον ἄγαλμα τϩ Αἰῶνος *arcanum simulacrum Aeonis*, quod Alexandrini Osiridis et Adonidis simul nomine colunt κατὰ μυστικὴν Θεοκρασίαν. Mulierem menstruatam videnti dolebat caput. Mortuo quum Asclepiades honores sacerdotibus debitos reddere, et τὰς Ὀσίριδος ἐπὶ τῷ σώματι περιβολὰς Osiridis vestibus corpus eius tegere pararet, confestim luce vndique illuminabantur τῶν σινδόνων ἀπόῤῥητα διαγράμματα arcanae sindonum litterae, [ꝑ] et circa ipsum conspiciebantur φαντασμάτων εἴδη θεοπρεπῆ, formae spectrorum diuinae. Fertur ex matris vtero prodiisse digitum, silentii indicem, labiis admotum habens quomodo Aegyptii fabulantur, natum esse Orum et Solem ante Orum, ita vt sectione ad digitum remouendum opus fuerit. Et Heraiscus fuit Bacchus, vt somnium indicauit. At Asclepiades theologiae patriae peritissimus, cuius rei documentum sunt *hymni*, quos in Aegyptiorum deos conscripsit, item opus, quod scribere instituit *de omnium religionum consensu*. Scripsit etiam opus Αἰγυπτίων ὠγυγίων *Aegyptiorum vetustissimorum res gestas* et historiam annorum paullo plus triginta millium complectens etc. Ammonius et Erythraeus Aegyptius inter se contendebant Byzantii etc.

Hercules, Alcmenae F. Hunc tradunt fuisse philosophum, quem pingunt pelle leonina, h. e. prudentia et constantia amictum, qui claua philosophiae peremit draconem cupiditatis, et ab ea abstulit tres virtutes, scilicet non irasci, non esse auarum, nec voluptatibus deditum. — Sub Minoe exstitit *Hercules*, *Tyrius*, qui purpurae tincturam inuenit, cane maxillas (sanguine conchylii) cruentato; eamque obtulit Phoenici, regi, qui primus purpuram gestauit.

Herennius. Philo Byblius, Herennius cognominatus, vt ipse dicit.

Hermagoras, Amphipolitanus, philosophus, Persaei discipulus. Dialogi ipsius sunt, *Misocyon*. περὶ ἀτυχημάτων, *de infortuniis*, ἔκχυτον, ἔστι δὲ ὠοσκοπία, *effusum* siue *de ouorum inspectione*. περὶ σοφιστείας *de arte sophistica* aduersus Academicos.

Nnn 2 Hermago-

xx) Apud Diog. Laert. scribitur Βλύσωνος· ἢ (ὥς τινες) Ἡρακίοντος. apud Suidam vero Βλόσωνος, ἢ Βλεύτωνος· Οἱ δὲ Ὡρακίνϩ. v. Küster. II. pag. 72. not. 6. *Harl.*

Hermagoras ex Temno, Aeoliae vrbe, cognomento Carion, rhetor, ſcripſit *artem rhetoricam* libris VI. περὶ ἐξεργασίας, *de elaboratione.* περὶ πρέποντος, *de decoro.* περὶ φράσεως, *de elocutione.* περὶ σχημάτων *de figuris.* Hic una cum Caecilio Romae docuit Caeſaris Auguſti temporibus, et aetate prouecta obiit.

Hermes, ſapiens Aegyptius, ante Pharaonem floruit vocatusque fuit *Triſmegiſtus*, quod de Trinitate loquutus fuerit, dicens, in Trinitate vnam eſſe Deitatem. Ἦν φῶς νοερὸν πρὸς νοερᾶ, καὶ ἦν ἀεὶ νᾶς νοὸς φωτεινὸς καὶ ᾶδὲν ἕτερον ἦν ἡ τᾶτα ἑνότης, καὶ πνεῦμα πάντα περιέχον. ἐκτὸς τᾶτα ᾶ Θεὸς, ᾶκ ἄγγελος, ᾶκ ᾶσία ἄλλη etc. (ex Cyrillo I. in Iulian.)

Hermias, Eunuchus, Atarnae, regioni Myſiae, ad Helleſpontum praefuit, regi Perſarum ſubiectus. Eunuchus quum eſſet et ſeruus Eubuli, Bithyni, dynaſtae et philoſophi, litteris ab Ariſtotele inſtitutus, *de anima* ſcripſit, eamque immortalem eſſe docuit. Hic eſt Eunuchus ille, ter [?] venditus, Ariſtotelis amicus, cui filiam ſuam adoptiuam vxorem dedit. Sed et ipſe, licet θλαδίας, filiam habuit ex vxore Pythiadem. Scribitur Ἑρμίας, vt in ςίχοις ἰαμβικοῖς Hipponactis: yy) Εὐνᾶχος ὢν καὶ δᾶλος Ἑρμίας.

Hermias (Ἑρμείας) philoſophus, Ammonii et Heliodori, magiſtrorum Damaſcii, pater, amicus intimus Aegypti, cupidiſſimi litterarum, fratris Theodotae, quae erat mater Iſidori, philoſophi. Huic Aegypto, morienti, iureiurando adfirmauit, animum eſſe immortalem, quam fiduciam ipſi adferebat vitae integritas. Philoſophiam coluit ſub magno Syriano, induſtria nullis ſodalium ſuorum, ne Proclo quidem inferior. Licet vero τὰ μὲν περὶ λόγας ἐνδεέςερος, ἢ κατὰ τὴν ἀκρίβειαν, ab eruditionis et eloquentiae perfectione abeſſet, virtutem tamen ita ſectabatur, vt ne Momus quidem reprehendere, nec inuidia ipſa odio eum proſequi poſſet. Tantum erat in illo aequitatis ſtudium, vt, ſi quid emeret, librum verbi gratia, venditori minoris forſan offerenti, quam par eſſet, iuſtum potius pretium daret.

Hermippus, Athenienſis, comicus antiquae comoediae, luſcus, frater Myrtili, comici. fabulas docuit XL.

Hermippus, Berytius, ex vico mediterraneo, diſcipulus Philonis, Byblii, a quo commendatus fuit Herennio Seuero ſub Hadriano, imp. Hic quamuis genere libertinus eſſet, tamen eruditus admodum fuit et multa ſcripſit.

Hermogenes, Tarſenſis, cognomento ξυςήρ, quaſi *raſorem* dixeris: Sophiſta, quem Muſonius, philoſophus, et Marcus, imp. audiuit, vix natum annos XV, ingenii felicitate et doctrina captum eius aetatis longe ſuperante. Annos natus circiter XVIII. ſcripſit *artem rhetoricam*, quam omnes in manibus habent; *de ſtatibus cauſſarum librum*, *de formis orationis libros duos; de Coeleſyria libros II.* Quum annum aetatis XXIV. adtigiſſet, ingenio defecit et ſui prorſus diſſimilis euaſit ſine vlla manifeſta cauſſa aut morbo corporis: vnde dictum Ἑρμογένης ὁ ἐν παισὶ γέρων, ἐν δὲ γέρᾶσι παῖς, *inter pueros ſenex et inter ſenes puer.* De hoc Philoſtratus Lemnius etc. Cadauere eius diſſecto cor dicitur inuentum pilis obſitum et communem magnitudinem longe ſuperaſſe.

Hermolaus, grammaticus Cpolitanus, ſcripſit epitomen ἐθνικῶν Stephani, grammatici, eamque Iuſtiniano, imp. dedicauit.

Hero-

yy) Oportet nomen eſſe corruptum, vel iuniorem Hipponactem intelligi. Nam Hipponax ille antiquus diu ante Hermiam fuit.

Herodes Iulius, filius Attici, Plutarchi nepos, genere Aeacides, Athenienſis, ex municipio Marathonio, Sophiſta, ob theſaurum (repertum) valde diues, adeo vt et ſtadium et theatrum tecto munitum Athenienſibus condiderit. Ipſius pater Aſiae praefuit et bis Conſulatum geſſit. Vixit Traiani, Hadriani et Marci Antonini, impp. temporibus et Fauorinum Polemonemque praeceptores habuit. Scripſit ἐφημερίδας, opus, varia eruditione plenum: item *epiſtolas et orationes* extemporales, quarum meminit Philoſtratus in Vitis Sophiſtarum. Ei in ſchola ſucceſſit Adrianus, ſophiſta. Circumferuntur et multa alia illius ſcripta, ex quibus et ingenii eius magnitudo, et mentis ſublimitas perſpici poteſt. Obiit circa LXXVI. aetatis annum, tabe confectus.

Herodianus, Alexandrinus, grammaticus, Apollonii, grammatici, cognomine dyſcoli, F. Vixit tempore Marci Antonini, imp. quare iunior eſt Dionyſio, qui muſicam hiſtoriam conſcripſit, et Philone, Byblio. [De eius operibus multus eſt Küſter. ad h. l. tom. II. pag. 78. n. 8.]

Herodotus, Lyxi et Dryonis F. Halicarnaſſeus, illuſtri genere natus, fratrem habuit Theodorum. Samum migrauit propter Lygdamidem, qui poſt Piſindelim, patrem, auiamque Artemiſiam tyrannus Halicarnaſſi erat. Sami Ionicam dialectum excoluit, et *Hiſtoriam libris IX.* ſcripſit auſpicatus a Cyro, Perſa, et Candaule, Lydorum rege. Reverſus deinde Halicarnaſſum, tyrannum expulit, inuidiaque ciuium tangi ſe quum ſenſiſſet, Thurium, quo tunc Athenienſes coloniam deducebant, vltro conceſſit, vbi defunctus et in foro ſepultus eſt. Sunt tamen, qui aiunt, Pellae obiiſſe. De Herodoto ὁ παραβάτης (Iulianus) in epiſtola: εἴ τῳ πιστὸς ὁ Θούριος εἶναι λογοποιὸς δοκεῖ, *ſi cui Thurius ille, hiſtoriae ſcriptor, fide dignus eſſe videtur.*

Heron, Cotyos F. Athenienſis, rhetor, qui *cauſas, Athenis actas*, ſcripſit. Item *expoſitionem* (orationum) *Dinarchi: commentarios in Herodotum, Xenophontem, Thucydidem.* Κεκριμένων ὀνομάτων *ſelectorum vocabulorum libros III. Epitomen Heraclidis hiſtoriarum: de antiquis oratoribus et orationibus, quibus in commiſſionibus vicerunt.* Heroni Proclus ſe commiſit, viro pio et qui perfecte ſe comparauerat ad inſtitutionis rationem, Alexandriae uſitatam.

Herophila, quae et Sibylla Erythraea, Theodori filia. Scripſit verſu heroico βιβλία γ' μαντικά, *tres diuinationum libros*, et Conſulum, vel, (vt alii tradunt,) Tarquinii temporibus Romam venit, ſperans, eos magno ſibi quaeſtui fore. Sed quum contemni ſe videret, duos libros cremauit: vnus vero ſeruatus eſt, quem Romani magno pretio redemerunt.

Herſilia, nomen proprium. De ea Dionyſ. Halicarn. antiqq. rom. libr. II.

Heſiodus, Cumanus, a patre, Dio, et matre, Pycimede, adoleſcens translatus eſt Aſcram, Boetiae ciuitatem. Dius filius Ampelidae, nepos Melanopi, quem aiunt fuiſſe auum Homeri aui, ita vt Homerus natus ſit ex patruele Heſiodi. Utriusque genus ab Atlante deduci ferunt. Poëmata Heſiodi, *Theogonia*, *Opera et dies*, *clypeus*, *heroinarum mulierum catalogus*, *libris V.* *Epicedium in Batrachum*, quem amauerat: *de Idaeis Dactylis*, et alia multa. Obiit hoſpitio exceptus ab Antipho et Ctimeno, qui noctu putantes ſe ſororis ſuae ſtupratorem interficere, Heſiodum obtruncarunt inuiti. Homero alii antiquiorem faciunt, aequalem alii, Porphyrius aliique plurimi annis cen-

tum iuniorem, vt tantum XXXII. annis primam Olympiadem antecesserit. adde Küsteri not. 5 et 6. tom. II. pag. 80.

Ἕσπερος. Parmenides, (alii aiunt Pythagoras,) primus deprehendit, eumdem esse Vesperum et Luciferum.

Hesychius Milesius, Hesychii, causidici, et Sophiae F. temporibus Anastasii, (et Iustiniani) imp. vixit. Scripsit *ὀνοματολόγον, ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον, Nomenclatorem,* siue, qui liber illius est epitome, *indicem virorum, qui doctrina clari fuerunt.* Item *historiam chronicam*, quam in *sex diastemata*, (sic enim singulos libros adpellat,) distinxit. In his libris continentur Impp. Romanorum res, variis temporibus gestae et historia regum ac principum, qui singulis gentibus imperitarunt: item ea, quae Byzantii gesta sunt vsque ad imperium Anastasii, cognomento Dicori. In indice suo nullam facit mentionem ecclesiasticorum doctorum, qui eruditione clari fuerunt: vt hinc suspicari liceat, eum non fuisse Christianum, sed ethnicorum nugis et vanis studiis addictum.

Hierocles, philosophus Alexandrinus, ingenio et dicendi facultate excellens, cuius discipulus, Theosebius, aiebat, Hieroclem aliquando inter docendum dixisse, Socratis sermones tesseris esse similes, numquam enim eos in irritum cadere, quocunque cecidissent. Hieroclis animum virilem magnumque aduersa fortuna demonstrauit. Quum enim Byzantium profectus Christianos, quorum summa potestas erat, offendisset, in iudicium ductus et verberibus caesus sanguinem, quo manabat, caua manu excepit, eoque iudicem adspersit dixitque: *Κύκλωψ τῆ, πῖ οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρομέα κρέα* (Odyss. *ι.* 347.) Post exsilium inde reuersus Alexandriam, more solito philosophiam discipulis exposuit. Mentis eius sublimitas perspici potest ex *commentariis*, quos scripsit *in aurea carmina Pythagoreorum*, et pluribus aliis libris [P] *de prouidentia*, ex quibus adparet, virum illum animo quidem excelso, sed scientia minus accurata praeditum fuisse.

Hieronymus, tyrannus, de cuius morte (*καταστροφῇ*) qui scripserunt, historici multa verba fecerunt de rebus atrocibus, quae in ipsius obitu acciderunt, vt nec Phalaris nec Apollodorus nec vnus alius tyrannus fuerit illo acerbior etc.

Hieronymus, Cardianus, qui *res, ad Alexandriam gestas, τὰ ἐπ' Ἀλεξανδρείᾳ πραχθέντα* (Kusterus legit *τὰ ὑπ' Ἀλεξάνδρου res Alexandri Magni*) conscripsit. Cardia nomen vrbis (in Thracica Chersoneso.)

Hilarius, Phryx, sub Iouiano, imp. vixit, vir, non quidem eruditione celebris, sed Deo visum erat, futurorum praescientiam illi impertiri. Itaque praestantissimus vates fuit.

Himerius, Aminiae, rhetoris, F. ex Prusiade, Bithyniae ciuitate, sophista, Iuliani, imp. temporibus vixit et Athenis Proaeresii aemulus fuit, oculosque in senectute amisit. Scripsit *Declamationes.*

Hipparchia, soror Metroclis, cynici, Maronitis, philosopha cynica, vxor cynici Cratetis, qui fuit Atheniensis, discipulus Brysonis, Achaei, vel, vt alii tradunt, Diogenis. Scripsit philosophica quaedam, item argumentationes nonnullas et quaestiones ad Theodorum, atheum. Floruit Olympiade CXI. (Confer quae Suidas in *Ἥρα.*)

Hipparchion mutus. Duo fuerunt citharoedi, Hipparchion et Rufinus. Quum autem instaret certamen, Hipparchion mutus fletit.

Hipparchus, comicus antiquae comoediae. Dramata eius, de nuptiis.

Hipparchus,

Hipparchus, Stagirita, philoſophus, Ariſtotelis diſcipulus et cognatus. Scripſit de maſculino et foeminino ſexu nuptiisque deorum, et alia quaedam.

Hipparchus, Nicaeenſis, philoſophus, qui ſub conſulibus vixit, Scripſit *de Arati Phaenomenis; de ſtellarum inerrantium conſtitutione et ſtatione; de menſtruo lunae motu ſecundum latitudinem.* Et *in aſterismos.* [Proba eſt emendatio *in aſterismos.* In Suidae textu legitur εἰς τοὺς ἀρίστους, quae lectio iure videbatur vitioſa Küſtero, at qui, quomodo ſanari poſſet, non reperiebat.]

Ἱππάς, *equeſter ordo.* Solon, qui leges Athenienſibus ſcripſit, totam eorum multitudinem in quatuor claſſes diſtinxit etc.

Hippias, Diopithis F. Eleus, ſophiſta et philoſophus, diſcipulus Hegeſidami, qui ſummum bonum ſtatuebat αὐτάρκειαν. Multa ſcripſit. — Diuerſus eſt *Hippias*, tyrannus Athenienſis, de quo multus eſt Suidas.

Hippobotus, philoſophus, qui dixit, nouem eſſe philoſophorum ſectas. Vide ſupra in *Haereſis.*

Hippocrates, Gnoſidici F. Cous, pater Heraclidae, celebris Hippocratis auus, medicus et ipſe e familia Aſclepiadarum. Scripſit artem medicam.

[⁋] Hippocrates, Cous, medicus, Heraclidae F. Hippocratis nepos auo praefertur, ſidus quoddam ac lumen medicinae, quo nihil eſt vitae vtilius. Ex poſteris Chryſi et eius filii, Elaphi, qui et ipſi fuere medici. Diſcipulus primum patris, poſtea Herodici, Selybriani et Gorgiae, oratoris ac philoſophi. Aiunt etiam, adoleſcentem acceſſiſſe ad Democritum, Abderitam, alii Prodicum audiuiſſe. Commoratus eſt in Macedonia, vbi regi Perdiccae admodum carus fuit, relictisque duobus filiis, Theſſalo et Dracone, obiit anno aetatis CIV. ſepultus Lariſſae in Theſſalia. In ſimulacris et imaginibus caput eius cernitur pallio tectum: vel quod hic eſſet mos eius, vel propter peregrinandi ſtudium, vel quod eo habitu chirurgiam exercere ſoleret. Hic multa ſcripſit et apud omnes clarus euaſit, adeo vt magnus Perſarum rex, Artaxerxes, ſcriptis ad Hyſtanem litteris, huius viri ſapientiam expetierit. *Rex Regum Magnus Artaxerxes* etc. Libri Hippocratis omnibus medicinae ſtudioſis ſunt notiſſimi, qui eos vt oracula diuina, ὡς Θεοῦ φωνὰς καὶ οὐκ ἀνθρώπου προελθούσας ἐκ στόματος, venerantur. Primus *Iusiurandum*, ſecundus *praedictiones*, tertius *Aphoriſmorum* ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνων σύνεσιν, *qui ſuperat ingenium humanum.* Quartum locum tenet celeberrimum illud et admirabile opus ſexaginta librorum ſiue *Hexecontabiblus*, quod omnem medicam ſcientiam et ſapientiam continet.

Hippocrates, Theſſali F. Cous, medicus, nepos Hippocratis ſecundi, filii Heraclidae. Scripſit et ipſe medica.

Hippocrates, Draconis F. Cous, medicus, eiusdem Hippocratis ſecundi nepos, qui Roxanem curauit et ſub Caſſandro, Antipatri F. e vita exceſſit. Scripſit et ipſe Medica.

Hippocrates, quintus et ſextus, medici ambo, Thymbraei filii, Coi et ipſi, eiusdemque generis. Scripſerunt ambo de eadem ſcientia.

Hippocrates, ſeptimus, Cous, et ipſe medicus, Praxianactis F. eiusdemque generis. Scripſit et ipſe de eadem arte.

Hippolytus. Hic ſcripſit in prophetias Danielis commentarium, et in Prouerbia Salomonis. *Hippolytum imitabor*, de iis, qui caſtitatem profitentur.

Hipponax,

Hipponax, Pytheae et Procridis F. Ephesius et iamborum scriptor, qui Clazomenis habitavit, pulsus a tyrannis, Athenagora et Coma. Scripsit in Bupalum et Athenidem, statuarios, quod imagines ipsius ludibrii et contumeliae gratia effinxissent. Hic etiam primus parodiam et choliambum scripsit, et alia. [v. Küster. tom. II. pag. 148. not. 4. qui locum Suidae male transpositum de auctore parodiae et choliambi bene reduxit in suam sedem, suoque auctori reddidit inuentionem.]

[†] Hippys, Rheginus, historicus, qui tempore bellorum Persicorum vixit et primus *res Siculas* scripsit, quas postea Myes redegit in compendium. Item *Origines Italiae. Sicularum rerum libros V. Chronicorum libros V. Argolicorum libros III.*

Ἱστορῆσαι.] Vide supra in Hecataeus, vbi eadem de Hecataeo, Pherecyde et Acusilao leguntur.

Homeridae, qui versus Homericos recitabant. Alii familiam hoc aiunt nomen tulisse a poeta Homero. Alii posteros Chiorum, qui in Bacchanalibus per data inuicem ὅμηρα siue obsides acceptos a pugna et furore quieuerunt.

Ὁμήρειος λόγος. Ὁμηρίζω, *verbis Homeri vtor.*

De Homeri, poetae, genere, patria, aetate etc. plurima apud Suidam et in Küsteri ad illum notis, tom. II. pag. 682. sqq. leguntur, qui vitae quoque eius, ab *Herodoto*, historico, scriptae, meminit et ex illa longam ῥῆσιν recitat. Praeterea de scriptis eius haec habet: Poemata Homeri, quae a nemine in dubium vocantur, sunt *Ilias* et *Odyssea.* Scripsit autem Iliadem non simul, neque continua serie, quemadmodum nunc est composita, sed ipse singulos libros, a se scriptos, recitauit, et in vrbibus, quas victus quaerendi gratia obibat, reliquit. Postea vero compositi et in ordinem redacti fuerunt a multis, praecipue vero a *Pisistrato*, Atheniensium tyranno. Homero alia etiam quaedam poemata tribuuntur, vt *Amazonia, Ilias minor*, νόστοι, ἐπικιχλίδες siue *turdi*, ἠθιέπακτος, (Bentleius legit ἑπταεπάκτιον,) siue *iambi, ranarum et murium pugna*, ἀραχνομαχία siue *araneorum pugna*, κεραμὶς, *Amphiarai* ἐξέλευσις seu *expeditio*, παίγνια siue *ludicra ac ioci: Siciliae expugnatio, Epithalamia,* Κύκλος siue *poema cyclicum, hymni* et *Cypria.* His infra ex Herodoto addit Κέρκωπας et ψαρομαχίαν siue *sturnorum pugnam*, adfertque integrum *Caminum* variaque alia Homeri breuia carmina. Filii Homeri fuere Eriphon et Theolaus, gener Stasinus, Cyprius etc.

Homerus, Andromachi et Myrus, Byzantiae, F. grammaticus et poeta tragicus, vnus e pleiade. Floruit Olympiade CXXIV. Scripsit tragoedias XLV.

Homerus, cognomento Sellius, grammaticus, scripsit Hymnos, ludicra varii generis, versibus: et prosa de personis comicis et argumenta comoediarum Menandri. Infra, Σέλλιος.

Ὁμοιομέρεια. Anaxagoras, philosophus, dicebat, in luna habitari et esse in ea colles et conualles. Principia vero rerum esse *homoeomerias* siue particulas, rebus singulis similes etc.

[†] Homoloius (Ὁμολώϊος) Iupiter, Thebis et in aliis Boeotiae ciuitatibus cultus et in Thessalia, nomen habet ab Homoloia, fatidica, Eunyei filia, quam, vatem, Delphos missam fuisse aiunt, vt Aristophanes libro secundo rerum Thebaicarum tradit. Ister vero libro XII. συναγωγῆς siue collectaneorum, a pacis studio, quod ὁμολον est apud Aeoles zz). Est et Thebis Ceres, quae *Homoloia* adpellatur.

Ὧραι.

zz) Conf. *Valcken.* ad schol. *Eurip.* Phoeniss. v. 1120. pag. 732. *Harl.*

Ὧραι. Eſt liber quidam Prodici, *Horae* inſcriptus, in quo Herculem facit virtuti et vitio occurrentem, quumque vtraque ad ſuos mores eum inuitaret, Herculem virtuti ſe adiunxiſſe, et illius ſudores antepoſuiſſe voluptatibus vitii, ad breue tantum tempus durantibus.

Horapollo, ex Phaenebythide, vico Panopolitanae praefecturae, grammaticus, ob artem clarus, et nulli veterum doctiſſimorum grammaticorum ſecundus, docuit Alexandriae in Aegypto, deinde CPoli tempore Theodoſii, imp. Scripſit Τεμενικὰ, *de delubris et locis ſacris; commentarium in Sophoclem, Alcaeum et Homerum.* Videtur Chriſtianus fuiſſe factus, vt Heraiſcus praedixerat fore etc.

Ὑμνοπόλος, *carminibus alios celebrans.* De Alcmane, lyrico, epigramma, πολλαὶ πατρίδες ὑμνοπόλων.

Ὑάδεις. Suillis moribus et ouino ingenio praediti filii Hippocratis, (diuerſi a medico,) Teleſippus, Demophon, Pericles, a comicis perſtringuntur.

Hypatia, Theonis, geometrae, Alexandrini philoſophi, filia, vxor Iſidori, philoſophi, floruit temporibus Arcadii, imp. Scripſit *Commentarium in Diophantis aſtronomicum Canonem; in Conica Apollonii.* Alexandriae nata, educata et erudita, ingenio praeſtantiore quam pater, non acquieſcens paterna in mathematicis inſtitutione, ceterae etiam philoſophiae ſtrenuam operam impendit, et mulier ſumto pallio per mediam vrbem progrediens publice audire ſe volentibus Platonem vel Ariſtotelem vel cuiusuis alterius philoſophi ſcripta enarrabat. Hypatia dilacerata fuit ab Alexandrinis, et corpus eius cum ludibrio per vrbem disiectum, quod factum aiunt ex inuidia Cyrilli, vel, vt alii, quod Alexandrini natura eſſent audaces et ad ſeditionem procliues. Nam multos etiam epiſcoporum ſuorum ita tractarunt, vt Georgium et Proterium etc. Imperator eam rem grauiſſime tulit, et vltus eſſet, niſi Aedeſius amicos imperatoris corrupiſſet. Sed imperator poenam remittens interfectoribus, in ſuum ipſius caput et ſtirpem ſuam vltionem adtraxit. Eius enim nepos poenas exſoluit. Nihil ea res imminuit Alexandrinorum ſtudium in Iſidorum: — — nam ii etiam, qui rhetoricis et poeticis ſcholis praeerant, frequentes philoſophi congreſſus [❡] amabant. — — Mea vero aetas tres nouit criticos, qui de iis, quae de ſoluta oratione dicuntur, iudicare poſſunt. Poematum enim et ſcriptorum proſaicorum idem iudicium eſſe conſtat. Ego vero etiam vtrorumque eumdem artificem eſſe iudico, ſi modo vtrumque pari ſtudio exerceatur. Iſidorum vero inter criticos illos non recenſeo, ſed tribus illis longe inferiorem eſſe puto. Iudices vero illi ſunt Agapius, Seuerianus, Nomus. Nomus vero noſter eſt aequalis. (e Damaſcio.)

Hyperbolus, demagogus, quem Thucydides libro VIII. per oſtracismum relegatum ſcribit. Litium amans ab Ariſtophane perſtringitur. v. Küſter III. pag. 539.

Hyperechius, Alexandrinus, grammaticus, temporibus Marciani, imp. Scripſit *artem grammaticam; de nominibus; de verbo; de orthographia.*

Hyperides, Glaucippi, rhetoris, vel, vt alii, Pythoclis F. Athenienſis, demagogus optimus et orator vnus ex illis decem, qui principes cenſentur. Diſcipulus fuit vna cum Lycurgo Platonis, philoſophi, et Iſocratis, rhetoris. Amicus licet Demoſthenis, ipſum tamen

men ob pecuniam, ab Harpalo acceptam, accusauit. Amoribus mulierum addictior fuit. Sublatus autem est ab Antipatro, rege, qui eum ex Cereris templo, quod est Hermionae, per Archiam, qui inde φυγαδοθήρας siue fugitiuorum indagator dictus est, extrahi, linguamque praecidi iussit. Ossa filius, Glaucippus, in patrio monumento sepeliit. Orationes eius omnes sunt LVI.

Ὑῤῥα παῖς. Hyrrhae filius, Pittacus; idemque Hyrradius dicitur.

Ἴακχος, Hymnus in Bacchum. ᾄδουσι γοῦν τὸν Ἴακχον ὥσπερ Διαγόρας. Hunc Diagoram aiunt atheum fuisse. Fuit autem et alter Terthrei F. qui ob magnitudinem corporis ab comicis perstringitur, vt ab Hermippo in Μοίραις.

Iacobus, Hesychii, medici, F. cognomine ψύχριστος, ex Damascena prouincia, qui CPoli sub Leone, imp. medicinam exercuit egregie, ita, vt a multis diceretur σωτήρ, vt quondam Aesculapius, visusque habere, Ἀσκληπιαδικὴν ψυχὴν καὶ φύσιν Παιώνιον. Sic et Phidiam ἐνθουσιῶντα δημιουργεῖν numine plenum statuas fecisse, et Zeuxidem imagines pinxisse etc. (e Damascio.)

Iacobus hausto veneno sub Valente obiit, suadente hoc ei Libanio, sophista, quod inquisiuisset, quis in imperio Valenti successurus esset. Vid. not. Küsteri, t. II. p. 88. sq.

Iadmon, Ἰάδμων, Ἰάδμωνος, Samius, cuius ancilla, Rhodopis, meretrix, genere Thracia, quam Charaxus, Sapphonis frater, vxorem duxit, et ex ea liberos procreauit.

[P] Iachen, Aegyptius, singularibus a Deo dotibus instructus, vixit sub Senye, Aegyptiorum rege, amuletorum incantationumque peritus, qui pestilentias grassantes exstinxit et primum caniculae exortum aestuosumque sideris illius influxum mitigauit, quam ob caussam magnifico funere elatus est. Et si quando morbus epidemicus inualesceret, sacri scribae, eius fanum adeuntes, sacris rite peractis, ex ara eius ignem accendebant, rogisque passim per vrbem excitatis aëris foetidi exitialem luem exstinguentes, noua hac via morbum, ignis beneficio, propulsabant.

Ialemus, Calliopes filius infelix etc.

Iambe, nomen proprium feminae, de qua vide a Küstero II. pag. 89. not. 7. citatos.

Ἰαμβίζειν *conuitiis insectari* etc.

Iamblichus, libertus, scripsit Babylonica siue Rhodinis et Sinonidis amores libris XXXIX. Hic agit de Zobara, eunucho, Mesopotamiae formosissimae amatore.

Iamblichus alter, ex Chalcide Syriae, philosophus, discipulus Porphyrii, qui fuit auditor Plotini. Vixit Constantini, imp. temporibus. Varios libros philosophicos scripsit.

Iason, Menecratis F. Nysaeus, a patre, a matre Rhodius, philosophus, discipulus et ex filia nepos et successor Posidonii, philosophi, in schola, quae erat Rhodi. Scripsit *illustrium virorum vitas* et *philosophorum successiones* et secundum quosdam *libros IV. de vita Graeciae.* Hic etiam *de Rhodo* scripsit.

Iason, Argiuus, historicus, iunior Plutarcho, Chaeronense, grammaticus, scripsit *de Graecia libros IV.* qui continent antiquitates Graeciae et historiam Persarum et res ab Alexandro gestas vsque ad obitum eius et tempus illud, quo Athenae ab Antipatro, Cassandri patre, captae fuerunt.

Ibycus, Phytii vel Polyzeli, Messenii, historiographi, vel Cerdantis F. genere Rheginus. Inde Samum migrauit, quum ibi Polycrates, tyranni pater, imperaret, Olympiade LIV. temporibus Croesi, inuenit sambucam (ἰβύκινον ab eo dictam) citharae triquetrae genus.

Scripsit

Scripsit dialecto dorica libros VII. Eius dictum: *μή τι πέρὶ Θεὺς ἀμπλακὼν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψαι*, *deos non offendendos, vt inde gratiam ab hominibus consequaris.* A latronibus interficiendus grues vindices fore dixit, quod comprobauit euentus: vnde prouerbium, *Ibyci grues.*

Ἰχθῦς. Aesopus, Mithridatis anagnostes, scripsit librum de Helena, in quo ait, cetacei generis piscem quemdam *πᾶνα* vocari, in hoc asteritem lapidem reperiri, qui a sole accenditur et ad philtra vtilis est.

Idaeus, Rhodius, Lissi F. poeta epicus, qui post singulos versus alterum versum inserens poema Homeri altero tanto auctius fecit. Scripsit et alia, vt *Rhodia* ad versus hexametros ter mille.

[P] *Ἱερατική*, siue scientia sacerdotalis, differt a philosophia, consistitque in cultu Deorum et a caussis, mundum gubernantibus incipit, et circa eas occupatur, consideratque animorum immortalitatem infinitosque mortuorum apud inferos status, qui pro singulis virtutibus et vitiis adtributi sunt, et varias durante vita migrationes animarum. Auctores fuere Aegyptii, a quibus Pythagorei omnia ad Graecos transtulere.

Ἰησῦς. Colloquium Philippi, christiani, cum Theodosio, *ἀρχηγῷ* Iudaeorum, habitum Iustiniani temporibus, in quo Iudaeus profitetur, se ex codice arcano, Tiberiade reposito, probe compertum habere, Iesum esse DEI filium, natum ex Maria virgine atque olim inter sacerdotes cooptatum: Iosephum quoque in commentariis de bello Iudaico aperte dicere, Iesum in templo cum sacerdotibus sacra fecisse. De narratione illa dixi in codice apocrypho noui Test. pag. 371. et tom. II. pag. 547. quod vero ad codicem, Tiberiade repositum, adtinet, conferendus S. Epiphanius haeresi 30. pag. 133.

Ignatius, diaconus et custos vasorum magnae ecclesiae CPol. et Nicaeae metropolitanus, grammaticus. Scripsit *vitas Tarasii et Nicephori*, sanctorum et beatorum patriarcharum, *elegos sepulcrales; epistolas; iambos in Thomam Antartem*, multaque alia.

Ilion, vrbs Phrygiae. Tempore Argonautarum apud Graecos vaticinata est Sibylla Erythraea, in Phrygia vero Tros, Ili et Ganymedis pater, regnauit etc.

Εἰ μὴ δύναιο. Theognis erat tragicus, poeta frigidus, quem perstringens Aristophanes ait, niue texisse Thraciam totam, et flumina congelasse.

Ioannes, theologus et Euangelista, ex exsilio Patmi reuersus aetatis anno centesimo euangelium conscripsit et deinde peruenit ad annum CXX. Illic autem [a]) degens, *συγγράφεται τὴν Θεολογίαν* Theologiam (h. e. Euangelium) conscripsit. Chrysostomus tres eius epistolas et apocalypsin pro canonicis habet.

Ioannes, Chrysostomus, Antiochenus, principio presbyter Antiochiae, et Eusebii, Emeseni, philosophi, et Diodori sectator. Hic multa scripsisse fertur, in quibus excellunt *sermones de sacerdotio* tum sublimitate et elocutione, tum suauitate et elegantia verborum. Cum his certant *sermones* eius *in Dauidis Psalmos* et *in Iohannis euangelium adnotationes*, et *in Matthaeum, Marcum et Lucam commentarii.* Cetera vero eius scripta numerum superant. Totam enim et iudaicam et christianam [P] scripturam commentariis explicauit, vt alius nemo. Plurimas etiam orationes in laudem martyrum

a) Ephesi intellige, ex Chrysostomi homilia in Ioannem t. VI. p. 505. ex quo locum Suidas repetiit.

rum promte et ex tempore habuit, quippe qui flumine eloquentiae ipſas Nili catarractas ſuperaret. Nullus enim mortalium ab omni aeuo tanta dicendi copia abundavit, adeo, vt ſolus merito aureum illud et diuinum nomen conſequutus ſit. Scriptorum eius numerum recenſere non hominis ſit, ſed DEI, qui omnia cognoſcit. Hic S. Ioannes vitam ſumme aſceticam agebat etc.

Ioannes, grammaticus, Alexandrinus, cognomento Philoponus. Huius plurima ſunt ſcripta grammatica, philoſophica, arithmetica, rhetorica et in ſacram ſcripturam et contra XVIII. Procli argumenta (de aeternitate mundi) et contra Seuerum. Sed tamen ab eccleſiae doctoribus vt Tritheita reiicitur, nec in orthodoxorum catalogum admittitur.

Ioannes, Philadelphienſis Lydus. Hic ſcripſit *de Menſibus* librum vnum, et de dioſemeis, ſiue tempeſtatum ſignificatione, alterum, itemque mathematica varia. Ea dedicauit Gabrieli, praefecto.

Ioannes, cognomento Stobaeus, ſcripſit florilegium, variorum ſententias complectens, libris quatuor, quod opus eſt praeclarum et varia doctrina plenum, ad Epimium, filium ſuum.

Ioannes, Damaſcenus, cognomine Μανσὲρ, vir et ipſe celeberrimus et aetatis ſuae nulli eorum, qui doctrina fuere illuſtres, ſecundus. Eius ſcripta ſunt permulta, et praecipua philoſophica et in ſcripturam S. parallela ſelecta et canticorum ſacrorum canones tam iambis quam oratione ſoluta conſcripti. Eodem tempore *Coſmas*, Hieroſolymitanus, floruit, vir ingenioſiſſimus, et omnino muſicam ſpirans harmonicam. Illi autem Canticorum canones Ioannis et Coſmae nullam cum aliorum ſcriptis comparationem admiſerunt nec admittunt, quamdiu hominum vita durabit.

Iobus. Habes philoſophi huius praemia. Habes et eius librum, Homerica et Platonica Muſa ſuauius quid canentem, qui nec fabularum nec alienarum calamitatum narrationem praedicat, vel audaciſſimum Achillem, aut calidiſſimum Vlyſſem, quibus caedes ſunt triumphus; et mulierum ſtupra, praeclara facinora; ſed Satanam deſcribit a nudo quidem et inermi et ſolo ſuperatum etc.

Iobates, Sthenoboeae pater, ad quem Proetus de interficiendo Bellerophonte litteras dedit.

Ion, Chius, tragicus et lyricus et philoſophus, Orthomenis Xuthi F. [☞] tragoedias docere coepit Olympiade LXXXII. Fabulas ſcripſit XII. Secundum alios XXX. vel XL. Idem ſcripſit περὶ μετεώρων καὶ συνθέτȣς λόγȣς b) (ſupra in Διθυραμβοδιδάσκαλοι.) Hunc Ariſtophanes per iocum Ἀοῖον vocat (*matutinam ſtellam.*)

Iophon, Athenienſis, tragicus, genuinus Sophoclis, tragici, filius ex Nicoſtrata. Fuit et nothus ipſi filius, *Ariſton*, ex Theodoride, Sicyonia. Fabulas Iophon docuit quinquaginta,

b) Quam falſa haec ſit narratio Suidae, Ionem ſcripſiſſe de meteoris et συνθέτȣς λόγȣς, verbis ſcholiaſtae ad Ariſtoph. Pacem male intellectis, docet Küſter ad Suidae loc. II. pag. 135. ex Bentleii epiſt. ad Millium. Contra ea ſenſus ſcholiaſtae eſt, poetas dithyrambicos amare verborum translationes ἐκ τῶν μετεώρων, ex aſtris, nubibus aliisque, quae in ſublimi fiunt; libenter etiam vti vocabulis ſesquipedalibus et coagmentatis. *Harl.*

ginta, in quarum numero sunt, Ἀχιλλεὺς, Τήλεφος, Ἀκταίων, Ἰλίυ πέρσις, Δεξαμενὸς, Βάκχαι, Πενθεὺς, et aliae quaedam patris Sophoclis.

Iosephus, Iudaeus φιλαλήθης, veritatis amans, de Ioanne, baptista, praecursore et de domino nostro Deo et sotere Iesu Christo loquitur. Fuit Matthaei, sacerdotis Hierosolymitani F. A Vespasiano et Tito, eius filio, captus, vsque ad Hierosolymorum expugnationem apud illos mansit, et cum ipsis Romam profectus *libros VII. de excidio Hierosolymitano* imperatoribus obtulit, qui in bibliotheca publica sunt repositi, et ob illius scripti celebritatem statua donatus est. Scripsit etiam *Antiquitatum iudaicarum libros XX.* ab exordio mundi vsque ad XIV. annum Domitiani, Caesaris. Item *duos* alios *Antiquitatum libros contra Appionem*, grammaticum Alex. qui sub Caligula a parte gentilium legatus missus est, vt oratione quadam Philonem accusaret, quae gentis iudaicae criminationem continet. Est et alius liber omnino praeclarus *de principatu rationis*, in quo martyrii Maccabaeorum meminit. Hic libro XVIII. antiquitt. aperte fatetur, propter multitudinem miraculorum Christum a Iudaeis interfectum fuisse, et Ioannem, baptistam; vere fuisse prophetam, et propter caedem Iacobi, apostoli, Hierosolyma vastata fuisse. Sic autem de Domino nostro Iesu Christo scribit: *Eodem tempore exstitit Iesus vir sapiens, si* etc. (Ioseph. XVIII. 4. Antiqu.) Hic Vespasiano praedixit imperium (III. 14. de bello iud.).

Iouinianus, Romanorum imp. orthodoxus, qui magnam curam gessit ecclesiarum, et episcopos omnes ab exsilio reuocauit. Idem ad S. Athanasium scripsit, vt accuratam fidei formulam, scripto mandatam, secum communicaret. Ille vero ipsi misit epistolam, orthodoxae doctrinae plenam. Hunc Iouinianum ob traditam Persis Nisibin carminibus, parodiis et famosis libellis proscidērunt. Idem Iouinianus, ab vxore impulsus, fanum pulcerrimum, ab Hadriano, imp. ad consecrandam patris sui Traiani memoriam conditum, ex quo Iulianus bibliothecam eunucho cuidam, Theophilo, fecerat, cum omnibus libris cremauit, [P] ipsis eius pellicibus ignem cum risu subiicientibus. Antiocheni vero, indignatione aduersus imp. accensi, famosos libellos partim humi iactarunt, vt a quolibet tolli et legi possent, partim parietibus adfixerunt etc. Sub Iouiniano vixit *Acacius*, Caesareae Palaestinae episcopus, qui *libellum de orthodoxa fide* scripsit, in quo synodo Nicaenae adsentitur.

Iphicrates, sutoris F. Atheniensis, orator et belli dux, qui primus in spoliorum inscriptione ducis mentionem fecit, cum antea solius vrbis nomen inscriberetur.

Irenaeus, (latina lingua Pacatus,) discipulus Heliodori, metrici, grammaticus Alexandrinus, scripsit περὶ τῆς Ἀθηναίων προπομπίας, *de Atheniensium more aliquos cum honore deducendi vel prosequendi: de Alexandrinorum dialecto, eam ab Attica deductam esse, libros VII. Atticorum vocabulorum libros III. Atticae consuetudinis in dictione et accentu, ordine alphabetico libris III. Regulas Graecismi librum I. de Atticismo librum I.* et multa alia.

Isaeus, vnus decem oratorum, discipulus Isocratis et magister Demosthenis, genere Atheniensis. Demetrius vero dicit, esse Chalcidensem. Hic laudatur vt orator, et quod Demosthenem sine mercede instituit. In adolescentia luxuriosus, postea ad bonam frugem se recepit. Itaque interrogatus ab aliquo, quis piscis, quae auis esu essent

 suauis-

ſuauiſſima? Deſii, inquit, his rebus ſtudere, quoniam intellexi, *me Tantali hortos vindemiaſſe*, h. e. omnes voluptates vmbrae et ſomnio eſſe ſimiles.

Iſchander, tragicus hiſtrio.

Iſidorus, ſenex, Peluſiota, vir clariſſimus, philoſophus et orator. Scripſit epiſtolas MMM. quibus ſacram ſcripturam interpretatur.

Iſidorus, philoſophus, qui ſub fratribus (ſuis), ſi quis alius in diſciplinis philoſophice ſe exercuit, et ſacrorum valde ſtudioſus fuit, vita philoſophus, ſcientia vero non ſatis excultus et in dialecticis inexercitatus magis quam hebes. Ipſi adoleſcenti mirum quiddam accidit: nam eius aequalis, et ſororis filius, annos XVIII. natus, ſtatim a prima aetate diuinam ingenii vim prae ſe ferens, de tecto delapſus repente vitam finiit. Omnibus igitur ingenti luctu eum proſequentibus, ipſe per ſomnum ad Iſidorum acceſſit, eumque ſolatus eſt.

Εἰς λατομίας. Philoxenus, poeta dithyrambicus, quum Dionyſii, tyranni, poemata, vtpote mala, ferre non poſſet, ab ipſo in lapicidinas eſt coniectus. Poſtea liberatus amicorum precibus, et rurſus audiens illa, ſurrexit, [P] dicens, ſatius eſſe in latomiis verſari, quam ipſius poemata audire, addito dicto: οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος *domus amica, domus optima*, quod valet de teſtudine.

Iſocrates, Theodori, fabri tibiarum, F. Athenienſis, orator, natus Olympiade LXXXVI. i. e. poſt bellum Peloponneſiacum. Hic ob vocis imbecillitatem et in dicendo verecundiam cauſſas non egit, ſed plures erudiit. Orationes ſcripſit XXXII. et anno aetatis CVI. obiit. Fratres eius fuere Tiſippus, Theomneſtus, et Theodorus, magiſter vero Gorgias; alii Tiſiam, Erginumue vel Prodicum, alii denique dicunt Theramenem. Orationes eius ſunt plurimae.

Iſocrates, Amyclae, philoſophi, F. Apolloniae in Ponto, vel Heracleae natus, vt ſcribit Calliſtratus, orator; diſcipulus et ſucceſſor Iſocratis magni, et Platonis auditor. Hic cum Theodecte, oratore et tragico, et Theopompo, Chio, itemque Erythraeo Naucratita de eloquentia certauit in funere Mauſoli Caris, regis Halicarnaſſi. Orationes eius ſunt quinque: *Amphictyonia*, *Hortatoria*, *Philippo ſepulcrum non eſſe faciendum; de migratione; de ſua republica.*

Iſter, Menandri Iſtri F. Cyrenaeus aut Macedo, hiſtoricus, Callimachi ſeruus et diſcipulus. Hermippus vero Paphium ipſum dicit in ſecundo libro de ſeruis, qui eruditione clari fuerunt. Scripſit multa et ſoluta et ligata oratione.

Iuba, (Ἰόβας) Libyae et Mauritaniae rex, quem Romani captum et virgis caeſum in triumpho duxerunt, non autem occiderunt ob eruditionem. Vixit tempore Auguſti, Caeſaris, et Cleopatrae filiam, Selenen, quam ex C. Caeſare natam adoptarat, vxorem duxit. Scripſit permulta. Eodem, quo ille, tempore floruit *Didymus*, Chalcenterus dictus, qui multa contra ipſum ſcripſit.

Iulianus, Chaldaeus, philoſophus, pater Iuliani, theurgi. Scripſit *de daemonibus libros IV.* quod opus docet modos propulſandi mala ab hominibus, omnibusque eorum partibus, qualia ſunt τελεσιουργικὰ χαλδαϊκά.

Iulianus, iam dicti filius, vixit tempore M. Antonini, imp. Scripſit et ipſe *theurgica; τελεστικὰ de modis res magice conſecrandi*, (v. *Küſteri* not. 7. tom. II. pag. 125.) *oracula verſibus*, et quaecumque alia ſunt huius ſcientiae arcana. Quidam tradunt, hunc Romanis,

manis aliquando siti laborantibus, effecisse, vt atrae nubes, subito coactae, ingentem imbrem cum crebris tonitribus et fulguribus effunderent, idque sapientia quadam effecisse Iulianum. Alii vero *Arnuphim*, Aegyptium philosophum, hoc miraculum edidisse tradunt.

[P] Iulianus, Domni F. Caesariensis Cappadox, sophista, aequalis Callinici, sophistae. Fuit sub Constantino, imp.

Iulianus, Halicarnasseus, Seueri haeresin renouare voluit, eumque in finem Marinum, Carris, Syriae vrbe, oriundum iam miserat in Orientem, vt dogma illud confirmaret, nisi paullo post obiisset etc.

Iulianus, ὁ παραβάτης καὶ ἀποστάτης, desertor et apostata, Romanorum imp. genitus ex Dalmatio, Constantini Magni fratre, et Galla. Scripsit librum, qui vocatur Caesares, continentem omnes ab Augusto imperatores. Alium περὶ τῶν τριῶν σχημάτων, *de tribus figuris*, et Κρόνια, *Saturnalia*. Idem *Misopogonem* siue *Antiochium*. Et πόθεν κακὰ, κατὰ ἀπαιδεύτων *vnde mala proficiscuntur*, *contra ineruditos:* ad canem, Heraclitum, *quomodo cynice viuendum sit: epistolas* omnis generis, et alia. De Empedotimo locum e Iuliani Κρονίοις adfert etiam Suidas in Ἐμπεδότιμος. Oraculum, Iuliano datum, diuersum a duobus, quae Suidas recitat, legitur ad Cedrenum pag. 253.

Iustiniani, Rhinotmeti, successorem Leontium, orientis ducem, Paullus, monasterii Callistrati monachus, astronomus, et Gregorius Cappadox, monasterii Flori praefectus, imperio potiturum esse praedixerunt, quo etiam postea potitus est. (Confer Nicephori breuiarium historicum pag. 25.)

Iustinus, philosophus et habitu philosophorum vtens, ex Neapolitana Palaestina prouincia, Prisci filius, Bacchii nepos. Hic pro christiana religione multum laborauit, et Antonino Pio ipsiusque filiis et romano senatui librum *contra Ethnicos* obtulit, opprobrium crucis non erubescens. Scripsit et alium librum, quem Antonini (Pii) successoribus obtulit, M. Antonino et L. Aurelio Commodo. Est et alius eius liber contra ethnicos, in quo *de natura daemonum* disserit, et quartus itidem contra ethnicos, quem inscripsit *elenchum*. Et alius *de Dei Monarchia*. Item alius, quem nominat *Psaltera*. Et alius *de anima*. Item *dialogus* contra Iudaeos, quem *contra Tryphonem*, Iudaeorum Ephesiorum principem, conscripsit. Quinetiam *contra Marcionem* insignia scripta edidit. Item alium librum *contra sectas omnes*, cuius meminit in *Apologetico*, quem obtulit Antonino Pio. Hic cum Romae commoraretur, Crescentem, cynicum fatuum, qui contra Christianos maledicta profundebat, ipsum vocans helluonem et prodigum et intemperantem et mortis metuentem, magno pudore adfecit. Tandem huius machinationibus et insidiis factum est, vt tamquam christianus pro Christo, supplicio adficeretur.

[P] Iustinus [c]), Romanorum imperator ὀρθοδοξότατος, sed omnium litterarum imperitus et quod vulgo dicitur ἀναλφάβητος.

Iustus,

c) Non de Iustiniano, sed de *Iustino* (Seniore) haec in Suidae codd. Vaticanis tradi, notauit etiam *H. Noris* diss. de Synodo V. c. 2. pag. 10. *Fabr.* Idem non solum notauit *Nic. Alemannus* ad *Procopii* histor. arcan. cap. VI. pag. 19. sed etiam Kusterus in nota longa ad Suidam pag. 128. vol. II. qui etiam integrum Procopii locum adscripsit. *Harl.*

Iuſtus, Tiberienſis, ex prouincia Galilaea, qui et ipſe *hiſtoriam Iudaicam* conſcribere et *commentarios* quosdam componere adgreſſus eſt. Sed hunc Ioſephus mendacii arguit. Scripſit autem hiſtoriam ſuam eodem tempore, quo Ioſephus.

Iuuenalis, poeta latinus. Hic ſub Domitiano, Romanorum imp. vixit. Domitianus vero amabat praſinae factionis ſaltatorem, qui Paris vocabatur. Qua de cauſſa et a ſenatu et a Iuuenali carpebatur. Imperator hinc Iuuenalem Pentapolin Africae relegauit; ſaltatorem vero locupletatum Antiochiam miſit, qui, domo et balneo extra vrbem aedificato, ibi mortuus eſt.

Lachares, Lacharis F. Athenienſis, ſophiſta, diſcipulus Heracleonis, ſophiſtae Athenienſis, magiſter tum multorum aliorum, tum, qui prae reliquis clari habentur, Euſtephii, Nicolai et Aſterii. Floruit temporibus Marciani et Leonis, impp. Scripſit *de colo et commate et periodo.* διαλέξεις *diſſertationes.* Ἱϛορίαν τὴν κατὰ Κορνοῦτον, *Hiſtoriam Cornuti; eclogas rhetoricas* ſecundum ordinem alphabeti. Lachares, ſophiſta in diſciplinis tardior, at vultu liberali et honeſto praeditus, et virtute philoſophus potius quam ſophiſta adpellandus, qui viſum amiſſum recuperauit, quod et alioqui Deo carus eſſet. Confer infra, *Superianus.*

Lacydes, Alexandri, Cyrenaei, F. philoſophus, qui fuit nouae academiae auctor. Scripſit *philoſophica*, item *de Natura.*

Lampon iurat anſerem, quum aliquem decipit. Lampon erat aruſpex et vates, quem nonnulli quoque ducem fuiſſe aiunt coloniae, ab Athenienſibus Sybarim miſſae. Iurabat autem per anſerem, vt auem, diuinandi peritam. Supra, χῆνα ὀμνύναι.

Lamprias, Plutarchi, Chaeronenſis, F. contexuit indicem operum, quae pater ipſius de omni graeca et romana hiſtoria ſcripſit.

Laſus, Charbini F. ex Hermione, Achaiae ciuitate, vixit Olymp. LVIII. regnante Dario, Hyſtaſpis F. Quidam eum loco Periandri adnumerant ſeptem ſapientibus. Primus ſcripſit *de muſica:* et dithyrambo certare inſtituit et τοὺς ἐριϛικοὺς εἰσηγήσατο λόγους, contentioſum dicendi genus in vſum introduxit.

[¶] Λῆμα. Ariſtophanes de Euripide et Aeſchylo: λῆμα δ' οὐκ ἄτολμον ἀμφοῖν etc. (Ranis pag. 254.)

Λήμματα, prophetiae, vel etiam apophthegmata, ex proprio ſenſu animi noſtri prolata.

Leo, Leonis F. Byzantius, philoſophus peripateticus et ſophiſta, Platonis, vel, vt quidam, Ariſtotelis diſcipulus. Scripſit *res Philippicas et Byzantinas libris VII. Teuthranicum; de Beſalo; ſacrum bellum; de ſeditionibus; res geſtas Alexandri.* Hic, legatus Athenas miſſus, quum admodum obeſus eſſet, Athenienſibus riſum mouit. Atqui, inquit, eſt mihi vxor longe obeſior et concordes paruus lectus, diſcordes tota domus non capit. Eum Philippus his litteris perſtrinxit: *Si tantam Leoni pecuniam dediſſem, quantam a me poſtulauit, ſtatim Byzantium cepiſſem.* Veritus igitur, ne a ciuibus obrueretur lapidibus, ἑαυτὸν ἀπῆγξε ſe ſuſpendit miſer. conf. Küſteri not. tom. II. pag. 45.

Leo, Alabandenſis, orator, ſcripſit *Caricorum libros IV. Lyciacorum libros II. artem rhetoricam; de ſtatibus cauſarum; bellum ſacrum Phocenſium et Boeotorum.*

Leo, Macelles, imp. Romanorum, Malcho iudice πάσης κακίας καταγώγιον *omnis improbitatis diuerſorium*, qui et Hyperechium, grammaticum in exſilium egit. Quum ſtipendium

pendium Eulogio, philoſopho, dari iuſſiſſet, et quidam ex Eunuchis dixiſſet, hanc pecuniam in milites impendendam: vtinam, inquit, aetate mea contingat, vt ſtipendia militum in doctores conferantur. Eius temporibus fuit *Acacius*, patriarcha.

Leogoras, pater Andocidis, oratoris.

Leonas, ſophiſta, natione Iſaurus, celebris inter eiusdem artis profeſſores Alexandriae, qui *Proclum* non ſolum eruditionis ſuae participem fecit, ſed et contubernalem adſciuit, et cum vxore liberisque ſuis tam familiariter viuere iuſſit, ac ſi germanus ipſius filius eſſet. Idem effecit, vt principibus in Aegypto viris innoteſceret.

Leontius, Tripolis Lydiae, tempore Conſtantii, epiſcopus, quem Philoſtorgius laudat tamquam adprobatorem Arianae ſuae veſaniae. Κανόνα δ᾽ αὐτὸν ἐκάλεν τῆς ἐκκλησίας, hunc *eccleſiae regulam* vocabant etc.

Leontius, Antiochenus epiſc. ſe ipſum exſecuit, vir cetera quoque profanus: vt et Aëtius, Eunomii magiſter, qui Arii blaſphemiam ſuis argutiis adauxit.

Leontius. Et hic Antiochiae fuit haereticus, contra quem Photius, patriarcha, ſcripſit. Hic de homouſio diſputauit cum Flauiano, audacia et blaſphema deliramenta proferens.

[ʔ] Leontius, monachus, ſub Zenone vixit. Hic quum prophetica gratia obſcuros Scripturae locos declararet, multos viros bonos habuit, qui ad ipſum frequenter accedebant etc.

Lesbonax, Mytilenaeus, philoſophus, qui vixit Auguſti temporibus, pater Potamonis, philoſophi. Scripſit plurimos libros philoſophicos.

Λέσχαι. Cleanthes dicit, Leſchas Apollini dicatas eſſe, easque exedris eſſe ſimiles. Apollo cui dicatae fuiſſe perhibentur leſchae, inde dictus λεσχηνόριος. Etiam λέσχαι dicta poëmata Heraclidis, Pontici, metro Phalaecio vel Sapphico ſcripta. Leſchae, ſedes vel loca, in quae homines de rebus philoſophicis diſputandi gratia conuenire ſolebant. Sic Hierocles libro primo Philoſophumenon.

Leſchides, poeta epicus, regis, Eumenis, in expeditionibus bellicis comes, poetarum clariſſimus. Huius conſuetudine etiam vſus fuit Pythias, hiſtoricus, et Menander, medicus.

Leucon, Agnuſius, Peloponneſiacis temporibus vixit. Ex ipſius dramatibus ſunt: ὄνος, ἀσκοφόρος, φράτορες.

Libanius, Antiochenus, ſophiſta, clarus Iuliani, apoſtatae, temporibus, ad Theodoſium maiorem vsque vixit, filius Phasganii, Diophanti diſcipulus. Scripſit infinita, et inter ea *Conſtantii imp. encomium* et alterum *Iuliani: declamationes rhetoricas: epiſtolas.* Eodem tempore fuerunt *Baſilius* et *Gregorius* (Naz.). *Iulianus* vero licet tot negotiis implicitus, tamen et litteris ſedulo operam dabat, et in illis excellere videri volebat, ſophiſtamque Antiochenum, Libanium, ſupra modum admirabatur, laudibusque ornabat, atque, vt magno ſophiſtae, Proaereſio, aegre faceret, illum huic praeferebat. *Acacius* igitur, ſophiſta, dicendi valde peritus, et *Tuſcianus*, *Phryx*, ideo eum ſemper culpabant, eiusque iudicium reprehendebant.

Linus, Chalcidenſis, Apollinis et Terpſichores F. vel, vt alii, Amphimari et Uraniae, vel Vraniae et Mercurii. Hic primus ex Phoenicia litteras in Graeciam intuliſſe, Herculemque litteras docuiſſe, et carminis lyrici primus auctor fuiſſe fertur.

Linus alter, Thebanus, iunior, philoſophus.

Linus, genus hymni, vt paean. conf. Küſter. II. pag. 449. not. 3.

 Lityerſes,

Lityerſes, genus cantionis meſſoriae, a Lityerſe, Midae F. quem Hercules ſuſtulit. conf. ſchol. ab Theocrit. X. 41.

Λόγια, oracula, quae oratione ſoluta concepta ſunt, χρησμοὶ verſibus.

Λογογράφος, cauſſarum vel orationum forenſium ſcriptor. λογοποιὸς pro [⁋] hiſtorico vſurpatur ab Iſocrate et Herodoto. Sic etiam vocatur inuentor fabularum et apologorum.

Lollianus, Epheſius, ſophiſta, Iſaei, Aſſyrii, diſcipulus, Hadriani, Caeſaris, temporibus fuit et multa ſcripſit.

Longinus Caſſius, philoſophus, Porphyrii, philoſophi, magiſter, vir magna doctrina acrique iudicio praeditus. Vixit ſub Aureliano, imp. et ab eo occiſus eſt, quod cum Zenobia, Odenati vxore, conſpiraret. Scripſit *de oratione contra Phidiam; Dubitationes Homericas: An Homerus fuerit philoſophus? Problemata Homerica et Solutiones libris duobus: Quaenam contra fidem hiſtoriae tamquam hiſtorica enarrent grammatici: De vocabulis, apud Homerum multas ſignificationes habentibus libros IV. Atticorum vocabulorum editiones duas, ſecundum ordinem litterarum digeſtas. Vocabula Antimachi et Heracleonis*, et alia multa.

Lucas, euangeliſta, titulos habet LXXXIII. capita CCCXLVIII.

Lucianus, Samoſatenſis, blaſphemi vel dyſphemi cognomen tulit, vel athei potius, quod in dialogis ſuis ea, quae de diis dicuntur, vt ridicula exagitat. Fertur ſub Traiano, imp. et ante vixiſſe. Primum Antiochiae in Syria cauſſidicus, et quum hoc ei non bene cederet, ad ſcribendum ſe contulit et infinita ſcripſit. A canibus dilaceratus fertur homo impius, qui linguae ſuae rabie ipſam veritatem inſectatus fuit. Nam in Peregrini vita chriſtianam religionem perſtringit, et ipſi Chriſto maledicit homo ſceleratiſſimus. Quamobrem et in hac vita iuſtas furoris ſui poenas dedit, et in futura ignis aeterni cum Satana haeres erit.

Lucianus, martyr, vir nobilis, prima aetate Macarii, ſacrorum librorum interpretis, conſuetudine Edeſſae vſus, deinde ad vitam ſolitariam animum adiecit. Ad ſacerdotium hinc proceſſit, et presbyter Antiochiae factus magnam ſcholam illic inſtituit. Hic quum animaduertiſſet, in ſacros libros multa adulterina irrepſiſſe, tum longo tempore et crebra transſcriptione, tum quod profani quidam homines peruertere nonnulla auſi eſſent, ipſe omnes ex lingua hebraica, quam accurate callebat, in integrum reſtituit, plurimumque laborem in eorum emendationem contulit etc. Epiſtolas etiam edidit, vtique praeſtantiſſimas, ex quibus facile conſtat, qualis fuerit viri huius de rebus diuinis ſententia. Martyrium obiit Nicomediae in Bithynia ſub Maximiano.

Lucius Catilina teterrimum facinus auſus etc. Sed Cicero, vir ſingulari [⁋] eloquentia et in deprehendendis conſiliis non mediocri ſollertia praeditus, praeterea in rebus multo ante proſpiciendis acutiſſimus, quum eius coniurationem patefeciſſet, hoſtemque (in ſenatu) ipſum declaraſſet, vrbe expulit.

Lupercus, Berytius, grammaticus, qui paullo ante tempora Claudii ſecundi, imp. vixit. Scripſit *de particula ἂν libros III. De pauone, de ſquilla, piſce: de gallo apud Platonem.* Κτίσιν ſiue *origines Arſinoïti in Aegypto; vocabula attica; artem grammaticam: de generibus maſculinis, foemininis et neutris libros XIII.* in quibus multa rectius tradit, quam Herodianus.

Lycis,

Lycis, qui et Lycus, ab Ariſtophane, vt poëta frigidus, perſtringitur. Phrynichus, Lycis et Amipſias tres comici habebantur ſubfrigidi. *Phrynichus* in comoediis auditores plerumque taedio adficiebat. Idem a comicis etiam perſtringebatur, vt peregrinus ob mala poëmata et qui a propoſito aliena diceret, et inſuaui metro in carminibus ſcribendis vteretur. Fuerunt et alii tres Phrynichi.

Lycophron, Chalcidenſis ex Euboea, filius Soclis, adoptatus a Lyco, Rhegino, grammaticus, et tragicus vnus de pleiade. Eius tragoediae ſunt: Αἰόλος, Ἀνδρομέδα, Ἀλήτης, Αἰολίδης, Ἐλεφήνωρ, Ἡρακλῆς, Ἱκέται, Ἱππόλυτος, Κασσανδρεῖς, Λάϊος, Μαραθώνιοι, Ναύπλιος, Οἰδίπους α΄, β΄. Ὀρφανὸς, Πενθεὺς, Πελοπίδαι, Σύμμαχοι, Τηλέγονος, Χρύσιππος. Ex his *Nauplium* emendatum ſecunda vice iterum in ſcena exhibuit. Scripſit et *Alexandram*, poëma obſcurum.

Lycurgus, Spartanus, a Patrocle genus ducens, legislator, quem aiunt a Creta, vel ab ipſo Deo (Apolline) leges ſuas accepiſſe. Hic a Pythia Deus adpellatus eſt etc. Natus fuit octauo poſt Troianum bellum anno, patruus Charilai, Spartani regis: Eunomi frater. Spartanis imperauit annos XLII. quo etiam tempore leges tulit, quum tutor eſſet fratris filii, qui ipſe quoque regnauit annos XVIII. et poſt eum Nicander annos XLVIII. Scripſit leges.

Lycurgus Lycophronis F. Athenienſis, genere Eteobutades, vnus ex decem oratoribus, quibus Demoſthenes etiam accenſetur. Hic, vita ſine crimine transacta, morbo deceſſit, relictis filiis, quos Demoſthenes, orator exſul, calumniis vexatos oratione defendit. Genuinae orationes eius, quae adhuc exſtant [dd]), ſunt iſtae: *Contra Ariſtogitonem. Contra Autolycum. Contra Leocratem. Contra Lycophronem duae. Contra Paſiclem. Contra Menaechmum. Contra Demadem. Apologia aduerſus eundem de redditis a ſe rationibus adminiſtratae reip. Aduerſus Iſchyriam.* πρὸς [ꝑ] τὰς μαντείας, *aduerſus diuinationes. De adminiſtratione reip. De ſacerdote foemina. De ſacerdotio. Epiſtolae et* alia quaedam.

Lycus, qui et Butheras dictus eſt, Rheginus, hiſtoricus, pater (adoptione) Lycophronis, tragici. Vixit ſub Alexandri M. ſucceſſoribus, et a Demetrio Phalereo inſidiis adpetitus fuit. Scripſit hiſtoriam Libyae et Siciliae.

Λυδοὶ Μάγνητος, drama Magnetis, comici, *Lydi*, ab eo emendatum denuo in ſcena exhibitum fuit.

Lynceus, Samius, grammaticus, Theophraſti diſcipulus, frater Duridis, hiſtorici, qui et Sami tyrannus fuit, Menandri, comici, aequalis, quem in commiſſionibus dramatum vicit. v. Küſter. II. pag. 465.

Lyſias, Cephali F. Syracuſanus, diſcipulus Tiſiae et Niciae, vnus ex decem oratoribus. Natus eſt Athenis, quo pater migrauerat, idemque anno aetatis decimo quinto cum duobus fratribus Thurios in coloniam profectus eſt. Poſtea vero, quum partibus Athenienſium nimis ſtuderet, inde pulſus Athenas rediit anno aetatis XLVII. *Orationes* eius genuinae perhibentur eſſe vltra CCC, et praeter eas aliae, de quibus ambigitur. Dictionis eius puritatem nemo imitatus eſt praeter Iſocratem. Scripſit etiam *artem oratoriam* et δημηγορίας *conciones*, itemque *encomia* et *orationes funebres* et *epi-*

a) De Suidae temporibus intellige.

ſtolas VII. vnam pragmaticam, reliquas vero amatorias, quarum quinque ſunt ad adoleſcentulos.

Lyſimachus, cuius meminit Demoſthenes in oratione de immunitatibus, erat Ariſtidis, iuſti, filius; At Lyſimachus, cuius meminit Lycurgus, erat vilis poeta melicus.

Lyſippus, ex cuius dramatibus ſunt Βάκχαι, vt meminit Athenaeus III. et VIII. Dipnoſophiſt. Sunt et aliae eius comoediae, vt Θυρσοκόμος.

Macarii duo fuere celebres ob abſtinentiam moresque et ob miracula. Alter erat Aegyptius. Alter, Alexandrinus, in hoc vno diſcrepabat ab Aegyptio, quod hilarior eſſet, et comitate quadam iuniores ad diſciplinam monaſticam adliceret. Horum diſcipulus Euagrius, qui primum a Gregorio, theologo, CPoli diaconus ordinatus, poſtmodum vna cum illo in Aegyptum ad illos profectus eſt. Hic libros ſcripſit valde vtiles, quorum vnus *Monachus* inſcribitur, ſeu de virtute actiua: alter *Gnoſticus* vel de iis, qui ſcientiam conſequi meruerunt, in centum (quinquaginta) diuiſus capita. Tertius *antirrheticus* contra tentatores daemones, capitibus octo ſecundum numerum octo cogitationum. Scripſit praeterea [?] *prognoſtica problemata ſexcenta.* Denique στιχηρὰ β' *duos libros aphoriſmorum*, alterum ad monachos, qui in coenobiis degunt, alterum ad virginem. etc.

Macedonius Nouatianos quosdam ad Arianum dogma impellere conatus eſt, et reliquias Conſtantini in alium locum transtulit, denique depoſitus etc. ex Socratis II. 38.

Macedonius alius, qui ſub Iuliano, apoſtata, vitam martyrio finiit.

Machaon, nomen medici, vt et Chiron, centaurus.

Maeonides, Homerus. Vetus epigramma: *εἰ δ' ἑάλως, συγγνωστὸν, ἐπεὶ καὶ κοίρανος ὕμνων Μαιονίδας γρίφων ἰχθυβόλων ἔθανε. Si captus es, venia tibi danda eſt, quoniam et principi hymnorum, Homero, aenigma piſcatorum mortem adtulit.*

Magia, inuocatio daemonum beneficorum, boni alicuius efficiendi cauſſa. etc. ſupra in γοητεία.

Μαγική. Hanc Medi et Perſae inuenerunt.

Magi apud Perſas vocantur philoſophi et philothei, quorum princeps fuit Zoroaſtres et poſt eum Oſtanae et Aſtrampſychi.

Magnes ex Icario, vrbe Atticae, comicus, qui, adoleſcens Epicharmum ſenem adtigit. Docuit comoedias nouem, vicit bis: antiquae comoediae poeta. Ariſtophanes, (in Equitibus) adludit ad drama Magnetis, Βαρβατιστὰς et Ὄρνιθας. Scripſit etiam Λυδοὺς (Supra *Lydi*) et ψῆνας et βατράχους. Genus autem coloris eſt βατράχιον, quo hiſtriones faciem illinebant, antequam laruarum vſus repertus eſſet.

Magnes, vir Smyrnaeus, poeſi et muſica arte inſignis, idemque forma egregia, vrbes circuibat et carmina ſua publice recitabat. Huius amore tum alii multi, tum Gyges maxime ardebat etc.

Maior (Μαίωρ), Arabius, ſophiſta, ſcripſit *de ſtatibus cauſſarum libros XIII.* idem aequalis Apſinae et Nicagorae ſub Philippo, imperatore, et ante.

Malchus, Byzantius, ſophiſta. Scripſit *hiſtoriam* ab imperio Conſtantini vsque ad Anaſtaſium, in qua res geſtas Zenonis et Baſiliſci et conflagrationem publicae bibliothecae et ſtatuarum Auguſtalis, et alia quaedam commemorat, ſtilo vtens graui, et tragici inſtar ea, quae acciderunt, exaggerans.

Μᾶλλον

Μᾶλλον ὁ Φρύξ. Septem ſapientes Graeciae, a Croeſo interrogati, quis omnium eſſet beatiſſimus? alii reſponderunt, feras animantes, eas enim pro libertate mori: alii ciconias, eas quippe ſine lege, duce natura, iuſtitiam colere: Solon vero dixit neminem ante obitum. Tunc [¶] adſtans Aeſopus, fabulator, tantum, inquit, ceteros ſuperas, quantum mare fluuios; Croeſus autem, hoc audito, dixit, *magis ipſe Phryx.*

Manaechmus, Alopeconneſius [e]) philoſophus platonicus, ſcripſit *philoſophica, et in Platonem de rep. libros III.*

Manaechmus, Sicyonius, filius Alcibii vel Alcibiadis, hiſtoricus, qui ſub Alexandri M. ſucceſſoribus vixit. Scripſit *hiſtoriam Alexandri, Macedonis.*

Manaethos, Mendeſius, ſacerdos Aegyptius, ſcripſit de compoſitione [f]) κυφίων.

Manaethos, Dioſpolitanus, Aegyptius vel Sebennytes. Scripſit; *Phyſiologica apoteleſmatica* verſibus hexametris, et alia quaedam *aſtronomica.*

Maneros et Perimanos, nomina cantionis. Eubulus Campylione.

Manes. Hic exſerabilis homo ſub Aureliano, imp. exſtitit, ſe Chriſtum et Spiritum S. eſſe comminiſcens, et XII. diſcipulos, vt Chriſtus, ſecum habens, qui, quum ex omnibus haereſibus, quae in iis mala erant, collegiſſet, ex Perſide, Dei permiſſu in ditionem romanam venit. Hic, qui et Manes et Scythianus vocabatur, fuit genere Brachman, praeceptoremque habuit Buddam, Terebinthum ante vocatum, qui, Graecorum litteris inſtitutus, Empedoclis ſectam adamauit, duo principia, inter ſe contraria, ſtatuentis, litem et amicitiam. In Perſidem autem ingreſſus ex virgine ſe natum eſſe dicebat et in montibus educatum. Quinetiam conſcriptis quatuor libris [g]) vnum eorum vocauit *Myſteriorum*, ſecundum *Euangelium*, tertium *Theſaurum* [h]), quartum *Capitum.* Atque Buddas quidem iſte, ab impuro ſpiritu contritus, interiit. Mulier vero, apud quam diverſabatur, bona eius et profanos libros per haereditatem adepta, puerum ſeptennem emit nomine Cubricum, quem literas docuit et manumiſit heredemque inſtituit. Hic in Perſide Manem ſe vocauit, et Buddae libros venditauit pro ſuis. Eum Rex Perſarum viuum excoriauit, quod filio ipſius cauſſa mortis exſtitiſſet. Hic Manes Vetus Teſt. reiecit, Nouum vt boni Dei admiſit etc. Paullus quidam, Manetis aequalis, Antiochiae magnae epiſcopus, Dominum nudum hominem eſſe dixit, vt vnum de prophetis. Ab hoc Paulliani.

Marcellinus, qui principatum tenuit liberum Dalmatiae et Illyriorum, in Epiro habitantium, romanis diſciplinis inſtitutus diuinationisque [¶] peritiſſimus et eruditionis amantiſſimus. Huic familiaris fuit Salluſtius, philoſophus.

Marcellus, magiſter Arcadii, imp. omnibus virtutibus ornatus vel potius ἀρετή τις ἔμψυχος, *virtus quaedam animata.*

Marcellus, Pergamenus, orator, ſcripſit librum, *Adrianus*, ſiue de regno.

e) Küſter in nota 5. tom. II. pag. 490. animadvertit, antiquiſſimum codicem Pariſin. exhibere Ἀλωπικοννήσιος, κατὰ δέ τινας Προικοννήσιος· vereque iudicat, poſteriora verba a feſtinantibus librariis omiſſa fuiſſe propter ſimilem voc. Ἀλωπ. et Προικονν. terminationem. *Harl.*

f) Κῦφι mixtura ſedecim ſpecierum in vſum ſacrum adhibenda. Vide *Plutarchum* de Iſide et Oſiride pag. 383. ſeq.

g) At Scythianum ſcripſiſſe IV. illos libros, docet Küſter. II. pag. 491. not. 4. ex Cyrillo et Epiphanio. *Harl.*

h) Θησαυρῶν *theſaurorum* ex Cyrillo, Epiphanio et Cedreno legere iubet Küſter. *Harl.*

Marcellus, Sidetes, medicus, ſub M. Antonino. Hic ſcripſit verſibus heroicis *de re medica libros XLII.* in quibus etiam de morbo lupino hominum ſiue lycanthropia. Conf. Kuſteri not. 8. II. pag. 498.

Marcellus, dux militum ſub Commodo, vt per totam noctem vigilare videretur, quotidie ſub veſperam praeſcribebat duodecim tabellas δώδεκα γραμματεῖα οἷά γε ἐκ φιλύρας ποιεῖται, earumque alias aliis horis ad diuerſos perferri curabat etc.

Marcianus, Valentis, imp. et Angelii, epiſcopi CPol. tempore vixit, vir clarus, qui olim in palatio militauerat, tunc presbyter eccleſiae Nouatianorum, Anaſtaſiam, imperatoris filiam, grammaticam docuit.

Marcianus, familiaris Muſonio, Pamphylio, vir ad omnem virtutem inſtar regulae exactus. Viros enim probos ad ſe adliciebat Muſonius, vt magnes ferrum, ita, vt, ſi quis audiret, aliquem eſſe Muſonii amicum, eum bonum virum eſſe, ſcire liceret.

Marcianus ſub Zenone floruit, presbyter in oratorio delectus plurimum valuit apud (magiſtrum officiorum Zenonis) Illum, epicureis placitis quotidie ſe ipſum corrumpens, mundum ſua ſponte natum eſſe dicebat etc.

Marcion, haereſiarcha.

Marcus Antoninus, Romanorum imp. omni laude dignus philoſophus, qui tum alios, tum poſtremo Sextum, philoſophum, e Boeotia oriundum, Romae audiuit, crebro ad eum ventitans, aedesque eius frequentans. Eum igitur Lucius quidam, rhetor, Herodis, rhetoris Athenienſis, diſcipulus, prodeuntem interrogauit, quonam iret, et cuius negotii cauſſa: cui Marcus, *Etiam ſeni*, inquit, *decorum eſt diſcere. Eo igitur ad Sextum, philoſophum, vt diſcam ea, quae nondum ſcio.* Tum Lucius, manu in coelum ſublata, *o ſol*, inquit, *Romanorum imp. iam ſenex, ſumta tabella, doctoris domum frequentat: Rex vero meus, Alexander, anno atatis XXXII. obiit.* Scripſit *de vita ſua* τῆ ἰδίε βίε ἀγωγὴν *libros XII.* Eum facilius eſt admirari, quam laudare, quod oratio nulla huius viri virtutibus aequari poſſit etc.

Mares, Chalcedonis in Bithynia epiſcopus, Iulianum, parabatem, Fortunae [?] immolantem CPoli, inſectatus, vocauit impium, apoſtatam, atheum. Ille ad Marem, oculorum ſuffuſione laborantem prae ſenio, *Neque tuus ille Deus Galilaeus te ſanare poſſit.* Cui Mares: *Gratias ago Deo, qui me luminibus orbauit, ne tuum vultum videam, qui ſic in impietatem prolapſus es.* Iulianus inde, martyrii honorem Chriſtianis inuidens, a Diocletiani quidem crudelitate abſtinuit; at lege lata Chriſtianis interdixit, ne humanioribus diſciplinis inſtituerentur, ne, ſi linguam, vt aiebat, acuiſſent, gentilium dialecticis expeditius reſponderent. Per varias artes etiam perſuaſit quibusdam, inter hos Hecebolio, ſophiſtae, vt idolis immolarent.

Margites, qui a comicis ob ſtultitiam deridetur. Aiunt, eum vltra quinque numerare non potuiſſe etc.

Marianus, Marſi, cauſidici, qui Roma Eleutheropolin Palaeſtinae primae oppidum migrauit, filius, praefectus vrbis Romae, conſularis, et, quod illuſtrius eſt, patricius tempore Anaſtaſii, imp. ſcripſit *Metaphraſin Theocriti*, iambis 3150. *Apollonii Argonauticorum*, iambis 5608. *Callimachi Hecales*, *Hymnorum*, *Cauſſarum et Epigrammatum* iambis 6810. *Arati*, iambis 1140. *Nicandri theriacorum*, iambis 1370. et alias multas metaphraſes.

Marinus,

Marinus, suscepta Procli schola, quum Isidorum, philosophum, instituisset Aristotelica doctrina, et is Athenas iterum venisset, communi praeceptore defuncto, ostendit ei prolixum commentarium, a se conscriptum *in Platonis Philebum*: sed ille dixit ἱκανὰ εἶναι τὰ τῦ διδασκάλυ, sufficere, quae Proclus in illum dialogum scripsisset. Statim itaque illum flammis dedit. Etiam per litteras ex Isidoro quaesiuit et ad eum argumenta misit, quibus probaret, *Parmenidem* Platonis non esse de Diis, sed de formis. Sed ille, pluribus argumentis Marino respondens, verissimam esse probauit dialogi illius de Diis expositionem. Quare nisi iam liber fuisset editus, etiam hunc fortassis aboleuisset. Fortasse etiam obstitit somnium; nam Proclus dixit, se somniasse, futurum, vt Marinus in Parmenidem commentarios scriberet. (Ex Damascio.)

Marpsias, orator garrulus et turbulentus, cuius meminit Aristophanes.

Marsyas, Periandri F. Pellaeus, historicus; initio litterator (γραμματοδιδάσκαλος), frater Antigoni, qui postea rex fuit, vna cum rege, Alexandro, educatus. Scripsit *Macedonica libris X.* a primo rege Macedonum ad Alexandri Philippi F. expeditionem in Syriam post conditam Alexandriam. *Attica libris XII.* itemque *Alexandri educationem.*

[¶] Marsyas, Critophemi F. Philippensis, historicus, iunior.

Marsyas, (Marsi F. Tabenus [i]), historicus, scripsit Ἀρχαιολογίαν siue *antiquitates libris XII.* Μυθικὰ *fabulosa libris VII*, et alia quaedam de patria sua.

Marsyas temporibus Iudicum iudaicorum, vir sapiens, artis musicae peritus, qui tibias arundineas et aereas inuenit etc.

Matreas, λαοπλάνος *impostor*, qui bestiam alere se dicebat, quae ipsa sese comederet [k]). Quaeritur, quaenam fuerit illa Matreae bellua. Composuit etiam *quaestiones* ad instar problematum Aristotelis, ex quibus erat haec: Quare sol occidens dicatur δύνειν, non κωλυμβᾶν.

Matthaeus, euangelista, habet titulos LXVIII. capita CCCLV.

Mauricius, Romanorum imp. fertur verborum magnificentiam plurimi fecisse et eruditos maximis honoribus adfecisse etc. Infra in Menandro, protectore.

Maximus Tyrius, philosophus, qui Romae sub Commodo vixit. Scripsit *de Homero et quae sit apud eum antiqua philosophia: Rectene Socrates fecerit, quod accusatus non responderit.* Item alias quasdam quaestiones philosophicas.

Maximus, Epirota, vel Byzantinus philosophus, Iuliani, caesaris, parabatae, magister. Scripsit *de insolubilibus obiectionibus: De principiis: De numeris: Commentarium in Aristotelem*, et alia quaedam ad eumdem Iulianum.

Μεγαρίσαι, *megarizare* siue philosophi Megarensis sectam sequi. Stilpo ex Megaris, vrbe Graeciae, oriundus erat, qui copia verborum et dexteritate differendi caeteros adeo superauit, vt tota propemodum Graecia, ipsum spectans, sectam Megaricam amplecteretur.

Melampus, diuinationis peritus. conf. Küsteri not. tom. II. pag. 521.

Melanippides, Critonis F. Melius, natus Olympiade LXV. Scripsit *Dithyramborum* libros quam plurimos et *poemata versu heroico* et *epigrammata* et *elegias* et alia plurima.

Melanip-

i) Ex Tabi, Arabiae ciuitate.

k) Videtur Matreae bellua fuisse *ignis*, vt lapis mirificus Pipini apud Thuanum libro VI. et Morhofium lib. I. Polyhist. cap. 13.

Melanippides, fenioris ex filia nepos, Critonis F. et ipfe lyricus: qui in compofitione dithyramborum plurima innouauit, et apud Perdiccam, regem, degens, illic vitam finiit. Scripfit et ipfe *cantica lyrica* et *dithyrambos.*

Melanopus, adfinis Diophanti, oratoris.

Melefermus, Athenienfis, fophifta. Scripfit *meretriciarum epiftolarum libros XIV. rufticarum vnum; culinarium epiftolarum vnum; conuiualium librum vnum.*

[⁋] Melitus, Lari F. Athenienfis, orator, qui cum Anyto Socratem accufauit et tragoedias fcripfit. A comicis autem perftringitur, vt poeta frigidus et malitiofo ingenio praeditus. Ariftoph. σκολιὰ Μελίτȣ Καρικῶν αὐλημάτων, *fcoliorum Meliti et carminum, quae Cares tibia cantant.* Carmina vero Carica erant lugubria.

Melitus vixit temporibus Zenonis, Eleatae, et Empedoclis. Scripfit *de ente.* In reip. adminiftratione aduerfatus eft Pericli, et quum Samiorum dux effet, nauali praelio pugnauit cum Sophocle, tragico, Olympiade LXXXIV. [Suidas huic etiam ea tribuit, quae dixerat de fuperiore.]

Menander, Athenienfis, comicus antiquus.

Menander alius, Athenienfis, Diopithis et Hegefiftrates F. qui omnium fermone celebratur. Nouae comoediae poeta, ftrabo quidem oculis, fed acuto ingenio praeditus et in mulierum amorem effufus. Scripfit *comoedias CVIII.* itemque *epiftolas ad Ptolemaeum, regem,* et oratione profa plurima alia.

Menander, Laodicea, ad Lycum, fluuium, fita, oriundus, fophifta, fcripfit *commentarios in Hermogenis artem* et *Minuciani progymnafmata*, et alia.

Menander, protector, hiftoricus, qui fic de fe ipfo fcribit: Pater, mihi erat Euphratas Byzantio oriundus, minime ille quidem eruditus. Herodotus frater germanus, qui, legum doctrina deguftata, ftatim ab harum ftudio receffit. Ego vero huius ftudii quod abfolui profeffione non fum vfus, fed ad decurfiones equeftres et faltationes pantomimorum et palaeftram me contuli. Pofteaquam vero Mauricius imperium capeffiuit, princeps, qui et populi falutem prouide curabat et Mufas amabat, poematibusque et hiftoriis audiendis quam plurimum delectabatur, vtpote qui magnam noctis partem in ftudiis ipfe confumeret, et ingenia hebetiora munificentia fua excitaret et acueret; tunc ego dolens mecum reputare coepi, non oportere me vitam adeo inertem agere, et ad hanc hiftoriam fcribendam me adpuli, quam poft defunctum Agathiam fum aufpicatus.

Menecrates, comicus. Drama eius μανέκτωρ fiue Ἑρμιονεύς.

Menecrates, Syracufanus, medicus, qui, facrum morbum curans, nullam mercedem recipiebat; fed a fanatis pofcebat, vt fe ipfius feruos faterentur. Idem Iouem fe adpellabat, eosque, quos fanauerat, Deos, vnicuique nomen imponens, vni Mercurii, alteri Apollinis. v. *Athen.* VII. pag. 298.

Menelaus, Aegaeus, poeta epicus, fcripfit *Thebaidem libris XII.* et alia.

Menippus, cynicus. vide infra in Φαιός.

Menippus, comicus. Ex eius dramatibus funt *Cercopes* et alia.

[⁋] Mefomedes, Cretenfis, lyricus, qui Hadriani temporibus vixit, eius libertus vel ex praecipue dilectis. Scripfit *encomium Antinoi,* qui Hadriano erat in deliciis, et alia diuerfa carmina. Antoninus Syllae fepulcrum repertum inftaurauit, et Mefomedi, qui

qui cantica lyrica conſcripſit, cenotaphium exſtruxit: huic quidem, quod cithara canere didiciſſet; illi vero, quod eius crudelitatem imitaretur.

Metagenes, Athenienſis, ſerui F. comicus. Ex eius dramatibus ſunt: αὖραι, μαμμάκυθος, Θουριοπέρσαι, Φιλοθύτης, Ὅμηρος ἢ ἀσκηταί.

Μετὰ λέσβιον ᾠδὸν poſt Lesbium cantorem. Dicitur de iis, quibus ſecundus locus tribuitur. Lacedaemonii Lesbios citharoedos primos aduocauerunt, deinde Terpandrum, qui ob caedem exſulabat, arceſſiuerunt Antiſſa, qui ipſorum animos compoſuit, et ſeditionem ſedauit etc.

Methodius, Olympi in Lycia aut Patarorum et poſtea Tyri epiſcopus, nitido compoſitoque ſermone *aduerſus Porphyrium libros* compoſuit, et *conuiuium decem virginum:* Item *de reſurrectione* opus egregium contra Origenem, et aduerſus eumdem *de Pythoniſſa* et *de libero arbitrio.* Scripſit etiam *in Geneſin* et *in canticum canticorum* commentarios, et multa alia, quae vulgo lectitantur. Hic in extrema perſecutione ſub Decio et Valeriano in Chalcide, vrbe orientis, martyrio coronatus eſt.

Meton, mathematicus: et Metonis annus. Hic Meton fuit praeſtantiſſimus medicus et aſtronomus. In Colono eſſe inſtrumentum quoddam, ab eo dedicatum, ait Calliſtratus. Euphronius eum ex Colono, populo Atticae, oriundum eſſe. Ante Pythodori aetatem vero heliotropium erat in comitio, quod nunc eſt ad murum in Pnyce. Vel quia in Colono fontem fabricauit, vel ſimulacrum, vel inſtrumentum aliquod aſtronomicum confecit. Phrynichus in μονοτρόπῳ.

Τίς δ' ἐςὶν ὁ μετὰ ταῦτα ταύτης φροντίζων;
Μέτων ὁ Λυκονεὺς, οἶδ' ὅτι κρήνας ἄγων [l]).

Μέτριοι, moderati, modeſti. Aſclepiodotus cum Athenis diſceſſiſſet, et Seleuciam Syriae perueniſſet, ſe in toto illo itinere in tres tantum homines modeſtos et bonos incidiſſe dixit, Antiochiae in Ilapium, philoſophum, Laodiceae, quae eſt vrbs Syriae proxima, in Merem, omnium aetatis noſtrae hominem iuſtiſſimum, cui Ariſtidis cognomen erat, et in Domninum, philoſophum.

Metrophanes, ex Eucarpia, oppido Phrygiae, oriundus, ſophiſta, ſcripſit *de Phrygia libros II. De formis orationum; de ſtatibus cauſſarum; commentarium in Hermogenis artem rhetoricam; commentarium in Ariſtidem.*

Metrophanes, Corneliani, rhetoris, F. ex Lebadia, Boeotiae ciuitate, ſophiſta, [ℙ] ſcripſit *de generibus dicendi, quibus vſi ſunt Plato, Xenophon, Nicoſtratus, Philoſtratus: Declamationes: orationes panegyricas.*

Metrophanes, a Lachare genus ducens. Hic quum adhuc puer eſſet, exclamauit, *ego ſum Ariſtophanes ille caluus.* Deinde interrogantibus, quid dixiſſet, reſpondit, ſe nihil meminiſſe eorum, quae dixerat. Aduerſus hunc Superianus librum ſcripſit.

Michael Syncellus, Hieroſolymitanus, ſcripſit encomium magni Dionyſii.

Milo,

l) Küſter in not. ad h. l. tom. II. pag. 544. duo illos ſenarios ita numeris ſuis reſtituit: Τίς — — φροντίσων; οἶδ', ὁ κρήνας ἄγων. *Harl.*

Milo, Crotoniates, ſex olympiadibus continuis lucta vicit. Septima vero Olympiade ſuperare non potuit Mnaſitheum, qui ciuis eius erat et iuuenis et cum ipſo congredi nolebat. — Tandem luporum praeda fuit: (ex Pauſania, lib. VI. pag. 369. ſq.)

Mimnermus, Ligyrtiadae F. Colophonius, vel Smyrnaeus, vel Aſtypalaeenſis, poeta elegiacus. Vixit Olympiade XXXVII. ita, vt ſeptem ſapientibus fuerit antiquior. Quidam vero dicunt, ipſum eodem, quo illi, tempore floruiſſe. Vocabatur etiam *Ligyſtiades*, διὰ τὸ λιγὺ, a ſuaui et arguto cantu. Scripſit multa.

Minucianus, Nicagorae, ſophiſtae, F. qui Galieni temporibus vixit. Scripſit *artem rhetoricam* et *progymnasmata* et *orationes varias*.

Minyae, Argonautae.

Mithaecus, grammaticus. Scripſit Ὀψαρτυτικὰ *de condimentis ciborum*, κυνηγητικὰ *de venatione* et alia. — Eſt etiam nomen velocis hominis.

Mnaſeas, Berytius. Scripſit *artem rhetoricam*, itemque *de nominibus Atticis*.

Mneſimachus, mediae comoediae poeta. Ex dramatibus eius ſunt Ἱπποτρόφος, Βούσιρις, Φίλιππος, (Δύσκολος) vt teſtatur Athenaeus in Dipnoſophiſtis.

Molones duo feruntur, hiſtriones et graſſatores.

Molpagoras apud Cianos fuit vir ad dicendum et agendum promtus, ſed ingenio popularis et ambitioſus etc. (e Polybio.)

Μονῳδεῖν, *carmen flebile canere.* Carmina tragica, quae in ſcena recitantur, ſunt lamenta. Ariſtoph. εἶτ' ἀνέτρεφον μονῳδίαις, Κιφησοφῶντα μιγνὺς, *deinde alui eum monodiis, iisque Ciphesophontem immiſcui.* Hic Ciphesophon ſeruus erat, qui eum carminibus componendis plurimum adiuuabat etc.

Morſimus et Melanthius, poetae tragici, quos perſtringit Ariſtoph. Morſimus Philocis F. poeta frigidus et oculorum medicus. Melanthium reprehendit vt helluonem Eupolis in κόλαξιν.

Μόρσιμος, *fatalis.* De Apollonio, Tyaneo; vide ſupra in Domitiano.

Morychus, poeta tragicus, qui vt helluo a comicis perſtringitur.

Morychus, Teleas, Glaucotes, ob veneficia male audiebant.

Moſchus, Syracuſanus, grammaticus, Ariſtarchi diſcipulus, qui ſecundus eſt a Theocrito, poeta bucolico. Scripſit et ipſe *Bucolica.*

Moſchus, malus citharoedus, qui multos verſus vno ſpiritu caneret. Carmen Boeotium inuenit Terpander, vt et Phrygium.

[†] Moſes, propheta et legislator. Huius anno LXXX. filii Iſraelis ex Aegypto egreſſi ſunt, etc. conf. Küſteri not. tom. II. pag. 583.

Moſo, mulier Hebraea, a qua ſcripta eſt Lex Hebraeorum, vt tradit Alexander Polyhiſtor.

Muſaeus, Eleuſinius, Athenienſis, Antiphemi et Helenae F. poeta epicus et Orphei diſcipulus, vel potius eo antiquior. Floruit tempore Cecropis ſecundi. Scripſit *praecepta ad Eumolpum*, filium, verſibus quater mille et alia plurima. Antiphemus, filius fuit Euphemi, nepos Ecphanti, pronepos Cercyonis, quem debellauit Theſeus.

Muſaeus, Thebanus, Thamyrae F. Philammonis nepos, poeta lyricus, qui multo ante bellum Troianum vixit. Scripſit verſus lyricos et cantica.

Muſaeus,

Musaeus, Ephesius, poeta epicus τῶν εἰς τὰς περγαμηνὰς καὶ αὐτὸς κύκλους, vnus ex numero eorum, qui in museum Pergamenum adlecti erant. Scripsit *Perseidis libros X.* itemque *in Eumenem* et *Attalum.* v. Küsteri not. 4. tom. II. p. 378.

Musaeus, philosophus apud Graecos m). Lysias in Oratione contra Mixidemi accusationem, si modo is verus eius auctor sit: *Pueros ipsi pedissequos duos esse, quorum alterum vocat Musaeum, alterum Hesiodum. Id autem reum studio fecisse patet.* Musaeum vero alii Thracem esse dixerunt, alii indigenam et Eleusine oriundum.

Musonius, Capitonis F. Tyrrhenus, ex Bulsinio ciuitate, dialecticus et philosophus Stoicus, qui vixit sub Nerone, Apollonii, Tyanei, et multorum aliorum discipulus, ad quem et epistolae feruntur Apollonii, et illius ad Apollonium. Hic ob confidentiam et arguendi studium et immodicam libertatem a Nerone interfectus est. Feruntur eius *orationes* et *epistolae* diuersae philosophicae. De hoc Musonio (Iulianus) parabates in epistola sic scribit: *Contumeliam, qua praeses Graeciae nos adfecit, tanta animi celsitudine tulisti, vt nihil horum in te factum putaris. Quod autem illi vrbi opem ferre velis, eique studeas, in qua scholas habuisti, animi philosophici est argumentum. Quare mihi videtur prius quidem illud Socrati conuenire, hoc vero posterius Musonio. Nam ille fas esse negabat, virum bonum ab vllo improbo laedi.* Hic vero murorum curator erat, quum ipsum Nero exsulare iussit.

Musonius, vir rerum gerendarum prudentia insignis, sub imp. Iouiniano, et Eunapius, Phrygius, orator, tributis Asianis colligendis praepositus etc.

[†] Μύδρος. Anaxagoras dixit solem esse μύδρον πυρόεντα, ignitam ferri massam, Peloponneso maiorem, ob quod morte multandus erat.

Myia, Thespiaca, lyrica. Scripsit *carmina lyrica.*

Myia, Spartana, poetria. *Hymnos in Apollinem et Dianam* scripsit.

Myia, Pythagorae magni et Theanis filia, Samia.

Myro, Byzantia, poetria, quae versus heroicos et elegiacos et melicos scripsit, Homeri, tragici, filia, vxor Andromachi, cognomento philologi.

Myro, Rhodia, philosopha. Scripsit *Chrias reginarum* et *fabulas.*

Myrtilus, Atheniensis, comicus, filius Lysidis, frater comici, Hermippi. Eius dramata: Τιτανοπᾶνες n), ἔρωτες.

Μῦθος et αἶνος differunt, quod αἶνος non pro pueris, sed viris factus sit, nec tantum animum oblectet, sed et admonitionem contineat. Occulte enim et per ambages suadet ac docet, quod Hesiodus fecisse videtur.

Myscelus, accepto oraculo, valetudinem bonam anteposuit diuitiis; has delegit Archias: vnde Crotoniatae sunt robusti; Syracusani autem diuites euaserunt.

Mysorum praedatio (Μυσῶν λεία) prouerbium de iis, quorum res, vt Mysorum a vicinis praedonibus, Telepho, rege, peregre profecto, hostiliter diripiuntur.

Qqq 2 Myxus,

m) Idem cum primo Musaeo, apud Suidam memorato.

n) Küster (in not. 4. tom. II. pag. 590.) cum Meursio in biblioth. attica emendat Τιτανόπαιδες. *Harl.*

Myxus, βαβαὶ Μύξος. Dictum hoc in iactabundos et gloriosos. Myxus enim fuit sacerdos Dianae, homo facetus et iactabundus.

Nannacus [o]). Vir priscus ante Deucalionem, regem, qui futurum diluuium praesciens, omnibus in templum congregatis, cum lacrymis Deum suppliciter orauit. Et proverbium, *a Nannaco*, de rebus admodum vetustis.

Ναυάτος, ecclesiae presbyter romanae; v. *Nouatus.* Atque Ναυατιανοὶ αἱρεσῖται sunt *Nouatiani, haeretici*, siue qui Nouati sententiam sequuntur.

Naucratis, vrbs Aegypti a Milesiis condita, quum maris imperium obtinerent. Huius ciuis fuit doctus ille Athenaeus.

Nausicrates, comicus. Ex eius dramatibus sunt: Ναύκληροι, Περσίς [p]).

Nauson Naucrati, de iis, qui paria sibi mutuo reddunt. Genus scribendi in epistolis vsitatum, vt *Pompaeus Pompilo.*

Ναζηραῖος, deo gratus et consecratus, vel monachus. Sciendum, tempore Claudii, Romanorum imp. cum Petrus, apostolus, Euodium Antiochiae (episcopum) creasset, illos, qui prius Nazaraei et Galilaei vocabantur, adpellatos Christianos.

Neanthes, Cyzicenus, orator, discipulus Philisci, Milesii.

Nearchus, Alexandro expeditionis comes fuit, et historiam de eo conscripsit. Falso autem se praefectum classis fuisse scripsit, quum gubernator nauis fuerit.

Nemesion, (Damascii amicus.) confer Suidam in Ἀνεπτερῦτο, et Ἑρμαῖον.

Νεμήσεις ὑποκριτῶν, *distributiones histrionum.* Poetis tres histriones sorte diuidebantur, qui fabulis agerent. Inter hos, qui victor fuisset, absque examine deinde adsumebatur.

Neocles, Atheniensis, philosophus, frater Epicuri, qui scripsit de secta sua. Et Neoclis, est dictum: λάθε βιώσας, *qui bene latuit, bene vixit.* (v. *Menag. ad Diog. Laert. X. segm. III.*)

Neophron seu Neophon, Sicyonius, tragicus, cuius esse dicunt *Euripidis Medeam*, docuit tragoedias CXX. etc.

Nero studiis, imperatore prorsus indignis, operam dedit, cithara ludens, tragoedias agens et in theatris saltans. Sed adhuc adolescens studiis philosophiae vacabat, et de Christo inquirebat, quem adhuc superesse in viuis arbitrabatur. Quumque comperisset, a Iudaeis in crucem actum esse, iratus Annam et Caipham cum Pilato, tunc Iudaeae praeside, vinctos ad se duci iussit, ab iisque sciscitatus est, quaecunque in eius iudicio acta essent etc. Eo tempore et Simon Magus florebat, quumque Petrus et Simon praesente Nerone inter se disputarent, eductus est ex carcere Pilatus. Nero Simonem interrogat, an esset Christus? ille se esse ait. Negant Petrus, et Pilatus, *hic*, inquit, *Aegyptius est*, *et obeso corpore et prolixis capillis* et *niger omninoque ab eius forma alienus* etc.

Nerua,

o) Videtur nomen ex *Noachi* nomine corruptum, licet *Nannacus* hic, (Stephano Byz. Ἄννακος,) *Phrygum rex* dicitur Suidae in τὰ ἀπὸ Ναννάκου, et Rex, in τὰ Νάννακος.

p) Monente Kustero not. 7. (tom. II. p. 600.) non, *Nausicrati* comico; sed *Naucrati* fabulam, Πέρσαις adsignat Athenaeus libr. IX. Sed v. supra, in vol. II. pag. 741. *Harl.*

Nerua, Romanorum imp. Ioannem, euangeliſtam, ex Patmo, quo relegatus erat, reuocatum, Epheſum reduxit: eo tempore q), quo et Manichaeorum dogma in lucem prodiit, Manete haereſin ſuam aperte docente.

Neſtorius. Poſt Manetem et Paulum et Apollinarem et Theodorum prodit Neſtorius, Germanicea, Syriae vrbe, oriundus, qui ſede CPol. potus, voce duarum in Chriſto naturarum malo errore abuſus eſt, aeque ac Paulus et Theodorus, a quibus genus r) duxit. Nam filius fuit Ciſicis, (Theodori) et Samoſateni (Pauli) nepos. Poſt hunc Eutyches exſtitit etc.

Neſtor, Larandenſis, e Lycia, poeta epicus, pater poetae Piſandri, fuit ſub imp. Seuero ſcripſitque *Iliadem* λειπογράμματον, litteris certis carentem, perinde vt Tryphiodorus Odyſſeam. Nam in primo libro nullum reperitur α, in ſecundo nullum β etc. Scripſit etiam *Metamorphoſes*, vt Parthenius, Nicaënſis, et alia.

Nicagoras, Mneſaei, rhetoris, F. Athenienſis, ſophiſta, tempore Philippi, [✝] imp. Scripſit *vitas clarorum virorum. De Cleopatra, quae fuit in Troade. Orationem*, habitam in legatione *ad Philippum*, imp.

Nicander, Xenophanis F. Colophonius vel Aetolus, grammaticus, poeta, medicus, vixit tempore Attali iunioris, ſiue vltimi Galatonicae, cui regnum ademtum a Romanis. Scripſit theriaca, *alexipharmaca*, *georgica*, ἑτεροιȣμένων *de corporibus*, *in alias formas mutatis*, *libros V. Remediorum collectionem; prognoſtica* verſibus, ex Hippocratis prognoſticis translata: *de omnibus oraculis libros III.* et alia plurima, carmine epico.

Nicanores tres fuerunt: vnus, filius Balacri, alter, Parmenionis, tertius, genere Stagirita, cuius meminit Hyperides oratione in Demoſthenem.

Nicanor Hermiae F. Alexandrinus, grammaticus temporibus Hadriani, imp. quo tempore et Hermippus, Berytius, vixit. Scripſit περὶ ϛιγμῆς, *de punctis apud Homerum, et de differentia, quae inde in ſenſu oritur; de interpunctione in genere, libros VI. Horum compendium libro I. De punctis apud Callimachum*, et alia.

Nicetas. Supra in Heraclide, Lycio.

Nicochares, Philonidae, comici, F. Athenienſis, comicus, aequalis Ariſtophanis. Ex eius fabulis ſunt Ἀμυμώνη, Πέλοψ, Γαλάτεια, Ἡρακλῆς γαμῶν, Χορηγὸς, Κρῆτες, Λάκωνες, Λήμνιαι, Κένταυροι, Χειρογάϛορες.

Nicolaus, ex Myris Lyciae, feruidus Chriſtianorum propugnator et ſacerdos, qui magna cum fiducia DEO preces adhibebat. Hic nihil quidem ſcripſit, ſed in ſomnis imp. Conſtantino adſtans etc.

Nicolaus, Damaſcenus, amicus et familiaris Herodis, regis Iudaeorum et Auguſti Caeſaris, qui placentas mellitas, ab eo miſſas *Nicolaos* adpellabat: philoſophus peripateticus, aut platonicus. Scripſit *hiſtoriam vniuerſalem libris LXXX.* aut, ſecundum Athenaeum, CXL. libr. aut, CXXIV. auctore Ioſepho:) itemque *de vita et educatione Caeſaris.* Patrem

Qqq 3

q) Videntur hoc loco apud Suidam nonnulla excidiſſe. Nam Manichaeorum ſectae origo a Neruae aetate remota eſt annis amplius centenis.

r) Intellige dogmatum, non conſanguinitatis propinquitatem.

Patrem habuit, qui opes et famam eruditione adeptus fuerat: itaque ille a puero in omnibus litteris eruditus grammaticae atque inde poeticae haud vulgarem peritiam sibi comparauerar, adeo, vt *tragoedias comoediasque* haud spernendas scriberet. Postea ad rhetoricam ac musicam et mathematicas disciplinas atque vniuersam disciplinam animum adplicuit. Aristotelem inprimis imitari studebat, et multiplicem eius viri doctrinam summopere admirabatur. Aiebat, ideo plures musas a veteribus theologis introductas esse, quod in disciplinis mira varietas et ad omnes vsus apta diuersitas reperiatur. Ingenuo homini imperitiam artium humaniorum, atque illiberalium peritiam iuxta turpem esse. Disciplinarum orbem similem esse peregrinationi, [P] alibi prandendi caussa diuertendum, alibi pernoctandum, alibi consistendum per plures dies, alia obiter percurrenda, tandem reuertendum ad penates, hoc est ad philosophiam, tamquam ad patriam laresque redeundum, ibique considendum.

Nicolaus, discipulus Plutarchi, cognomine Nestorii, scripsit *progymnasmata* et *declamationes rhetoricas* et alia quaedam. Floruit sub Leone seniore, imp. vsque ad Zenonem et Anastasium.

Nicolaus, e Myris, Lyciae, frater Dioscoridis, grammatici, et Hipparchi et Hypati, patricii. Docuit CPoli, fuitque discipulus Lacharis. Scripsit *artem rhetoricam* et *declamationes*.

Nicomachus ex Alexandria Troadis, tragicus, scripsit tragoedias XXI. ex quibus sunt: Ἀλέξανδρος, Ἐριφύλη, Γηρυόνης, Ἀλετίδης, Εἰλήθυια, Νεοπτόλεμος, Μυσοὶ, Οἰδίπους, Περσὶς ἢ Πολυξένη, Τριλογία, Μετεκβαίνουσαι, Τυνδάρεως ἢ Ἀλκμαίων, Τεῦκρος.

Nicomachus, Atheniensis, tragicus, qui praeter omnium opinionem Euripidem et Theognin vicit. Ex eius Tragoediis est *Oedipus*.

Nicomachus, Stagirita, Philosophus, filius Aristotelis, philosophi, Theophrasti discipulus et, vt quidam tradunt, amasius. Scripsit *ethicorum libros VI.* itemque *de physica acroasi patris sui.*

Nicomachus, medicus, et ipse Stagirita, Machaonis F. Aesculapii nepos, a quo genus duxit Nicomachus, pater Aristotelis philosophi, et ipse medicus. Scripsit ἰατρικῶν siue *de re medica libros VI.* et φυσικῶν *de rebus naturalibus* vnum.

Nicophon, Theronis F. Atheniensis, comicus, aequalis Aristophanis, comici. Ex eius dramatibus sunt ἐξ ᾅδου ἀνιών, Ἀφροδίτης γοναὶ, Πανδώρα, Χειρογάστορες, Σειρῆνες.

Nicostratus, Macedo, orator. Hic relatus est in numerum decem illorum, qui secundum a primis locum tenere iudicabantur, aequalis Aristidis et Dionis Chrysostomi; vixit sub M. Antonino, imp. Scripsit *Decamythiam; Imagines; Polymythiam; Thalattur-gos*, et alia plurima. Item *Encomia*, *in Marcum* (Antoninum) *et alios*.

Nicostratus, comicus, cuius dramata apud Athenaeum Πάνδαρος (al. Πάνδροσος) siue Ἀντυλλος, (Philetaero a quibusdam tribuitur,) et Ἱεροφάντης, Κλίνη, Ἅβρα, Ἡσίοδος, Διάβολος, Ἀντερῶσα, Ἑκάτη, Μάγειρος, Ὦτις, Πλοῦτος, Σύρος, Ἀπελαυνόμενος, ψευδοστιγματίας, τοκιστής.

Nicostratus, histrio, comicus, qui optime fabulas agere credebatur, a quo prouerbium ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον.

Νομάδες. Sacas, Aristophani (in Auibus) memoratus, erat poeta tragicus, sic dictus, quod peregrinus esset.

Νομογράφοι,

Νομογράφοι, *Decemuiri*, qui anno Urbis Romae CCCI. leges populares et graecas in decem tabulas retulerunt etc.

Νομοθέται, *Legumlatores*. Tales fuere olim quidem Mofes, poftea Chriftus. Apud Athenienfes primus legislator fuit Draco, poft hunc Solon, poft eum Thales et poft hunc Aefchylus.

Νόμοι κιθαρῳδικοί. Apollo, vt aiunt, adhibita lyra, leges hominibus dedit, fecundum quas viuerent, mitigans fimul cantu feritatem, ipfis infitam, et numerorum muficorum fuauitate efficiens, vt praecepta facilius admitterent, vnde *leges citharoedicae* dictae funt. Hinc vero, vt et Ariftoteli videtur, moduli mufici, fecundum quos canimus, magnifico nomine νόμοι adpellati fuerunt.

Nomus et Ianuarius, virtute licet pollentes, priuatam et otiofam vitam amplexi funt, e quibus *Nomus* ingeniofior fuit et doctrinae amantior, tam philofophicae, quam eius, qua praeparantur adolefcentes. Et inter omnes erat κριτικώτατος, qui iudicare optime potuit virtutes et vitia tum poematum tum aliorum fcriptorum. Et vt omnino dicam, neque Seuerianum, neque Agapium, philofophum, crediderim iudicio doctrinae eloquentiae tantum valuiffe. *Ianuarius* vero rei gerendae peritior et prudentior in ciuilibus fratre fuo Nomo etc.

Νόμος. Tria fignificat: lex enim vna δίχα γραμμάτων absque litteris, per creationem indita hominibus: altera ἐν γράμματι, lex fcripta per Mofen, illorum cauffa, qui priores violauerant: tertia διὰ τῆς χάριτος gratiae et fpiritus. Lex autem fecundum apoftolum quatuor fignificat etc.

Ἄξονας leges Solonis Athenienfes vocarunt. Supra, Κύρβεις.

Nonnus, Panopolita, ex Aegypto, vir doctiffimus qui Theologi virginis paraphrafim verfibus heroicis fcripfit. Aufonius, fophifta, epiftolas et alia exarauit ad Nonnum. Supra in Αὐσόνιος.

Nouatus (Νάυατος) ecclefiae romanae presb. a Cornelio, epifcopo, diffidium fecit etc. ex Socratis IV. 28.

Nouatiani. Horum epifcopus fuit Sifinnius etc. ex Sozomeni VIII. 1.

Numa (Νουμᾶς), Romanorum legislator. Νουμᾶς Πομπίλιος. Hic remp. legibus et inftitutis fundauit, annumque primus inuenit et folis circuitum, qui antea vagus erat et incertus, in XII. menfes diftribuit. Templa etiam et lucos inftituit, pontificesque et flamines facerdotibus praefecit, et Salios per vrbem faltare iuffit. Ad haec ignis et aquae curam virginibus Veftalibus commifit, quarum fumma erat dignitas et [¶] illibata, quod viuerent, virginitas. Quod fi cum viro rem aliqua habuiffet, viua defodiebatur, ideo nec vnguento, nec floribus, nec vefte, nifi alba, vti illis licuit.

Numenius, Apameenfis, Syrus, philofophus pythagoreus, qui Platonem coarguit, quod fententiam fuam de DEO et creatione mundi ex mofaicis fcriptis fuffuratus effet. Hinc ait: τί γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωυσῆς Ἀττικίζων; *Quid eft Plato, nifi Mofes atticiffans?*

Numenius, rhetor, fcripfit *de figuris dictionis, argumenta in Demofthenem, chriarum collectionem, confolationem ad Hadrianum, imp. fuper morte Antinoi.*

Nymphis, Xenagorae F. Heracleotes, Ponticus, hiftoricus. Scripfit de Alexandro eiusque fucceffforibus et epigonis, fiue fucceffforum pofteris libros XXIV. De Heraclea libros XIII.

XIII. Continet autem res geſtas poſt epigonos, vsque ad tyrannorum euerſionem et vsque ad tertium Ptolemaeum. Conf. Kuſteri not. 8. tom. II. pagina 639.

Νῦν εὐπλόηκα, ὅτε νεναυάγηκα *nunc ſecunda nauigatione vſus ſum, cum naufragium feci.* Zeno, Citticus, dicto hoc vſus eſt, poſtquam naufragium feciſſet, et: *bene facit fortuna, quod nos ad philoſophiam compellat.* Itaque relictis prioribus praeceptoribus, Cratetis factus eſt diſcipulus, animumque ad philoſophiam adpulit.

Nyſia ſaltatio eſt eadem ac Berecynthia, Baccho ſacra. Berecynthus enim in Nyſia ſita eſt. Ita alia dicitur Cretica, ſiue Gnoſſia; nam Gnoſſus eſt vrbs Cretae. etc.

Ὠβέλιςαι, *obelo notatum eſt*, id eſt, reiectum eſt, damnatum eſt. Obelus enim, ſiue veru, in libris eſt ſignum reiectionis.

Ὁ κάτωθεν νόμος, Lex inferior. Demoſthenes in oratione contra Ariſtocratem vel Heliaeam ſic vocat, quod dicaſteriorum (Athenis) alia ſuperiora, alia inferiora nominarentur: vel ob formam ſcripturae, qua Axones ſcripti erant; ea autem talis erat, vt verſu primo a dextra ad ſiniſtram procedente, verſus ſecundus a ſiniſtra ad dextram ſcriptus eſſet βεςροφηδὸν ſulcorum more; itaque legem eam, quae a ſiniſtra incipit, inferiorem vocat Demoſthenes. Axones enim et Cyrbes eo, quo diximus, modo ſcriptos eſſe, Euphorion in Apollodoro docuit. Vel quia Ephialtes Axones et Cyrbes ex loco ſuperiore, id eſt arce, in curiam et forum tranſtulit.

Ochus, Ὦχος, (aliis Μῶχος), philoſophus apud Phoenices, vt Zamolxis apud Thraces et Atlas apud Afros.

Ochus, (Perſarum rex), qui quum Apin (Aegyptiorum) interfeciſſet, eum coquis tradere voluit, vt eum in fruſta diſſecarent et ad coenam praepararent.

Odaenathus, Syrus, Plutarchi, philoſophi (Athenienſis), auditor, quaeſtiones [¶] difficiles magiſtro diſputanti identidem proponebat, et dicentem ſemper interpellabat, ad veritatem adſequendam ipſe minus perſpicax. At Plutarchus cenſuit, philoſophum non de quibuslibet rebus interogandum, nec eum de quauis re ex tempore reſpondere debere. Inprimis difficile et tantum non impoſſibile eſſe, vt homines (explorati et certi) aliquid dicant ſentiantue de diis.

Oenomaus, Gadarenſis, philoſophus cynicus, non multo antiquior Porphyrio. Scripſit *de ſecta cynica.* Πολιτείαν ſiue *de rep. De Homerica philoſophia. De Cratete, Diogene* et caeteris (cynicis.)

Ὀιωνιςικήν. Artem augurandi primi inuenere Phryges, eiusque ſpecies 1) ὀρνεοσκοπικὸν *auſpicium*, vt, quum aue a fronte vel tergo volante et ad dextram vel ſiniſtram declinante, quis dicit, id hanc vel illam rem ſignificare. Primum de hac arte ſcripſit *Telegonus*, 2) οἰκοσκοπικὸν, quum obſeruantur ea, quae domi accidunt, veluti ſi in tecto adparuerit muſtela vel ſerpens; aut oleum effuſum fuerit, aut mel, aut vinum, aut aqua, aut cinis: aut lignum crepuerit, aut aliquid aliud acciderit, hoc vel illud ſignificat. De hac diuinatione ſcripſit *Xenocrates.* 3) Ἐνόδιον, quum interpretatur quis ea, quae in via nobis occurrunt, vt cum quis tibi obuius factus fuerit, hoc vel illud geſtans, hoc vel aliud tibi eueniet. De hoc ſcripſit *Polles.* 4) Χειροσκοπικὸν, quum manu expanſa eiusque rugis inſpectis dicimus, liberos procreabit, vel tale quid. De hoc ſcripſit *Helenus.* 5) παλμικὸν, cui qui ſtudent, ex tremore et palpitatione membro-

memborum futura praedicunt, veluti quum ſaliit oculus dexter vel ſiniſter, vel humerus vel femur, vel quum pes pruriuit vel auris tinniit, hoc vel illud eueniet. De hoc diuinationis genere ſcripſit *Poſidonius*.

Olen, Dymaeus vel Hyperboreus vel Lycius, poeta epicus. Sed potius eſt Lycius e Xantho, vt Callimachus declarat, et (Alexander) Polyhiſtor in hiſtoria Lyciae.

Olophyxis, ciuitas Thraciae iuxta montem Athon, cuius ciuis fuit Herodotus Olophyx, qui *de Nymphis et ſacrificiis*, vt aiunt, ſcripſit.

Olympias, certamen, quarto quoque anno peragi ſolitum; ob diem, qui quarto quoque anno ex ſex horis colligitur. Prima autem Olympias incidit in aetatem Salomonis, quo tempore Iouis feſtum publica ſollemnitate celebratum eſt.

Olympiodorus, philoſophus Alexandrinus celeberrimus. Ad hunc audiendum Proclus, Lycius, Ariſtotelicae doctrinae diſcendae cauſſa ſe contulit. Quum autem Olympiodorum audiret, virum eloquentem, et qui propter linguae volubilitatem et celeritatem in dicendo a paucis auditoribus intelligebatur, ſic ab eo fuit adprobatus, vt filiolam, et ipſam philoſophice inſtitutam, ipſi deſpondere voluerit. conf. Küſteri not. 3. tom. II. pag. 683.

[?] Olympus, Generoſae (Γενερώσης) frater, qui ex Cilicia Alexandriam venit ad colendum Serapidem: vir ingenio admirabili, corpore magno et procero, facie honeſta et liberali, ſuada incredibili. Quare conſtitutus ἱεροδιδάσκαλος ſacrorum magiſter apud Alexandrinos, qui tunc torrente quaſi reip. in deterius rapiebantur. Ille, quos potuit, congregans antiqua inſtituta eos edocebat, et comitantem hos, qui ea obſervarent, demonſtrabat felicitatem. Amicis vero praedixit, Serapidem relicturum eſſe templum, quod et factum eſt.

Olympus, Maeonis F. Myſus, tibicen, poeta melicus et elegiacus, auctor muſicae, quae pulſatione peragitur, itemque eius, quae cantu tibiarum conſtat: diſcipulus et amaſius Marſyae, qui genere fuit Satyrus, auditor vero et filius Hyagnidis. Vixit Olympus ante bellum Troianum, a quo et mons in Myſia nomen accepit.

Oneſimus, Cyprius vel Spartanus, hiſtoricus et ſophiſta temporibus Conſtantini, imp. Scripſit *ſtatuum diuiſiones; artem iudicialem ad Apſinem, de arte contradicendi, progymnaſmata, declamationes, encomia* et alia plurima.

Oneſicritus, Xenophonte tanto inferior habendus, quanto exemplum archetypo.

Onetor. Contra hunc Demoſthenes ſcripſit orationes de iudicio, ἐξούλης ſiue *de vi*. Fuit autem vnus ex choragis, cuius etiam Iſocrates in oratione de retributione mentionem facit.

Onoſander, philoſophus platonicus, ſcripſit *Tactica* ſiue de acie inſtruenda; *de ſtrategematibus; commentarios in libros Platonis de rep.*

Ophelio, comicus, ex cuius fabulis ſunt, teſte Athenaeo, Δευκαλίων, Καλλαίσχρος, Κένταυρος, Σάτυροι, Μοῦσαι, Μονότροποι. Meminit illius libro ſecundo Dipnoſophiſt.

Ὦ 'φήμερε, *o breuis aeui homo*. Ita Socrates apud Ariſtoph. in Nubibus ad Strepſiadem. Quod ipſe animum ad res diuinas intentum haberet, vel, quia Socrates Sileno ſimilis eſſe dicebatur; ſimus enim et caluus erat: apud Pindarum quippe Silenus ad Olympum: ὦ τάλας ἐφήμερε, νήπιε, βάζεις χρήματά μοι διακομπέων, *o miſer, mortalis, ſtulte, verbis magnificis opes tuas mihi iactas.*

Oppianus, Cilix ex Coryco, ciuitate, grammaticus et poeta epicus, qui vixit sub M. Antonino (Caracalla) imp. Scripsit *Halieutica* (de piscatione) libros V. *Cynegetica* (de venatione) libros IV. *Ixeutica* (de aucupio) libros II. Quum autem poemata eius apud imp. lecta fuissent, is pro [⁋] singulis versibus aureum staterem siue nomisma ipsi donauit, ita vt pro omnibus versibus viginti millia nomismatum acciperet.

Ὀψαρτυτική, ars culinaria. Artemidorus, pseudaristophanius, voces, ad artem culinariam pertinentes, collegit.

Ὀργᾷν. Herodotus, conspicatus Thucydidem quasi instinctu quodam Numinis lacrimantem, (quum Herodotum, historias suas legentem, audisset,) ad patrem Thucydidis dixit: beatum te duco, Olore, optimae prolis caussa. Filius enim tuus animum habet, disciplinarum cupidum.

Oribasius, Sardianus, familiaris amicus Iuliani, parabatae, a quo CPolis quaestor est constitutus. Scripsit πρὸς τοὺς ἀποροῦντας τῶν ἰατρῶν *ad medicos dubitantes, libros IX. Ad Iulianum, imp. libros LXXII. Epitomen eorum: libros IX. ad Eustathium, filium.* Item *de regno* et *de adfectibus.*

Origenes, qui et Adamantius, vir clarissimus et subactus in omni genere disciplinae, auditor Ammonii Saccae, philosophi, de cuius vita et scriptis plura adfert Suidas ex Eusebii libro VI. Sophronio et Cedreno, narratque inter alia, Ambrosii, Alex. precibus Scripturam S. explicasse intra XVIII. annos et librorum scripsisse ad sex millia, atque ob eorum multitudinem, dictum συντακτικόν, etc.

Orion, Thebanus, Aegyptius, scripsit *collectionem sententiarum* seu ἀνθολόγιον *florilegium* ad Eudociam, imp. Theodosii iunioris vxorem libris III.

Orion, Alexandrinus, grammaticus, scripsit ἀνθολόγιον. *Atticorum vocabulorum collectionem; de Etymologia; encomium Adriani, Caesaris.*

Orpheus ex Lebethris Thraciae oriundus, (Lebethra ciuitas Pieriae vicina) Oeagri et Calliopes F. Oeager vero, quintus ab Atlante, ex Alcyone, vna filiarum eius. Vixit vndecim aetatibus ante bellum troianum, ipsumque Lini discipulum fuisse dicunt et nouem aetates vixisse. Alii vndecim. Scripsit τριαγμοὺς, qui ab aliis Ionis, tragici, esse dicuntur. In his etiam fuerunt illa, quae dicuntur ἱεροστολικά. Κλίσεις (an κλήσεις.) κοσμικαί. Νεοτευτικά. Ἱεροὺς λόγους *sacros sermones* libris XXIV. Hi vero dicuntur esse *Theogneti*, Thessali; alii eos *Cercopi*, pythagoreo, tribuunt: *Oracula*, quae ad *Onomacritum* referuntur; Τελετὰς, *Initia*, quae itidem Onomacriti esse dicuntur. In his etiam est liber *de lapidum sculptura* qui ὀγδοηκοντάλιθος inscribitur. Σωτήρια. Haec *Timoclis*, Syracusani, et *Pergini*, Milesii, esse dicuntur. Κρατῆρας, hi *Zopyro* tribuuntur. Θρονισμοὺς μητρῴους *thronismos magnae matris Deorum* et *Bacchica*, quae *Niciae*, Eleatis, esse dicuntur. *Descensum ad Inferos*, quod opus *Herodici*, Perinthii, [⁋] esse fertur: *Peplum* et *Rete*. Haec etiam *Zopyro* tribuuntur, ab aliis *Brontino*. Ὀνομαστικόν, versibus heroicis MCC. *Astronomiam.* Ἀμοκοπίαν. Θυηπολικὸν siue *librum de sacrificiis.* Ὠοθυτικὰ ἢ ὠοσκοπικά. *de diuinatione ex auibus*, versibus heroicis. Καταζωστικόν. *Hymnos. Corybanticum et Physica*, quae *Brontini* esse dicunt.

Orpheus, Ciconeus, vel Arcas ex Bisaltia Thracica, poeta epicus. Fuit et hic ante Homerum, duabus aetatibus troiano bello antiquior. Scripsit *fabulas, epigrammata, hymnos.*

Orpheus,

Orpheus, Odrysius, poeta epicus, quem tamen Dionysius ne exstitisse quidem dicit. Nihilominus poemata quaedam ei tribuuntur.

Orpheus, Crotoniates, poeta epicus, quem Pisistrato, tyranno, familiarem fuisse Asclepiades libro grammaticorum sexto tradit. Scripsit Δεκαετηρίαν, *Argonautica* et alia quaedam.

Orpheus, Camarinaeus, poeta epicus, cuius esse dicunt *descensum ad Inferos.*

Orpheus, rex Thracum, cuius tempore Amazones Phrygas sibi tributarios fecere.

Tempore Iudicum Iudaeorum, post sublatum Atheniensium regnum, Orpheus clarus fuit, vir sapientissimus et multorum mysteriorum peritissimus. Huius etiam feruntur περὶ Θεογνωσίας λόγοι, (Küsterus ex Io. Malala et Cedreno περὶ Θεογονίας,) in quibus inter alia et haec dicit: Aetherem principio a Deo conditum fuisse, et ab vtraque aetheris parte fuisse chaos etc.

Orphei lyra.

Orus, Alexandrinus, grammaticus, qui CPoli docuit. Scripsit *de vocalibus ancipitibus: quomodo gentilia sint efferenda: solutiones propositionum Herodiani:* Πίνακα τῶν ἑαυτοῦ *indicem operum suorum: De encliticis particulis: Orthographiam* ordine alphabetico: *De ει diphthongo: Orthographiam αι diphthongi contra Phrynichum*, ordine alphabetico: *Florilegium sententiarum.*

Ostanae. Sic olim apud Persas Magi vocabantur, qui Zoroastri successerunt.

Οὐδὲν μᾶλλον. Sceptici siue Pyrrhonii, sectarum omnium decreta euertentes, nullum ipsi dogma ponunt etc.

Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. Quum Epigenes Sicyonius tragoediam in Bacchum fecisset, hoc acclamarunt: *Nihil ad Bacchum.* Vel potius: olim certabant carminibus, in Bacchum scriptis, quae et Satyrica dicebantur. Postea vero tragoedias scribere adgressi, paullatim ad fabulas et historias deflexerunt, nullam Bacchi mentionem amplius facientes. [?] Sic Chamaeleon in libro de Thespide. Theaetetus vero in libro de proverbio refert, Parrhasium, certantem Corinthi cum aliis pictoribus, pinxisse Bacchum pulcerrimum, et Corinthios, videntes aemulorum opera, exclamasse, *quid ad Bacchum?*

Οὐδὲν ἐν σελίνοις, *ne inter apia quidem:* in eos, qui ne principium quidem rei adsequuti sunt: sumta translatione ab iis, qui in hortos ingrediuntur, ad extremas autem hortorum partes, (περικήπους,) quas apio et ruta conserere solebant Graeci, non perveniunt.

Οὐδέποτ' ἐγὼ τοῦτον ὑποδέξομαι. In compotationibus Athenienses olim carmen cantabant, quod vocabatur *Harmodium*, in Harmodium et Aristogitonem, qui Pisistratidarum tyrannidem euerterant, cuius initium: φίλτατε Ἁρμόδιε οὔ τι που τέθνηκας [5]). Erant et alia eiuscemodi carmina, quorum vnum *Admeti* vocabatur, alterum *Lamponis.* (Infra in πάροινος.)

Οὐκ ἐκομπολάκουν, *non vtebar verbis tumidis*, vt Aeschylus.

Οὐκ ἔνδον. Ridet Aristophanes Euripidem, vt συλλογιστικὸν etc. animas ab corporibus distinxit more Homerico. Homerus enim quum dixisset πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς

Rrr 2 multas

5) Φίλτατε etc. hic est quintus versus scolii, Anthol. graecam poeticam, (Baruthi 1792. 8.) quod *Callistrato* tribui solet. v. quae notaui ad pag. 90. sqq. *Harl.*

multas animas fortes heroum ad orcum demisit, subiungit: αὐτὲς δ' ἑλώρια τεῦχεν *ipsos vero praedam fecit canum.*

Οὔτιδες. *Vtides* et *Soritae:* Paralogismi quidam ita adpellati.

Οὐ χρή, Aeschylus de Alcibiade: μὴ ἀνατρέφειν φρόνημα ἔχοντα, *ne virum callidum in ciuitate alas: si vero alueris, ne eum irrites, sed blanditiis demulceas.* Euripides suasit, non recipiendum in vrbem leonis catulum. Bacchus ad haec: (apud Aristoph.) difficulter sententiam fero, vter melius dixerit. Nam σοφῶς Aeschylus, Euripides σαφῶς.

Pacatus, Minucius idem dictus, et Irenaeus, Alexandrinus, grammaticus, scripsit *de Alexandrinorum dialecto* siue *de Graecismo libros VII.* ordine alphabetico: *de proprietatibus atticae et doricae dialecti; de atticismo* et alia multa. (Supra, in Irenaeus.)

Paeanes duo erant, vnus ἐνυάλιος siue Marti, sub initium praelii vel ante pugnam, alter post victoriam Apollini. *Paeanismus* carmen, quod canitur ab iis, qui a malis quibusdam liberati sunt.

Palaephatus, Atheniensis, poeta epicus, Actaei et Bionis F. vel, vt alii, Ioclis et Metanirae, vel Mercurii. Vixit secundum quosdam post Phemonoem, secundum alios, ante eam. Scripsit κοσμοποιΐαν *poema de opificio mundi* versibus quinquies mille; *Apollinis et Dianae natiuitatem*, versibus MMM. *Veneris et Cupidinis voces et sermones* versibus quinquies mille: *Mineruae et Neptuni contentionem*, versibus mille: *Latonae comam.*

Palaephatus, Parius vel Prienensis, qui vixit tempore Artaxerxis. Scripsit *incredibilium libros V.* quos quidam Palaephato, Atheniensi, tribuunt. Sed et iste de eodem argumento scripsit.

[¶] Palaephatus, Abydenus, historicus. Scripsit *Cypriaca, Deliaca, Attica* et *Arabica.* Vixit sub Alexandro, Macedone, et Aristotelis, philosophi, deliciae fuit, vt auctor est Philo ἐν τῷ στοιχείῳ τῆ περὶ παραδόξε ἱστορίας βιβλίε α', et Theodorus, Iliensis, libro II. Troicorum.

Palaephatus, Aegyptius, aut Atheniensis, grammaticus, scripsit theologiam aegyptiacam; fabulosorum librum I. fabulose dictorum solutiones; argumenta in Simonidem; res troianas, quod opus alii Pario Palaephato tribuunt. Scripsit et historiam propriam ἱστορίαν ἰδίαν.

Palamedes, Eleates, grammaticus, scripsit de comica et tragica dictione: Ὀνοματολόγον siue nomenclatorem: commentarium in poetam, Pindarum.

Palamedes, Nauplii et Climenes F. Argiuus, poeta epicus, et consobrinus regis, Agamemnonis, non minus acutus philosophus, quam poeta ingeniosus. Idem inuentor litterarum ζ, π, φ et χ, itemque calculorum et tesserarum et aleae et mensurarum ac ponderum. Poemata eius, Agamemnonis posteri ex inuidia aboleuerunt. Existimo et poetam, Homerum, quod eadem inuidia laboraret, nullam eius mentionem fecisse. Carmina Palamedis propter inuidiam ab Homero abolita sunt etc.

Palladius, Palladii F. Methonaeus, sophista, qui vixit sub Constantino, imp. Scripsit *de Romanorum festis; disputationes; orationes* diuersas, vt *olympiacam, panegyricam, iudiciales.*

Pamphile,

Pamphile, Epidauria, ſapiens, filia Soteridis, cuius eſſe dicuntur commentarii, qui Pamphilae nomine feruntur, (vt auctor eſt Dionyſius libro XXX. hiſtoriae muſicae,) vel Socratidis, mariti eius. Scripſit *commentarios hiſtoricos libris XXXIII. epitomen Cteſiae, libris III. epitomas hiſtoriarum* aliorumque librorum quamplurimas; περὶ ἀμφισβητήσεων *de controuerſiis; de re Venerea;* et de aliis multis.

Pamphilus, Amphipolita vel Sicyonius vel Nicopolita, philoſophus cognomento Φιλοπράγματος. Scripſit *imagines* (herbarum t)) ordine alphabetico; *artem grammaticam; de pictura et pictoribus illuſtribus; de re ruſtica libros III.*

Pamphilus, grammaticus, Ariſtarcheus, ſcripſit *pratum* ſiue variarum rerum collectanea; *de gloſſis ſiue vocabulis libros XCV.* a litera E vſque ad Ω. Nam ab A vſque ad Δ Zopyrion compoſuerat; *in Nicandri loca* [?] *ab aliis explicata*, et quae vocantur Ὀφιακὰ u) ſiue *de ſerpentibus; artem criticam* et alia plura grammatica.

Pamphilus, qui in conuiuiis verſus ſemper loquebatur, vt refert Athenaeus in Dipnoſoph libr. I. pag. 4.

Pamphilus, demagogus Athenis etc.

Pamprepius, qui apud Zenonem (imp.) multum potuit, natus Thebis, vrbe Aegypti, ingenio ad omnia apto praeditus, poeta et ad poeſin aptus, quum Athenas veniſſet, a ciuitate delectus grammaticus, multos ibi docuit annos. Simulque ſub magno Proclo eruditus eſt in omnibus reconditae ſapientiae partibus. Hinc nulli ſecundus videri volens cum omnibus philoſophis, excepto Proclo, contendebat, Plutarchum etiam, Hierii F. Athenienſem, et Hermiam, Alexandrinum, rhetorem, doctrinae gloria ſuperare ſtudebat. Quum autem a calumniatoribus apud Theagenem, illius loci ciuem, delatus, et grauius, quam magiſtrum deceret, exagitatus fuiſſet, Byzantium venit, vbi in vrbe, in qua omnes Chriſtiani eſſent, graeca ſua religione, quam non diſſimulat, opinionem adtulit nominibus, ſe alia quoque arcana (magica) doctrina eſſe praeditum. Itaque Hillus eum, poema quoddam recitantem, quum audiſſet, commendatum ſibi habuit et ſtipendium ipſi dedit partim de ſuo, partim de publico. Deinde inuidi, perſuadentes Zenoni ac Verinae, quod cum Hillo vaticinaretur aduerſus imperatorem, effecerunt, vt relegaretur. Hinc Pergamum Myſiae venit, mox ad Hillum in Iſauriam reuocatur etc. Hillus iſte quum eſſet litterarum amans, volebat virorum eruditorum de anima diſceptationes audire, quumque ex multorum, qui aderant, variis diſputationibus et diſſenſu orationem ſibi non conſtare adpareret, Marſus, grammatiſta, ſiue litterator, ex Pane Aegypti oriundus, orationem de anima, diu meditatam, eleganter recitauit, et quoniam ignarus inter ignaros, vt Plato dixit, facilius perſuadere poteſt quam doctus, Marſi artificioſa loquacitate deceptus Hillus eum eruditiorem omnibus CPoleos doctoribus eſſe exiſtimauit, et multa pecunia, ex

 publico

t) Voc. *herbarum* additum eſt de Lambecii coniectura, at fallaci, vti iam ſupra adnotare memini. Atque Küſterus in not. 7 et 8. tom III. p. 14. probabilius exiſtimat, opus Pamphili de *iconibus* eiusdem fuiſſe argumenti, de quo ſcripti ſunt duo Philoſtrati περὶ εἰκόνων libri, hodie adhuc exſtantes. *Harl.*

u) Sic ex emendatione Küſteri, tom. III. p. 15. not. 1. pro vulgata lect. Ὀπικά. *Harl.*

publico ipsi tributa, τοὺς φοιτῶντας ἐς μουσεῖα, κατ' ἐκλογὴν ἐκέλευσε παιδεύειν, eos, qui scholas frequentarent, cum delectu docere iussit.

Πάν. Ex Aesopi, anagnostae, libro de Helena, supra in Ἰχθῦς.

Panaetius, Rhodius, senior, philosophus celeberrimus, cuius plurimi libri philosophici circumferuntur.

[?] Panaetius, iunior, Nicagora F. Rhodius, philosophus stoicus, Diogenis discipulus et praeceptor Scipionis, Africani, post Polybium, Megapolitam. Obiit Athenis.

Pancratius, sophista, scripsit commentarium in Minuciani artem rhetoricam.

Pancratius. Huius feruntur Opsartytica in quibus varios artis culinariae modos tradit. Floruit tempore Leonis senioris, vsque ad Zenonem.

Πανδελετείους γνώμας. Pandeletus sycophanta fuit, litium amans, idemque sophismata scribebat, et vnus erat ex illis, qui circa iudicia crebro versabantur. Meminit eius Cratinus in Chironibus.

Panolbius, poeta. Scripsit diuersa: velut carmen *ad Aetherium*, morbo defunctum; *ad Erythrium; ad Dorotheum*, praesidem et comitem; *in Aphthonium*, comitem; *epitaphium Hypatiae*, Erythrii filiae.

Πάντα ὀκτώ. Aiunt, Stesichorum Catanae splendide sepultum fuisse ad portas, quae ab eo Stesichoreae vocantur, ipso monumento octo columnas habente, octo item gradus et angulos octo. Alii tradunt, Aletem, quum Corinthios in vnam ciuitatem oraculo iussus coegisset, ciues in octo tribus, et vrbem in octo partes distribuisse.

Panyasis, Polyarchi F. Halicarnasseus, prodigiorum interpres et poeta epicus, qui poesin exstinctam in vsum reuocauit. Duris Samium fuisse tradit, Dioclis filium; Herodotus Thurium. Polyarchus frater fuit Lyxi, quem Herodotus patrem habuit. Alii non Lyxum, Herodoti patruum; sed Dryonem, Herodoti matrem, Panyasidis aiunt sororem fuisse. Panyasis natus est Olympiade LXXVIII. Secundum alios antiquior fuit et tempore belli Persici vixit, occisus a Lygdamide, tertio Halicarnassi tyranno. Inter poetas alter ei post Homerum locus tribuitur: secundum alios vero post Hesiodum etiam et Antimachum. Scripsit Ἡρακλειάδα *de rebus gestis Herculis libros XIV.* versibus circiter 9000. Ἰωνικά, *de Codro et Neleo*, *coloniisque ionicis*, carmine pentametro, versibus circiter 7000.

Paphnutius, vrbis cuiusdam in superiori Thebaide episcopus, vir Deo carus, et miraculis inclitus. Huic persecutionis tempore oculus effossus fuit, quem imperator (Constantinus) frequenter arcessebat, oculumque eius deosculabatur. Quum autem episcopis in synodo (Nicaena) visum esset, vt, quicumque in sacrum ordinem adlecti essent, episcopi, presbyteri, diaconi et subdiaconi abstinerent a concubitu [?] vxorum, quas, quum laici essent, matrimonii iure sibi sociauerant: surgens vociferatus est, non esse imponendum graue hoc iugum clericis et sacerdotibus, honorabiles esse nuptias etc. (ex Socratis lib. I. cap. XI. hist. ecclef.)

Pappus, Alexandrinus, philosophus, qui sub imp. Theodosio seniore vixit, quo tempore etiam floruit Theon, philosophus, qui Ptolemaei Canonem scripsit. Libri eius sunt χωρογραφία οἰκουμενική, *chorographia totius orbis: commentarius in quatuor libros magnae syntaxis Ptolemaei; descriptio fluuiorum, qui sunt in Libya; interpretationes somniorum.*

Παρασι-

Παραστιχίς, series versuum, quorum primae litterae nomen vel sententiam aliquam componunt. Heraclides, Ponticus, etc. e Laertii V. 92. seq.

Πάριον ab Alexandro, Paride, dictus locus, qui antea Amander. Illuc a patre, Priamo, missus Paris, ingenio felici praeditus et per triginta commoratus annos ibi in omni Graecorum sapientia eruditus fuit. Edidit *orationem in Veneris laudem*, qua Mineruae eam et Iunoni praetulit. *Hymnum* etiam in eam cecinit qui *cestus* dicitur. Hanc belli (Troiani) causam fuisse scribunt ob raptam apud Spartanos Helenam etc.

Parmenides, Pyretis F. Eleates, philosophus, discipulus Xenophanis, Colophonii, vel, vt Theophrastus testatur, *Anaximandri, Milesii. Ipsius successores fuere Empedocles, philosophus et medicus, et Zeno, Eleates. Scripsit physiologiam versibus hexametris, et alia quaedam oratione soluta, quorum Plato meminit.

Πάροινος. Vide supra, ὐδέποτ' ἐγώ.

Parrhasius, Euenoris F. et discipulus, genere Ephesius, pictor.

Parthenius, Heraclidis et Eudorae, vel, vt Hermippus ait, Thetae F. Nicaeensis aut Myrleanus, elegiacorum et variorum carminum poeta. Hic a Cinna captus est, Romanis cum Mithridate bellum gerentibus. Postea dimissus est propter doctrinam, et vixit vsque ad Tiberium, Caesarem. Scripsit *elegias in Venerem: Aretes, vxoris, epicedium: Aretes encomium tribus libris*, et alia multa. vide Küsteri notam 3. tom. III. pag. 52. vbi de alio quodam *Parthenio*, Phocaeensi, quaedam adtulit.

Parthenius, Chius, poeta epicus, filius Thestoris, qui cognominatus fuit *Chaos*. Ab Homero genus duxit. Scripsit *de Thestore*, patre suo, item *Metamorphoses*.

Pases, ingenio molli et effoeminato, sed qui arte magica omnes superauit, adeo, vt incantationibus suis efficeret, vt coenae sumtuosae conspicerentur et praeterea nonnulli, qui ad mensam ministrarent, eademque omnia rursus euanescerent. Habuit et semiobolum, ex mina ἐκ μνᾶς (Portus ἐκ μαγείας) ab ipso factum, qui quum ab ipso datus esset [*] vendentibus, a quibus aliquid emere volebat, apud ipsum rursus inveniebatur, si voluisset. Meminit eius et Apion, grammaticus, ἐν τῷ περὶ Μάγυ in libro de mago.

Patricius floruit sub Iouiano, imp. fuitque Lydus, qui phaenomenorum coelestium et signorum occurrentium coniector erat acutissimus.

Pattaecion, vir, cui quaestus erat, calumniis alios vexare, et adolescentes integrae famae et existimationis lacessere. Idem a comicis perstringitur, vt fur et parietum perfossor etc.

Paulus, Aegineta, medicus, qui *de re medica plures libros* scripsit.

Paulus, Tyrius, rhetor, aequalis Philonis, Byblii, ad Hadrianum missus legatus, Tyrum metropolin effecit. Scripsit *artem rhetoricam*, *progymnasmata* et *declamationes*.

Paulus, philosophus, scripsit *introductionem astrologiae* siue *apotelesmatica*.

Paulus Germinus, sophista, qui scripsit, *Lysiae esse duos illos libros, qui de dono Iphicratis circumferuntur.* Item *commentarios in* reliquas *Lysiae orationes*.

Paulus, Aegyptius, Lycopolita, sophista, filius Besarionis, qui et Didymus dicitur, natus sub Constantino, imp. scripsit ὑπόμνημα.

Paulus,

Paulus, Manentis aequalis, Samosatensis, Antiochiae magnae episcopus, qui Dominum nudum esse hominem, blaspheme dixit, et vt in vnoquoque prophetarum, sic etiam in ipso diuinum verbum habitasse etc.

Paulus. Hic cum Chrysantho Nouatianae ecclesiae praefuit, qui prius quidem doctor litterarum latinarum fuerat, deinde relicto instituto grammatico ad vitam monasticam transiit et talis fuit, quales monachos in solitudine degentes esse oportere Euagrius scribit etc. (ex *Socratis* hist. eccles. VII. 17.

Paurolas, Phalaridis, tyranni, et Erytheae, vxoris eius, F.

Pausanias, Lacon, historicus. Scripsit *de Hellesponto*, *Laconica*, *Chronica*, *de Amphictyonibus*, *de festis Laconicis.*

Pausanias, Caesariensis, sophista, aequalis Aristidis, cuius Philostratus in vitis sophistarum, vt oratoris inepti, meminit. Scripsit *de syntaxi librum: problematum librum vnum*, et alia. (Plura in Küsteri nota 5. ad h. l. III. pag. 62.)

Pauson, pictor. Aesculapius Pausonem et Irum et quemuis alium pauperem sanauerit. Prouerbium: *Pausone pauperior.*

Paxamus, vir doctus, scripsit *de arte culinaria*, ordine alphabetico; *Boeotica libris duobus; Dodecatechnum siue de schematis Venereis; de arte tinctoria libros duos; de re rustica libros duos.*

Πένταθλος. *Quinquertio* dictus est Democritus, Abderites: callebat enim physica, mathematica et disciplinas liberales, omniumque artium [758] peritus erat. Huius est dictum: λόγος ἔργυ σκιὰ, *oratio vmbra actionum.*

Pepli, qui panathenaeis maioribus, Mineruae in pompa ferebatur, apud oratores et comicos mentio. In eo depictus erat Enceladus, vnus e gigantibus, quem Minerua occidit. Athenienses, quum victoriam reportassent, peplum Mineruae fecerunt, et in eo depinxerunt viros, qui se strenue in bello gessissent.

Periander, Cypseli F. Corinthius, vnus ex VII. sapientibus v), qui vixit Olympiade XXXVIII. Scripsit *praecepta de vita humana, versibus 2000.* Acceptum a patre regnum in tyrannidem vertit, etc. In eius mortem epigramma (Laertii.)

Μήποτε λυπήσῃ σε τὸ μή σε τυχεῖν τινος, ἀλλὰ
Τέρπεο πᾶσιν ὁμῶς, οἷσι δίδωσι Θεός.
Καὶ γὰρ ἀθυμήσας ὁ σοφὸς Περίανδρος ἀπέσβη,
Οὕνεκεν ὐκ ἔτυχεν πρήξιος, ἧς ἔθελεν.

Ne te contristet, si non optata sequantur,
Sed placeant, dederit quae tibi cunque Deus.
Nam sapiens moerore perit Periander acerbo
Extinctus, quod non, quae voluit, valuit.

Pericles, Xanthippi imperatoris Atheniensium, et Agaristes F. et auditor Anaxagorae, Clazomenii, orator et demagogus, qui primus scriptam orationem habuit in iudicio, quum illi, qui ipsum antecesserant, ex tempore dixissent. Vxorem duxit Aspasiam, Milesiam,

v) Suidas hanc particulam descripsit ex Nic. Damasceno, qui tamen de Periando haec in fine notarat: „sunt, qui hunc vnum e septem sapientibus fuisse *opinentur; falso tamen.*“ *Harl.*

Milesiam, et ex ea filios suscepit, Xanthippum et Paralum, quem contra instituta patria sic nominauit, herois indito nomine, quod (Athenis) non licebat. etc.

Περίμανως. Supra, μάνερως.

Persae. Magia et astrologia a Magusaeis primum inuenta fuit. Persae ab indigenis vocantur Magog. Et Magusaei iidem sunt.

Persaeus, Citieus, philosophus stoicus, qui etiam Dorotheus cognominatus fuit. Vixit temporibus Antigoni Gonatae, filius Demetrii, discipulus et alumnus Zenonis, philosophi. Scripsit *historiam*.

Perses, Ascraeus, poeta epicus, Hesiodi, poetae, frater.

Petosiris, Aegyptius, philosophus, scripsit, *qua ratione Graeci et Aegyptii Deorum cultum instituendum esse praeceperint; astrologumena*, ex sacris libris excerpta; *de mysteriis Aegyptiorum.*

Petrus, magister, rhetor et historicus. Hic legatus ad Chosroën missus [?] singulari grauitate et eloquentia feroces et superbos barbarorum animos mitigauit. Scripsit *historias*, item περὶ πολιτικῆς καταστάσεως, *de statu reip.* (Idem est, quem mox sub Iustiniano vixisse et aerarium compilasse Suidas ex Procopio scribit.)

Petrus Mongus, Alexandriae episcopus, haereticus feruidus, (διάπυρος.) Euphemius vero, patriarcha, orthodoxam fidem magno studio defendit.

Φακᾶς. Supra, Dioscorides.

Phaedon, Eleus, philosophus, Socratis auditor, auctor sectae Eliacae, quae postea a Menedemo, Eretriensi, dicta est Eretriaca. Ab Indis captum et Athenis venditum lenoni, Alcibiades, suadente Socrate, redemit, ex quo tempore philosophari coepit. Dialogi eius sunt: Ζώπυρος, Μήδιος, Σίμων, Ἀντίμαχος ἢ πρεσβύτης, Νικίας, Σιμμίας, Ἀλκιβιάδης, Κριτόλαος.

Φαιδριᾶς. Supra, in Aesopus.

Phaeax, orator, dicendi adeo peritus, vt, quamuis capitis accusatus et in ipso facinore deprehensus fuisset, iudicium tamen eluderet. Meminit Aristophanes.

Φαιός. Menippus [w]), cynicus, habitu furiae indutus Ἐριννύος ἀναλαβὼν σχῆμα circumibat, dicens, se ab inferis venisse, vt hominum peccata obseruaret, et quum eo rursus descendisset, daemonibus, illic degentibus, ea renunciaret. Palla ei tunica talaris, quam balteus puniceus cingebat. Pileus arcadicus capiti impositus, cui intexta erant duodecim στοιχεῖα [x]) siue signa zodiaci; cothurni praeterea tragici, barba ingens et baculus in manu fraxineus.

Phalaris, Agrigentinus, totius Siciliae tyrannus, Olympiade LII. Scripsit *Epistolas* prorsus admirabiles. Aelianus ait, Apollinem et Iouem patrem Phalaridi vitam per biennium prorogasse, quod Charitonem et Melanippum clementer tractasset.

Phallophori,

w) At non de Menippo, sed de *Menedemo* a Diogene Laertio IV. nr. 102. (vnde Suidas hanc particulam mutuam sumsit,) ea referri, adnotat *Küster* tom. III. pag. 589. not. 3. *Harl.*

x) Vide de στοιχείοις, quae notaui ad S. Hieronymum de scriptoribus eccles. cap. 45.

Phallophori, Ithyphalli, et Autocabdali, genera muſicorum. *Autocabdali* coronam hederaceam geſtabant: *Ithyphalli* laruas ebriorum et manicas, variis coloribus diſtinctas, tunicamque talarem: *Phallophori* cortice bybli faciem velabant, hedera violisque coronati. (Ex Athenaeo XIV. 4. pag. 622.)

Phanes in Orphicis introducitur et Ericapaeus etc. v. Küſteri not. 10. tom. III. p. 577.

Phanias ſiue Phaenias, Ereſius, philoſophus peripateticus, Ariſtotelis diſcipulus. [P] Vixit Olympiade CXI. et poſtea, ſub Alexandro Macedone. Fuit et alter *Phanias*, dux exercitus.

Phaon adamatus a Sapphone, non illa poetria, ſed Lesbia quadam, quae fruſtrata ſpe ſua de Leucade rupe ſe praecipitauit.

Phariſaei, ſeparati, quod ſe ab aliis diſtinguerent vita pura et accurata legis obſeruatione. Scribis eadem inſtituta, continentia, vita, coniugii expers etc. Exactiores etiam, admirandi Eſſaei. Ceterum Paullus Phariſaicam viuendi rationem vt optimam ſectatum ſe teſtatur (Philipp. III. 5.) Dormiebant Phariſaei in exiguis tabulis vel in ſpinis vel in ſcrupulis, ne per ſomnium polluerentur. Apud eosdem Fatum et Aſtronomia magni fiebant.

Pherecrates, Athenienſis, comicus, qui Alexandro in expeditionibus bellicis comes fuit. Fabulas docuit XVII. in his πετάλην.

Pherecydes, Babis F. ex Syro, inſularum Cycladum vna, prope Delum, Syrius. Vixit tempore Halyattis, regis Lydorum et VII. Sapientum aequalis fuit, natus circa XLV. Olympiadem. Ferunt, Pythagoram ab eo inſtitutum fuiſſe, ipſum vero non habuiſſe praeceptorem, ſed proprio ſe exercuiſſe ſtudio, comparatis ſibi arcanis Phoenicum libris, κτησάμενον τὰ Φοινίκων ἀπόκρυφα βιβλία. Quidam tradunt, eum oratione proſa primum ſcribere inſtituiſſe, quod alii ad Cadmum referunt. Primus etiam animarum ex corpore in aliud corpus migrationem docuiſſe fertur. Sectatus eſt Thaletis opinionem. Obiit morbo pediculari. Omnia, quae ſcripſit haec ſunt: Ἑπτάμυχος ἤτοι Θεοκρασία ἢ Θεολογία. ἔτι δὲ Θεογονία,) libris decem Deorum generationem et ſucceſſionem continens.

Pherecydes, Lerius, hiſtoricus, natus paullo ante LXXV. Olympiadem. Scripſit de Lero; de Iphigenia, de Bacchi feſtis et alia.

Phidias, ſtatuarius, qui ſtatuam eburneam Mineruae fecit. Pericles vero, ſumtibus in eam rem faciendis a populo praefectus, quinquaginta talenta vertit in rem ſuam, et, ne rationes redderet, bellum excitauit etc.

Philagrius, Lycius, Macrenſis, vt reperitur apud Eugenatorem. Sed vt ipſe Philagrius ſcribit ad Philemonem in epiſtola de iecore indurato, fuerit potius medicus Epirota, diſcipulus Naumachii, poſt Galeni tempora, qui Theſſalonicae vt plurimum artem medicam exercuit. Compoſuit libros medicos LXX. ſi ſingulos numeres, aliaque opera non pauca. Item commentarium in Hippocratem.

Phileas, qui Andocidem ſacrilegii accuſauit.

Philemon, Syracuſanus, Damonis F. comicus nouae comoediae, qui floruit regnante Alexandro, paullo ante Menandrum. Scripſit comoedias circiter XC. et vixit annos XCIV.

quidem

quidem annos CI. tribuunt. Exſtinctus [¶] eſt immoderato riſu. Bello y) inter Athenienſes et Antigonum flagrante, in Piraeeo degens Philemon per ſomnium vidit nouem puellas, domo ſua exeuntes. Somno ſolutus narrauit puero ſomnium: et reliqua dramatis, quod coeperat, abſoluit. Poſtea inuoluens ſe veſtibus ſtragulis, quiete iacuit et mox mortuus eſt repertus. *Aderant igitur, Epicure, Philemoni nouem Muſae, et, quum fatale illud et vltimum iter ingreſſurus eſſet, ab illo digreſſae ſunt. Diis enim nefas videre mortuos, quamuis ſibi cariſſimos, ne adſpectum polluant, morientium exhalationibus. Tu vero, ſtulte, ais, eos ne curare quidem res noſtras.* Aelianus libro de prouidentia.

Philemon iunior, et ipſe comicus, filius Philemonis, comici, qui docuit fabulas LIV.

Philepſius, cuius, vt hominis callidi, meminerunt comici antiquae comoediae, et quod inter concionandum populo fabellas narrare ſolebat, idem iocorum amans et φιλοπαίγμων, vt innuit Demoſthenes oratione contra Timocratem.

Philetaerus, Athenienſis, comicus, filius Ariſtophanis, comici. Fabulae eius XXI. ex quibus ſunt hae: Ἀχιλλεὺς, Κορινθιαςής, Φίλαυλος, Κέφαλος, Τηρεὺς, Ἄντυλλος, Οἰνοπίων (Nicoſtrato tributa ab aliis) tum Ἀταλάντη et Λαμπαδοφόροι.

Philetas, Cous, Telephi F. clarus Philippi et Alexandri tempore, grammaticus, criticus. Hic quum in inueniendo ſophiſmate, quod *ſpeudomenum* vocatur, elaboraret, extenuato corpore obiit. Fuit praeceptor Ptolemaei ſecundi, ſcripſitque *epigrammata, elegias* et alia.

Philippicus Bardones, Iuſtiniano imp. interfecto, viſus eſt inhoneſte et ſegniter imperium adminiſtrare. Et patres, in oecumenico concilio (CPol. A. 680.) congregatos, anathemati ſubiecit, diuinitus ab illis decretas duas in ſeruatore voluntates et actiones non admittens, adiutores nactus Ioannem, tunc vrbis (CPoleos) ſummum pontificem, et Germanum, Cyzici metropolitanum, et alios ſacerdotes et ſenatores plurimos.

Philippides, Athenienſis, comicus nouae comoediae, filius Philoclis, vixit Olympiade CXI. docuit fabulas XLIV.

Philippus, Amphipolites, hiſtoricus, ſcripſit *Rhodiaca libris XIX.* argumenti valde obſcoeni: *Coiaca* libris II. *Thaſiaca* libris II. et alia.

[¶] Philippus, ſophiſta, qui ſcripſit *de ſpiritibus*, Herodianum ſequutus, ſecundum ordinem litterarum: Item *de ſynaloepha.*

Philippus, comicus, ex eius dramatibus ſunt Κωδωνιαςαί, teſte Athenaeo. [ſed, notante Kuſtero, apud Athenaeum hodie nusquam *Codoniaſtae* Philippi laudantur. adde ſupra, vol. II. pag. 480.]

Philiſcus, comicus, ex cuius dramatibus ſunt Ἄδωνις, Διὸς γοναί, Θεμιςοκλῆς, Ὀλυμπος, Πανὸς γοναί, Ἑρμῦ καὶ Ἀφροδίτης γοναί, γοναὶ Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος.

Philiſcus, Corcyraeus, Philotae F. tragicus et ſacerdos Bacchi, qui ſub Ptolemaeo Philadelpho vixit. Ab hoc *Philiſcium* metrum adpellatum eſt, quod illo frequenter vteretur. Eſt autem ex ſecundo tragicorum ordine, qui, ſeptem numero, *pleias* ſunt adpellati.

y) Haec, quae deinceps ex Aeliano Suidas adfert, de altero Philemone intelligenda ſunt, non de illo, qui riſu eſt emortuus. [Philemonis, comici, dramata recenſet et duo alios Philemonas, alterum Tarſenſem, alterum grammaticum, diſtinguit *Küſter* ad h. l. not. 9. pag. 599. ſq. tom. III.)

pellati. Tragoediae eius LXII. *Fabric.* *Kufterus* tom. III. pag. 602. not. 7. cum Voffio malit Φίλικος· fed vide fupra ad vol. II. pag. 313. not. *yy*. *Harl.*

Philifcus, Aegineta, qui Alexandrum Macedonem litteras docuit, auditor Diogenis, cynici, vel fecundum Hermippum, Stilponis. Scripfit dialogos, ex quibus eft *Codrus*. Athenas profectus vrbis illius vifendae gratia, quum audiffet Diogenem, philofophari coepit. Pater igitur fratrem ad illum arceffendum mifit, fed et ille philofophiae amore captus eft. Deinde pater, vtriusque reducendi gratia eo profectus, et ipfe philofophari coepit. Difcipulus Diogenis fuit etiam Phocion, ὁ χρηστὸς fiue *bonus* cognomento. Sepultus eft Diogenes Corinthi, cane in eius monumento incifo. Sinopenfes etiam ftatua illum honorauerunt et epigrammate: γηράσκει καὶ χαλκὸς etc. ex Laërtii VI. 78. [v. fupra, vol. II. pag. 314.]

Philifcus, Milefius, orator, Ifocratis, oratoris, auditor, qui prius tibicen admirabilis fuit. Vnde Ifocrates eum vocauit αὐλοτρύπτην, *tibiarum perforatorem.* Scripta eius funt: Oratio Milefiaca; Amphictyonica; ars rhetorica libris II. Ifocratis ἀπόφασις.

Philifcus vel Philiftus, Syracufanus, hiftoricus, qui Dionyfii, Siciliae tyranni, cognatus fuit, et in nauali pugna, Carthaginienfibus commiffa, obiit. Eueni, elegiaci poetae, difcipulus. Scripfit Σικελικὰ, *Sicula*, quo opere continentur res variae, a Siculis adverfus Graecos geftae. Item *genealogiam; de Phoenicia*, et alia quaedam *de Infula Sicilia.* (Vide infra, Philiftus.)

Philiftion, Prufaënfis, vel, vt Philo ait, Sardianus, comicus, qui obiit tempore Socratis. Scripfit comoedias βιολογικὰς fiue mimicas. Exftinctus eft rifu immoderato. Ex fabulis eius funt μισοψηφιστάι. Scripfit Φιλόγελων fiue *rifus amantem*, quod opus ab aliis ad (Hermiam) Curienfem refertur [z]. Vulgo tamen Nicaënfis potius dicitur, vt teftatur epigramma:

> [P] Ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον
> Γέλωτι κεράσας Νικαεὺς Φιλιστίων.
>
> *Mortalium qui vitam lacrymabilem*
> *Nicaenus rifu temperat Philiftion.*

Philiftus, Naucratita, vel Syracufius, Archonidae F. difcipulus Eueni, primus hiftoriae, fecundum oratoriam artem fcriptae, auctor. Compofuit *artem rhetoricam; Aegyptiaca libris XII. res Siculas libris XI. aduerfus Tricaranum orationem de Naucrate; de Dionyfio, tyranno, libros VI. de Aegyptiorum Theologia libros III. Conciones* et alia quaedam. Item *de Libya* et *Syria.*

Φιλλεῖδαι, Phillidae, familia Athenis. Ex hac eligi folebat Cereris et Proferpinae facerdos, quae myftas initiabat Eleufine.

Philo, Byblius, grammaticus, qui, natus circa tempora Neronis, diu vitam produxit. Ipfe enim teftatur, Seuerum Erennium [aa]) confulem fuiffe, fe annum agente LXXVIII. Olympiade CCXX. Scripfit περὶ κτήσεως καὶ ἐκλογῆς βιβλίων *de comparandis et deligendis*

z) V. fupra, vol. II. pag. 480. *Harl.*

aa) Hic fub Hadriano clarus fuit. Vide fupra, in Hermippo, Berytio.

deligendis libris, libros XII. de vrbibus, et claris viris, quos vnaquaeque tulit, libros XXX. de imperio Hadriani, sub quo etiam vixit Philo, et alia. *Erennius* cognominatus hic Philo, vt ipse testatur.

Philo, Iudaeus, natus Alexandriae, qui, Graecorum philosophiam sectatus, ad summam eruditionem peruenit, omnesque disciplinas graecas, tam eas, quae encycliae vocantur, quam alias adcurate perdidicit. Vbertate et copia dicendi Platonem expressit. etc. (ex Sophronio, interprete Hieronymi de Script. eccles. et Eusebii l. 4. et 17. hist.)

Philo, Carpathius, scripsit commentarium in Canticum canticorum.

Philochorus, Cygni F. Atheniensis, vates, qui vxorem habuit Archestratam. Vixit temporibus Eratosthenis, quem senem adolescens adtigit. Obiit ex insidiis, delatus apud Antigonum, ac si Ptolemaeo studeret. Scripsit Ἀτθίδος aduersus Demonem, de Atheniensium rebus gestis, regibus, archontibus vsque ad Antiochum Θεὸν, libros XVII. de diuinatione libros IV. de sacrificiis lib. I. de Tetrapoli; Salaminis origines; epigrammata attica. de Atheniensium certaminibus libros XVII. Περὶ τῶν Ἀθήνησι ἀρξάντων de archontibus Atheniensium a Socratide (Olymp. CI. 3.) ad Apollodorum (Olymp. CXV. 2.) Olympiades, libris II. aduersus Demonis atticam historiam; epitomen historiae suae atticae; epitomen operum Dionysii de sacris templis; de Sophoclis fabulis libros V. de Euripide; de Alcmane; de Atheniensium mysteriis; collectionem Heroidum, siue Pythagorearum foeminarum; Δηλιακὰ siue de insula, Delo, libros II.; de inuentis; de lustrationibus; de symbolis siue signis.

Philocles, Polypithis F. Atheniensis, tragicus, qui post Euripidem vixit et χολὴ *bilis* cognominatus est et ἁλμίων, *salsus*, propter amarulentiam. Scripsit tragoedias centum, e quarum numero sunt Ἠριγόνη, Ναύπλιος, Οἰδίπους, Οἰνεὺς, Πρίαμος, Πηνελόπη, Φιλοκτήτης. Aeschyli, tragici, sororis filius, ipse capite prominente et acuminato vt vpupa, filium habuit Morsimum, tragicum, ex quo natus est Astydamas, tragicus, et ex isto Philocles alter, belli dux. [conf. Küsteri not. 5 et 6. vol. III. pag. 604.]

Philonides Atheniensis, comicus antiquus, qui ante fullo fuit. Ex comoediis eius sunt Κόθορνοι, Ἀπήνη, Φιλέταιρος. Alius Philonides, quem perstringit Aristoph. in Pluto et de quo prouerbium ἀπαιδευτότερος Φιλωνίδου τοῦ Μελιτέως.

Philopoemen institutus a Cleandro, Mantinensi, paterno hospite. Postea adolescentiam ingressus Ecdemum ac Demophanem [bb]) sectari coepit, genere Megapolitanus, tyrannorum odio patria profugos et Arcesilai, philosophi, conuictu tunc vtentes, qui in euertendo Nicocle, Sicyoniorum tyranno, Aratum opera sua adiuuerunt: (ex Polybio.)

Philosophus [cc]), qui Platonis Leges in XII. libros diuisit, (decimum tertium enim ipse addidisse fertur) Socratis et ipsius Platonis auditor, qui contemplationi rerum coelestium vacauit. Vixit tempore Philippi Macedonis, et haec scripsit: *De Solis et Lunae interuallo. De Diis libros II. De tempore. De fabulis. De libertate. De ira. De retributione. De Locris Opuntiis. De voluptate. De amore. De amicis et amicitia. De scriptione*, περὶ τοῦ γράφειν. *De Platone. De eclipsi et magnitudine Solis et Lunae* et

Sss 3

bb) Iidem infra apud Suidam minus bene vocantur *Ecdelus* et *Megalophanes*, Arcesilai, Pitanaei, discipuli.

cc) Anonymum hunc philosophum esse *Philippum, Opuntium*, Platonis discipulum, docet *Küster* tom. III. pag. 610. not. 1. *Harl.*

et Terrae. De fulguribus. De Plantis. Arithmetica. De numeris foecundis, περὶ πολυγόνων ἀριθμῶν. *Opticorum libros II. Enopticon libros II.* Κυκλιακὰ *de circulis.* Μεσότητας *medietates* et alia.

Philoſtratus primus, Lemnius, Veri F. pater ſecundi Philoſtrati, ſophiſta, qui artem oratoriam profeſſus eſt Athenis, vixitque ſub Nerone. [❡] Scripſit plures *orationes panegyricas* et *IV. orationes Eleuſiniacas; declamationes; quaeſtiones rhetoricas; Loca, vnde argumenta rhetorica depromi poſſunt; de nomine aduerſus Antipatrum, ſophiſtam; de tragoedia libros III. Gymnaſticum* ſiue *de exercitiis eorum, qui Olympiae certant.* Λιθογνωμικὸν *de dignoſcendis lapillis* ſiue gemmis. *Proteum; canem ſiue ſophiſtam; Neronem ſpectatorem; tragoedias XLIII. comoedias XIV.* Itemque alia plurima et memoratu digna.

Philoſtratus Philoſtrati, qui et Verus dictus eſt, Lemnii ſophiſtae F. et ipſe alter ſophiſta, qui primum Athenis, deinde Romae artem oratoriam docuit ſub Seuero, imp. vsque ad Philippum. Scripſit *declamationes; epiſtolas amatorias; imagines* ſiue *deſcriptiones libris IV. diſputationes; capras ſiue de fiſtula; Apollonii Tyanei vitam libris XIII. Forum;* Ἡρωικὸν, *Heroicum; vitas ſophiſtarum libris IV. epigrammata et alia quaedam.*

Philoſtratus, filius Neruiani, qui Philoſtrati ſecundi frater erat, Lemnius et ipſe ſophiſta docuit Athenis, obiit et ſepultus eſt in inſula Lemno. Auditor et gener ſecundi Philoſtrati, ſcripſit *Imagines; orationem Panathenaicam; orationem de Troia; paraphraſin clypei Homerici; declamationes V.* Quidam etiam *Vitas Sophiſtarum* ipſi tribuunt.

Φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος. *Ambitioſiores Cleophonte, in cuius labris ſtrepit Threicia hirundo.* Deridet illum (Ariſtophanes), vt Thracem, quod ex Thraſſa natus eſſet. etc. In hunc, qui erat demagogus, etiam exſtat fabula Platonis, quae ipſius nomine inſcribitur, Cleophon.

Philoxenus, Euletidae F. Cytherius, lyricus, ſcripſit *Dithyrambos XXIV.* et carmine lyrico *Genealogiam Aeacidarum*, obiitque Epheſi. Cytheriis per Lacedaemonios in ſeruitutem redactis, emtus eſt ab Ageſylo quodam, et Myrmecis nomen ei impoſitum. Poſt Ageſyli mortem redemtus, et litteris inſtitutus eſt a Melanippide, lyrico. Calliſtratus vero, Heracleae Ponticae natum eſſe, ſcribit. Philoxenus poſtquam latomias Dionyſii, tyranni, euaſiſſet, (Suid. in Ἄπαγε et Εἰς λατομίας,) Tarentum Italiae ſe contulit. Hinc rogatus per litteras a Dionyſio, vt rediret, nihil reſcripſit, ſed littera O [dd]) identidem tabellae inſcripta ſignificauit, ſe inuitationem repudiare. Hinc prouerbium Φιλοξένου γραμμάτιον.

Philoxenus, Alexandrinus, grammaticus, Romae docuit: ſcripſit *de verbis monoſyllabis; de notis criticis in Iliade; de verbis in μι deſinentibus; de diplaſiaſmo; de Syracuſanorum dialecto; de Helleniſmo libros IV. de coniugationibus; de gloſſis libros V. de gloſſis Homericis; de Laconum dialecto; de dialecto Ionica*, et reliquis.

Philoxenus, Leucadius, gulo et paraſitus. v. Küſter ad tom. II. pag. 606.

Philyllius,

dd) Nempe τὸ O μικρὸν apud vetuſtiſſimos Graecos pro ου diphthongo ſcribi ſolebat, et vim habebat negandi. v. *Küſteri* not. 10. vol. III. p. 606. ſq. et *Villoiſon* indic. ad Anecdota gr. tom. II. p. 520. litt. O. *Harl.*

[?] Philyllius, Athenienſis, comicus antiquae comoediae, ex cuius fabulis ſunt: Αἰγεύς, Αὔγη, Ἄντεια, Δωδεκάτη (nomen hoc meretricis) Ἡρακλῆς, Πλύντρια ἢ Ναυσικάα, Πόλις, (Polluci et Athenaeo Πόλεις, plurali numero,) Φρεωρυχος, Ἀταλάντης, Ἑλένη.

Φιλύρινος Κινησίας, Cineſias poeta dithyrambicus fuit, qui φιλύρινος dictus fuit, (non ob leuitatem, vel pallorem, vt Suidas, ſed quod tiliaceis tabulis propter gracilitatem ſe ſoleret faſciare, vt rectus incederet, quemadmodum ex Athenaei XII. pag. 551. Kuſterus recte notauit.)

Φλέδων. Timon, Antiſthenem, philoſophum, carpens ob ſcriptorum multitudinem, παντοφυῆ φλέδωνα *omniuarium nugatorem* adpellat.

Phlegon, Trallianus, libertus Auguſti, Caeſaris, vel, vt alii, hiſtoricus, ſcripſit *Olympiadas libris XVI.* Continent autem res, vbique terrarum geſtas, vsque ad Olympiadem CCXXIX. easdem etiam *VIII libris* expoſuit; deſcriptionem Siciliae; de longaeuis et rebus mirabilibus; de Romanorum feſtis libros III.; de Romae locis et eorum nominibus; epitomen Olympionicarum, et alia.

Philoſtorgius notat, (Ioſephum ee) res Iudaeorum fuſius exſequutum eſſe, quam Phlegonem et Dionem, quippe qui tantum breuiter eas et obiter adtigerint. Ceterum illorum quidem, quae ad pietatem aliasque virtutes ſpectent, nec iſtum nec hos vllam habuiſſe rationem. Contra Ioſephum videri timere et cauere, ne Graecos offendat.

Φλύακες. Sotades ſcripſit *phlyacas*, id eſt cinaedos, dialecto ionica. Itaque et dicti ſunt λόγοι Ἰωνικοί. Eodem poematis genere vſus eſt etiam Alexander, Aetolus, aliique. (infra in Sotade.)

Phocylides, Mileſius, philoſophus, aequalis Theognidis. Vterque annis DCXLVII. poſt bellum Troianum vixit, nati Olympiade LV. Scripſit *carmina heroica* et *elegias: praecepta ſiue ſententias*, quas κεφάλαια, *capita* inſcribunt. Sunt autem ex carminibus Sibyllinis ſurrepta.

Phoeniciae dictae litterae, quod Lydi et Iones eas ab inuentore, Agenore, Phoenice, acceperunt, vel, (vt Cretenſes adfirmant,) quod ἐν φοινίκων πετάλοις in *palmarum foliis* homines ſcriberent. Scammon libro ſecundo εὑρημάτων ſiue *inuentorum* ait, eas a Phoenice, filia Actaeonis, ſic adpellatas eſſe, quae virgo obiit, habuitque ſorores, Aglaurum, Erſen, Pandroſum.

[?] Phoenicides, comicus, ex cuius dramatibus ſunt Φύλαρχος, et μισούμενος, teſte Athenaeo in Dipnoſophiſt.

Phoenicum mendacium, propter ea, quae de dracone et Spartis et Cadmo, falſo dicuntur.

Phoenicum pacta. Phoenices, qui Carthaginem condiderunt, quum ad Libyam nauibus adpuliſſent, rogarunt illius regionis incolas, vt ſe reciperent noctem et diem. Hoc impetrato, diſcedere noluerunt, quaſi pacti fuiſſent, ſe noctes et dies ibi manſuros eſſe. Demon de Metapontinis ſimilia narrat.

Phormus, Syracuſanus, comicus, aequalis Epicharmi, familiaris Geloni, Siciliae tyranno, et altor filiorum eius. Scripſit comoedias VII. quae ſunt Ἄδμητος, Ἀλκίνους, Ἀλκυόνες,

ee) Huius potius nomen ſupplendum, quam cum Küſtero *Iuſti*, exiſtimo, quoniam mox infra Ioſephi etiam diſerta mentio recurrit.

κυόνες, Ἰλίε πόρθησις, Ἵππος, Κηφεὺς ἢ Κεφάλαια, Περσεύς. Etiam Ἀταλάντης Athenaeo memoratur. Primus vſus eſt talari veſte, et ſcena rubris pellibus adornata.

Φρεάντλης, Cleanthes, philoſophus, ita vocabatur. etc. ſupra in Cleanthe.

Φρυγίλος ὄρνις, τε̃ Φιλήμονος γένος. Phrygilus eſt nomen auis. Philemon autem a comicis perſtringitur vt Phryx, et peregrinus, et Car.

Phrynichus, Polyphradmonis aut Minyae F. aut Choroclis, Athenienſis, tragicus, diſcipulus Theſpidis, qui primus tragoediae inuentor fuit. Vicit Olympiade LXVII. primusque muliebrem perſonam duxit in ſcenam et tetrametri fuit inuentor, et filium habuit Polyphradmonem, tragicum. Eius tragoediae hae nouem: Πλευρωνία, Αἰγύπτιοι, Ἀκταίων, Ἄλκηστις, Ἀνταῖος ἢ Λίβυες, Δίκαιοι, Πέρσαι, Σύνθωκοι ſiue, (vt Kuſterus legere iubet tom. III. pag. 637. not. 3.) Σύνθακοι. Δαναΐδες.

Phrynichus, Melanthae F. Athenienſis, tragicus. Ex huius fabulis ſunt Ἀνδρομέδα, Ἠριγόνη. Fecit etiam Πυῤῥίχας. Athenienſes Phrynichum mille drachmis multarunt, quod de Mileti expugnatione tragoediam docuiſſet.

Phrynichus Athenienſis, vnus ex poſtremis veteris comoediae comicis, qui fabulas docere coepit Olympiade LXXXVI. Dramata eius ſunt Ἐφιάλτης, Κρόνος, Κόννος, Κωμασταὶ, Σάτυροι, Τραγῳδοὶ ἢ ἀπελεύθεροι, Μονότροπος, Μεσαι, Μύστης, Ποάστριαι, Σάτυροι. Phrynichus et Lycis et Amipſias comici ſubfrigidi.

Phrynichus, Bithynus, ſophiſta. Scripſit *Atticiſtam, de nominibus atticis libros II.* Τιθεμένων συναγωγὴν *collectionem thematum; adparatus oratorii XLVII.* ſecundum alios LXXIV.

Φρυνίχε πάλαισμα, *Phrynichi*, (ducis Athenienſium,) *luctatio*, dicitur in eos, qui callide et aſtute aliquid machinantur. etc.

Phrynis, Ariſtoclidis, qui bello Medico florebat et genus a Terpandro ducebat, [ſ] diſcipulus, citharoedus Mytilenaeus, qui primus putatur apud Athenienſes cithara ceciniſſe et in Panathenaeis viciſſe, archonte Callia. Iſter in *melopoeis* teſtatur, Phrynidem fuiſſe Lesbium, Canopis F. qui quum eſſet Hieronis, tyranni, coquus, cum aliis multis Ariſtoclidi datus ſit. Sed ſi ſeruus et coquus Hieronis fuiſſet, id non tacuiſſent comici, qui muſicam veterem modulationibus mollibus ab eo fractam et immutatam, ſaepe arguunt.

Phylarchus, Athenienſis, vel Naucratites, (aliis Sicyonius vel Aegyptius,) hiſtoricus. Scripſit *expeditionem Pyrrhi, Epirotae, in Peloponneſum libris XXVIII.* Deducit autem hiſtoriam ſuam vsque ad Ptolemaeum Euergetem et Berenices obitum, et ad mortem vsque Cleonymi, Lacedaemonii, cui Antigonus bellum intulit: *Res ab Antiocho et Pergameno Eumene geſtas; epitomen mythicam.* Περὶ τῆς τε̃ Διὸς ἐπιφανείας *de adparitione Iouis; de inuentis.* Παρεμβάσεων *libros IX.*

Φυσικὸς λόγος. Poſt moralia (Stoici) tractant de rebus naturalibus — — Tria in rebus naturalibus ſpectantur, forma, materia, et cauſſa, ob quam forma eſt in materia. Circa haec verſantur methodi quinque: phyſica, ars particularis (ἡ κατὰ μέρος τέχνη), dialectica, mathematica, prima philoſophia etc.

Pigres,

Pigres, Car Halicarnaſſeus, frater Artemiſiae, bellica fortitudine clarae, Mauſoli vxoris: qui ſingulis verſibus *Iliadis* totidem *pentametros* addidit in hunc modum:

Μῆνιν ἄειδε Θεὰ Πηλϊάδεω Ἀχιλῆος,
Μῦσα, σὺ γὰρ πάσης πέρατ' ἔχεις σοφίης.

ſcripſit et *Margitem*, qui Homero vulgo tribuitur, item *Batrachomyomachiam*.

Πινάκια ſortes in vrnam demiſſae, quas aereas fuiſſe, innuit Demoſthenes oratione de nomine etc.

Pindarus, Thebanus, Scopelini, vel potius Daiphanti aut Pagonidae F. Nam Pindarus, Scopelini filius, eſt obſcurior, et Pindari alterius cognatus. Diſcipulus fuit Myrtidis, mulieris, natus Olymp. LXV. ita vt, Xerxe in Graeciam traiiciente, eſſet annorum XL. Frater illi Erotion, filius Diophantus, filiae vero, Eumetis et Protomache. Quum petiiſſet a Diis, vt pulcerrimum in vita ſibi darent, compos voti factus eſt; obiit enim ſubito in theatro reclinatus ſuper Theoxeni, amaſii ſui, genua, annos natus LV. Scripſit haec libris ſeptemdecim, dialecto dorica: *Olympionicas*, *Pythionicas*, (Nemeonicas, Iſthmionicas) *Proſodia*, *Parthenia*, *Enthroniſmos*, [?] *Bacchica*, *Daphnephorica*, *Paeanas*, *Hyporchemata*, *hymnos: dithyrambos*, *ſcolia*, *encomia*, *Threnos*, *tragoedias XVII.* et verſu hexametro *epigrammata*, et oratione ſoluta παραινέσεις τοῖς Ἕλλησι, *admonitiones ad Graecos*, et alia plurima.

Prior, monachus, inter deambulandum comedebat quaerentique de cauſſa reſpondit, nolle ſe, vt rem ſeriam, ſed obiter tantum hoc facere. Alii reſpondit, nolle ſe, vt inter edendum voluptatem corporis animus ſentiret.

Piſander, Piſonis et Ariſtaechmae F. Camiraeus, ex Camiro, Rhodi ciuitate, quem Eumolpi, poetae, aequalem et amaſium quidam fuiſſe ſcribunt; aliis Heſiodo eum antiquiorem fuiſſe tradentibus, aliis referentibus ad Olympiadem XXXIII. Habuit et ſororem, Diocleam. Scripſit Ἡράκλειαν ſiue *poema de rebus, ab Hercule geſtis, libris II.* in quibus clauam Herculi primus adtribuit. Reliqua eius poemata adulterina putantur, vtpote partim ab aliis, partim ab Ariſteo poeta ὑπ' Ἀριςέως ποιητῦ compoſita. conf. de vtroque Piſandro *Küſteri* notas, tom. III. pag. 107.

Piſander, Neſtoris, poetae, F. Larandenſis aut Lycius, qui vixit temporibus imp. Alexandri, Mammeae F. poeta epicus et ipſe. Scripſit *hiſtoriam variam*, verſibus, quam inſcripſit Ἡρωικαῖ[ff]) Θεογαμίαι *de Heroum et Dearum nuptiis* libros VI.[gg]) item alia, oratione ſoluta.

Pittacus, Mytilenaeus, Caici vel Hyrrhadii, Thracis, et matris, Lesbiae, F. Natus Olympiade XXXII. vnus ſeptem Sapientum. Scripſit *leges*, et Olympiade XLIX. Melanchrum, Mytilenes tyrannum, occidit, et Phrynonem, ducem Athenienſium, pro Sigeo bellum gerentem, ſingulari certamine interfecit, poſtquam reti eum implicuiſſet.

ff) Küſter. recte malit in longa nota legere ἡρωϊκά. Idem negat, Piſandrum, auctorem ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν, ſub Alexandro, Mammeae F. vixiſſe. Contra iudicat, a Suida confuſos fuiſſe duo Piſandros. conf. ſupra ad vol. I. pag. 215. ac p. 590. not. *Harl.*

gg) Quod Steph. Byzantius v. Ἄςακος Piſandrum laudat in *decimo*, et voc. Λυκόζεα, in *decimo quarto*: Küſter probat lectionem duorum msstor. Pariſ. ἐν βίβλιοις ξ i. e. *libris ſexaginta.* Saltem patet ex citatis, Piſandrum plures, quam *ſex*, libros ſcripſiſſe. *Harl.*

ſet. Senex coactus exercitum ducere, dixit: ὡς χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι *quam difficile eſt bonum eſſe!* Huius apophthegma eſt: καιρὸν γνῶθι, *tempus noſce.* Scripſit *verſus elegiacos DC* et *de legibus* oratioue ſoluta.

Pixodarus. Vide ſupra, in Dexippo, Coo.

Plato, filius Ariſtonis, qui Ariſtoclem patrem habuit, et Perictiones vel Potones, genus trahentis a Solone. Sexta enim ab illa fuit filia Dropidis, poetae, fratris Solonis. Solon a Neleo genus ducit et Ariſto, Platonis pater, a Codro, Melanthi filio. Fertur Platonis mater ἔκ τινος θείας ὄψεως *ex viſione quadam diuina* facta fuiſſe, quum ei Apollo adparuiſſet: et, Platone in lucem edito, tunc demum maritus cum ea concubuiſſe. Natus eſt Aeginae Olympiade LXXXVIII. poſt initia belli Peloponneſiaci. Vixit annos LXXXII. Obiit Olympiade CVIII. coelebs et virgo. Dormiens vita exceſſit, quum in feſto epulatus [☛] fuiſſet. Etiam alii poſt eum filii Ariſtoni nati ſunt, Adimantus et Glaucus, et filia, Potone. Prima litterarum rudimenta a Dionyſio quodam didicit: in palaeſtra ſe exercuit apud Ariſtonem, Argiuum. Quum artem poeticam didiciſſet, *dithyrambos* et *tragoedias* ſcripſit. His deinde ſpretis, apud Socratem circiter XX. annos philoſophatus eſt. Et fertur Socrates, quo die ad ipſum venit Plato, in ſomnis vidiſſe cygnum, genibus ſuis inſidentem. Ariſtocles prius dicebatur, poſtea Plato dictus eſt, vel quod πλατὺς τὸ στέρνον, *lato* eſſet *pectore*, vel quod πλατὺς ἐν λόγοις *in oratione copioſus.* Ter in Siciliam profectus eſt ad tyrannos, Dionyſios. Venditum a tyranno, Anniceris, Afer, emit et manumiſit. Docuit in Academia, ſcholamque eius ordine hi exceperunt; Speuſippus, Xenocrates, Polemo, Crantor, Crates. Socratici fuere hi: Arceſilaus, Lacydes, Euander Phocaeenſis, Damon, Leonteus, Moſchion, Euander Athenienſis, Hegeſinus, Carneades, Harmadas [hh]). *Dialogi* eius genuini omnes ſunt LVI. quorum alii ſunt phyſiologici, alii ethici, alii dialectici. *Reſpublica* eius in *libros decem* diuiditur; *Leges* vero in *libros XII.* Reliquae tetralogiae ſunt nouem. Plato pauper fuit et ſolummodo in Academia poſſedit hortum, ex quo trium aureorum prouentus quotannis redibant. Sed ſucceſſoribus eius per liberalitatem hominum ſanctorum et eruditionis amantium, qui philoſophiae ſtudiis promouendis teſtamento ſua reliquerunt bona, totus reditus mille vel plurium etiam aureorum fuit. Plura deinde refert Suidas, quae Platonem hauſiſſe ex libris ſacris, vel ab Aegyptiis didiciſſe adfirmat.

Plato, Athenienſis, comicus, temporibus Ariſtophanis, Phrynichi, Eupolidis et Pherecratis. Fabulae eius XLVIII. e quibus, Ἄδωνις, αἱ ἀφ᾽ ἱερῶν, Γρῦπες, Δαίδαλος, Ἑορταί, Ἑλλὰς ἢ Νῆσοι, Εὐρώπη, Ζεὺς κακούμενος, Ἰώ, Κλεοφῶν, Λάϊος, Λάκωνες ἢ ποιηταί, Μέτοικοι, Μύρμηκες, Μαμμάκυθος, Μενέλεως, Νίκαι, Νὺξ μακρά, Ξάνται ἢ Κέρκωπες, Περιαλγής, Ποιητής, Πείσανδρος, Πρέσβεις, Παιδίον, Σοφισταί, Συμμαχία, Σκύθαι, Σύρφαξ, Ὑπέρβολος, Φάων. Genere dicendi vſus eſt perſpicuo et claro, vti ait Athenaeus in Dipnoſophiſt. Eius etiam ſunt Ἀνδροφόνος, Συνεξαπατῶν et Πανηγυρισταί, aliaeque plures.

Plotinus, Lycopolita, philoſophus, diſcipulus Ammonii, qui antea erat σακκοφόρος ſiue baiulus, magiſter Amelii, quem Porphyrius audiuit [ii]), vt Porphyrium Iamblichus, et

hh) Χαρμίδας.

ii) Porphyrium non fuiſſe diſcipulum Amelii, ſed huius condiſcipulum, Küſter tom. III. p. 133. in not. 9. ex Holſtenio late demonſtrauit. *Harl.*

et hunc Sopater. Iam ſenex ſub Gallieno ad annum eius ſeptimum vixit ſcripſitque libros LIV. qui [?] in ſex Enneades diuiduntur. Vſus eſt corpore imbecillo ex morbo ſacro. Scripſit etiam alia.

Plutarchus, Chaeronenſis, Boeotius, vixit Traiani, imp. temporibus et ante. Traianus dignitate conſulari eum ornauit, edixitque, ne quis magiſtratuum in Illyrio ſine eius conſenſu quidquam faceret. Scripſit multa.

Plutarchus, Neſtorii F. Athenienſis, philoſophus, magiſter Syriani, praeceptoris Procli, Lycii, qui ſcholae philoſophicae Athenis praefuit, et ſucceſſorem habuit Marinum. Scripſit multa.

Polemon, Philoſtrati vel Philocratis F. Athenienſis, philoſophus, diſcipulus Xenocratis, qui fuit Platoni ſucceſſor. Academiae et ipſe praefuit, et quum antea luxuriae deditiſſimus fuiſſet, philoſophari poſtea coepit. Multos ſcripſit libros; ſed quorum nullus exſtat. Delectabatur praecipue Homero et Sophocle, vtrumque pari ſapientia praeditum eſſe dicens; vnde Homerum Sophoclem epicum, Sophoclem vero Homerum tragicum adpellabat.

Polemon, Euegeti F. Ilienſis, ex vico Glycyia, donatus ciuitate ab Athenienſibus, ideoque Helladicus adſcriptus: periegetes et hiſtoricus. Vixit tempore Ptolemaei Epiphanis. Sed Aſclepiades, Myrleanus, auctor eſt, eum aequalem fuiſſe Ariſtophanis, grammatici, et Panaetium, Rhodium, etiam audiuiſſe [kk]). Scripſit *deſcriptionem Ilii, libris III. Origines vrbium, quae ſunt in Phocide, et de earum cognatione cum Athenienſibus. Origines vrbium Ponticarum. De vrbibus Laconicis* et alia plurima. In his et *κοσμικὴν περιήγησιν, vrbis deſcriptionem* ſiue *Geographiam.*

Polemon, ex Laodicea ad Lycum fluuium, rhetor et ſophiſta, qui Smyrnae docuit, Ariſtidis, rhetoris, magiſter. Vixit tempore Traiani et poſt ipſum, diſcipulus Timocratis, philoſophi, ex Heraclea Pontica oriundi et Scopeliani ſophiſtae. Obiit anno aetatis LVI. quum ſe ipſe in ſepulcrum conieciſſet et inedia necem ſibi conſciuiſſet, quod articulari morbo vexaretur. Quamobrem cognatis et amicis lugentibus dixit: *Date mihi aliud corpus, et in illud migrabo.* Medicis quoque, crebro eum ſecantibus, dixit: *Quam citiſſime Polemonis lapicidinas excidite.*

Polemon iunior, ſophiſta, Commodi temporibus.

Polles, Aegienſis, (ex Aegis, vrbe Aſiae, prope Magneſiam et Smyrnam,) philoſophus et vates. Scripſit ordine alphabetico *συμβολικὰ de ſignis, ex quibus futura coniiciuntur, libros II.* Οἰωνοσκοπικὰ, *auguria* (ex auibus) [?] *libris VIII. arithmetica libris II. περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον οἰωνοπολίης de auſpiciis Homericis; de Tyrrhenorum diuinatione; Ἰατροσυμβολικὰ coniecturas medicas; περὶ δρυοκολάπτου de pico Martio; Ἱερὸν λόγον orationem ſacram; κατοικιδίων de ſignis domeſticis librum vnum; Θηρευτικὸν, de venatione; de ſympathiis et antipathiis; de fulminibus et eorum obſeruatione. ἐνόδιον οἰώνισμα, de ratione captandi omina ex iis rebus, quae alicui in via occurrunt,* vt, ſi quis hoc portans alicui occurrat, id ſignificat. (Supra in *οἰωνιστικήν.*)

Pollio (Πωλίων), Aſinius, Trallianus, ſophiſta et philoſophus, Romae eloquentiam profeſſus ſub Pompeio Magno, Timageni in ſchola ſucceſſit. *Philochori* Ἀτθίδα ſiue opus

kk) Sed vide *Ionſium* de ſcriptor. hiſt. philoſ. libr. II. cap. 13. *Harl.*

opus *de rebus atticis* in *epitomen* redegit scripsitque *dicta et facta memorabilia* [ll]) *Musonii, philosophi; epitomen Diophanis Georgicorum libris II. aduersus Aristotelem de animalibus libros X. de ciuili bello romano Caesaris et Pompeii.*

Pollio Valerius, Alexandrinus, philosophus, qui sub Hadriano vixit. Huius filius Diodorus philosophus scripsit enarrationem *locorum difficilium, quae apud X. Oratores reperiuntur.* Valerius composuit *collectionem vocabulorum atticorum*, ordine alphabetico, et alia quaedam philosophica.

Pollio, grammaticus, scripsit περὶ τῶν παρὰ γράμμα ἁμαρτανομένων de erratis, quae circa litteram committuntur.

Pollux (Πολυδεύκης), Naucratita, sophista, quem quidam aiunt Arduenna Phoeniciae ortum, sed falluntur. Docuit Athenis sub Commodo, imp. et obiit anno aetatis LVIII. Scripsit *Onomasticum*, quod est collectio vocabulorum diuersorum quae de eadem re dicuntur, *libris X.; disputationes* siue *sermones; declamationes. Commodi, Caesaris, epithalamium; orationem, ad Romanos habitam,* Ῥωμαϊκὸν λόγον; *Buccinatorem*, siue *certamen musicum; contra Sinopenses;* Πανελλήνιον *orationem, in conuentu totius Graeciae habitam;* Ἀρκαδικὸν *ad Arcades*, et alia.

Polus, Agrigentinus, orator, vel potius antiquorum sophistarum vnus, Licymnii magister. Scripsit *Genealogiam Graecorum et Barbarorum, qui ad Troiam bellum gesserunt* et quem exitum quisque eorum habuerit. Quidam tamen opus hoc *Damastae* tribuunt. *Nauium catalogum. De vocabulis.*

Polyaenus, Sardianus, sophista, sub primo Caesare, Caio. Scripsit *orationes forenses* et *caussarum siue patrociniorum formas*, δικῶν ἤτοι συνηγοριῶν ὑποτυπώσεις: *Parthici triumphi libros III.* et alia.

Polyaenus, Macedo, rhetor. Scripsit *de Thebis; Tacticorum libros III.* et alia.

[P] Polybius, Lyci F. ex Megalopoli Arcadiae, Scipionis Africani praeceptor et Panaetii, philosophi, aequalis, tempore Ptolemaei Euergetis. Hic copiosam illam *historiam romanam libris XL.* scripsit, a fuga Cleomenis, Spartani, ad Perseum, Philippi F. Macedonum successioni res, a Romanis gestas, ordine adnectens. Polybii historiam continuauit Posidonius, Olbiopolita, sophista. Strabo quoque, Amaseensis, scripsit historiam inde incipientem, vbi Polybius desinit, libris XLIII.

Polycarpus, Ioannis, euangelistae, theologi, auditor, successor Bucoli, primi Smyrnaeorum episcopi, martyrio pro Christo consummatus est sub Marco Antonino. *Epistolam* scripsit *ad Philippenses*, πάνυ θαυμαστήν, omnino admirabilem et *ad magnum Dionysium Areopagitam, et ad alias ecclesias.* Hic ob quasdam super die paschatis quaestiones, imp. Antonino Pio, et ecclesiae romanae episcopatum gerente Aniceto, Romam venit, vbi multos, qui Marcionis et Valentini doctrinae crediderant, ad fidem reuocauit. Marcioni, obuiam forte facto et dicenti, *agnosce nos, Polycarpe*, respondit, γνωρίζω σε *agnosco te primogenitum diaboli filium.*

Polycrates,

ll) Küster cum *Ionsio* de script. hist. phil. III. cap. 7. propter temporis rationem, quum Musonius sub Nerone floruisset, censet, *dicta et facta memorab. Musonii* pertinere ad Pollionem iuniorem. Confer tamen supra, ad vol. III. pag. 566. Idem Küster inquirere iubet, quis sit *Pollio*, quem de furtis Ctesiae et Herodoti scripsisse memoret Porphyrius apud *Eusebium* de praep. euang. lib. X. cap. III. pag. 467. *Harl.*

Polycrates, Athenienſis, orator valde eloquens, qui poſt Anytum et Melitum orationes contra Socratem ſcripſit.

Polyeuctus, comicus, cuius drama ἡνίοχος memoratur Athenaeo. Fuit et aetate noſtra [mm]) Polyeuctus etc. Supra in ἡνίοχος.

Polygnotus, pictor, Thaſius, Aglaophontis filius et diſcipulus, quem Athenienſes ciuitate donarunt, vel quod porticum poecilem gratis pinxiſſet, vel ob picturas in Theſauro et Anaceo.

Polymneſti, Colophonii, citharoedi, carmina (Πολυμνήσεια) propter obſcoenitatem perſtringuntur a comicis. conf. Küſteri not. 8. in tom. III. pag. 176.

Polyzelus, comicus, cuius dramata ſunt: Νίπτρα, Δημοτυνδάρεως, Μουσῶν γοναί, Διονύσου γοναί, Ἀφροδίτης γοναί.

Porphyrius, petulanti et maledica lingua Chriſtianos inſectatus, proprio nomine dictus eſt βασιλεύς, (*Malchus*), ex Tyro Phoeniciae oriundus, philoſophus, diſcipulus Amelii, Plotino magiſtro vſi, Iamblichi magiſter, vixit Aureliani temporibus, et vitam produxit vsque ad Diocletianum, imp. Audiuit et Longinum, criticum. Scripſit libros quam plurimos, philoſophicos, rhetoricos et grammaticos: *de diuinis nominibus librum I. de principiis duos; de materia, ſex; de anima aduerſus Boëthum, quinque; de abſtinentia ab animatis libros IV. de ſe* [f] *ipſo cognoſcendo*, περὶ τοῦ γνῶθι σεαυτὸν, *libros IV.; de incorporeis; vnam eſſe Platonis et Ariſtotelis ſectam, libros VII.; in Iulianum Chaldaeum; philoſophicam hiſtoriam libros IV. contra Chriſtianos libros XV. de homerica philoſophia; aduerſus Ariſtotelem, qui animam entelechiam eſſe ſtatuit.* φιλολόγου ἱστορίας *hiſtoriae philologicae libros V. de genere, ſpecie, differentia, proprio et accidente; de Nili fontibus ſecundum Pindarum; de vtilitate, quam reges ex Homero poſſunt percipere, libros X.; miſcellanearum quaeſtionum libros VII.; in Thucydidis prooemium; aduerſus Ariſtidem libros VII.; in Minuciani artem* et alia plurima, praecipue aſtronomica, inter quae et εἰσαγωγὴν ἀστρονομουμένων, *introductionem in res aſtronomicas libros III.* itemque *dubia grammatica.*

Poſidippus, Caſſandrenſis, Cyniſci F. comicus, qui tertio anno poſt Menandri obitum fabulas docere coepit. Dramata eius ſunt ad XXX.

Poſidonius, Apameenſis, Syrus aut Rhodius, philoſophus ſtoicus, cognomine *athleta.* Scholam habuit Rhodi, diſcipulus et ſucceſſor Panaetii. Venit Romam ſub M. Marcello. Scripſit multa.

Poſidonius, Alexandrinus, philoſophus ſtoicus, Zenonis, Citiei, diſcipulus. Scripſit *hiſtoriam*, inde incipientem, vbi definit Polybius, *libris LII.* vsque ad bellum Cyrenaicum et Ptolemaeum. Item *declamationes rhetoricas: in Demoſthenem argumenta.* Sed haec puto, potius eſſe Poſidonii, Olbiopolitae, ſophiſtae.

Poſidonius, Olbiopolita, ſophiſta et hiſtoricus. Scripſit *de Oceano et rebus, quae in eo ſunt: de regione, quae Tyrica vocatur: atticas hiſtorias libris IV. Libyca libris XI.* et alia quaedam.

mm) Aetatem Luciani intellige, qui in hunc Polyeuctum, ſophiſtam, ſcripſit ſuum Pſeudologiſtam ἢ περὶ τοῦ ἀποφράδος, t. 2. edit. Amſtelod. p. 432. ſq. *Fabr.* Confer ſupra ad voc. *Heniochus* notata. *Harl.*

Poſidonius, qui ſcripſit *παλμικὸν οἰώνισμα*, (ſupra, in *οἰωνιστικήν*.)

Poſtumius, Romanus, Capua oriundus, initio aurifaber, demde poſt triceſimum aetatis annum Athenas profectus, Graecorum litteris eruditus et multis praeclaris inſtructus ſcientiis ad feram aetatem vixit. Hic de ſe poterat vſurpare illud Heracliti (apud Iulianum Orat. VI. pag. 185.) Ἐμαυτὸν ἐδιζησάμην, *me ipſum quaeſiui.* Diuerſus a *Poſtumio*, conſule romano, nouo homine, ſed ſuperbo etc.

Potamon, Alexandrinus, philoſophus, vixit ante Auguſtum et illius tempore. Eius eſt *in Platonis de rep. commentarius.*

Potamon, Mytilenaeus, Lesbonactis F. rhetor, Romae ſub Tiberio, imp. eloquentiam profeſſus. Hunc, in patriam aliquando redeuntem, imperator talibus litteris inſtruxit: *Potamonem, Lesbonactis F. ſi quis iniuria adficere auſus fuerit, videat, an mecum bellum gerere poſſit.* Scripſit *de Alexandro, Macedone: Fines Samiorum: Bruti encomium: Caeſaris encomium: de perfecto oratore.*

[?] Potone, Platonis, philoſophi, ſoror.

Pratinas, Pyrrhonidae vel Encomii F. Phliaſius, poeta tragicus, qui cum Aeſchylo et Choerilo certauit Olympiade LXX. et primus *Satyros* ſcripſit. Illo fabulas docente, tabulata, in quibus ſpectatores ſtabant, ceciderunt, vnde Athenienſes theatrum exſtruxerunt. Fabulas edidit L. quarum XXXII. ſatyricae. Semel vicit.

Πρέσβεις. Philoſophi, qui cum Areobindo in Perſiam iuerunt legati, fuerunt iſti: Damaſcius Syrus, Simplicius Cilix, Eulalius (Agathiae codices *Eulamius*) Phryx, Priſcianus Lydus, Hermias et Diogenes, Phoenices, Iſidorus Gazaeus. Hi omnes domum redierunt, barbari hoſpitalitate valere iuſſa. Sed in pace Romanorum cum Perſis, cautum eſt, vt viris illis ſecure viuere liceret, nec contra animi ſententiam ab auita, (de Diis) opinione eſſet recedendum.

Priſcus, Panites, ſophiſta, Theodoſii iun. temporibus ſcripſit *hiſtoriam Byzantinam et de Attila libros VIII.* item *declamationes rhetoricas* et *epiſtolas.*

Proaereſius, Pancratii F. ex Caeſarea Cappadociae, ſophiſta, qui Antiochiae Vlpianum audivit. Athenis docuit paullo ante Libanium, maximis a Conſtantino honoribus ornatus. Scripſit *declamationes rhetoricas.* Vixit et ſub Iuliano Libanii temporibus, et Iulianus, vt Proaereſio aegre faceret, Libanium vehementer coluit. (Supra in Libanio.)

Περικέφαλος. Supra, in Philocle.

Proclus, Mallotes, Cilix, philoſophus ſtoicus. Scripſit *commentarium in Diogenis ſophismata;* et *aduerſus Epicurum.*

Proclus alter, Mallotes, philoſophus et ipſe ſtoicus.

Proclus, Proculeius, Themiſonis F. Laodiceae Syriae ſacerdos ſiue hierophanta. Scripſit *theologiam; in Pandorae fabulam, quae eſt apud Heſiodum; in Nicomachi iſagogen arithmeticae,* et alia quaedam *geometrica.*

Proclus, Lycius, diſcipulus Syriani et auditor Plutarchi, philoſophi, Neſtorii F. platonicus philoſophus, qui philoſophicae ſcholae Athenis praefuit, habuitque diſcipulum et ſucceſſorem, Marinum, Neapolitanum. Scripſit permulta philoſophica et grammatica: *commentarium in totum Homerum; in Heſiodi Opera et dies; de chreſtomathia libros III.* Περὶ ἀγωγῆς *de diſciplina Theurgica libros II. in remp. Platonis libros IV. in Orphei*

phei Theologiam; Συμφωνίαν fiue *confenfum Orphei, Pythagorae et Platonis; in oracula libros X. de Diis Homericis; argumenta XVIII. contra Chriftianos.* Hic eft Proclus ille, qui fecundus a Porphyrio impuram et petulantem linguam in Chriftianos ftrinxit. Aduerfus hunc *Ioannes* [†] *Philoponus* fcripfit, qui argumenta eius XVIII. admirabili dexteritate refutauit, eumque vel in graecis difciplinis, quarum peritia fe iactabat, indoctum et exiguo iudicio praeditum oftendit. Scripfit etiam Proclus Μητρωακὴν βίβλον, *librum de matre deorum*, quem fi quis in manus fumat, ex eo intelliget, philofophum ὐκ ἄνευ θείας κατακωχῆς *non absque diuino adflatu* omnem Deae illius theologiam in lucem protraxiffe, ita, vt aures non amplius turbentur lamentationibus, quae (in facris illis) audiuntur.

Proclus, imperatoris Iuftini quaeftor, vir iuftus, qui nullam legem temere fcripfit etc.

Procopius illuftris, Caefarienfis, Palaeftinus, rhetor et fophifta. Scripfit *hiftoriam romanam* fiue Bellifarii bella et res, Romae et in Africa geftas. Vixit tempore Iuftiniani, imp. fuitque Bellifarii notarius et comes, omnibusque bellis et rebus geftis, a fe defcriptis, ipfe interfuit. Scripfit et alium librum, qui prioribus additus eft nonus, et *anecdota* infcribitur, continens vituperationes et comicas infectationes Iuftiniani, imp. et Theodorae, coniugis eius, itemque Bellifarii et vxoris eius.

Procopius. In templo S. martyris, Procopii, in Chelone, ftatua cuiusdam eunuchi pofita eft, in cuius pectore infcriptum erat: *quisquis hoc fignum loco mouerit, laqueo pereat* etc.

Prodicus, Ceius, ex infula Ceo et vrbe Iulide oriundus, philofophus phyficus et fophifta, aequalis Democriti, Abderitae, et Gorgiae, difcipulus Protagorae, Abderitae. Athenis haufta cicuta mortuus eft, velut qui iuuenes corrumperet.

Πρόληψις, *anticipatio*, f. *antecepta alicuius rei cognitio.* Chryfippus naturalium quaeftionum libro XII. tria dicit effe criteria, fenfum, cognitionem et anticipationem. Epicurus vero prolepfin, ait, effe memoriam eius, quod extrinfecus faepius adparuit etc.

Prometheus iudicum iudaicorum tempore apud Graecos celebris fuit, qui primus inuenit grammaticam et philofophiam. Idem homines finxiffe dicitur, quod rudes fapientiam docuit. Tunc floruit et *Epimetheus,* qui muficam inuenit: et *Atlas*, qui quod aftronomiam interpretaretur, coelum geftare eft dictus. Porro *Argus*, qui ob artium repertam fcientiam multos oculos habere fingebatur. Tunc etiam fuit *Sibylla*, fatidica, regnante apud Aegyptios Pharaone, cui cognomen *Taracho*, et Athenis Cecrope, qui διφυὴς fiue *biformis* dictus eft ob corporis magnitudinem, vel quod ex Aegypto oriundus venifſet [†] in Graeciam, vel quod contra promifcuum concubitum legem tuliffet de virginibus, vni viro collocandis. Hoc Cecrops fecit, qui, ab Aegyptiis genus ducens, non ignoraret leges, quas Vulcanus, regionis illius rex, tulerat. Ipfe Athenis regnauit annos quinquaginta.

Pronomus, tibicen, cuius prolixam barbam perftringunt comici.

Προφητεία, alia fpiritalis, alia diabolica: nam et praedictiones diabolorum prophetiae dicuntur; alia naturalis, vel artificiofa, quae inter has eft media; alia denique communis et popularis. Ac fpiritalis quidem praecipue eft fanctorum: Dei autem difpenfatione participes eius quoque interdum funt illi, qui tales non funt, vt Pharao, Balaam et Caiphas. Diabolica ad folos diabolorum cultores pertinet. Eius generis funt, qui

ex inſpectione farinae et hordei diuinant, et Pythia, ex quercu oracula captans, et Dodonaea, ſacrificula, et aruſpices et obſeruatores ſignorum et ſternutationum et ominum et fulminum et murium et muſtelarum, et ligni crepitantis, et tinnitus aurium et palpitationum corporis et nominum: itemque, qui vmbras mortuorum euocant, et ex aſtris, aquis et aliis infinitis futura praedicunt. Nam diuinatio ex ſomnis et apud nos quidem in vſu eſt, ſed per adflatum diuinum fit. Diuinatio naturalis eſt animalium brutorum. Hirundines enim et grues et formicae imminentem tempeſtatem praeſentiunt, itemque echini et alcyones, naturae munere. Diuinatio vero, quae arte conſtat, eſt medicorum, conſiliariorum et gubernatorum. etc. At verae prophetiae proprium eſt, linguam praebere miniſtram gratiae Spiritus.

Protagoras, Abderites, Artemonis vel Maeandri F. Quidam Teium fuiſſe ſcripſerunt. Primum fuit baiulus; ſed Democritum quum audiſſet, doctrinae captus amore, philoſophiae operam dedit et eloquentiae, primusque cognominatus eſt ſophiſta. Idem contentioſum dicendi genus primus inuenit, et centum minarum mercedem a diſcipulis exegit, λόγος ἔμμισθος, *ſermo mercenarius* ideo cognominatus. Magiſter fuit Iſocratis, oratoris. Idem primus orationem diuiſit in partes quatuor, *εὐχωλήν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν.* Alii poſt eum in ſeptem, *διήγησιν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν, εἰσαγγελίαν* [nn]), *εὐχωλήν, κλῆσιν.* Alcidamas quatuor formas orationis ponit, *φάσιν, ἀπόφασιν, ἐρώτησιν, προσαγόρευσιν.* Protagorae libri ab Athenienſibus cremati [?] ſunt, quod aliquando ſic exorſus eſſet: *περὶ Θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, οὔτε ὡς εἰσιν, οὔτε ὡς οὐκ εἰσί. De Diis ſcire non poſſum vtrum ſint, an vero non ſint.* Platone, philoſopho, eſt antiquior, fuitque magiſter Prodici, Ceii, et multorum aliorum.

Protogenes, Xanthius ex Lycia, pictoria arte celebris, qui Bacchum, Διόνυσον (*Leopardus* XVI. 9. emendatt. ex Plutarchi Demetrio pag. 898. legit [oo]) Ἰάλυσον,) Rhodi pinxit, opus incomparabile, quod admiratus eſt Demetrius, Poliorcetes, cum Rhodum per biennium obſideret, adductis mille amplius nauibus et plus quam 55000. armatorum. Scripſit Protogenes *de arte pictoria et figuris libros II.*

Ptolemaeus, Cytherius, poeta epicus, Scripſit *de pſalacantha,* quam herbam eſſe dicit mira vi praeditam.

Claudius Ptolemaeus, Alexandrinus, philoſophus, tempore Marci, imp. Scripſit *tres libros mechanicos; de ortu et ſignificationibus ſtellarum inerrantium; planiſphaerium; canonem expeditum; magnum opus aſtronomicum* ſiue *Syntaxin,* et alia.

Ptolemaeus Pindarion, Alexandrinus, grammaticus, Oroandri F. diſcipulus Ariſtarchi. Scripſit Homericorum exemplorum ὑποδειγμάτων libros III. de Homerico charactere; aduerſus Neothalidem de dictione; de Vtide Homerico; de aſteropaeo apud Homerum, et alia.

Ptolemaeus, grammaticus, *ἐπιθέτης* dictus, quod Ariſtarchum ſequeretur. Auditor fuit Hellanici, grammatici, qui audiuerat Agathoclem, diſcipulum Zenodoti, Epheſii. Scripſit

nn) Suid. infra in *πυθμήν, ἐπαγγελίαν.* Laertius habet *ἀπαγγελίαν.*

oo) Confer *Franciſcum Iunium* in artificum catalogo pag. 184. ſeq. et *Küſter.* ad Suidae locum tom. III. pag. 218. not. 2.

ſit περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πληγῶν, *de plagis apud Homerum; — commentarium in Odyſſeam.*

Polemaeus, Ariſtonici, grammatici pater et ipſe grammaticus, qui ambo Romae artem grammaticam profeſſi ſunt. Scripſit ὁμοίως εἰρημένα τοῖς Τραγικοῖς, *de iis, quae ſimiliter dicta ſunt a tragicis; — in Homerum libros quinquaginta.* — Τὰ παρὰ τῷ ποιητῇ ξένως ἱστορημένα, *de iis, quae apud Homerum mira et peregrina traduntur; de Muſis et Nereidibus.*

Ptolemaeus, Hephaeſtionis F. cognomine Χέννος, Alexandrinus, grammaticus clarus ſub Traiano et Hadriano, impp. Scripſit *de hiſtoria paradoxa* ſiue mirabili; *Sphingem,* drama hiſtoricum; ἀνθόμηρον ſiue *poema Homeri aemulum, rhapſodiarum XXIV.* et alia quaedam.

Ptolemaeus, Aſcalaonites, grammaticus, qui Romae docuit. Scripſit homericam proſodiam; de Helleniſmo, ſiue de recta loquendi ratione [P] libros XV.; de metris, de Ariſtarchea Odyſſeae correctione; de differentia vocabulorum; item alia grammatica.

Pulcheria, Arcadii filia, nondum annos XV. nata imperium optime adminiſtrauit, fratremque Theodoſium erudiit, et pietate erga Deum accurate inſtituit multasque inſtruxit eccleſias. Neſtorius Pulcheriae inuiſus erat, criminabantur enim eam apud Paulinum Magiſtrum. Sorores eius Arcadia et Marina. Theodoſius ſaepe, libellis non lectis nomen ſuum ſubſcribebat. Itaque Pulcheria ipſi ſubiecit libellum, quo coniugem, Eudoxiam, donari ſibi petebat, vt ea ancilla vteretur etc.

Pylades, Cilix, ex oppido Miſtarnis. Scripſit *de ſaltatione italica,* cuius ipſe inuentor fuit; *de ſaltatione comica,* quae Κόρδαξ vocabatur: Item *de ſaltatione tragica,* quae σίκιννις et *de ſatyrica,* quae ἐμμέλεια dicebatur. (ſed vide *Athen.* I. pag. 20. et Küſteri not. 4. et 5. tom. III. pag. 239.)

Pyrrhon, Pliſtarchi F. Eleus, philoſophus tempore Philippi Macedonis, Olympiade CI. et vltra. Primum quidem pictor fuit, poſtea animum ad philoſophiam adplicans audivit Bryſonem, Clinomachi diſcipulum, deinde Anaxarchum, diſcipulum Metrodori, Chii, cuius magiſter fuit Democritus, Abderita. Statuit, nihil eſſe natura honeſtum et turpe, ſed omnia moribus et lege.

Pyrrhon, Phliaſius, Timarchi F. diſcipulus Timonis, philoſophi.

Pyrrhonii philoſophi, qui Pyrrhonis ſectam amplectebantur, dicti etiam aporetici, ſceptici, ephectici, zetetici etc. Sceptices primus auctor fuit Homerus, qui nihil certi de rebus pronunciat. Septem etiam ſapientes fuere Sceptici, quorum eſt dictum: *ne quid nimis*: Archilochus quoque, quum ait: Τοῖος ἀνθρώποις νοῦς γίνεται θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἡμέρην ἄγει, et Euripides, (Supplicibus) τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα· Δρῶμέν τε τοιαῦθ', ἃ τυγχάνεις θέλων.

Pythagoras, Samius, reuera Tyrrhenus, Mneſarchi, ſculptoris annulorum, filius, qui cum patre Samum adoleſcens ex Tyrrhenia migrauit, vbi Pherecydem Syrium, deinde Hermodamantem audiuit, Creophyli nepotem, hinc Abaridem, Hyperboreum et Zaratem, Magum. Apud Aegyptios etiam et Chaldaeos diſciplinis inſtitutus rediit Samum, quam quum Polycratis tyrannide teneri vidiſſet, Crotonem in Italiam abiit, apertaque ibi ſchola quingentos et amplius diſcipulos habuit. Fratres ei duo: natu maior Eunomus, medius Tyrrhenus. Seruus Zamolxis, cui Getae, vt Saturno, immolant. Vxorem duxit Theanonem, Brontini, Crotoniatae, filiam, ex qua filios duos ſuſ-

cepit, Telaugem et Damonem, vel vt alii, Mnesarchum: filiam quoque, Myiam, siue, vt alii, Arignotem. Scripsit Pythagoras tres tantum [?] libros, παιδευτικὸν, πολιτικὸν et tertium, qui Lysidis Tarentini est potius, eius discipuli, qui Thebis, quo fugerat, Epaminondam instituit. Quidam *aurea carmina* quoque illi tribuunt. (Plurima deinde de Pythagora eiusque morte, philosophia ac symbolis refert Suidas, qui etiam videndus in ἤδη.)

Pytheas, Atheniensis, orator, milothri, siue pistrinarii filius, scripsit *conciones* et *orationes forenses* et alia quaedam; non adnumeratus autem est (decem) oratoribus, vt homo audax et dissolutus, qui Athenis ob aes alienum ex carcere effugit in Macedoniam, ac postea rediit.

Πυθιὰς βοὴ, vox cum cantu tibiae coniuncta, *carmen pythium.* Hinc πυθαύλης, quomodo paeana vocant.

Πύθιον. Templum Apollinis, Athenis a Pisistrato conditum, in quo tripodas ponebant, qui cyclio choro Thargelia vicerant.

Python, Byzantinus, orator, qui, in exsilium pulsus, in Macedoniam abiit, ibique multos ad proditionem impulit etc. v. Küsteri not. tom. III. pag. 237.

Quadratus, Romanus, historicus. Scripsit ionica dialecto historiam romanam libris XV. eamque inscripsit χιλιετηρίδα, quod complecteretur res mille annorum a Roma condita ad imp. Alexandrum, Mammeae F.

Quirinus, sophista, qui *lingua aerarii* γλῶσσα ταμιείου vocabatur, cuius cura ab imp. ei commissa erat.

Rhadamanti iudicium, de iis, quorum testata est iustitia. Rhadamanti iusiurandum, supra, χῆνα ὀμνύναι, et Lampon. conf. Küsteri not. l. c. pag. 249.

Rhamnus de sapientibus clarisque viris dicitur. Rhamnus enim erat populus Atticae, in quo Antiphon floruit, orator celebris, quem multi imitari volentes, prouerbium vsui vitae reliquerunt, vt viri praeclari, Rhamnusii vocarentur. *Rhamnusia Nemesis*, statua, quam fecit Phidias et Erechtheus matris suae nomine, quae Nemesis vocabatur et illo in loco regnauerat, dedicauit. Phidias Agoracrito, Pario, amasio suo, permisit nomen suum inscribere; vt Olympiae, digito Iouis inscripsit Παντάρκης καλός. Erat autem Pantarces, Argiuus, formosus, ipsiusque amasius.

Ῥαριάς. Rharus Cererem, errantem et Proserpinam quaerentem, hospitio excepit, pro quo beneficio Ceres Triptolemum, Celei F. Rhari nepotem, agriculturam docuit, eique currum alatorum draconum dedit, quo vectus terram peragrauit, et agriculturam homines docuit.

Rhapsodi dicebantur, qui carmina Homeri in theatris recitabant, quod ῥάβδους [?] siue virgas tenentes, hoc facerent. Est etiam ῥαψῳδῆσαι nugari, vel simpliciter loqui et recitare.

Rheginos Xenarchus, Sophronis, mimographi, F., vt timidos in comoediis suis perstrinxit, a Dionysio, tyranno, ad hoc inductus. Vnde prouerbium ortum est Ῥηγίνου δειλότερος *Rhegino timidior*, de iis, qui supra modum timidi sunt.

Rheginus, grammaticus, scripsit librum qui vocatur *Polymnemon.*

Ῥησίαρχος, qui oracula dicit, vt est apud Epicharmum. Vel, vt Asclepiades libro sexto τραγῳδουμένων, qui omnium optime nouerat verum dicere.

Ῥήτωρ.

'Ῥήτωρ. Multis decretis cautum eſt, ne in ſenatu ars oratoria adhiberetur, ſi quis ſententiam ferret de re, quae ad priuatam ipſius fortunam non pertineret.

Rhianus, Benaeus, ex Bena, Cretae vrbe, vel Cereates, vel, vt alii, ex Ithome, Meſſenes ciuitate. Hic primum fuit palaeſtrae cuſtos et ſeruus: poſtea litteris inſtitutus grammaticus euaſit, aequalis Eratoſthenis. Scripſit ἔμμετρα ποιήματα [pp]), *Heracliadem* libris XIV.

Rhinthon, Tarentinus, comicus, auctor hilarotragoediae, ſiue phlyacographiae. Figuli filius, ſub Ptolemaeo primo vixit. Fabulae eius tragicae et comicae XXXVIII. (conf. Küſter p. 260. not. 8.)

Rufus, Epheſius, medicus, qui cum Critone ſub Traiano floruit. Scripſit libros plurimos, ex quibus ſunt hi: *de ratione victus libri V.; de victu nauigantium; de medicamentis vulnerum; de vulneratione articulorum; de ficubus; de veteri medicina; de lacte; de vino; de melle.*

Rutilius Rufus, tempore Scipionis vixit, in expeditionibus bellicis ei comes, et res, tunc geſtas, litteris mandauit, fuitque tunc temporis tribunus militum, vt Appianus in romana hiſtoria teſtatur.

'Ρυσμὸς, abderitica dialecto ſignificat figuram. Aliis praeterea vocibus, non graecis, Democritus, Abderites, vſus eſt, vt τροπὴν dixit *ſitum*, et διαθιγὴν *ordinem.*

Sabazius Bacchus dictus a clamore orgia celebrantium. Nam barbaris εὐάζειν eſt σαβάζειν, et εὐασμὸν adpellant σαβασμόν. Etiam σάβοι loca, Baccho conſecrata, et Bacchi ſacerdotes. Mnaſeas, Patarenſis, Sabazium ait eſſe Bacchi filium. (Suid. in Σάβοι.)

Sabinus, ſophiſta, qui vixit ſub Hadriano, Caeſare. Scripſit Introductionem et argumentum materiae declamationum libris IV. commentarium in Thucydidem, Acuſilaum et alios. Item alias quasdam enarrationes. (Frater eius Sergius infra, Σέργιος.)

Sacas, poeta tragicus: et Sacae, gens Thracica. Ammonius, philoſophus Alexandrinus, cognomento Sacas, ex Chriſtiano factus eſt gentilis, vt ait Porphyrius.

[[*S*aluſtius, ſophiſta, ſcripſit commentarium in Demoſthenem. Herodotum et alia.

Saluſtius, Mopſeates, medicus, ſcripſit de medicina, ſub Tiberio, imp.

Saluſtius, Baſilidis, Syri et Theocleae, Emeſenae, F. Athenis Alexandriam cum Iſidoro venit. Eloquentiae praeceptis ab *Eunoio*, ſophiſta, Emeſae tunc verſante, eruditus, publicas Demoſthenis orationes omnes edidicit, et orationes ſcripſit non inferiores illis. Noſtrum quoque ciuem, (Damaſcii verba ſunt,) *Marcellum*, Eunoii ſodalem, octo libros hiſtoriae Thucydidis edidiciſſe aiebat, nihil tamen auditu dignum dicere potuiſſe. *Nonnum* etiam aiunt ſexies totum Demoſthenem edidiciſſe, ſed tamen ne os quidem aperire potuiſſe, vt aliquam orationem commodam haberet. Saluſtius dicebat, philoſophari hominibus non eſſe facile, ſed potius impoſſibile, Heracliti more inſectator vulgi et deriſor ſalſus. Idem virtutem quintam vocabat veram opinionem

Vvv 2

pp) Quod omnia poemata ſint ἔμμετρα, Küſter. tom. III. pag. 259. alterutrum vocabulum eſſe ſuperuacaneum exiſtimat. *Toup* vero id emendationibus in Suidam vol. II. pag. 135. melius corrigit ἐξαμέτρῳ ποιήματα. Sed criticum hic agere aut Toupii animaduerſiones repetere nec libet nec vacat. *Harl.*

nionem de Diis, quae interdum inesse videtur etiam improbissimis. Philosophabatur cynico more etc

Salustius, praefectus praetorio sub Iuliano etc.

Σαμίων δῆμος πολυγράμματος dictus ab Aristophane in Babyloniis, vel, quod Samii, a tyrannis ad incitas redacti, ob ciuium penuriam seruis ius ciuitatis adscripserunt, vt Aristoteles, tradit in Samiorum rep. vel, quod apud Samios XXIV. litterae primum inuentae a Callistrato, vt Andron in tripode ait. Archinus vero Athenaei F. archonte Euclide Atheniensibus persuasit, vt Ionum litteris vterentur. Aristophanes autem comoediam *Babylonios* docuit per Callistratum annis (XX.) ante Euclidem sub archonte, Eucle. De eo autem, qui rem istam Atheniensibus persuasit, scribit Theopompus. Alii caussam adferunt, quod Athenienses Samios, in bello captos, stigmate noctuae notarent, Samii vero Athenienses samaena, quod est nauigium bireme a Polycrate, Samiorum tyranno, primum fabricatum, vt ait Lysimachus libro secundo Nostorum, siue de reditu.

Sanchoniathon, Tyrius, philosophus, qui belli troiani tempore vixit scripsitque *de Hermetis physiologia*, quae (in linguam graecam) translata est; *antiqua Tyriorum instituta* lingua Phoenicum: *theologiam aegyptiacam*, et alia.

Sandon, Hellanici F. philosophus. Scripsit *argumenta in Orpheum*, librum vnum.

Sannyrion, Atheniensis, comicus. Eius dramata: γέλως, Δανάη, Ἰώ, ψυχασταί, vt Athenaeus in Dipnosophistis.

[] Sappho, Simonis filia, vel Eunomini (al. Eumeni) vel Eirigyi, vel Ecryti, vel Semi, vel Camonis, vel Etarchi, vel denique Scamandronymi, patris, et Clides, matris. Lesbia, Ereso oriunda et lyrica. Vixit Olympiade XLII. quo tempore floruerunt Alcaeus, Stesichorus, Pittacus. Fratres eius Larychus, Charaxus, Eurygius. Nupsit Cercolae, ditissimo viro ex Andro, vnde nata ipsi fuit filia, Clis. Amicae fuerunt Atthis, Telesippa, Megara: discipulae Anagora Milesia, Gongyla Colophonia, Eunica Salaminia. Scripsit *carminum lyricorum libros IX.* et prima plectrum inuenit. Scripsit et *epigrammata*, *elegias*, *iambos*, *monodias*.

Sappho, Lesbia, Mytilenaea, psaltria, de qua supra, in Phaon.

Aelius Sarapion, rhetor, Alexandrinus. Scripsit *de vitiis declamationum.* Ἀκροάσεων siue *auscultationum libros VII. Panegyricum in Hadrianum, imp. consultationes ad Alexandrinos; rectene Plato Homerum e rep. sua ablegarit*, et alia multa. Item *artem oratoriam.*

Sarapion solum fere Orpheum habebat et legebat: subinde Isidorum de quaestionibus occurrentibus interrogans, virum summa theologiae scientia instructum, quem solum familiarem norat et admittebat, nec vllum alium suarum facultatum, duorum aut trium librorum, inter quos erat Orphei poësis, dignum iudicabat, putans, se in illo perspexisse vitam illam Saturniam, poetarum fabulis celebratam. Nam ille quidem poetarum scriptis celebratus Chiron in Saturnii et Iouii regni confinio potius constitit, vnde biformis esse traditur. Eodem tempore vir alius Alexandria venit, ex tota diametro, vel magis etiam, si sic dicere fas est, quam ex diametro a Serapione distans: nam hic quidem Saturnius aut Iouius fuit, ille vero Typhonius, et Typhone versutior bellua. Nullus enim eorum, qui nunc viuunt, hominum ignorat, quo animo et qua fortuna fuerit Pamprepius.

Σαράπος,

Σαρράπες. Alcaeus Pittacum vocauit σαράποδα, χειροπόδην, γαύρηκα, φύσκωνα, γάστρωνα, ζοφοδορπίδα et ἀγασύρτον. (ex Laërtii lib. 1. c. 81.)

Scindapfus, inftrumentum muficum. De Zenone, Citieo, (Timon:) ὁ δ᾽ ἔρρει γύργαθος αὐτῶ μικρὸς ἰών· νῶν δ᾽ εἶχεν ἐλάσσονα σκινδαψοῖο. *mentem habebat, minorem fcindapfo.* etc.

Σκίφη. Crantor, philofophus, poetae cuiusdam verfus σκίφης plenos effe dixit.

Σκίρταλος. Diogenes, Sinopenfis, iam fenex, a *Scirtalo*, pirata captus eft.

Σκληρᾶς ἀοιδῶ δασμὸν tributum durae vatis, Sphingis, h. e. difficile, (apud Sophoclem Oedipo tyranno.)

Σκολιά, *carmina conuiualia.* Σκολιῶν Μελίτε, Καρικῶν αὐλημάτων. Melitus [P] ifte fuit poëta tragicus, qui Socratem accufauit. Perftringitur a comicis, vt poëfi frigidus, et moribus improbis praeditus. *Carica* vero, carmina lyrica lugubria.

Σκολιὸν, carmen paucorum verfuum. Timocreon, Rhodius, poeta epicus [qq]), tale fcolium contra diuitias fcripfit, cuius initium eft, ὄφελες ὦ τυφλὲ πλῶτε, etc. *o coecae diuitiae, vtinam nec in terra, nec in mari, nec in continente vnquam vifae fuiffetis; fed in tartaro et acheronte habitaretis: Vos enim omnium malorum inter homines cauffa eftis.* His fimile eft decretum, a Pericle fcriptum, quo Megarenfes foro, mari, continente arcebantur.

Σκολιόν. *Tyrannion* fcripfit commentarium de *metro obliquo* (περὶ τῶ σκολιῶ μέτρω,) quod ei propofitum fuit a C. Caefare.

Scopas, Aetolorum praetor, fruftratus principatu, cuius maxime cauffa leges fcribere aufus fuerat, Alexandriam cogitabat, ratus, fefe illius vrbis opibus inopiam fuam atque immenfam animi cupiditatem facile expleturum. Sed erat infatiabilis etc.

Scopelianus, Clazomenius, fophifta, qui fub Nerua vixit et Smyrnae eloquentiam docuit, auditor Nicetae, aequalis Apollonii, Tyanenfis, ad quem etiam epiftolas Apollonius fcripfit.

Σκύθης. Anacharfis fuit Scytha, fed matre graeca natus, et ideo δίγλωσσος duarum peritus linguarum, qui Scythis leges tulit.

Scylax, Caryandenfis, ex Caryanda, Cariae ciuitate, prope Halicarnaffum, mathematicus et muficus. Scripfit periplum locorum extra columnas Herculis; de Heraclide, Mylafforum rege; terrae periodum; ἀντιγραφὴν aduerfus Polybii hiftoriam.

Scytale, epiftola Laconica. Ligna erant duo polita et oblonga, quorum alterum Lacedaemoniorum ephori retinebant; alterum tradebant duci, quem ad bellum emittebant, et quoties ei aliquid mandare volebant, albo loro lignum inuoluebant et in eo mandatum fcribebant, deinde lorum replicantes id tabellario tradebant abfportandum. Diofcorides ἐν τοῖς περὶ νομίμων in opere de moribus et inftitutis refert, foeneratores diuidere fcytalam duobus teftibus praefentibus, et in vtraque eius parte contractum fcribere, et alteram quidem vni ex teftibus dare, alteram fibi referuare. Vtebantur fcytala et alio modo, vt Ariftoteles in Ithacenfium rep. fcribit.

qq) Infra, apud Suidam rectius, *melicus.*

Secundus, Athenienſis, ſophiſta, (non is,) qui vocatus eſt Plinius. *Epiurus* rr) ſiue clavus ligneus vocabatur, vt fabri filius, ſuitque Herodis, ſophiſtae, magiſter. Scripſit *declamationes oratorias.*

Seleucus, Alexandrinus, grammaticus, cognominatus Homericus, qui Romae eloquentiam docuit. Scripſit commentarios in totum paene [] poetam; de ſynonymorum differentia; de iis, quae falſo creduntur; de prouerbiis, apud Alexandrinos vſitatis. de Diis libros centum, item alia σύμμικτα ſiue miſcellanea: [etiam *gloſſas* aliaque, de quibus vid. Küſteri not. 6. tom. III. pag. 297.]

Seleucus, Emeſenus, grammaticus, ſcripſit ἀσπαλιευτικὰ *piſcatoria verſibus hexametris libros IV.* ss) *In Lyricos commentarium; Parthicorum libros II.* Inueni et alium Seleucum his additum, ſed qui nullos ſcripſerat libros.

Sellius ſiue Sillius, qui et Homerus dictus eſt, grammaticus ante Menandrum. (Supra in Homero.)

Semus, Eleus, grammaticus, ſcripſit Eliacorum libros VIII. periodos libris II. de Paro librum I. de Pergamo librum I. de Paeanibus, in quo opere genera muſicorum recenſet, autocabalos, Ithyphallos, phallophoros etc. (Supra in Phallophori, vbi *autocabdali* legitur, non autocabali.)

Aelius Serenus, Athenienſis, grammaticus, ſcripſit epitomen operis Philonis de vrbibus et quinam in ſingulis clari fuerint, libros III.; epitomen commentariorum Philoxeni in Homerum, libr. 1.

Sergius Zeugmatenſis, Aphthonii F. a cauſſidicis, qui praefecti fuerunt, genus ducens, praefectus et ipſe praetorio et conſularis et patricius. Scripſit epitaphium in ſophiſtam, Sabinum, fratrem ſuum, item alium librum pro cauſſidicis aduerſus Ariſtidem.

Σεσελλίσθαι, *falſo ſe iactare*, dictum ab Aeſchine, Selli F. qui pauper diuitem ſe falſo iactabat. Etiam σέλλους *glorioſos* vocant, et *gloriari* σελλίζειν.

Seuerianus, Damaſcenus, vnus ex primarii generis viris, Auxentii Callinici F. ortus ex Romanis, qui Alexandriam incoluere. Poetica, oratoria et iuris ciuilis romani peritia inſtructus, etiam in philoſophia inſtituendum ſe Proclo dare volebat, ni pater, qui patronum cauſſarum malebat, id prohibuiſſet. Sed, patre defuncto, Athenas, vbi Proclus erat, profectus ſomniauit, montis cacumini, tamquam vehiculo, ſe inſidere et montem ipſum aurigae inſtar agitare. Hinc fato et voluntate ad remp. accedere et magiſtratum gerere quam philoſophiam beatumque otium ſectari maluit. Quum poſtea in odium incidiſſet Ardaburii, magni illius Aſparis F. multa ab illo paſſus eſt ſanctiſſimus et ſupra modum religionis graecae cultor. Iſocrateas etiam orationes copioſiores et de rep. agentes mihi enarrauit, non artificioſo illo et ſophiſtico, ſed prudenti et philoſophico more. [] Idem Iulianum, fratrem meum tt) natu minorem ſic ad eloquentiae ſtudium inflammauit, vt eum et poetas et celebres oratores ediſcere iuberet. Et alios quidem poetas vtcumque probabat, at Callimachum in manus

rr) De hac lectione v. Küſteri not. 7. tom. III. pag. 295. *Harl.*

ss) At, notante Küſtero l. c. id opus Athenaeus tribuit Seleuco Tarſenſi. *Harl.*

tt) Damaſcii verba ſunt.

manus sumens, Afrum hunc poetam numquam non derisit. Quin lectione eius adeo offendebatur, interdum vt librum eius conspueret. Huic Zeno, imp. proximam a se dignitatem pollicitus est, si Christianus fieri vellet: et ipse nobis epistolam, pollicitationes illas continentem, sed nihil apud se proficientem, recitauit. Arcadium etiam, Larissaeum, per epistolam obiurgauit. Nam Seuerianus in epistolis scribendis acer et cordatus erat.

Seuerus, Σεβῆρος, sophista romanus sub Anthemio, imp. fuit, Alexandriam vero profectus in otio philosophico vitam transegit, variorum librorum copia abunde instructus. Viros autem doctrina praestantes, si quisquam alius, ad se facile pertrahere nouerat.

Seuerus (imperator) nec humanarum nec diuinarum rerum quicquam imperuestigatum vt relinqueret, vel occultissima perscrutatus est. Et ideo libros omnes, qui aliquid arcani habebant, et quoscumque reperire potuit, ex omnibus adytis sustulit, et in Alexandri monumento conclusit, vt nec illius corpus quisquam amplius cerneret, nec res in illis scriptas legeret.

Seuerus Σευῆρος. Hic post infelicem illum Eutychem exstitit, et cum Antiochiae thronum malis artibus occupasset, Manentis et Apollinaris et Eutychis haeresin stabilire conabatur. Ex ecclesia itaque pulsus in Alexandrinos, populum leuem, turbinis et procellae instar incidit. Quum autem hic quoque alia procella ipsi et populo restasset, omnia confudit et perturbauit. Iulianus enim quidam Halicarnassensis, Asiae episcopus eos dissipauit. Confer supra, in Iuliano.

Sextus, Chaeronensis, Plutarchi sororis filius, philosophus, qui fuit M. Antonini Caesaris temporibus, Herodoti, Philadelphaei, discipulus sectaeque Pyrrhoniae addictus [uu]). Hic apud imperatorem in tanto honore erat, vt vna cum eo ius diceret. Scripsit *Ethica*, itemque *sceptica libris X.* Post Commodi mortem quidam se Sixtum dicere ausus est, facultatesque et dignitatem eius sibi vindicare, qui a multis saepe interrogatus scite respondit. Sed quum Pertinax nonnulla ad eruditionem graecam, cuius ille rudis erat, pertinentia ex eo quaereret, longe a scopo aberrauit, quum, quid diceretur, ne intelligere quidem posset. Adeo natura quidem vultum ei similem habebat, ceterisque in rebus arte [?] eum referebat, doctrina vero eadem excultus non erat.

Sextus, Afer [vv]), philosophus, scripsit *Sceptica* siue *Pyrrhonia libris X.*

Sibylla Delphica, quam e iam *Dianam* adpellarunt. Vixit ante bellum Troianum: scripsit oracula versibus.

Sibyllae Chaldaeae pater Berosus, mater Erymanthe.

Sibylla, Apollinis et Lamiae F. vel Aristocratis et Hydoles, vel Crinagorae, vel, vt Hermippus, Theodori, Erythraea, nata in loco Erythrarum, qui vocabatur Batti, nunc, condita illic vrbe, Erythrae. Quidam Siculam tradunt, alii Sardianam, Gergethiam, Rhodiam, Libyssam, Lucanam, vel Samiam denique. Fuit post captam vrbem Troiam

uu) Hunc *Sextum*, ἀδελφιδοῦν Πλουτάρχου a Suida dictum, non eumdem esse, (vti quidam opinabantur,) cum *Sexto Pyrrhonio* siue *Empirico*, Küster (tom. III. pag. 299.) argumentis vsus *Ionsii* III. cap. 12. histor. philosoph. late demonstrauit. *Harl.*

vv) Hic est *Sextus Empiricus. Harl.*

iam annis CCCCLXXXIII. Conſcripſit libros iſtos: *περὶ παλμῶν*, *de palpitationibus*; *μέλη carmina*; *χρησμὸς*, *oracula*. Eadem etiam prima triquetrum genus lyrae fertur inueniſſe.

Sibylla, Heliſſa, ſcripſit verſibus vaticinia et oracula.

Sibylla Colophonia, quae vocata fuit *Lampuſa*, a Calchante oriunda. Ipſa quoque ſcripſit vaticinia et oracula verſibus, et alia.

Sibylla Theſſala, dicta etiam *Manto*, quae a Tireſia genus duxit.

Sibylla Phrygia, a quibusdam vocata *Sarbis*, ab aliis *Caſſandra*, ab aliis *Taraxandra*, et ipſa ſcripſit oracula.

Sibylla Cumana et Sibylla Theſprotica. Et hae oracula ſcripſerunt.

Sibylla Chaldaea, ſiue Hebraea aut Perſica, proprio nomine *Sambethe*, a beatiſſimo Noë genus ducens. Haec praedixit ea, quae Alexandro Macedoni contigiſſe dicuntur, cuius meminit Nicanor, qui vitam Alexandri ſcripſit. Eadem de Domino Chriſto eiusque aduentu, Numinis inſtinctu, plurima praedixit. Cum hac et reliquae Sibyllae conſentiunt, niſi vt huius ſint XXIV. libri, de quauis gente et regione praedictiones continentes. Quod autem verſus eius imperfecti et luxati inueniantur, non eſt ipſius vatis culpa, ſed ſcribarum, qui vel orationis celeritatem ſcribendo adſequi non potuerunt, vel etiam indocti et grammatices imperiti fuerunt. Cum afflatu enim et eorum, quae dicta erant, memoria ſimul deſinebat. Et haec cauſſa eſt, quare et verſus imperfecti reperiantur, et ſententia claudicans, ſiue ſapientiſſimo Dei conſilio hoc factum fuerit, ne a multis iisque indignis oracula eius cognoſcerentur; ſiue longum tempus, vti multorum aliorum, ita etiam huius rei cauſſa fuerit. Praeterea et obſcuritas eorum, quae a Sibylla dicebantur, et crebra librorum eius deſcriptio, nihil mirum eſt, ſi et ſenſus et metri confuſionem pepererint.

[¶] Sibyllae diuerſis et locis et temporibus fuerunt decem. Prima, Chaldaea, quae et Perſica, proprio nomine *Sambethe* dicta. Secunda, Libyca. Tertia, Delphica, Delphis nata. Quarta, Italica, quae in Italiae vrbe, Cimmeria (nata eſt.) Quinta, Erythraea, quae ante bellum Troianum vaticinata fuit. Sexta, Samia, proprio nomine *Phyto* dicta, de qua ſcripſit Eratoſthenes. Septima, Cumana, quae et *Amalthea*, et *Hierophile* dicta fuit. Octaua, Helleſpontia, nata in vico, Marmiſſo, prope oppidulum, Gergithium, (quae loca olim finibus regionis Troianae comprehenſa fuerunt.) temporibus Solonis et Cyri. Nona, Phrygia. Decima, Tiburtia, Albunaea dicta. Aiunt autem, Sibyllam, Cumanam, nouem oraculorum ſuorum libros adtuliſſe ad Tarquinium Priſcum, tunc Romanorum regem: quos cum ille repudiaſſet, duo ex illis cremaſſe. (conf. tamen *Lactant.* de falſa relig. lib. I. cap. 6. §. 7. ſqq.)

Sibylla vox eſt romana, quam ſi interpreteris, *vatem* ſignificat. Sibyllae igitur, vt multi ſcripſerunt, diuerſis locis et temporibus decem fuerunt. — Σιβυλλιᾷ, *oraculorum amore et deſiderio tenetur*, vel *delirat* et vaticinari cupit; vel *oracula ſomniat;* vel *ſuperbit;* etc.

Σιβύρτιος ſiue Σιβύρτιος, Theodectae, Phaſelitae, lector et ſeruus, qui, primus e ſeruis, artem oratoriam profeſſus eſt. Scripſit *artem rhetoricam.*

Σιδηρείαν ψυχήν, *ferreum animum* ſiue *inexorabilem.* — Glaucus quidam, Samius, ferruminationem primus inuenit; et prouerbium, *Glauci ars*, de iis quae facile conficiuntur.

Siluanus,

Siluanus, philosophus, qui cetera quidem probus erat et sanctus, sed moribus simplex et apertus.

Σιλλαίνει, *labiis distortis aliquem deridet, et* (μυλλίζει) *inter deridendum oculos mouet.* Σίλλος enim est mimus, vel salsum dictum et derisio. Et qui sillos scribit, dicitur sillographus, qualis fuit Timon, Phliasius, philosophus pyrrhonius

Simmias, Rhodius, grammaticus. Scripsit *glossarum libros III. variorum poematum libros VI.* Ab initio fuit Samius www), postea vero, quum coloni in insulam, Amorgum, mitterentur; et ipse coloniae illius dux a Samiis eo missus fuit. Tres autem vrbes in Amorgo condidit, Minoam, Aegialum et Arcesimen. Vixit annos 406. post bellum troianum. Secundum quosdam primus *iambos* scripsit, diuersa alia. Item *Origines Samiorum.*

Simmias, Thebanus, philosophus, discipulus Socratis. Scripsit *de sapientia*, [?] *de amicitia, de veritate, de musica, de eo, quod optandum est et fugiendum; de cura animae*, item alia philosophica.

Simocattes, cognomen Theophylacti Simocattae.

Simonides, Leoprepis F. Iulietes, ex Iulide, Cei insulae, ciuitate, lyricus, Stesichoro posterior, et cognominatur *Melicertes* propter suauitatem. Hic artem memoriae inuenit, itemque litteras longas et duplices et tertium sonum lyrae. Vixit Olympiade LV. quamuis alii eum ad Olymp. LXII. referant. Vitam extendit vsque ad Olympiadem LXXVIII. annumque aetatis LXXXIX, adtigit. Dorica dialecto *regnum Cambysis et Darii* descripsit. Item *praelium nauale Xerxis*, et *praelium nauale ad Artemisium*, versibus elegiacis: *praelium* item *ad Salamina* versibus melicis. Ad haec scripsit *threnos, encomia, epigrammata, paeanes, tragoedias*, et alia. Hic Simonides, si quis alius, memoria pollebat: ei vero similis erat Apollonius, qui vt plurimum quidem silebat, multa vero mente versabat; et quum centesimum aetatis annum ageret, memoriae firmitate ipsum Simonidem superabat. Idem etiam *hymnum in Memoriam* canebat, in quo dicit, omnia a tempore consumi, ipsum vero tempus beneficio memoriae expers senii et immortale esse. Hic primus carmen mercede scripsisse dicitur. Habebat enim duas arcas, vnam gratiarum vacuam: alteram (mercedis) plenam. etc. Eius dictum: ἀνάγκῃ οὐδὲ Θεοὶ μάχονται. etc.

Simonides, Ceius, prioris ex filia nepos, cognomine Melicertes, vixit ante bellum Peloponnesiacum. Scripsit *Genealogiam libros III. Inuentionum libros III.*

Simonides, Magnesius, Sipyli F. poeta epicus, qui vixit temporibus Antiochi Magni. Scripsit huius res gestas, pugnamque cum Galatis, in qua equitatus eius per elephantos profligatus fuit.

Simonides, Carystius vel Eretriensis, poeta epicus, scripsit Graecorum conuentum in Aulidem; trimetrorum libros II. de Iphigenia vnum.

Simonides. Hic imp. Iouiani temporibus vixit, et philosophus clarissimus fuit.

Simonides, Crinei F. Amorginus, iamborum scriptor, scripsit elegiarum libros II. item iambos.

www) Haec non ad Simmiam sed ad Simonidem, iambographum antiquissimum, Amorginum, spectant. Confer *Allatium* de Simeonibus pag. 206. seq.

iambos. Vixit autem ipſe] annis 490. poſt bellum troianum. Secundum quosdam hic primus iambos ſcripſit. (conf. paullo antea, de Simmia, Rhodio, dicta.)

Simon, ſophiſta, qui publicam pecuniam interuertebat. Simon et Theodorus et Cleonymus periuri Ariſtoph.

Simplicius, philoſophus.

[⁋] Siricius Neapoli, vrbe Palaeſtinae, oriundus, ſophiſta, diſcipulus Andromachi, qui per aliquod tempus Athenis docuit, ſcripſit *progymnaſmata*, et *declamationes*.

Siſinnius, Nouatianorum epiſcopus etc. (ex *Socratis* VI. 22. hiſt. et alia de Siſinnio narratio ex *Sozomeno* libr. VIII. cap. 1.)

Σμηκίϑης. In tabellis nomina eorum, qui in ius citabantur, inſcribi ſolebant, *Aſpaſia et dominus*, id eſt, maritus eius.

Socrates, Sophroniſci, ſtatuarii, et Phaenaretes, obſtetricis, F. primum ſtatuarius fuit: aiunt enim, Gratias veſtitas Athenis eius fuiſſe opus. Deinde philoſophatus eſt, audito Anaxagora, Clazomenio, poſtea Damone, hinc Archelao. Ariſtoxenus ait primum audiuiſſe Archelaum etc. Ingreſſus virilem aetatem, ad Amphipolin et Potidaeam militauit et ad Delium. Duas habuit vxores, Xanthippen, e qua Lamprocles natus eſt, et Myrtonem, Ariſtidis, Iuſti, filiam, ex qua Sophroniſcus et Menedemus, ſiue Menexenus. Vixit tempore belli peloponneſiaci, et quidem natus Olympiade LXXVII. Vixit annos LXXX. obiitque imprudentia vel potius amentia Athenienſium, coactus bibere cicutam: nullo alio ſcripto relicto, quam, vt quidam volunt, *hymno in Apollinem et Dianam* et *Aeſopea fabula* verſibus ſcripta. Philoſophos effecit *Platonem*, qui relicto Lyceo traduxit ſcholam in ſuburbium, quod Academia vocatur, (eiusque ſectatores Academici dicti vsque ad Ariſtotelem: Is enim in quodam horto ante vrbem ſito ludum litterarium aperuit, et ἐκ τῦ κατ' αὐτὸν περιπάτε a *peripato* ſiue loco deambulationis, qui in illo horto erat, ſuos diſcipulos vocauit peripateticos,) *Ariſtippum* item, Cyrenaeum, auctorem ſcholae ſectaeque Cyrenaicae, *Phaedonem*, Eleum, a quo ſecta eliaca, poſtea a Menedemo, Eretriae docente, dicta eretrica; ex hac Pyrrho prodiit: *Antiſthenem*, qui cynicam ſectam condidit, *Euclidem*, Megarenſem, a quo megarica, quae eadem a Clinomacho, Euclidis diſcipulo, dicta dialectica: *Xenophontem*, Grylli F. *Aeſchinem*, *Lyſaniam*, Sphettium, *Cebetem*, Thebanum, *Glaucum*, Athenienſem, *Bryſonem*, Heracleotam, qui contentioſam dialecticam introduxit vna cum Euclide, Clinomachus auxit: quumque multos ſectatores habuiſſet, deſiit in Zenone, Citieo, qui ſtoicam ſcholam inſtituit, vixitque Olympiade CXXV. Alii Bryſonem non Socratis, ſed Euclidis auditorem ſcribunt fuiſſe. Bryſonem audiuit Pyrrho, a quo Pyrrhonii. Praeterea diſcipulos habuit Socrates *Alcibiadem*, *Critobulum*, *Xenomedem; Apollodorum*, *Critiam*, Athenienſes: tum *Critonem*, *Simonem*, *Eumarem* Phliaſium [⁋] *Simmiam*, Thebanum, *Terpſionem*, Megaricum, *Euenum*, *Chaerephontem*. *Theodorus* etiam, cognomento atheus, Socratem audiuit, docensque, omnia eſſe indifferentia, ſectam *Theodoream* inſtituit. Eam philoſophiae partem, quae eſt de moribus et virtutibus, praecipue coluit Socrates, et iam ſenex cithara ludere didicit apud Cononem, et deriſus a quibusdam dixit illud Solonis: ὀψιμαϑὴς μᾶλλον ἢ ἀμαϑὴς, *praeſtat ſero, quam nunquam diſcere*. Hic daemonium quoddam ſecum familiariter colloqui dicebat. Primus Ariſtophanes Nubibus ſcriptis ipſum perſtrinxit, vt corrumpentem iuuenes, et atheum ipſum vocauit, quod per

per canem et platanum iuraret. Poſtea Anytus et Melitus eum accuſarunt et reum peregere. In aeſtimatione vero poenae Socrates ſe meruiſſe dixit, vt victus in prytaneo publice ſibi praeberetur. Illi vero capitis eum condemnarunt. In vinculis diu fuit, donec nauis ſacra Θεωρὶς Delo rediret. Critone ſuadente fugam noluit fugere, dixitque, leges non oportere violari. Hauſta hinc cicuta voti recordatus, *immolate*, inquit, *Aeſculapio*. Quidam, Cyrſas nomine, genere Chius, Athenas venit cum Socrate conuerſaturus, cui dormienti iuxta ſepulcrum Socratis, in ſomnis ille viſus eſt et cum eo collocutus. — Socrates ab Ariſtophane Melius vocatur, id eſt atheus, quia Diagoras, Melius, infamis erat vt Deorum oſor et hoſtis. Diagoras ille initio pius erat, poſtea, depoſito fraudatus, ad impietatem prolapſus eſt et deos eſſe negauit. Quare Athenienſes indignati Melium malis adfecerunt. — Fuit et Ariſtagoras, Melius, poeta dithyrambicus, qui quod myſteria Eleuſinia euulgaſſet, valde impius iudicatus eſt. Ab illo tempore comici Melios vt impios perſtrinxere.

Solon, Execeſtidae F. Athenienſis, philoſophus, legislator et demagogus, qui vixit Olympiade XLVII.. vel LVI. Inſidiis petitus a Piſiſtrato, tyranno, in Ciciliam ſeceſſit, et vrbem condidit, quam de ſuo nomine Solos vocauit. Alii Solos etiam in Cypro nomen ab illo accepiſſe aiunt, et ipſum in Cypro deceſſiſſe. Scripſit *leges* Athenienſibus, quas vocant *axonas*, quod in *axibus* ligneis eſſent ſcriptae: Item poema elegiacum, quod *Salamis* inſcribitur: *praecepta morum*, itidem verſibus elegiacis et alia. Fuit vnus illorum, qui VII. Sapientes dicuntur. Eius eſt *Ne quid nimis*, et *Noſce te ipſum*. Precibus amicorum, aere oppreſſorum, victus, tabulas veterum debitorum aboleuit. Eius conſilium et aſtus aduerſus Cirrhaeos. (ex Pauſaniae Phocicis p. 684.)

Sopater, Apamenſis, ſophiſta et philoſophus, diſcipulus Iamblichi, interfectus [☛] a Conſtantino, fidem facturo omnibus, ſe non amplius religioni gentilium addictum eſſe; ante enim familiariter eo vſus fuerat. Scripſit *de prouidentia* itemque *de iis, qui immerito ſunt felices vel infelices..* Conſtantinus Sopatrum dum interemit, non recte fecit; nemo enim coactus fit bonus, ſed ex amore.

Sopater, comicus. Ex fabulis eius ſunt Ἱππόλυτος, Φυσιολόγος, Σιλφία ἢ Κνιδία, Νεκυια, Πύλαι, Ὀρέστης, Φακῆ, vt Athenaeus in Dipnoſophiſtis.

Sopater, Parodus, (quem a comico male diſtinguit Suidas,) cuius drama Βακχὶς Athenaeo memoratur. v. *Stanlei.* ad Aeſchyli Coeph. v. 294.

Sopater, Apamenſis, vel potius Alexandrinus, ſophiſta. Scripſit plurimorum librorum epitomas. Quidam etiam ἐκλογίαν τῶν ἱστοριῶν excerpta hiſtorica, (de quibus *Photius* cod. CLXI.) huius eſſe aiunt.

Sophilus Sicyonius aut Thebanus, comicus mediae comoediae. Eius fabulae ſunt Κιθαρῳδός, Φύλαρχος, Τυνδάρεως ἢ Λύδα, et Δηλία, vt ait Athenaeus: item Χειρίδιον, Παρακαταθήκη.

Sophiſtas vocabant omnes, quotquot litteris eruditi erant: etiam σοφίαν muſicam, et ſophiſtas muſices peritos, etiam tibicines. Plato, comicus, in ſophiſtis Bachylidem poetam, Opuntium ſophiſtam adpellat. Ariſtophanes hoc nomem tribuit artis cuiuscumque peritis. Deinde ſophiſta eſt ille, qui ex falſa oſtentatione ſapientiae quaeſtum facere nouit.

Sophocles, Sophili, Colonaei, F. Athenienſis, tragicus, natus Olymp. LXXIII. ita vt annis XVII. Socrate antiquior ſit. Hic primus tribus hiſtrionibus vſus eſt et trit-

agonista siue tertiarum partium actore. Primum etiam chorum quindecim iuuenum introduxit, quum antea duodecim tantum essent. Idem dictus apis, propter orationis suauitatem: primus etiam singulis fabulis certare coepit, non tetralogia. Scripsit elegiam et paeanas et orationem de choro, de quo cum Thespide et Choerilo contendebat. Filii eius fuere Iophon, Leosthenes, Ariston, Stephanus, Menecides. Obiit post Euripidem, quum esset annorum XC. Docuit fabulas CXXIII. vel etiam multo plures, vt tradunt alii. Vicit vicies quater. (conf. Küsteri notas tom. III. pag. 349. sqq.)

Sophocles, Aristonis F. senioris Sophoclis nepos, Atheniensis, tragicus, qui docuit dramata XL. vel vt alii, XI. Vicit septies. Idem et elegias scripsit. Apollonius (Tyaneus) castitate Sophoclem superauit, [?] qui senex demum amores tamquam furiosum et saeuum dominum effugisse se dicebat. Apollonium libidinis ne Euphrates quidem arguit, quamuis falsas litteras aduersus eum commentus sit, inimicus illi, quod Euphratem, pecuniae causa facientem omnia, deridens monuisset, ne pergeret *σοφίαν καπηλεύειν*, *cauponari sapientiam.*

Sophocles, Atheniensis, tragicus et lyricus, ab antiquo illo Sophocle genus ducens. Vixit post pleiadem tragicorum. Fabulae eius sunt quindecim.

Σοφὸς incantator, incantationum peritus. Psalm. LVIII. 5.

Oraculum:

Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης.
Ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος.

Sophron, Syracusanus, Agathoclis et Damnasyllidis F. qui vixit temporibus Xerxis et Euripidis. Scripsit *mimos* viriles et *mimos* muliebres oratione soluta et dialecto dorica, quos Platonem, philosophum, semper lectitasse ferunt, adeo vt interdum etiam iis indormiret.

Sophron, comicus, (male tamquam diuersum a priore Suidas commemorat.) Ex huius dramatibus *πενθερὰ*, teste Athenaeo in Dipnosophistis.

Soranus, Menandri et Phoebes F. Ephesius, medicus, qui Alexandriae commoratus est, et Romae artem medicam exercuit sub Traiano et Hadriano, impp. librosque plurimos et pulcerrimos composuit.

Soranus, Ephesius, medicus iunior, qui scripsit *de morbis muliebribus libros IV. Medicorum vitas et sectas et opera libris X.* et alia diuersa. *Asclepiodotus*, philosophus, artis medicae peritus, nullum recentiorum medicorum magni faciebat praeter Iacobum; ex antiquioribus vero post Hippocratem, Soranum Cilicem, cognomento Mallotem.

Σωσάννα. Contra Sextum Africanum scripsit Origenes, eiusque argumenta refutauit, quibus librum Susannae impugnauit.

Sosibius, Laco, grammaticus, vnus eorum, qui *ἐπιλυτικοὶ* xx) vocantur. (Scripsit varia) in quibus et hoc tradit, esse quoddam comoediae genus, quod Dicelistarum et Mimelorum Δικηλιστῶν καὶ Μιμηλῶν proprium sit. De Mimis antiquis in Laconia, *περὶ τῶν Μιμηλῶν ἐν Λακωνικῇ ἱστορουμένων παλαιῶν*, et alia.

Sosiphanes,

xx) Qui difficiles quaestiones propositas dissoluunt.

Sosiphanes, Soſiclis F. tragicus, docuit fabulas LXXIII. vicit ſepties. Eſt et ipſe ex ſeptem illis, qui Pleias ſunt adpellati. Vixit ſub extrema tempora Philippi vel Alexandri Macedonis. Obiit Olympiade CXI. vel CXIV.

Soſitheus, Syracuſanus aut Athenienſis, vel potius Alexandrinus ex Alexandria Troica, vnus ex pleiade, aemulus Homeri, tragici, filii Myrus, Byzantinae, qui floruit Olympiade CLXIV. Scripſit poemata et alia proſa oratione.

Sotades, Byzantinus, philoſophus, vt tradit Ariſtocles libro VI. de philoſophia.

Sotades, Athenienſis, comicus mediae comoediae.

[?] Sotades, Cretenſis, Maronita, δαιμονισθεὶς *a daemonio vexatus*, iamborum ſcriptor Scripſit φλύακας *nugas* ſiue κιναίδους ionica lingua, vnde ἰωνικοὶ λόγοι adpellabantur. Hoc poematis genere vſi ſunt etiam Alexander Aetolus, Pyrrhus Mileſius, Theodoras, Timocharidas et Xenarchus. Sunt eius carmina plurima, veluti *ad inferos deſcenſus; Priapus; in Beloſtichen; Amazon* et alia. Item ἐγκλειόμεναι et παρακλυτρούμενος, vt ait Athenaeus in Dipnoſophiſtis yy).

Sotades, Athenienſis, philoſophus, qui *librum de Myſteriis* ſcripſit.

Soterichus, Aſites zz), heroicus poeta, qui fuit ſub Diocletiano. Scripſit encomium Diocletiani: Baſſarica ſiue Bacchica libris quatuor; de Panthea Babylonia; de Ariadne; vitam Apollonii, Tyanei; Pythonem ſiue Alexandriacum. Eſt autem Alexandri Macedonis hiſtoria, quum Thebas cepit. Item alia.

Soteridas, grammaticus, maritus Pamphilae, (ſupra in Pamphila, Socratidas,) cui etiam hiſtorias attribuit. Scripſit orthographiam; quaeſtiones Homericas; commentarium in Menandrum; de metris; de comoedia; in Euripidem.

Soteridas, Epidaurius, pater Pamphiliae, cui libros tres commentariorum inſcripſit, vt ait Dionyſius libro XXX. hiſtoriae muſicae.

Speuſippus, Eurymedontis F. Platonis ex ſorore, Potone, nepos, auditor et in Academia ſucceſſor. Vixit Olympiade CVIII. Scripſit plurima, praecipue philoſophica. Fuit ingenio auſtero, maximeque iracundo.

Σφαῖρα. *Pila* luſit Ariſtonicus Caryſtius, Alexandri, regis, in ludo pilae colluſor. Pilae inuentionem Anagallis, Corcyraea, grammatica, Nauſicaae, Alcioni filiae, attribuit.

Σφυράδες, *caprarum et ouium excrementa.* Carcinus poeta fuit, cuius filios paruae ſtaturae Ariſtophanes perſtringit, vt ὄρτυγας οἰκογενεῖς, γυλιαύχενας ὀρχηστὰς, ναννοφυεῖς, σφυράδων ἀποκνίσματα, μηχανοδίφας: etc. *Xenocles*, Carcini filius, multas easque inſolitas machinas ad percellendos ſpectatores in fabulis ſuis introduxiſſe dicitur, quem Plato ideo δωδεκαμήχανον adpellat. Deos enim adſcendentes et deſcendentes imitabatur.

[?] Spintharus, Heracleotes, poeta tragicus, cuius fabulae ſunt Περικαιόμενος, Ἡρακλῆς, Σεμέλη κεραυνουμένη. Hinc vt barbarus et Phryx a comicis perſtringitur.

yy) Male, (ait *Küſter* ad h. l. tom. III. p. 357. Haec enim, Ἐγκλειομ. et Παρακλυτρ. pertinent ad Sotadem, comicum, vt expreſſe docet *Athenaeus* libr. VII. p. 293. et lib. IX. p. 368. conf. ſupra, vol. II. pag. 495. ſq. *Harl.*

zz) Rectius *Oaſites*, ortus ex vrbe Ὄασις, quae vulgo dicebatur, Ὕασις, Lydiae. v. *Steph. Byzant.* v. Ὕασις. et Küſter ad Suid. III. pag. 357. *Harl.*

Spittalus, medicus apud Athenienſes. Ariſtophanes: *ἄπελθε πρὸς τοῦ Σπιττάλου*, *abi ad Spittalum. Tu vero guttam pacis vnam inſtilla mihi* in calamum iſtum aereum aut argenteum, quales habent medici.

Spyridon, Trimithuntis, in Cypro ciuitatis, epiſcopus, multa mira fecit et concilio Nicaeno interfuit: (confer *Socratem* lib. I. hiſt. c. 12.)

Στάσιμον, genus carminis, quod ſaltatores ſtantes canebant.

Σταυρός. In ſeptentrionali parte fori collocata eſt crux, inſtar illius, quam Conſtantinus magnus in coelo vidit, auro obducta, habensque in apicibus rotunda mala. Ibidem filiorum eius ſtatuae auratae conſpiciebantur. Sub Theodoſio magno, imp. cum gentilium templa euerterentur, in Serapidis templo inuentae ſunt hieroglyphicae litterae, crucis figuram habentes. Quas quum illi, qui ex gentilibus Chriſtiani facti fuerant, conſpexiſſent, dixerunt, *Crucem* apud litterarum hieroglyphicarum peritos ſignificare vitam futuram.

Steſichorus, Euphorbi vel Euphemi, vel Euclidis, vel Hyetis, vel Heſiodi F. ex Himera, vrbe Siciliae, Himeraeus. Alii Matauria, Italiae ciuitate, ortum tradunt. Alii Pallantio, Arcadiae vrbe, profugum, Catanam migraſſe ibique obiiſſe et ſepultum ante portam, quae ab eo Steſichorea dicta fuerit. Iunior Alcmane, lyrico, natus eſt Olympiade XXXVII. Obiit Olympiade LVI. Fratrem habuit Mamertinum, geometriae peritum, et Helianactem, legislatorem. Fuit autem lyricus, eiusque *poemata*, dorica dialecto ſcripta, ſunt *libris XXVI.* Dicitur ſcripta *vituperatione Helenae* viſum amiſiſſe, deinde in ſomnis monitus, propter *palinodiam* viſum recepiſſe. Quum primum *Tiſias* vocaretur, accepit nomen *Steſichori διὰ τὸ στῆσαι χορόν*, quod primus chorum inſtituerit, cum cantu citharae coniunctum.

Stilpo, Megarenſis, philoſophus, qui fuit ſub Ptolemaeo primo diſcipulus Paſiclis, Thebani, qui audierat fratrem, Cratetem, et Dioclidem, Megarenſem; is vero Euclidem, diſcipulum Platonis. Praefuit megaricae ſcholae, et dialogos ſcripſit non pauciores viginti.

Στοὰ, *porticus*, in qua ſtoici, *Στωϊκοὶ*, qui antea Zenonii, Athenis docebant. Haec adpellabatur antea *πεισιανάκτειος*, deinde a Polygnoti pictura dicta eſt *ποικίλη*. In illa inambulans Zeno, Citieus, diſſerebat. Sub XXX. tyrannis autem mille quadringenti ciues ibi interfecti ſunt.

[¶] Strabo, Amaſenus, philoſophus et geographus. (infra, Strato.)

Strato, comicus mediae comoediae. Ex eius fabulis erat *Φοῖνιξ*.

Strato, Lampſacenus, philoſophus, Theophraſti diſcipulus et ſucceſſor, filius Arceſilai vel Arceſii, cognomine Phyſicus, quod prae ceteris omnibus phyſicae contemplationi deditus eſſet; magiſter Ptolemaei Philadelphi, multos libros ſcripſit.

Strato, Amaſenus, philoſophus, qui vixit ſub Tiberio, Caeſare. Scripſit geographiae libros VII. (Imo Strabo, libros XVII.)

Strattis, Athenienſis, tragicus. Eius fabulae ſunt: *Ἀνθρωπορέστης*, *Ἀταλάντη*, *Ἀγαθοὶ* ſiue *ἀργυρίου ἀφανισμός*, *Ἰφιγέρων*, *Καλλιππίδης*, *Κινησίας*, *Λιμνομέδων*, *Μακεδόνες*, *Μήδεια*, *Τρωΐλος*, *Φοίνισσαι*, *Φιλοκτήτης*, *Χρύσιππος*, *Παυσανίας*, *Ψυχασταί*, vt teſtis Athenaeus in Dipnoſophiſtis.

Studius,

Studius, dynasta, qui celeberrimum illud monasterium (CPoli) condidit. Fuit olim ecclesia Catholicorum, postea mutatum est in monasterium. Idem Studius princeps aedem archangeli, Michaelis, Nacoliae condidit, in quem et versus heroici feruntur:

Στούδιος ἀγλαὸν οἶκον ἐδείματο, καρπαλίμως δὲ
Ὧν κάμεν, εὕρατο μισθὸν, ἑλὼν ὑπατηΐδα ῥάβδον.

Suetonius, (Σευητόνιος) dictus Tranquillus, grammaticus Romanus.

Superianus, sophista, genere Isaurus, Lachiaris discipulus, ὀψιμαθής, qui annos amplius triginta natus demum coepit oratorum libros legere et ad disciplinas liberales animum adiicere, tamen labore improbo et flagris etiam, quibus se ipse in balneis concidit, ea edidicit, quae a pueris magistri exigunt. Itaque in celebri Athenarum vrbe euasit sophista, Lachare gloria non multo inferior. Nam scio, et *Lacharem* sophistam factum diligentia magis, quam ingenio. Eius enim orationes legi, e quibus valde adcuratus mihi, sed ingenio tardiore visus est. Effigies quoque eius referebat virum, ad studia quidem tardiorem, sed vultu pulcro et tali, qui virtutem polliceretur, et dignus erat, qui philosophus potius quam sophista vocaretur. Nam alioqui *Lachares* vir fuit Deo carus, qui visum amissum etiam illius beneficio recepit. (Ex Damascio.)

Sybaritica apophthegmata, apud Epicharmum. Sybariticae fabulae, id est, Aesopicae. Et prouerbium: Sybarita per plateam, in eos, qui superbo gradu incedunt: Sybaritae luxuriosi, praecipue ille Mindyrides etc.

Συγχρωτίζεσθαι, *ad aliquem accedere*, h. e. *familiariter cum aliquo versari.* Zenoni, Citieo, oraculum consulenti, quo pacto beatam [!] vitam degere posset, Deus respondit, εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς, *si familiariter cum mortuis versaretur*, id est, cum scriptis et libris antiquorum.

Symeon, mirabilis ille vir; (qui vulgo dicitur *Stylites.*) De hoc quum Aegypti monachi audiuissent, eum in columna stare, rem insolitam damnantes, (ipse enim primus hoc fecerat,) eum ex coetu suo excluserunt. Postea vero, cognita viri illius vita et animi modestia, rursus eum in coetum suum receperunt. Ad hunc Marcianus, imp. hominis priuati habitu clam venit.

Σὺν δὲ Θεοὶ μάκαρες. Hoc Rhapsodi accinere solebant: vt citharoedi, ἀλλ' ἄναξ χαῖρε. Haec enim epiphonemata apud veteres poetas obuia.

Synesius, Pentapoli Thebaidis, quae in Libya sita est, oriundus, philosophus, episcopus Ptolemaidis, ex ordine sacerdotali. Scripsit libros diuersos et grammaticos et philosophicos, itemque orationes de regno, et orationes panegyricas siue generis demonstratiui. Item encomium caluitiei, et orationem admirabilem de prouidentia, genere dicendi graecanico: aliosque plurimos et diuersos libellos, et praeterea epistolas, quae apud omnes in magno pretio habentur.

Συνταχτήριος Origenes adpellatus fuit, quod multos libros conscripsisset [a]).

Σύρα, Syra [b]) apud Romanos diuina epistola.

Syrianus,

a) Falli Suidam, quum Origenes auctore Epiphanio, Συντάκτης, non Συνταχτήριος vocatus fuisset, monet Küster ad h. l. tom. III. p. 408. *Harl.*

b) Videtur Suidas male scripsisse Σύρα pro Σάκρα, *Sacra.*

Syrianus, Alexandrinus, philosophus, qui Atheniensi scholae et Diatribae praefuit; magister Procli, qui fuit ipsius successor. Scripsit in totum Homerum commentarium libris VII. In remp. Platonis libros IV. In Orphei theologiam libros II. In Proclum εἰς τὰ Πρόκλου περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν, de Diis Homericis; consensum Orphei, Pythagorae et Platonis; de oraculis libros X et alias quasdam enarrationes. Isidorus, philosophus, vt Damascius ait, omnia veterum scripta accuratissime examinare non desinebat; sed post Platonem, Iamblicho et Iamblichi amicis ac comitibus operam maxime dabat: quorum optimum esse adfirmabat ciuem suum Syrianum, Procli magistrum. Neminem vero, quod quidem ad verae scientiae collectionem adtineat, contemnendum esse censebat.

[T] Τάβλα, *tabula*. Nomen lusus, quem Palamedes magna cum sapientia inuenit, vt exercitus Graecorum haberet, quo tempus falleret. In hoc lusu tabula est mundus terrestris. Duodecim κάσοι siue scripta, circulus zodiacus. Fritillus et in eo septem tesserae, septem stellae planetarum; turricula vero, altitudo coeli, ex quo multa bona et mala omnibus rependuntur.

Τὰ δ' ἐκ τρίποδος, *ex tripode dicta*, de rebus verissimis. Cum Aristoclea, quae erat Pythia, rem habuisse frater dicitur, et oracula quae Apollo per eam edidisset, vt vera adnotasse. De Apollonio, Tyaneo, Philostratus: Non erat copiosus in dicendo, neque ironice loquentem quisquam audiuit, neque coram auditoribus se iactantem, sed tanquam *ex tripode*, *noui* aiebat, et videtur mihi.

Τὰ ἐκ Τρίποδος. Apollo vaticinans vtitur *tripode*, propter tria rerum tempora. Homerus ὅς γ' ᾔδει τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα *qui nouit et praesentia, et futura et praeterita*. Apollini tripus aureus cessit, a piscatoribus oblatus primum VII. Sapientibus: sed, quum hi illum repudiarent, datus fuit Apollini, velut sapientissimo, cui dare oraculum iusserat.

Τὰ ἐκ τῶν ἁμαξῶν σκώμματα, *ex plaustris dicteria*. Athenis in festo Choum, qui comessatum ibant, plaustris vecti obuios dicteriis et conuitiis insectabantur. Idem in Lenaeis postea faciebant. Mulieres Atheniensium, plaustro vectae, quum Eleusinem ibant ad magna mysteria, in via se mutuis conuitiis insectabantur. Alexandrini olim animarum lustrationem faciebant. Certis enim diebus homines, curribus vecti, quibus hoc ipsum munus mandatum erat, per totam vrbem ibant, et stantes, vbi vellent, et ad domum subsistentes, vbicumque placuisset, de plaustro loquebantur, non falsa conuitia iactantes, sed vera crimina exprobrantes etc.

Τὰ ἐπὶ κοσκίνου, *ad cribrum dicta*, de illis, qui per cribrum et tripodem aut laurum vaticinantur.

Τὰ Ναννάκου, supra, Nannacus.

Ταντάλου, supra Isaeus.

Τὰ Σαμίων. Supra, Σαμίων.

Tatianus. Hic sub Iuliano, parabate, martyrio obiit, (vna cum Theodulo, vt narrat Suid. in Ἀμάχιος.

Ταυροφάγος, Bacchus, quod illis, qui dithyrambo vicerant, bos praemio daretur. Alii Aristarchum falli dicunt, putantem, taurum illis fuisse praemium. Aristophanes Cratinum

tinum dixit *ταυροφάγον*, vel vt crudiuorum, [¶] vel vt vini amantem, adeoque Bacchum, vel, quod mater Cratini sacris Bacchi *μοσχοφάγε* esset initiata etc.

Taurus, Berytius, philosophus platonicus, qui fuit sub Antonino Pio. Scripsit *de differentia dogmatum Platonis et Aristotelis; de corporibus et incorporeis rebus*, et alia plurima.

Telauges, (genitiuo Τηλαύγες,) Samius, Pythagorae magni filius et discipulus, magister Empedoclis. Scripsit *de tetractу* siue *quaternione libros* IV.

Telegonus primus artem diuinandi inuenit, e. g. si in tecto mustela vel serpens adparuerit, hoc vel illud significat. Supra, in *οἰωνιστική*.

Telephus, Pergamenus, grammaticus, scripsit *quot res grammaticum scire oporteat; de figuris rhetoricis apud Homerum libros II.; de sermonis attici constructione libros V.; de Homerica rhetorica; de Homeri et Platonis consensu; variae eruditionis ποικίλης φιλομαθίας libros II. Tragicorum et comicorum vitas*. Βιβλιακῆς ἐμπειρίας, *de notitia librorum libros III.* in quibus docet, qui libri sint comparatu digni. Item *Homerum solum ex antiquis puro sermone graeco vti; descriptionem Pergami; de Augustali Pergameno libros II.; de dicasteriis Atheniensium; de Atheniensium legibus et moribus; de Pergami regibus libros V. de vsu*, siue de nominibus vestitus et aliarum rerum, quibus vtimur, *ordine alphabetico; de Vlyssis errore; Ocytocion*, siue *collectio epithetorum, eidem rei conuenientium, ad expeditam dictionis copiam parandam, libris X.*

Telesilla, poetria. Huic statua posita est, ad cuius pedes libri iacent, galea vero capiti eius imposita est. Nam quum Lacedaemonii, interfectis iis, qui in templum confugerant, Argiuorum ad vrbem capiendam irent, Telesilla mulieres armauit et hostibus obuiam processit. Quod conspicati Lacedaemonii retro cesserunt, turpe ducentes cum mulieribus pugnare. Sic completum est oraculum etc.

Telestes, comicus, huius dramata Ἀργὼ et Ἀσκληπιός, vt testatur Athenaeus XIV. Dipnosoph.

De Telmessia vulpe rerum Thebanarum scriptores copiose tradiderunt, vt Aristodemus etc. Fabula desumta ex Cyclo epico.

Telmissus, vrbs Lyciae, a Telmisso, filio Apollinis, et vnius filiarum Antenoris, quam prodigiorum interpretem *τερατοσκόπον* fecit, vt auctor Dionysius *ἐν κτίσεσι* siue *Originibus*.

Τέλος. Solon, praesentem Croesi fortunam contemnens, iussit eum totius vitae finem exspectare etc.

[¶] Aristo, Chius, *τέλος, finem*, esse dixit, indifferenter se habere ad ea, quae inter virtutem et vitium media sunt, nec vel minimum in alterutram partem ab hisce moueri; sed in omnibus rebus aequali esse animo. Sapientem enim similem esse *ἀγαθῷ ὑποκριτῇ*, idoneam personam in scena agenti.

Terpander, Arnaeus, aut vero ex Lesbi ciuitate, Antissa, vel Cumanus. Alii ab Hesiodo, ab Homero alii genus eum aiunt duxisse, fuisseque filium Boei, qui filius Phocei, nepos Euryphontis, Homeri pronepos exstiterit. Lyricus ille lyram primus septem chordis instruxit, et *lyricos nomos* primus scripsit, quamvis quidam ad Philammonem hoc referunt.

Tetractys. Pythagorei omnem numerum vocabant quaternionem. Omnis enim numerus completur denario; denarius vero ex quaternis componitur. Magni etiam faciebant quaternarium ob quaternas lunae formas etc.

Tetralogia. Secundum tragicam tetralogiam Plato dialogos edidit. Tragici enim quaternis fabulis certabant, Dionysiis, Lenaeis, Panathenaeis, Chytris, quarum quarta erat satyrica. Dialogi Platonis omnes LVI., in singulis inscriptio duplex, vna a nomine, altera a re. In Tetralogia prima familiam ducit Euthyphron siue de sanctitate, dialogus πειραςικὸς, siue explorandi caussa institutus. Secundus Apologia Socratis, qui est moralis. Tertius Criton, siue de eo, quod est faciendum, itidem moralis. Quartus Phaedon siue de anima, qui et ipse moralis est. De secunda Tetralogia et sequentibus habetur in libro Diogenis Laertii de vitis philosophorum.

Tetrametri carminis inuentor fuit Aristophanes, poeta.

Teucer, Cyzicenus, qui scripsit *de aurifera terra; de Byzantio; Mithridaticarum rerum libros V. de Tyro libros V. de rebus Arabicis libros V. iudaicam historiam libris VI. adolescentum Cyzicenorum exercitationem libris III.* et alia.

Thales, Examii et Cleobulinae F. Milesius, vel, vt Herodoto videtur, Phoenix, natus ante Croesum Olymp. XXXV. secundum Phlegontem vero iam claruit Olympiade VII. Versibus hexametris scripsit *de meteoris, de aequinoctio* et alia multa. Obiit senex, a turba elisus et aestu resolutus, quum gymnicum certamen spectaret. Primus sapiens adpellatus est, et primus animum dixit immortalem, et eclipses et aequinoctia deprehendit. Apophthegmata eius sunt plurima, vt celebratum [?] illud: *nosce teipsum.* Nam illud: *sponde, et praesto est noxa*, Chilonis est potius, qui illud sibi vindicauit, itemque illud, *Ne quid nimis.* Thales, philosophus physicus, eclipsin praedixit sub Dario (Medo siue Astyage. v. Kusteri not. 2. tom. II. pag. 163.) Aristophanes Thaletem vocat ἄνθρωπον ἄκρον τὴν ἀςρονομίαν. Θάλης habet Θάλητος, at Θαλῆς, Θαλοῦ. Dicitur et Θαλέας vt Ἑρμέας.

Thaletas [c]), Cretensis aut Illyrius, lyricus, antiquior Homero, scripsit carmina.

Thaletas, Cnossius rhapsodus, scripsit poemata quaedam mythica.

Thamyris, vel Thamyras, Thrax, ex Hedonis, vrbe Brincorum, Philammonis et Arsinoës F. epicus ante Homerum octauus, secundum alios quintus. Alii Odrysium fuisse dicunt. Hic Thamyris, quod Musas contumelia adfecisset, ab illis excaecatus est. Exstat [d]) eius *Theologia* versibus fere ter mille hexametris comprehensa. Primus puerum adamauit Hymenaeum, Calliopes et Magnetis F. Alii Rhadamanthum aiunt adamatum a Tallone, Cretensi, vel Chrysippum, Pelopis F. a Laio. Alii Italos primos hoc ob militiae necessitatem inuenisse. Sed primus Iupiter Ganymedem adamauit. Prouerbium: *Thamyris insanit*, de iis, qui industria et certo consilio quaedam stulte facere videntur, in Ἄμυρις.

Theaetetus, Atheniensis, astrologus, philosophus, discipulus Socratis, docuit Heracleae. Primus scripsit de quinque corporibus solidis [e]) τὰ πέντε καλέμενα ςερεὰ, vixitque post bellum Peloponnesiacum.

Theaetetus, ex Heraclea Pontica, auditor Platonis.

Theagenes,

c) Quod *Strabo* lib. X. pag. 482. antiquissimum illum lyricum vocat Θάλης, hoc nomen etiam Suidae hic restituendum putat Kuster l. supra citato. *Harl.*

d) Vix de Suidae temporibus hoc verum fuit.

e) Illa sunt pyramis, cubus, octaëdron, dodecaëdron, icosaëdron.

Theagenes, Archon athenienſis, multum pecuniae in doctores et medicos, et alia patriae commoda impendit Eum Marinus, dignam philoſopho grauitatem retinens, obſervabat, colebat, et palam praeſtolabatur et domum deducebat et convenientem honorem ei habebat, qualis viro principi vrbis et fortaſſe totius reip. romanae debebatur, erat enim vnus ex romanis patribus et ſenatus Palatini primus etc.

Theagenis et Aeſchinis opes: de pauperibus, qui ſe diuites iactant. Sunt et alii duo Theagenes, vnus, qui de Homero ſcripſit, et alter, qui propter mollitiem vitae deridebatur. Vocatus eſt καπνὸς fumus, quia, quum multa polliceretur, nihil praeſtabat. Idem timidus, et Hecates ſimulacrum habebat, quod conſulebat, quocunque iret. Inde prouerbium: *Theagenis Hecataeum.* De Aeſchine ſupra in Σεσελλίσθαι.

Theano, Metapontina, vel Thuria, Pythagorea, filia Leophronis, vxor [⁋] Caryſti, vel Crotonis, vel Brontini, pythagorei. Scripſit *de Pythagora; de virtute* ad Hippodamum, Thurium; *admonitiones muliebres* et *apophthegmata Pythagoreorum.*

Theano, Cretenſis, philoſopha, filia Pythonactis et vxor magni Pythagorae, ex quo ſuſcepit Telaugen et Mneſarchum, et Myiam et Arignotem. Quidam aiunt, fuiſſe vxorem Brontini, et Crotone oriundam. Scripſit *commentarios philoſophicos* et *apophthegmata*, et *poema* quoddam *epicum.*

Θεμιςεύειν, oracula edere, quod Themis olim ante Apollinem oracula conſulentibus reddiderit. De Apollonio (Philoſtratus lib. I. cap. 13. pag. 23.) καὶ τὰ λεγόμενα ἤχω, ὡς ἀπὸ σκήπτρε θεμιςευόμενα.

Themiſtius, philoſophus, qui vixit temporibus Iuliani, apoſtatae, a quo conſtitutus eſt praefectus CPolis. Scripſit *Ariſtotelis naturalis auſcultationis paraphraſin libris VIII. paraphraſin analyticorum libris II. apodicticorum libris II. de anima libris VII.* in hoc opere ſingularia quaedam profert de ſcopo et inſcriptione: *paraphraſin Categoriarum, libro vno.* Item *diſſertationes.*

Themiſtocles etc. ſcripſit epiſtolas, generoſum et excelſum animum vbique ſpirantes.

Themiſtogenes, Syracuſanus, hiſtoricus, ſcripſit *Cyri expeditionem*, *quae* inter Xenophontis opera exſtat, et alia quaedam de patria ſua. v. Küſteri longam notam 7. de illa quaeſtione, num Themiſtogenes, an Xenophon ſcripſerit illam *expeditionem*, in tom. II. pag. 171. adde ſupra, vol. III. pag. 7.)

Theocrines, ſycophanta, quem perſtringit Demoſthenes pro Cteſiphonte.

Theocritus Chius, orator, diſcipulus Metrodori Iſocratici. Scripſit *chrias* idemque factione in rep. cum Theopompo, hiſtorico, certauit. Fertur et eius *hiſtoria Libyca*, et *epiſtolae* admirabiles.

Theocritus alter, Praxagorae et Philinnae F. vel, vt alii, Simmichi, Syracuſanus. Alii Coum aiunt et deinde Syracuſas migraſſe. Scripſit *carmina bucolica*, dorica dialecto. Quidam etiam ipſi tribuunt *Proetidas*, *Elpidas*, *hymnos*, *heroinas*, *carmina epicedia*, *elegias*, *iambos* et *epigrammata.* Sciendum eſt, fuiſſe carminum bucolicorum poetas, hunc Theocritum, Moſchum Siculum, et Bionem Smyrnaeum, ex quodam oppidulo, quod Phloſſa vocabatur, oriundum.

Theodectes, Ariſtandri F. Phaſelites, orator, ſed qui ad ſcribendas tragoedias ſe contulit, diſcipulus Platonis, Iſocratis et Ariſtotelis. Hic et Erythraeus Naucrates et Iſocrates Apolloniates, orator, et Theopompus Olymp. CIII. funebres orationes in Mauſoli lau-

dem habuerunt, Artemisiae, vxoris, hortatu. Atque ea, quam docuit, tragoedia magno cum adplausu victoriam ei peperit. Alii dicunt, Theopompum primas tulisse, Dramata docuit quinquaginta. Mortuus est [¶] Athenis aetatis anno XLI. patre ipsius adhuc superstite. Scripsit etiam *artem rhetoricam* versibus, et alia quaedam oratione soluta.

Theodectes, superioris filius, orator, scripsit *encomium Alexandri, Epirotae; historicos commentarios; instituta barbarica; artem oratoriam libris VII.* et alios quosdam commentarios.

Theodericus, Afer, (rex Gothorum et Italorum,) diaconum habebat orthodoxum, quem valde diligebat et fouebat. Hic existimans, se Theodorico gratificaturum, ab homousia fide deficiens, Arii sententiam sequi coepit. Theodericus autem, hoc cognito, hominem tam carum statim capite plectendum curauit, dicens: *Si Deo fidem non seruasti, quomodo sacram conscientiam erga hominem seruabis?*

Theodoritus, nomen proprium. Θεοδώρητος, donum Dei.

Theodorus, Byzantinus, sophista, qui a Platone λογοδαίδαλος est vocatus; scripsit *contra Thrasybulum, contra Andocidem* et alia quaedam.

Theodorus, atheus cognomento, qui Zenonem, Citieum, Brysonem et Pyrrhonem, ephecticum, audiuit, et omnia indifferentia esse statuens sectam *Theodoream* condidit. Hic multa scripsit, ad sectam ipsius spectantia, et alia quaedam. Idem ad Hipparchiam, Cratetis vxorem, dixit (ex Euripidis Bacchis,) haec est ἡ τὰς πρὸς ἱστοὺς ἐκλιποῦσα κερκίδας, *quae radiis apud telas relictis pallium gestat.*

Theodorus, Gadarenus, sophista, seruili natus genere, magister Tiberii, Caesaris. Deinde de professione sophistica Romae cum Polemone et Antipatro certauit. Sub Hadriano, imp. filium eius senatorem fieri contigit. Scripsit *libros III. de iis, quae in vocibus quaeruntur; de historia librum vnum; de thesi, vnum; de dialectorum similitudine et demonstratione libros II. de republica, duos; de Coelesyria, vnum; de facultate oratoria vnum*, et alia.

Theodorus, poeta, qui versibus varia scripsit, et in Cleopatram carmen.

Theodorus, Lector magnae ecclesiae CPol. Scripsit *historiam ecclesiasticam* a Constantini temporibus, vsque ad Iustiniani imperium.

Theodorus, qui post Apollinarem Laodiceae in Syria (episcopum) exstitit et Mopsuestiae in Cilicia episcopatum adeptus est. Hic Apollinari ex diametro contrarius etc.

Theodosius, philosophus, scripsit *sphaerica libris III. commentarium in Theudae capita; de diebus et noctibus libros II. commentarium in Archimedis ἐφόδιον; descriptiones aedium libris III. sceptica capita; astrologica; de habitationibus.* Versibus *de vere* scripsit, et alia diuersa. Erat autem Tripolitanus.

S. Theodosius, coenobiarcha, vixit sub Anastasio Dicoro, haeretico.

[¶] Theodulus, sub Iuliano, apostata, martyr (cum Tatiano et Macedonio, vt dixit Suidas in Ἀμάχιος.)

Theogiton Demostheni, quem Dinarchus et alii Theogenem adpellant.

Theognetus, comicus, ex cuius fabulis sunt Φάσμα siue Φιλάργυρος, Φιλοδέσποτος, Κένταυρος, vt Athenaeus in Dipnosophist.

Theognis,

Theognis, Megarensis ex Megaris, Siciliae ciuitate, natus Olympiade LIX. Scripsit elegiam in Syracusanos, in obsidione seruatos: sententias versibus elegiacis ad versuum MMDCCC. ad Cyrnum, amasium suum, gnomologiam elegiacam: praecepta moralia; eaque omnia versibus scripta. His tamen turpia quaedam et puerorum amores et alia, quae virtutis amantes auersantur, immixta sunt.

Theognis, poeta tragicus valde frigidus, ideo dictus *nix*, vnus e XXX. tyrannis.

Theon, Alexandrinus, philosophus stoicus, qui sub Augusto post Arium vixit. Scripsit *commentarium in Apollodori introductionem physiologicam*, itemque *artis rhetoricae libros III.*

Theo, Smyrnaeus, philosophus.

Theon, ex Antiochia, quae sita est in Daphne, philosophus stoicus, scripsit apologiam Socratis.

Theon, e museo (n. Alexandrino,) Aegyptius philosophus, eodem tempore vixit, quo Pappus, philosophus, qui et ipse Alexandrinus fuit, sub Theodosio maiore. Scripsit *mathematica*, *arithmetica*, *de auspiciis et voce coruorum; de ortu caniculae; de Nili ascensu; in Ptolemaei expeditum canonem*, et *commentarium in paruum astrolabium* [f]).

Aelius Theon, Alexandrinus, sophista, scripsit *artem rhetoricam; progymnasmata; commentarium in Xenophontem, Isocratem et Demosthenem; argumenta rhetorica, quaestiones de structura orationis* et alia plura [g]).

Valerius Theon, sophista, scripsit *commentarium in Andocidem.*

Theon, Gymnasii, sophistae, F. Sidonius sophista, in patria docuit, et sub imp. Constantino consul et praefectus fuit.

Theon, sophista rhetor, (σοφιστὴς λόγων ῥητορικῶν,) a S. Marcella, si originem longius repetas, si proximam et genus paternum, ab Ecdicio, magistro, oriundus. Scripsit *artem rhetoricam* homo non ille [❡] quidem admodum ingeniosus et acutus, sed discendi cupidus et laboris supra modum amans. Quamobrem breui temporis spatio maximam eruditionem sibi comparauit, et tam antiquarum rerum quam recentium scientiam animo complexus est. (e Damascio.)

Theophilus, comicus. Ex eius fabulis sunt ἰατρὸς, Ἐπίδαυρος, παγκράτεια, (Athenaeo Παγκρατιαστής,) Βοιωτία, Προιτίδες, Νεοπτόλεμος.

Theophilus, imp., Michaelis, Amorraei, F. Michaelis, pater, Copronymi haeresin (n. iconomachiam) amplexus, ipsoque nulla in re melior. Quum igitur eadem amentia, quae Manichaeum et Arium olim, animum eius inuasisset, persequutionem et ipse contra ecclesiam coepit instituere, alter Nectanebo, adiutorem nactus Ioannem, patriarcham, vel potius Mantiarcham, aut Daemoniarcham, nouum reuera Apollonium aut Balaam nostri temporis, lecanomantem. Ab hoc etiam litteras edoctus, homo varius et sceleratus etc.

Theophilus. Hic ex India reuersus Antiochiae vixit, et ecclesiam quidem nullam adsignatam habuit; sed quasi communis quidam fuit (doctor et episcopus,) quem imperator omni

f) Videtur legendum εἰς τὸν μικρὸν Ἀστρολόγον ὑπόμνημα, non εἰς τὸν μικρὸν Ἀστρολάβον. De secretem scriptis, quae in paruo Alexandrinorum Astrologo comprehendebantur, dixi libro III. cap. 5. § 12. seq. (ed. vet. sed cap. 18. tom. IV. p. 16. sq. ed. nou.)

g) Huic Theoni putat Küster in nota 5. ad h. l. (vol. II. p. 182.) adtribuenda esse scholia in Arati phaenomena et diosemeia, quae hodie exstant; eumdemque esse existimat, quem inter vett. enarratores Apollonii Rhodii recenset schol. Aristoph. ad Nubes. Quae de singulis iam suis locis adnotata sunt, hic repetere nolumus. *Harl.*

omni honore et obſeruantia coleret. Erat ille quaedam quaſi Apoſtolorum imago, quem Thalaſſius, non exiguo tempore cum illo verſatus, et in huiusmodi rebus mendacii minime ſuſpectus, ait, Iudaeam quandam foeminam mortuam ad vitam reuocaſſe.

Theophraſtus, Melanti, fullonis, vel Leonis F. Ereſſius, auditor Ariſtotelis, et ſucceſſor ſcholae peripateticae, ab eo, Chalcidem migrante, relictae. Hic ante vocatus eſt Tyrtamus; ſed ob diuinam eloquentiam ab Ariſtotele Euphraſtus dictus eſt, et poſtea Theophraſtus, ſicut Plato διὰ τὸ ἐν τοῖς λόγοις πλάτος propter amplam dicendi copiam Plato fuit vocatus, quum antea Ariſtocles vocaretur. Diſcipulos habuit plures, quam bis mille: amaſius eius fuit Nicomachus, Ariſtotelis F. A Caſſandro, Antipatri F. in honore habitus eſt. Deceſſit adſidua ſcriptione fatigatus, quum ob diſcipuli nuptias ad paucos dies animum relaxaſſet. Scripta eius ſunt plurima, in his *analyticorum priorum III. poſteriorum VII. analyſis ſyllogiſmorum; analyticorum epitome.* Ἀνηγμένων τόπων ſiue *loci reducti; de lapidibus; de plantis; de metallis; de odoribus; characteres* et alia.

Δὴ γὰρ καὶ Θεόφραστος, ἕως ἐπόνει μὲν, ἄπηρος
Ἦν δέμας, εἶτ' ἀνεθεὶς κάτθανε πηρομελής.

Integer ecce valet Theophraſtus, dum labor vrget,
Laxatus ſtudio ſoluitur et moritur.

Theophylactus, ſophiſta, cui cognomen erat Simocatta.

Theopompus, Chius, orator, Damaſiſtrati F. vixit tempore interregni Athenienſium, Olympiade XCIII. quando et Ephorus, Iſocratis auditor, floruit. Scripſit pariter ac Ephorus epitomen *hiſtoriarum Herodoti libros II. Philippica libris LXXII. hiſtorias graecas*, quae *libris XI.* conſtant, et inde narrationem ordiuntur, vbi Thucydides et Xenophon deſinunt, et complectuntur ea, quae geſta ſunt poſt bellum Peloponneſiacum, et cetera. Scripſit et alia plurima.

Theopompus, Theodectis ſiue Theodori filius, Athenienſis, comicus, edidit fabulas XXII. fuitque antiquae comoediae poeta ſecundum Ariſtophanem, ſcripſitque plures alias fabulas. etc.

Θεώρημα. Arceſilaus, philoſophus, erat natura tardus et oſcitans, ἐν δὲ τῇ τέχνῃ τεθεωρημένος, ſed artis tamen probe peritus. Hic dixit hianti ſibi geometriam in os inuolaſſe. *Fabr.* Enimuero, (Pearſonio et Küſtero ad h. l. tom. II. pag. 183. not. 5. animaduertentibus,) compilator Arceſilao ea tribuit, quae apud *Laertium* libr. IV. nr. 32. vnde hic locus excerptus eſt, ab Arceſilao, de *Hipponico*, geometra, dicuntur. *Harles.*

Theoris, fatidica, ob impietatis crimen multata morte. Demoſthenes contra Ariſtogitonem.

Θεωροὶ, qui ad oraculum mittebantur: et omnes rerum diuinarum cuſtodes et curatores: ὤρη enim *curam* ſignificat.

Θεός. Philo, quum verba Θεὸς Κύριος interpretaretur, ſummae trinitatis notionem habuit. Graeci ſtatuunt, Deum eſſe animal immortale, ratione praeditum, perfectum, intelligens, beatum, in quod malum non cadit, curam gerens mundi et eorum, quae in mundo ſunt, non tamen humana forma praeditum; opificem huius vniuerſi et tamquam patrem omnium: partemque eius per omnia penetrantem variis nominibus pro diuerſis facultatibus adpellari.

Θεὸς,

Θεὸς, ἡ ἀναίδεια. Colebatur Athenis *Impudentia*, eique templum erat, vt tradit Ifter libro XIV.

Theramenes, Athenienfis, orator, Prodici, Ceii, difcipulus, cognominatus *cothurnus*. Scripfit *declamationes rhetoricas*, et alia quaedam.

Therapeutae. Philo in libro de vita contemplatiua fcripfit de afcetis Hebraeorum etc.

Thefeus, hiftoricus, fcripfit *virorum illuftrium vitas libris V. Corinthiacorum libros III.* in quo opere de Ifthmicorum ludorum inftitutione agit.

Θέσις, fecundum Ariftotelem eft paradoxa opinio alicuius viri, in philofophia clari, fiue problema. Veluti, vtrum omnia continuo fluant, et femper gignantur, et nihil umquam fit, fecundum Heraclitum: vel, vtrum id, quod eft vnum, fit et immobile, vt Parmenidi videtur: vel, vtrum motus fit, an non, vt Zenoni vifum; vel, vtrum fanitas bonum fit, an non, vt placet Chryfippo: et vtrum contradicere liceat, an non, vt Antifthteni probatur. Opponitur id, quod θέσει eft et quod [✝] φύσει fiue natura. Etiam rhetorica problemata quidam thefes vocant; Ariftoteles hypothefes.

Thefmothetae, magiftratus Athenis, viri fex, ex nouem archontibus. Hos leges quotannis correxiffe, docet Aefchines contra Ctefiphontem.

Thefpis, ex Icario, Atticae populo, tragicus, decimus fextus ab Epigene Sicyonio, primo tragico: alii fecundum ab eo faciunt, alii primum tragicum fuiffe adfirmant. Hic primum ceruffa facie illita tragoedias egit, deinde faciem andrachna in docendis fabulis texit; poftea laruarum lintearum vfum introduxit. Docuit fabulas Olympiade LXI. et inter tragoedias eius commemorantur ἆθλα Πελίου ἢ Φορβὰς, Ἱερεὺς, ἠΐθεοι, Πενθεύς.

Thefpis, citharoedus, de quo Ariftoph.

Thucydides, Olori F. Athenienfis, filium habuit Timotheum. Maternum genus a Miltiade duce, paternum ab Oloro, Thracum rege, duxit, Antiphontis difcipulus, clarus circa Olympiadem LXXXVII. Scripfit *Peloponnefiorum et Athenienfium bellum.* Hic puer adhuc Herodotum, Olympiae hiftorias fuas recitantem, quum audiuiffet, quafi numinis alicuius inftinctu lacrimari coepit. Herodotus igitur patri gratulatus eft de filii indole. (Supra in ὀργῶσαν), nec eum iudicium fuum fefellit. Hic Thucydides artium praecepta probe callebat, et elegantia orationis, accurata rerum notitia, artibus imperatoriis confiliisque excellebat, et in argumentis panegyricis. Solet a genere foeminino ad neutrum tranfire, vt: Τρέποντες εἰς Μακεδονίαν ἐφ' ὅπερ, (pro ἐφ' ἥνπερ)

Thuriomantes. Athenienfes ad vrbem, Thurium, condendam decem viros miferunt, inter quos fuit *Lampon*, vates, qui vrbis condendae rationem et modum alios doceret.

Θυΐνα, ex thyino ligno confecta. Sub Zenone, imp. in Cypro inuentae funt reliquiae Barnabae, apoftoli, qui Paulo fuit peregrinationis comes. Huius Barnabae pectori impofitum erat euangelium fecundum Matthaeum, thyina habens folia. (conf. Küfteri not. 2. tom. II. pag. 210.)

Tiberius, Octauii filius, Romanorum imp. homo crudelis, verfutus etc. (Attamen litteras amabat. v. *Sigism. Iufti Ehrhardti* commentat. de Claudii Tiberii Neronis in litterarum ftudia meritis. Coburgi 1753. 8.)

Θυρεπανοί-

Θυρεπανοίκτης. Supra, Crates, Thebanus.

Tiberius, philosophus et sophista, scripsit *de formis orationis libros III. de commutatione; de historia; de dispositione et compositione orationis; de ciuilis orationis mutatione; de demonstratiuis orationibus; de praefationibus et prooemiis; de argumentis; de Demosthene et Xenophonte; de Herodoto et Thucydide.*

Θυμελικοί. Histriones scenici.

Timachidas, Rhodius, *coenas* siue δείπνων ἀναγραφὰς scripsit carmine heroico [ꟼ] *libris XI.* Et Numenius ὀψαρτυτικῶν siue *de ratione cibos condiendi libros* composuit, et Mastreas, (Μητρέας apud Athenaeum I. pag. 5.) Pitanaeus, et Hegemon, Thasius, cognomine φακὴ siue *Lens*, et Artemidorus, pseudo-Aristophanius, qui *culinaria vocabula* collegit, et Philoxenus, Claudii F. (apud Athenaeum Λευκάδιος) a quo etiam Philoxeniae placentae nomen habent.

Timaeus, historicus, Ephorum vehementer insectatus est, duobus ipse peccatis obnoxius, tum, quod alios acerbe criminetur ob ea, quibus ipse constringitur, tum quod animo corrupto fuerit et improbas sententias libris suis inseruerit. Quod si Callisthenes merito poenas pendit, quod Alexandrum in Deorum numerum referre voluit, quid meruit Timaeus qui Timoleontem μείζω ποιεῖ τῶν ἐπιφανεςάτων Θεῶν supra splendidissimos Deos extollit? etc. Scripsit *de Syria eiusque vrbibus, et regibus libros III.*

Timaeus, Locrus, philosophus pythagoreus. Scripsit *mathematica*; *de Natura; de Pythagorae vita.*

Timaeus, Andromachi F. Tauromenites, Philisci, Milesii, discipulus, multus in aliis reprehendendis, vnde dictus est ἐπιτίμαιος, etiam γραοσυλλέκτρια, quod quaeuis sine delectu in scripta referret. Scripsit *Italica et Sicula libris VIII. Graeca et Sicula; collectionem argumentorum rhetoricorum, libros LXVIII. Olympionicas* siue χρονικὰ πραξίδια *acta chronica.* Hic Timaeus, qui anteriorum historiae scriptorum errores acerbissime castigauit, fuit quidem in ceteris historiae partibus studiosissimus veri, sed in quinque libris postremis, quibus res Agathoclis complexus est, tyrannum illum, a quo in exsilium pulsus fuerat, omnibus conuiciis onerat, hominemque ignauissimum fuisse adfirmat, illum Syracusanorum victorem, quorum tamen fortitudinem omnibus effert paginis etc.

Timagenes, regii argentarii F. Alexandrinus, rhetor; vel, vt quidam, Aegyptius, qui sub Pompeio Magno Romam a Gabinio captiuus ductus, et a Fausto, Syllae F. redemtus Romae eloquentiam docuit, cum sub ipso Pompeio, tum post ipsum sub Caesare Augusto et postea, eodem, quo Caecilius, tempore. Quum autem ob dicendi libertatem schola excidisset, in praedio Tusculano vitam transegit. Obiit Dabani post coenam, quum vellet vomere, σφηνωθεὶς, cibo exitum non inueniente suffocatus. Multos libros scripsit.

Timagenes, historicus, *totius maris periplum* scripsit *libris V.*

[ꟼ] Timagenes, siue Timogenes, Milesius, historicus et rhetor, scripsit *de Heraclea Pontica et claris eius vrbis viris libros quinque.* Item *Epistolas.*

Timarchus, Arizeli F. prodigus et cinaedus, quem Aeschines reum peregit etc.

Timasion, adolescens Aegyptius, quem Apollonius, Tyaneus, quum moneret, vt secum philosopharetur, O Dii, inquit, qualem me dicam? nam malus quidem non sum, bonum

bonum vero utrum me existimari oporteat nescio etc. (ex Philostrato lib. VI. de vita Apoll. cap. 2.

Timesitheus, tragicus, eius dramata sunt, Δαναΐδες β', Ἕκτορος λύτρα, Ἡρακλῆς, Ἰξίων, Καπανεύς, Μέμνων, Μνηστῆρες, Ζηνὸς γοναί, Ἑλένης ἀπαίτησις, Ὀρέστης, Πυλάδης, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης.

Timocles, Atheniensis, comicus. Ex eius fabulis sunt: Δημοσάτυροι, Κένταυρος, Καύνιοι, Ἐπιστολαί, Ἐπιχαιρέκακος, Φιλοδικαστής, Πύκτης. Memorat Athenaeus in libris Dipnosophistarum.

Timocles alter, et ipse comicus, ex cuius fabulis, vt testis idem Athenaeus, sunt Διονυσιάζουσαι, Πολυπράγμων, Ἰκάριοι, Δῆλος, Λήθη, Διόνυσος, Κονίσαλος, Πορφύρα, (quae aliis Xenarchi esse videtur,) Ἥρωες, Δρακόντιον, Νέαιρα, (meretricis hoc nomen,) Ὀρέστης, Μαραθώνιοι. Sunt et aliae quaedam. [Sed *Meursius* in bibl. attica et Suidas ad h. l. vol. III. pag. 475. censent, Suidam male hunc posteriorem Timoclem fecisse diuersum a priore, quum idem sit comicus.]

Timocreon, Rhodius, comicus et ipse veteris comoediae. Huic inimicitiae intercesserunt cum Simonide Melico et Themistocle Atheniensi, in quem etiam carmine (δι' ἐμμελοῦς τινος ποιήματος) vituperationem contexuit. Scripsit vero comoediam in Themistoclem et Simonidem, aliaque.

Timolaus, Larissaeus, Macedo, rhetor, Anaximenis Lampsaceni discipulus, qui quum ingenio poetico esset praeditus, singulis Iliadis versibus singulos versus interseruit, et id opus Τρωϊκὸν inscripsit, hoc modo:

> Μῆνιν ἄειδε Θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
> Ἣν ἔθετο Χρύσῃ κεχολωμένος εἵνεκα κούρης,
> Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
> Μαρναμένοις, ὅτε Τρωσὶν ἄτερ πολέμιζον ἄνακτος,
> Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν,
> Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί.

Scripsit et alia quaedam.

Timon, misanthropus, philosophus, qui sectam omnem auersabatur, vt inuisus omnibus (ab Aristophane in Lysistrata) perstringitur. Hunc Neanthes ait, quum de pyro syluestri cecidisset, claudum factum esse: quumque medicum nollet admittere, putredine consumtum fuisse. [¶] Post mortem autem eius, sepulcrum, in quo conditus erat, iuxta viam fluctibus marinis a reliqua terrae parte diuisum et inaccessum factum esse.

Timon, Phliasius, et ipse philosophus, qui scripsit *Sillos*, hoc est vituperationes philosophorum, *libris III.*

Timotheus, Atheniensis, comicus mediae comoediae. Ex eius fabulis sunt: πύκτης, παρακαταθήκη, μεταβαλλόμενος ἢ μεταφερόμενος. Est etiam Κυνάριον Timothei comoedia, teste Athenaeo in Dipnosophistis, (lib. VI. p. 243.)

Timotheus, Thersandri, vel Neomysi, vel Philopolidis F. lyricus, qui decimam et vndecimam chordam (lyrae) addidit, et antiquam musicam ad molliorem modum traduxit. Fuit autem temporibus Euripidis, tragici, quibus et Philippus Macedo regnabat

bat. Obiit aetatis anno XCVII. Scripſit verſibus nomos muſicos XIX. prooemia XXXVI. Dianam, Diaſceuas VIII. Encomium: Perſas ſiue Nauplium; Phinidas; Laertem; dithyrambos XVIII. hymnos XXI. et alia quaedam. Alexander muſicorum audiendorum, ſi quisquam alius, cupidus fuit. Timotheum enim, tibicinem, aiunt, quum aliquando Mineruae ὄρθιον νόμον tibia caneret, Alexandrum adeo commouiſſe, vt inter audiendum ad arma proſiliret; Timotheum autem dixiſſe, talia eſſe debere carmina regia. Hic tunc, miſſis celeriter nunciis, erat ab Alexandro arceſſitus. (conf. Küſteri not. tom. III. pag. 474 ſqq.)

Timotheus, Gazaeus, grammaticus, temporibus Anaſtaſii, imp. in quem etiam tragoediam fecit de vectigali publico, quod chryſargyrum adpellabatur. Scripſit etiam verſibus de animalibus quadrupedis et feris, quae ſunt apud Indos, Arabes et Aegyptios, quasque Africa alit: itemque de auibus peregrinis et de ſerpentibus libros IV.

Τιθύμαλλος. Conſueuerunt medici oſtentationis gratia patrias herbarum nominare, v. g. laſer Cyrenaicum, tithymallus Laconicus etc.

Τίτλος. Titulus a capite differt. Nam Matthaeus habet titulos LXVIII. capita CCCLV. Marcus titulos XLVIII. capita CCXXXVI. Lucas titulos LXXXIII. capita CCCXLVIII. Ioannes titulos XVIII. capita CCXXXII. Et τιτλάριον, titularium, pugillares, tabella.

Titus, Romanorum imp. Veſpaſiani F. vir omni virtutis genere ornatus, vt ab omnibus ἔρως καὶ τρυφὴ *amor et deliciae generis humani* vocaretur. Nam et eloquentiſſimus erat, et bellicoſiſſimus, et moderatiſſimus. Et latina lingua quidem in adminiſtrandis publicis negotiis vſus eſt, poemata vero et tragoedias graece compoſuit. Expugnatis autem Hieroſolymis coronas, a legatis finitimarum Palaeſtinae gentium miſſas, repudiauit, [⁋] profeſſus, non ſe ea feciſſe, ſed Deo, Iudaeis infenſo, manus commodauiſſe etc.

Τὸ Δίωνος γρύ. *Dion*, *Alexandrinus*, philoſophus celebris, quum a quibusdam aduerſariis fratris ſui, Topſii, luctatoris, maledictis proſcinderetur, nihil reſpondit, atque in aedes ſuas reverſus nihil iracundiae prae ſe ferens adoleſcenti (Topſio) ne γρὺ quidem dixit. Γρὺ, ſordes vnguium.

Τὸ Ἡσιόδειον γῆρας, *Heſiodea ſenectus*, de iis qui prouectae admodum ſunt ſenectutis. Pindari epigramma:

Χαῖρε δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας,
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Salue bis iuuenis, ſalue bis nacte ſepulchrum,
Menſura humani o Heſiode ingenii.

Τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις. Hippocratis, (non, medici,) filios perſtringunt comici, vt indoctos et ſpurcis moribus. Eorum nomina: Teleſippus, Demophon, Pericles.

Τὸν Κολοφῶνα ἐπέθες. *Colophonem adde.* Duodecim ciuitates Ioniae in concilium, quod Panionium dicebatur, de communibus negotiis deliberaturae, conuenire ſolebant. Quod ſi igitur ſuffragia eſſent paria, Colophonii calculum imparem addebant, qui ceteros vincebat. etc.

Τῶν εἰς τὴν φαρέτραν. Aiunt, Scythas, cubitum ituros, in promtu habere pharetram, atque ſi diem illum absque moleſtiis transegerint, calculum album in pharetram conicere:

iicere: ſi ſecus, nigrum. Quum igitur aliquis moreretur, prolatis pharetris, calculos numerabant, et pluribus albis repertis felicem praedicabant defunctum. Hinc dies albus pro felici.

Τόπος. Ariſtotelis Topica inſcribitur opus, quod *loci* in illis traduntur, quibus inſtructi de qualibet re propoſita probabiliter argumentari poſſumus. Quidam cenſent librum primum non, Topicum, ſed πρὸ τῶν τόπων, *ante locos*, inſcribendum eſſe etc.

Tragiamborum primus inuentor Apollodorus, Aſclepiadis F. grammaticus. (Supra, Apollodorus.)

Traianus, patricius. Hic ſub Iuſtiniano, rhinotmeto, floruit, Chronicumque breue ac praeſtantiſſimum σύντομον πάνυ θαυμάσιον ſcripſit. Erat idem chriſtianiſſimus et maxime orthodoxus.

Suetonius, Tranquillus, grammaticus romanus, ſcripſit *de Graecorum ludis librum I. de Romanorum ſpectaculis et ludis libros II. de anno romano librum I. de notis, quarum vſus eſt in libris*, περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων *librum I. de Ciceronis rep. librum I.* in quo contradicit Didymo; *de nominibus propriis et formis veſtium et calceorum et reliquorum, quibus quis veſtitur.* Περὶ δυσφήμων λέξεων *de verbis mali ominis*, ſiue de maledictis, et vnde horum quodque. *De Roma eiusque inſtitutis et moribus libros II.* Συγγενικὸν Καισάρων *familiam Caeſarum*, quod opus continet [¶] eorum vitas et ſucceſſiones a Iulio vsque ad Domitianum *libris VIII. Stemma illuſtrium virorum Romanorum.*

Τρία Στησιχόρου, *tria Steſichori*, id eſt Srrophen, Antiſtrophen, Epodon. Tota enim Steſichori poeſis eſt epodica. Et hominem prorſus imperitum perſtringere volentes eum ne *tria* quidem *Steſichori* noſſe dicebant.

Tribonianus, Macedoniani F. ex cauſſidicis praefectorum praetorio, gentilis et impius, a Chriſtianorum fide prorſus alienus, idemque adulator et impoſtor, qui Iuſtiniano, cuius erat quaeſtor, conabatur perſuadere, eum non moriturum, ſed viuum in coelum translatum iri. Ingenii acie valebat et apicem eruditionis adtigerat, ita, vt nullum aetatis ſuae mortalium hac laude ſuperiorem haberet. Sed legum nundinationi erat deditus, et inexplebili auaritia, quam ſplendore ſummae eruditionis obſcurabat.

Tribonianus, Sidetes, ex cauſſidicis praefectorum praetorio, et ipſe vir multifariae eruditionis. Scripſit verſibus *commentarium in Ptolemaei Canonem: concentum mundani et harmonici diathematis:* εἰς τὸν πολιτεύοντα καὶ διέποντα, *in gubernantem et adminiſtrantem: in planetarum domicilia* et cur ſingulis domicilium hoc vel illud adtributum ſit; *de XXIV. pedibus metricis rhythmicis: metaphraſin Homerici nauium catalogi; dialogum Macedonium* ſiue *de felicitate; vitam Theodoti, philoſophi, libris III. orationem conſularem*, proſaice, in Iuſtinianum, imp. *orationem de regno*, in eundem; *de menſium permutatione*, verſibus.

Tiibunus. Hic tempore Choſrois vixit, genere Palaeſtinus, vir eruditus et arte medica nulli ſecundus; ſingulari idem moderatione, et pietate in deum praeditus. A Iuſtiniano impetrauit Choſroes, vt apud ſe vno anno manere illum ſineret. Illo elapſo iuſſit petere a ſe, quicquid vellet. Ille nihil aliud, quam captiuorum aliquot Romanorum poſtulauit libertatem, quibus alios ter mille Choſroes addidit.

Triphyllius, episcopus, discipulus Spyridonis, Cyprii, thaumaturgi, cuius miracula litteris mandauit. Multa enim fecit Spyridon, vt in vita eius versibus iambicis scripta traditur, quae quaerenda sunt, vt valde vtilia.

Τριταγωνιστής. Aeschinem multis in locis perstringit Demosthenes vt histrionem tragicum vilissimum, in tertio ordine eum numerans. Primus Sophocles vsus est tribus histrionibus et tritagonista. (Supra in Sophocle.)

Troilus, sophista, qui CPoli docuit. Scripsit *orationes ciuiles*, *epistolarum libros VII.*

[¶] Τρόμητος. Demosthenes Aeschinem inter alia dicteria vocat etiam γραμματοκύφωνα et filium cuiusdem *Trometis*, literatoris, siue primorum elementorum doctoris.

Τρόπαια. Antiqui Attici circumflectunt in penultima, τροπαῖον, recentiores in antepenultima acuunt, τρόπαιον. Antiqua vero lingua Attica est illa, cuius principes fuere Eupolis, Cratinus, Aristophanes, Thucydides; Noua vero, cuius Menander, et alii.

Τροφώνιος, Καὶ Τροφωνίου κατὰ γῆς παίγνια. Lebadiae (in Macedonia) fuit oraculum, quod a descensu dictum καταβάσιον. Erant vero ibi fauces quaedam, quae tantum extremas pedum hominis partes capere poterant. Deum igitur consulturi, per certos prius dies seruata castitate, et sacro habitu ornati ambabus manibus melittutas siue placentas, melle conspersas, tenentes, ad fauces illas sedebant, et repente sub terram abripiebantur. Trophonius autem fuit Eresini filius, fratris Agamedis. etc.

Τρυγωδία, sic dicta, quod victores praemium acciperent τὴν τρύγα, hoc est, *vinum nouum;* vel, quod olim, quum laruae nondum inuentae essent, τρυγὶ faecibus ora perungerent.

Τρυγοδαίμονες, veluti Cacodaemones dicti (comici veteris comoediae,) quod obscoeni essent et impii et cauillandi studio totos se dederent.

Tryphiodorus, Aegyptius, grammaticus et poeta heroicus. Scripsit *Marathoniaca: Ilii excidium; de Hippodamia: Odysseam littera* (Σ) *carentem*, siue poema de laboribus Vlyssis et iis, quae fabulae de illo tradunt.

Tryphon, Ammonii F. Alexandrinus, grammaticus et poeta, qui vixit Augusti temporibus et ante. Scripsit *de pleonasmo dialectorum, quae sunt in Aeolica lingua, libros XII. de dialectis, quae sunt apud Homerum et Simonidem et Pindarum et Alcmanem aliosque lyricos: de Hellenismo* (περὶ τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου) *et dialecto Argiuorum, Himeraeorum, Rheginorum, Doriensium et Syracusiorum; de inflexionum analogia librum I. de recti casus analogia; de nominibus comparatiuis librum I. de monosyllaborum analogia; de nominum characteribus librum I. de verborum grauitonorum analogia, librum I. de verbis encliticis, infinitiuis, imperatiuis, optatiuis, denique omnibus; de orthographia et iis, quae in ea quaeruntur; de spiritibus et tropis:* et alia, quae enumerat Küster. in nota 3. tom. III. pag. 513.

Tyrannio, Epicratidis et Lindiae, Alexandrinae, F. Amisenus, qui Corymbi nuncupabatur. Vixit sub Pompeio Magno et ante, discipulus cum aliorum, tum etiam Hestiaei, Amiseni, a quo etiam Tyrannio dictus est, quod condiscipulos exagitaret, quum antea Theophrastus diceretur. [¶] Postea etiam Dionysium, Thracem, Rhodi audiit aemulusque fuit Demetrii Erythraei. Idem Romam captivus a Lucullo ductus est, quum Mithridatem, Ponticarum gentium regem, ille debellasset. Romae vere clarus et diues factus, librorum etiam vltra tringinta millia sibi comparauit. Senex obiit, podagra confectus,

Praeter bina ista Glossaria, aliquot alia, ex ineditis Glossariis excerpta, latino-graeca, subdidit Henricus Stephanus [m]). Ex iis primum in certa capita [n]) ac locos communes digestum, *Glossarii B. Benedicti [o]), Floriacensis*, titulum praefert, quod forte ex illius monasterii bibl. [†] fuerit. Huic subnectuntur Exercitationes aliquot grammaticales [p]), hisque sententiae [q]) Hadriani, imp., quas ex cod. *Dosithei* grammatices Sangallensi, in quo eas legerat Iacobus Cuiacius [r]), auctiores et notis illustratas rursum publicauit Melchior Hamenuelt Goldastus anno MDCI. et haud ita pridem Nicolaus Catharinus [s]). Quae quidem Sententiae non aliae sunt, quam *Hadriani, imp. Interrogationes* [s]), quarum meminit Alcuinus epist. CII. Incertum vero an is Dositheus fuerit, ad quem epistolam XXXIII. scripsit Iulianus, imp. Priori isti Glossario subiiciuntur bina alia vocabulorum vtriusque linguae excerpta ex veteribus membranis, de quibus, vt et de caeteris, praefatur idem H. Stephanus.

Anno MDC. simili, quo H. Stephanus, ordine Glossaria eadem rursum typis mandauit supra laudatus *Bonauentura Vulcanius*, quibus adpendicis vice addidit *Isidori Glossas Latinas* [u]), *veteres grammaticos Latinos et Graecos* [v]), *qui de proprietate et differentiis vocabulorum vtriusque linguae scripserunt;* atque in iis Συλλογὴν, seu *Collectionem* vocum

l) De hoc *Io. Aegidio* dixi in bibl. Latina IV. 12. pag. 872.

m) Pag. 237-259.

n) Vt *de coelo, de Diis, de homine* etc. vocabula sine ordine litterarum ponuntur latina cum graeca expositione. Diuersae ab his vetustissimae glossae MStae, quae separatis capitibus de supellectile, de penu, de veste et argento tractant, laudatae a Salmasio ad Ius Atticum pag. 458.

o) Abbatis.

p) Colloquia duo graecolatina familiaria, quibus verbum verbo redditur. His alia quinque subiunguntur in Iohannis Verwey noua methodo docendi Graeca, Gaudae 1702. pag. 331. seq.

q) His a Stephano praemittuntur *Niciarii* et *Carfilidis* responsa ad varias interrogationes: nec non responsa quaedam sapientum, et παραγγέλματα siue praecepta columnae Delphicae olim inscripta. Responsa illa etiam cum altercatione Hadriani et Epicteti edidit, eique Pippini et Alcuini disputationem addidit *Henr. Lindebrogius* Hamburg. 1615. 12. Francof. 1628. 8. Eadem Epicteti Enchiridio subiecit *Abraham Berkelius* Amst. 1670. 8. Delphis 1683. 8.

r) L. 21. Obsc. c. 5.

s) Nouissime eadem Hadriani ac Dosithei graece et latine cum Goldasti notis recusa sunt nitide in Antonii Schultingii Iurisprudentia, veteri ante Iustinianea Lugd. Bat. 1717. 4. pag. 855. seqq. De illo *Dositheo*, ad quem, vt opinior, Libanii exstant Epistolae, et de Goldasti editione dixi supra in catal. grammaticor. gr. v. *Dositheus*.

t) Intelliguntur potius Hadriani altercatio cum Epicteto, de qua paullo ante dixi.

u) Isidori glossario Vulcanius subiungit *Vocabula rariora collecta e glossis veteribus*, nec non *glossas e glossario arabico latino veteri MS.*

v) Latini quidem sunt, excerpta e *Cornelio Frontone, Nonio Marcello, Agratio*, et ex Terentii interpretibus, *Aelio Donato, Arruntio Celso* aliisque: nec non ex *Sosipatri Charisii* grammaticae institutionibus, *Q. Asconio Paediano* in Ciceron. *Martio Seruio* in Virgil. *Sexto Pompeio Festo* de Verbis veteribus, *Varrone* de Lingua lat. *Q. Terentio Scauro* de orthographia et *Agellio*. His subiicitur vocum aliquot apud Terentium explicatio e veteribus membranis. Graeci sunt 1) *Ammonius* de similibus et differentibus vocabulis, de quo dixi Vol. V. p. 715. seq. 2) *Anonymi* collectio vocum, quae pro diuersa significatione accentum diuersum accipiunt, Cyrillo tributa ab aliis, ab aliis Philopono, vt dixi Volum. IX. pag. 365. [vet. edit. in cap. de Philopono, et supra in hoc vol. pag. 321.] 3) *Anonymi* vocabula de re militari, τάξις παλαιὰ

vocum graecarum, [¶] *in quibus diuersus accentus significationem immutat, et Onomasticon vetus Latino Graecum* w), *olim quidem Argentorati an.* 1536. *editum, et Calepino praefixum:* quibus omnibus adiecit ille Notas et Castigationes, tum in Glossaria, tum in cetera, quibus editionem suam adornauit. Qua in re id praestitit, quod pollicitus fuerat Stephanus, qui Emendationum suarum, quarum iam magnam partem adfectam et paratam habuisse se testatur, spem lectoribus iniecerat, maxime in vocabulis graecis, quae vt mendosa, vel, saltem quae mendi suspecta visa erant, absque accentu ediderat. Verum, vt saepe contingit, viros doctos nonnullas adgredi solere litterarias lucubrationes, quibus vltimam manum adponere mors vetat, ea Stephani lucubratio cum ipso auctore interiit: quod quidem damnum resarcire conatus est Vulcanius. Sed et id se pariter adgressum profitetur alicubi Casaubonus x), qui quum accepisset, Glossarii editionem parari a Vulcanio, ab incepto destitit. *Hactenus Cangius.*

Denique *Carolus Labbeus*, ICtus Parisiensis, frequentibus Iosephi Scaligeri et Isaaci Casauboni litteris excitatus, ad meliorem studiosorum vsum glossarium duplex longe accuratius pleniusque ita adornauit, vt latino-graecum ex graeco-latino, vicissimque graeco-latinum ex latino-graeco, et vtrumque ex Onomastico graeco-latino ceterisque, ab H. Stephano et Vulcanio publicatis, suppleret et accuratiori litterarum ordine digereret, hac indicationis, vnde singula repetita fuerint, seruata ratione, vt voces, quae in latino-graeco glossario, ex latino-graeco, ac vicissim quae in graeco-latino ex graeco-latino Henrici Stephani desumtae sunt, nullo charactere designentur: contra vero, quae in latino-graeco ex graeco-latino exscripta sunt, denotentur littera *C.* qua *Cyrilli* nomine inscriptum glossarium innuitur: vicissim, quae in graeco-latino ex latino-graeco, littera *P.* qua *Philoxeni* nomen datur intelligi, licet Philoxenum illius esse glossarii auctorem neutiquam [¶] constet. Quae porro in vtroque glossario describuntur ex excerptis, littera E. quae ex Onomastico, littera O., quae denique ex laudata sylloge, littera S. denotentur. Hoc glossarium vtrumque, ita digestum, manuque sua nitide descriptum, Labbeus moriens legavit *Aegidio Menagio*, a quo acceptum deinde *Cangius* edidit Parisiis ex officina Ludouici Billaine 1679. fol. Cangium enim, qui nomen suum non adscripsit, auctorem praefationis esse, quae typographi nomine glossariis Labbeanis praefigitur, testatur *Menagius* in Anti Bailleto cap. 106. tom. 2. pag. 18. Itaque et ab Cangio suspicor collectas esse castigationes et emendationes in vtrumque glossarium, quae e virorum doctorum scriptis et collatione MSS. Regii ac Sangermanensis, nec non exemplo glossariorum Henr. Stephani, quod manu magni Cuiacii notatum seruatur in biblioth. Colbertina. Ad calcem voluminis recusae exstant veteres glossae verborum Iuris, quae passim in Basilicis reperiuntur, quas ex variis MSS. codd. bibl. Paris. erutas digestasque et notis illustratas Carolus Labbeus edidit Parisiis 1606. 8. Sed de his aliisque glossariis Iuridicis et Nomicis quemad-

καὶ ὀνομασίας τῶν ἀρχόντων, qualia Suidae solent subiici vna cum breui *Vrbicii* apospasmatio, *Ὀρβικίου περὶ τῶν περὶ τὸ στράτευμα τάξεων.* Illas *ὀνομασίας* auctiores graece ex codice Seguieriano dedit et latinam versionem adiunxit Montfauconus pag. 505. seq. bibl. Coislinianae.

w) Hoc onomasticon prioribus illis glossariis praestantia selectissimorum vocabulorum nihilo inferius Vulcanius adpellat, sola vsus Argentoratensi editione, itaque et vocabula a literis X et Z incipientia omisit, quia typographus Argentoratensis illa ex codice MS. repraesentare neglexerat ideo, quod mere graeca essent.

x) Epistola LV. ad Frid. Lindebrogium.

quemadmodum de Medicis quoque dicere me memini lib. IV. cap. 38. in h. vol. p. 230. sqq. Igitur nihil addo in praesenti, quam excerpta ex glossario eiusmodi edito Iuridico bibl. Seguierianae siue Coislinianae exhiberi a Montfaucono in cat. MSS. Graecorum illius bibl. p. 488 - 490. *Δικῶν ὀνόματα κατ᾽ ἀλφάβητον.*

Glossarium aliud breue graecum, antea ineditum, ex MSto cod. primus in lucem protulit et loca eius quaedam castigauit *Ianus Rutgersius* libro VI. variarum lect. c. 5. p. 552-560. Lugd. Bat. 1618. 4. Sed quod tunc fugiebat virum eruditissimum, id pulcre obseruavit, ***Friedr. Strunzius***, poëseos in academia Wittebergensi professor, qui hoc glossarium separatim cum notis suis recudi fecit Witebergae 1719. 8. Ex hac editione enim adparet, illud totum olim a grammatico, qui id adornauit, destinatum fuisse vocibus in *Oppiani* Halieuticis interpretandis.

Praeter glossarium graecum ineditum supra, post initium huius §. memoratum, quod *Cyrilli*, archiepiscopi, inscribitur, habeo etiam in membrana scriptum ante quadringentos annos aliud glossarium vetus non contemnendum, similiter ineditum, sed parum emendate scriptum et mutilum ab initio, itaque incerti auctoris, a priore tamen diuersum, quod vtrumque olim fuit D. Abrahami Hinckelmanni, vtrumque [¶] conferri operae pretium esset cum Hesychio, atque hunc ex illis, quae memoraui, emendari ac suppleri, vel potius vnum aliquod plenius ex editis et ineditis, docti alicuius viri studio in studiorum vsus concinnari. Huic meo sub extremum subiicitur 1) *Λεξικὸν τοῦ ἁγίου Διονυσίου. In Dionysium*, quem *Areopagitam* vocant, quale in editione graeca Dionysii Iuntina A. 1516. 8. exstat, et ex quo onomasticon Dionysianum y) Balthasaris Corderii licebit locupletare, pleraque enim, quae ille praeteriit, in hoc adnotata video. 2) *λέξεις τῆς ὀκτατεύχου, in Octateuchum* z) quod in lexici biblici specimen infra integrum cum lectore communicabo. 3) *λέξεις τοῦ τετραβασιλείου, in quatuor libros Regum.* 4) *λέξεις τοῦ Ἰὼβ, in librum Iobi.* 5) *λέξεις τῶν παροιμιῶν in Prouerbiorum librum.* 6) *λέξεις τῆς πανα̣ρέτου in Syracidem.* 7) *λέξεις τῶν προφητῶν, in Prophetas.* 8) *λέξεις Ἰεζεκιὴλ, in Ezechielem.* 9) *λέξεις ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις, in IV. Euangelia.* 10) *λέξεις τῶν πράξεων, in Acta Apostolorum* vna cum vocibus ex *S. Pauli Epistolis.* 11) breue lexicon vocum, ob diuersum accentum vel diuersam vnius literulae scriptionem diuersa significantium. 12) *λέξεις τῶν ρν´ ψαλμῶν in CL. Psalmos.* 13) *λέξεις τῶν ᾠδῶν, in Cantica S. Scripturae.* 14) *ῥητορικαὶ λέξεις, Voces Rhetoricae.*

ΛΕΞΙΚΟ'Ν ΤΗ͂Σ 'ΟΚΤΑΤΕΥ'ΧΟΥ.

Ἀνεζωπύρισεν· ἀνεκτήσατο τὴν ψυχὴν καὶ ἀνενεώσατο.
ἀστεῖον· καλὸν, ἐπιχαρῆ, κεχαριτωμένον.

ἀναφορεῖς·

y) Tom. II. Opp. Dionysii Areopag. pag. 505-530. Antwerp. 1634. fol.

z) In cod. Mediceo *Florent.* XX. plut. V. est 1) lexicon vocc. ecclesiasticorum (quod *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 43. sqq. valde laudat;) 2) lexicon τῶν λέξεων τῆς Ὀκτατεύχου, cuius initium differt a Fabriciano codice. 3) λέξεις τῶν Βασιλειῶν. 4) λέξεις τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ψαλμῶν. v. *Bandin.* l. c. et conf. supra pag. 228. not. *b.* pag. 229. not. *e.* In cod. *Paris.* MMDCXVII. n. 2. — *Matriti* in cod. XXI. fol. 357. λέξεις τινὲς τῆς Πεντατεύχου et diuersae voces, maximam partem peregrinae, ex Regum libris IV. de quo cod. vide *Iriarte* cat. codd. gr. pag. 84. *Harl.*

ἀναφορεῖς· οἱ ἀνέχοντες, οἱ ἀναβαστάζοντες.
ἀγκύλας· ὀγκίους εἰς οὓς ἐμβάλλονται οἱ κρίκοι.
ἀγκωνίσκους· ἀντιβάσεις, ἢ σκεύη τιμωρητικά.
ἀσπιδίσκους· σκουτάρια.
ἀναξυρίδες· βρακία ἢ βαρβαρικὰ ἐνδύματα.
ἄτρυγον· καθαρόν.
ἀφέρεμα· ἀνάθημα ἢ ξένιον.
ἀναζυγαῖς· ἀναλύσεσιν, ἐπαναστροφαῖς.
ἀναθέματι ἀναθεματιεῖς· ἀφανισμῷ ἀφανιεῖς τὰ σκῦλα.
ἀποκνιεῖ· ἀποσπᾷ, ἀφελεῖ τοὺς πέλας.
ἀναπεποιημένα· ἀναφυρθέντα
ἀπαρτίαν· τέλος, ἀπαρτισμόν.
ἀπένειμεν· ἀπεκλήρωσεν, διένειμεν.
ἀμαυρά· σκοτεινή.
[⁋] ἀμφιβάλλω· διστάζω, ἀπιστῶ.
ἄποιον· ἄνοστον, ἀνήδονον.
ἀλείψουσιν· χρίσουσιν.
ἁλιάετος· ὄρνεον ὃ παρ' ὑδάτων τρέχει.
ἀγχιστεύων· ὁ συνεγγὺς τοῦ γένους.
Βολίδες· ἀκόντια ἢ λογχάρια.
βαρκηνείμ· (Iudic. VIII. 7. 16.) ἄκανθες σκόλοψιν.
Γερουσίαν· τὸν ἀθροισμὸν τῶν γερόντων.
γειορας· φύλακας ἢ παροίκους.
γραμματοεισαγωγούς· ἐκβιβαστὰς, παιδευτάς.
γαμβρός· ὁ πενθερός.
Δείλης· περὶ τὴν δύσιν τοῦ ἡλίου.
δέρρεις· δέρματα ἢ κιλίκια τρίχινα.
διάφορον· ἀνομοιογενές.
διεσκευασμένοι· ἔνοπλοι, ξιφήρεις.
δρακός· τῆς παλάμης τῆς χειρὸς τοῦ χωροῦντος.
Ἐκτομίαν· ἐκτετμημένον.
ἐγγαστρίμυθος· τῇ γαστρὶ μαντευόμενος.
εὖρος· πλάτος.
ἐπιτεύξεται· ἐπιτυγχάνει.
ἐμπέπαιχα· ἐνέπαιξα, ἐχλεύασα.
ἐποίουν ἐλολίμ· ἐποίουν χωλούς.
ἐγκρίς· γλύκασμα ἐξ ἐλαίου.
ἐξηρτισμένοι· ἀποκρεμάμενοι.
ἐρικτόν· κοπανιστόν
ἐντοδήμας [aa])· μαμιλάρια ψαλίδια.

ἐνηρκταίη·

aa) Leg. ἐντομίδας ex Leuit. 19. 28.

ἐνηρκταίη· ἐνήρξατο ἡ πληγή.
ἐξοιβασμένη· συγκειμένη σύνθεσις.
εἰς συνοχάς· εἰς συνθλιμμόν.
ἐβρωτίων· σκωληκόβρωτος, σεσηπώς.
ἐν φυτῷ σαβέκ· ἐν φυτῷ δυνατῷ.
ἐρυθροδανωμένον· πεφοινιγμένον, πυῤῥόν.
ἐκλιμίαν· ἀχορτασίαν.
ἐπωμίς· ἱερατικὸν περιβόλαιον.
ἡ δεδήλωσις· λίθος ἦν ἀδάμας ἐπάνω κείμενος, ὃς ἐναλλάττων τὴν [?] χροιὰν αὐτῆ, διὰ κυρίε ἐδήλε τῷ λαῷ ἐσόμενά τινα. μέλας μὲν ὁρώμενος θάνατον. ἐρυθρὸς δὲ σφαγὰς, λευκὸς δὲ διαλλαγὴν ἐδήλε τῆ θεῆ.
Ζωγρήσασθαι· ζῶντας συλλαβέσθαι.
Ηὐτομόλησαν· προσέδραμον τοῖς πολεμίοις.
Θήκην· γλωσσόκομον.
θίβη· πλέγμα βίβλινον ἐμφερὲς κοιτίδι τὸ μέγεθος.
θλαδίαν· τεθλασμένον.
Ἰσίαι· ἐσχάραι.
ἴβιν· ὄρνεον.
Κατάσκοποι· οἱ ἐπιδόλως κατασκοπεύοντες.
κανῆν· κανίσκον ἢ δισκάριν.
κόνδυ· ποτήριον βασιλικόν.
κατακαρπώσεις· ὁλοκαρπώσεις.
κλυδωνιζόμενος· ςοχαζόμενος τὸ ἀποβησόμενον.
κνήφη· τῇ ἐλεφαντιάσει.
καταχώραν· ἐπὶ τῆ αὐτῆ τόπε.
καθέξεσθαι· καταθάψασθαι ἢ κρατήσασθαι.
καθῆκεν· ἀφῆκεν, κατήγαγεν.
κλίματα· ἢ οἴκε ἢ τόπε.
καυλός· ἐν ᾧ ὁ λύχνος ἐμβάλλεται.
κρατῆρες· σίκλοι ἢ σκύφοι.
κάλοι· σχοινία.
κυάθες· ἀντλητήρια, σκυφάκια.
κοσύμβες· κροσσωτὰ ἱμάτια.
κορυβάντιον· περίθεμα κεφαλῆς.
κίδαρις· εἶδος καμελαυχίε τιάρας.
κέρκος· ἐρά.
καταπέτασμα· κατακάλυμμα.
κατόχιμοι· κατεχόμενοι ὑπὸ πνευμάτων.
κρηπῖδα· βαθμίδα ἢ βάσιν ἢ ὄχθη.
κρεάγρας· σεβλία.
κατερυγότας· διαῤῥερυγμένες.
καδηδύην· περιβόλαιον βαρβαρικόν.
κεφαλὰς ὀρέων· τὰς κορυφάς.

κρίνα· ἄνθη, εὐωδιάζοντα, κρίνοις ὅμοια.
κλυδωνιζόμενος· σημειοσκοπούμενος ἢ ἐπερωτῶν μάγων.
Λαμπήνας. ἅρματα ἢ ἁμάξας.
λύτρα· τὰ ὑπὲρ αἰχμαλωτῶν χρήματα.
λόγον κρίσεως· λόγον ἀκριβῆ.
λινοκαλάμη· ξυλοκαλάμη.

Μαγόμενον· γεγοητευμένον.
μεθία· μεταχείρησις.
μηνίσκους· μανιάκια.
μυχῷ ἐνδοτέρῳ οἴκῳ.
μώλωψ· ὁ ἐκπληγεὶς αἱματώδης τόπος.
μίτρα· ἀνάδημα ἢ ζώνη.
μετὰ τὸ ἐξαλειφθῆναι τὴν οἰκίαν· μετὰ τὸ χρισθῆναι.

Νεῶσθαι· θεραπεύεσθαι.
νεκυμάντεις· οἱ τοὺς νεκροὺς ἐπαίροντες.

Οὐκ ἐπανατρυγήσεις· οὐ ῥαγολογήσεις.
ὁλοκαυτώματα· ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου καιόμενα.
οἰωνιζόμενος· ὁ διὰ τῶν ὀρνέων μαντευόμενος.
ὀλύραι· οἱ τῶν ζεῶν κόκκοι.
ὁμοίωμα· μορφή.
οὐ κατοχεύσεις [bb]· τὸ μὴ μιγῆναι ἵππον θηλυκόν

Ποιότης· νόσος, ἡδονή.
πάρες· ἄφες.
παρωσάμενος· ἀφιὼν ἢ ἀναχωρῶν.
ποδήρη· τὸ μέχρι ποδῶν ἐρχόμενον.
πυγμή· γρόνθος.

περισκέλη· φημινάλια.
περιούσιον· ἐξαίρετον.
περιστήθιον· ἔνδυμα τοῦ ἱερέος ἐπὶ τοῦ στήθους.
πεπεμμένον· ζυμωθῆσαν.
προσαγιόχασι· προσήγαγον
πτερύγια· φάρσια τῶν ἱματίων.
περιστέλλομαι· ὑποχωρῶ.
πτίλοις· πτεροῖς.

παίοντι· τύπτοντι, κρούοντι.
προνομήν· αἰχμαλωσίαν.
περικαθαίρων· ἀναλύων τὴν γοητείαν.
παράπληκτος· ἐξεστηκώς.
[P] πέσσει. πέττει· ἀρτοποιεῖ ὀπτᾷ.

πεντεσικλοι.

bb) Leuit. XIX. 19.

πεντεσίκλοι· ὀβολοὶ cc) εἴκοσι.
πελεκᾶνος· ὄρνεον δενδροκολάπτον.
πτίλοις· πτεροῖς.
πρόσεχε· ἀσφαλίζε.
πλεῖστας νόσους· ἐπιμόνους.
Ῥώννυσιν· ὑγείαν παρέχει.
Σιτοδείας· λιμοῦ στενοχωρίας.
σπειρᾶν· τὸ ὀξυτόνως σπειρόμενον.
συμβιβῶ· σοφιστῶ, νοῆσαι ποιῶ.
σπένδοντος· τοῦ εὐνούχου, ποτήρια ἐν οἷς ἔσπενδον.
σφαιρωτῆρες· σφαίραις ὅμοιαι.
σκνίφες· ζῶα μικρὰ ὑπὸ τοὺς κώνωπας.
συμβιβάσω· νοῆσαι ποιῶ.
σκῦλα· λάφυρα, γύμνωσις ἐν πολέμῳ.
σταῖς· ζύμη.
συμπεποπριμένους dd)· συῤῥαφέντας περόνῃ.
σφηκίας· σφηκῶν κατοικήσεις.
σάπφειρος· λίθος τίμιος.
συνοχάς· εἰς συγκλεισμὸν, εἰς τὸ συνέχεσθαι.
σκῶλον· ἄκανθι ἐμπαγέν.
σαττίν· τόπος οὕτως καλούμενος.
σφακελίζοντες· ὑποτρέμοντες.
σιρομάστης· ὀγκινόλογχον.
σταθμῶν· παραστάδων θυρῶν.
σίκλος· ὀβολοὶ τέσσαρες.
σφαιρωτῆρος· ἱμάντος τοῦ ὑποδήματος.
Τὸ θέριστρον· τὸ πολύτιμον ἱμάτιον.
τῷ περάτῃ· πέραν τοῦ ποταμοῦ ἥκοντι.
τριστάτας· τοὺς παρὰ χεῖρα τοῦ βασιλέως ἀριστερὰν τρίτης μοίρας ἄρχοντας.
τηλαύγημα· ἀρχὴ λέπρας.
τὸ ὁλμὸν τῆς σιαγόνος· τὸ κοῖλον τῆς σιαγόνος.
τετρωμένους· νενικημένους.
τερατοσκόπος· συμβόλοις προσέχων.
[?] τί τεύξεται· τί γίνεται;
τρυφερός· τρυφητὴς, σπατάλας.
Ὑποτρέμοντες· ὑποπίπτοντες.
ὑπέρογκον· μέγα, ὑψηλόν.
Φλιαί· τὰ ὑπέρθυρα.

cc) Obolum ponit pro drachma, vt infra in σίκλος
dd) Hefych. συμπεπερονημένους.

φέρνη· προὶξ ἢ δωρεά.
Φυρᾶν· ζυμεῖν.
Φορολόγητοι· λειτεργοὶ, ὑποτελεῖς.
Φλογὸς καρδίας.
Φαγέδαινα· νόσος ἐςὶν λαιμαργικὴ ἢ λοιμική.
Χρυσῆ γλῶσσα· νοεῖται τὸ ἄκρον τῆς ζιβύνης.
χίμαιραν· περσυνὴν αἶγα.
χῶμα· ὕψωμα γῆς, ἢ βουνὸς ἢ τάφος.
χίδρα· κοψώσιτον λέγει.
χαράδριος· εἶδος ὀρνέε.
χωρίον. τὸ χωρεῖν τὰς αἶγας.
Ὤμην. ἐνόμιζον.
ὦπται· ἐθεάθη.

ΛΕΞΕΙΣ ΤΟΥ ΤΕΤΡΑΒΑΣΙΛΕΙΟΥ.

Ἄμαφε [ee]· βαθμῶν.
καὶ ἐξέτασεν [ff]) αὐτὲς εἰς τὰς ναῦς· εἰς τὰς ἕδρας.
Ἐδαψιλεύσατο δι᾽ ὑμᾶς· Φροντίζει περὶ ὑμῶν.
Εἰς μεσάφ [gg])· εἰς τὴν ὑπόςασιν.
Τρυπαλίδας [hh]) τε γάλακτος· τυρόν.
ῥάνδε μανδύα· θώρακος, ἢ βαρβαρικε περιβολαίε.
Τε γιδώρ· τε συςήματος.
παρὰ τῶν ἐργαβυάρ· παρὰ τῶν λίθων.
Εἰς τὰ ἀμτρινγόμ· εἰς τὰς πελιάδα.
μεταμεμέλημαι· ἐδοκίμασα μεταςῆσαι τὸν Σαέλ.

Βασιλειῶν β΄.

Ἀραφώθ· παλάθας.
σκυτάλιν· βακτηρίαν.
[68] σαφώθ βοῶν· γαλαβοῶν.
κερύμην· περιζώνην.

Βασιλειῶν γ΄.

ὡς ἀντίον ὑφαινόντων· κανόνιον τὸ μέσον τε ἱςε.
συνεχόμενος νεσδαί· συνεχόμενος πυρετῷ.
ἐνλαμπίνη· ἅμαξα καρεχα.
εἰς τὸν ὀδόντα· εἰς τὸ ἄροτρον, εἰς τὴν ὦλακα.

τὰ

ee) ἀμαφὲ 1. Sam. V. 4.

ff) ἐξέζεσεν αὐτοῖς 1. Sam. V. 6.

gg) Μεσσὰβ 1. Sam. XIV. 1.

hh) τρυφαλίδας 1. Sam. XVII. 18. Scaliger in Scaligeranis p. 98. τροφαλλίδας, παρὰ τὸ τρέφεσθαι.

τὰ θηρία τῶν ἀλλοφύλων· τὰ τάγματα.
τὸν βάτραχον αὐτῶν φησὶν ὁ Ἠσαΐας. τουτέστι τὸν θεὸν αὐτῶν Ἐλάμ.
προπυλήν· προδόμην.
δαβίρ. χρηματιστήριον.
θάλασσα χαλκῆ ἦν· ὁ νιπτὴρ εἰς ὃν ἔνιπτον τὰς χεῖρας οἱ ἱερεῖς ἰσόντες (εἰσιόντες.)
Ἐκοιλοσταθμησεν· ἐσανίδωσεν κεκοιλωμέναις ὑπὸ τεχνιτῶν σανίσιν κρυπταῖς θυρίδας καὶ τοὺς σταθμοὺς τῶν εἰσόδων, ἢ τούτων παραστάτας, τουτέστιν τοῖχις.
ὑποκάτω ῥαμέν· ὑποκάτω ἀρκευτοῦ.
σκορπίοι ἤτοι σκορπίδια· ταῦτα εἴδη εἰσὶν ὅπλων πολεμικῶν.
ἐν σοχώθ· ἐν συγκλεισμοῖς.
ἀφεῖλε τὸν τελάμωνα· σὺν τῇ σποδῷ τὸν τελάμωνα.

Βασιλειῶν δ΄.

μοαβιννοκὶμ ii) ἦν τρέφων βοσκήματα.
χιτίην· στολάς.
τολύπη· βοτάνη δηλητήριος.
χώμασιν· τοὺς ἱερεῖς τῶν ματαίων.
ἰαμείν· ἄγκιστρα, κρεάγρας.
παλάθας· χίδρα.
παλάθας μακαβά· ἢ τὸ χάλκεον στόμα.
Τοῖς ἐν τῷ μισθαάλ· τῆς ἐπιστολῆς μου.
ἐπάταξαν αὐτὸν εἰς λύτρωμα· εἰς ἀφεδρῶνα.
ἰεζέρ· ἅγιον.
σύνδεσμος· ἀντάρσις, ἐπιβουλή.
τῶν σαδερώθ· τῶν διατάξεων ἢ περιβολῶν.
τὸ βεδέχ· τὸ δέον.
[P] δῆλοι ἦβαν· οἱ δῆλοι ἐκεῖνοι.
δῆλοι ἠβώνεον· ἐμάντευον.

γράμματα τοῦ παρ᾽ Ἑβραίοις ἀλφαβήτου ἐκ χαλκοῦ ἐκτυπωμένα ἑκάστου στοιχείου πλείονα ὑπάρχοντα. ὅταν οὖν ἐβούλοντο οἱ Ἰουδαῖοι ἐπερωτῆσαι τῷ Κυρίῳ, ἐν τῷ ἐφοὺδ κείμενα ἡπλωμένα καὶ ἀνορθοῦντο εὐθὺς τὰ στοιχεῖα ἐκεῖνα μόνα τὰ ἐπιτρέποντα τὸ προκείμενον πρᾶγμα γενέσθαι ἢ μὴ γενέσθαι. οἷον. ἐὰν ναὶ ἔλεγεν ὁ Κύριος, τὸ νῦ, ἄλφα, ἰῶτα ἀνορθοῦντο μόνα, καὶ οὕτως ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀποκρίσεων τοῦ Κυρίου. τῶν διὰ τῶν δήλων γενομένων νοητέον. ἤγουν διὰ δεήσεων, ὅτε ἱερεὺς καὶ ὁ λαὸς τὰς διὰ τῶν δήλων ἀποκρίσεις γεγενῆσθαι αἰτοῖντο παρὰ Κυρίου. καὶ τηνικαῦτα ἐγένετο αὐτοῖς καθὼς προγέγραπται. εἰ δὲ ἦν ὠργισμένος αὐτοῖς ὁ θεὸς, οὐδὲν αὐτοῖς διὰ τῶν δήλων ἀπεκρίνετο.

Παρὰ μασώβ· παρὰ τὸ θυσιαστήριον.
τοὺς θελητάς. τοὺς ἐγγαστριμύθους.
λόγον μονόζωνον. ἐνεδρεύοντα λῃστήν

ἐν

ii) (βασιλεὺς) Μωὰβ ἦν νωκήδ. 4 Reg. 3, 4. adde Amos 1.

ἐν οἴκῳ ἀφυσώφ· ἐν οἴκῳ ἐγκεκλεισμένος.
ἐν σαλάς· ἐνχαλκά.
τοῦ νεχωθά· τῶν ἀρωμάτων.
ἐν σαλενωτῇ· ἐν τῇ φάραγγι.
τοὺς χωμαρίμ· τοὺς καθεζῶτας.
μαζουρώθ· ἀστὴρ οὕτω καλούμενος.
τῶν καδεσίμ· τῶν τελετῶν.
εἰς γαβήν· εἰς γεωργούς.
Τοῦ νοσοσάτ· τοῦ διαφθείροντος.
μεχωνώθ· βάσις.
τὸ χωθάρ· ἀκροκίονον, τὸ ἐπίθεμα.
ἐπὶ τὸ σανβαχά· κατὰ τὸ δίκτυον.
ποῦ ὁ θεὸς Ἠλιοῦ ἀπφώ· ποῦ ὁ Θεὸς καὶ νῦν.
ἐφούδ· ἑλληνικὴν διπλοΐδα.

X. *De Lexico Varini Phauorini.*

VARINUS [kk]) PHAVORINUS Camers, Ioannis Lascaris et [P] Angeli Politiani [ll]) discipulus, monachus Ord. S. Benedicti ex Congregatione Siluestrinorum, et praeceptor Ioannis de Medicis, (qui postea fuit Papa Leo X.) hinc bibliothecae [mm]) Mediceae A. 1512. Florentiae praefectus, et ab A. 1514. episcopus Nucerinus [nn]) interfuit Concilio Lateranensi A. 1516. atque diem obiit A. 1537. Hic *Romae* A. 1523. in fol. apud Zachariam Calliergum, Cretensem, excudi curauit *Lexicon Graecum* vberrimum, in quo graecae voces non latinis, sed graecis vocibus facilioribus explicantur, quod inscripsit Iulio de Medices, tunc cardinali,

kk) Quae de *Varino* referam, magnam partem debeo eruditissimis auctoribus Diarii Veneti (Giornale de letterati d' Italia) tom. XIX. pag. 98. seq. Ipse se vocat Βαρῖνον, Aldus *Guarinum*, Aristobulus epigrammate, quod *Thesauro* et Cornu copiae, A. 1496. excuso, praemittitur, Γωάρινον. Vide *Mich. Maittaire* annales typograph. p. 146. Ac verum nomen fuit *Guarinus:* ipse tamen *Varinus* dici maluit, vt a Guarino scilicet illo Veronensi, (qui tamen Volaterrano etiam lib. 21. anthropol. *Varinus*,) tanto facilius internosceretur. *Phavorinum* se dixit a patria, Camerino Vmbriae vicina. *Per essere originario dal castello della Pieve* Favera *vicino di Camerino, citta ducale e nobilissima del Umbria, prese da esso il cognome di Faverino.* Lil. istoria di Camerino parte 2. pag. 277.

ll) In elogio funebri (apud Vghellum) dicitur τοῦ Λασκάρεως γραμματικευσάμενος. A *Politiano* autem hoc testimonium tulit in epistola ad Macarium Mucium Camertem (lib. 7. epist. pag. 198.) *Varinus, ciuis tuus, ad summum linguae vtriusque fastigium pleno gradu contendit, sic vt inter doctos iam* (circa A. 1490.) *conspicuus digito monstretur.* Idem in Epist. ad Varinum ipsum, thesauro praemissa; *nam cum te semper habuerim quasi eximium inter discipulos vtriusque linguae, meaque tibi in literis etiam arcana retexerim, quod tu homo gratissimus libenter et profiteris et praedicas* etc.

mm) *Petrus Alcyonius* lib. 2. de exsilio p. 179. *Consulam Varinum Camertem, qui bibliothecae nostrae praeest, hominem literatissimum et humanissimum, aut Scipionem Carteromachum, familiarem etiam nostrum.*

nn) *Ferd. Vghelli* Italia sacra tom. I. p. 1126. sq. [teste autem Bandino, pag. 1072.] et *Lud. Iacobillus* in Chronologia Episcoporum Nucerinorum p. 111. Nuceriam intellige non illam regni Neapolitani, sed alteram ditionis Pontificiae in Vmbria.

nali [oo]), qui postea inter pontifices fuit Clemens VII. Totam Graeciam in hunc librum Varinus coniicere voluisse videtur: nam quicquid in Suida, Etymologo, Phrynicho, Hesychio [pp]), Harpocratione et aliis lexicis, quicquid in Eustathio et scholiastis veteribus ad [⁋] vocabulorum explicationem continetur, id fere omne in lexicon suum transtulit. Saepe etiam leguntur emendatius in Varino, quam in ipsis, vnde ea hausit, auctoribus, quamquam aliquando nonnulla laciniose [qq]), saepe deprauata quoque transscripsit. Iniquius enim est iudicium *Maussaci* [rr]), qui, quos offenderit in Suida, Hesychio et aliis lexicis errores, hos omnes retinuisse, simulque in vnum coegisse Varinum arguit, ita vt nullum alium vsum et leuamen lexicon illud vastum studiosis adolescentibus praestare possit, praeter nouas quasdam vocabulorum explicationes, quas e lexicis, quae nondum sunt luce donata [ss]), seruantur in bibliothecis, retulisse illum verisimile est. Grammaticae quoque vicem Lexicon illud praestare potest, vt praeteream tot fabulas, historias, prouerbia et res varias scitu dignas passim traditas et explicatas. Non contemnendum auctorem adpellat *Guilelmus Canterus* lib. 2. nouar. lectionum capite 9. et haud inuenustis epigrammatis lucubrationem eius commendarunt Ioannes Lascaris, Scipio Carteromachus, Angelus Politianus et *Ioachimus Camerarius* [tt]), vt omittam laudes, in eumdem

oo) In dedic. Varinus se iam per XXX. annos domus Mediceae alumnum fuisse non diffitetur: ὧν ἐγὼ τριάκοντα ἤδη ἔτη τῶν Μεδίκων τρόφιμος γεγονὼς, καὶ τοσοῦτον ὑπ' αὐτῶν εὐεργετηθεὶς τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν, ὧν τυγχάνω ἔχων. Subiungitque, iuuenem se Petro de Medices, ipsius fratrueli, Cornu Copiae dicasse: ὥσπερ καὶ ἔτι νέοι ὄντες τὸ τῆς ἀμαλθίας κέρας Πέτρῳ τῷ μακαρίῳ σου ἀδελφῷ (Gesner. male interpretatur fratrem, vid. Diar. Ven. tom. XIX. pag. 117.) ἀνατιθὲν ἐξεπονήσαμεν. De illo opere *Varini* rarius obuio, quod ex graecis digestum grammaticis primo prodiit Venetiis apud Aldum A. 1496. fol. minori typorum charactere recusum est A. 1504. atque inscribitur: *Thesaurus, cornu copiae, et horti Adonidis*, dixi hoc vol. pag. 293. sq.

pp) De *Hesychio* dubitat V. D. in: *Baumgartenii* Nachrichten von einer Hallischen Bibl. tom. IV. pag. 513. not. quoniam Varinus in epistola nuncupatoria scripsisset, se vidisse, omnes graecos interpretes et grammaticos, (πάντας τοὺς τῆς ἑλληνικῆς γλώττης ἐξηγητὰς καὶ ἑρμηνευτὰς) peculiaria quaedam tantum tractasse, alios ex oratoribus, alios ex poetis collectiones suas atque expositiones coëgisse, ideo se plenam instituisse collectionem. Et tamen, vt V. ille doctus scribit, Hesychius idem consilium in concinnando suo opere, in praefatione, cuius si auctor est Hesychius, prae se tulit. *Harl.*

qq) Vide *Pauli Leopardi* emendationes lib. IX. cap. 16. tomo III. Lampadis artium Gruterianae, *Vol. VI.*

rr) *Maussacus* diss. Harpocrationi adiecta p. 396. edit. Lugd. Bat. 1683. 4.

ss) *Iosephus Scaliger* monet, vix quicquam in Varini lexico contineri, quod non in aliis editis contineatur, licet colligendi ea laborem, quem in se suscepit, fateatur vtilissimum esse. Ita enim ille Epist. 25. pag. 503. cum de Photii Lexico adhuc inedito dixisset: *Exstat hodie magno cum fructu legentium similis labor Varini Fauorini, qui aequalis fuit saeculi Politiani. Et quanquam apud studiosos magna in gratia est, nihil tamen habet, quod non hodie in aliis reperiatur.*

tt) Lascaris, Carteromachi et Camerarii epigrammata operi Varini praemittuntur. Politiani vero tetrastichon, quo Varinum Italiam matrem effoetam atque extorem Graeciam sustinere, atque alere velut ἀντιπελαργοῦντα adfirmat, adscribam ex eius poematis graecis tom. III. Opp. edit. Lugd. 1537. 8.

Ἑλλάδι τοῖς ἰδίοις πεπλανημένῃ ἐν λαβυρίνθοις
  Οὐ μίτον, ἀλλὰ βίβλον προὔθετο δαιδάλεον·
Οὐχ Ἕλλην, Ἰταλὸς δὲ Βαρῖνος, κοὔτιγε θαῦμα
  Εἴγε νέοι τὴν γραῦν ἀντιπελαργέομεν. *Fabr.*

Quod idem *Politianus* vertit.

Graeciae propriis erranti in labyrinthis
  Non filum, sed librum proposuit Daedaleum,
Non Graecus, sed Italus Varinus: nec mirum quidem,
  Si iuuenes vetulae beneficium rependimus.
Harl.

eumdem congestas, tum a Vossio, Borrichio, Morhofio uu) aliisque, tum ab eodem Camerario in praefat. ad secundam Lexici Varini editionem *Basil.* apud Robertum Winter (Χειμερινὸν) 1538. fol. quae, licet minoribus expressa [?] typis, tamen et emendata est, et duos vberrimos indices graecos adiunctos habet, tum vocum, extra ordinem alphabeti positarum, tum prouerbiorum, auctore *Hieronymo Gunzio*, Bibracensi, quem virum sibi amicissimum et vtraque lingua doctissimum Gesnerus vv) adpellat. Editio Parisiensis apud Morellum, Simlero ww) memorata, nulla est, vti nec Hanouiensis A. 1521. fol. quam videas referri in catalogo bibl. D. Adami Christophori Iacobi. Sed harum vice merito celebrare iuuat nouam *Venetam*, graecis maxime hoc flagitantibus xx), quoniam priores duae rarissimae erant in Italia et vix XXV. vel XXX. scutatis venales, curatam An. 1712. fol. yy) ab Antonio Bartoli, typographo Veneto, castigatamque diligenter et excusam typis nitidis et maioribus zz): columnis per tria σελίδας distinctis, atque vocibus singulis, quae explicantur, nouum versum incipientibus. Multae a) etiam voces prioribus editionibus adiunctae, quae asterisco semper distinguuntur, etiam indices ex Basileensi editione repetiti, atque opus inscriptum Ioanni Constantino Basarambae, Woewodae Brancouano, cuius effigies etiam praemittitur, principi Walachiae, qui genere materno Cantacuzenos adtingit. Codex MStus b) lexici Varini, qui fuit apud *Henricum Sigismundum Schillingium*, diaconum

uu) *Voss.* de philologia cap. V. §. 17. *Olaus Borrichius* de Lexicis lat. et graec. ad calcem analectorum de lingua lat. pag. 50. *Morhof.* lib. IV. polyhist. cap. 8. pag. 94. Diarium Venetum tom. XIX. pag. 123. seq.

vv) Gesnerus bibl. pag. 328. b.

ww) Simlerus bibl. pag. 675. *Phauorini Camertis lexicon Graecum cum indice parastichadum locupletissimo excusum est Parisiis in officina Morellii, in fol.* Catalogus bibl. Iacobeae editus Lipsiae 1693. 8. inter libros philosophicos in fol. parte 2. pag. 41. num. 234. *Varini Phauorini Camertis Lexicon Graecum sine versione. Hanou. 1521.*

xx) Diarium Venetum tom. XIX. pag. 127. *Le due prime edizioni de Varino erano diuenute si rare, e di prezzo si enorme, che a gran pena per venticinque e anche trenta ducati Veneziani poteuano appresso i librai ritrouarsi. I Greci massimamente di Leuante, appresso i quali questo lessico è in credito e in uso piu di qualunque altro, ne hanno sollicitato i Bartoli etc.*

yy) De hac vide sis Acta Erud. 1713. pag. 241. Neuen Bücher-Saal XXV. pag. 1. Diarium Venetum tom. XIX. pag. 127. seq.

zz) *Minoribus* potius: *maiores* conspiciuntur in Etymol. M. *Harl.*

a) Non ita *multae* sunt, v. censorem illius ed. in: *Baumgartenii* Nachricht. von einer Hallischen bibl. tom. IV. pag. 512-515. *Harl.*

b) *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. in c. XVII. plut. LV. est cod. lexici elegantissimus vocc. graec. in quo Varinus inclinationes omnes paullo remotiores gr. L. breuiter ac dilucide et per ordinem litterarum complexus est, de quo cod. item thesauro cornu copiae etc. ab Aldo 1496. edito, et de editione lexici graeci Romana typis Zach. Calliergi, copiosus est *Bandin.* in cat codd. gr. II. col. 281. sqq. Lexicon incipit Ἀρχὴ τοῦ Α στοιχείου. Ἄατος ἄνευ ἄτης. definit in Ω verbis τοῦ ὀφθαλμοῦ. — Inter codd. Baroccianos bibl. Bodlei. cod. 50. continet apophthegm. quaedam philosophorum collecta per *Phavorinum.* — *Vindobonae* in bibl. caesarea, codex CXXXIII. nr. XIV. est adnotamentum de origine alphabeti Graecorum, quod exstat in Phauorini lexico, ed. Basil. 1538. col. 345. in fine litterae A. teste *Lambecio* comment. VII. col. 530. — *Matriti* in bibl. regia cod. LXIV. complectitur *Phauorini* eclogas ex Eustathii in Iliadem et Odysseam Homeri commentariis excerptas, et a Carilo Antinoro, Phauorini discipulo, descriptas, necdum editas, vti opinatur *Iriartus* in cat. codd. gr. Matrit. qui multus est de illo cod. pag. 227. sq.

Commendandus est liber: *Suidae et Phauorini glossae sacrae,* graece. cum spicilegio glossarum sacrarum

num Drofenfeldenfem, memoratur a *Io. Fafoldo* in praefat. ad orationem Scipionis Carteromachi de laudibus litterarum graecarum, ipfius cura recufam Baruthi 1690. 4. Praeter lexicon hoc et *Cornu Copiae*, de quo dixi hoc volum. pag. 293. exftant etiam *Apophthegmata* [c])ex variis auctoribus per *Ioh. Stobaeum* collecta *Varino Fauorino* interprete, ad Leonem X. Romae 1577. 4. 1519. 8. et Cracou. 1529. 8. quam poftremam editionem hoc epigrammate commendauit Wenceslaus Sobeslauienfis:

[?] *Lector candide, fi cupis repente*
Diuina quafi virgula vocatus
Moralem fophiam tibi parare,
Hoc parui moneo legas libelli.
E graeco tibi quod bonus Varinus
Traduxit lepide fimul Latine.

Lexica Graecolatina Recentiorum [d]).

X. Inter Lexica Graecolatina recentiorum fcriptorum, ratione temporis, quo in lucem edita eft illius lucubratio, familiam ducit *Io. Craftonus*, Placentinus, Carmelitanus, cuius Vocabulifta graecolatinus [e]) primum prodiit Regii Lepidi A. 1497. 8. quae editio in Leidenfi bibl. publica adferuatur; deinde edidit Bonus Accurfius, Pifanus, dicauitque Ioanni Francifco Turriano, ducali quaeftori, impreffum in aedibus Dionyfii Bertochi, Bononienfis, fubterraneis, *Mutinae* 1499. fol. vt didici ex Michaëlis Maittaire Annalibus typographicis t. 1. pag. 363. Habeo et ipfe Lexicon eiusmodi Graecolatinum perantiquum, editum in fol. fed in quo titulus deeft, neque extrema pagina 455. locum aut tempus denotat, quod incipit: *ἀαγὴς, έος, intangibilis, ἄαπτος intangibilis, vel cui nocere quis nequeat* etc.

H. Ste-

erarum Hefychii et Etymol. M. congeffit, emendavit et notis illuftrauit *Io. Chrift. Gottlieb Ernefti*, philos. P. E. Acceffit differtatiuncula de gloffis facris Suidae et *Phauorini*. Lipfiae 1786. m. 8. Vir doctiff. in differt. §. 1. pag. XV. contendit, Suidam et *Phauorinum*, quicquid gloffarum habeant, id vel *Hefychio, quem compilabant*, vel gloffariis, nunc nobis ignotis, debere, vel proprio ftudio ex veterum fcriptorum commentariis et fcholiis excerpfiffe. Pag. autem XXIII. §. III. fin., Phauorinus, inquit, quum maxime habeat gloffas eiusmodi, quae ad libros N. T. fpectant, ex illis potiffimum interpretibus haufit, quorum in illos libros commentaria exftitere, h. e. ex Chryfoftomo, Theophylacto, Oecumenio, Theodoreto; quos ipfos fontes etiam Suidas paffim adiit. Locos hiftoricos, dogmaticos, myfticos, etymologicos e variis auctoribus, vt Iofepho, Cedreno, Procopio, Bafilio M., Cyrillo Alex. aliisque, vterque transtulit. " *Harl.*

c) Idem Diarium Venetum pag. 110. fq.

d) Quaedam *lexica* iam recenfui in prolegomenis ad hiftor. L. Gr. I. pag. 81. fqq. De quibusdam egit *Walchius* in introductione in L. Gr. part. I. cap. III. §. 81. fqq. pag. 148. fqq. editionis fecundae. Quae in bibl. *Bünau.* (Dresdenfi bibl. publicae inferta,) exftant, ea memorantur in catalogo bibl. Bünau. tom. II. vol. III. pag. 1807. fqq. Nubem vero lexicorum gr. excitatam reperies in *Henric. Guil. Lawaetz* Handbuch für Bücherfreunde und Bibliothekare, vol. I. tom. I. pag. 441-454. et in primo fupplemento, pagina 303-313. Quare, vt omnia et fingula, praefertim minora, lexica enumerem, num neceffe fit, paene dubito: quinimo praeftare videtur, lectores ad illos ablegare libros, et meliorum, aut rariorum recentiorumue Lexicorum notitiam tantummodo propinare. — Commemorare adhuc iuuat *I. H. Boecleri* diff. de lexicis veterum Graecorum, ex Photio potiffimum: in eius differtatt. academ. t. I. p. 645. Argentor. 1701. 4. *Harl.*

e) Manufcr. exftare in bibl. Patau. fupra in notitia codd. notauimus. *Harl.*

H. Stephanus in Epiſtola de typographiae ſuae ſtatu, A. 1569. 8. edita, et libro de vita Stephanorum adiuncta, *iis*, inquit, *quae circumferuntur Lexicis Graeco-Latinis primam impoſuit manum monachus quidam, frater* Ioh. Craſtonus, *Placentinus, Carmelitanus, ſed cum is ieiunis expoſitionibus, (in quibus vernaculo etiam ſermone interdum, id eſt Italico, vtitur,) contentus fuiſſet, perfunctorie item conſtructiones verborum indicaſſet, nullos auctorum locos proferens, quibus illae pariter et ſignificationes cognoſci poſſent, multi poſtea certatim multa hinc inde ſine vllo delectu atque iudicio excerpta inſeruerunt; donec tandem indoctis typographis de augenda lexicorum mole inter ſe certantibus, et praemia iis, qui id praeſtarent, proponentibus, quae ieiunae, et, ſi ita loqui licet, macilentae antea erant expoſitiones, adeo pingues et craſſae redditae ſunt, vt in illis paſſim nihil aliud, quam boeoticam ſuem agnoſcamus.* Eodem loco varias eius modi βαρβαρολεξιкοσιγγαπτάδων hallucinationes atque errores H. Stephanus perſtringit. *Fabr.* In catal. Bunau. l. c. pag. 1808. occurrit *Craſtoni* lexicon; editio antiqua nitidiſſima, ſine indicio et loci impreſſionis; fol. atque edit. *Mutinae* in aedibus Dionyſii Bertochi 1499. fol. in nota autem confector cat. ait, ex collatione huius editionis, cum praecedente inſtituta, ſatis adparere, vtramque eſſe diuerſam, ſed priorem ſ. l. omnino Mutinenſi antiquiorem. Atqui prior eſſe videtur ea, quam cl. *Panzer.* A. T. vol. I. pag. 436. nr. 299. laudat, eodemque, ſcribit, charactere, quo Homerus Florentiae 1484. impreſſus fuit. Idem V. D. alias memorat edd. antiquas ſ. l. et a. 4. (vol. IV. pag. 117. n. 394. de qua editione multus eſt Braunius in notitia. — de libris — in bibl. monaſterii ad SS. Vdalricum et Afram Auguſtae exſtantibus tom. II. p. 72.) — (Mediolani.) quarum quidem altera in 4. (circa a. 1481.) habet epiſtolam Boni Accurſii, Piſani, praefixam ad Ant. Bracellum; altera in fol. (poſt an. 1480.) eiusd. epiſt. ad Io. Franciſc. Turrianum. (v. *Panzer.* II. pag. 100. et 101. ac *Io. Ant. Saxii* hiſt. typograph. litter. Mediolanenſ. col. 167. vbi de Bonacurſio multus eſt, et pag. 445. ac. 612.) Idem cel. *Panzer.* poſt alios, quos laudat, memorat editt. *Vincentinam*, per Dionyſ. Bertochum, 1483. fol. — *Regiis* 1497. fol. v. vol. III. pag. 516. et II. pag. 394. de *Mutinenſi*, iam memorata, vol. II. p. 152. *Mantuanam* autem a. 1494. habet ſpuriam vol. II. p. 8. *Harl.*

Lexicon Graecolatinum excuſum ab Aldo Venetiis, 1497. fol. hinc Ferrariae A. 1510. [cum Cyrillo, Ammonio etc. per Io. Maciochum. fol.] et Pariſ. Hieron. Alexandro curante A. 1512. auctumque a *Io. Maria Tricaellio,* Aequinate, in quo multa falſa, notante Geſnero. Deinde Lugduni cum auctario et a *Valentino Curione*, Hagenoio, Baſileae apud Cratandrum 1519. fol. ibid. 1584. 4 [Lexicon gr. cum Maximi Tyrii, philoſophi platonici, ſermonibus et Angeli Politiani Ruſtico. Baſil. 1519. in 4.] —

[⁋] *Nic. Beraldi* Dictionarium Graecolatinum Pariſ. 1521. fol.

Dictionarium idem addita interpretatione latina, tribus vocum millibus auctius, additis variis Grammaticorum graecorum apoſpasmatiis, et de vocibus atticis, Tho. Magiſtro, Phrynicho et Emanuele Moſchopulo. Venet. 1524. fol. apud Franciſcum Aſulanum. *Fabr.* De h. ed. v. ſerie dell' edizioni Aldine, ed. II. pag. 60. Editio Aldina a. 1534. quam memorat *Lawaetz* in ſupplem. cit. pag. 306. nulla et per errorem numeri typographicum orta, eſſe videtur, Idem Lawaetz. memorat l. mem. edit. Venetam apud Seſſam. 1525. fol. Mentionem vero lexici rarioris inuentu facere iuuat; *Lexicon Graeco-latinum*, partim ex Graecorum lexicis; partim ex recentiorum lucubrationibus non quorumlibet, ſed exqui-

exquiſitorum, nim. Guil. Budaei, Eraſmi Rotterod. Laurentii Vallae, Hermolai Barbari, Angeli Politiani, Ludou. Coelii etc. Pariſ. apud collegium Sorbonae. 1530. fol. *Harl.*]

Iacobi Ceratini Dictionarius Graecus Baſil. 1524. fol. cum praefat. Eraſmi, qui Ceratino auctor fuit, vt hunc laborem in ſe ſuſciperet, et ipſe nonnulla adiecit. Inter eos, qui graeca auxere Lexica, profitetur et MAINO non parum deberi, ac male precatur inuidae febri, quae ſtudioſis eam vtilitatem reddiderit maligniorem. Vide Eraſmi Epiſtolas lib. XXVIII. 21. vbi ait, Ceratinum exactam vtriusque linguae peritiam cum incredibili modeſtia copulaſſe. *Huius*, inquit, *acceſſionem cum conferrem cum aliorum auctariis, quae in proxima Gurmuntii editione fuerant addita, (nam hanc Ceratinus noſter non viderat.) miro modo vix vllam vocem ab hoc annotatam comperi, quam illi priores occupaſſent. Pauperis eſt numerare pecus, ſed pauperius eſt numerare dictiones. Satis multas adiecit Ceratinus, ſed ingentem fateberis theſaurum, ſi expendas, quod acceſſit, potius, quam numeres.*

Magis etiam illo lexicographorum vulgo ſe exemit *GUILELMUS BUDAEUS*, renaſcentis literaturae alter quaſi Camillus, quo elogio eum mactat *Adr. Iunius* lib. 2. cap. 6. Aduerſariorum. Huius *Commentarii graecae linguae* praemiſſa graeca ad regem Galliae, Franciſcum, praefatione, Pariſiis primum 1529. et Colon. ac Baſileae [f]) 1530. fol. editi, et deinde tertia parte auctiores Pariſ. 1548. apud Rob. Stephanum fol. typis luculentis recuſi ſunt et Baſil. 1556. fol. quartum Operum Budaei volumen implent. In his auctor, nullo neque alphabeti neque alio ordine obſeruato [g]), innumerarum vocum phraſiumque, illarum praecipue, quae ad res ciuiles ac forenſes pertinent, prout ſub acumen ſtili ſcribenti venerunt, proprias et varias ſignificationes ex probatis auctoribus, oratoribus maxime et hiſtoricis, eruit, atque latine ex veterum Romanorum vſu expoſuit, vt nihil illis elegantius, nihil doctius cogitari poſſit. Ac dicitur liber ille Salmaſio veram ad eruditionem viam primum aperuiſſe, vt non vane auguratus ſit iam olim Eraſmus in Epiſtolis, obſeruationes Budaei vtriusque linguae ſtudioſis plurimum vtilitatis eſſe adlaturas. Nam et ad latinam eloquentiam apprime facere, veriſſime monuerunt *Franciſcus Vauaſſor* de ludicra dictione pag. 321. et *Rich. Simon.* biblioth. ſelectae, gallice editae, tom. 1. pag. 354. De iisdem commentariis Angelus Caninius in Helleniſmo: *Iſtius orationis formas, et breuiter quicquid ad graecanicas* [?] *phraſes attinet, doctiſſime perſecutus eſt* Budaeus *in ſuis commentariis, quos nuper et emendate et eleganter magno ſtudiorum bono excudit Badius. Eum librum comparare ſibi debet, quisquis ſerio graecari volet.* Edmundus Richerius in obſtetrice animorum p. 230. *Quia magni illius Budaei mens et inſtitutum in ſuis commentariis fuit Graeca Latinis conferre et connectere, certumque eſt, quicquid unquam elegantiae aut venuſtatis in vtraque lingua extitit, id totum libris illis contineri, qui huic ſtudio egregiam nauare operam cupiunt, excellens illud et coeleſte monimentum*

f) Conf. ſupra in h. vol. pag. 230. not. g. Poſtea accepi, Colon. et Baſil. eiusdem anni edd. eſſe diverſas. *Harl.*

g) Attamen poſt dedicationem, *Franciſco*, Galliarum regi, ſermone graeco ſcriptam, exſtat *index κατὰ στοιχεῖον. Index ſecundum paginarum numerum et ordinem eorum*, quae in his commentariis Gr. L. *marginibus potiſſimum adnotata* latius exponuntur: reliqua vero, quae aut perſtringuntur, aut quae quis indice vix commode complectatur, vt fit in plurimis quaternionibus, adfatim frequens ſuppeditabit lectio." *Krohn.* Index quidem adhaeret quoque edition. Baſil. et Stephan. ſed in contextu nullus ordo obſeruatus eſt. *Harl.*

mentum Budaei cogitate notare debent; cuius auxilio omnia linguae principis arcana facile peruestigabunt. Buchananus:

> *Gallia quod Graeca est, quod Graecia barbara non est,*
> *Vtraque Budaeo debet vtrumque suo.*

Omitto elogia, certatim in eum congesta, a *Lud. Viue* ad lib. 2. Augustini de Ciuitate DEI cap. 17. et de tradendis disciplinis pag. 306. *Scaligero* in Scaligeranis, *Barthio* XXI. 3. Adversar. *Morhosio* lib. IV. polyhist. cap. 8. §. 3. Vitam Budaei [h]) scripsit Ludouicus Regius, quae cum lucubrationum eius elencho legitur apud Batesium et Leickerum [i]): Regio addenda, quae habet Ioh. Launoius parte 2. Gymnasii Nauarrei pag. 875. seq. qui tamen fallitur, quum pag. 882. notat, Budaeum obiisse anno 1573. Calend. Septembr. nam anno 1540. Cal. Sept. exstinctus est, aetatis 73. Budaeum in plerisque libenter sequuntur Lexicorum Graecorum, post eum vulgatorum, auctores, etiam Henricus Stephanus, qui in paucis quibusdam locis ab eius sententia discedit, quorum rationem vberiorem reddere voluit in suo, quem promisit, thesauri graecae linguae Corollario, et in editione noua Commentariorum Budaei, *Cogito enim*, inquit in praefat. ad thesaurum graecae linguae p. 12. *de libri illius editione, quae habeat cum alia, quibus multo quam antea vtilior reddatur, tum vero meas in quosdam locos annotationes.* Sed nec Corollarium illud, nec editio Commentariorum Budaeanorum, a Stephano notis illustrata, lucem vidit.

[☞] Dictionarium trilingue, in quo latinis vocabulis, in ordinem alphabeticum digestis, respondent Graeca et Hebraica, Hebraicis adiecta sunt magistralia (Rabbinica) et Chaldaica, opere et labore *Sebastiani Münsteri* congestum. Basil. 1530. 1543. 1562. fol. Latina et Graeca eadem fere in Tricaëlii Lexico.

Ambrosii Calepini Latino dictionario vocabula graeca anonymus quidam adiecit. Id saepius subiectum prelo etiam cum aliarum linguarum accessione, vt in editione Basil. 1605. lexicon vndecim linguarum.

Lexicon Graecolatinum auctum insigniter a praeclaro viro, *Petro Gyllio.* Basil. 1532. fol. et deinde saepius cum aliorum auctariis recusum, vt infra commemorabitur.

Primum circa A. C. 1537. (inquit *Conradus Gesnerus* in epistola, A. 1562. scripta, de libris, a se editis,) *Lexicon graecolatinum* (Basil. 1537. fol.) *quod iam ante a diuersis et innominatis, nescio quibus, satis misere consarcinatum erat, ex* Phauorini, Camertis, *Lexico Graeco ita auxi, vt nihil in illo exstaret, quod non vt singulari fide ac diligentia, ita labore maximo adiicerem: sed typographus, me inscio et praeter omnem exspectationem meam, exiguam*

h) Adire etiam licebit de Budaeo elogia Iouii pag. 179. et Sammarthani p. 3. Nicolai Reusneri icones pag. 95. Bullartii Academiam scientiar. t. 2. pag. 166. Claudii Sinceri vitas ICtorum III. p. 103. Alphonsi Clarmundi vitas editas germanice tom 1. pag. 25. Baelii Lexicon, Hendreichii pandectas Brandenburg. Bailletum tom. 3. iudicior. editorum gallice pag. 157. seq. Bonifacii hist. ludicram XV. 3. etc. [*Io. Fabric.* in historia bibl. Fabric. vol. III. pag. 255. sqq.]

i) Frid. Iac. Leickherus in Vitis decem ICtorum, editis Lipsiae 1686. 8. pag. 28. Guil. Batesius in vitis selectorum aliquot virorum excusis Lond. 1681. et 1704. pag. 215.

quam duntaxat accessionis meae partem adiecit, reseruans sibi forte auctarium ad sequentes etiam editiones. Eodem paullo post defuncto, meum exemplar recuperare non potui. Ab eo etiam tempore in gratiam Henrici Petri, *Basil. typographi, ter aut quater ex diuersis lectionibus meis, idem volumen insigni accessione auxi, An. 1545. ita vt semper nominarem authores, a quibus singula excepissem, vt et authoritas maior esset, et orthographia minus corrumperetur: quod si alii etiam multi Lexicorum corruptores potius quam auctores obseruassent, non vsque adeo aliquot millibus locorum corrupta haec volumina hactenus in publicum prodiissent, non solum typographicis erratis passim innumeris absurdissime referta, propter imperitiam illorum, qui ad praela corrigunt: sed ipsorum etiam auctorum. quorum plurimos idcirco sua nomina profiteri puduit. Vltima quidem editio a me locupletata Basileae nuper prodiit ex officina* Hieronymi Curionis *A. 1560. Septembri, in folio, chartis trecentis octoginta quatuor. — — In Lexicon Graecolatinum A. 1544. Basileae excusum in 4. de vtilitate ac dignitate linguae graecae praefatus sum.*

Petri Dasypodii, Heluetii, quo praeceptore vsum se Tiguri, narrat Gesnerus, Lexic. Graecolatinum Argentorat. 1539. 4. [Colon. 1676. med. 8.]

Lexicon, Antwerpiae editum, anno eodem 1539. 4.

Lexicon Graecolatinum Basileae 1539. 4. apud Io. Walderum cum praefat. Simonis Grynaei, qui illud his verbis laudat, sane magnificis: [?] *Lexicon igitur, adolescens, hoc graecum ad summum, quantum maxime fieri potest, perductum habes. Copiosius et vocibus pluribus refertum nullum exstat, comparatu facilius nullum, ad vsum accommodatum meliusque nullum* etc.

Io. Chaeradami lexicopator etymon Graecolat. Paris. 1545. fol.

Nicolai Gerbelii Lexicon Graecolatinum A. 1546. MS. vidisse se Argentorati testatur Gesnerus in Pandectis p. 37. b.

Lexicon Graecum locupletatum ab *Hadriano Iunio* A. 1548. fol. et 1557. fol. ex offic. Hier. Curionis, fol. inscriptumque Eduardo, Angliae regi, fidei defensori et supremo Anglicanae ecclesiae a Christo capiti, quem titulum, Indici librorum prohibitorum insertum queritur, Iunius, vt videre licet in eius Epistolis pag. 124. pag. 469. sq. et 508. De Lexico isto iterum pag. 70. 223. et 180. vbi sex millibus vocum atque eo amplius auctum a se testatur. Ab hoc opere diuersus est eiusdem Iunii nomenclator, paruae molis liber, sed praeclarus et vtilis, de quo infra.

Lexicon Graecolat. editum Lugd. 1550. fol. apud Frellonium [k]). Et aliud eodem anno Basileae, locupletatum a *Io. Hartungo*. post *Arlenium*, aliosque. *Marc. Hopperi* diction. lat. gr. Basil. ex off. Hier. Curion. 1563. fol.

IOACHIMI CAMERARII Commentarii insignes vtriusque linguae similiter, vt Budaei opus, nullum alphabeti ordinem obseruant, in quibus diligens praecipue exquisitio nominum, quibus partes corporis humani adpellari solent, additis, et functionum nomenclaturis, et aliis huc accedentibus. Basil. 1551. fol.

Iacobi

k) Lugduni apud Mich. Syluium. 1553. fol. *Harl.*

Iacobi Tusani Lexicon. gr. lat. Parif. 1552. fol. ingenti vocum acceffione locupletatum: [rec. Venet. 1555. fol.]

Ex Budaei commentariis maximam partem decerptum Lexicon Graecolatinum *Caroli Stephani*, qui Roberti frater, Henrici patruus fuit, editum Parif. A. 1554. fol. cum additionibus MSS. Hoefchelii obuium Romae in bibl. Barberina.

Inter melioris notae Lexicographos merito fuo refertur ROBERTUS CONSTANTINUS [l]), medicus Cadomenfis, cuius Dictionarium Linguae Graecae, Cadomenfi Ciuitati et Iacobo Dalechampio, viro docto et prae caeteris amico, ab auctore dicatum lucem vidit Geneuae apud Io. Crifpinum A. 1562 fol. 2. Volum. atque deinde cum additionibus *Francifci Porti* aliorumque recufum eft ibid. A. 1592. fol. ne dicam de Lexico Graeco-Latino *Io. Crifpini*, collecto ex eodem Rob. Conftantino et A. 1566. 4. edito, quod manu Ifaaci Voffii paffim auctum, notatumque exftat in bibl. publica Leidenfi [m]). Non, vt in thefauro H. Stephani fub radicibus vocabula, fed fuo fingula ordine per litterarum feriem digefta in Conftantini [?] Lexico leguntur. Verum auctor in praefatione promittit *artificiofam tabulam*, in qua linguae graecae origines, annominationes et feruato tantum alphabetico ordine in primitiuis. Hinc maiore iudicio collectum Conftantini Lexicon, quam Stephani thefaurum exiftimabat Io. Henricus Boeclerus in bibliographia curiofa, quae fine nomine auctoris vulgata primum, deinde Boeclero vindicata et fub Bibliographiae criticae titulo, cum Io. Gottlieb Kraufii animaduerfionibus Lipf. 1715. 8. prodiit pag. 19. Certe antequam Stephani opus videret lucem, omnium quorumcunque commentarios, qui vnquam in graeca lingua erant editi, a Conftantino fuperari, adfirmauit *Mich. Neander* pag. 457. erotem. Hebr. Sed praeterea etiam edere voluit Conftantinus *de accentuum graecorum ratione* plenam breuemque commentationem; *Elegantias linguae graecae* eiusque cum Latina comparationem; *Compendiofam methodum ftudii linguae graecae* et de eiusdem auctorum lectione tractationem; denique *thefaurum rerum et verborum linguae graecae* per locos communes, in quo duo indices vice duplicis dictionarii, Graeci et Latini, et tertius rerum, quae in locis communibus tractantur, filuam materiamque contineret. Licet vero integris corporis et mentis fenfibus memoriaque valida centefimo tertio Conftantinus diem [n]) obiiffet, 6. Cal. Ian. promiffa tamen illa non impleuit, neque in lucem protulit, quod memoratur a Simlero, dictionarium, ex Homero ceterisque poëtis graecis collectum, fimile dictionario Nizolii in Ciceronem. Nihilominus thefauri fpem quod fecerat, inuidiam incurrit non leuem. Conftantinum enim perftringere videtur H. Stephanus, nimis acerbus faepe eorum, qui idem cum ipfo ftadium decurrere aufi funt, cenfor et Ariftarchus, in praef. ad thefaurum fuum pag. 17. his verbis: *Praeftiti denique, lector, in hoc opere, vel potius praeftare conatus fum, quae ipfum thefauri nomine non indignum reddant. Eum quidem certe titulum mihi praeripere iam olim conati erant quidam, quum me de hoc opere aggrediendo cogitare obaudiiffent. Sed illi* θησαυρȢ *eorum adpellationi merito aliquis ex prouerbio*

[l]) Conf. Io. Fabricius hiftor. bibl. Fabric. III. ... Harl.

[m]) Crifpini lexicon graec. lat. Col. 1615. 4. — Londini 1681. 4. *Harl.*

[n]) Vide Teiffierii elogia Thuanea t. IV. p. 506. Bailletum iugemens tom. 3. pag. 137. Colomefii Galliam Oriental. pag. 103.

prouerbio depromtum vocabulum ἄνθρακες adſcripſiſſet. Foris enim et titulo theſaurus erat; intus autem nihil aliud, quam vulgaris conſarcinatio, quae antea lexici Graecolatini recogniti nomine adpellabatur, nouis aliquot ſuturis aucta: aut (ſi mauis) quaedam interpolationum acceſſio, vt vel ex ipſa collatione perſpici poteſt, adeo vt perinde eſſet ac ſi perſonatus Irus Croeſum [?] *ſe mentiri ſub eius perſona vellet.* Contemnit etiam Conſtantinum eiusque laborem indignis modis Ioſephus Scaliger in Scaligeranis pag. 101. et in Epiſtolis pag. 104. 107. quod ex ſingulari ac priuato in eumdem odio profectum monet Huetius in Originibus Cadomenſibus, gallice editis, cap. 24. quum patri, Iulio Caeſari Scaligero, cariſſimus Conſtantinus fuiſſet, et per aliquod tempus communibus ab eo aedibus exceptus, tanti etiam ob eruditionem et fidem atque integritatem aeſtimatus, vt ante obitum ſuum illi potiſſimum lucubrationum ſuarum ineditarum in lucem proferendarum curam voluerit committere. Conradus etiam Geſnerus in Epiſtola de libris a ſe editis pag. 31. *Hoc anno*, inquit, *quo haec ſcribo*, *1562. Geneuae prodiiſſe audio longe copioſiſſimum Graecae linguae theſaurum a Rob. Conſtantino, incomparabilis doctrinae viro, ex Ioh. Criſpini officina* Huius Conſtantini habemus minime contemnendum etiam *Latinae linguae ſupplementum*, ſiue lexicon vocum rariorum, in poſtrema tunc Calepini editione praeteritarum, excuſum Geneuae apud Euſtachium Vignon 1573. 4. quod manu Emerici Bigotii paſſim notatum fuit in bibl. praeclara Bultelliana: nec non *nomenclatorem ſcriptorum*, quorum libri exſtant vel MSti vel impreſſi in bibl. Galliae et Angliae, indicemque bibl. Geſneri. Pariſ. 1555. apud Wechelum, 8. Notas in Celſum Lugd. 1566. 8. et Amſt. 1687. 12. 1713. 8. In Dioſcoridem Lugd. 1558. 8. Argentorat. 1565. 4. Et in Theophraſti hiſt. plantarum, cum Iul. Caeſ. Scaligeri ad eandem commentariis Lugd. 1584. 8. et Amſterd. 1644. fol. Ineditas eius in Plinii hiſt. nat. animaduerſiones in bibl. Lamoniana adſeruari, teſtatus eſt Bailletus, eius praefectus: et neſcio vbi vel edita reperiantur vel MSta deliteſcant, quae inter Conſtantini ſcripta typis excuſa memorantur ab *Antonio Teiſſierio* tom. 4. elog. Thuanor. pag. 508. Aphoriſmi Hippocratis verſibus redditi graecis et latinis: Iuliani imp. Miſopogon et Epiſtolae in linguam latinam conuerſae, nec non de antiquitatibus Graecorum et Latinorum libri tres.

De HENRICI STEPHANI Theſauro Graecae Linguae.

Stephaneae ſtirpi id fuiſſe proprium videtur, vt in communes ſtudioſorum vſus conſtrueret theſauros [o]), Ciceronianum *Carolus*, [?] Latinum *Robertus* [p]), graecum *Henricus*: licet Graeci etiam magna pars Roberto eiusque ſtudiis debeatur: ita enim de illo iam An. 1557. in praefatione ad Lexicon graecolatinum Ciceronianum filius ipſe, Henricus Stephanus, teſtatur, ſe propemodum vereri, vt Alexander olim patris Philippi victoriis materiam

o) *Theodorus Ianſonius ab Almelooueen de* vitis Stephanorum, Amſt. 1683. 8. pag. 72. *Mich. Maittaire* in Stephanorum hiſtoria. Londini 1709. 4. pag. 352. [*Car. Steph.* theſaurus M. T. Cicer. Pariſ. 1556. fol. — eiusd. L. L. cum graeca collatio. Pariſ. 1554. 8.]

p) *Roberti Steph.* theſaurus L. L. Pariſ. 1531. II. tom. F. ib. 1536. fol. — auct. ib. 1543. III. tom. fol. — cum adnotatt. H. Stephani, curante Anton. Birrio. Baſil. 1540 - 1543. tom. IV. fol. — *Rob. Steph.* de lat. et graecis nominibus arborum, fruticum, herbarum, piſcium et auium. Pariſ. Rob. Stephan. 1544. *Harl.*

riam triumphorum ſibi eripi dolebat, ne ſic patris ſui in litteras meritis induſtriae ſuae laudem intercipi contingeret. *Et conatus quidem eius fortaſſe nihilo meis maiores: ſed vt viribus, ita etiam effectu longe profecto ſum inferior. Ecce enim ille tibi non Lexicon graecolatinum neſcio quod, ex ineptiſſimarum adnotationum quadam velut colluuie conflatum, tanquam veſtimentum aliquod ex vilibus ſcrutis conſarcinatum, ſed ingentem et immenſum linguae graecae theſaurum, iam a multis annis, ſumtibus prope infinitis, ex praeſtantiſſimis linguae auctoribus tibi congerit atque coaceruat. Qui certe illo latinae linguae theſauro, (quem etiam ipſe cumulauerat,) tanto erit opulentior, tantoque pretioſior, quanto maiores ſunt illius, quam huius, vt omnes fatentur, diuitiae.* Poſt Robertum, A. 1559. defunctum, de excudendo theſauro iam A. 1561. cogitauit filius; nam die 13. Iulii illius anni datum eſt priuilegium Caroli IX. Galliarum regis, cui A. 1570. 15. Febr. aliud Maximiliani II. imp. acceſſit. Non prius autem Theſaurus graecae linguae ab Henrico Stephano in lucem datus eſt, quam A. 1572. fol. quatuor voluminibus, dicatusque Maximiliano II. imp. Carolo IX. Galliae regi, Eliſabethae, reginae Angliae, atque electoribus imperii, Friderico Palatino, Auguſto Saxoniae et Ioanni Georgio Brandenburgico, nec non academiis, Viennenſi, Pragenſi, Pariſienſi, Oxonienſi, Cantabrigienſi, Heidelbergenſi, Lipſienſi, Witebergenſi et Francofurtenſi, ad Viadrum. Opus incomparabile, amplas Graeciae opes totis caniſtris admetiens ſtudioſis, et quod immenſo labore ſtetit auctori, adiuto licet parentis induſtria [q]) et Friderici Sylburgii [r]) ac fortaſſe aliorum [s]), vnde omnes graecarum litterarum ſtudioſos beneficio ſibi obſtrinxit tanto maiore, quod ab illo vsque tempore, qui vberiores et accuratiores panderet graecae linguae commentarios, per annos centum et [?] quinquaginta repertus eſt nemo. In titulo ipſo profitetur auctor praeter alia plurima, quae primus praeſtitit paternae in theſauro latino diligentiae aemulus, vocabula in certas claſſes diſtribuiſſe, multiplici deriuatorum ſerie ad primigenia tamquam ad radices, vnde pullulant, reuocata.

Nunc alii intrepide veſtigia noſtra ſequantur,
Me duce plana via eſt, quae ſalebroſa fuit.

Quamquam vero ingens laudeque ſua dignus, nec inutilis labor etiam eſt ille, quo vocabula graeca ad radices ſuas primus reuocauit; tamen ad quotidianum vſum ſtudioſorum atque euoluentium compendium neutiquam opportunus, ſed moleſtiſſimus eſt, adeoque aliis ſeruari commentariis, et lexicon identidem conſulturos morari non debebat. Moratur autem incredibiliter non tirones modo, ſed etiam eos, qui progreſſus non contemnendos in graecis litteris fecerunt: quam multis enim in vocabulis non ſatis conſtat etiam doctiſſimis de origine? deinde compoſitorum omnium, quum duae ad minimum radices

q) *Paterno auſpicio atque ductu.* H. Stephanus praef. ad Adagia Eraſmi An. 1558. Adde eius Epiſt. de typographiae ſuae ſtatu, apud Almeloveen pag. 177.

r) Frid. Sylburgius 1596. 16. Febr. Heidelbergae peſtilentia interemtus eſt, teſte Abrahamo Sculteto in narratione de vita ſua pag. 4. vbi addit, H. Stephanum in adornando theſauro multum ab eo adiutum. At Stephano facit iniuriam Melch. Adami in Sylburgii vita pag. 193. edit. in fol. quando ſcribit, potiſſimam theſauri partem eius labore conſtare: vnde reprehenditur a Bailleto tom. 3. iudiciorum de ſcriptoribus pag. 136.

ſ) Scaligerana pag. 145. *H. Stephanus non ſolus fecit theſaurum. Pluſieurs y ont mis la main.*

radices esse debeant, incertum manet, sub vtra inuestigandum sit, etiamsi constet de radice vtraque. Ac nisi verborum indice, qui in quarto tomo exstat, studium inquirendi quodammodo Stephanus leuasset, multi haud dubie illud consulere plane desperarent, quia non possent id facere sine nimis magno eoque saepius faciendo quotidie temporis dispendio. At sic quoque duplici tamen labore opus, indicem enim primum, deinde in alio volumine locum ipsum euoluere est necesse. Et quamquam non crediderim, hanc esse caussam t), vt hodie vix vnus graece doctus reperiatur pro quinquagenis peritis graecarum litterarum, quales fuere bene multi renascentibus litteris, antequam Stephani thesaurus et Scapula in hominum manibus versarentur: nihilominus puto esse verissimum, [P] in lexico hanc esse virtutem maximam, vt, qui illo vtitur, sine difficultate ac temporis iactura, quae inquirit, inuenire queat; itaque longe praeferendam methodum aliorum, qui non sub radicibus, sed suo quaeque loco per alphabeti ordinem vocabula singula exhibent exponuntque.

Non Parisiis, vt persuasum multis, sed Geneuae excusum esse thesaurum, (neuter enim locus in fronte operis notatur,) merito ob rationes, quas suggerit historia typographei Stephaniani, statuit eruditus amicus et collega meus coniunctissimus, Mich. Richey, in Chrestomathia graeca, siue consilio de recte instituendo graecae linguae studio, cuius sectione VIII. de thesauro hoc differit accuratissime. Idem non sine caussa negat, duas illius exstare editiones, licet recentissimus ac diligentissimus historiae Stephanorum scriptor, *Michaël Maittaire*, pag. 355. posteriorem etiam thesauri editionem prodiisse tam certum esse adfirmet, quam, quo anno prodierit, fatetur incertum esse u). Sed post vulgatum A. 1579. compendium a *Io. Scapula*, quo maximam sibi factam iniuriam, et opportunam distractionem operis sui, tanto sumtu suo et labore perfecti, impediri, haud immerito dolebat, nouum frontispicium thesauro suo praefixit Stephanus, et in illo Scapulam pungit his verbis:

Quidam ἐπιτέμνων me capulotenus abdidit ensem,
Aeger eram a scapulis, sanus at huc redeo.

Oooo 2 In

t) Moyses du Soul in Epistola, inserta Nouellis litterariis, Amst. A. 1720. 8. editis gallice, t. XI. p. 133. *la pratique de mettre les mots non dans leur ordre alphabetique, mais sous leur racines, qui à eu lieu depuis que, pour le malheur des lettres, les Etiennes s' auiserent de ranger tous les derivez et les composez sous leur racine, a éte une des principales causes de la decadence de Grec. Car qui est - ce qui pourroit supporter le degout, que cause cette methode? — aussi voyons nous ce qui en est arriué. Ie pose en fait, qu' au renouvellement des lettres en Europe, il y avoit plus de cinquante personnes pour une aujourd' hui qui savoient le Grec. Pour quoi cela? Est ce que le bon sens et la nouvelle philosophie ont fait découvrir à notre siecle, que les écrits des Grecs, sont ou ridicules, ou faux, ou un vain jargon comme les subtilitez de l' Ecole que ceux, qui ne savent pas les choses, confondent assez souvent avec la Philosophie des Anciens. Point du tout* etc.

u) Diuersa esse huius Thesauri integra exemplaria, atque annis distantibus, typis denuo compositis, e prelo prodiisse, quod anno circiter 1580. factum esse putat *Maittaire* in histor. Stephan. pag. 359. ductus rationibus probabilibus, contendit *Barth. Nic. Krohn*, Pastor quondam Hamburg. ad D. Mar. Magdal. in cat. bibl. suae (Hamb. 1793. 8.) pag. 174. et vberius atque copiosius exposuit rationes suas in epistola ad me, mense Maio 1791. data, ad quam quoque in catal. suo provocauit. Quare ego in fine huius sectionis illam formulis typogrographicis describendam curabo. Meum thesauri Stephan. exemplar, (vti illud, quod in *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. IV. pag. 269 - 272. describitur,) in fine tituli habet notam anni: *Anno M. D. LXXII. excudebat Henricus Stephanus.* In bibl. *Pinelliana* exstitere duo exemplaria; alterum sine anni nota, alterum cum nota a. 1572. (vide catal. illius bibl. tom. III. pag. 273. nr. 7433. et 7434.) *Harl.*

In auerſa tituli huius noui facie, ſiue opiſtographo, etiam comparet Epiſtola, qua non modo grauiter conqueritur de iniuria, ab epitomatore ſibi illata; ſed etiam contendit, plura eaque magni momenti praetermiſſa a Scapula, quae poni lectorum intererat, in aliis etiam invertiſſe eum ac peruertiſſe dicta, dum mentem atque artificium auctoris non adſequitur. Eamdem querelam ſuam repetit Stephanus in palaeſtra de Lipſii Latinitate An. 1591. 8. edita, pag. 51. ſeq. vbi etiam nouo illo, quod dixi, frontiſpicio, ornatum theſaurum ipſe poſteriorem operis ſui editionem pag. 54. adpellat, atque in Scapulam ſtringit hoſce iambos, quos ſplendida bilis ipſi dictauerat:

Opus redegit qui illud in compendium,
Impendium in eo temporis quam maximum
Feciſſe dicit: vellet id penſare nos
Suae crumenae maximo compendio.
[?] *Lectorum at ille maximo diſpendio*
Contraxit opus id, impoſuit et omnibus.
Poena irrogetur huic vt non grauis tamen,
Tantum eſſe dignum dixerim ſuſpendio.

Sed operae pretium eſt, audire etiam *Scapulam*, ita cauſſam ſuam agentem, et quantum Stephano debeat, vel non debeat, profitentem in praefat. ad Lectorem: *In hoc opere abſoluendo cum plurimam operis contriuiſſem, — — incidi forte in theſaurum, ab Henrico Stephano conſtructum, cuius ſola inſcriptione lecta, exiſtimaui, me actum egiſſe. Verum cum theſaurum illum, penitius introſpectum, praeter alia multa, a meo conſilio diſcrepantia, diuerſo etiam ab eo, quem ſecutus fueram, ordine ſcriptum fuiſſe re ipſa cognouiſſem, idque amicorum oculis ſubieciſſem, eorum iudicio fretus multisque rationibus adductus haec tandem in lucem prodire permiſi. At vero ne theſauri illius Herculeo ſane labore compoſiti, auctorem, bene de literis meritum, debita laude fraudare, aut me alienis plumis venditare videar, quid illi acceptum feram, fateri non grauabor. Cum enim in eo theſauro, tanquam in penu locupletiſſimo, dictionum vim et proprietatem melius exprimi, ſignificationes diſtinctius collocari, pluribus aptioribusque exemplis confirmari, diuerſas conſtructiones diligentius obſeruari, denique quae tum veteres tum recentiores lexicographi, ſcholiaſtae, grammatici et alii, in graecae linguae cognitione excellentes viri, ad hoc argumentum pertinentia ſcripſerunt, plenius contineri et accuratius quam in ſuperioribus lexicis collecta exhiberi comperiſſem; ea inde potiſſimum depromta meo inſtituto accommodaui, conſultis iis quoque auctoribus, ex quibus illa in theſaurum fuerunt relata. Pauciſſima ex pluribus exempla ſelegi, loquendi formulas non niſi magis neceſſarias expoſui, ne liber, in nimiam molem excreſcens, lectori taedium afferret, emtoremue pretii magnitudine deterreret. Si autem in eo theſauro multa vocabula adiecta ſunt, quae in aliis lexicis deſiderantur, ita etiam non pauca, teſtimonio munita, huc acceſſiſſe, ſi quis collationem inſtituat, ſaepius deprehendet, atque adeo quamplurima adiici poſſe non eſt diſſimulandum.* In hoc omnes eruditi conſentiunt, nec Scapulam fraudandum laude induſtriae, licet iniquum prae ſtudio, et de Domino quondam ſuo ac praeceptore [v]) meritum haud bene: H. Stephani vero dolendam vicem, cui pro tantis laboribus

v) Almeloueen pag. 74. de vitis Stephanor. et Mich. Maittaire pag. 358.

laboribus suis et impensis, quibus omnes, litteris operantes, sibi maxime obligauit, hoc gratiarum loco repensum est, vt redacto ad inopiam identidem querendum fuerit, a thesauro se esse pauperem redditum. Θησαυρὸς ἄριστος πᾶσιν ἐὰν ἑτέροις, ἐςὶ κάκιςος ἐμοί.

At thesaurus me hic ex diuite reddit egenum,
Et facit vt iuuenem ruga senilis aret.

Quamquam etiam in celebrando et extollendo opere vtilissimo haud minor est eruditorum consensus, quod horreum ac promtuarium totius Graeciae vocat Morhofius, Mericus Casaubonus [w]) viri summi inaestimabilem thesaurum, atque alibi, librum incomparabilem et vere thesaurum: tamen iamdiu simili desiderii et votorum consensione exoptant omnes, vt post tam diutinum et longius saeculo spatium exoriatur tandem aliquis, Stephano similis, sed fauentiore vtens fortuna, qui adiutus ab aliis [x]) suppleat, atque ex scriptoribus, vel post Stephanum demum protractis in lucem, vel ab eo non satis diligenter excussis, latifundia graeca amplius oculis omnium pandat, facilioreque et obuio vtentibus ordine exponat. Vir doctissimus *Olaus Borrichius* in dissertatione de lexicis pag. 50. *Nemo merito suo laudatior Henrico Stephano, cuius graecae linguae thesaurus paene instar omnium est, solidus, cultus, locuples, in quo nisi tria desiderarentur, (primo, quod exstent non pauca in iis, qui omnium manibus versantur auctoribus, hic omissa: secundo, quod multa id temporis Graecorum monumenta, hodie in publico notissima, nondum euulgata essent: tertio, quod voces plurimae plures admittunt significationes, quam quae in illo thesauro signatae sint,) iam peruenisset ille lexicographorum Graecorum labor ad vsque suos vmbilicos.* Fuit, quum plenius lexicon graecum exspectare iuberemur a viris, in Graecorum scriptorum lectione subactissimis, *Rich. Bentleio*, Britanno, *Laur. Normanno*, Sueco, et *Ludolpho Kustero* [y]), Germano; quorum hunc fatum praematurum intercepit et alios quoque ipsius conatus laudatissimos, editionem Hesychii, et thesauri latini recogniti euertit. Normannum similiter mors acerba eripuit sacris et humanioribus litteris. Bentleium animus ad alia amoeniora et splendidiora reuocauit. *Paulli Cornettae*, clerici regularis, Lexicon Graecum ex sacris et externis scriptoribus in quinque magna digestum volumina editionique paratum, laudat et Romae in bibl. patrum S. Mariae Magdalenae MStum seruari testatur *Prosper Mandosius* in bibl. Romana pag. 150. De aliis, qui idem saxum voluerunt, iuvat, ne actum agam, [*] adponere notata a clarissimo collega meo, *Michaele Richey*, in laudata Chrestomathia graeca: *Non dicam de exemplo thesauri Stephani, quod possidere mihi contigit, cui sua manu passim quaedam addidit* Erasmus Schmidius. Ioh. Conradum Dietericum, *professorem Giessensem, auctarium quoddam ad idem opus sub manu habuisse, in quo*

 errores

w) Pag. 42. ad Marcum Antonin. et in diss. de nupera Homeri editione.

x) Recto et aequissimo iudicio Mich. Maittaire in Stephanorum historia pag. 388. *Tantum abest, vt ob aliquot voces, in H. Stephani thesauro desideratas eum negligentiae insimulem, vt eius potius industriam suspiciam, quod plures non desiderantur. In quam immanem molem excresceret, quam inexhaustos labores, quot Herculeo huic operi inuigilantes viros, quot annos sibi deposceret thesaurus, qui vniuersa Graecorum omnium Auctorum vocabula variasque ipsorum significationes complecteretur.*

y) Hic scripturus erat de lexicorum graecorum defectibus, vti narratur in actis erud. Lips. 1710. pag. 105. in censura editionis Aristophanis, a Kustero curatae. *Harl.*

errores eius se detecturum sit pollicitus, sed, quum viueret, non inuenisse typographum, et post mortem eius omnem illum laborem in irritum cecidisse refert Morhofius, (aut qui Morhofium suppleuit, Ioh. Frickius,) lib. IV. Polyhist. capit. 8. §. 6. Imo discerptum plane deinceps auctarium illud fuisse intelligo ex fragmento eius, quod in manibus nonneminis esse significatur im neuen Bücher-Saal tom. 1. pag. 963. Rem eamdem, a Morhofio traditam, confirmat doctissimus Dieterici in professione graecarum litterarum successor, Io. Henr. Maius, *fil. qui etiam in obseruationibus suis sacris lib. IV. pag. 161. seqq. voces CCLX. a sola praepositione σὺν incipientes, aut sine auctoritate adductas, aut plane a Stephano omissas, recensuit. Sic plurimas alias, eidem vel intactas, vel auctoritate nulla ab eo confirmatas, in vno Epicteto et Simplicio obseruasse, iam pridem virum, in hac palaestra versatissimum,* Simonem Ertmannum, *scribit Borrichius in adpendice ad Analecta Lat. linguae pag. 51. qui et ipse ibi, quid in Stephano desideret, exponit, et complures nominat scriptores graecos, ex quibus ille vel parum, vel nihil in suum thesaurum adsciuerit. Ex solo Luciano vocabula CXLV. quorum haud facile vllum apud Stephanum offenderis, notauit* Ioh. Iensius, *et sua serie exhibuit in lectionibus Lucianeis lib. III. cap. 1. pag. 309. sq. Nec pridem ex solo Xenophonte* Ioh. Grammius, *professor Hafniensis, specimen dedit supplementi Lexicorum Graecorum ad calcem suae historiae Deorum ex Xenophonte, siue prodromi Antiquitatum Xenophontearum, quae dissertatio est Hafniae edita 1716.* 4. *vbi lexicon illud a p. 111. porrigitur ad p. 159. continetque voces, quae in praestantissimis studiosorum graecorum graecae linguae teruntur lexicis graecolatinis, (proinde et in thesauro Stephani,) vel prorsus non habentur, vel nullo auctoris classici testimonio confirmantur: fore etiam, vt idem vir doctissimus similes ex aliis quoque scriptoribus obseruationes aliquando adiiciat, spem esse dicit Seuerinus Lintrupius in praefat. ad Christiani Falsteri supplementum Linguae Latinae plag.)( )(.* Tan. Fabrum *iam olim quatuor millia vocum graecarum, lexicis praetermissarum, collegisse, testatur filia eius, Anna Daceria, in notis ad Anacreontem* [z]). *Nec dubito quin maximus etiam ad rem lexicam adparatus in promtu fuerit* Ioh. Caspari Suicero, *qui Lexicon graecum maius meditatus est, quod immenso fere labore collectum et in duos in folio tomos distributum omnes voces graecas exhibiturum erat, ipso promittente* [¶] *in praefat. ad thesaurum Ecclesiasticum. Michaël etiam Maittaire aliquando dicentem audiuit Busbeium* [aa]), *doctorem quondam suum in schola Westmonasteriensi, graece peritissimum, sibi* virum quemdam doctum *ostendisse bina volumina vocum, quae in H. Stephani thesauro non reperiuntur, vt refert in historia Stephanorum pag. 388.* [bb]) De scriptis vtilibus variis grammaticis, quae in adpendice thesauri sui Stephanus exhibet, dicere me memini vol. VII. pag. 35. sq. Tomo autem primo praemit-

z) Locus est ad Odam LVIII. pag. 204. *Le mot ἀνασαλύζω dont Anacreon se sert en cet endroit, ne se trouve point ailleurs, et on le chercheroit inutilement dans les dictionnaires, aussi bien que beaucoup d'autres, que mon pere avoit autrefois ramassez, jusques au nombre de plus de quatre mille.*

aa) Hic est Busbeius, a quo vsum lexici Scapulae alumnis Westmonasteriensibus interdictum narrat idem Maittaire pag. 358.

bb) Multi alii passim collegerunt, aut adnotarunt voces, quae deessent in thesauro Stephaniano; vt Danielis Scott adpendicem ad thesaurum Gr. L. ab H. Stephano constructum, et ad lexica Constantini, et Scapulae, Londini 1745. tom. I. II. in fol. *Reimari, Munthii, Fischeri, Abreschii*que collectanea supplementaque, a me in Prolegom. ad hist. ling. gr. I. pag. 83. iam obseruata praetermittam; adiici possunt: Adpendix ad Lexicon graeco lat. a *Io. Scapula* constructum, et ad alia Lexica Gr.

praemittuntur de laudibus graec. litterarum orationes binae, vna *Scipionis Crateromachi* [cc]), Piſtorienſis, Danieli Reinerio, patricio Veneto, inſcripta, et altera *M. Antonii Antimachi*, habita in Gymnaſio Ferrarienſi: his ſubiunguntur excerpta ampla ex oratione tertia, quam in commendationem graecarum litterarum vulgauit *Conradus Heresbachius*. Eadem cum prioribus duabus orationibus Iacobus Lectius praemiſit corpori poëtarum graecorum, edito Coloniae Allobrogum ſiue Geneuae A. 1606. fol. *Fabr.*

Epimetron.

Quae b. *Krohn.* de repetita Stephaniani Theſauri Gr. L. ad me ſcripſit, hic ponam.

De *repetita* et *altera* huius Theſauri *Stephaniani editione* adhuc ſub iudice lis eſſe videtur, *quaeſtionem*, an re ipſa exſtet poſterior? *aliis*, oblata de hoc opere eiusque editionibus diſſerendi occaſione, ſilentio praetereuntibus, *aliis* negantibus, *aliis* contra adfirmantibus viris rei literariae peritiſſimis. Sic *De Bure* (Bibl. inſtruct. Belles Lettres T. I. pag. 32. nr. 2243.) quum editionem, quae annum 1572. praefert, attuliſſet, quamuis in nota addita de *Scapulae* perfidia copioſe diſſerit, tamen de iis exemplaribus, quae anni indice deſtituuntur et quorum in frontiſpicio Diſticho illo *quidam* ἐπιτέμνων etc. *Scapulam* pungit *Stephanus*, nihil habet, quod moneret lectores. Atque *Iac. Morellus*, biblioth. Venetae D. Marci cuſtos, qui catalog. biblioth. praeſtantiſſimae *Maph. Pinelli* a ſe euulgatum vberioribus eruditiſſimisque annott. literariis inſtruxit, ad vtrumque *Stephan.* Theſauri exemplar (catal. tom. III. pag. 273. NN. 4733. 34.) de eorum diſſimilitudine omnino nihil adfert. At, quod magis mirum, ipſi *Theod. Ianſſ. ab Almeloveen*, qui ſingulari *Diſſ. Epiſtolari* ad *Io. Georg. Graeuium* de *Vitis Stephanorum*, celebrium typographorum, de induſtria expoſuit, alia illa exemplaria, quorum in titulis annus, quo typis expreſſa ſunt, non exſtat, omnino ignota fuerunt. Vid. pag. 72-74. et pag. 52. additi *Indicis Librorum*, *qui ex omnium Stephanorum officinis vnquam prodierunt.*

His igitur ſubticentibus, *negant*, vniuerſum Theſaurum Graecum ex *Stephaniano* prelo iterata vice prodiiſſe, ſummi etiam in re literaria viri, *Io. Alb. Fabricius* cum eo, quem ſibi conſentientem adduxit *Mich. Richeyo*, (h. l.), atque poſt hos *Sigism. Iac. Baumgarten* (Nachrichten von merkw. Büch. IV. Band. pag. 272.) maxime ad ita ſtatuendum hac ratione

Gr. e cod. MSto olim *Askeuiano* in lucem nunc primum vindicata. Londini 1789. mai. 8. Continet etiam vocc. in Tragicis gr. praeſertim, quae ab H. Steph. ſunt omiſſa. Viri cuiusdam docti *ſpecimen* ſupplementi vocum omiſſarum in H. Steph. theſ. Gr. L. in Miſcellaneis obſſ. criticis in auctor. vett. vol. VI. tom. I. p. 179. ſq. — Vir quidam doctus in ephem. litterar. Gothanis a. 1789. pag. 521. exhibet e *Meleagri* carminibus plura vocc. gr. ſingularis formae, quae in lexico Stephaniano deſiderantur. — Similiter *Küſter* ad Ariſtophanem, *Hemſterhuſius* ad Lucianum et alibi, *Irmiſch* in notis ad Herodianum et alii ad alios auctores gr. collegerunt et notarunt ſupplementa. *Harl.*

cc) De *Carteromacho*, ſiue *Forteguerra*, diſcipulo Politiani, viro doctiſſimo, qui An. 1513. diem obiit, conſulendum Diarium Venetum (Giornale de letterati d' Italia) tom. XX. pag. 278. ſeq. [et *Bayle* diction. voc. *Carterom.* tom. II. pag. 60.] Oratio haec eius poſt editionem primam Venetam ap. Aldum 1504. 4. ſaepius lucem vidit, vt Baſil. 1517. 4. Romae 1543. 4. et Baruthi, *Io. Faſoldo* curante, 1690. 4. Antimachi Oratio cum eius verſione librorum Gemiſti Plethonis de geſtis Graecorum, aliorumque apoſpasmatiorum Dionyſii Halic. Demetrii Phalerei et Polyaeni prodierat Baſil. 1540. 4.

tione ducti, quod Stephanus, vt saepius ipsi querendum fuit, iniuria, *Scapula* sibi illata, ad inopiam redactus et a Thesauro pauper redditus fuerit, quam ob caussam de repetenda eius editione ipsum, existimant, ne cogitare quidem potuisse. Sic in re facti argumentatione, vt ita dicam, dogmatica vsi, eo prolapsi sunt, vt, quod ipse *Stephanus* expressis verbis de Thesauri sui *posteriore* editione plus vna vice testatus fuerat, id ad suam tamen praeconceptam ipsisque indubiam opinionem interpretarentur. Ita enim *Fabricius* supra: *Vbi* (*Palaestrae* de *Lipsii Latinitate* pag. 54.) *Stephanus etiam nouo illo, quod dixi frontispicio* (in ea enim sententia *Fabricius* atque cum eo *Baumgarten* fuerunt *nouum*, modo frontispicium Thesauro suo, post illatam a *Scapula* iniuriam praefixisse,) *ornatum Thesaurum ipse posteriorem operis sui editionem adpellat.*

Hac ratione negat *Fabric.*, licet bene nouerat, *Mich. Maittaire*, diligentissimum illum *Historiae Stephanorum* scriptorem, pag. 355. *adfirmasse, tam certum esse, prodiisse posteriorem etiam Thesauri editionem, quam, quo anno prodierit, esse incertum. Maittairio* accessit *Io. Petr. Kohlius*, (de quo *Chrstph. Sax.* Onomast. P. VI. in Anal. pag. 717.) mox Kiloni, mox Petropoli P. P. qui, Petropoli relicta, Hamburgi, quum per plures annos ibi priuatis studiis literarum incumbens commoratus fuisset, vitam cum morte commutauit; vir literatissimus, et in libris eorumque editionibus explorandis atque diiudicandis acutissimus. Hic, vt ex eius ore ipse accepi, vtrisque Thesauri exemplaribus sedulo collatis, nullus dubitabat, quin *H. St.* Thesaurum suum, quantus quantus est, altera vice prelo subiecerit atque denuo ediderit. Sed, fato praeuentus, de eo, quod reperisse sibi visus fuerat atque in chartam coniecerat, nihil, quantum scio, cum orbe erudito communicauit, quamuis apud animum constituerat.

A parte veri omnino stant hi Duumuiri, *Maittaire* atque *Kohlius*, quod ex ea, quam ipse ego institui, exemplarium collatione *his rationibus* clare euincitur.

I. *Ipsius Auctoris de editione posteriore repetitis testimoniis*, quorum *vnum* in ea, quae auersa tituli, anni nota destituti, facie siue opistographo comparet, *Henr. Stephani admonitione de Thesauri sui Gr. Epitome, quae titulum Lexici Graecolat. noui praefert*, postremo se lectoribus his verbis scriptis offert: „*Huic enim omnia* (sc. addita„menta, emendationes et censuras) *non huic posteriori Thesauri editioni inserere* (*in„seri* autem, Lexico typis denuo compositis prelo iterum subiecto omnino non potuis„sent) *verum seorsim edere visum est, ne ei, qui iam priorem emisset, posterior etiam, „si habere illa quoque vellet, comparanda esset, sed in illa eiusque corollario diuitiarum „Graecarum cumulum et ipse possideret. Vale!*" *Eiusmodi ipsius Stephani testimonium* inest etiam *Distichi*, quo Thesaurus in frontispicio exemplarium, quibus anni nota deest, Lectores alloquitur, *his verbis extremis:*

— — — — *sanus at huc redeo;*

quorum sensus hic est: *Iam restitutus altera editione* redeo, iterumque integer in lucem publicam prodeo.

Alterum vero, quod ipse *Stephan.* exhibet testimonium, exstat in eius *Palaestra* de *Lipsii Latinitate*, A. 1591. edita, pag. 54. etiam, licet in peruersum sensum detortum, ab ipso *Fabricio* allegatum.

II. *Exem-*

II. *Exemplaribus* *vtrisque* (quorum in citatione id, quod impreſſionis anni notam praefert, *Lit. A.* quod autem nota illa deſtituitur, *Lit. B.* inſignietur) *oculis ſubiectis atque inter ſe collatis.* Exhibebo igitur *diuerſitatis ſpecimina* non quae poſſem omnia, ſed breuitatis ſtudioſus, ex ſingulis Tomis ſolummodo quaedam *inſignia* et eiusmodi, *quibus omnino diuerſa atque diſſimilia eſſe huius Theſauri integra Exemplaria et annorum interuallo typis denuo compoſitis e prelo prodiiſſe quandam eorum partem*, extra omnem dubitationis aleam ponetur.

a) *Literae vnciales* ſiue grandiores *Romanae*, in interſtitio ſingularum columnarum ad loca commode citanda et citata facilius citiusque inuenienda poſitae, (A B. C. D. E. F. G. H.) *in* Exemplaribus *A et B non vbiuis eidem verſui ſ. lineae adhaerent*, ſed quandoque in *A* altiorem, in *B* inferiorem locum occupant: tamquam, Tom. I. col. 37. 38. Lit. G. ad vocem ἈΓΚΥΛΟΣ; tom. II. col. 31. 32. it. col. 155. H. litera interſtitio columnarum in *A* ad ſextam, in *B* contra ea ad quintam lineam ante finalem comparet. Idem, quum quam frequentiſſime et in omnibus reliquis Tomis oculis ſubiiciatur, non eſt, vt afferam plura eiusmodi ſpecimina.

b) *Verſus* ſ. lineae columnarum modo continent numero plures, modo pauciores voces in *A*, quam in *B*. et v. v. Tanquam tom. I. col. 489. in ἀπὸ, *A* lin. 1. voces 6. *B* autem 7. lin. 2. *A* voces 12; *B* tantum 11. complectitur. Tom. II. col. 31. lin. 15. *A* voces 8. et in fine verſus vocis diuiſae *duas* ſyllabas priores *Calo* —; *B* autem voces 8, et *vnam* abruptae in verſus fine vocis ſyllabam priorem *Ca*—; Ita habent etiam *A* et *B*. verſſ. 16. 17. 18.

c) *Alia* in fine verſuum *Syllabarum* vltimae vocis *diſtrahendarum ratio* in *A* quibusdam in locis obſeruatur, in *B* locis iisdem *alia*. E. gr. T. I. col. 38. vocis ἈΓΚΥΛΟΣ ad Lit. G.

A. lin. 2. Epith — Ouidio adun-
cus arcus
B. lin. 3. — — Ouidio ad-
vncus arcus

cf. Tom. I. col. 490. C. lin. 3. in *A* et *B*. Praeterea col. cit. G. lin. penultima iterum eſt inter *A* et *B* eiusmodi diuerſitas

T. II. col. 31. lin. 15. *A*. — — *Calo-*
nes — propria,
— — — *B*. — — *Ca-*
lones — pro-

et ſic in hac columna in vtroque *A* et *B* ſaepius. cf. pag. 159.

T. III. col. 471. lin. 20. 21. *A* — — τὸ λεγόμενον
ἐκ τῶν
— — — — *B* — — τὸ λεγόμε-
νον ἐκ τῶν

cuiusmodi ſpecimina etiam eadem col. 471. F. lin. 1. etc. occurrunt, quemadmodum fere vbiuis in reliqq. IV et V Tomis.

d) *Diuerſa vocum ſcriptio.* T. I. col. 491. C., *A.* lin. 7. ἐσθίει
B. — 8. ἐσθίει
— — 493. E; *A.* — 3. ἀπο γνώμης
B. — — ἄπο γνωμης
T. II. col. 1381. E; *A.* — 1. τινὸς πανόπτε
B. — — τινὸς πανόπτε

e) *Nomina propria* Auctorum citatorum diuerſa ratione ſubinde *decurtata*, vt in nominibus *Platonis* et *Plutarchi;* pro vtroque enim nomine eſt quandoque iisdem in locis in *A.* Pl. in *B* autem Plat. Plut. Sed quum ſchedula, in qua harum abbreuiationum diſſimilium ſpecimina adnotaram, amiſſa ſit, ſingula loca, quibus occurrunt citare nequeo.

f) Ipſi *characteres* et Graeci et Latini, quibus Lexicon impreſſum eſt, in A videntur aliquanto eſſe maiores, recentes item atque acutiores fuiſſe, in B. minores plerumque, vſu triti atque obtuſiores.

g) *Errata operarum* ſ. typographica in *B. praeter ea, quae iam* in *A.* deprehenduntur, et ex eo in *B.* tranſierant (cuius inſigne documentum eſt in ea, ita dicti correctoris incuria, qua in poſteriore Indicis (ſ. Tomi V.) parte col. 108. poſt verſum vltimum integer verſus, quem ad ſenſum dicendorum adeſſe omnino oportet, in vtroque exemplo deeſt, ita vt vtrique hicce verſus

ctu fit. Τερέβινθίνη *autem dicitur Terebinthina re*—

addendus ſit), *acceſſerunt alia noua plura.* In calce enim t. V. col. 207. 208. dimidia paginae inferior pars in *A* omnino typis eſt impreſſa; in hac autem eiusdem paginae extrema parte in *B* typis deſcripta haec leguntur. *Ex iis, qui ſequuntur locis nonnulli in aliqua tantum exemplarium* (*A* et *B*) *parte* (per T. I et II.) *emendatione egent.* His a *Stephano* obſeruatis locis nonnulla inſunt errata, quae non in *A*, verum in *B* duntaxat occurrunt, exemplaribus igitur, anni notis deſtitutis, propria. Quorum e numero haec adferam ſpecimina:

B. t. I. col. 567. (568.) v. 57. παραθρῆται; ſcribe, παραρθρῆται: et v. 63. παραθρήματα; ſcribe, παραρθρήματα. Quae recte habet *A.*
— — — 1044. v. 18. propria d.; ſcribe, propriè d. Ita recte *A.*
— — — 1049. v. 68. τε ὁ εἰς, ἀ δρόμος; ſcribe, τε ὁ εἰς ι. ἀ δρομ. Et ſic in *A.*
— — — 1050. v. 52. aromadaire; ſcribe, dromadaire. Ita integre *A.*
— — — 1177. v. 2. Εγ λευς; v. 33. ἀνόιτον; v. 37. ἐλεήμω; v. 39. ἕ εκα. quae emendatione egent: v. 2. Ἀχιλεὺς; v. 33. ἀνόνητον; v. 37. ἐλεήμων; v. 39. ἕνεκα *nam* (addit Steph.) *in his tribus vocabulis quaedam exempl.* (*B*) *literam ν non ſatis conſpicuam habent, quod in aliis accidit locis, de quibus ſimul te monitum volui: pariterque de locis in quibus prima verſus* (*vulgo lineae*) *litera deeſt in nonnullis tantum*

exempla-

exemplaribus, vt (in *A*, non vero in *B*) *col.* 554. *in principio versus tertii a fine*, *ατaρχὴ pro* Καταρχὴ, *quod decidisset litera* Κ *aut instrumento quo atramentum literis imponitur esset auulsa. sic* c. 1130. 1. *λεφανταρχία pro ἐλεφανταρχία.*

h) His omnibus addendae videntur quaedam vtrorumque exemplarium *diuersitates* obuiae in *T. I. foliis*, quae *inde* a frontispicio vsque *ad* Lexici ipsum exordium decurrunt. Varietates quidem illas in Epigraphis, omissis Priuilegiis, *H. Steph.* admonitione et in vtraque primi folii facie conspicuas in exemplaribus, anni nota destitutis, vt satis notas praeteriens, insigniores tantum referam.

Pag. 7. *Catalogus Auctorum Gr.* lin. 2. *A* — expositiones vocabulorum etc.
B — — expositiones vocabulorum etc.

— *Auctores Gr.*, ratione generis scribendi, relati in suas classes, *vncis* in *A. curuatis*, in *B.* maximam partem *perpendicularibus rectis* inclusi sunt.

— in fine columnae primae in *A* verba: *Meae editionis*, solito charactere *Romano*, in *B* autem eadem ita dictis literis *cursiuis* comparent.

Pag. 9. sqq. in *A* signaturae b. i. b. ii. b. iii. b. iiii.
in *B* — — b. j. b. ij. b. iij. b. iiij.

— 12. lin. 33. Verbum lineae primum eamque inchoans: *Sunt* in *A.* in marginem paginae exteriorem extra lineam extrusum adparet; in *B* reliquis linearum initiis accommodatum.

Folio cum signatura A. i. post p. 20. *A.* SCIPIONIS CARTEROMACHI PIstoriensis oratio etc.
B. SCIPIONIS CARTEROMACHI Pistoriensis oratio etc.

— vocabulum postremum lin. vlt. *A.* lingua
B. lĩgua

Praeterea obseruandum, Titulos singulares tomi III. in *A* habere signaturam A a i. et Tomi IV. A A a a i; quae signaturae desunt in *B.*

Iam, puto, satis esse ad euincendum, *re ipsa exstare iteratam et alteram Thesauri Stephaniani Gr. editionem atque hanc esse eam, quae anni nota destituitur.* Quo autem anno prodierit, incertum quidem, quod iam *Maittaire* asseruit; tamen certissimum, ante annum 1591. iam hancce alteram editionem euulgatam fuisse, quum in *Palaestra de Lipsii latinitate*, quae 1591. in lucem emissa est, ipse *Stephanus* illius *posterioris* editionis, vt iam obseruaui, fecerit mentionem.

Quid tandem ex his omnibus allatis de vtraque editione eiusque pretio decernendum atque statuendum? 1) Nihil refert, qua editione ad linguae graecae studium vtaris; est enim illa altera ne vllis quidem additionibus locupletata, neque in priore minus recte dicta in

poſteriore ſunt emendata. 2) Prior, quae anni notam expreſſam habet, praeſtat re ipſa, quum ei ſphalmatum operarum pauciora inſint, editione poſteriore. 3) Poſterior contra ea, ſi non venuſtate, artis tamen typographicae et orthographiae maiori ſtudio, atque hiſtoriae huius Lexici literariae, quos aperuit, fontibus omnino commendari videtur. — Addo *Epigraphen Theſauri Stephaniani Gr.* cum ſua varietate *vtramque* integram, in *noua Biblioth. Gr. Fabricianae* editione *Harleſiana* ad pag. 79. Vol. X. adferendam, quum vna atque altera a *Fabricio* omiſſa ſit.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ, THESAVRVS GRAECAE LINGVAE, *Ab Henrico Stephano conſtructus.* IN QVO PRAETER ALIA PLVRIMA quae primus praeſtitit (paternae in Theſauro Latino diligentiae aemulus) vocabula in certas claſſes diſtribuit, multiplici deriuatorum ſerie ad primigenia, tanquam ad radices, vnde pullulant, reuocata.

THESAVRVS LECTORI.

Nunc alii intrepide veſtigia noſtra ſequantur
Me duce plana via eſt quae ſalebroſa fuit.

(Inſignia Oliuae Stephani, cum *Noli Altum ſapere;* ſine ſubſcriptione)

Anno M. D. LXXII, excudebat Henr. Stephanus. CVM PRIVILEGIO CAES. MAIESTATIS, ET CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIS.

altera Epigraphe:

ΘΗΣΑΥΡΟΣ — THESAVRVS LECTORI, de ea quam fecit quidam eius epitome,

Quidam ἐπιτέμνων me, capulo tenus abdidit enſem:
AEger eram à ſcapulis, ſanus at huc redeo.

De magno quod idem compendium adfert diſpendio agitur in ea quae proxime ſequitur epiſtola.

(Inſignia Oliuae Stephani cum *Noli Altum Sapere;* ſubſcriptione

HENR. STEPHANI OLIVA.

CVM PRIVILEGIO CAES. ——— GALLIARVM REGIS.

Hactenus *Krohn. Harl.*

ALIA LEXICA GRAECOLATINA.

Lexicon Graecolatinum *Petri Gyllii,* cum variis acceſſionibus aliorum, et notis a *Io. Hartungo* additis recuſum eſt Baſil. 1577. fol. ex officina Henrico-Petrina; ſed optima et locupletiſſima exſtat editio anni 1584. fol. in qua datur frui iunctim exhibitis obſeruatis *Petri Gyllii, Guil. Budaei, Iacobi Tuſani, Conr. Geſneri, Hadr. Iunii, Rob. Conſtantini, Io. Hartungi, Marci Hopperi, Guil. Xylandri* editorumque *Iac. Cellarii* et *Nicolai Hoenigeri.*

geri. Fabr. In meo exemplo edit. Basil. 1584. neque in titulo, neque in praefatione nomen *Petri Gylli* reperire potui: neque *Io. Fabr.* in historia biblioth. suae, vbi parte III. pag. 253. sqq. de illo, praecipue de Budaeo et reliquis V. D. qui in titulo Lexici nominantur, copiose agit, Gyllii mentionem iniicit. Haec editio, quae, quoniam in titulo accesserunt nomina Xylandri, atque Cellarii, vulgo dicitur nouemuirorum, multo plenior quidem est, et curatior quam prior, quae septemuirorum nominatur, edita 1537. 1560. 1568. (cum notis, margini adscriptis, et collectionibus mss̄tis fuit exemplum in bibl. Thottiana in cuius catal. tom. IV. pag. 68. sqq. 237. sqq. etc. multa varii generis lexica exstiterunt) 1572. fol. Contra haec habet multa vocabula, praecipue medica, quae in ed. a. 1584. desiderantur.

Io. Scapulae Lexicon ex Henrici Stephani thesauro, quicquid dissimulet, excerptum, et laudabili industria in φιλελλήνων vsus digestum atque exornatum locupletatumque, prima vice lucem vidit Basileae A. 1579. ee) fol. 1594. et Geneu. 1598. et cum Hypotyposi dialectorum *Iac. Zwingeri* Basil. 1605. et cum Latino *Laurentii Martii*, Palatini, indice 1627. dd) et Lond. 1637. addito insuper *Io. Harmari* lexico Etymologico, [T] et denique accuratissimo studio Lugd. Bat. et Amst. 1652. fol. apud Elzeuirios et Hackium, curantibus *Cornelio Schreuelio* et *Lamberto Barlaeo*, qui Ioannis etiam Meursii Glossarium Graecobarbarum abbreuiatum, praeter varia opuscula grammatica, in thesauro H. Stephani obuia, adiecerunt. Haec editio recusa Basileae 1665. fol. Exstat etiam epitoma Scapulae edita A. 1598. 4. Ex laudato collega meo, Michaële Richey, comperi, duo exempla Scapulae, quibus egregia plurima ex lectione graecorum scriptorum adnotauerat Balthasar Stolbergius, ὁ μακαρίτης, esse in manibus Reu. Theod. Dassouii, antistitis Rendsburgensis. Inter alia in illis annotationibus Stolbergianis videre licet voces phrasesque scriptorum sacrorum noui foederis, testimoniis auctorum graecorum comprobatas. Sic in bibl. Barberin. adseruantur lexica Tusani A. 1552. fol. et Rob. Constantini A. 1562. fol. manu Hoeschelii passim aucta et emendata.

Dictionarium quadruplex, anglicum, latinum, graecum et gallicum. Lond. 1580. fol.

Eduardi Grant, qui Crispini Lexicon quater vel quinquies mille vocibus auxit, lexicon graecolatinum Lond. 1581. 4.

Lexicon trilingue. Argentorat. 1611. fol.

Dictionarium tetraglotton, latinum, graecum, gallicum et belgicum. Franeck. 1612. 8.

Morelli thesaurus linguae latinae, graecae et gallicae, ex emendatione Auberti. Lugd. 1612. 4.

Pppp 3 *Is. Hab-*

ee) Falluntur, qui A. 1570. adsignant, vt auctor clarissimus historiae Stephanorum pag. 359. et bibl. *Fabriciana* Helmst. tom. I. p. 250. [vbi de hoc. lex. de Scapula, Zwingero, Harmaro et Io. Meursio copiose agitur.]

dd) *Lawaetz* I. pag. 443. citat praeter ea editiones, Basil. 1580. fol. — ibid. 1589. fol. — Geneu. 1628. fol. — atque in supplem. pag. 307. edit. Basil. 1600. apud H. Petrum cum Scapulae tabulis de dialectis fol. — Lund. 1696. fol. — cum Meursii glossario contracto Basil. fol. II. vol. Noua et insigniter locupletata edit. a pluribus annis promissa est in catal. librorum Lipsiensi nundin. sed num et quando ea editio cui *Kronbiegelius* et *Reusmannus* immortui sunt, iam paene profligata, lucem adspiciat dies docebit. *Harl.*

Is. Habrecht Ianua linguar. silinguis, lat. germ. gall. ital. hisp. et angl. Argentor. 1630. 8.

Henrici Decimatoris thesaurus linguarum latinae, graecae, hebraicae, gallicae, italicae et germanicae. Lipf. 1613. fol.

[Lexicon gr. lat. ad formam Henr. Stephani, f. l. ap. Guil. Laemarium. 1598. 4. — Geneuae ap. P. Aubert. 1616.

Io. Crispini lex. gr. lat. Colon. Allobr. 1615. 4.

Io. Serpilii diction. lat. graec. et germ. infer. Antwerp. ap. Steelsium. 1545. 4.

Henr. Stephani epitome thesauri ling. gr. f. lexicon gr. lat. Ebroduni, 1623. 4.

A. M. Szenciensi lexicon lat. graec. hung. Hannou. 1611. 8.

Lexicon philol. et etymolog. graeco-lat. — anglicanum. Londini. 1677. fol.

Io. Gezelii lexicon graecum. Aboae. 1749. teste Lawaetz. supplem. pag. 308. *Harl.*]

LEXICA MINORA.

Had. Iunii nomenclator, rerum nomina propriis vocabulis expressa variis linguis explicans, Antwerpiae An. 1567. 8. editus et 1576. 1583. [Francf. 1591. ibid. 1620. — auct. ab *Herm. Germberg.* ap. Stoer 1619. 8.] deinde recusus: Edmundo Richerio iudice nec laudari satis nec digne aestimari potest, cum loco breuissimi optimique commentarii in omnes antiquos auctores esse possit. c. 6. obstetricis animor. pag. 227. ff)

Balthasaris Garthii lexicon graeco-latinum Francof. 1602. 8. et deinde saepius. Garthius olim bilinguis, iam trilinguis, hoc est Lexicon latino-germanico-graecum, adornante *Koenig.* Norib. 1658. 8. — curis secundis *Georgii Matthiae Koenigii*, cum praefat. B. Ioh. Mich. Dilherri. Norimberg. 1679. 8.

Eilhardi Lubini clauis graecae linguae, siue compendiosum lexicon latino-graecum et graeco-latinum, vna cum sylloge sententiarum gg), quibus Vocabula linguae primitiua continentur, Rostoch. 1605. 1609. Lubec. 1612. 1620. Lipf. 1633. et ex Danielis ac Philippi Parei recensione Francof. 1643. 1662. 8. Lugd. Bat. 1644. 12. Amst. 1647. 1651. 1664. 12. et cum interpretatione germanica Norimb. 1718. 8. *Fabr.* Animaduerti quoque, citatas esse editt. Lipsiae 1630. 8. — Brunsuici 1677. 12. — Hannou. 1682. 12. — Norib. 1670. 12. et 1690. 8. — Londini 1669. 8.

Io. Knapii lexicon gr. latin. Antwerp. ap. Gymnicum. 1539. 8. *Harl.*

Antonii Laubegois Graecae linguae breuiarium graecolat. Duaci 1626. 8.

Io. Amo.

ff) In compendium redactus in vsum scholar. Marchic. Berol. 1647. 8. *Harl.*

gg) Hae sententiae solent etiam Schreuelii lex. subiici. Similiter radices linguae graecae versibus gallicis complexus est *Claudius Lancelotus*, monachus Benedictinus.

Io. Amos Comenii Ianua linguarum, graecis additis a *Theodoro Simonio*, Holsato, Amst. 1642. 12. ex *Steph. Curcellaei* recognitione Amst. 1649. 8. [Multae edd. exstiterunt in bibl. Thottian. v. cat. IV. p. 620. 630. sq.]

Cornelii Schreuelii Lexicon manuale graecolatinum analyticum et latino-graecum, Lugd. Batau. 1654. 8. 1657. 8. ib. 1670. 8. et ex quinta editione, in Belgio curata, Amst. 1682. etiam emendatius prodiit cura b. doctoris mei, Io. Godofredi Herrichen, Lips. 1684. 8. Dresd. 1707. 8. et ex recensione Henr. Ludolphi Holtzkampii Amst. 1709. 8. Auctum graecolatinum per *Iosephum Hill*, et latino-graecum a *Ioh. Hutchinsono* Lond. 1663. 8. *Fabr.* Praeterea memorantur edd. Lugd. Batau. 1664. 1676. 1682. Amstel. 1684. 8. 1700. 1709. 8. auct. ab *Hillio*, Cantabr. 1685. 8. — Lips. et Budissin 1696. 1702. 1707. 1714. 8. — edit. aucta, Pataui 1715. fol. — Dresdae, 1736. 1752. 1762. 1767. 1775. 8. *Harl.*

[*Dan. Schulz* lex. gr. lat. Sedini. 1668. 8.]

Guilelmi Robertsoni thesaurus linguae graecae, a Iosepho Hill auctus, ad voces circiter 24000. Lond. 1676. 4. non immerito laudatur a Colomesio pag. 79. bibl. selectae; est enim lexicon omnium in eo genere locupletissimum et emendate excusum.

M. Gottlob. Frid. Peckii liber memorialis graecae linguae ad modum similis latini Cellariani, voces primitiuas et sub illis deriuatas et compositas naturali ordine exhibens, cum praef. M. Io. Dauidis Schreberi. Dresd. 1709. 8.

Ioannis Casparis Suiceri Lexicon graecolatinum, Tiguri 1683. 4. qui maius etiam aliud, duobus vol. in fol. adornasse se testatur in praefat. ad Thesaurum Ecclesiasticum quod lucem haud vidit.

Lexicon graeco-latino-germanicum Francofurti 1698. Zunneri sumtibus curatum, bonae notae.

Lexica latino-Graeca Io. Gerlaci Wilhelmi, Ioh. Lindneri etc.

Beniamini Hedrichii gg) lexicon manuale graecum, cuius nuper spes facta est, omnibus sui generis lexicis, quae exstant, longe locupletius promittitur in tres partes, videlicet hermeneuticam, analyticam atque syntheticam diuisum, forma octaua maiore. *Fabr.* Prodiit Lipsiae 1722. m. 8. — per *Patrik.* Londini, 1739. 4. — auctum a *Morell.* ib. 1778. 4. post repetitas *Sam. Patricii* curas multis vocabulorum millibus plurimisque nouis significationibus verborum locupletatum, et multis modis castigatum et emendatum, cura *Io. A. Ernesti.* Lipsiae, in bibliopolio Gleditschii: prostat etiam Londini apud Nourse, 1767. mai. 8. — ib. 1775. — ib. auct. cur. M. *Wendleri*, 1788. — auctior et emendatior edit. cura eiusdem, Lips. et Londini 1796. mai 8. De Ernest. edit. aperte iudicat *Wyttenbach* in praef. ad suas eclogas historicas pag. XXVI. sqq. Reiske vero Ern. iuuit in altera edit. et conquestus est de ingrata opera, in vita sua, ab eius vxore edita pag. 85. *Harl.*

Io. Christianum quoque *Hertzogium*, praeclaris lucubrationibus notum et graecae linguae haud mediocriter peritum, lexico graeco digerendo [†] operam suam addixisse, libenter

hh) Gelehrte Zeitungen A. 1719. pag. 200.

libenter intellexi ex *Gottlieb Stollii* introductione in historiam eruditionis, edita A. 1718. 8. Germanice pag. 128.

Insigne etiam specimen lexici noui graeco-gallici lucem vidit in Gallia, *Projet d'un dictionnaire grec.* Vide Mem. de Trevoux, Iuin 1718. pag. 1118. Iournal des Sauans 1718. Decembr. pag. 671. Hic gustus facile saliuam mouebit graecae linguae studiosis, vt totum opus absolutum videre desiderent, quod dictionariis, hactenus editis, locupletius futurum est et acuratius. Vt tamen pluribus inseruiat, ex graeco-gallico oportebit adornari graeco-latinum, vel Gallorum exemplo ab aliis etiam nationibus graeco-germanicum, Graeco-anglicum etc.

Theodori, *Polycarpi F.* Dictionarium graeco-latino-Rusficum prodiit Moscuae 1704. 4. Vide Acta Erud. tom. 4. supplem. pag. 500. *Fabr.*

[*Nic. Gürtleri* Lexic. vniuers. quatuor linguarum, lat. germ. graec. et gall. Basil. 1731. m. 8.

Barth. Castelli lex. medicum graeco-lat. Geneuae 1747. m. 4.

Abr. Kall specimen supplementi thesauri graecae linguae Stephaniani ex Theognidis sententiis (litt. A.) Hafniae 1760. 8.

Thesaurus trium liguarum, latinae, gallicae, graecae. Paris. 1762.

M. *Chr. Zimmermann*, Prof. in Gymnasio Stuttgard. nouum lexicon manuale graeco-latinum et latino graecum, in vsum scholarum. — cum praef. *I. P. Milleri*, Rect. et Prof. in Gymnasio Vlmensi. Stutgardiae 1771. mai. 8.

Constantini Georgii Dictionarium IV. linguarum, graecae scil. literalis, graecae vulgaris, latinae atque italicae. Venet. Bortoli. 1757. II. vol. 4. — auct. *G. Const. Ioanninensis.* Venet. typ. D. Th. Ioanniensis. 1786. fol.

The Origin of Language and Nations hieroglyphically, etymologically and topographically defined and fixed, after the Method of an English, Celtic, Greek and Latin-English lexicon. — by *Roland Iones.* Lond. 1764. 8.

I. W. I. Dillenius griechisch-deutsches Woerterbuch für die Iugend, nach Schellerischen Plan gearbeitet, mit einem griechischen und deutschen Index. Lipsiae 1784. m. 8. — ed. II. emendat. auctior, ibid. 1792. mai. 8. — ed. III. auctiorem promisit auctor anno praeterito.

M. I. C. Vollbeding griechisch-deutsches Handwoerterbuch, zum Schulgebrauch. Lipsiae 1784. mai. 8. — Eiusdem Supplemente, Emendationen und Berichtigungen etc. Lipsiae 1788. 8. — deutsch griech. Handwoerterbuch. ibid. 1790. 8.

I. Gottf. Haas, (Conrect. scholae Schneeberg.) Vollstaendiges griechisch-deutsches Woerterbuch. *Erster Band.* A. — K. Lipsiae 1797. 8. conf. Ien. A. L. Z. a. 1797. nr. 252. mens. Aug. pag. 361. sqq. — Praestantia superabit minora lexica id, quod cel. *Schniderus*, Prof. Francof. ad Viadrum, secundum ordinem etymologicum vocabulorum colligere et componere coepit:

I. G. Schneiders Kritisches griechisch-deutsches Handwoerterbuch beim Lesen der griechischen profan-Scribenten zu gebrauchen. tom. I. Züllichau. 1797. med. 8. (Tom. II. nundinis vern. Lips. prodibit.)

Huc

Huc quoque pertinet egregium opus: *Lexicon technologicum graecorum rhetorum.* Congeſſit et animaduerſionibus illuſtrauit *Io. Chriſt. Theoph. Erneſti*, philoſ. prof. Lipſ. Lipſiae 1795. med. 8. *Harl.*

Lexica ſpecialia et indices graecarum vocum in ſcriptores quosdam ſingulos graecos.

In POETAS quidem:

In *Homerum* Wolffgangi Seberi indicem, Lexicon analyticum Lud. Culonii, clauem Ant. Roberti et G. Perkinſi, Iac. Sorgeri phraſeologiam Homericam, et epitheta ex Iliade per Nic. Pruſſum collecta, iam memoraui lib. 2. c. 3. §. 29. ſeq. [vol. I. pag. 339. ſq. cum meis additamentis, et pag. 565. de *Dammii* nouo lexico gr. etymologico. Berolini 1765. 4. *Harl.*] quibus addere licet indicem locupletiſſimum graecum, quem Euſtathii ad Homerum commentariis ſubiunxit in Romana editione Matthaeus Debares ſiue *Deuarius*: alium Baſileenſis ἐκδόσεως curator. Indicem item, de quo Scaliger in Scaligeranis pag. 145. vbi de H. Stephano: *l'indice des mots d'Homere eſt bon.* Indicem item Aſcani Perſii, Romae editum: Indicesque graecos in volumine vtroque editionis praeclarae Homeri Barneſianae [et Erneſtinae] ſubiunctos. Ieremiae Hoelzlini indicem in Iliad. lib. I. V. et IX. editos a Theod. Schreuelio Lugd. Bat. 1642. 8. Homeri epitheta, a *Iacobo Reuio* collecta, habuit MSta Iacobus Perizonius, legavitque ea bibl. Leidenſi. Indicis omnium vocum Homericarum Seberiano etiam digeſtioris et elaboratioris, neſcio quo auctore, ſpecimen Gieſſa ante aliquot annos ad me miſit vir doctiſſimus Io. Henricus Maius, filius. *Fabr.* De Apollonii Lexico gr. Iliados Odyſſ. vid. ſupra, vol. I. pag. 505. ſq. *Harl.*

In *Heſiodum*, *Georgii Paſoris* in collegio Heſiodeo Amſt. 1623. 8. atque ex patris ſchedis per filium Matthiam Paſorem index auctior in editionibus Heſiodi Schreuelianis Amſt. 1650. 1657. 8. Lipſ. 1684. 1713. et Amſtelodamenſi Ioannis Clerici 1701. 8. [v. ſupra, vol. I. pag. 604. ſqq.] Praeclarus etiam index graecus in Heſiodum eiusque ſcholiaſtas exſtat in editione Plantiniana 1603. 4. [P] quem auctor eius, Daniel Heinſius, pro gloſſario et vocabulario Heſiodico lectoribus ſuis commendare non dubitat. *Fabr.* (Vincent. Calà Oroſii de Figueroa) index Heſiodeus. Neapoli 1791. mai. 8. *Harl.*

In *Theognidem* index Wolfgangi Seberi. Lipſ. 1603. 1620. 8. et index atque analyſis omnium vocabulorum in editione Francofurtenſi a. 1701. et 1710. 8. quam notis etiam et commentario inſtruxit Henricus Gottlob Iuſt, Profeſſor Academiae Erfurtenſis. [v. vol. I. pag. 715. ſqq.]

In *Phocylidem* et *Pythagorae aurea carmina* indicem omnium vocabulorum dedit idem Wolfgangus Seberus [ii]) Lipſ. 1604. 8. In *Phocylidem*, *aurea carmina* et *Naumachi* ſententias,

ii) Hic Seberus indices eiusmodi etiam in alios poëtas graecos, Apollonium, Euripidem, Sophoclem Theocritum etc. adfectos habuit. Vide eius Epiſtolam ad Iungermanum, poſt Hottomannianas pag. 471. et de aliis pii huius et diligentis viri ſcriptis *Godfridi Ludouici* hiſtoriam Rectorum ſchol. pag. 130. ſqq.

tias, indicem et analyſin grammaticam M. Adam Erdmannus Mirus, gymnaſii Zittauienſis Conrector inſigniter promeritus. Budiſſae 1715. 8.

In *Pindarum* et lyricos Aemilii Porti Lexicon Pindaricum Hanou. 1606. 8. et index locupletiſſimus omnium fere vocum phraſiumque, qui exſtat in editione Pindari Oxonienſi 1697. fol. Nam Eraſmi Schmidii πινδαροταμεῖον ſiue Concordantias Pindaricas, quarum ſpecimen dedit in prolegomenis ad illum poëtam, deſideramus. *Fabr.* De *Porti* et *Dammii* lexic. vide ſupra, vol. II. pag. 77. et 78. *Euripidis* Phoeniſſis edit. Schütz Halae 1772. 8. vberrimus graecitatis index additus eſt. *Harl.*

In *Aeſchylum* index graecus vocum, in ſcholiis explicatarum ſubiungitur in editione Stanleiana, Lond. 1663. fol. [Lexicon Aeſchyleum recentiſſimus editor, Cel. *Schützius* promiſit. *Sophoclis* editioni Etonenſi 1786. 4. index copioſiſſimus et *Euripidis* edit. Lipſienſis Tomo III. Euripideum Lexicon eſt additum.]

In *Ariſtophanem* πίναξ ἁπάντων τῶν ἀξιολόγων ἀφθονώτατος occurrit in editione graeca Baſileenſi Frobeniana 1547. fol. repetitus etiam in graeco-latina Geneu. 1607. fol. Sed longe pleniorem indicem vocum Ariſtophanis, accuratioremque debemus viro erudituſſimo, Ludolpho Kuſtero, in editione comici, quam adornauit, praeſtantiſſima, Amſt. 1710. fol.

In *Menandri* et *Philemonis* fragmenta index graecus a Ioanne Clerico adiectus, cui plura etiam inſerta ex inedito Photii Lexico, Amſt. 1709. 8

In *Callimachum* index graecus vocabulorum omnium exſtat ad calcem editionis Pariſienſis An. 1674. 4. quam dedit Anna, Tan. Fabri filia. Cum tempore fragmenta plura acceſſerint in editione Callimachi Graeuiana Vltraiecti 1697. 8. etiam index graecarum vocum in illa [et Erneſtina] occurrit locupletior.

In *Lycophronem* index vocabulorum omnium auctore Richardo Wright, Londinenſi, exhibetur in editione vtraque Potteriana Oxon. 1697. 1702. fol.

[Editioni *Apollonii* Rhod Argonaut. Shawianae adiectus eſt Index omnium vocabb. emendatus in ed. Lipſienſi 1797. 8.]

[⁋] In *Theocritum*, *Moſchum*, *Bionem* et *Simmiam* dictionarium Doricum Aemilii Porti, Francof. 1603. 8. [Plenum lexic. adhaeret edit. Reiskianae]

In *Dionyſii* periegeſin dolendum eſt *Balthaſari Scheidii* indicem fato viri praeclariſſimi interceptum eſſe, cuius ſpem ille fecit praefat. ad indicem in Herodianum.

In *Oppiani* Halieutica gloſſarium, de quo ſupra §. IX. de gloſſario, a Rutgerſio edito.

In *Muſaei* carmen de amoribus Herus et Leandri index omnium verborum ſubiicitur editioni, quam cum variorum notis adornauit *Daniel Pareus*. Francof. 1627. 4. et editioni cum nouo indice graeco *Io. Henrici Kromayeri*, Halae Magd. 1721. 8.

In *Nonni* metaphraſin Evangelii Iohannei, index graecus Frid. Sylburgii, in editione Commeliniana 1596. 8. recuſa Lipſ. 1618. 1629. 8. [ſed omnibus bonis et recentioribus edd. poetar. g. addi ſolent indices varii generis.]

In SCRIPTORES PROSARIOS.

In *Herodotum* lexicon Ionicum Aemilii Porti, Francof. 1603. 8. gloſſarium breue, λέξεων ἰάδων συλλογή, et Ioach. Camerarii atque H. Stephani recenſio et interpretatio vocum Herodoti, quae exſtant in editionibus huius ſcriptoris melioribus Stephaniana

Iungerman-

Iungermanniana, Galeana, Gronouiana [et Wesseling.] Breue aliud lexicon Anonymi τῶν Ἡροδοτείων λέξεων, quod ex codice Goldasti occurrit in editione Grouou. p. 748. Maussacus existimauit, esse excerptum ex Apollonii γλώσσαις Ἡροδότου, quas ex magno Etymologico supra nominaui §. VIII. v. *Apollon*. Idem illud H. Stephanus pridem A. 1564. 8. ediderat ad calcem sui Erotiani pag. 105. In Herodoto Tho. Galei habes etiam indicem dictionum Herodoti Ionicarum graeco-latinum concinnatum a Nathane Nicols: et editionem Iac. Gronouii claudit index vocum graecarum, de quibus in notis disserit.

In *Hippocratem* Erotiani et Galeni saepius edita, aliorumque deperdita glossaria memoraui l. 4. c. 38. §. 4. sq. in h. vol. p. 233. sq. vbi etiam dictum de Anutii Foësii lexico Hippocrateo elaboratissimo Francof. 1588. Geneu. 1662. fol. et de Ioh. Conradi Dieterici Iatreo Hippocatico siue lexico in Hippocratis Aphorismos, Giessae 1656. Vlm. 1661. 4. nunc tantum addo, in ephemeridibus litterariis Parisiensibus A. 1715. mense Iulio p. 113. sq. propediem edendum promitti *Doucquerii*, medici Cadomensis, lexicon medicum vniuersale etymologicum et philologicum, in quo vndecies mille vocabula rarioris vsus ab auctoribus graecis latinis et gallicis adhibita illustrantur. *Fabr.* Id num editum sit, nescio. *Castelli* autem lex. med. supra in catal. lexicorum iam memoraui. *Harl.*

In *Thucydidem* index graecus verborum phrasiumque subiungitur in editione Wecheliana 1594. fol. alius in Thucydide optimi viri et non sine magno dolore meo litteris nuper erepti, Io. Hudsoni, Oxon. 1696. fol. [et Duckeri ed.]

In *Xenophontem*, Aemilii Porti index graecarum vocum phrasiumque et H. Stephani vocabula Xenophonti peculiaria vel cum Herodoto ac Thucydide communia, exstant in editionibus Xenophontis Sylburgiana Francof. 1594. fol. et Paris. 1625. fol. *Io. Grammii* specimen supplementi lexicorum ex Xenophonte, ad calcem historiae Deorum siue prodromi antiquitatum Xenophontearum. Hauniae 1716. 4. *Fabr.* Ernestium, Schneiderum, cum primis Zeunium vtiles et egregios indices adiecisse editionibus suis opusculorum Xenophont. supra, in vol. III. libr. 1. cap. 1. in catal. editt. Xenoph. ostendi. *Harl.* Specimen Indicis Xenophontei nuperrime edidit Prof. *Frid. Guil. Sturzius*, Gerae, 1798. 4.

In *Isocratem* Hieron. Wolfii index in editione Basil. 1549. fol. [in edit. Auger. T. III.] Michaël Neander in phraseologia Isocratis, Basil. 1558. 8. H. Stephani diatriba de vocabulis nonnullis et loquendi generibus ab Harpocratione et Suida apud Isocratem obseruatis, in editione Isocratis A. 1593. fol. et ad calcem Harpocrationis illustrati a Iac. Gronouio Lugd. Bat. 1696. 4. Non repetenda hoc loco, quae de Harpocratione et aliis in Rhetoras Lexicis dixi libr. 4. cap. 38. §. XI. sqq. [pag. 244. sqq. in h. vol.]

In *Platonem* plura veterum Lexica deperdita memoraui lib. 4. c. 38. §. 10. [pag. 242. vbi quoque agitur] de Timaei Lexico. Non contemnendus etiam index vocum subiicitur editionibus Platonis graecis Basileensibus 1534. et 1556. fol. *Fabr. Fischerus* iam a pluribus annis promisit clauem Platonicam, et locupletissimum eximiumque indicem subiecit *Findeisen* suae editioni doctae Platonis Gorgiae, Gothae 1796. 8. Lexici Platonici specimen diss. *W. Iac. Wegner.* Goett. 1798. 8. *Harl.*

In *Aeschinis* tres dialogos index graecus verborum et phrasium locuples subiunctus editioni praeclarae graeco-latinae *Petri Horrei*, Leouardiae 1718. 8. [in primis *Fischeri* editionibus.]

[Reiske locuplet. indices confecit ad Aeschinis, Lysiae, Demosthenis etc. orationes in edd. oratorum graecor. — In Reiskiana editione Opp. Plutarchi tom. XI. et XII. continent amplos indices. De editionibus autem cum vberioribus indicibus iam in singulis capitibus de auctoribus ibique in notitiis editionum egimus. Addam Woerterbuch nach den Capiteln des *Palaephatus* von unglaublichen Begebenheiten etc. Coburg. 1784. 8. Doctiorem vero indicem s. clauem subiecit *Fischerus* suis Palaephati editionibus. v. supra, vol. I. pag. 191. — *I. F. Dilschmanni* — vocabularium graecolat. in *Gesneri* Chrestomath. gr. et in *Xenophontis* M. S. itemque in *Homeri* libros VI. priores, etc. Stendal. 1785. 8. — *Epicteti* ed. Vptoni habet vberrimum indicem, et ita alii plures auctores hoc praecipue saeculo a viris doctis illustrati editique. *Harl.*

In *Aristotelem* indices graeci optimi subiuncti in editione Philosophi operum accuratissima graeca Wecheliana A. 1587. 4. quam Friderico Sylburgio debemus. Idem vir egregius magno studiosorum huius linguae fructu similibus instruxit indicibus alios etiam, quos vulgauit scriptores, vt *Dionysium* [kk]) Halicarnasseum, romanae historiae scriptores graecos minores, nec non *Pausaniam*, *Etymologicon magnum*, *Iustinum* [?] *Martyrem* et *Clementem*, Alex. *Theodoreti* libros de curatione graecar. adfect. Lexicon autem vocum Aristotelicarum, ad philosophiam pertinentium, *Petro Petito* auctore, quod breui proditurum scribebat Menagius ad Laërtii Platonem pag. 160. b. lucem non vidit. Pridem quoque intercidit *Clitarchi* liber de interpretatione vocabulorum Aristotelis, quem laudat Eustratius in IV. Nicomacheorum. Sed exstat D. Martini Fogelii lexicon insigne vocabulorum, homonymorum praecipue apud Aristotelem, editum Hamb. 1689. 4.

In *Theophrasti* Characteres Ethicos, Index praeclarus analyticus Petri Hedelini, curante *Erico Benzelio*, Vpsaliae 1708. [Melior est Fischerianus.]

[Lexicon *Polybianum* vtilissimum in edd. Ernesti et Schweighäuseri. *Harl.*

[In *Apollodori* Bibl. ed. Heyn. Index.]

In *Plutarchi* librum de puerorum institutione index analyticus et lexicon *Olai Hesychii* Lips. 1705. 8. [et ed. Heusingeri.]

In *Iulii Pollucis* Onomasticon index Wolfgangi Seberi, in edit. Francof. 1608. 4. et longe plenior accuratiorque Stephani Bergleri in editione Pollucis optima Wetsteniana Amst. 1706. fol.

Arriani historiam de expeditione Alexandri et de rebus Indicis vidi illustratam eruditis notis et vberrimo indice vocum phrasiumque graecarum atque ad editionem, paratam a Georgio Raphelio, pastore ecclesiae Luneburgensis, cuius obseruationes insignes ad Nouum Test. e Xenophonte, Polybio et Arriano digestas habemus.

In

kk) Indices graecos in Dionysium Halic. et Clementem Alex. habes etiam in editionibus Oxoniensibus vtriusque scriptoris, quorum illam *Io. Hudsono*, A. 1704. hanc *Io. Pottero*, Oxoniensi, episcopo debemus A. 1715. fol. Indicem in Pausaniam etiam in edit. Lipsiensi A. 1696. fol. in Iustinum Martyrem, in edit. Paris. 1615. 1636. fol. Witeb. 1586. fol.

In *Aeliani* varias hiſtorias Lexicon concinnauit *Io. Scheferus*, Argentorat. 1647. 1662. 8. deinde auxit et emendauit in ſua editione *Ioachimus Kuhnius*, Argentorat. 1688. 8. et nouo accuratoque ſtudio *Iac. Perizonius*. Lugd. Bat. 1701. 8. [et Kretſchmarus in indice in edit. Dresdae et Lips. 1746. 8.]

In Herodiani Hiſtoriam Lexicon, ſiue index graecus analyticus locupletiſſimus *Balthaſaris Scheidii*, ad calcem editionis Boeclerianae Argentorat. 1662. 1672 et 1694. 8. [Add. Indices editt. Weſſel. Diodori Siculi et Reimari Dionis Caſſii Opp.]

In *Sextum Empiricum* index graecus, ſubiunctus editioni, a me curatae, Lipſ. 1718. fol. auctorem habet iuuenem egregium, Nicolaum Fedderſen, Flensburgenſem.

Ex *Luciano* indicem vocum, quae in Henr. Stephani theſauro omiſſae ſunt, conſignauit Ioannes Ienſius libro tertio lectionum Lucianearum cap. I. p. 309. 316. Hag. 1699. 8. [Plenus index complet tom. IV. edit. Reitzianae.]

[Index vocabb. Grr. in *Himerii* Opp. ed. Wernsdorf. — in Geoponicorum ed. Niclas T. IV.]

Man. Moſchopuli in Philoſtrati imagines lexicon MStum ſupra §. VIII.

[☞] In catalogo bibl. inſtructiſſimae Bultellianae p. 343. memorantur Lexica quaedam graeca edita ad quorum margines Emericus Bigotius manu ſua notauerat voces vſurpatas a *Porphyrio*, *Iamblicho*, *Polyaeno*, *Dione Chryſoſtomo* et *Ariſtaeneto*: nec non a patribus graecis, *Iuſtino*, *Origene*, *Athanaſio*, *Gregorio Naz. Cyrillo Alex. Theodoreto*, *Nilo*.

Bene *Mich. Maittaire*, vir egregius, in hiſtoria Stephanorum pag. 389. *Mihi rudi quidem, ſed litterarum amantiſſimo, veniam dent eruditi, ſi cupiam, vt ne quis auctorem veterem editurus ſe opere propoſito defunctum putet, modo ipſum nitido charactere, charta magnifica, notis luculentis ornatum excudi curauerit, niſi non inſulſum indicem, ſed lexicon ipſi auctori peculiare accommodet.*

Non omittendum etiam hoc loco H. Stephani graeco-latinum *lex. Ciceronianum*, editum Pariſ. 1557. 4. in quo graecorum ſcriptorum loca, a Cicerone citata, cum Tullii verſione exhibentur, graecisque illorum vocibus ordine alphabeti deſcriptis, interpretatio Ciceronis laudatiſſimo inſtituto adiungitur. *Fabr.* Adde Lexicon Ciceronianum graecolatinum et caſtigationes in quam plurimos locos Ciceronis. Aug. Taur. 1743. mai. 8. *Harl.*

Ad ea denique, quae de lexicis graecis *biblicis* in ſacros atque eccleſiaſticos ſcriptores tum vniuerſe tum ſigillatim in *Dionyſium* Areopag. *Ioannem Chryſoſt.* et *Andream*, Cretenſem, adornatis dixi ſupra ſect. IX. fin. et lib. IV. cap. 37. et 38. et de *Concordantiis*, quas adpellant, graecis in LXX. Interpretes et in Nouum Teſt. ibid. [ſupra pag. 214. ſeq. h. vol.] hoc loco adiungere iuuat, praeterita tunc mihi: *Io. Erneſti Grabii* gloſſarium graeco-latinum in *Irenaeum*, in edit. Oxon. 1702. fol. repetitum etiam auctius in Maſſuetiana Pariſ. 1710. fol. *Fabr.* Add. Concordantiae on the Greek Teſtament: with the English Verſion to each Word; the principal Hebrew Roots correſponding of the LXX. short critical notes where neceſſary, by *Iohn Williams*. Londin. 1767. 4. *Harl.*

Lexicon graecum biblicum, curante *Chriſtophoro Plantino*, editum cum inſtitutionibus linguae graecae, atque epitome theſauri linguae hebraicae Santis Pagnini in tomo VII. Operis polyglotti Antwerp. 1572. fol.

In LXX. INTERPRETES et *libros Veteris Teſt. apocryphos* Lexicon ſuccinctum graeco-latinum *Zachariae Roſenbachii*, Med. D. et ſacrarum linguarum in ſchola illuſtri

Herbonensi professoris, quod exstat in eius Methodo omniscientiae Christi, Herbornae 1634. 8. quo sub titulo habes simul vocabula graeca Noui Test. secundum classes rerum digesta, et elenchum graeco-latinum dictionum, quae in Vet. et Nouo Test. pariter occurrunt, nec non indicem graecarum vocum, quae in Nouo Test. tantum reperiuntur, et specimen omniscientiae gentilis, hoc est plerasque latinas et graecas dictiones primitiuas, similiter per classes rerum dispositas.

[¶] *Christiani Schotani* lexicon Hellenisticum seu Alexandrinum, Franequerae in 12. vulgatum, exhibet G. Pasoris clauem Noui Test. auctam vocibus, in versione graeca LXX. Interpretum occurrentibus. Diligentiore studio etiam, celeberrimo Montfaucono praeeunte, voces LXX. Interpretum, ceterorumque Aquilae, Symmachi etc. adiunctae lexico Pasoris in Nov. Test. cura *Christiani Schoetgenii*, Lips. 1717. 8.

Mich. Crellii syllabum graeco-biblicum, siue vocabularium, omnia nomina et verba, quae in Vet. Test. versione LXX. virali habentur, per classes declinationum et coniugationum recensens, ordine alphabetico ante terminationes obseruato et adiecto catal. vocum Noui Test. τῶν ἅπαξ λεγομένων. Altenburg. 1646. 12.

Praeclarum inprimis est lexicon duplex, reliquiis Hexaplorum Origenis subiunctum, quas incredibili studio post Flamminium Nobilium et Ioannem Drusium ex editis atque ineditis monumentis congessit vir supra laudes *Bernardus de Montfaucon* Paris. 1713. fol. 2. Vol. Prius lexicon hebraico-graecum est, alterum graeco-hebraicum: in vtroque vocabula, non modo apud LXX. Interpretes, sed etiam in Aquilae, Symmachi, Theodotionis et caeterorum interpretum fragmentis obuia exhibentur cum Latina interpretatione, et Hebraicis, quibus respondent, adiunguntur. [Praestantius est *Io. Frid. Fischeri* Clauis reliquiarum versionum V. T. graecarum Specimen, cuius Part. I. Auctior repetita est in Commentt. Theologg. edd. a Velthuseno, Kuinoelio et Rupertio T. IV. pag. 195. sq.]

Lexicon in LXX. interpretes a D. *Hugone Brughtono* studiose compositum, et adhuc ineditum Thomas Hayne in praef. ad diss. de linguis (in Tho. Crenii Analectis pag 15. seq.) testatur, se Collegii Sionensis bibliothecae Oxon. dono dedisse.

In NOVVM TESTAMENTVM, nota omnibus

Georgii Pasoris, professoris Franequerani, clauis, manuale, syllabus omnium Noui Test. dictionum Lugd. Bat. 1628. 12. Amst. 1632. Lips. 1732. med. 8. etc.

Eiusdem Lexicon graeco-latinum, cum etymis nominum propriorum et peregrinorum. Herborn. 1622. 1626. 1632. Franeq. 1632. Naumb. 1637. 8. *Fabr.* Etyma nominum propriorum, itemque analysis hebraeorum, syriacorum et lat. vocc. quae in N. T. vspiam occurrunt. Ienae 1668. 8. — Lexicon manuale emendatum et auctum cura *I. F. Fischeri*, Lipsiae 1755. 8. sed nolo ea, quae de lexicis gr. in N. T. a *Schwarzio*, *Schöttgenio*, *Krebsio*, *Spohnio* et *Schleusnero* in Introd. in hist. ling. graec. II. 2. p. 110. sqq. adnotaui, hic recoquere. cl. *I. F. Fischer* edidit Prolusiones XXXIII. de vitiis lexicorum N. T. 1772-1790. 4. quas deinde iunctim edidit: Prolusiones de vitiis lexicorum N. T. separatim antea, nunc coniunctim editae multis partibus auctae multisque in locis emendatae. Lipsiae 1791. mai. 7. — Idem curauit nouam editionem *Chr. Stockii* clauis linguae S. N. T. Lipsiae 1753. m. 8. Editio quarta prodierat Ienae 1743. m. 8. *Harl.*

A ψευ-

A ψευδερμηνείαις Caluinianis repurgatum a *Io. Philippo Oheimio.* Lipf. 1658. 8. [ibid. 1666. 8.]

Illuftratum variis obferuationibus philologicis et verborum e LXX. interpretibus adparatu auctum a *Chriftiano Schoetgenio.* Lipf. 1717. forma maiore octaua.

Voffii, Bergenfis in Norwegia Superintendentis, notae ad Paforis lexicon memorantur in Epiftola Io. Ifaaci Pontani, fcripta A. 1632. et in Antonii Matthaei fylloge Epiftolarum cum A. Alciati Epift. contra vitam monafticam, edita Lugd. Bat. 1708. 8.

Lud. Lucii dictionarium graeco-latinum in Nouum Teft. editum Bafil. 1640. 8.

Andreas Pauli, Wismarienfis, θεματοθογολεγία, diftincte exhibens atque grammatica ἀκρίβεια declarans radices omnes et deriuata atque compofita vocabula in Nouo Teft. occurrentia, quae per diuerfas terminationes difpofuit et analogiae atque fignificationis veluti claffibus diftinxit. Lubec. 1653. 12.

Io. Dawfon lexic. alphabet. N. T. Cantabrig. 1706. 8. [Londini 1776. 8.]

Ioh. Conradi Dieterici, prof. Gieffenfis, Antiquitates poftumae Noui Teft. etiam hic memorandae, quoniam et ipfae digeftae funt ordine alphabetico vocum graecarum, atque Lexicon infigne Philologico-Theologicum in noui Foederis libros praeftant. Francof. 1680. fol. Hic vir doctus etiam parauit in vfum graecae linguae ftudioforum *radicale* nominum, verborum et particularum, nec non *inuentarium harmonicum*, voces phrafesque graecas cum latina et aliis linguis conferens, et *rationale vocum*, fiue etymologicum. Vide eius fpecillum chreftomathiae graecae, editum Marpurgi A. 1649. 4. pag. 37. 59. 60.

Similiter pars pofterior Criticae facrae *Eduardi Leigh*, Angli, obferuationes philologicas in omnes graecas voces Noui Teft. ordine alphabeti collocatas, exhibet, Amft. 1679. 1688. 1696. fol. [ll]) et *Martini Cafp. Wolfsburgi* Obferuationes facrae in Nouum Teft. excufae Lipf. 1714. 4. de quibus Ephemerides eruditorum Parif. 1719. menfe Septemb. pag. 308. De *Ioh. Cafp. Suiceri* thefauro [mm]), in quo itidem voces etiam Noui Teft. pleraeque erudite illuftrantur, iam dixi lib. 4. c. 38. pag. 230.

Io. Drufii ad voces hebraicas Noui foederis commentarius, Lexici in morem concinnatus, prodiit Franequ. 1616. 4.

Martini Petri Cheitomaei Lexicon vocum graeco-barbararum N. T. quae Orienti originem debent, Amft. 1649. 12. Praeter Drufium et Cheitomaeum de vocabulis Hebraicis

ll) Ab *Henr.* a *Middoch* in lat. fermonem conuerfa, ed. lat. tertia, Francof. et Lipf. 1694. 4. Editio latina *quinta*, nouis tam vocabulorum quam obferuationum additionibus aucta, nec non fupplemento, antea feparatim adiecto, iam fua radice inferto et ab infinitis locorum, praefertim fcripturae repurgata. Acceffit (*Io. Conr. Kesleri* gymnaf. Goth. fubconrectoris) adpendix vocum, in codice graeco LXX interpretum et apocryphis (etiam in fragm. Aquilae, Symmachi et Theodotionis) occurentium; ita vt nunc haec noua editio vniuerfo cod. facro tam hebraeo, quam graeco intelligendo commode adhiberi poffit. Gothae 1706. 4. Kesleri adpendix habet peculiarem et longiorem infcriptionem, in qua praeter ea exhiberi dicuntur plurima vocabula multaeque vocabulorum fignificationes, quae in omnibus, etiam copiofiffimis lexicis, ita dictis thefauris, gloffariis et dictionariis fruftra quaerantur. In praefatione fubfidia, quibus vfus fit, enumerat auctor. — it. Gothae. 1735. 4. *Harl.*

mm) Amftel. 1682. — ed. 2. priori emendatior, elegantior et longe auctior ibid. 1728. fol. II. voll. *Harl.*

cis Nouo Test. consulendi Angelus Caninius nn), Otto Gualtperius, Petrus Possinus et D. Augustus Pfeifferus.

Io. Knollii, conrectoris scholae Rigensis, vocabularium biblicum Noui Test. perquam vtili instituto ita elaboratum, [ℙ] vt vocabula singula ordine librorum, capitum et versuum distincte tironibus exponat. Saepius prodiit, vt Rudolstadii 1700. 8. Lips. 1717. 8. [— editio octaua, prioribus longe auctior et emendatior, curante *Andrea Butigio*, Lips. 1730. 8. — ibid. 1739. 1745. 8. *Harl.*]

Ioachimi Langii, Graeci Noui Test. clauis grammatica. Hal. Sax. 1720. 8. 1736. 8.

Matthiae Flacii clauis S. S. ex recensione *Thod. Suiceri*, Francof. et Lips. 1719. fol.

Chr. Reineccii manuale biblicum ex Concordantiis graecis adornatum, in quo voces graecae omnes, in vers. LXX. interpr. et in apocryphis V. T. nec non in textu originali N. T. occurrentes etc. Lips. 1734. 8.

Io. Simonis, hist. S. et antiq. prof. Halens. lexicon manuale graecum, etc. Halae 1766. mai. 8.

Griechisch-deutsches Lexicon über das neue Testament — von D. *Carl Friedrich Bahrdt*. Berolini 1786. med. 4. vt Sturmii, Telleri aliorumque lexica in N. T. germanice scripta, omittam.

XIII. *Scriptores recentes, qui Synonyma Graeca, Epitheta et Phrases collegerunt, nec non tradiderunt de Graecis particulis, orthographia, prosodia, symphonia cum aliis linguis etc.*

1. *SYNONYMA* collegit *Martinus Rulandus*, August. Vindel. 1518. 1567. 1571. 1576. 8. in quibus cum non immerito plura desideraffet H. Stephanus praef. libri de instituendis graecae linguae studiis, emendauit illa et locupletauit insigniter *Dauid Hoeschelius* ib. 1585. 1590. 8. et Geneu. 1612. 1618. 1646. 8. [add. Lawätz I. pag. 454. et suppl. pag 313.]

[Synonymorum libellus ex optimis latinae et graecae linguae scriptoribus congestus, iam vero in gratiam studiosae inuentutis Suecanae concinnatus, plurimisque in locis adauctus ab *El. Petri Helsingio.* Stockholmiae 1587. min. 8.

M. Dan.

nn) *Angeli Caninii*, Anglarensis, Ἑλληνισμός, copiosissimi graecarum latinarumque vocum indicis accessione per Carolum Hauboesium locupletatus; in quod quidquid vetustissimi scriptores de Gr. L. ratione praecipiunt, atque adeo omnia, quae ad dialectos intelligendas et poetas penitus cognoscendos pertinent, facili methodo exponuntur. Acc. plurimorum verborum originum explicatio, regulae quaedam breues de ratione syntaxeos, et loci aliquot N. T. cum Hebraeorum originibus conlati atque explicati. *Thom. Crenius* recensuit, emendauit et notis ac praefatione, in qua de claris agitur *Angelis*, auxit. Lugd. Bat. 1700. 8. In praef. p. 75. sqq. agit Crenius de Angelo Caninio, et obseruat, hanc illius grammaticam graecam editam esse initio Paris. typis regiis a. 1555. et in officina Morelli in 4. postea Londini 1600. 1613. et 1624. 8. si recte intelligo eius verba, dum „Londini, ait, a. CIↃ. IↃC. (male enim in inscriptione istius exempli, quo vsus quodque sequutus sum, Cl. C. est) XIII. et XXIV. in 8.“ *Harl.*

M. Dan. Peuceri comment. differentium apud Graecos vocc. potissimum ex Ammonio, Lesbonacte et Philopono collectus et locupletatus. Praemissa est diss. de vsu differentium ap. Graecos vocum in Theologia. Dresdae 1749. (al. 1748.) 8. — Lawaetz in spicil. I. pag. 314. citat *Peuceri* lex. vocc. graec. *Synonymicarum* [nisi error sit,] potissimum ex Ammonio etc. collectum etc. Dresdae 1766. 8. — Commendanda est

Dan. Vechneri Hellenolexia. — supplem. atque nouis accessionibus auxit *I. Mich. Heusinger*. Gothae. 1733. 8. *Harl.*]

Passim etiam Synonyma notata sunt in lexico latino-graeco *Ludouici Lucii*, professoris Basileensis, vulgato Basil. 1638. 8. nec non in *Io. Bentzii* thesauro, de quo infra, quemadmodum inter veteres scriptores synonyma non indiligente studio olim adnotauit *Iulius Pollux* in suo Onomastico. *Fabr.*

[De Syntaxi praeter Vigerum, et eos, quos supra p. 384. Not. *ll.* laudaui, sunt memorandi libri

Camerarii syntaxis L. Gr. Basil. 1539. 8.

Georgii Fabricii syntaxis gr. auct. Colon. 1564. 8. — cum examinatione regular. et ordine orationis auctior. it. de verbis anomalis. cum indice 1576. 8.

Godescalcus Praetorius de syntaxi graeca, libri II. Francof. 1554. 8.

Chrift. Stockii litterator graecus. Ienae 1697. 1710. 8. etc.

Principia sermonis gr. iuxta methodum recentiorum, quae vulgo Welleriana dicitur. — Acc. *specimen syntaxeos* noua arte ad principia Sanctiana compositae. Ed. noua, auct. et emendatior. Tiguri, 1784. 8.

Erh. Glb. Glandorf Progr. über die Construclionslehre im Algemeinen. Onoldi 1790. 4. *Harles.*

2. *EPITHETORUM* Graecorum farraginem locupletissimam, adscriptis poetarum veterum, qui illa vsurparunt, locis, debemus nobili viro, Io. Hartungi discipulo, *Conr. Dinnero* [oo]), Acroniano, in Friburgensi primum academia graecae linguae professori, ac deinde consiliario Wirceburgico, qui illam primum excudi fecit 1589. 8. recusam deinde typis Wechelianis Hanou. 1605. 8. addita Erasmi Sidelmanni epitome de poesi seu prosodia Graecorum: deinde minus luculenter repetierunt Geneuenses An. 1614. 8. et 1634. 8. sed ita, vt graecis epithetis latinam versionem adiungerent. Collecta etiam a *Mich. Neandro* epitheta exstant in *Io. Vollandi* libro primo de re poetica Graecorum, alia in thesauro graecae poeseos *Nic. Caussini* S. I. Epitheta Homerica ex Iliade collegit *Nicolai Prusus*, Lugd. 1594. 12. vt inedita, a *Iacobo Revio* collecta, omittam, quae in bibl. Leidensi adseruantur. [In cod. Paris. bibl. publ. MMDCCLV. sunt epitheta e poetis veterib. collecta, ord. alphab. a *Io. Bordato*. *Harl.*]

[✝] 3. *PHRASES* elegantiores ex Homero *Iac. Sorgerus* in Homero enucleato, Francof. 1625. 8. ex poetis graecis collegit et sub titulis digessit *Daniel Pareus* in mellificio Attico

oo) Vide *Henningi Witte* memorias ICtorum saeculi XVI. pag. 149. Huius Conradi filius, *Andreas Dinnerus*, ICtus Altdorfinus, de quo Claudius Sincerus in vitis ICtorum tom. 2. pag. 147.

tico [oo]), Francof, 1627. 4. nec non *Nic. Cauſſinus*, Tricaſſinus, S. I. in theſauro graecae poeſeos. Mogunt. 1614. 8. et *Ioh. Vollandus* in libris quatuor de re poetica Graecorum, quos Mich. Neandri, praeceptoris ſui, auſpiciis congeſſit ediditque Lipſ. 1579. 8. et 1592. 1613. 8. [*Io. Vollandi* elegantiae Gr. L. ſeu locutionum graecarum formulae e notationibus *Mich. Neandri* collectae. Lipſiae per Io. Steinmann. 1583. 8.

Iac. Gretſeri phraſiologia-graeco-lat. in eius Opp. tom. XVI. pag. 491.

Io. Frid. Reitzii de ambiguis, mediis et contrariis, ſiue de ſignificatione verborum ac phraſium ambigua. Traiecti ad Rhen. 1736. 8. — De verbis Graecorum mediis commentationes Lud. Kuſteri, Io. Clerici et Eraſmi Schmidii recenſuit ſuam adiecit *Chriſtph. Wollius*. Lipſ. 1752. 8. — *Sigismundi Frid. Dreſigii* comm. de verbis mediis N. T. (cur. *Fiſcheri*) addita eſt Küſteri et Clerici comm. de verbis mediis. Lipſ. 1755. 8. *Harl.*] Λεξίδιον graecum poeticum, quod in ſpecillo chreſtomathiae graecae promiſit *Ioh. Conradus Dieterıcus*, non vidit lucem quod ſciam.

Ex ſcriptoribus optimis proſariis *Martinus Rulandus*, Friſingenſis, de emendata linguae graecae ſtructura libro ſecundo. Argentorati 1559. 8.

Ex Iſocrate *Mich. Neander*, Baſil. 1558. 1572. 1588. 8.

Iac. Billius, Prunaeus, quem *benemerentiſſimum linguae graecae* laudat ex merito Nic. Comnenus pag. 260. praenot. myſtagog. edidit Locutionum graecarum in communes locos per alphabeti ordinem digeſtarum, volumen, Duaci 1578. 1599. 12. Lugd. 1588. 8. recuſum Pariſ. 1603. 8. Geneu. 1594. 1603. 12. et 1614. 12.

Io. Bentzius, Bruxellenſis, in theſauro elocutionis oratoriae, ſiue pure loquendi et ſcribendi, ex Io. Sturmii conſilio ſecundum naturae rerum ordinem digeſto in locos LXXVI. quo neminem veneres graecae linguae diligentius maioreque cum iudicio congeſſiſſe, idque opus omnibus in graeca eloquentia collectaneis praeferendum, iudicat D. Morhofius [qq]. Prodiit Baſil. 1581. fol. et Argentorat. 1594. fol.

Franciſci Vigeri de praecipuis graec. ling. idiotiſmis. Pariſiis 1627. 12. *Fabr.* Vigerus opellam ſuam compilarat ex Guil. Budaei commentariis l. gr. ſed tamen propter vtilitatem ſaepius erat editus libellus, Pariſ. 1644. 12. Lugd. B. 1680. 12. — ad vſum ſeminarii Patau. Bellouaci 1692. 12. — *Lederlin* auxit et emaculauit in ed. Argent. 1708. 8. (v. quae ſcripſi in vitis philolog. vol. III. p. 23. ſqq.) ſed maiorem adtulit eruditionem et vtilitatem *Henr. Hoogeueen*, qui librum perpetuis eruditisque animadverſionibus et quam plurimis idiotismis (ſ. potius idiomatibus) illuſtrauit auxitque Lugd. B. 1742. mai. 8. tum ad quintam partem locupletauit, ib. 1752. — tertium, auct. ib. 1766. mai. 8. — Hoogeu. ed. recudendam curauit, nec ſpernendas adiecit obſſ. *Zeune*, Lipſ. 1777. 8. Aegre id tulit Hoogeueen, et peculiarem edidit libellum atque cenſuram [hoc titulo: I. C. Zeunii Animaduerſiones in Vigeri — librum, ad iuſtam examinis lancem reuocatae ab H. Hoogeueen, L. B. 1781. 8.] Iterum tamen *Zeune* nouam, eamque auctiorem atque emendatiorem parauit editionem, Lipſiae 1789. m. 8. cuius editionis docta eſt cenſura in Ien. A. L. Z. a. 1791. nr. 328. m. Dec. vbi plura, interdum

pp) Vide *Voetii* bibl. theolog. pag. 374. et bibl. Fabricianam (D. Io. Fabricii, Theologi Helmſt.) tom. 3. pag. 500.

qq) Lib. 3. polyhiſt. cap. 2. pag. 611. et lib. 4. cap. 8. pag. 99. ſeq.

terdum leuiora, notantur, et noua proponitur eiusmodi libri conficiendi methodus. Atqui plura posse conferri ad locupletandum opus, ostendit cl. *Degen* in II. programmatibus siue ad idiomata graecae dictionis spicilegiis, Onoldi 1780 et 1781. 4. De idiomatibus et ellipsibus L. Gr. agitur in libro: Les principaux idiotismes de la langue grécque, avec les ellipses, qu' ils renferment. — par Mr. *Furgault*, Prof. émérite de l' Université de Paris à Paris 1784. 8. — De *L. Bosii* libro vtilissimo de ellipsibus gr. variisque illius editionibus egi in prolegg. ad Introd. in hist. L. Gr. §. 14. pag. 51. *Harl.*

Io. Posselius in Calligraphia Oratoria ling. graec. post priores editiones Witteb. 1565. 8. Francof. 1585. 1590. 1594. rr) ab auctore recognita et amplius tertia parte aucta Hanou. 1605. 8. subiuncto indice non latino tantum, sed graeco quoque, qui in Billio desideratur. Recusus est liber Lugd. 1607. Geneu. 1613. 1624. 8. et addita plerisque vocabulis gallica interpretatione 1636. 8. apud Iacobum Stoer. [cum addition. *Io. Godofr. Herrichen* et praef. C. S. Schurzfleischii Francof. 1688. 8. Lips. 1725. 8. adde Lawaen I. p. 430. Commendandus est *Antonii Schori* liber aureus de ratione docendae discendaeque linguae gr. Emendauit auxit *Frid. Wilh. Ion. Dillenius*. Stuttgard. 1780. 8. cum Isocrotis orat. ad Demon. gr. ac latine.

Von dem künstlichen Naturgange der griech. Sprache in ihren Hauptwoertern, in Rücksicht auf Sprachgeschichte, von *Io. L. Holst*. Hamb. 1784. mai. 8. *Harl.*]

4. De *PARTICULIS* graecae linguae erudite commentatus est *Matthaeus Debares* siue *Deuarius*, idem, cuius indice locuplete in Eustathium, Homeri interpretem, ornata est editio Eustathii Romana. Librum de particulis post auctoris fata in lucem dedit et Alex. Farnesio dicauit propinquus illius *Petrus Deuarius*, Rom. 1588. 4. Postea iterum prela subiit Londini 1657. 12. et Eschenbachio curante, Altdorfii 1700. 8. Excusus et eodem anno Traiecti ad Rhen. (quaedam exempla Amstelodamum praeferunt,) in 12. *Fabr.* De *Deuarii*, et *Hoogeueenii*, multis parasangis priorem superantis, libris de particulis Gr. L. pluribus disserui in Prolegg. ad Introd. in hist. l. gr. §. 12. pag. 48. sq. Hic notandum est, primum Deuarii librum saepius exiisse prelo. Tum *Io. Ge. Sam. Bernholdum* dedisse specimen supplementorum ad Deuarii librum de particulis gr. in der *Hamburg.* vermischten Bibliothek vol. III. pag. 540-546. a. 1745. 8. — Multis accessionibus locupletatus et insigniter emendatus est Deuarii liber a *Io. Gottf. Reusmanno*, rectore scholae Schneeberg. Lipsiae et Schleiz. 1775. 8. — sed locupletissimum et praestantissimum est opus *Hoogeueenii*, qui in eo conficiendo XVI. annos consumsit:

Doctrina particularum L. Gr. auctore et editore *Henr. Hoogeueen*, Delphis 1769. 4. II. voll. de quo opere plura scripsi in vitis philologorum, nostra aetate clarissimorum, vol. IV. Bremae 1772. pag. 133. sqq. et de vtroque Reusmanni atque Hoogeu. opere in prolegg. ad Introduct. in hist. ling. gr. §. 12. pag. 49. Hoogeu. opus in compendium redegit et tamen hinc inde auxit cl. *Schütz:*

H. Hoogeu. doctrina particularum graecar. recensuit, breuiauit et auxit *Christ. Godof. Schütz*, P. P. O. Ienensis. Dessauiae et Lipsiae. 1782. m. 8. et mutata primi folii inscriptione,

rr) Priuilegium Caesareum datum iam est A. 1582.

Lipsiae 1788. 8. — *John Hunter* in I. vol. Transactions of the Royal society of Edinbourgh. Edinburgi 1788. m. 4. egit de nominibus, significationibus et vi variarum coniunctionum, praesertim coniunctionis ΔE. v. ephem. litter. Goetting. a. 1789. pag. 137.

Remarques de Critique sur quelques endroits détâchez d' Hesiode, d' Anacreon etc. où l' on trouve quelques Obseruations sur les particules grecques ὕπερθεν, ὑπὲρ, ἐν et ἐνὶ, in l' histoire critique de la Republ. des Lettres, tom. XIV. pag. 42. et 255. sqq.

Io. Chrift. Herzog diss. de graecae particulae ἐπὶ proprio significatu cum casu quarto iuncto. Lips. 1705. 4.

Andr. Beyeri diss. praes. *I. A. Osiandro*, Momentum particularum graec. in expositione N. T. Tubingae 1744. 4.

Casp. Frid. Hochenberg de significatione praepositionum gr. in compositis et generalia quaedam de ratione compositionis vocc. graec. Trai. ad Rh. 1771. 8.

Atque sic de vi et potestate quorumdam vocabulorum, de accentibus, pronuntiatione aliisque quaestionibus grammaticis plures in peculiaribus libris disputarunt. v. *Bünau.* cat. l. c. *Simonis* et *Walchii* libros citatos et *Lawaetz* ll. citatos quibus, si opus esset, alia scripta possent addi: et ego in prolegomen. ad hist. L. G. iam multa adtuli. Cf. supra p. 334. sq. adnotata.

De verbis anomalis commentarius, in quo singula verba, aut anomala aut alioqui difficilia ordine alphabetico ad sua themata reuocantur, prioribus editionibus auctior. Paris. ap. Guil. Morelium 1558. 8. *Harl.*

Leonicenum de particulis graecis, non vidi.

5. *IO. TORTELLII*, Aretini, cui libros sex linguae latinae elegantiarum Valla inscripsit, liber *de Orthographia*, siue dictionibus graecis, quas Latini vsurpant, tum propriis, tum aliis Venet. 1471. fol. Taruisii 1477. fol. Vicent. 1479. fol. Venet. 1495. fol. Ab initio operis et alia quaedam enumerantur, et seorsim dictiones compositae graecae latinis vsitatae. Hoc opus intelligit *Hieron. Magius* lib. 2. Misc. 14. quando Tortellii lexicon commemorat, atque eum aduersus acerbiorem Galeoti Martii [ss]), Narniensis, censuram tuetur. Confer de hoc Tortellio *Trithemium* cap. 751. de Script. Eccles. *Iouii* elogia, *Vossium* de hist. latinis lib. 3. p. 579. et Diarium Venetum (Giornale de letterati d' Italia) tom. XI. p. 305. sqq.

6. Ad *PROSODIAM* et quantitates vocum graecarum pernoscendas faciunt *Abdias Praetorius* in libris IV. de poesi Graecorum, Basil. [1558. 8. in Bun. catal. p. 1806.] 1561. 8. *Petrus Coelemannus*, qui paedagogii Stetinensis conrector fuit, in opere prosodico graeco, Francof. 1611. 8. 1651. 8. [1668. mai. 8.] *Nic. Caussinus* in posteriore parte thesauri graecae poëseos. Mogunt. 1614. 8. *Philippus Labbe*, S. I. in elencho siue thesauro prosodico graeco-latino, Paris. 1654. 8. et in graeca prosodia fuse et compendio tradita, cum dialectis poëticis ib. 1663. 8. ib. 1671. 8. *Georgius Matthias Koenigius*, professor Altdorfinus, in tirocinio poetico Graeco, in quo epitheta, nomina, verba et aduerbia secundum diuersam quantitatem ordine litterarum digesta exhibentur. Norimberg. 1673. 8. *Fabr.*

Christoph.

ss) Lib. de doctrina promiscua cap. 28.

Christoph. Cellarii compendium prosodiae graecae. Veronae 1711. 8.

I. I. Meyer Betrachtungen über die Ausſprache des Sylbenmaaſſes, beſonders der griechiſch. und latein. Sprache. Stettin 1782. — De Kircheri, Heathii, Morelli, Mocciae et Becucci libris, huc pertinentibus, egi in prolegom. mem. §. 15. pag. 52. ſq. quibus addi poſſunt ii qui ſupra pag. 385. Not. m. laudati ſunt. Etiam *Ch. Waſius* graecam proſodiam haud raro adtigit et cum latina comparauit in *Senario ſiue de legibus et licentia veterum poetarum.* Oxon. 1687. 4.

7. De Symphonia et adfinitate linguae graecae cum aliis linguis, ſpeciatim *Germanica* dicere nonnulla me memini lib. IV. cap. 36. §. 20. vbi etiam de Germanicae cum *Perſica* conuenientia, quibus addere licebit *Mich. Neandri* Chronicon pag. 138. ſeqq. *Georgium Hickeſium* in diſſ. Epiſtolari (theſauro ſeptentrionali inſerta) pag. 158. *Matthaei Hilleri* [☞] ſyntagmata hermeneutica pag. 129. ſq. et *Io. Henricum van Seelen* pag. 119. ſeq. in notis ad Guil. Burtoni λεί‌ψανα veteris linguae Perſicae, quae poſt edit. Londinenſ. 1657. recudi curauit Lubecae 1720. 8. vna cum Boxhornii ad Blancardum Epiſtola, de Perſicis Curtio memoratis vocabulis. *Salmaſius* quidem a Scythica veteri tamquam dialectos deriuat Perſicam et Teutiſcam, et ab hac Graecam putat profluxiſſe pag. 66. libri de Helleniſtica. Etiam in moribus et vitae ratione inter Perſas Germanosque multa conſpirare obſeruauit *Matthias Beneggerus* quaeſt. 129. in Tacitum, et exſtat *Mich. Picarti* Oratio, qua Germanos Perſarum eſſe fratres contendit. Sigismundi Gelenii lexicon ſymphonicum, quo vocabula linguae Graecae, Latinae, Germanicae atque Illyricae ſiue Slauonicae inter ſe conferuntur, exſtat editum Baſil. 1537. 4. [tt]) et *Georgii Crucigeri* [uu]) harmonia linguarum quatuor cardinalium, Hebraicae, Graecae, Latinae et Germanicae. Francof. 1616. fol. *Georgii Chriſtophori Peiskeri* ICti indices Graecae ac Germanicae linguarum analogiae Lipſiae 1685. 12. [vv]) in quibus etiam Lexicon Graeco Germanico analogicum promiſit, cuius nec dum quod ſciam, editi vices interim praeſtabit *Georgii Henrici Vrſini* [ww]) Onomaſticon Germanico-Graecum, vulgatum Ratisbonae 1690. 4. accuratius et plenius in hoc argumento verſatus eſt poſt Wolfg. Lazium libro de gentium migrationibus pag. 25-36. Mich. Neandrum in deſcriptione Orbis terrarum parte I. pag. 279. ſeq Matthiam Bernegerum qu. XI. in Taciti Germaniam et Matthiam Braendelium in anomaliae ſuae, quam μισελλήνων vocat, praefatione, et Ioſephum Mariam Bellinum in epiſtola ad Ottonem Menckenium [xx]). Iam pridem ante hos etiam *Io. Camerarius de Dalburg*, Wormatienſis epiſcopus, aliquot millia dictionum graecarum collegerat, in graeca et germanica lingua idem ſignificantium; vt praeter Auentinum teſtatur Io. Trithemius, ſed illius lucubratio lucem non adſpexit.

 Cum

tt) Inſcriptio libri haud frequentis haec eſt: *Lexicum Symphonum*, quo quatuor linguarum Europae familiarium, graecae ſcil. latinae, germanicae ac Sclauinicae concordia conſonantiaque indicatur, per *Sigismundum Gelenium*, quantum per ocium licuit, non oſcitanter editum. Baſil apud Froben. a. MDXXXVII. 4. Adde, quae diſputaui in prolegg. ad hiſt. L. G. illiusque cum aliis comparatione. *Harl.*

uu) Vide Reu. Fabricii, Helmſt. Theologi bibl. vol. III. pag. 284.

vv) Acta Eruditor. A. 1686. pag. 418.

ww) Acta Erud. a. 1690. p. 468.

xx) Id. a. 1686. pag. 325. et a. 1690. p. 464.

Cum vero latinam linguam graecae origines debere in confeſſo ſit, huc etiam faciunt *Io. Lud. Praſchii* yy) diſſertationes duae de origine germanica latinae linguae, editae Ratisponae 1686. et 1689. 4. *M. Zuerii Boxhornii* diſſ. [?] de graeca, romana, germanica linguis earumque Symphonia, ſubiungitur grammaticae eius breui latinae, in vſum Chriſtinae, Sueciae reginae, editae Lugd. Bat. 1650. 12. Ioachimi Perionii libri IV. de linguae *gallicae* origine et cum graeca cognatione, Pariſ. 1554. 8. De graecae linguae cum *Sueogothica* adfinitate Io. Peringskiold in notis ad vitam Theodorici, regis, p. 356. ſqq. [it. *Er. Benzel.* Er. F. iunior in periculo runico. *Benzel.*] Cum *Belgica* praeter Io. Goropium Becanum *Abraam van der Mylen* in Syntagmate de lingua Belgica, Lugd. Bat. 1612. 4. [*Guil. Otton. Reitzii* Belga graeciſſans. Roterod. 1730. mai. 8. *Harl.*] Exſtat etiam *Chriſt. Nirmutani* dictionarium linguae *Latinae* harmonicum cum Graeca, *Gallica et Italica*, Francof. 1625. 8. Druides in Gallia litteris graecis vſos olim teſtatus eſt *Caeſar* zz), quod praeter rem ſollicitatum a Franciſco Hotomanno, adſeruit Conr. Sam. Schurztfleiſchius in diſſ. de Druidibus. In ſermone *Cambrico* etiamnum veſtigia graeci ſermonis obſeruari notauit Petrus Daniel, notis ad Querolum, qui fertur ſub Plauti nomine. *Stephanus Skinnerus* in etymologico linguae *Anglicanae*, voces Anglicas ex linguis hiſce repetit duodecim: Anglo-Saxonica ſeu Anglica priſca, Runica, Gothica, Cimbrica ſeu Danica antiqua, Franco-Theotiſca ſeu Teutonica vetere, Danica recentiore, Belgica, Teutonica recentiore, Cambro-britannica, Franco-gallica, Italica, Hiſpanica, Latina et Graeca. Lond. 1671. fol. Vocum *Vandalicarum* cum graecis conſpirantium catalogum dat *Wolfg. Lazius* libro laudato pag. 748. ſeq. Non omittendum etiam ſchediaſma eruditum *Eraſmi, Pauli F., Vindingii* de linguae Graecae et *Aegyptiacae* adfinitate, vulgatum Hafniae 1660. 4. in quo Aegyptiacae linguae veteris λείψανα ex priſcis collegit ſcriptoribus, et confutat *Athanaſium Kircherum*, qui graecam linguam ex Aegyptiaca profluxiſſe ſibi perſuadebat cap. V. prodromi Copti. Non minus fallitur *Io. Petrus Ericus*, qui in renato e myſterio principio philologico, Patau. 1686. 8. a) et in ἀνθρωπογλωττογονίᾳ Venet. 1694. 4. omnes in vniuerſum linguas ex vna Graeca repetit. *Fabr.* Plurium, eorumque recentiorum, opiniones de origine ling. gr. et comparatione cum aliis linguis iam collegi ſupra in vol. I. pag. 202. ſqq. not. *g.* adde ſupra, I. vol. pag. 388. et alia apud *Lawaetz.* I. pag. 68. ſq. 121. ſqq. et ſupplem. pag. 68. ſqq. *Harl.*

XIV. *De Graeco-Barbaris et mediae ac recentis Graeciae Lexicis.*

Lapſis Graecorum rebus, etiam illorum lingua a veteri vſu ac puritate adeo mirum in modum ac prorſus defecit, vt interiecto tempore et obliuioni tradiderit infinita, et viciſſim aliena ac barbara quam plurima adſciuerit, aliam prorſus formam aliumque colorem induerit, nec magis Graecorum veterum aliquis, vel illorum ſcriptorum [?] lectione tritus intelligat loquentes hodie vulgari lingua Graecorum, quam Latinus Italum vel Gallum b), Belgam Germanus: itaque ad ſcriptores mediae et infimae Graecitatis cum fructu legendos

yy) Acta Erud. a. 1686. pag. 419. 420.

zz) B. Gall. libr. VI. cap. 13. vbi v. not. Mori, et quos ille praecipue laudat, *Ritterum* ac *Io. G. Frick. Harl.*

a) Acta Erud. a. 1686. pag. 327.

b) Syllabum verborum Gallicorum in recentiore ſermone Graeco obſeruatorum a ſe exhibet Sam. Bochartus in iudicio de Antonii Goſſelini veterum Gallorum hiſtoria tom. 1. Opp. pag. 1281. *Fabr.* conf. *Guys* litterariſche Reiſe nach Griechenland, Lipſ. 1772. 8. tom. I. pag. 149. ſqq. tom. II. p. 67. ſqq. *Harl.*

legendos omnino opus fuit aliis etiam lexicis et glossariis, vti aliis etiam grammaticis libellis [c]) neque hoc in genere desiderari a se quicquam passa est eruditorum industria, sed laudabili studio certatim in eo desudauit. Huc enim faciunt:

Stephani a Sabio (in Cangii praefat. ad Glossar. latin. pag. III. et apud Morhofium IV. polyhist. c. 8. §. 11. male excusum *a Solio*) Corona pretiosa Venet. 1527. *εἰσαγωγὴ νέα ἐπιγραφομένη στέφανος χρήσιμος, ἤγουν στέφανος τίμιος, ὥστε μαθεῖν ἀναγινώσκειν, γράφειν, νοεῖν καὶ λαλεῖν τὴν ἰδιωτικὴν καὶ ἀττικὴν γλῶσσαν τὴν Γραικῶν, ἔτι δὲ καὶ τὴν γραμματικὴν καὶ τὴν ἰδιωτικὴν γλῶσσαν τῶν Λατίνων.* Vtcunque voces exhibet expressas lingua graeca vulgari pariter et antiqua, latina et Italica. Non multum tribuit huic libro Henricus Stephanus dialogo de parum fidis Graecae linguae magistris p. 134. sq. Recensuit deinde ediditque *Petrus Burana.* Venet. 1546.

Glossae graeco-barbarae MSS. quae a Meursio, Rigaltio, Cangio citantur.

Gerasimi Vlachii thesaurus frequenter laudatus a Suicero, vt in Ῥόγα, Ῥοῦχα, Ῥώμη etc.

Io. Meursii glossarium graeco-barbarum, in quo vocabula 5600. exponuntur, (vt ipse notauit in Athenis Batauis) Lugd. Bat. 1594. 4. et 1800. vocibus auctum, ibid. 1614. 4. 1620. 1710. 4. et in IV. tom. Opp. Meursii, a *Io. Lamio* Florent. 1744. editor.] Epitome eius subiuncta lexico Scapulae in editionibus Elzeuiriana a. 1652. et Basileensi 1665. fol. Meursii glossarium graecum dimidia parte locupletatum edere voluit *Marcus Antonius Petilius* teste Allatio pag. 186. apum vrbanarum: sed eius institutum, quemadmodum quoque glossarii latini Meursiani editionem, fatum intercepit. *Fabr.* Add. *Metrophanis Critopuli*, patriarchae alexandrini, Emendationes et animaduersiones in *Io. Meursii* glossarium graeco-barbarum, ex autographo nunc primum edidit *Io. Georg. Frid. Franzius*, phil. et med. D. ac P. P. Lipf. etc. Stendal. 1787. 8. De *Metroph. Critopulo* v. *Fabr.* B, L. V. 45. vol. X. pag. 498. vet. ed. et *Franz.* in praefat. pag. VII. sqq. Meursii glossar. in compendium redactum, Scapulae lexico adiectum est in adpend. pag. 312. ed. Basil. 1665. fol. *Harl.*

[¶] *Hieronymi Germani* [d]) S. I. Vocabularium italicum et graecum vulgare. Rom. 1635. 8.

Simonis Portii dictionarium latinum graeco-barbarum et litterale, quo dictionibus latinis graeco-barbarae et graeco-litterales, hoc est veteris graecis et graeco-barbaris iterum latinae et probatae graecae conferuntur. Opus susceptum iussu Cardinalis Richelii, editumque Parisiis 1635. fol.

Caroli du Fresne, Domini *du Cange* glossarium ad Scriptores mediae et infimae Graecitatis, cum adpendice ad glossarium latinum, et praemissa Simonis Portii [e]) grammatica

c) De grammaticis linguae graecae vulgaris dixi hoc vol. pag. 388. quibus adde editam grammaticam a *Thoma Parisino*, monacho Capucino, gallice, italice et latine, Paris. 1709. 8. Acta Erud. 1711. p. 348. *Fabr.* Inter codd. *Nanianos*, Venet. est in cod. CCCVI. initium grammaticae G. L. vulgaris, quam scribere statuerat Canellus Spanus, rogatu Antonii Cocchi, medici Florentini. v. Cat. cod. ap. Nanios, pag. 517. *Harl.*

d) Eiusdem *Germani* grammatica graeco-barbara, scripta italice et a. 1622. 8. edita. Hic calami lapsu videtur Christophorus Germanus dici in praefat. ad Cangii glossar. latin. pag. III.

e) Haec *Portii* grammatica graeco-barbara separatim prodierat Paris. 1638. 8. [v. supra, h. vol. pag. 388.]

matica graeco-barbara Lugd. 1688. fol. Admirandae induſtriae et *ingens ingentis opus*, vt merito nuncupatur a Cotelerio III. monument. pag. 655. Norunt enim omnes, quantae vtilitatis hoc ſit eiusdem Cangii perinde, vt latinum, in quo vtroque non modo voces explicantur infinitae, ſed etiam ritus quamplurimi et antiquitates tam eccleſiaſticae quam aliae, pulcerrima luce perfunduntur, et alia digniſſima cognitu ex Scriptoribus editis et ineditis magno numero eruuntur. Ab Emerico Bigotio adiutum auctorem, notat *Vignolius Maruillius* tom. I. miſc. hiſtorico literar. pag. 175. ſed quod non hilum illi debet detrahere, vt non Cangio in ſolidum et hunc et tot alios immenſos pro communi vtilitate exhauſtos labores debeamus. Ait ipſe quidem in praefatione, typographos Pariſienſes, lingua ſcilicet graeca deterritos, noluiſſe opus hoc typis exſcribendum ſumtu ſuo in ſe recipere. Sed exſtat ſcriptum, cui titulus: *les imprimeurs et libraires de Paris à Meſſieurs les gens des lettres*, non minus ipſis honorificum quam Cangio, quo Pariſienſes typographi et bibliopolae negant, gloſſarium graecum vnquam data opera ſibi fuiſſe oblatum, ſed a Lugdunenſi potius bibliopola, Aniſſonio, qui tunc Pariſiis fuiſſet, ſeſe praeuentos, *mais Aniſſon s'etant trouvé dans le meme temps à Paris, nous enleva cet ouvrâge. Fabr.* Et tamen poteſt theſaurus ille egregius locupletari, quod ipſe Fabric. paullo poſt obſeruauit, et multis exemplis docuit *Hemſterhuſ.* in notis ad Ariſtophanis Plutum, ſingulaque vocc. notauit in indice II. *Harl.*

Io. Michaelis Langii breue gloſſarium barbaro-graecum, in parte priore philologiae barbaro-graec. Norimb. 1708. 4. [v. ſupra h. vol. pag. 388. ſqq. adde eiusd. diſſ. de verſione N. T. barbaro-graeca. Altd. 1707. 4. *Harl.*]

Alexii de Somavera [h]), Capucini, theſaurus ling. graec. vulgaris et italicae, ſiue lexicon omnium, quae hactenus viderunt lucem, [?] locupletiſſimum Graeco-Italicum et Italico-Graecum, poſt auctoris fata in lucem editum a Thoma Pariſino, Pariſ. 1709. 4. II. voll. *Fabr.* Λεξικον ἁπλορωμαϊκον Γερμανικον και Ἰταλικον. Neu griechiſch-deutſch-italiäniſches Wörterbuch. Herausgegeben von D. *Karl Weigel.* Lipſ. 1796. mai. 8. *Harl.*

Lexica ſpecialia ad voces mediae et infimae Graecitatis facientia.

Dionyſii Gothofredi nomenclator graecarum iuris dictionum, quae apud *Harmenopulum* et alios quosdam *Iuris auctores Graecos* occurrunt, ad calcem promtuarii Harmenopuliani, graece et latine editi Geneu. 1587. 4. Vide, ſi placet, quae de gloſſario in Baſilica et de aliis *nomicis* ac *iuridicis* lexicis dixi lib. IV. cap. 38. h. vol. pag. 230. ſeq. et de *Medicis* ac *Chymicis* graeco-barbaris, pag. 233. ſqq.

Nic. Rigaltii gloſſarium τακτικὸν μιξοβάρβαρον, in ſcriptores rei militaris, Pariſ. 1610. 4. Hoc in compendium redactum cum latina verborum interpretatione, additis nonnullis ex Meurſio, exhibet *Io. Ludouicus de la Cerda*, S. I. capite 120. Aduerſariorum ſacrorum. Lugd. 1626. fol.

In

f) Journal des Savans 1708. p. 409. Nouvell. Erud. 1711. p. 345. [Cat. bibl. Bünau. tom. I. vol. III. de la Rep. des lettr. 1710. Tom. 2. pag. 217. Acta pag. 1812.]

In *Actis sanctorum*, singulis ferme voluminibus subiiciuntur graeci indices vocum graeco-barbararum, e quibus Cangius suppleri poterit. Similiter *Ioannis Malalae* Chronico Oxonienses subiunxere indicem vocabulorum, a Cangio praeteritorum vel aliter acceptorum. His adde onomasticon vocum graecarum, *Analectis Graecis* monachorum Benedictinorum subiectum, quae in nonnullis exemplis inscribuntur tomus quartus monumentorum Cotelerii.

Caroli Annibalis Fabrotti glossaria complura exstant inter historiae Byzantinae scriptores, hic neutiquam praetereunda, vt ad *Georgium Cedrenum* Paris. 1647. fol. et Venet. 1729. fol.

Ad *Nicetam Choniatam*, eodem anno 1647. et Venet. 1729.

In *Theophylactum Simocattam*, A. 1648. et Venetiis 1729. fol. In *Constantinum Manassem*, A. 1655. fol. et Venet. 1729.

Ad *Nic. Chalcondylem* et *Ducam* ad calcem Chalcondylae, A. 1650. fol.

Index vocum graecarum, quae in Cangii notis ad Cinnamum, Niceph. Bryennium et ad Annam Comnenam explicantur, A. 1670.

Petri Possini S. I. glossarium ad *Annae Comnenae* Alexiadem. Paris. A. 1651. fol.

Iac. Goari ad *G. Codinum* A. 1648. et *Bernardi Medonii*, Tolosatis, ad anonymi explicationem officiorum ecclesiae CPolitanae 1655. fol.

Francisci Combefisii Onomasticon vocum *Andreae*, Cretensi, propriarum, ad calcem eius operum graece et lat. editorum, Paris. 1644. fol.

Index Lexicographorum graecorum, editorum, ineditorum, deperditorum.

Aelius Dionysius h. vol. c. 36. pag. 168. 245. et vol. IX. pag. 419. (vet. ed.)
AMMONIVS lib. V. 29. pag. 715.
Anastasius, Sinaita, supra p. 600.
Anonymi p. 602. 628. 672.
Antonius pag. 244.
Apion. supra p. 194. 356.
Apollodorus supra p. 601.
Apollonius supra p. 336. p. 165. 193. 194. 271. MS. supra p. 631.
Aristophanes, grammaticus, p. 170. 192.
Arsenius supra p. 655.
Arsenius MS. supra p. 631.
Artemidorus Aristophanius pag. 192.
Bacchius. p. 240.
Lambertus Barlaeus supra p. 669.
Iosua Barnes p. 672.
Rich. Bentley pag. 661.
Io. Bentzius pag. 682.
Nic. Beraldus p. 652.
Steph. Berglerus p. 676.
Emericus Bigotius p. 677. 688.
Iac. Billius p. 682.
Sam. Bochartus p. 687.
Boëthius p. 243. vol. IX. pag. 419. (ed. vet.)
Lamb. Bos supra p. 605.
Hugo Brughtonus p. 678.
Guil. Budaeus p. 653. 663. 668.
Petrus Burana p. 687.
Caecilius Siculus. p. 420.
Ambrosius Calepinus, supra p. 654.
Callimachus p. 193. 197.
Ioachimus Camerarius, supra p. 655. 674.
Angelus Caninius p. 605.
Nic. Caussinus p. 681. 682.
Iac. Cellarius p. 668.
Iac. Ceratinus p. 653.
Ioh. Chaeradamus p. 655.
Clearchus p. 243.
Clemens p. 243.

Clidemus pag. 361.
Clitarchus p. 361.
Petrus Coelemannus p. 684.
Franc. Combefisius p. 659.
Rob. Constantinus p. 656. 668.
Paulus Cornetta MS. supra p. 661.
Ioannes Crastonus p. 652.
Crateua pag. 240.
Mich. Crellius p. 678.
Lud. Culonius p. 673.
Val. Curio p. 652.
CYRILLVS Alex. pag. 199. 228. MS. supra p. 631. 632.
Petrus Dasypodius supra pag. 655.
Ioh. Dawson p. 679.
Henr. Decimator p. 670.
Demetrius Ixion supra 170. 193. 230. supra p. 601.
Demetrius Pugil p. 193.
Matthaeus Denarius supra p. 673.
Didymus p. 244. 363.
Ioh. Conradus Dietericus pag. 661. 679. 680. 682.
Conr. Dinnerus p. 681.
Diodorus p. 169. 194. 245. vol. IX. pag. 418. (vet. ed.)
Diogenianus vol. IX. p. 418. (ed. vet.) supra pag. 364.
Aelius Dionysius supra p. 168.
Dionysius Longinus supra p. 169. alius p. 243.
Dionysius Sidonius p. 364. al. 244.
Dioscorides iunior p. 240. 241.
[P] Dorotheus volum. IX. p. 419. (ed. vet.)
Dositheus supra p. 632. 365. sq.
Doucquerius p. 675.
Epitherses p. 169.
EROTIANVS p. 233.
Simon Ertmannus supra p. 662.
ETYMOLOGICVM magnum, supra p. 389. sqq. 417.
Eudemus MS. p. 244. 245. 419. supra p. 632.
Eugenius p. 420.
EVSEBIVS lib. IV. p. 44. (ed. vet.)
Tan. Faber supra p. 662.
Car. Annibal Fabrottus p. 688.
Nic. Feddersen p. 677.
Anutius Foësius p. 675.
Martinus Fogelius p. 676.
Car. du Fresne p. 687. 688.
Galenus p. 169.
Balthasar Garthius p. 670.
Georgius Lecapenus MS. p. 191. 341.
Nic. Gerbelius supra p. 655.
Hieron. Germanus p. 687.
Conradus Gesnerus p. 654. 668.
Glossaria edita ab H. Stephano, Bonau. Vulcanio, Car. Labbeo, supra p. 635. 640.
Glossarium a Rutgersio vulgatum p. 642.
Glossarium biblicum p. 644.
Iac. Goarus p. 689.
Dionys. Gothofredus p. 688.
Io. Ernestus Grabe p. 677.
Ioannes Grammius p. 662. 675.
Eduardus Grant p. 669.
GREGORIVS CORINTHVS p. 195. sqq. 341.
Franciscus Gregorius p. 605.
Simon Grynaeus p. 655.
Franciscus Guietus p. 606.
Petrus Gyllius p. 654. 668.
Io. Harmarus p. 605. 669.
Constantinus Harmenopulus MS. p. 343. supra pag. 633.
HARPOCRATIO p. 245. sqq. 243.
Io. Hartungus supra p. 655. 668.
Petrus Hedelinus p. 676.
Beniamin Hederich p. 671.
Dan. Heinsius p. 673.
Io. Christian Hertzog p. 671.
Helladius Vol. IX. (ed. vet.) p. 418.
Hellanicus supra p. 198.
Hermon siue Hermonax p. 192.
HERODIANVS p. 278. sqq.
Herophilus pag. 240.
Olaus Hesychius supra p. 676.
HESYCHIVS Alex. p. 201. sqq.
Hippias Delius p. 198.

Ieremias

Ieremias Hoeltzlinus p. 673.
Nic. Hoenigerus p. 668.
Dav. Hoeschelius p. 669. 680.
Marcus Hopperus p. 668.
Petrus Horreus p. 676.
Ioh. Hudson p. 676.
Ioannes Iensius p. 662. 677.
Ioannes Damascenus MS. supra p. 604.
IOANNES PHILOPONVS p. 197. 371. et vol. IX. p. 365. (ed. vet.)
Irenaeus p. 170. 193. et 420. 372.
[P] Iulianus p. 245. et vol. IX. p. 418. (vet. ed.)
Iustinus Iulius p. 420.
Hadr. Iunius supra p. 655. 670.
Henr. Gottlob Iust p. 673.
Iustinianus supra p. 633.
Ioh. Knollius p. 680.
Georg. Matth. Koenigius p. 684.
Ioach. Kühnius p. 677.
Ludolphus Küsterus p. 661. 674.
Phil. Labbe p. 684.
Claudius Lancelotus p. 670.
Ioach. Langius p. 680.
Io. Mich. Langius p. 688.
Antonius Laubegois p. 670.
Eduardus Leigh p. 679.
Leonicenus p. 684.
Dionysius Longinus supra pag. 169. 420.
Eilhardus Lubinus supra p. 670.
Lud. Lucius p. 679. 680.
Lupercus Berytius p. 169. et p. 420.
Mainus supra p. 653.
Io. Henr. Maius p. 662. 673.
Matthias Martinius p. 605.
Laur. Martius p. 669.
Maximus MS. supra p. 633.
Bernardus Medonius p. 689.
Aegidius Menagius p. 605.
Metrophanes p. 244. (ed. vet.) supra p. 687.
Ioannes Meursius p. 687.
Minutius Pacatus. Supra, Irenaeus.
Adam Erdmann Mirus supra p. 674.
Mnaseas p. 170.
MOERIS supra 171.
Bernardus de Montfaucon supra p. 678.
MOSCHOPVLVS pag. 190. 323. MS. supra pag. 633. 677.
Moschus p. 194.
Sebast. Munsterus supra p. 654.
Myrepsus p. 241.
Mich. Neander p. 675. 681.
Neoptolemus Parianus p. 194.
Nicander Thyatirenus p. 169.
Nathan Nicols supra p. 675.
Nicomedes MS. p. 634 et 241.
Laur. Normannus p. 661.
Io. Phil. Oheim p. 679.
Onomasticon vetus p. 640.
ORIGENES p. 199. sq.
Orion, Alex. supra 169. 347. 374. 601.
Orus, Milesius, MS. supra p. 374. 601. 603.
Orus Thebanus p. 193. 374. 603.
Osiris MS. supra p. 634.
Pacatus. v. Irenaeus.
Pamphilus p. 170. et pag. 421.
Pamprepius supra p. 601.
Daniel Pareus p. 681.
Parmeno p. 194.
Parmenion p. 244. 375.
Georgius Pasor supra p. 673. 678.
Matthias Pasor p. 673. 678.
Andreas Pauli p. 679.
Pausanias p. 170. 245. 419.
Gottl. Frid. Peckius supra p. 671.
Iac. Perizonius p. 677.
G. Perkinsus p. 673.
Ascanius Persius p. 673.
M. Antonius Petilius p. 687.
Petrus Petitus p. 676.
Philemon MS. supra 634.
Philemon, Axonensis, p. 169. 244. 245. 375.
[P] PHILO IV. p. 199.
Philo alius p. 195. 245.
Eranius *Philo* p. 163.
Philoponus p. 362.

Philostratus pag. 245.
Philoxenus p. 194. 376.
Photii MS. vol. IX. p. 566. (vet. ed.) supra p. 603.
PHRYNICHVS p. 175. et supra p. 634.
Christophorus Plantinus supra p. 677.
Valerius Pollio, vide Valerius.
Iulius POLLVX supra pag. 141. 244. et supra p. 681.
Aemilius Portus supra p. 193. 674. 675.
Simon Portius p. 687.
Io. Posselius p. 683.
Petrus Possinus p. 689.
Abdias Praetorius p. 684.
Nic. Prustus p. 673. 681.
Ptolemaeus Ascalonita MS. supra p. 157.
Georg. Raphelius supra p. 677.
Iacobus Reuius p. 673.
Nic. Rigaltius p. 688.
Guil. Robertson p. 671.
Antonius Robertus p. 673.
Ronaces p. 244.
Zacharias Rosenbachius p. 677.
Martinus Rulandus p. 682.
Stephanus a Sabio p. 687.
Io. Scapula p. 660. 661. 664.
Io. Schefferus p. 677.
Balthasar Scheidius p. 674. 677.
Erasmus Schmidius p. 661. 674.
Io. Frid. Schneiderus p. 672.
Christian Schoettgenius p. 678.
Christianus Schotanus p. 654.
Cornelius Schreuelius pag. 669. 671. 673.
Wolffg. Seberus p. 673. 676.
Simeon MS. supra p. 604.
Theodorus Simonius p. 671.
Alexius de Somauera p. 688.
Iac. Sorgerus p. 673. 683.
Stephanus alius p. 228. et supra p. 634.
Carolus Stephanus supra p. 656.
Henricus Stephanus pag. 658. seq. 673. 675. 677.
Rob. Stephanus p. 659.
Balthasar Stolbergius MS. supra p. 669.
Io. Casp. Suicerus p. 671. 679.
SVIDAS pag. 389. sqq. Eius Etymologicum MS. supra p. 417. 604.
Frid. Sylburgius supra p. 675. 676.
Theodorus p. 169. 194.
Theodorus Prodromus MS. supra p. 350. 634.
Solensis p. 243.
Theodorus, Polycarpi F. p. 672.
Theon p. 243.
Theophylactus p. 634.
THOMAS Magister p. 187.
Thomas Parisiensis supra p. 687.
TIMAEVS p. 243.
Io. Torellius supra p. 684.
Io. Maria Tricaëlius p. 652.
Iac. Tusanus p. 656. 668.
Tryphon p. 192. 194.
Valerius Pollio IV. 34. p. 517. supra p. 421. 418.
VARINVS Phauorinus, supra p. 647. seq.
Iulius Vestinus p. 245.
Franciscus Vigerus supra p. 682.
Gerasimus Vlachius p. 687.
Io. Vollandus p. 682.
Hieronym. Wolfius p. 675.
Casp. Wolfsburg p. 679.
Rich. Wright p. 674.
Guil. Xylander p. 668.
Zenodotus p. 160. 163. 198. 353. 381. (vet. ed.)
Io. Zonaras MS. supra p. 634.
Zosimus Gazaeus p. 245. 420. (vet. ed.)
STEPHANVS Byz. lib. IV. cap. 2. pag. 641. vol. IV.

CAPVT

CAPVT XL. LIBRI V. (olim cap. III. partis alterius, libri V.)

DE CONSTANTINO MAGNO, IMPERATORE *a*).

I. *Constantinus M.* II. *Eius Orationes, Epistolae et edicta.* III. *Confessio et Donatio supposita Constantino.* IV. *Dissertatio siue Digressio qua probatur, crucem, quam vidit in coelo Constantinus, fuisse Phaenomenon naturale Crucis in Halone solari.*

[Cum supplementis *G. C. Harles.*]

I.

C. *Flauius Valerius Aurelius Claudius* CONSTANTINVS, cognomine *Magnus*, Flavii

a) Vberior de *Constantini M.* vita, imperio, ingenio moribusque et professione doctrinae disciplinaeque christianae notitia haurienda est ex scriptoribus historiae tam catholicae atque ciuilis, quam ecclesiasticae antiquioribus aeque ac recentioribus. Praeter ea alii, qui non pauci sunt, separatim persequuti sunt vel integram illius historiam vel partes vitae aut institutorum. Multi autem vt in eo laudando, ita quoque in eo vituperando et vero calumniando fines legesque veritatis migrarunt: quamquam id verum est, eum vt virtutibus, ita vitiis excelluisse. Aliorum tamen industria ac sedulitas in enumerandis scriptis, in quibus de Constantino M. varia ratione et fortuna agitur, otium nobis fecerunt, ita vt in paucorum scriptorum commemoratione acquiesceremus.

Io. Vogtius edidit historiam litterariam Constantini M. plus 150. rerum Constantiniarum scriptores sistens. Hamburgi 1720. 8.

Olear. in bibl. script. ecclesiast. pag. 179. sq.

Io. Alb. Fabricius in salutari luce euangelii toti orbi per diuinam gratiam exoriente etc. Hamburgi 1731. 4. cap. XII. §. 21. sq. p. 255-272. quaedam notatu digna de Constantino, falsas religiones abiurante, et Christianorum sacris initiato, eiusque victoriis et felicitate studioque disciplinae christianae tutandae at in prouinciis suis amplificandae obseruat. Posthaec insignem exhibet catalogum de Constantino M. scriptorum a) graecorum veterum, b) latinorum veterum, et ex numismatibus atque inscriptionibus antiquis, c) recentiorum. Dein sequitur vita Constantini M. per annos late digesta. In cap. XIII. pag. 273-294. recenset leges et edicta imperatoris, variisque praecipue litterariis illustrat obseruationibus: 1) leges pro Christianis et augendis atque ornandis Christianorum sacris, 2) idololatriae, vt scribit Fabr.) debellandae atque ethnicismi tollendis flagitiis ac superstitionibus, 3) Iudaeorum progressibus cohibendis; erroribus et abusibus remouendis ab ecclesia christiana et disciplina conseruanda. Quod Constantinus M. omne imperium vniuersumque orbem romanum non vni, sed quatuor praefectis praetorio regendum commisit, (*Zosim.* II. c. 33.) singulisque suas adsignauit dioeceses ac prouincias. Fabricius pag. 284. sqq. ex Zosimo et Notitia imp. inserit tabulam quatuor illarum praefecturarum cum suis dioecesibus ac prouinciis: pag. 287. autem, de concilio *Nicaeno* copiose differit.) 5) leges sacro ordini honorando ecclesiaeque christianae sustinendae ac locupletandae. — Catalogus quidem eorum, quos citauit Fabric. insigniter potest locupletari, et egregie auctus est a. cl. *Meuselio* in bibl. histor. vol. V. parl. I. Lips 1790. 8. pag. 178-207. Quare ne molestus fiam, paucorum tantum iniiciam mentionem, add. quos iam citaui in Introd. in hist. ling. gr. II. 1. pag. 300.

Laudandi sunt *Moshemii* commentarii de rebus Christianorum ante Constantinum M. Helmstad. 1753. 4. eiusque institutiones hist. ecclesiasticae antiquioris libr. IV. Helmstadii 1755. — ed. II. 1764. 4. et vollständige Kirchengeschichte — von *Io. Aug. Chr. v. Einem*, Lipf. 1769. sqq. 8. X. voll. atque *Io. Andr. Cramer* in tertia continuat. (p. 222. sq.) *Io. Benigni Bossuet* Einleitung in die allgemeine Geschichte der Welt bis auf Kaiser Karl den Grossen: übersetzt mit einem Anhang historisch-critisch. Abhandlungen vermehrt von *Io. And. Cramer*, Lipsiae 1748. 8. — Fortsetzung von ebendemselben, I-VII. ib. 1752-1786. 8. quia vterque tantum aberat a nimio laudandi adulandique studio, quantum afuit ab acerbitate et iniquitate cum in iis culpandis, quae nec recte celebrari possunt nec omnino excusari, tum

vii [b]) Valerii Constantii Chlori F. natus Naiss, Daciae oppido [c]), A. C. 274. [†] die 27. Febr. Parenti

tum in reticendis obscurandisue immo carpendis iis, quae vel praedicanda, vel excusanda sunt. — Contra *Bernhard de Varenne*, Superior quondam ordinis Theatinorum, in: Histoire de Constantin le Grand, Paris 1728. 4. impotens est imperatoris adulator et praeco, nec modum tenet in compilando et vero fingendo.

Sobrie intelligenterque iudicat, et vitam imperatoris curate persequitur cel. *Io. Matth. Schroeckh*, professor Wittebergensis, tum in tom. IV. operis, inscripti: *Allgemeine Biographie*, Berol. 1772. mai. 8. pag. 1-190. tum in tomo IV. operis amplissimi: *Christliche Kirchengeschichte*, Lips. 1778. m. 8. a pag. 27-420. s. finem tomi. In vtroque opere auctor doctiss. diuersas variorum VV. D. D. narrationes sententiasque et libros citat non minus quam hinc inde sub examen vocat.

Ea, quae *Zosimus* in hist. libr. II. cap. 8-39. de Constantino M. memoriae prodidit aut ad illius nomen infamandum scripsit, bene illustrantur, et historici fides modo vindicatur, modo impugnatur in commentario historico, editioni *Reitemeieri* subiecto, pag. 543-560. — Zosimi historiam maiore fide dignam esse, quam Eusebii aliorumque scriptorum eccles. graecorum vitam Constantini M. contendere et probare adnisus est *Christian Thomas*. in obseruatione de fide scriptorum vitae Constantini M. in Obseruatt. Halens. (Halae 1700. 8.) tom. I. pag. 37-377.

Eduard Gibbon in: Geschichte des Verfalls und Untergangs des römischen Reichs, aus dem Englischen übersetzt, und mit einigen Anmerkungen begleitet von *Karl Gottfried Schreiter* Prof. zu Leipzig. vol. III. IV. et V. vsque ad cap. 21. (Lips. 1789. et 1790. 8. *) historiam imperii romani atque Constantini M. huiusque professionem nominis christiani et studium erga rem Christianorum, ingenium, facta, moresque, vitia et virtutes, (de quibus vid. cap. XVIII. pag. 152. sqq. vol. IV.) fata coetus christiani; etc. late docteque exponit, et de rebus, controuersiis, doctrinisque et conciliis Christianorum subtiliter acuteque, at liberius et seuere interdum, iudicat. Separatim edita sunt quaedam capita de Constantino:

*) De editionibus anglicis et versionibus huius operis v. cl. *Meusel* in bibl. histor. vol. IV. part. 1. Lipsiae 1789. m. 8. pag. 342. sqq.

Die Bekehrung des Kaisers Constantins des Grossen, nach ihren Ursachen und Würkungen, nebst einer Abschilderung des Charakters dieses Fürsten, aus d. Englischen des Edw. Gibbon, übersetzt von Herrn von Walterstern. Altonae 1784. 8.

De genere et progenie Constantini M. quaedam, etiam incerta, nec satis explorata, tradit *Matthaeus Aimerichius* in Nouo Lexico historico et critico antiquae romanae litteraturae deperditae vel latentis. Accedunt nonnullae diss. et multa corollaria de rebus parum obuiis, historiam romanam antiquam illustrantia. Bassani 1787. 8. pag. 365-368.

Vita Fl. Val. Constantini M. auctore *Iac. de la Baune*, praemissa incerti panegyrico, Maximiano et Constantino dicto, in tom. I. Panegyricorum veterum, a Wolf. Iaegero editorum, Noribergae 1779. 8. pag. 309-324.

Cel. *Beckius* in: Anleitung zur Kenntniss der allgemeinen Welt- und Völker-Geschichte, tom. II. Lips. 1788. 8. p. 491-500. presse quidem, at docte eruditeque enarrat vitam Constantini et historiam illius temporis idemque haud paucos citat libros libellosque, in quibus vel integra illius imperat. et aeui historia, vel partes quaedam fusius explicantur. — (*Io. Iortin*) Remarks on ecclesiastical History. Lond. 1751-1754 III. voll. 8. In vol. III. p. 1-246. de imperio Constant. M. controuersiis arianis et scriptoribus gr. ecclesiasticis: v. *Baumgartenii* Nachricht. von merkwürdigen Büchern. tom. VIII. pag. 532. sqq. Haec sufficiant. *Harl.*

b) Ita vocatur in numis, vt apud *Tristanum* t. 3. pag. 395. quamquam alii, vt Aurelius Victor, Iulium Constantium adpellant. Constantini M. numos illustrarunt praeter alios, qui numismata imperatorum edidere, *Cangius* in familiis Byz. atque *Alexander Wilthelmius* S. I. in Actis Sanctor. T. V. Maii 21. pag. 22. seq. *Fabr.* add. alios a *Meuselio* l. c. pag. 198. sqq. memoratos. *Harl.*

c) De Constantini patria, quam alii minus probabiliter habent Britanniam, sed auctor incertus panegyrici c. 4. ad quem prouocant ii, qui Britanniam fuisse patriam opinentur, natalem imperii, non vitae designat,) alii Drepanum in Bithynia, quae vrbs postea a Constantino Helenopolis nomen accepit, alii Tarsum, et de conditione matris, Helenae, haud consentiunt scriptores. v. *Gibbon*, tom. III. c. 14. pag. 10. sqq. et *Baune* vit. Constantini laudatam, pag. 309. qui pro Britannia certat; at rectius negant Cellarius et Iaeger, ad locum panegyrici, pag. 316. sq. *Io. Vogt* scripsit schediasma historicum de patria Constant. M. Vitembergae 1716. 4. *Harl.*

Parenti in imperio ſucceſſit A. C. 306. 25. Iul. [d]) Vxorem habuit *Mineruinam*, Criſpi matrem, eaque defuncta Herculii filiam, Flauiam Maximianam *Fauſtam*, ex qua Conſtantinum, Conſtantium et Conſtantem, Conſtantiamque et Helenam genuit. Idem poſt viſum in coelo Crucis inſigne chriſtiana ſacra amplexus et victoria de Maxentio potitus eſt A. C. 312. Hinc Maximino a perſequendis Chriſtianis deſiſtere coacto, et victo etiam Licinio [e]) nihil ab eo intermiſſum, quod ad eccleſiam Chriſti ornandam amplificandamque et ſtudia litterarum fouenda [f]) facere poſſet. Vnde a Graecis ἰσαπόστολος vel ὁ ἐν βασιλεῦσι [g]) Ἀπόστολος dicitur et ſollemniter colitur eius memoria die XXI. Maii. Non ineleganter etiam a Theodorito in Hiſtoria religioſa pag. 768. adpellatur Chriſtianorum Zorobabel, qui fideles e captiuitate liberauit et templa eis reſtituit. Denique multis pace et bello praeclare geſtis, morti vicinus ab Euſebio, Nicomedienſi, non procul Nicomedia in Achyrone, villa, baptiſmum [h]) ſuſcepit, et paucis diebus poſt diem obiit ſacro Pentecoſtes feſto 22. Mai. A. C. 337 Feliciano et Titiano COSS. quum regnaſſet 30. annos, menſes nouem, dies 27. vixiſſetque

d) *Beaune*, neſcio num aerae romanae diuerſitate, an aliis rationibus cauſſisque ductus, in annis ſignandis differt. Sic natum eum ſcribit a. v. c. 1025. a. Chr. 272. *Harl.*

e) Hic memoranda videtur docta *Frommanni* commentat. de philoſophis, a Licinio, imp. excruciatis, Coburgi 1763. 4. rec. in eius Opuſculis philologici atque hiſtorici argumenti, ibid. pag. 613. ſq. in qua contra *Moshemium*, (in inſtitutt. hiſt. eccl. ſaec. IV. part. I. c. I. §. 10. not. pag. 146.) probat, apud *Aurelium Victor.* de Caeſar. cap. 41. per *philoſophos* non intelligi Chriſtianos, ſed philoſophos proprie dictos, et in genere homines litteratos. *Harl.*

f.) *Aurel. Victor* in Epitome cap. 41. de Conſtantino: *Commodiſſimus rebus multis fuit:- calumnias ſedare legibus ſeueriſſimis, nutrire artes bonas, praecipue ſtudia litterarum: legere ipſe ſcribere, meditari, audire legationes et querimonias prouinciarum. Euſebii* Orat. de laudibus Conſtantini p. 361. vbi de ſcholis ab eo conſtitutis.

g) Vide *Valeſ.* ad Euſeb. IV. 60. de vita Conſtantini, et *Mich. le Quien* ad Damaſcenum T. I. pag. 630. *Fabr.* Acta Sanctor. ad d. 21. Maii p. 13. ſq. *Tillemont* hiſt des Empereurs, tom. IV. part. 1. pag. 428. ſqq Bruxell. 1709. 12. — Apud *Euſeb.* de vita Conſtantini M. lib. II. cap. 48. ſqq. adhortatur ciues ad diſciplinam ac doctrinam Chriſtianorum ſectandam, et cauſſas cur id faciant, exponit. Quae alia inſtituerit ad prauas religiones exſtirpandas, oſtendit *Io. Wilh. Hoffmann* in ruina ſuperſtitionis paganae, Witteb. 1738. conf. *Schröckh* hiſt. eccl. l. mem. pag. 108. ſqq. *Harl.*

h) Baptiſimum alterum, quem a Silueſtro, epiſcopo romano, ſuſcepiſſe lepra obſitum Conſtantinum, acriter aduerſus *Tenzelium* in examine fabulae romanae de duplici baptiſmo Conſt. M. in Exercitatt. ſelect. part. I. pag. 302. ſqq. diſputat *Schelſtraten* in antiquitate eccleſiae illuſtrata, part II. diſſ. 3. cap. 6. [de vtriusque controuerſia et ſcriptis plura v. in *Meuſelii* bibl. hiſt. V. 1. pag. 190. ſq.] fabulis adſcribunt non modo Proteſtantes, vt praeter laudatum Tenzelium parte 2. diſſ. ſelectar. *Abraham Scultetus* in diſſ. anti-Baroniana de baptiſmo Conſtantini romano, Neoſtadii 1607. 4. ſed plerique etiam in Romana eccleſia eruditi viri, vt Benedictini ad Ambroſium T. 2. pag. 1209. *Tillemontius* T. 4. hiſt. imp. pag. 634. *Papebrochius* in Actis Sanctor. T. V. Maii 21. p. 14. ſq. et *Conradus Ianningus* in Apologia pro Papebrochio, quae praemittitur Actis Sanctornm T. 1. Iunii pag. XVI. ſeq. *Fabr.* Baptiſmum tamen priorem, a Silueſtro acceptum, operoſe, at fruſtra, vindicare noſtro ſaeculo ſtuduerunt *Matthias Fuhrmann* in hiſt. ſacra de baptiſmo Conſtant. M. pars I. Romae 1743. — pars ſecunda Vindobon. 1746. 4. (v. Lipſ. ephem. litter. a. 1746. pag. 593. ſqq. et noua acta erudit. a. 1751. pag. 18. ſqq.) et *Mattheus Aimerich.* in diſſ. IIda de duplici Conſt. M. baptiſmate, romano vno, Nicomedienſi altero, ſubiuncta eius *nouo lexico hiſt. et critico*, pag. 282. ſqq. iterum ibid. in adpendice pag. 312. ſqq. contra *Franciſci Guſtà* examen criticum baptiſmatis Conſtantini, in eius vita Conſt. M. italice ſcripta. Fulign. 1786. II. tom. 4. *Baune* nihil adfirmat; attamen inclinare videtur in partes Papebrochii aliorumque. Adde Schröckh et Meuſel. ll. citt. *Harl.*

ſetque annos 63. menſes duos, et dies 25. *Fabr.* *Baune* l. c. pag. 323. contendit, Conſtantin. M. deceſſiſſe e vita a. C. 337. anno imperii 32. quum annos aetatis 65. compleſſet. *Gibbon* IV. pag. 195. eum, ſcribit, mortuum eſſe a. ch. 335. a. aetat. 64. *Conr. Sam. Schurzfleiſch* in Themat. quibus primi Chriſtianorum imperatoris antiquitates illuſtrantur, §. 7. ſqq. ex Euſebio aliisque probare ſtudet, Conſtantini mortem incidere in annum imperii eius triceſimum ſecundum. Sed errorem ſingularem aut loquendi modum Euſebii patefecit *Pagius* in critic. in annal. Baronii ad a. 337. nr. 3. adde Gruner, Tzſchucke et alios ad Eutrop. X. 5. al. 8. Cum Fabricio conſentit *Saxius* in Onom. I. pag. 301. vt alios chronographos et hiſtoricos praetermittam. *Harl.*

II. Exſtant eius *Epiſtolae* complures, ab Euſebio et aliis ſeruatae, quae a doctiſſimo Caueo in hiſt. literaria ſcriptorum eccleſiaſticorum diligenter recenſentur. Eius obſeruatis pauca haec, ſi placet, addes. *Epiſtolae* [(?)] *ad Athanaſium* fragmentum pro Ario recipiendo [i]) habet etiam *Socrates* lib. I. cap. 27. et *Sozomenus* II. 22. *Edictum prius pro pace* Chriſtianis concedenda, quod graece *Euſebius* refert X. 5. Hiſt. ſeruauit latine *Lactantius* lib. de mortibus perſecutorum c. 48. *Epiſtola ad Eccleſias de Synodo Nicaena* legitur etiam apud Theodoritum lib. 1. Hiſt. eccleſ. cap. 10. *Epiſtola ad Arium et Arianos*, quam producit *Gelaſius* in Actis concilii Nicaeni III. 1. ſuppoſititia videtur *Caſaubono* in Caſaubonianis pag. 143. Prodiit hoc reſcriptum etiam ſeparatim Pariſ. 1595. 8. apud Feder. Morellum cum lat. verſ. e Baronii annal. ad a. C. 319. nr. 8. ſq. licet verſionis auctor non ſit Baronius, ſed Petrus Morinus teſte ipſo Baronio. Ab *Epiſtola ad Synodum Tyriam*, quam habent *Euſebius* IV. 42. de vita Conſtantini, et *Theodoritus* lib. 1. hiſt. cap. 29. diuerſa eſt, quae exſtat apud *Socratem* lib. 1. cap. 34. *Sozomenum* II. 28. nec minus in Tripartita III. 7. et apud Nicephorum VIII. 50. [Plura ſcripſit et collegit Fabr. in luce ſalutari euangel. p. 287. ſqq. *Schroeckh* hiſt. eccl. l. c. pag. 118. ſq. 323. ſqq. 340. ſqq. 386. ſqq. etc.]

Oratio ad ſanctorum coetum, ad calcem librorum Euſebii de Conſtantini vita legitur graece e latino verſa, non ab Euſebio, ſed ab alio interprete, vt ipſe lib. IV. cap. 32. de vita Conſtantini diſerte innuit. *Fabr.* Euſebium eius auctorem vocat *Reiskius* lib. de Sibyllis, cap. 10. et ipſe *Fabr.* B. L. lib. I. cap. 12. §. 203. *Heum.*

Similiter a neſcio quo e latino graece verſa eſt breuis *Oratio ad Synodum Nicaenam de Pace*, quam idem *Euſebius* III. 12. exhibet. Prolixiorem, quae occurrit apud *Gelaſium* II. 7. legit etiam *Theodoritus*, vt ex eius lib. 1. cap. 7. Hiſtoriae colligitur.

Edicta quam plurima Conſtantini illuſtrant *Iac. Godofredus* ad codicem Theodoſianum, *Franciſcus Balduinus*, ICtus, [qui interdum nimis fauet Conſt. M.] in ſuo Conſtantino

i) Neque tamen Arii haereſin ideo probauit Conſtantinus, de qua nondum ei ſatis liquebat, ſed ſperauit, ſe ita diſſidiorum ſemen in herba ſuppreſſurum. Confer eius Epiſtolam Irenicam ad Alexandrum et Arium, apud *Euſebium* II. 64. ſq. de vita Conſtantini, et ad illam *Balthaſ. Bebelii* exercitationem hiſtorico theolog. Argentorat. 1663. et *Nicol. Vedelium* de prudentia veteris eccleſiae pag. 202. 267. *Schroeckh.* l. m. praecipue *Gibbon* t. v. c. 21. In cod. Coiſlin. CVII. n. 21. ſunt geſta in ſynodo Nicaena et de vita S. Conſtantini M. teſte Montfauc. in bibl. Coiſlin. pag. 182. *Harl.* — Conſtantini M. epiſtola ad Abl. emendatur a *Barthio* adverſar. libr. 29. cap. 7. *Heum.*]

tino Basil. 1556. et Argent. 1612. 8. [rec. cum *Nic. Hier. Gundlingii* praefat. Lipsiae et Halae 1727. 8. atque in *Heineccii* iurisprud. rom. et attic. tom. II. pag. 569. sqq.] et qui ad tempora quaelibet sua reuocant Annalium scriptores, ac praecipue *Tillemontius* tomo IV. historiae imperatorum. Ceterum edictum, quod sub Constantini nomine vulgauit *Nicolaus Cusanus* lib. III. Concordiae catholicae cap. 35. Honorio ac Theodosio vindicat, et integrius edidit *Sirmondus* ad Sidonium pag. 245.

[?] III. *Confessio* Constantini ad Syluestrum, episcopum Romae, quae latine exstat ad calcem recognitionum, aliorumque scriptorum, Clementi Rom. suppositorum, Colon. 1569. fol. pag. 471. perinde vt Acta Syluestri, spuria est.

Donatio, quae eidem Syluestro a Constantino facta fertur, romanae etiam ecclesiae doctissimorum virorum [k]) iudicio ac consensu itidem est commentitia. Primus eius meminit Aeneas, Parisiensis, qui circa a. C. 854. scripsit, libro aduersus decem obiectiones Graecorum

k) Primus prolixa et diserta oratione eius falsitatem ostendit *Laurentius Valla*, quae et separatim excusa est plus simplici vice, et cum Vlrici Hutteni praef. 1517. et in Ortuini Gratii fasciculo rerum expetendarum ac fugiendarum, apud Londinenses recuso, et in *Simonis Schardii* syntagmate tractatuum de imperiali iurisdictione p. 734. sqq. legitur. Aeneae Syluii aliorumque plurium testimonia, Vallae suffragantia, produxit *Flacius* in catal. testium veritatis, et *Rob. Cocus* in censura Vett. scriptorum, quibus adde *Baronium* ad A. C. 324. nr. 118. seq. et 1191. nr. 52. seq. *Isaacium Habertum ad* ecclesiae graecae ἀρχιερατικὸν p. 24. *Io. Morinum* in historia, gallice edita, liberatae per Constantinum ecclesiae, deque origine ac progressu potestatis saecularis romani pontificis c. 8. *Petrum de Marca* III. 12. de Concordia Sac. et Imp. et VI. 6. §. 6. *Antonium Pagi* ad A. 324. nr. 16. *Tillemontium* T. 4. hist. imp. pag. 226. *Petrum Iosephum Cantelium* hist. vrbium metropol. parte 2. diss. 2. c. 2. nr. 7. et praecipue *Natal. Alex.* saec. IV. diss. 25. Quos facile opposueris *Aug. Steucho* libr. de donatione Constantini, Lugd. 1545. 8. *Iac. Gretsero* de munificentia principum in sedem apostolicam, Ingolstad. 1610. 4. pag. 86. seq. et Apologia pro Bellarmino c. 21. et *Nicolao Schaten* in Carolo Magno Romano Catholico lib. 2. cap. 6. Ex Protestantibus de falsitate donationis huius videndi *Io. Henelius* in Otio Vratislauiensi cap. 22. *Gisb. Voetius* T. 2. dispp. select. pag. 869. seq. *Iac. Vsserius de* Ecclesiarum successione et statu pag. 60. *Io. Rainoldus* Colloquio cum Hardto p. 227. sq. *Franciscus Hottomannus* in bruto fulmine Sixti V. p. 128. 151. seq. et *Io. Andreas Schmidius* in historia saeculi IV. fabulis variorum in rebus Constantini M. maculata Helmst. 1712. etc. *Edictum seu fictum seu deprauatum, adeoque indignum quo Siluestri, pontificis, historia augeatur*, inquit Papebrochius, propylaeo ad Acta Sanctor. T. 2. April. p. 1. *Fabr.* Riuetus critici sacri lib. III. cap. 3. *Heum.* — v. rarissimam collectionem aliquot scriptorum: *de donatione Constantini quid veri habeat, eruditorum quorundam iudicium* s. l. et a. Continentur 1) donationis — priuilegium, *Barthol. Pincerno de monte arduo* ad Iulium II. pont. max. intreprete. 2) *Laur. Vallae* contra ipsum, vt falso creditum et ementitum, declamatio, cum praef. *Hutteni*, (de qua v. Iac. Burckhardi comm. de Hutteni vita, tom. I. p. 119. sqq.) 3) *Nic. de Cusa*, cardinalis, sententia de donatione Constantini, quam scripsit ad concil. Basileense, de concordantia catholica, libr. III. cap. 2. 4) *Anton.* archiep. Florentin. primae part. historial. lib. 8. cap. 2. 8. 5) *Raphael Volateranus*, in vita Constant. Plura vide in *Baumgart. Hall. Bibl.* I. pag. 417. sqq. Donationem veram esse, omnibus viribus contendit, aliosque testes adpellat *Angelus Roccha a Camerino* in bibl. apostolica Vaticana a Sixto V. pontif. max. in splendidiorem et commodiorem locum translata etc. Romae 1591. 4. pag. 182. sqq. Is Vallam hominem iniquum ac mordacissimum atque ad obloquendum omnibus in rebus natum vocat: immo pontifici rom. potestatem iurisdictionis summae in rebus tum sacris tum ciuilibus adserit. Verum surdis auribus narrauit fabulam. Iis, quos citauit Fabricius, add. *Io. Sambucus* in libro s. epistola de panauthentia, siue maiestate imp. et quorumdam praeiudicio, siue donatione Constantiniana, teste Kollario

corum t. VII. ſpicilegii Dacheriani pag. 111. inde Iſidorus Mercator, Hincmarus Rhemenſis, Petrus Damiani, Leo IX. Ado, aliique. Editiones eius admodum diuerſae feruntur, vna, quam habent Acta ſpuria Sylveſtri, quamque *Anſelmus Lucenſis* Collectioni ſuae Canonum lib. IV cap. 32. Deus dedit lib. IV. cap. 2. *Iuo Carnotenſis* parte 5. decreti cap. 49. et *Gratianus* parte 1. decreti diſt. 96. c. 14. latine inſeruit, licet in antiquioribus Gratiani codicibus legi neget *Antoninus*, archiepiſcopus [?] Florentinus, parte I. hiſt. tit. 8. cap. 2. §. 8. *Theodorus* autem *Balſamon* graece verſam exhibet in ſcholiis ad Photii Nomocanonem tit. VIII. in bibl. canonica Iuſtelli tom. II. pag. 929. ſeq. Illa Balſamonis verſio vna cum altera *Matthaei Blaſtaris* edita etiam eſt a Marquardo Frehero A. 1610. 4. additis animaduerſionibus. Longe prolixior eſt, quam vertit e graeco latine et Iulio II. pontifici, inſcripſit *Bartholomaeus Picernus* de Monte arduo. Haec praemiſſam habet, quam modo memoraui, fictitiam Conſtantini *confeſſionem*, atque poſt editionem Colon. 1515. ſaepius lucem vidit et D. *Ioach. Hildebrandi* diſſertationi de donatione Conſtantini imp. praemiſſa Helmſt. 1661. et 1703. atque *Balthaſaris Gualteri* diatribae elencticae de imp. Conſtantini baptismo, donatione et legatione ad Concilium Nicaenum, Ien. 1618. 12. pag. 67. ſeq. inſerta legitur. Atque *Auguſtinum Steuchum* arguit Io. Bodinus lib. I. de rep. cap. 9. p. 221. graeco ſermone donationem Conſtantini ſcripſiſſe, vt fucum faceret: *ſed fraus*, inquit, *facile ex ipſius oratione et antiquitatis cognitione confutetur.* Alia graeca verſio (*Conſtantini Harmenopuli*, vt notat *Neſſelius* parte 2. catalogi MSS. pag. 27.) exſtat in bibl. caeſarea et *Lambecio* lib. V. pag. 244. lib. VI. pag. 35. 38. memoratur [l]), ſed quoad ſenſum eadem eſt cum illa Balſamonis, cuius idem pag. 237. mentionem facit. Hanc ipſam e codice regis chriſtianiſſimi

Kollario in ſupplement. ad vol. I. Lambec. commentar. bibl. Caeſ. pag. 522. C. et 593. A. *Moſhemius* in Inſtitutt. hiſt. eccles. pag. 265. not. i. ed. II. *Schroeckh* hiſt. eccl. l. c. pag. 125. ſeqq. et multi alii, quorum ſcripta enumerat *Meuſel* libr. cit. vol. V. 1. pag. 202. ſeqq. conf. ipſum Fabric. noſtrum infra, libr. VI. cap. 4 vol. XI. vet. edit. pag. 353. ſqq. et *Kollarium*, donationem iſtam falſitatis arguentem et plures iudicii ſui patronos laudantem, ad Lambecii commentar. de bibl. caeſarea Vindob. vol VI. col. 77. ſq. *Harl.*

l) Illa donatio exſtat in codd. msst. *Vindobon.* apud *Lambec.* tom. V. codice CCLXXXIV nr. 1. CCLXXXIX. nr. 4. tom. VI. part. I. cod. X. nr. 2. tom. VIII. cod. LIII. nr. 33. — *Florentiae* in bibl. Medic. in cod. XV. plut. VIII. nr. XV. eſt Conſtantini edictum, propoſitum in tertio narthece SS. magnae eccleſiae prope aulam etc. nr. 28. donatio *Conſtant.* Eam, quae in hoc habetur cod. exhibet *Theodorus Balſamon* loco a Fabricio laudato, et *Labbaeus* tom. I. concil. ed. Venet. 1729. fol. pag. 1567. v. *Bandin.* catal. codd. medic. I. pag. 361. ſeq. — Tum in cod. LXXXV. nr. 3. plut. 89. cum Harmenopuli promtuario iuris. v. Bandini III. col. 418. — *Venetiis* in cod. Marciano CLXXXII. cum Harmenopulo. (catal. codd. gr. pag. 105) — *Pariſiis* in biblioth. publica in codd. MCCCX. MCCCLV. MCCCLXI. cum Harmenopulo, eſt edictum Conſtantini, quo romano pontifici primatus adſeri dicitur. — In codd. MCCCCXXXVII. MCCCCXXXVIII. MCCCCXXXIX. eſt eiusd. oratio ad ſanctorum coetum. In cod. MCCCCXXXIV. conſtitutio ad gentes ſibi ſubditas. — In codice CCCCLXXIV. eiusdem epiſtolae. — Inter codd. arabicos, cod. CXXIII. CXXV. et CXXVII. continet Conſtantini aliorumque imperator. ſtatuta et conſtitutiones. v. cat. codd. Pariſ. bibl. vol. I. p. 115. et 116. — *Taurini* inter codd. gr. bibl. regiae in cod. CCLXXVIII. *edictum Conſtantini M.* in favorem romani pontificis, ex interpretat. Harmenopuli, (v. cat. codd. gr. pag. 380. — *Matriti* in cod. LXXXV. bibl. regiae, fol. 193. donatio illa, quae in aliis codd. vocatur *Conſt. M., de romano pontifice conſtitutio.* Interpretatio gr. in hoc cod. conſentit cum textu a Bulengero edito: in quibusdam tamen lectionibus discordat; atque *Iriarte* in in cat. codd. gr. pag. 349. adnotauit lectiones huius cod. diuerſas a textu Bulenger. nec hic eas iterum legiſſe poenitebit. *Harl.*

ſtianiſſimi graece et latine exhibet *Iulius Caeſar Bulengerus*, lib. 2. de imperio romano cap. 6. p. 318. et quoniam breuis eſt, hoc etiam loco exſtare non erit, puto, Lectori ingratum, iniucundumue.

Θέσπισμα τῦ μεγάλυ Κωνςαντίνυ m), περὶ τῦ πάπα ῥώμης. Θεσπίζομεν n) πᾶσι τοῖς σατράπαις, καὶ τῇ συγκλήτῳ τῆς ἡμῶν βασιλείας, τὸν ῥώμης ἐπίσκοπον καὶ διάδοχον o) τῶν ἁγίων ἀποςόλων, καὶ κυρίυ μυ πέτρυ, πλείονα τῆς βασιλείας ἔχειν ἐξυσίαν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκυμένην, κατὰ πάντων p) πολλῷ πλέον ἢ τὸν βασιλέα τιμᾶσθαι καὶ σέβεσθαι κεφαλήν τε εἶναι τῶν q) τεσσάρων ἀρχαίων θρόνων, κρίνεσθαί τε πρὸς αὐτῦ, καὶ ψηφίζεσθαι τὰ τῇ ὀρθοδόξῳ συμβαίνοντα πίςει. δωρύμεθα γὰρ τῷ πατρί μυ τῷ μακαρίῳ [?] σιλβέςρῳ καὶ τοῖς αὐτῦ διαδόχοις τὸ ἡμέτερον παλάτιον, τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διάδημα ἐκ λίθων τιμίων καὶ μαργάρων συγκείμενον, τὸ κυκλῦν τὸν τράχηλον ὠμοφόριον, τὴν πορφυρᾶν χλαμύδα, τὸν κόκκιον r) χιτῶνα, καὶ πάντα τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα, τὰ τῶν βασιλικῶν ἵππων ἀξιώματα, τὰ σκῆπτρα, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς βασιλείας κοσμήματα, καὶ τὴν δόξαν ἅπασαν τῆς ἡμῶν ἐξυσίας. τὺς δὲ τῷ κλήρῳ τῆς ἁγιωτάτης ῥώμης κατειλεγμένυς, κοσμεῖσθαι κελεύομεν παραπλησίως τῇ συγκλήτῳ ἡμῶν ἐνδύμασιν, ἵπποις s) ἐποχυμένυς, ὀθόνας περικειμένυς λευκάς. ὡς δὲ καὶ τὰ ὑποδήματα τύτων ὀθονίων εἶναι πεποιημένα λευκῶν, καὶ ὃς ἂν αἵροιτο κληρικὸς, ἐκ τῆς ἡμῶν συγκλήτυ γενέσθαι τῦτον πρὸς τινὸς μηδαμῶς εἴργεσθαι. ὅτι γε μὴν τὴν ἐκ χρυσίυ ςεφάνην φρονήματος μετριότητι ὁ πατήρ μυ ὁ ἅγιος t) σίλβεςρος παραιτεῖται, ταῦ-

Edictum, ac effatum diuinum magni Conſtantini de Pontifice Romano. Omnibus Prouinciarum rectoribus, et Senatui R. imperii, Romanum Pontificem, ſucceſſorem Sanctorum Apoſtolorum, et Domini mei Petri, maiorem quam imperator habere poteſtatem per vniuerſum orbem adverſus omnes, (deeſt καὶ) *et plusquam imperatorem coli et honorari, caputue eſſe quatuor antiquarum ſedium, et ab eo iudicari, et decerni quae orthodoxae fidei conueniunt, Edicimus: Donamus enim Patri meo Beato Syluestro, et ſucceſſoribus eius noſtrum Palatium, diadema capitis lapillis pretioſis et gemmis intextum, epomidem, quae collum cingat, chlamydem purpuream, coccineam tunicam, et omnia regia veſtimenta, ephippia, quibus equi regii inſternuntur, ſceptra, et reliqua imperii ornamenta, et gloriam omnem meae poteſtatis. Eos autem qui in clerum Romanum allecti ſunt, ornari iubemus iisdem quibus Senatus noſter veſtimentis*, (bb) lego παραπλησίοις) *equo vehi, albis veſtibus tegi. Ita et calceos eorum fieri ex pannis albis, et eum, qui lectus ſit clericus a nemine impediri poſſe, quo minus ſit Senator. Quando vero coronam auream pater meus S. Syluester, qua eſt humilitate et moderatione, reſpuit, haec ornamenta, quae ſanctam reſurrectionem, et ſuperilluſtrem locum ſignificant* (lego καὶ τὴν ἁγίαν) *ſancto eius capiti impo-*

Tttt 2 *ſuimus*

m) Τῦ μεγ. βασιλέως Κωνςαντίνυ c. Matrit.

n) MS. Vindobonenſe addit, σύν. *Decernimus vna cum omnibus Satrapis et Senatu imp. noſtri.* Sic et codex *Baroccianus* 149. [et cod. *Matrit.*]

o) Τῦ κορυφαίυ τῶν ἀποςόλων, c. Matr.

p) Καὶ παρὰ πάντων c. Matr.

q) τεσσάρων πατριαρχικῶν θρόνων c. Matr.

r) τὸν κόκκινον χιτῶνα c. Matr.

ſ) ἐποχυμένους· ὀθόνας περικειμένοις λευκὰς c. Matr.

t) ὁ ἁγιώτατος σίλβεςρος c. Matr.

bb) Emendationes hae ſunt interpretis Bulengeri.

τά τοι τὸν ὑπέρλαμπρον χῶρον σημαίνοντα τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν, τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ αὐτῦ ἰδίαις χερσὶν ἐπεθήκαμεν [u]). ἡμεῖς ςράτωρος ὀφφίκιον ὑπελθόντες, καὶ τὰ χαλινὰ τῦ ἵππυ αὐτῦ κατέχοντες, τῆς αὐλῆς τῶν ἱερῶν αὐτῦ ἐξίεμεν ἀνακτόρων, αἰδοῖ καὶ φόβῳ τῦ κυρίυ μυ τῦ ἁγίυ συνεχόμενοι πέτρυ· τῶν χρησίμων δὲ κομιδῇ καὶ θεοφίλων νενομίκαμεν, ἐκςῆναι μὲν τῆς πόλεως ῥώμης, καὶ τῶν δυτικῶν ἁπάντων χωρῶν τε καὶ πόλεων τῷ ἁγιωτάτῳ [v]) πάππα, τὸ δὲ τῆς βασιλείας κράτος πρὸς τὰ τῆς ἑώας μέρη μετενέγκειν, καὶ τὴν ἐν καλλίςῳ [w]) τῶν ὑφ' ἡλίῳ τῦ βύζαντος πόλιν καταλαβεῖν, καὶ ἐν αὐτῇ ἱδρύσασθαι τὰ βασίλεια, ἄδικον οἰηθέντες ἐξυσίαν ἔχειν τὸν ἐπὶ γῆς βασιλέα, [ὅπυ] ἔνθα καὶ ἀρχὴ τῆς τῶν χριςιανῶν θρησκείας ἐκ τῶν ὑρανῶν ὑπῆρξεν ἡμῖν. [x]) ταῦθα ταῖς ἰδίαις χερσὶ γράψαντες, καὶ τῷ νεκρῷ τῦ κυρίυ μυ [y]) ἐπιθέμενοι πέτρυ, πίςεις ἐνόρκυς ποιύμεθα [z]), ὐ μὴν ὅλως παραβῆναι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἡμέτερον δεξαμένοις κράτος φυλάττειν ἀπαράθραυςα παρεγγυώμεθα πρὸς τὸν πατέρα [aa]) ἡμῶν πάππαν, καὶ τὺς αὐτῦ διαδόχυς.

fuimus. Nos stratoris officium obeuntes, et frena eius equi tenentes, ex aula palatii exiuimus, reuerentia et metu Domini mei S. Petri. Maxime autem vtile et amicum Deo esse duximus cedere vrbe Roma, et omnibus occidentis locis ac vrbibus Sanctissimo Papae, et robur imperii transferre ad ortum, et capere Byzantium vrbem optimo sub sole situ, et eo sedem imperii ponere: iniquum existimantes, vt imperator in eo loco summam potestatem habeat, vbi Christianae fidei coelitus principium nobis fuit. Cum haec manu propria scripserimus, et reliquiis Domini mei Petri imposuerimus, iusiurandum damus, non modo nos seruaturos quae sanximus, verum et nostros successores, vt sancte ac religiose seruent, obstringimus, idque iurati patri nostro Papae, et successoribus eius pollicemur.

IV. Claudam hoc caput dissertatione de litteris, quas in coelo legisse creditur Constantinus imperator, ἐν τύτῳ νίκα, et de cruce, quam vidisse se [cc]) iurauit, et iuranti libenter

u) ἡμεῖς δὲ ςράτωρος ὀφφίκιον c. Matr.

v) πάπα. c. Matr.

w) τῶν ὑφ' ἡλίῳ κειμένην τῦ βύζαντος π. c. Matr.

x) τῦντα c. Matr.

y) ἐπιθέμενοι etiam c. Matr. ἐπιθεμ. edit.

z) ἢ μὴν ὅλως πάντα ταῦτα μὴ παραβῆναι, c. M.

aa) ἡμῶν πάπαν c. Matr. Has quidem, ait Iriarte, varias lectiones si quis inter se conferat, nae is instas editis praetulerit. At enim omnia sunt ficta. *Harl.*

cc) Nolim igitur rem totam pro astuto Constantini commento et strategemate habere cum *Iac. Tollio*, qui notis ad Lactantium cap. 44. de mortibus persecutorum: *strategema*, inquit, *hoc Constantini non minus scitum, quam illud Philippi* Macedonis *fuit, quo sacrilegos Phocenses protriuit.* et ad cap. 46. *Non minus egregium hoc Licinii strategema atque illud, de quo supra, Constantini. Eodem ferme astu vsus Sertorius apud Plutarchum: nec Scipionis in templum Iouis secessus, aut Numae ad Deam Egeriam aditus diuersi generis sunt.* Et praef. ad gallicam Longini versionem: *Mais moy trouvant que le Roy Antigonus successeur d' Alexandre le Grand s' est seruy du meme stratageme, feignant d' avoir veu au ciel une pentagone, qui est le symbole du Salut, avec ces paroles*, in hoc signo vinces, *et qu' il le fit peindre aux boucliers de ses soldats, et gaigna ainsi la bataille: trouvant aussi, qu' un Roy de Portugal a eu la méme vision que Constantin, et qu' il a par la ramporté la victoire sur ses ennemis, j' avoue que je considere tous ces miracles comme de finesses militaires des grands Capitaines.*

benter credimus. Quamuis autem digreſſio iſta paullo alienior ab argumento bibliothecae huius graecae videri poſſit, tamen exiſtimaui, hoc non inoportuno loco ſatisfacere me poſſe deſiderio illorum, qui ſententiam ſuper illa re meam, a communi nonnihil abhorrentem, argumentis confirmatam videre voluerint. Eſt autem de cruce Conſtantini diatribe ante ſeptem annos a me edita, et reſpondente *Chriſtoph. Woltereck*, Glukſtadienſi, publice in Gymnaſio Hamburgenſi defenſitata, qua probaui, Crucem, quam in coelo vidit Conſtantinus, imp. fuiſſe phaenomenon naturale, quale in halonibus non lunaribus modo, ſed etiam ſolaribus conſpiciendum ſe ſubinde, licet haud ita frequenter, offert: nec mediocriter in ſententia mea confirmatus ſum, quum poſtea intellexi, idem non abſurdum viſum reuerendo Helmſtadienſium theologo ac philoſopho, mathematicas inprimis diſciplinas egregie docto, D. *Io. Andreae Schmidio* in diſſ. de Luna in Cruce viſa, Ienae 1681. atque in hiſtoria Seculi IV. fabulis maculata, Helmſt. 1712. *Fabr.* In cod. *Coislin.* CXXI. nr. 37. (teſte *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 196.) eſt viſio Conſtantini M. S. crucis contra barbaros, et fol. 106. verſo, inuentio S. crucis. — conf. Diſcours hiſtor. ſur la converſion au Chriſtianisme de *Conſtantin* le grand, premier Empereur crêtien par M. l'Abbé *de Leſtocq* adpend. ad tom. I. operis: Traité hiſtorique et dogmatiq. ſur les Apparitions, les Viſions et les Revelations particul. Avec des Obſervat. ſur les diſſ. du R. P. Dom. *Calmet.* — Par M. l'Abbé *Lenglet Dufresnoy* etc. à Avignon 1751. 8. v. *Baumgart.* Nachr. v. merkwürdigen Büchern II. p. 506. ſeq. — Multus eſt de hac cruce et ſigno, atque defendit narrationem *Angelus Roccha a Camerino* loco ſupra cit. pag. 175. ſeqq. *Heumannus* in Poecile, tom. II. libr. I. pag. 50. ſqq. ſcripſit epiſtolam ad Burcard. Gotthelf. Struuium de cruce coeleſti a Conſtant. M. conſpecta, in qua cum ipſo Struuio, *Thomaſio* in Obſſ. ſelect. Halenſ. tom. I. diſſ. 24. §. 3. et *Arnoldo* (in hiſt. eccleſ. lib. IV. cap. 3. §. 5.) aliisque iſtam narrationem fabellis anilibus adnumerandam cenſet et multa contra Wolfii Fabriciique ſententiam et argumenta diſputat, contenditque, non Euſebium, ſed Conſtantinum ipſum fuiſſe huius mendacii architectum. *Moshem.* autem in inſtitution. hiſtor. eccleſ. laudatis pag. 131. facile refelli poſſe, ſcribit, qui vel prodigium hoc aſtute ab imperatore fictum eſſe arbitrentur, vel ad fabulas referant: eos etiam, qui viſum hoc ad cauſſas naturales referant, crucemque in halone tum ſolari, aut in luna comparuiſſe ingenioſe ſuſpicentur; illos denique, qui diuinae virtuti, quae miraculo dubiam Conſtantini mentem firmare voluerit, rem adſcribant. Quare, iis confutatis, cum quibusdam V. V. D. D. ſtatuit, Conſtantino dormienti crucem, addita inſcriptione: *Hac vince*, obiectam fuiſſe. Enimuero illa quoque interpretatio haud caret multis difficultatibus atque dubitandi cauſſis et rationibus. Vnde ſciuit Conſtantinus, ſomnium fuiſſe verum, et vero diuinum? inprimis, illo etiam ſecundum opiniones veterum de ſomniorum vi diuina conceſſo, qui dici potuit, multos vidiſſe illud ſignum? Quibus rationibus ingens multitudo, ſuperſtitionibus ac religionibus prauis adhuc imbuta, tam facile adduci potuit ad id credendum? Lactantius, (ſiue, vt Nourry minus recte ſtatuit, Lucius Cecilius) de mortibus perſecut. cap. 44. *commonitus eſt*, tantum ait, *in quiete Conſtantinus, vt coeleſte ſignum dei notaret in ſcutis, atque ita proelium committeret*, etc. ad quem locum *Nic. le Nourry* in ſua Lucii Cecilii libri de mort. perſecut. edit. Pariſ. 1710. 8. diſſ. artic. III. pag. 184. ſqq. et artic. V. pag. 397. ſq. Euſebii narrationem amplexus et tuitus, acerbius contra Fabricii, (omiſſo tamen eius nomine,) interpretationem diſputat; ſed refellitur et Fabricius defenditur a *Bünemanno* in nota ad Lactantii locum pag. 1470. edit.

 a Büne-

a Bünemann. Lipſiae 1739. 8. euulgatae. A Fabriciana expoſitione parum diſcedit *Schroeckh* in vita Conſtantini, tom. IV. Biograph. vbi a pag. 18-34. copioſe agit de hoc ſigno coeleſti, quod pag. 32. ſeqq. explicat, fuiſſe phaenomenon quoddam inſolitum ac ſingulare, a Conſtantino illiusque militibus in coelo conſpectum, et ab iis, naturalis doctrinae ignaris, tamquam portentum habitum: ex qua opinione variae interpretationes diuerſaeque ſententiae ac narrationes facile potuerunt oriri atque intelligi. Idem *Schroeckh* illam ſuam expoſitionem haud deſeruit in hiſt. eccl. l. c. pag. 76-84. vbi Fabricii noſtri diſp. commendat alioſque ſcriptores, in vtramque partem de hac viſione diſputantes, excitat. Quosdam etiam libros, huc pertinentes, memorat *Meuſel* l. c. pag. 186-189. — Contra Fabricianam explicationem *Cuperus* in epiſtola ad Fabricium (in Reimari comment. de vita et ſcriptis I. A. Fabricii pag. 235. ſqq) viſam crucem, vel primas nominis Chriſti litteras, additamque inſcriptionem reiicere plane non audet, et quasdam dubitationes, ingenioſe excogitatas et ſpecioſe docteque expoſitas, at non ſatis validas, ad Fabricianam explicationem omnino conuellendam, profert. — Vulgarem ſententiam exornare, quamquam impari fortuna et ſucceſſu, ſtuduerunt *Matthaeus Iacutius* in ſyntagmate, quo apparentis magno Conſtantino crucis hiſtoria *complexa eſt* (ſic) vniuerſa, ac ſuis ita ab omnibus oſoribus vindicata, tempori ſuo et loco reſtituta, ceteris tandem rei geſtae monimentis illuſtratur, Romae 1755. 4. cum figg. ligno inciſis, et Abb. *du Voiſin* in diſſ. critique ſur la Viſion de Conſtantin Paris 1774. 12. mai. Atque poſterior Euſebii narrationem contra *Iac. Georg. de Chaufepié*, qui in Nouveau dictionaire hiſtor. et critique tom. IV. a. 1756. ſub voc. *Quien de la Neufville* pag. 5-11. viſionem iſtam miraculorum numero eximere potiſſimum adlaborauit, haud male quidem defendit, neque tamen ſatis fecit criticorum deſiderio; (v. *Gattereri* hiſtoriſch. Iournal. tom. VII. pag. 193. ſqq.) Atque *Voiſini* argumenta et vulgarem ſententiam impugnauit *Henley* in: On the Viſion of Conſtantine, ſ. adpendice ad *G. Gregory* Hiſtory of the Chriſtian Church from the earlieſt periods to the preſent time, II. voll. nou. edit. Londini 1795. 8. T. I. p. 511. ſqq. Is vero ad id animum aduertere iubet, Euſebium in ſua hiſt. eccleſ. in qua ſuis verbis ſuoque nomine loquatur, illam famam de cruce, a Conſtantino M. viſam, plane omittere; in vita autem Conſtantini animo grato erga dominum et benefactorem adductum, ea dixiſſe, quae fides permiſiſſet, atque ipſum ſcripſiſſe, ἐχ ὑμέτερος λόγος, ἀλλ' αὐτȣ πάλιν βασιλέως. tum variare narrationem apud auctorem de mortibus perſequutorum c. 46. aliosque. Ego vero acquieſcam in explicatione et iudicio *Schroekhii* V. C. quum maxime ex omnis aeui hiſtoria pateat, credulitatem, ignorantiam rerum naturalium ex eaque enatam ſuperſtitionem, et animum, falſis opinionibus occupatum, multas genuiſſe fabulas et inſolita coeli phaenomena habuiſſe portenta, quorum fama eundo creuit, et mire eſt variata. Pari modo de cruce, Helenae auſpiciis inuenta et de ſtupendis operibus, eius virtute et contactu patratis, multa lepida et fabuloſa ſunt excogitata, tradita et ſenſim ſenſimque amplificata. v. *Weſſeling* ad itinerar. Hieroſolymitanum pag. 593. ſq. veterum romanorum itinerariorum, Amſtelodami 1735. 4. — Fabricii vero diſput. typis hic recudi feci, quoniam, ab aliis ad illam et ad B. Gr. frequenter prouocatum eſſe, ſcio et animaduerto. *Harl.*

Exercitatio

Exercitatio critica, qua disputatur, Crucem, quam in Coelis vidisse se iurauit Constantinus imp. fuisse Phaenomenon naturale in Halone Solari.

Praefatio.

Sanctus STEPHANVS, iamiam coronandus martyrio, per imbrem saxeum intuetur coelos apertos, diuinam gloriam videt, ac IESVM, veluti paratum in sui auxilium, laetus contemplatur stantem [dd]) a dextris Dei Act. VII. 55. At Magnus CONSTANTINVS ingressus imperium romanum, et coronam capiti firmaturus suo, pro Christo nudam crucem in coelo conspicit, et in hac iubetur vincere. Stephanus sub tecto [ee]) clarissima fidei acie in coelum penetrat, et iam incipit Deum videre, qualis est: Constantinus contra sub dio clausum suspicit coelum, de quo crucis imago, res mira sed vacua, ad oculos corporis eius demittitur. Iam vides mi lector, praestantiorem fuisse [?] ac diuiniorem imaginem, oblatam Stephano, morienti, quam Constantino, imperanti ac iam triumphaturo. Addes fortassis, quanto praestantiorem, tanto quoque certiorem, fideque digniorem. Ita est profecto, neque enim humana testimonia comparanda diuinis sunt. At, si me audis, non statim hinc, quod faciunt multi, crucem illam, a Constantino visam, totam callidis adscribes commentis, politicaeque regnaturientis fraudi, sed vere oblatam ipsius oculis, credes tot testibus antiquis, Constantino denique ipsi, saltim iurato: neque tamen illico propterea eam stupebis tanquam rem, miraculis proprie accensendam. Hoc praesentis diatribae est institutum, haec ratio, quam si probauero tuae aequitati, non temere de hoc argumento post tot viros egregios in arenam descendisse videbor. Si non probauero, certe ero verecundior his, qui non dubitant veterem historiam omnem meris suspicionibus suis conculcare, et Constantinum, principem, ecclesiae patronum, sola coniectura fraudis ac periurii reum agere.

Argumentum Dissertationis.

I. *Testimonium Constantini ipsius de Cruce, in coelo visa, apud Eusebium.* II. *Artemii testimonium dubium.* III. *Lactantii et aliorum, qui somnii solius meminerunt, nullum.* IV. *In numis antiquis nihil pro cruce in coelo visa praesidii.* V. *Philostorgii, aliorumque, Eusebio suffragantium, testimonia.* VI. *De loco, anno ac die visae in coelo crucis.* VII. *Non fuisse hoc commentum politicum Constantini.* VIII. *Neque tamen fuisse miraculum, proprie dictum, sed crucem*

dd) Accurate rem putando hoc *stare* ad dextram DEI, non magis situm certum corporis denotat, quam quod alibi dicitur *sedere*. Nihil enim aliud haec verba significant, quam CHristum etiam secundum humanam naturam participem esse throni ac maiestatis diuinae, imperiique in creaturas ac singillatim in ecclesiam. Sic non Hebraei tantum, sed Graeci quoque et Latini passim vtuntur verbis *incedere, stare, venire*, pro *esse*. Vide, quae viri Docti ad Gen. XV. 2. *orbus incedo.* Neque alio sensu *Virgilius* I. 50. Aeneid. *Ast ego quae Diuum incedo regina.* Idem V. 68. *Aut iaculo incedit melior leuibusque sagittis.* *Seneca* Epist. LXXI. *quaerimus saepe eos, quibuscum stamus,* i. e. sumus, siue versamur. *Manilius* IV. 547. *Iudex extrema sistet vitaeque necisque.* Sistet i. e. stabit, quod iterum positum pro erit, vt pluribus scriptorum testimoniis ad eum locum docuit Huetius.

ee) *Augustinus* c. 42. de cognitione verae vitae: *Concio illa, in qua Stephanus stans Christum conspexit, in domo aliqua fuit, cuius tecti culmen ipsius corporeus oculus penetrare minime potuit. Constat igitur, quod non oculo corporeo, sed intuitu interioris hominis Christum non in corporeo sed in intellectuali coelo viderit.* Cnnfer D. Philippi Nicolai Opera latina T. 1. pag. 258.

cem in Halone ſolari viſam fuiſſe a Conſtantino et exercitu. IX. *Huic ſententiae ex aſſe fauere deſcriptionem Euſebii, formam et materiam crucis, tempus, ſpectatores* X. *Praecipue alias cruces ſimiliter in coelo viſas et pro miraculo habitas, quarum decem amplius exempla adferuntur.* XI. *De cruce, quam in coelo vidit Waldemarus, ſecundus Daniae rex, vnde ordo Equitum Danebrogae. De cruce, viſa ab Electore Saxoniae, Friderico Sapiente, eiusque fratre Iohanne. ib. De litteris, quas cruci adiunctas vidit Conſtantinus, in hoc vince.* XII. *Error ridiculus de Nica Etymologici M. auctore ex verbis* ἐν τούτῳ νίκα *ortus. ib. Locus Philoſtorgii, de lucido tractu, quem ſuo tempore in coelis per aliquot menſes obſervatum ſcribit, mantiſſae vicem illuſtratus.*

[¶] I. Duas res admirandas Conſtantino, imperatori, accidiſſe refert Euſebius, quae neutiquam ſunt inter ſe confundendae. Vna, eaque prior, vigilanti contigit, altera ac poſterior dormienti. Vigilans primum crucem in coelo vidiſſe Conſtantinus traditur: poſtea dormienti adparuiſſe Chriſtus, cum cruce, praecepiſſeque, hoc vt in hoſtes tamquam praeſidio ac militari ſigno vteretur. Poſterioris ſolius meminit auctor chronici orientalis ſol. 57. *Anno decimo ſeptimo imperii Conſtantini adparuit ei in ſomnio ſignum Crucis, audiuitque vocem, ſibi dicentem: porta hoc ſignum, vinces hoſtes tuos.* De priori imagine Crucis, quae vigilantis ſeſe obtulit oculis, potiſſimum hac diſſertatione ſolliciti erimus: itaque ante omnia de eadem adſcribenda ſunt *Euſebii* verba. Ita vero ille lib. 1. de Vita Conſtantini cap. XXVIII. quum narraſſet, Conſtantinum, Maxentii tyrannidi frangendae occurrere parantem, idolorum agnita reiectaque vanitate atque impietate, vero Deo patris ſui, (Conſtantinus enim Chlorus iam fauere Chriſtianis coeperat,) adhaerere conſtituiſſe. *Huius ergo opem implorare coepit, orans atque obſecrans, vt ſe ipſi noſcendum praeberet, ac praeſentibus negotiis adiutricem manum porrigeret. Haec precanti ac ſuppliciter poſtulanti imperatori admirabile quoddam a Deo miſſum adparuit.* Θεοσημία τις ἐπιφαίνεται παραδοξοτάτη, ἣν τάχα μὲν ἄλλου λέγοντος οὐ ῥᾴδιον ἦν ἀποδέξασθαι, αὐτοῦ δὲ τοῦ νικητοῦ βασιλέως τοῖς τὴν γραφὴν διηγουμένοις ἡμῖν μακροῖς ὕστερον χρόνοις, ὅτε ἠξιώθημεν τῆς αὐτοῦ γνώσεώς τε καὶ ὁμιλίας, ἐξαγγείλαντος, ὍΡΚΟΙΣ ΤΕ ΠΙΣΤΩΣΑΜΈΝΟΥ ΤῸΝ ΛΌΓΟΝ, Τίς ἂν ἀμφιβάλοι, μὴ οὐχὶ πιστεῦσαι τῷ διηγήματι; μάλισθ᾽ ὅτε καὶ ὁ μετὰ ταῦτα χρόνος ἀληθῆ τῷ λόγῳ παρέσχε τὴν μαρτυρίαν. *Quod ſiquidem ab alio quopiam diceretur, haud facile quis fidem eſſet habiturus. Verum quum ipſe Victor Auguſtus nobis, qui hanc hiſtoriam ſcribimus, longo poſt tempore, quum videlicet in eius notitiam et familiaritatem peruenimus, id retulerit, et* SERMONEM SACRAMENTI RELIGIO FIRMAVERIT, *quis poſthac fidem huic narrationi habere dubitabit? Praeſertim quum id, quod ſubſecutum eſt tempus, ſermonis huius veritatem teſtimonio ſuo confirmauerit.* Ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης, αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἔφη ἐν αὐτῷ οὐρανῷ ὑπερκείμενον τοῦ ἡλίου σταυροῦ τρόπαιον ἐκ φωτὸς συνιστάμενον, γραφήν τε αὐτῷ συνῆφθαι, λέγουσαν, τούτῳ νίκα. *Horis diei meridianis, ſole in occaſum vergente, crucis tropaeum in coelo ex luce conflatum, Soli ſuperpoſitum ipſis oculis* [¶] *ſe vidiſſe adſirmauit, cum huiusmodi inſcriptione: hac vince.* Θάμβος δ᾽ ἐπὶ τῷ θεάματι κρατῆσαι αὐτόν τε καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν, ὃ δὴ στελλομένῳ ποι πορείαν, συνείπε τότε καὶ θεωρὸν ἐγίνετο θαύματος. *Eo viſo et ſeipſum, et milites omnes, qui ipſum, iter facientem, ſequebantur, et qui ſpectatores miraculi fuerant, vehementer obſtupefactos.* In hoc luculento teſtimonio, quod ad verbum repetit *Sozomenus* lib. I. cap. 3. et hiſt. tripartita lib. I. cap. 4. videmus, Euſebium non modo ea ſe ſcribere profiteri, quae ex Conſtantini ipſius ore coram accepit.

ſed

ſed quae iureiurando etiam ille confirmauerat, et quae non ſolus Conſtantinus, ſed totus exercitus ſuis viderat oculis, ex quo multi tum, quum iſta Euſebius ſcriberet, adhuc fuerunt haud dubie in viuis. Confer *Iacobum Gretſerum* lib. 3. de Cruce cap. 23. ſeq.

II. *Artemius* his adnumerandus merito eſſet, cuius teſtimonio plurimum tribuit *Caeſar Baronius* ad annum Chriſti CCCXII. num. 21. ſi modo acta Artemii, quae apud Surium ad Octobris diem viceſimum leguntur, pro ſinceris et nulla parte ſuſpectis poſſent a viris doctis admitti. Narratur enim in illis actis Artemius, praefectura Auguſtali a Iuliano, imperatore, ideo, quod Chriſto nomen dediſſet, exutus, inter alia in hanc ſententiam ad Iulianum verba feciſſe: *Ad Chriſtum declinauit Conſtantinus ab illo vocatus,* (non ab hominibus, neque per homines, ſed οὐρανόθεν ſiue de coelo vocatum Conſtantinum ſcribit etiam *Theodoritus* lib. I. hiſt. cap. 2.) *quando difficillimum commiſit praelium aduerſus Maxentium. Tunc enim ei in meridie adparuit ſignum crucis, radiis ſolis ſplendidius, et litteris aureis belli ſignificans victoriam. Nam nos quoque ipſi adſpeximus, quum bello intereſſemus, et litteras legimus: quinetiam totus quoque id eſt contemplatus exercitus, et multi huius ſunt teſtes in exercitu Tuo.* Verum per me quisque vt volet, ita huic Artemii teſtimonio addet vel demet fidem; probe enim notum eſt, quantum in confingendis vel interpolandis eiusmodi martyrum actis ſibi permiſerit falſa multarum aetatum pietas. Confer, quae de Cruce Conſtantini in actis apocryphis S. Quiriaci t. I. Maii pag. 445. et in actis S. Silueſtri t. V. Maii pag. 19.

III. Solet etiam pro confirmanda hac re ad *Lactantium* prouocari; ſed ille de cruce, in coelo viſa, tacet, ſolum ſomnium commemorat, libro de mortibus perſecutorum c. XLIV. *Commonitus* [¶] *eſt in quiete Conſtantinus, vt coeleſte ſignum Dei notaret in ſcutis, atque ita praelium committeret. Fecit, vt iuſſus eſt, et transuerſa X. littera ſummo capite circumflexo Chriſtum in ſcutis notat, quo ſigno armatus exercitus capit ferrum.* Poſſit quidem videri a Lactantio dici *coeleſte ſignum Dei*, quaſi in coelo oſtenſum a Deo et in coelo a Conſtantino viſum: verum qui hoc in dubium vocaturus eſſet, facile poſſet adferre loca plura ſcriptorum graecorum latinorumque, quibus ſine illo reſpectu ad Conſtantini viſionem crux vocatur ſignum coeleſte, quoniam de cruce veteres plerique interpretabantur locum Matthaei XXIV. 30. vt docuit vir eruditiſſimus Gerh. Io. Voſſius in Theſibus theologicis p. 228. ſeq. Somnium quoque ſolum, quod miror, commemorat non Iohannes modo *Malala* in Chronica hiſtoria lib. 2. pag. 2. καὶ ἑλκυσθεὶς εἰς ὕπνον εἶδε κατ᾽ ὄναρ ἐν τῷ οὐρανῷ σταυρὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, ἐν τούτῳ νίκα. καὶ ἀναγνοὺς τὸ ἐπιγεγραμμένον ἐν τῷ σταυρῷ, διυπνίσθη, καὶ ἀναστὰς ἐποίησε σίγνον σταυροῦ etc. *Somno deinde correptus, per quietem vidit crucem in coelo, cui inſcriptum erat: In hoc vince. Perlecta autem inſcriptione, e ſomno expergefactus eſt. Surgens itaque etc.* Sed quoque antiquior longe *Rufinus* lib. IX. hiſtoriae eccleſ. cap. 9. et ex eo auctor hiſtor. miſcellae XI. 7. tum *Nicolaus, primus, papa*, in reſponſo ad conſulta Barbarorum cap. 33. *Abbas Vrſpergenſis* in Chronico, et *Haymo, Halberſtadenſis* VIII. 4. hiſt. eccleſ. *Quum igitur anxius Conſtantinus et multa ſecum de imminentis belli neceſſitate peruoluens iter ageret, atque ad coelum ſaepius oculos eleuaret, et inde ſibi diuinum deprecaretur auxilium, vidit per ſoporem ad Orientis partem ſignum crucis igneo fulgore rutilare. Quumque tanto viſu fuiſſet exterritus, ac nouo perturbaretur*

turbaretur adſpectu, adſtare ſibi videt angelos, dicentes: ἐν τούτῳ νίκα, id eſt; in hoc vince. Illud de angelis legas etiam in hiſtoria tripartita lib. 1. cap. 4. e *Sozomeno* p. 404. edit. Valeſii. At alias inſuper fabellas adiungit *Theodoricus Engelhuſius* p. 63. Chronici. *Hic Conſtantinus ſexto anno regni ſui, quum gens Barbarorum congregata ſuper Danubium parata ad bellum foret contra imperium romanum, quum timeret multitudinem, audiuit in ſomno, noli timere, ſed reſpice ſurſum et vide. Intendens ergo in coelum, videnſque Crucem in claro, et deſuper ſcriptum titulum, in hoc vinces, bellauit et vicit. Poſt victoriam conuocans ſacerdotes idolorum, quum adhuc paganus eſſet, quaerebat ab eis, cuius Dei eſſet hoc ſignum? Et dixerunt quidam, hoc ſignum coeleſtis Dei eſt, et euangelizarunt ei fidem Chriſti. Mittens igitur ad Euſebium, epiſcopum vrbis Romae, baptizatus eſt.* Eruditis conſtat baptismum Conſtantini romanum non minus commentitium eſſe, [P] quam Euſebium, vrbis Romae epiſcopum, iam anno ante viſam a Conſtantino crucem obiiſſe. [*Bünemann.* ad Lactant. de mort. perſequut. cap. 44. not. *h.* addit *Albertum Stadenſem* ad an. CCCXVIII. — *crux oſtenſa — Conſtantino — adhuc pagano* in ſomnis, vbi et audiuit: *Conſtantine in hoc vinces.* Idem tamen obſeruat, alia plane diſputare *Hottingerum* in hiſt. eccleſ. c. IV. pag. 160. ſqq. *Harl.*] Itaque ad alia pergamus.

IV. *Claudius Molinetus*, canonicus regularis Congregationis Gallicanae, in Ephemeridibus Pariſienſibus anni MDCLXXXI. Ephemeride vndecima, pag. 130. ſeq. inſerendam dedit diſſertationem de veritate crucis, a Conſtantino viſae, confirmata ex numis antiquis. Etſi vero elegantia ſunt nec inficianda, quae ibi adfert de labaris, cruce et monogrammate Chriſti notatis, quale etiam occurrit in *Optatiani Porphyrii*, (Conſtantini aequalis,) Panegyrico tabula IX et XVI. edit. Velſeri: et qualia etiam obſeruata ſunt in numis aliiſque monumentis a *Baronio* ad A. CCCXII. num. 23. ſeqq. *Lipſio* lib. III. de cruce cap. 15. *Antonio Auguſtino* dialogo 1. de vſu numismatum, *Cangio* de inferioris aeui numismatis §. 24. et in familiis Byzantinis tabula IX. itemque ff) aliis; nullus tamen exſtat numus, nullum vetus monumentum, quo crux, in coelo a Conſtantino viſa, diſerte confirmetur. Quamquam non negauerim, Conſtantinum numis crucem, in coelo viſam, inſculpi curauiſſe, ſiue τῷ βασιλικῷ τῆς πολιτείας νομίσματι τό, τε οὐρανοφανὲς σημεῖον τοῦ σωτηρίου σταυροῦ καὶ θεανδρικοῦ χριστοῦ χαρακτῆρα ἐν αὐτῷ μετὰ τοῦ ἰδίου ἀνατυπώσασθαι, vt ait *Ioh. Damaſcenus* in Synodica ad Theophilum pag. 112. Nullum eiusmodi numum reperiri, notat *Banduriuſ* in imperio orientali, pag 796. qui pag. 633. e vetuſto codice Nazianzeni exhibet deſcriptam aere iconem Conſtantini M. Maxentium ad pontem Miluium vincentis, adpicto crucis ſigno, illique inſcriptis verbis ἐν τούτῳ νίκα. *Fabr.* — *Mich. Angelus de la Chauſſe* aureum Conſtantini M. numum de vrbe, deuicto ab exercitu gallicano Maxentio liberata explicuit et multa de Conſtantino M. eius viſione crucis et profeſſione doctrinae chriſtianae diſſerit, Romae 1703. 8. rec. in collectione plurium libellorum, ad artem numismaticam pertinentium, a *Chriſtoph. Woltereck* curata et inſcripta: *Electa rei numariae*, Hamburgi 1709. 4. nr. XXV. p. 282-291. *Harl.* Alios ſcriptt. laudat *Raſche* Lex. num. T. I. P. II. p. 851.

V. Non deſunt tamen ſcriptores veteres quamplurimi, qui Euſebii narrationi de cruce in coelo, non per ſomnum, ſed a vigilante conſpecta Conſtantino, ſuffragantur, licet nonnulla

ff) Vide B. D. *Dorſchei* pentadecadem diſſ. pag. 251. 252.

nulla eius paulo aliter referant. *Philostorgius* lib. I. cap. 6. ansam conuersionis Constantini ad christianam fidem narrans fuisse victoriam, de Maxentio reportatam, addit, circa eamdem, κατ' αὐτὴν, adparuisse τὸ τȣ̃ ςαυρȣ̃ σημεῖον κατὰ ἀνατολὰς ἐπιμηκιςὸν διῆκον, αἴγλης αὐτὸν καταπληττέσης καὶ ἀςέρων αὐτὸν κύκλῳ περιθεόντων ἴριδος τρόπῳ καὶ πρὸς γράμμα τὸν χαρακτῆρα ῥυθμιζομένων. Τὸ δὲ ἄρα ῥωμαίων ἔλεγε φωνῇ, ἐν τȣ́τῳ νίκα. *Signum crucis in Oriente longissime protensum, luce quadam admirabili eam depingente, et stellis vndique circa eam currentibus instar coelestis arcus, et litterarum formam exprimentibus. Porro litterae latino sermone haec verba designabant: in hoc vinces.* Philostorgii vestigia legunt *Nicephorus* VIII. 3. Cedrenus et Zonaras in annalibus. At *Socrates* lib. I. hist. cap. 2. [¶] ἐν τοιαύτῃ τοίνυν ἀμφισβητήσει τυγχάνοντι, καί πȣ ἅμα τοῖς ςρατιώταις ὁδεύοντι, συνέβη θαυμάσιόν τι καὶ λόγȣ κρεῖττον θεάσασθαι. Περὶ γὰρ μεσημβρινὰς ἡλίȣ ὥρας, ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινȣ́σης, εἶδεν ἐν τῷ ȣ̓ρανῷ ςύλον φωτὸς ςαυροειδῆ, ἐν ᾧ γράμματα ἦν λέγοντα, ἐν τȣ́τῳ νίκα. Τȣ̃το φανὲν τὸ σημεῖον τὸν βασιλέα ἐξέπληττεν. Αὐτός τε τοῖς οἰκείοις σχεδὸν ἀπιςῶν ὀφθαλμοῖς ἠρώτα καὶ τȣ̀ς παρόντας, εἰ καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ἀπολαύȣσιν ὄψεως. Τῶν δὲ συμφωνησάντων, ἀνεῤῥώννυτο μὲν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῇ θέᾳ καὶ θαυμαςῇ φαντασίᾳ. *Porro, dum in ancipiti deliberatione versatur Constantinus, forte illi, cum militibus iter facienti, admirabilis quaedam et quae omnem dicendi vim superat, visio oblata est. Horis enim meridianis quum iam dies vergeret in vesperum*, lucis columnam instar crucis *in coelo videt, cui inscripta erant*, (*Nicephorus* VII. 29. eamdem rem e Socrate referens, interserit verba: γράμμασι Ῥωμαϊκοῖς δι' ἀςέρων ἐκτυπωθεῖσιν *litteris latinis per stellas ex simili luce expressis*,) *haec verba: In hoc Vince. Huiusmodi signo statim obstupefactus est imperator. Nec iam suis ipse oculis satis fidens, interrogauit eos, qui aderant, num et ipsi idem signum vidissent. Quibus idem sibi quoque visum esse testantibus, imperator quidem confirmatus est diuina illa ac mirabili visione.* Ex hoc Socratis loco emendandus Suidas in Μαξέντιος, vbi male ςροφειδῶς excusum pro ςαυροειδῶς. εἶδεν ἐν τῷ ȣ̓ρανῷ ςύλον πυρὸς ςαυροειδῶς γράφοντα, ἐν τȣ́τῳ νίκα, καὶ γέγονε χριςιανός. *Vidit in coelo lucis columnam crucis forma, scribentem, in hoc vince, et factus est Christianus. Gelasius* Cyzicenus in Historia concilii Nicaeni lib. I. cap. 4. celebrans, quantopere Deus adamauerit Constantinum, δείξας αὐτῷ τὸ σωτήριον τȣ̃ ςαυρȣ̃ σύμβολον φωτοειδῶς ἐν τῷ ȣ̓ρανῷ, *ostendens ei salutare Crucis signum, ex lucis splendore in coelo figuratum*, additis litteris, quibus visionis vsus ac vis significaretur, τȣ́τῳ νίκα, *hoc vince:* subiungit, istud nec Graecis nec Iudaeis fabulam videri debere, quum multa ex vtrorumque libris incredibiliora proferri queant, quae tamen ab illis credantur esse verissima. Scriptor anonymus actorum concilii Nicaeni, quae ex codice regis Christianissimi et Seguieriano edidit *Combesisius* historiae Monothelitarum pag. 576. Photius autem cod. CCLVI. retulit sub titulo πολιτεία τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Μητροφάνȣς καὶ Ἀλεξάνδρȣ pag. 765. συμπλακεὶς μάχῃ (πρὸς Μαξέντιον ὁ Κωνςαντῖνος) τὰ πρῶτα μὲν ἐγγὺς γίνεται τȣ̃ λαβεῖν τὸ ἧττον. Φανέντος δ' αὐτῷ κατὰ τὸν ȣ̓ρανὸν τȣ̃ τύπȣ τȣ̃ ςαυρȣ̃ φωτὶ αὔλῳ ἐγκεχαραγμένȣ, καὶ γράμματι τῆς αὐτῆς ὕλης εὐαγγελιζομένȣ τὴν νίκην· ἔλεγε γὰρ τὸ γράμμα, ἐν τȣ́τῳ νίκα· συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις καὶ τȣ̃ πολέμȣ καὶ τȣ̃ τυράννȣ σκυλεύει τὸ κράτος. [¶] *Commissa cum Maxentio pugna, parum abfuit, quin vinceretur Constantinus. Crucis demum in coelo adparente figura, insculpta illa immateriali lumine atque litteris ex eodem lumine adnuntiantibus victoriam; dicebat enim scri-*

ptura: in hoc Vince; cum hostibus congressus belli pariter et tyranni vim frangit. Duo hic cum Maxentio commissa praelia supponit scriptor; addit enim; πρὸ δὲ τῆς συμπλοκῆς τὴν θείαν ὄψιν εἰς τροπαίε σχῆμα μορφώσας καὶ χρυσοκολλήτοις λίθοις ἁρμόσας, ἔδωκε φέρειν τοῖς προϊππεῦσι. *Ante vero praelium* (alterum puta), *quam viderat ostensam crucem tropaei instar efformans, gemmisque auro insertis concinnans, iis ferendam dedit, qui equitatui praeibant. Michael Glycas* parte IV. Annalium pag. 247. Ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἡνίκα κατὰ Μαξεντίε ἐστράτευε, τότε εἶδεν ἐν ἐρανῷ τὸν τίμιον σαυρὸν, ἐφ' ᾧ νενίκηκεν, εἶτα ῥαθυμήσας καὶ κατ' ἐχθρῶν ὁρμήσας ὕπνωσε, καὶ κατ' ὄναρ ὑπὸ ῥάβδε πλήττεται τὲς μυκτῆρας, κἀκεῖθεν αἷμα ἐξιὸν τὸν σαυρὸν ἐν ὀθόνῃ χάραξε. *Quo tempore Constantinus Magnus copias contra Maxentium ducebat, signum venerandae crucis in aëre conspexit, indeque cum hoste congressus victor discessit. Tum vero negligentior factus, vbi rursus in hostem prorupisset, victus est, quo detrimento accepto quendam in moerorem incidit et consopitus est. Heic per quietem visus est sibi nares virga quadam verberari. Moxque de naribus sanguis promanans in veste linea notam crucis expressit.* Auctor Chronici, quod Alexandrinum vulgo vocant, et praestantissimus Cangius in editione sua inscripsit Chronicon Paschale, pag. 280, κινήσαντος κατὰ τῶν δυσσεβεστάτων τυράννων Μαξιμίνε, Γαλερίε καὶ Μαξεντίε, ὤφθη αὐτῷ κατὰ αὐτῶν ἀπερχομένῳ πολεμῆσαι, φωτοειδῶς ἐν τῷ ἐρανῷ τὸ σημεῖον τε σαυρε μέσον, καὶ ὑποκάτω διὰ φωτοειδῶν γραμμάτων ταῦτα, ἐν τέτῳ νίκα, καὶ φανερώτατα. *In impiissimos tyrannos, Maximinum, Galerium, et Maxentium* (Constantino) *bellum mouenti, quum in eos praelio decertaturus progrederetur, fulgens in coelo Crucis signum in medio adparuit, in cuius infima parte* (ita malo reddere hunc locum, quam cum eruditissimo Cangio: *crucis signum adparuit, in cuius media et infima parte*) *fulgidis et manifestis characteribus scriptum erat, in hoc Vince.*

VI. Obtulit sese crux videnda Constantino post proelia, cum barbaris commissa, de quibus *Nazarius* in panegyrico c. 18. sub dio in castris, quum Romam obsideret, An. Christi CCCXII. die septimo Kal. Nouembris. Hoc recte colligit Stephanus Baluzius, vir supra laudes, e Lactantio, qui somnium Constantini, quod Eusebius mox insequutum esse post visam in coelo crucem adfirmat, perspicue ad illum [16] locum et ad illud tempus retulit. *Dimicatum, et Maxentiani milites praeualebant, donec postea confirmato animo Constantinus et ad vtrumque paratus* (vrbem obsidendam et praelio decernendum) *copias omnes ad vrbem propius admouit, et e regione pontis Miluii consedit. Imminebat dies, quo Maxentius imperium ceperat, qui est ad sextum Kalendas Nouembris, et Quinquennalia terminabantur. Commonitus est in quiete Constantinus etc.* Non igitur audiendi sunt ii, qui, coniecturis quibusdam leuibus ducti, hanc visionem contigisse existimant Augustoduni, quum in Galliis Constantinus versaretur, vel ad Vesontinam ciuitatem, vt contendit, patriae [gg]) suae hanc gloriam vindicaturus, *Petrus Franciscus Chifletius*, Vesontionensis, in dissertatione edita Parisiis anno MDCLXXVI. et *Tillemontius* tom. IV. historiae imperatorum gallice editae, pag. 573. seq.

VII. Multo

gg) Egregium *Dan. Papebrochii* monitum T. 5. Actor. Maii pag. 20. *Laudandum est enim vero ornandae patriae studium, nescio, an vlli moderandum magis quam historico, nisi enim id fecerit, quanto fuerit eruditior, tanto pronior erit ad patrias traditiones qualescunque animosius fidentiusque propugnandas, nec poterit, quam sint eae male fundatae, agnoscere.*

VII. Multo minus audiendos putauerim, qui cum *Iacobo Oiselio* in thesauro numismatum antiquorum pag. 463. totum hoc negotium de cruce, ostensa Constantino, referunt ad pias veterum fraudes, siue cum *Iacobo Tollio* in notis ad Lactantium et in praef. ad gallicam Longini versionem, ab acutissimo Boilauio Despraeo concinnatam, habent pro strategemate, non minus scito, quam fuit illud Philippi Macedonis, quo Phocenses, templi Delphici spoliatores, protriuit, iussis militibus suis coronas laureas Dei insigne sumere, atque ita veluti Deo duce in praelium pergere, teste *Iustino* VIII. 2. vel Antiochi illud cognomento Soteris, qui, cum Galatis proelium conserturus, Alexandrum M. professus est, sibi adstitisse per somnium, ac κελεύειν σύνθημα πρὸ τῆς μάχης παραδοῦναι τῇ στρατιᾷ τὸ ὑγιαίνειν, praecepisse tesserae loco dari militibus suis vocabulum ὑγιαίνειν [hh]) siue *valere*, quo facto insignem illam de hoste victoriam [[?]] retulit, vt narrat *Lucianus* pro lapsu inter salutandum tom. I. pag. 499. seq. vel Antigoni, qui Alexandro in regno Macedoniae successit, atque exercitui suo persuasit, vidisse se in coelo pentagonum Salutis Symbolum cum verbis ἐν τούτῳ νίκα, illoque scuta militum suorum ornauit; vel denique regis primi Portugalliae, Alphonsi Henrici, qui (ex relatione, anno 1596. demum publicata,) traditur anno 1142. conflicturus cum incredibili Maurorum multitudine, Christum vidisse, in cruce splendida promittentem sibi victoriam, et futura familiae suae fata praedicentem. At enim ab his omnibus longe diuersa est, quae Constantini oculos perstrinxit, coelestis crux, quia non solus eam vidit Constantinus, sed totus exercitus, τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν, teste Eusebio, eam oculis vsurpauit, et est admiratus. Itaque haec res Constantini quidem, sed non solius fide nititur, quum multi, qui exercitui illi interfuerant, Eusebio scribente, adhuc superstites, eum facile potuissent mendacii conuincere, nisi vere hoc de ipsis prodidisset. Atqui nec *Zosimus*, ethnicus, qui diu post scripsit, Constantini nomini infestissimus, hoc velut a Christianis falso proditum exagitat, sed abominatus, plane praetermittit, et loco eius ostentum nocturnarum, muros vrbis Romae opplentium, memorat lib. II. cap. 16. Quemadmodum *Nazarius* in Panegyrico cap. 14. de coelo missos in subsidium Constantini auxiliatores refert: *Flagrabant verendum nescio quid vmbones corusci, et coelestium armorum lux terribilis ardebat; tales enim venerant, vt tui crederentur. Haec ipsorum sermocinatio, hoc inter audientes ferebant: Constantinum petimus, Constantino imus auxilio.* [Addi potest locus *Eumenii* Paneg. c. 21. de quo egit *I. C. Wernsdorf.* diss. de viso Constantini M. in *Ferd. Stosch* Mus. Crit. vol. II. p. 131. sq.] Silentium vero Aurelii Victoris minus miramur, tam exiguo in compendio, quum e Christianis crucem visam praeterierint etiam Sulpicius Seuerus, atque in historia sua ipse *Eusebius*, contentus dixisse, Constantinum τῆς ἐκ θεοῦ συμμαχίας ἀνημμένον *diuino adiutum auxilio*, hostes fudisse, et deinde victorem Romae imagini siue statuae suae cum cruce adposuisse hanc hypographen: τούτῳ τῷ σωτηριώδει σημείῳ, τῷ ἀληθινῷ ἐλέγχῳ τῆς ἀνδρείας, τὴν πόλιν ὑμῶν ἀπὸ ζυγοῦ τοῦ τυράννου διασωθεῖσαν ἠλευθέρωσα etc. *Hoc salutari signo, quod verae virtutis insigne est, vestram vrbem tyrannicae dominationis iugo liberatam seruaui.* lib. IX. 9. Neque Constantini fidei, qui iuratus *Eusebio* crucem visam a se in coelo adfirmauit, vel hilum detrahere potest *Zosimi* calumnia, qui lib. II. c. 27. ait sollemne ipsi fuisse iurisiurandi religionem

hh) *G. I. Vossius* IX. 36. de Idololatria, et *Stephan. le Moyne* pag. 89. ad Varia sacra, Pentagonum impertitum esse ab Antiocho militibus adfirmant, nescio quo auctore, licet constet, Pentagonum esse symbolum τοῦ ὑγιαίνειν. Nisi forte colligunt hoc e numo, quem dat *Pierius Valerianus* libr. XLVII. de Hieroglyphicis Aegyptior. c. 37. [conf. *Schroeckh* hist. eccl. I. m. pag. 78. sq.]


gionem violare, *τοὺς ὅρκους πατήσας, ἦν γὰρ τοῦτο αὐτῷ σύνηθες*, nam illo ipſo in loco, quo Conſtantinum [P] periurii reum peragit, falſo hoc a Zoſimo et ex praeconcepto adverſus Conſtantinum odio fieri palam eſt, quum Licinius, quem contra fidem ſacramenti occiſum Theſſalonicae queritur, res nouas interim denuo ſit molitus, teſte Socrate et aliis. Et quoniam nonnulli, neſcio quo ſtudio, malunt vni Zoſimo, ethnico, Conſtantinum proculcanti, credere, quam mille Chriſtianis, audiant et alterum ethnicum, *Praxagoram*, Athenienſem, qui in libris de Conſtantino, quos legit *Photius* cod. LXII. fatetur, *ὅτι πάσῃ ἀρετῇ καὶ καλοκαγαθίᾳ καὶ παντὶ εὐτυχήματι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀπεκρύψατο.* *Quod omni virtutum et honeſtatis genere, omnique adeo felicitate omnes omnino, qui ſe anteceſſerunt, imperatores facile obſcurauit Conſtantinus.* Argumentis ceteris, quibus totum hoc de viſa cruce negotium praefidenter nimis inter commenta adſcripſerunt viri quidam docti, diatriba ſingulari, Witebergae Anno 1706. edita, ſatisfecit clariſſimus doctrina atque ingenio vir et collega meus coniunctiſſimus *Io. Chriſtophorus Wolfius*, Wernigerodenſis: itaque hoc in loco nihil aliud addo, quam Centuriarum Magdeburgenſium ſcriptores a *Molineto* [ii]) praeter rem referri inter eos, qui narrationem illam Euſebii plane in dubium vocant adque aſpernantur: Centuria enim quarta duobus in locis, capite ſecundo et tertio decimo, ita illam referunt, vt pro vera habuiſſe ſe non obſcure teſtentur.

VIII. Quemadmodum autem vere crucem in coelis viſam a Conſtantino fuiſſe, non ſine cauſſa, vt opinor, mihi perſuadeo, ita ex altera parte vix ac ne vix quidem adſentior iis, qui per ſingulare miraculum hoc a Deo factum opinantur. Neutiquam ſane, quod dubitem de diuina potentia, quis enim ſtupor eſſet exiſtimare, Deum, qui coelum et terram, qui ſolem et ſidera condidit, eumdem, ſi velit, non poſſe etiam crucem lucidam praeter conſuetas naturae leges producere, atque in coelis tropaei inſtar ſuſpendere. At viciſſim leges naturae tanta mihi ſapientia et tam conſulto a ſummo numine ſancitae videntur, tanta quoque eſt cordatorum omnium iudicio poſt ſtabilitam vtriusque foederis eccleſiam miraculorum non inficiandorum raritas, vt, qui narrationibus quibuscumque incredibilibus diuinae ſtatim omnipotentiae magnitudine volunt fidem addere, [P] iis occinendum ſit illud Ciceronis 2. de diuinatione, quod potuiſſet Deus illos quoque, qui nihil non credunt, minus ſuperſtitioſos reddere, ſi voluiſſet. *Nihil eſt, inquiunt, quod Deus efficere non poſſit. Vtinam ſapientes eos effeciſſet, ne omnia cum ſuperſtitioſa ſollicitudine et miſeria crederent.* Praeterea, ſi ex naturalibus cauſſis, et vſu vitae de re aliqua conſtat, non minus temere recurritur ad miraculum, quam imperiti quondam aſtronomiae populi, et maiorum noſtrorum memoria Americani, eclipſes tamquam prodigia, a Deorum indignatione profecta, exhorruerunt. Quum igitur narratio de cruce, a Conſtantino viſa, eiuscemodi ſit, vt non admodum conueniat aliis viſionibus diuinis, et per miraculum factis: Saulo enim, quum in Paulum, apoſtolum, et vas electum conuertendus eſſet, non nuda crux, ſed Chriſtus ipſe, quem perſequutus erat, adparuit, ne de S. Stephano repetam, quod in praefatione iam dixi: quum porro crux illa ex phaenomeno naturali commode ac perſpicue poſſit explicari: quum phaenomenon illud naturale ſit adeo rarum, vt longe facilius, quam eclipſes, potuerit in admirationem rapere Conſtantinum, militesque ſpectantes, et miraculi ſpeciem

illis

ii) Ephemerid. Pariſ. An. MDCLXXXI. pag. 131. ed. Amſtelod.

Ad pag. 711.



Paraselenæ Gedani A. 1660. die 17 Decembris observatæ à Io. Hevelio, et delineatæ in libro de Mercurio in Sole viso post paginam 172.

illis obiicere: quum denique aeuo Conſtantini non adeo magna, certe non per vulgus, fuerit peritia intimior phyſices, opticesque et aſtronomiae: non video, qui poſſit abſurditatis vel impudentiae argui opinio, qua veriſimillimum mihi videtur, crucem, Conſtantino eiusque exercitui in coelo oblatam, fuiſſe admirandum eiusmodi phaenomenon naturale, quo crux lucida in Halone ſolari cum parheliis conſpici ſolet, neque magis ideo adſcribendam miraculis, quam quod Dio Caſſius inter prodigia, euerſionem reip. romanae portendentia, temere retulit τὸν ἥλιον ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι δοκῶμενον, ἕνα γε αὐτῶν στεφάνε πυρώδες τινὸς περιέχοντες, *ſolem triplicem viſum et corona ignea circumdatum; Xiphilin.* pag. 33. edit. Rob. Stephani.

IX. Notum eſt aſtrophilis, pleroſque Halones ſolares et parhelios [kk]), vti lunares quoque et paraſelenas, ſine cruce adparere, [¶] ac praecipue circa ſolares coronas et parhelios cruces eſſe rariſſimas, quo magis miranda res Conſtantino viſa merito fuit, quum hodieque multi ſint, quos facile credo per omnem vitam ne parhelios quidem, ne dum crucem in halone ſolari vidiſſe. Neque enim aër ſemper tranquillus, neque nubes tranquillo aëre ita ſunt frequentiſſime comparatae, vt ſpecularibus veluti et glacialibus granulis cylindricis ſemipellucidis turgidae, ſolis imagines tam fulgidas reddere, et circa eas arcus, e quibus inchoatis fere cruces conſtituuntur, circumſcribere poſſint. Fieri illud tamen nonnumquam, et naturae legibus fieri, res eſt phyſicorum et aſtronomorum filiis teſtatiſſima, vt patet vel ex figura Halonis ſolaris, quam e Transactionibus philoſophicis anglicanis, anno 1670. editis, numero LX. hic (Tab. I. Fig. 1. 2. 3 4.) adiunxi, et cui praeter alteram a celeberrimo Heuelio et tertiam a Caſpare Buſſingio obſeruatam addidi, etiam quarto loco vnam Halonis lunaris, non minus crucem in ſe conſpicuam habentis, quam de nocte VII. Cal. Februarii Anno MDCLXXXIV. ipſe oculis vſurpare me memini Lipſiae admodum adoleſcens. Iam ſi Euſebii deſcriptionem crucis, a Conſtantino viſae, accuratius inſpiciamus, huic ſane phaenomeno naturali Halonis ſolaris nihil non in ea fauere intelligemus, Formam Materiam, Tempus, Spectatores. Diſerte enim ait, fuiſſe ὑπερκείμενον τε ἡλίε σαυρε τρόπαιον, *crucis tropaeum ſoli ſuperpoſitum,* vt ſolem vel parhelium decuſſatim ſcinderet, quemadmodum in adpoſita figura videmus: deinde ait Euſebius, *conſtitiſſe ex luce*, ἐκ φωτὸς συνιςάμενον, neque enim ex alia re cruces in halonibus eiusmodi conſtant, quam ex luce ſolis mirifice refracta in nubibus, perinde fere vti calix e vitro ſub radiis ſolis in aëre libratus, halonem quemdam in menſa ſuppoſita deſcribit. Nec fides habenda *Eutychio* tom. I. Annal. pag. 423. et aliis, narrantibus, *Crucem, e ſtellis fulgentem*, Conſtantino per ipſum meridiem adparuiſſe. Porro addit Euſebius, adparuiſſe crucem illam in coelo ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίε ὥρας ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινέσης *horis diei meridianis* [ll]), *ſole in*

kk) Confer deſcriptiones Halonum ſolarium et parheliorum factas a Gaſſendo, Carteſio, Heuelio, Hugenio, tum, quae exhibentur in Transactionibus philoſoph. anglicanis A. 1670. pag. 1065. ſq. In Actis erud. T. 2. ſupplem. pag. 229. ſq. et a. 1694. menſe Iul. pag. 320. In Nouis lit. maris Baltici A. 1701. p. 1075 ſq. et 1702. p. 116. In Obſeruationibus hiſtoricis Hamburg. A. 1699. p. 150. Memoires de Trevoux 1701. II. pag. 342. Galleria di Minerva. T. 3. pag. 263. etc.

ll) *Io. Columbus* in notis ad Lactantii cap. 44. de mortibus perſequutor. p. 216. docet, meridiem vocari non raro veteribus, tempus, quod poſt medium diem eſt, ſiue quod non longe antecedit occaſum ſolis. Atque ita intelligendum eſſe hoc loco Euſebium, oſtendunt verba, ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινέσης, *die in veſperum inclinante.* Itaque in Originibus CPol. *Combefiſii* pag. 26. eſt περὶ δειλινήν.

in occasum vergente. Quis vero nescit, hoc ipsum esse tempus solenne, quo conspiciendos se Halones solares [P] praebent hominibus, non minus quam tempus matutinum. *Aristoteles* III. 6. Meteorolog. vbi de parheliis, virgis etc. γίνονται δὲ, ὥσπερ εἴπομεν, περί τε τὰς δυσμὰς καὶ περὶ τὰς ἀνατολάς. *Contingunt autem, vt diximus, circa occasum et circa ortum solis.* Neque autem tempus ortus vel occasus tam arcte hic computandum est, quin horas aliquot, ortum sequentes, vel antecedentes occasum, complectatur, quemadmodum vsus et exempla parheliorum visorum demonstrant. Denique, quod non Constantinus solus, sed etiam exercitus illam crucem viderunt, hinc maxime credibile est, non fuisse istam visionem eiusmodi miraculosam, qualis contigit Paulo, diuinitus perculso, comitibus ipsius nihil spectantibus; sed vere naturale fuisse phaenomenon, non minus militum quam Constantini oculis obuium, quo ipso tamen, velut iride, Deus ad rem singularem signandam vti potuit.

X. Probabiliorem hanc sententiam, ni fallor, reddunt vel maxime exempla consimilia: nam et saepius accidisse eiusmodi in coelo visum, et prodigii instar ac miraculi diuini adtonitos reddidisse mortales, accepimus, vt vel omnia illa negare, vel praeter verisimilitudinem adscribere miraculis, vel Constantini pariter ac ceteras, quas iam commemoraturus sum, cruces in coelo visas, de phaenomeno naturali explicare cogamur. Praetereo, quod *Nicephorus*, non magna fide scriptor, Constantino ipsi iterum iterumque postea crucem, in coelo visam, siue narrat, siue fabulatur. Semel in obsidione Byzantii, VII. 47. hist. *Vespera diei erat, et imperator languidus, et moestus inopia consilii continue oculos in coelum intendit, atque ibi rursum, itidem vt Romae, quum contra Maxentium bellum gereret, scripturam stellarum ordine atque distinctione conformatam vidit, hoc sic significantem: Inuoca me in die tribulationis tuae, et liberabo te, et glorificabis me* (ex Psalm. L. 15.) *Stupore igitur percitus rursum oculos in coelum sustulit, atque iterum* καὶ σαυρὸς πάλιν ἀπὸ ἀστέρων ἐστηριγμένος ἐν οὐρανῷ καὶ γραφὴ περικύκλῳ ταῦτα διαγορεύουσα, ἐν τούτῳ τῷ σημείῳ πάντας νικήσεις τοὺς πολεμίους. *Crucem stellis sicuti antea effigiatam in coelo, et inscriptionem circum eam conspexit, cuius haec sententia erat: In hoc signo hostes omnes vinces.* Iterum deinde, quum aduersus Scythas pugnaturus esset Constantinus, Danubio per pontem saxeum iuncto VII. 49. *Istrum fluuium, qui Danubius quoque dicitur, ponte saxeo iunxit: eoque transitio, Scythicam gentem, quae vltra id flumen coluit, sibi subiugauit. Quo tempore* [P] *ei denuo in coelo* τὸ σωτήριον ὅπλον *salutifera illa armatura adparuit, victoriamque eam, sicuti et antea, conciliauit*, siue, vti malim reddere, *fidem repertandae victoriae fecit*, τὴν νίκην ἐμνηστεύσατο. Confer, si placet, *Gretserum* lib. II. de Cruce cap. 30. seq.

Melioribus testibus nititur, quae sub Constantio, imp. anno Christi CCCLI. visa est crux in coelo, Nonis Maii, quam ita describit *Cyrillus*, *Hierosolymitanus*, in epistola ad Constantium περὶ τοῦ ἐν οὐρανοῖς φανέντος σημείου τοῦ σαυροῦ pag. 306. praeclarae editionis Thomae Milles: ὁ μακάριος σαυρὸς φωτὸς μαρμαρυγαῖς ἀπαστράπτων ἐν Ἱεροσολύμοις ὤφθη. Ἐν γὰρ ταῖς ἁγίαις ταύταις ἡμέραις τῆς ἁγίας Πεντεκοστῆς νόναις Μαΐαις περὶ τρίτην ὥραν παμμεγέθης ὁ σαυρὸς ἐκ φωτὸς κατεσκευασμένος ἐν οὐρανῷ ὑπεράνω τοῦ ἁγίου Γολγοθᾶ καὶ μέχρι τοῦ ἁγίου ὄρους τῶν ἐλαιῶν, *beata crux lucis radiis resplendens, visa est Hierosolymis. Sacris enim hisce Pentecostes diebus, Nonis Maii circa horam tertiam diei,* (ex nostra computandi ratione circa octauam matutinam,) *permagna crux, ex luce facta, in coelo*

coelo super sanctum Golgatha, ad vsque montem extensa oliuarum, adparuit. Meminit et *Eutychius* t. I. pag. 475. seq. Chronicon orientale fol. 57. Paschale pag. 292. in Graecorum Horologio pag. 413. ad VII. Martii. Ἡ ἀνάμνησις τȣ͂ ἐν ȣ̓ρανῷ φανέντος σημείȣ τȣ͂ ςαυρȣ͂ ἐν τῇ πόλει Ἱερȣσαλὴμ περὶ ὥραν γ΄ τῆς ἡμέρας ἐπὶ Κωνςαντίȣ βασιλέως ἀπὸ τȣ͂ ἁγίȣ κρανίȣ ἐκτεταμένȣ δι᾽ ἀςέρων ἕως τȣ͂ ἁγίȣ ὄρȣς τῶν ἐλαιῶν. In Ephemeridibus Moscorum, quas figuris siue iconibus illustratas edidit *Papebrochius* ante t. I. Maii, ad diem Maii septimum *memoria crucis adparentis tempore Constantii:* licet in icone adparitio Constantino M. facta repraesentetur. Vide et *Iac. Gretserum* lib. 2. de Cruce cap. 45. seq. Imperatorem non ipsum vidisse hanc crucem, sed ex aliorum relatione, et ex Cyrilli epistola, certiorem de hac re factum, tradit *Sozomenus* IV. 5. At enim Hierosolymis quidem non vidit; verum in castris contra Magnentium pugnaturus vidit, si credimus *Philostorgio* III. 26. Ὁ μὴν ȣ̓͂ν Κωνςάντιος ἐγκρατὴς τȣ͂ τυράννȣ γίνεται, κἀνταῦθα τȣ͂ σημείȣ τȣ͂ ςαυρȣ͂ ἐπὶ μέγιςόν τε προφανέντος καὶ καταπληκτικωτάταις αἴγλαις ὑπερασράψαντος τὸ τῆς ἡμέρας φῶς. Ὤφθη δὲ ἐπὶ τῶν Ἱεροσολύμων περὶ τὴν τρίτην ὥραν μάλιςα τῆς ἡμέρας, ἑορτῆς τῆς λεγομένης Πεντηκοςῆς ἐνιςαμένης. Ὁ δὲ θεογράφος τύπος ἐκεῖνος ἀπὸ τȣ͂ λεγομένȣ κρανίȣ μέχρι καὶ τȣ͂ ἐλαιῶν ὄρȣς διήκων ὡρᾶτο, ἴριδος μεγάλης ςεφάνȣ τρόπον πανταχόθεν αὐτὸν περιελιττέσης. Ἐδήλȣ δὲ ἄρα ἡ μὲν ἶρις τὴν τȣ͂ ςαυρωθέντος καὶ ἀναληφθέντος εὐμένειαν, [ὁ] ὁ δὲ ςέφανος τὴν τȣ͂ βασιλέως νίκην. Τὸ δὲ σελασφόρον ἐκεῖνο καὶ σεβάσμιον θέαμα ȣ̓δὲ τοῖς ἐπὶ ςρατοπέδȣ ἀθέατον ἦν etc. *Et Constantinus quidem victoriam de tyranno* (Magnentio) *reportauit, quum signum Crucis illic quoque visum esset ad longissimum spatium protensum, et diurnam lucem splendidissimis ad stuporem vsque radiis longe superans. Adparuit autem Hierosolymis circa horam tertiam eius diei, quae vulgo dicitur Pentecoste. Porro hoc signum diuinitus pictum a Caluariae monte vsque ad montem oliuarum pertingere videbatur, magna Iride instar coronae illud vndique ambiente. Et Iris quidem Christi crucifixi et in coelum adsumpti clementiam designabat: corona vero imperatoris victoriam. Porro splendidum istud ac venerandum signum, ne militum quidem oculos effugit, sed ab vtroque exercitu clare conspectum, Magnentium quidem et eos, qui a partibus illius stabant, vtpote daemonum cultui addictos, supra modum terruit: Constantio vero et iis, qui cum illo erant, inuictam quamdam fiduciam addidit.* At vero tempus praelii, aduersus Magnentium commissi, parum cum tempore [mm]) visae crucis conuenit, siquidem *Idatii* Fasti cum Magnentio Constantinum ad Mursam conflixisse testantur IV. Kal. Octobris (anno Christi CCCLI. Sergio et Nigriniano Coss.) quod confirmat Iulianus, imp. confectum illud bellum testatus, ληγȣ́σης ἤδη τῆς ὀπώρας, *autumnio iam desinente.* Orat. I. pag. 38. In iisdem Fastis ad 3. Kal. Februarii eiusdem anni traditur, adparuisse in Oriente signum Saluatoris, quod die Pentecostes adparuisse praeter iam laudatos referunt acta *Anthemii* apud Surium XX. Octobr. et Baronium ad annum CCCLIII. num. 23. auctor Chronici Alex. tum Theophanes, Cedrenus, Glycas, et Nicephorus IX. 32. Auctor historiae miscellae XI. 20. *Tunc Constantius, imperator, Gallum, patruelem suum, Caesarem fecit, cui nomen suum imponens Syriam Antiochiae habitandam destinauit, vt partes per eum custodirentur Orientales. Quo ad Antiochiam veniente, circa orientem signum adparuit in coelo die Pentecostes. Columna namque sub speciem crucis in coelo visa est* (ςύλος ςαυροειδὴς ἐν τῷ

mm) Confer *Ez. Spanhemii* notas ad Iulianum pag. 244. sq.

τῷ ἐρανῷ ὀφθείς. Socrati II. 28. hist.) *speciem luminis habens extensam a Golgotha vsque ad montem Oliuarum: in circuitu autem eius corona erat, velut Iridis speciem habens. Hoc et Constantius Gallus vidit.* Iisdem fere verbis e Socrate rem refert Tripartita V. 5. Meminit et Sanctus *Hieronymus* in Chronico, ex Pontaci editione: *Syriae populis crucis signum et maximo inspicientium terrore in Orientali plaga adparuit.*

[¶] Anno Christi CCCLXIII. quum Iulianus, imp. Hierosolymas instaurari iussisset, non modo *metuendi globi flammarum prope fundamenta, crebris assultibus erumpentes, fecere locum, exustis aliquoties operantibus, inaccessum*, vt praeter Christianos scriptores testatur *Ammianus Marcellinus* XXIII. 1. sed crux quoque, in coelo visa, terruit hostes Christianorum, vt his verbis refert *Gregorius, Nazianzenus*, inuectiua in Iulianum secunda non longe ab initio pag. 112. Ὃ δὲ ἐπὶ τέτε παραδοξότερον καὶ περιφανέστερον, ἔστη φῶς ἐν τῷ ἐρανῷ τὸν σαυρὸν περιγράφον, καὶ τὸ πρότερον ἐπὶ γῆς ἀτιμαζόμενον τοῖς ἀθέοις τὸ σχῆμα, νῦν ἐν ἐρανῷ δείκνυται πᾶσιν ἐπίσης, καὶ γίνεται τρόπαιον τῷ Θεῷ τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν νίκης, τρόπαιον παντὸς ὑψηλότερον. Πρὸς ταῦτα τί φήσονται οἱ τῶ αἰῶνος τέτε σοφοί; *Quod autem hoc etiam mirabilius clariusque fuit, lux in coelo stetit, crucem in orbem describens, ac nomen illud et figura, quae in terra prius impiis contemtui fuerat, in coelo nunc omnibus aeque ostenditur, Deoque victoriae, de impiis relatae, tropaeum efficitur, tropaeo omnisublimius et praeclarius. Ad haec porro quid dicturi sunt huius saeculi sapientes?*

Eneconi, Graciae, cognomento Aristae, filio, qui primus Arragoniae ac Nauarrae regis nomen adsumsit, (anno Christi DCCLVIII. vt ad illum annum notat *Antonius Pagi* num. 12.) idem plane, quod Constantino accidit, si credimus Lucio Marinaeo, Siculo, aliisque rerum hispanicarum scriptoribus. Quum enim aduersus Mauros praelio decertaturus esset, visum et illi in coelo crucis signum est; quo fretus primo statim impetu incredibilem vim hostium fudit protriuitque. Haec ipsa crux deinde ab Enecone armis insculpta, hodieque sempiternae memoriae ergo in Arragonici regni insignibus cernitur.

Anno quoque Christi DCCLXXIV. rubra Christi crux in coelis post solis occasum adparuit, vt notatum nn) Chronologo Saxoni ad illum annum, pag. 61. cuius loci indicium debere me fateor indicio *Nicolai Gurtleri* in historia Templariorum num. LXXVIII. Edidit illud Chronicum *Edmundus Gibson*, Oxon. 1692. 4.

Dodechinus, abbas, qui Chronicon continuauit Mariani Scoti, atque in Ioh. Pistorii collectione scriptorum rerum germanicarum [¶] legitur, ad annum Christi MCXLVII. p. 437. *Quum episcopus et omnis populus clerusque* (Merseburgensis), *qui ad diem festum conuenerant, adstarent, quasi iris in coelo adparuit, ac in medio cruces ostensae sunt.*

Robertus de Monte, in adpendice ad Chronicon Sigeberti Gemblacensis ad A. C. 1177. pag. 602. edit. eiusdem Pistorii; *In nocte Sancti Andreae factus est ventus vehemens, et in ipsa festiuitate et in praedicta vigilia adparuit lux, mane veniens ab Oriente vsque ad Occidentem,*

nn) In eodem Chronico ad An. DCCCVI. *Hoc ipso etiam anno XI. Non. Iunii crucis signum ostensum est in luna quodam Mercurii die sub auroram. Postea item hoc anno 3. Kal. Septembris mirabilis circulus conspicuus fuit circa solem.*

cidentem qua die pugnauerunt Christiani cum paganis apud S. Georgium de Ramula. Putabat enim Saaadin, qui duxerat vxorem Naraadin iam defuncti, quod possit capere vrbem Hierusalem, defensoribus destitutam, quia comes Flandrensis duxerat fere omnes Christianos milites ad obsidionem Harenc. Sed tamen rex Hierusalem et patriarcha et alii religiosi viri, habentes paucos milites, et seruientes, per virtutem sanctae crucis vicerunt innumerabilem exercitum paganorum, cuius crucis longitudo a terra ad coelum paganis adparuit, si ut ipsi dixerunt.

Matthaeus Paris ad A. C. MCCXVII. sub Richardo III. pag. 203. *Sub his quoque diebus mense Maio, feria scilicet sexta ante Pentecosten, excitata fuit prouincia Coloniensis in obsequium Saluatoris. Nam in villa de Bebou Frisia, adparuit in aëre triplex forma crucis: vna coloris candidi aduersus Aquilonem, altera versus Meridiem, eiusdem schematis et coloris: tertia medio colore colorata, habens crucis patibulum, et formam hominis, in eo suspensi, brachiis eleuatis et extensis cum infixione clauorum in manibus et pedibus et capite inclinato: Et haec media fuit inter alias, in quibus corporis humani effigies non adparebat. Alia vice et alio loco, in villa scilicet Frisiae, quae Fuserhuse adpellatur, crux adparuit iuxta solum crocaerulei coloris, et hanc plures, quam priorem, viderunt. Tertia adparuit in villa de Dockham, in qua B. Bonifacius martyrio coronatus est: vbi in festo eiusdem martyris, quum multa hominum millia conuenissent, visa est crux magna et alba, ac si lignum trabis ex transuersa alterius trabis artificialiter construeretur. Mouebatur autem paulatim ab Aquilone ad Orientem, et hanc plurimi homines conspexerunt. Nicephorus Gregoras* in extremo libr. VIII. ἐφάνη δὲ μετὰ βραχὺ καὶ ἕτερον ἐν οὐρανῷ σημεῖον. Περὶ γὰρ σταθερὰν μεσημβρίαν τοῦ ἡλίου τυγχάνοντος, ἐφάνη περὶ τὰ ἑσπέρια μέρη τοῦ οὐρανοῦ νέφος εἰς τύπον σταυροῦ, πολὺν ἐπέχοντος τόπον τοῦ οὐρανίου σώματος, ἐκ λευκοῦ καὶ μέλανος ὥσπερ συγκεκραμένον χρώματος. *Fabr.* Quas figuras homines, in lecto iacentes et vigilantes, etiam prudentes ab omnique studio aut errore superstitionis alieni, oculis paullatim compressis, nec omnino clausis, et motis varia ratione ciliis, fingere sibi possunt, prouti etiam ipsis volupe et radii solis aut luminis vmbraeque aliaque oculis obiecta, quae adspiciunt intentius, erunt diuersa? Quas figuras in coelo, nubibus densioribus modo concurrentibus, modo dispassis et disparatis, praecipue sub occcasum solis, animo concipere et fingendo quasi creare sibi aut ludere solent possuntque homines? Quaenam portenta spectraque videre, immo, quae audire sibi videntur homines meticulosi imprudentesque? Quas igitur figuras miraculaque fingere potest menteque concipere, tum varia ratione interpretari lubenterque credere solet superstitio et sancta simplicitas aliorum potissimum rationibus et narrationibus aut antiquioribus historiolis similibus ducta, nutrita auctaque? *Harl.*

Nescio, sitne hisce adiungendum, quod biennio post, anno MCCXIX. Waldemarus II. Daniae rex, in proelio cum Liuonis, amissa aquila siue vexillo suo, vidisse fertur descendentem ad se de coelo [[?]] albam crucem, rubro circumdatam cingulo, qua vexilli loco vsus, non modo militum suorum, iam terga dare hosti incipientium, ordines feliciter restituit; sed etiam Liuonorum aciem acerrimo conflictu perrupit, atque egregiam ad suos, fusis infidelibus, reportauit victoriam, ac praeterea multis eorum, vt Christo nomen darent, auctor fuit. Possit aliquis inde coniicere, halonis solaris, cum cruce non ita pridem in coelo visi, ectypon regem fieri curasse, atque vexilli loco, diuinitus dati, militibus suis commendasse.

dasse. Quum vero res tam feliciter et ex voto successisset, rex non modo Danebrogicum ordinem equestrem instituit, a coelesti illo labaro, quod Danebrogam vocabant, adpellatum, et cruce illa symboli et insignis vice donatum; sed et in insignibus quoque regni Danici crucem inde candidam in solo rubeo iussit comparere, vt narrant *Io. Isaacius Pontanus* Chorograph. Danicae pag. 770. et *Tho. Bartholinus* in diss. historica de Equestri ordine Danebrogico.

Thomas Brabantius, a monasterio in Artesia, vbi canonicus regularis fuit, Cantipratanus vulgo cognominatus, libro secundo Apiarii capite 3. sibi quoque crucem eiusmodi, in coelo conspectam, refert anno Christi MCCXLVI. *Ego fidelium nouissimus, antequam piissimus Ludouicus, Francorum rex, anno ab incarnatione MCCXLVI. crucem transmarinam susciperet, crucem in coelo ex clarissimo et sidereo lumine vidi, nec recolo me decentius et operosius formatam crucem vnquam sub aliqua materia vel figura vidisse.*

Denique, vt recentius quoque exemplum subiungam, *Philippus Melanchthon* in oratione de Iohanne, duce Saxoniae, tomo II. Declamationum pag. 738. *Eo*, inquit, *anno, quo primum mense Nouembri editae sunt reuerendi viri D. Lutheri propositiones de indulgentiis*, (notum est, hoc factum fuisse Anno MDXVII.) *cum ex templo Wimariae in natali Christi duo fratres* (Fridericus, elector, et Iohannes) *et filius dux Iohannes Fridericus vna post mediam noctem, vt magna in vtroque erat reuerentia erga res diuinas, egrediuntur cum frequenti comitatu, vident supra arcem, coelo sereno, fulgentem crucem purpuream satis magnam et perspicue expressa figura. Ibi cum diu starent attoniti spectatores, fratres colloqui de religione coeperunt, et eo signo portendi futura certamina de doctrina et domus Saxonicae pericula vaticinati sunt.* Vix dubito quidem, hanc crucem principibus gloriosae [*] memoriae de nocte visam, aliam fuisse, quam qualis in halonibus lunaribus offerre se solet, et qualem Figura 4. expressam vides, ac probe persuadeo mihi, lectorem aequum, si haec exempla cum Constantini cruce coelesti contulerit, minus mihi vitio daturum esse, quod illam quoque nihil aliud, quam naturale eiusmodi phaenomenon crucis in halone solari fuisse, audeam adfirmare.

X. Non deerunt tamen, qui huic sententiae vel maxime opinentur obstare, quam Cruci superadditam similiter Eusebio iurauit Constantinus γραφὴν, *hoc vince.* Quis enim vmquam in halone solari eiusmodi literas conspexit? quis sine absurditate tam admirandam scripturam coelestem caussis tribuet naturalibus? Equidem si mihi persuaderem, de litteris expressis, in coelo a se visis, siue graecis, siue latinis, (neque enim consentiunt inter se scriptores, qui Eusebii locum perperam, vt mox ostendam, acceperunt,) Constantinum istud vere adfirmasse, ne dubitarem quidem de miraculo, quoniam neque nugiuendulorum gerris de alphabeto naturali coelesti apud Gaffarellum fidem habeo, neque litteras hominum inuento et consilio significantes, a natura sola sibi relicta tam adposite coniungi credo: qua enim quaeso ratione in coelo per causas naturales ad significandam rem tam conceptam coire, et secundum regulas grammaticas construi posse hos characteres aliquis non plane plumbeus existimaret? Si vero circa litteras hasce fraudis haberem Constantinum suspectum, et quamquam iuratum, tamen haud dubitarem, verba dedisse Eusebium lectoribus, quum litteras illas in coelo Constantinus vidisse se adfirmauit, Eusebius scripsit: quo demum

demum colore possim reprehendere eos, qui vniuersum visum callidis commentis audacter accensent, et vniuersam narrationem pro falsa atque incredibili explodunt? Vide igitur, quomodo Eusebii verba intelligenda esse censeam! Ait nimirum ex ore Constantini, tropaeo crucis coelestis συνῆφθαι γραφὴν, λέγουσαν, τούτῳ νίκα *adiunctam fuisse picturam, indicantem, in hoc ipsi esse vincendum.* Qualis quaeso haec fuit pictura? Coronam fuisse respondeo, qualis solet esse halonum solarium, Coronam, inquam, symbolum notissimum victoriae [oo]). Non opus est, docere eruditos, γραφὴν recte a me transferri hoc loco picturam, et picturam recte posse dici λέγειν siue *innuere.* Minime autem coactam esse hanc interpretationem de corona, victoriam per crucem promittente, docet *Philostorgius*, qui III. 16. agens de [?] altera cruce coelesti, visa Hierosolymis, ἐδήλου δὲ ἄρα, inquit, ἡ μὲν ἶρις τὴν τοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀναληφθέντος εὐμένειαν, Ὁ ΔΕ ΣΤΕΦΑΝΟΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΝΙΚΗΝ. *Et Iris quidem Christi crucifixi et in coelum adsumti clementiam designabat*, CORONA vero IMPERATORIS VICTORIAM. Sic S. *Nazianzenus* de Corona, in coelis adparente, orat. IV. tom. I. pag. 112, οὗτος τῆς τοῦ Χριστοῦ νίκης ὁ στέφανος. *Haec victoriae CHRISTI corona erat.* Habemus igitur illud τούτῳ νίκα in coelo expressum γραφῇ, symbolo et pictura coronae, atque inde intelligimus, quam non modo ridicule; sed etiam contra Eusebii mentem Constantini visum interpretati sint plerique de litteris, vel graecis vel latinis, coelo inscriptis, τούτῳ νίκα, vel ἐν τούτῳ νίκα, *hoc vince*, *in hoc vince*, quas vel stellis vel luce diuina expressas sibi temere persuaserunt. Non mirum autem, in labaris, numis et aliis variis monumentis antiquis verba ipsa deinde inscripta potius cum cruce vel Christi monogrammate, etiam superstite Constantino, quam coronae symbolum conspici, quia illis clarius hoc, quod volebant, quam per symboli aenigma indicabatur. Adeo autem vulgare fuit olim, labari vel crucis figuram cum verbis τούτῳ νίκα passim adpingere, vt libris quoque vetustis ne sacri quidem argumenti, quin imo tabulae lusoriae apud *Gruterum* pag. MXLIX. 1. inscripta reperiantur. Neque aliam originem habet virorum quorundam doctorum error sane festiuus, qui scriptorem graecum Magni Etymologici Nicam adpellant, nomen inter grammaticos veteres graecos admodum incognitum. Quum enim in fronte codicis, qui fuit apud Angelum Politianum, adpictum esset labarum verbis ἐν τούτῳ νίκα, litteris ἐν τούτῳ ex altera parte detritis ac deletis, hae, quae supererant νίκα, egregiam istam de auctore libri Nica coniecturam viris praestantissimis suppeditarunt, vt ex Emerico Bigotio, quem Is. Vossius hoc docuerat, accepisse se refert *Aegidius Menagius* cap. LXXVI. Anti-Bailleti. In vetusto codice scriptorum laudati Nazianzeni similem inscriptionem notasse se testatur Montfauconus pag. 251. Palaeographiae graecae.

XII. Moneamne mantissae loco astrophiles etiam de loco altero insigni *Philostorgii*, quo aliud phaenomenon coeleste mirandum nobis enarrat, cui lux adferri poterit ex obseruatis virorum praestantissimorum nostrae aetatis, quibus talia propius cognoscere, inque domos superas scandere cura fuit. En Philostorgii verba XII. 8. Ἐκλείποντι δὲ τῷ ἡλίῳ φέγγος

oo) Haec explicatio ingeniosa est; sed cordato nemini poterit persuaderi. Ergo res eo redit, vt tota Eusebii narratio sit foetus fraudis piae. Qui nouit illa saecula, facile id adsentietur. *Heum.* Ego vero nolim temere adsentiri; sed, quae mea esset sententia aut opinio, iam supra declaraui. *Harl.*

φέγγος τι κατὰ τὸν οὐρανὸν συνανεφάνη κώνου σχῆμα παραδυόμενον, ὅ, τινες ἐξ ἀμαθίας ἀστέρα κομήτην ἐκάλουν. Καὶ γὰρ, ὧν ἐκεῖνος ἐδείκνυ, οὐδὲν ἦν κομήταις παράσημον. Οὔτε γὰρ τὸ φέγγος εἰς κόμην ἐπέβαινεν, οὔτε ἀστέρι ὅλως ἐῴκει, ἀλλ' οἷον λύχνου τις μεγάλη φλὸξ ὑπῆρχε καθ' ἑαυτὴν ὁρωμένη, μηδενὸς ἀστέρος θρυαλλίδος αὐτῷ τινος μορφὴν ὑποτρέχοντος. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ κινήσει παρήλλαττε. Καὶ γὰρ κινηθεὶς, ὅθεν ὁ ἥλιος κατ' ἰσημερίαν ἀνίσχει, ἐκεῖθεν τὸν κατὰ τῆς οὐρᾶς ἄρκτου τεταγμένον ἔσχατον ἀστέρα ὑπερενεγκὼν ἠρέμα προύβαινε πορευόμενος ἐπὶ δυσμὰς, ἐπεὶ δὲ διεμέτρει τὸν οὐρανὸν, ἀφανὴς ἦν, πλείους τεσσάρων μηνῶν ἐξανυσθείσης αὐτῷ τῆς πορείας. Ἡ δὲ κορυφὴ τοῦ φέγγους νῦν μὴν εἰς μῆκος μέγα ὠξύνετο, ὡς ἐκβαίνειν τοὺς τοῦ κώνου λόγους, νῦν δὲ πρὸς τὸ ἐκείνου μέτρον συνεστέλλετο, καὶ ἄλλα δὲ παρεῖχε τερατώδη θεάματα, δι' ὧν τῆς τῶν συνήθων φασμάτων ἐξηλλάττετο φύσεως. Ἤρξατο δὲ ἀπὸ μέσου θέρους σχεδόν τι μέχρι τῆς τοῦ μετοπώρου τελευτῆς. *Eo ipso tempore, quo sol defecit*, (sub Theodosio iuniore a. Chr. CCCCXI. d. 19. Iul.) *fulgor quidam in coelo adparuit, coni similitudinem referens, quem nonnulli prae imperitia cometam vocarunt. In his enim, quae fulgor ille nobis ostendit, nihil erat simile cometae. Nam neque in comam desinebat lux illa, neque vllam omnino stellae speciem praeferebat. Sed velut lampadis cuiusdam ingens flamma per se ipsam subsistens videbatur, nulla subtus stella ellychnii speciem praeferente. Sed et motus eius longe diuersus fuit a motu cometarum. Mota enim primum ab ortu solis aequinoctiali; inde vltimam stellam, in cauda vrsae sitam, transgressa, paullatim ad occasum processit. Postquam vero vniuersum coelum permensa est, tandem disparuit, quum cursus eius plusquam quatuor menses durasset. Porro eius vertex, nunc quidem in magnam longitudinem acuebatur, adeo, vt coni modum ac mensuram excederet, nunc vero ad coni mensuram redibat. Alias praeterea prodigiosas species oculis subiecit, quae a vulgarium signorum natura illam differre ostendebant. Coepit autem a media aestate et ad exitum ferme autumni perseuerauit.* Ne longior sim, tantum adnotabo simile admirandum ac rarissimum phaenomenon ante hos tres et viginti annos obseruatum esse ab illustri mathematico *Io. Dominico Cassino*, et accurate descriptum ac delineatum in ephemeridibus Parisiensibus a. MDCLXXXIII. pag. 131. Occurrit etiam in actis eruditorum Lipsiens. eiusdem anni pag. 174. vnde descriptionem integram petet, qui deliciis eiusmodi ducitur, conferetque, quae in iisdem actis a. MDCXCIV. pag. 58. de non plane diuersa coelesti luce ex obseruatione *Georgii Christophori Eimarti* traduntur.

AVCTORI LVCIS, DEO, GLORIA.

CAPVT

CAPVT XLI. (olim VIII. libri V. vol. VII.)

DE IVLIANO *), IMPERATORE, APOSTATA.

I. *Iuliani, Augusti, vita.* II. *Scriptorum eius codd. et editorum recensio.* III. *Epistolae, a Muratorio primum vulgatae ex cod. Ambrosianae bibl.* IV. *Index eorum, ad quos Iuliani epistolae exstant.* V. *De opere aduersus Christianos et aliis scriptis eius deperditis.* VI. *Alii Iuliani.* VII. *Catalogus scriptorum veterum, qui veritatem religionis desensitarunt.*

[Cum auctario *G. C. Harles*]

I.

Fl. Claudius IVLIANVS, Iulii Constantii [b]) et Basilines [c]) filius, (natus CPoli d. 17. Nou. a. Chr.

a) De *Iuliano* plures egerunt:

Praeter scriptores tam veteres quam recentiores historiae et ecclesiasticae et ciuilis atque praeter *Libanium* in panegyrico, Iuliano dicto, aliisque orationibus et declamationibus Iulianum suum omni laude extollentem, et praeter *Eutropium* X. 7. al. 14. sq. vbi interprr. in ed. Verheyck, et Tzschucke in nouiss. edit. plura differunt, de Iuliano memorandi sunt, *Ammianus Marcellinus* libr. 21. et 22. (cum eius icone) — vsque ad cap. 4. libri XXV. in illo capite quarto ingenii animi morumque vitia et virtutes Iuliani breuiter depingit, ita orationem exordiens: „Vir profecto heroicis connumerandus ingeniis, claritudine rerum et coalita maiestate conspicuus. Quum enim sint, vt sapientes definiunt, virtutes quatuor praecipuae, temperantia, prudentia, iustitia, fortitudo, eisque accidentes extrinsecus aliae: scientia rei militaris, auctoritas, felicitas atque liberalitas: intento studio coluit omnes vt singulas etc. Vide ad illos libros capitaque *Henr. Vales.* et reliquos interpretes in edit. Gronou.

Le Nain de Tillemont hist. des Emper. tom. IV. pag. 483. sq.

Bruckeri histor. crit. philos. tom. II. per. II. part. I. libr. I. cap. 2. pag. 293-303. et in adpendice s. vol. VI. pag. 270.-375.

Ezech. Spanhemii praefatt. ad Iuliani Caesares et opera.

Phil. René de la Bletterie Vie de l'Empereur *Julien*, avec deux Cartes geographiques, dressées pour l'intelligence des evenemens, qui y sont rapportées. II. partes. Paris. 1734. 12. rec. Amstelod. 1735. mai. 12. (al. 8.) — emendat. et auct. Paris. 1746. 12. mai. — ibid. 1776. 12. mai. — Haec vita accurate docteque, neque tamen sine omni partium studio confecta, et in VI. libros diuisa, in linguam *anglicam* ab *Anna Williams*, adiuuantibus Bowyero, Marklando et Clarke, Lond. 1746. 8. (v. Brüggemann in: View of the English editions etc. pag. 408. seqq.) et in linguam imprimis *theotiscam* est conuersa ex prioribus editionibus a *Ioh. Gebhardo Pfeil.* Francof. et Lips. 1752. 8. — Idem *Pfeil* scripsit libell. in quo Iulianum hostem doctrinae christianae, vt inprimis ingeniosum callidumque ita quoque acerrimum et maxime periculosum at a deo demum deuictum describit: *Der göttlich besiegte Iulian, aus der Lebensbeschreibung desselben vorgestellt.* Gothae. 1754. 8.

The Life and Character of Iulian the Apostate, translated from the French of F. *la Bleterie*, with an Appendix containing several Dissertations on points relating to *Iulians* History, by *A. V.* Des*voeux*. Dublin 1746. 8.

Ad inuidiam Iacobo II. regi Brittan. tamquam alteri Iuliano, faciendam, *Samuel Iohnson* scripsit: *Iulian the Apostate*, on an Account of his Life, and the primitive Christians Behaviour towards him, and a comparaison of Popery and Paganism. Lond. 1682. 8. (al. 12.) — francogallice vers. sine loci nota 1688. 12. — Item, *Iulians* arts to undermine and exstirpate Christianity, Lond. 1689. 8. —

Contra, *Bonamy* in Reflexions sur le charactere d'esprit et sur le Paganisme de l'Empereur *Julien*, in Histoire de l'Acad. des Inscr. tom. VII. pag. 102-106. *Iuliano* laudem eamdem, quae tribui solet Traiano vel Marco *Aurelio*, quem etiam inprimis aemulaturus in satira s. Caesaribus vnum dimisit nulla ignominiae, vituperii criminisque nota infamatum,) deberi contendit.

Immodicus est in laudando Iuliano et culpanda doctrina christiana com. *de Shaftesbury* in Caracteristicks, tom. III. pag. 86. seqq. Londini 1733. 8. v. *Baum-*

a. Chr. 351.) ſub ductu Mardonii, eunuchi [d]), praeceptorumque Nicoclis [e]) Luconis grammatici et rhetoris Eceboli cultui chriſtiano [f]) innutritus ab eodem annos natus viginti [g]) occulte deſciuit

Baumgarteni Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. VII. pag. 336. ſq.

Vt alios bene multos omittam libros, qui vel deinceps memorabuntur, vel a me in Introd. in hiſt. L. gr. II. 1. pag. 321. ſqq. vel a *Fabr.* in ſalutari luce euangelii, cap. XIV. pag. 294-315. vel a cl. *Meuſelio* in bibl. hiſt. vol. V. part. 1. p. 208-218. ſunt citati, adhuc commemoratione laudeque digni cenſentur *Moshemius* in Inſtitutt. hiſtoriae eccles. — libr. IV. ſaec. IV. part. I. §. XII. ſeqq. p. 132. ſqq. edit. II. *Io. And. Cramer* in continuatione hiſtoriae Boſſueti ſuperiore capite memor. III. pag. 404. ſq. — cel. *Ch. Dan. Beck* in: Anleitung zur Kenntniſs. der allgemeinen Welt- und Völkergeſchichte, part. II. p. 501. ſqq. — inprimis *Schroeckh* V. cl. in Allg. Biographie, part. IV. p. 191-398. (p. 394. ſqq. de potioribus vitae Iuliani ſcriptoribus ſobrie intelligenterque iudicat,) et in hiſt. eccl. t. VI. p. 285. ſqq. denique *Gibbon*, in ſuperiori capite citatus, tom. IV. p. 260. ſeqq. T. V. c. 22. p. 220. ſqq. et tom. VI. cap. 24. p. 1-59. quidem ſuperſtitionem, vitia, ſceleraque Iuliani non reticet aperteque culpat; in laude tamen illius ingenii, continentiae et reliquarum virtutum, tam bellicarum, quam ciuilium, quarum quidem et multitudine et ſplendore multos Iulianus ſuperauit imperatores, lubentius verſatur. Atque vt in eo laudando Libanius, praecipue *Zoſimus*, lib. III. hiſtor. cap. 2-29. (ad quae capp. v. Reitemeiri comment. hiſtor. pag. 566. ſqq.) aliique; ita in eo vituperando et vero calumniando quidam ſcriptores eccleſiaſtici aliique recentiores leges veri iuſtique migrarunt. Adeo difficile eſt, medium tenere! Sed nos, qui vitam Iuliani non componimus, curioſos lectores ad illos ablegamus libros. *Harl.*

b) Hic Conſtantius, Conſtantini M. frater ex Galla, vxore, Gallum, Caeſarem, et inde e Baſilina Iulianum genuit, occiſusque eſt a. Chr. 338. v. *Tillemont.* tom. IV. hiſt. imper. [*Zoſim.* II. 40, 2. et *Tzſchucke* ad Eutrop. X. capp. 9-11. ac *Verheyk* ad Eutrop. X. 6. pag. 493. atque pag. 500.]

c) *Vales.* ad Ammian. XXV. 3.

d) *Socrates* III. 1. hiſtor. (ex quo emendandus *Sarisberienſis* VIII. 21. Policratici,) *Libanius* t. II. p. 263. qui de Nicocle videtur intelligendus p. 157. *Fabr.* Ille *Socrates* H. E. III. cap. 1. et *Sozomenus* lib. V. cap. 1. ſeqq. deſcribunt vitam Iuliani. *Heum.*

e) *Liban.* tom. II. pag. 157.

f) Vnde *Optatus* libr. II. cap. 16. de Iuliano: *ex famulo dei factus eſt miniſter inimici.* Itaque *Libanius* panegyrico in Iulian. tom. II. Opp. p. 175. σφοδρὸν μῖσος κατὰ τῶν Θεῶν illi tribuit, antequam Nicomediam veniſſet, atque ibi oraculo delinitus et a philoſophis perſuaſus *feciſſet ſe chriſtianae profeſſionis exſortem*, vt verbis vtar *Petri Bleſenſis* ep. 42. *Nazianzenus* orat. 3. pag. 101. πρῶτος γὰρ χριστιανῶν ἐπανάστασιν τῷ δεσπότῃ καθάπερ οἱ δοῦλοί ποτε τοῖς Σκύθαις, ὥς φασιν, ἐτόλμησας. Hinc paſſim, vt Suidae, ὁ παραβάτης καὶ ἀποστάτης et *Prudentio* apotheos. v. 454. *Perfidus ille deo, quamuis non perfidus orbi.* Idem *Nazianzen. orat. X.* pag. 166. ἐλύσσα καθ' ἡμῶν βασιλεὺς ὁ δυσώνυμος, καθ' ἑαυτὸν πρῶτον μανεὶς ἐκ τῆς εἰς χριστὸν ἀθετήσεως. *Cyrillus* lib. 1. contra Iulian. p. 3. ἦν μὲν γὰρ πρὸ τῶν τῆς βασιλείας καιρῶν τοῖς πιστεύσασιν ἐναρίθμιος, ἠξιώθη δὲ καὶ ἁγίου βαπτίσματος, ἐνήσκητο γὰρ καὶ βίβλοις ταῖς ἱεραῖς. Falluntur certe, qui numquam Chriſtianum fuiſſe contendant, vt Halenſes III. 9. obſeruatt. ſelect. *Fabr.* De quodam, qui ad Iulianum dixit, ipſum eſſe *apoſtatam*, v. *Socrat.* H. E. III. 12. Attamen *Libanius* in orat. de vlciſcenda Iuliani nece, [c. 22. ſiue pag. 58. tom. II. ed. Reiskii,] dicit, Iulianum *numquam* mentem auertiſſe a recta de diis ſententia: ibidem [pag. 56.] tamen, quum dixiſſet, Hectorem ob ſuam in ſacrificiis diligentiam praecipue laudari a Ioue apud Homerum (Il. ω. v. 68.) Iouem reprehendi a Minerua, (Odyſſ. α v. 61.) propter neglectum Hectorem, ὡς ἀμελῶν ἀνθρώπου τεθνηκότος, ita pergit τίνα εἰκὸς εἰρῆσθαι περὶ τούτου τοῦ τὰς ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων ἐν τοῖς δέκα ἔτεσι παρελθόντος θυσίας; [vbi v. Olearii not. et locum ipſius Iuliani, in ſequenti nota citatum.] Adde *Libanii* orat. parentalem in Iulianum [tom. I. pag. 527. vbi adfirmat, peſſimo cuidam rhetori, mercedis quaſi loco, pro eo, quod deos maledictis adſidue proſequeretur, Iulianum iuuenem ceſſiſſe, ipſum quoque eiusmodi de diis opinione innutritum, magiſtrorumque indictum ab iis altaribus bellum ferre non recuſantem.] adde ib. [p. 528. 529. ſqq.] *Heum.* — item *Eunapium* in Aedeſio et Maximo, *Schroeckh.* in vita, p. 194. ſqq. *Ecebolius* tamen iſte, poſtquam Iulianus aperte mentem ſuam declarauit, ac teſtatus et quouis modo tuitus eſt deorum cultum, ipſe deſeruit ſacram Chriſtianorum diſciplinam, et cum imp. coluit idola; illo autem interfecto rediit ad Chriſtia-

defciuit [h]), quum ab a. C. 352. Maximum Ephefium, philofophum [i]) et Libanium Sophiftam Nicomediae audiuiffet [k]) Diu tamen adhuc fimulauit [l]) Chrifti facris fe adhaerere, vt etiam in memoriis martyrum frequenter verfatus [m]) et inter Lectores [n]) ecclefiae nomen profeffus fit fuum, et iam licet ab a. C. 355. Caefar [o]), publice in ecclefia facris interfuerit. Sed fimul ac aduerfus eum, factum iam Auguftum, patruelis, Conftantius, imp. infeftum animum prodidiffet, ac deinde Conftantio illo 3. Nou. anni eiusdem 360. mortuo, Iulianus folus obtinuiffet imperium, idololatram fe et atrocem Chriftianifmi hoftem et infectatorem palam [p]) profeffus eft, baptifmum [q]), quo pridem tinctus fuerat, nefando initiationis idololatricae fanguine deterfit, Chrifti doctrinam oppugnauit [r]) fcriptis, nihilque intermifit, quo Chriftianis aegre facere [s]) et idolorum cultum promouere poffet, licet a ne-

ne

Chriftianos, pro foribus templi inter fupplices et refipifcentes fe proftrauit clamauitque πατήσατέ με τὸ ἅλας ἀναίσθητον, *calcate me, vt fal infipidum. Suidas* ex Socratis H. E. III. 13. *Harl.*

g) *Iulianus* epift. 51. ad Antiochenos, paullo ante mortem fcripta: (Opp. pag. 434.) οὐχ ἁμαρτήσεσθε παρὰ ὀρθῆς ὁδοῦ πειθόμενοι τῷ πορευθέντι κἀκείνην τὴν ὁδὸν ἄχρις ἐτῶν εἴκοσι, καὶ ταύτην ἰδοὺ σὺν θεοῖς πορευομένῳ δωδέκατον ἔτος.

h) *Valefius* ad Ammian. XXI. 2. [*Philoftorg.* libr. III. cap. 27. *Heum*]

i) *Socrates* [H. E. III, 1. qui ait, Maximum veniffe Nicomediam, Iuliani fama impulfum,] et Libanius locis laudatis. *Sozomenus* pag. 594. feq. *Eunapius* in Maximo, Suid. in Μάξιμος. *Fabr. Eunapius* autem, qui in Aedefio, Maximo et Chryfanthio ad litteratam Iuliani hiftor. cognofcendam eft praeter Libanium in primis conferendus, in vita Maximi primum pag. 80. ed. Antwerp. 1568. 8. ait, Iulianum perueniffe Pergamum, fama fummae Aedefii, iam fenis, doctrinae excitum, tum colloquiis et disputationibus perplexis Eufebii, Myndo, Cariae oppido, oriundi et Chryfanthii, Sardiani, commotum, pag. 86. fcribit, ad Maximum, qui Ephefum fuiffet ablegatus, ipfum audiendum, Ephefum iter contendiffe, ibique devinctum confuetudine Maximo, ab eo totum pependiffe et vniuerfam illius doctrinam retinuiffe mordicus, eumque poftea valde honoraffe atque ornaffe. Atque multa de Iuliani ftudio facrorum Eleufinior. ac Mithriacorum, artisque magicae, et Iulianum, licet vniuerfa potitum Gallia, ab omnibus tamen ignoratum fuiffe, quod deorum cultui effet addictus, de vltimis Maximi fatis etc. disputat: prouocat quoque aliquoties ad fuam rerum Iuliani imperat. hiftoriam. — In Actis fanct. menf. Maio tom. I. lepida narratur hiftoriola, quomodo vi artis magicae, dum quodam die ad miffarum folemnia lectionem S. Paulli, apoftoli, recitaffet, deceperit populum, vt fubito ex fubdiacono fieret Auguftus. v. *Baumgarten.* Nachricht. von merkw. Büchern etc. tom. II. pag. 137. fq. *Harl.*

k Iulianus non erat auditor Libanii; contra fedulus illius librorum lector atque in ftilo vertendo imitator. Ipfe *Libanius* in orat. parent. vol. I. p. 526. ὁ δὲ (Iulianus) οὐ φοιτᾷ μὲν παρ' ἐμὲ etc. n. iureiurando per Ecebolum, rhetorem, prohibitus. Atque ipfe Fabricius fuum errorem agnouit et correxit in Luce falutari etc. pag. 295. not. *d.* et in praefat. ad tom. VII. B. Gr. pag. 2. *Harl.* At *Libanius* in epift. 43. centuriae Wolfianae pag. 111. fcribit, Iulianum, imp. a fe accepiffe dicendi fcribendique artem: [n. lectitando imitandoque Libanii fcripta] *Heum.*

l) Vide *Galli* Caefaris epift. ad Iulianum, quae Iuliani epiftolis fubiicitur, et *Tillemontium* T. 4. hift. imp. pag. 927.

m) *Iulianus* epift. ad Athenienfes pag. 277. *Libanius* T. 2. pag. 265. 288. b.

n) *Nazianzenus* orat. 3. p. 94. ὁ τῶν θείων ὑπαναγνώστης ποτὲ λογίων, καὶ τῆς τοῦ μεγάλου βήματος ἠξιωμένος τιμῆς, καὶ τοὺς μάρτυρας τιμῶν σηκοῖς τε καὶ τεμένεσιν. Adde pag. 58. et *Socratem* III. 1. *Soz.* V. 2. *Theodoritum* III. 2.

o) *Ammianus Marcellinus* XXI. 2.

p) Vide *Zofimum* III. 9. et *Iuliani* epift. 38. *Libanium* T. 2. pag. 234. 288.

q) *Nazianzenus* orat. 3. fiue στηλιτευτικῷ in Iulianum primo p. 70. οὗτω μισόχριστος ὁ Χριστοῦ μαθητὴς — ὥσπερ καὶ τὸ γενέσθαι ποτὲ χριστιανὸς αἰσχυνόμενος — αἵματι μὲν οὐχ ὁσίῳ τὸ λουτρὸν ἀποῤῥύπτεται.

r) Vide infra inter fcripta Iuliani num. XV.

s) D. *Adam Rechenbergius* in diff. de Iuliani apoftafia Lipf. 1684. *Conr. Rittershufius* facrar. lect. libr. 1. c. 18. 19. De edicto, quo Chriftianos docere litteras prohibuit, quod exftat Epiftola XLII. videndus *Baronius* ad A. C. 362. n. 275. 297. *Valefius*

ce [f]) plerumque, (nam interdum etiam sub Iuliano atrocibus in Christianos suppliciis animadversum,

sius ad excerpta Peiresciana pag. 119. et *Iac. Gothofredus* ad leg. 5. cod. Theodos. de Medicis et Professoribus T. 5. pag. 31. *Lud. Thomasinus* de studio poetarum Christiane instituendo libr. 1. c. 1. et 3. Neque docendi solum, sed quoque discendi vsum Christianis interdixisse colligunt *Montacutius* p. 4. ad Nazianzeni στηλιτευτ. *Hermantius* in vita Basilii M. II. 26. et *Pagi* ad A. C. 362. nr. 39. seqq. e Nazianzeni orat. 3. pag. 51. Theodorito III. 4. hist. et Augustino XVIII. 52. de ciuitate Dei. *Fabricius.* Add. ipsum nostrum *Fabr.* in luce salutari p. 302. qui etiam pag. 296. sqq. partim e martyrologio romano commemorat martyres in persequutione Iuliani bene multos, partim alios addit artesque et vias varias enumerat, quarum ope christianam doctrinam exstinguere sperauit Iulianus. add. longam disp. *Lambecii* comment. de bibl. Vindob. vol. VIII. col. 225. sqq. Iuliani tamen, irrisoris, sophistae religionis christianae, doctrina et agnitio deorum, licet mire superstitiosa, valde diuersa erat a vulgari religione. Namque adolescens imbiberat quidem doctrinas Christianorum; et quum ex neoplatonicorum philosophorum cum libris, tum maxime consuetudine et disciplina hausisset atque accepisset interpretationem religionum prauarum allegoricam, confirmatam habuit veritatem vnici, purissimi numinis, supremi, cuius vero sedes aut imago more antiquae religionis Persicae sol a Iuliano habebatur, ideoque ab eo praecipua colebatur veneratione; reliquos autem deos vulgares colebat ille tamquam ministros amicosque supremi numinis: idem artibus theurgicis magicisque mire deditus erat. *Gudii, Ludwigii Henkiique* libellos, huc pertinentes, iam laudaui in Introd. l. c. pag. 325. adde *Brucker* l. c. et *Gibbon*, tom. V. cap. 26. sqq. p. 323. sq. Iulianum vt praedictionem Christi argueret mendacii, Iudaeis templum hierosolymitanum restituere atque instaurare sumtibus immodicis cogitasse, negotiumque maturandum Alypio dedisse, Antiochensi, at, vbi homines coepissent nudare fundamenta, multamque terram exhausissent, restaretque, vt iam structuram aggrederentur, protinus ignem, exsilientem ex fundamentis, exussisse multos et intempestiuam interrupisse pertinaciam, ex *Chrysostomo*, homil. V. pag. 646. sq. *Philostorgio* VII. 9. et 4. *Ammiano Marcellino* XXIII. 1. aliisque a *Fabricio* in Luce salut. c. VI. p. 125-131. copiosius partim memoratis cognitum est. At enim quaestio, num destructio illa templi, flamma e terrae fundamentis erumpente, pro miraculo diuino sit habenda, an, e numero miraculorum eximenda, et vnice naturae viribus, et ordini adscribenda sit, varias peperit opiniones diuersaque iudicia. Prius multi cum scriptoribus ecclesiasticis vett. qui tamen ipsi non omnino conspirant, adfirmant. Praeter Moshemium l. cit. veritatem rei et miraculi, omnibus ingenii, viribus atque eruditionis copiis adhibitis, propugnare atque corrobare studuit *Guil. Warburton* in: Iulian, or a Discourse concerning the earthquake and fiery eruption which defeated that Emperor's attempt to rebuild the temple of Ierusalem. Londini 1750. 8. — ed. II. auctior, ib. 1751. 8. — gallice Paris. 1754. II. vol. mai. 12. Contra ea, quae Warburton in introductione de iusto veterum scriptorum ecclesiasticorum pretio, et in prima sectione libri I. de connexione miraculi editi cum veritate oraculorum diuinorum disputauit, stilum acuit anonymus in: A Review of the fiery eruption etc. Londini 1752. 8. et censor vtriusque libri in Actis litterariis s. *Zuverlässigen Nachrichten* etc. part. 162. p. 395-419. et part. 163. p. 529-540. acriter pugnat contra Warburton, atque parum abest, quin illam narrationem pro fabula habeat; negat quidem, diuinum fuisse miraculum. Vtriusque argumenta pluribus persequitur et refutare conatur *Ioh. Gebhard Pfeil* in praefat. ad versionem suam germanicam:

Hrn. Wilhelm Warburtons, Predigers der Gesellschaft zu Lincoln's Inn in London, critische Abhandlung von dem Erdbeben und Feuerflammen, wodurch des Kaysers Iulians versuchter Tempelbau zu Ierusalem ist hintertrieben worden, nebst Beweiss, dass Gott in dieser Sache seine Wunderhand zur Bestätigung der Religion Iesu geoffenbaret habe. — Aus dem Englischen übersetzt, und gegen die Beschuldigungen und Einwürfe in den zuverlässigen Nachrichten vertheidiget von *Ioh. G. Pfeil*, Predig. zu St. Nicolai in der Neustadt Magdeburg. Gothae 1755. 8. — Idem *Warburton* lib. II. sect. IV. *Iac. Basnage* dubitationes, contra opinionem miraculi facti in: Histoire des Iuifs libr. VI. cap. 14. §. 17. sqq. motas, copiose refutare et tollere studuit. Idem fecerat *Maturinus Veisserius la Croze* in: Entretiens sur divers sujets d'Histoire, p. 214. sqq. — Adde *M. I. G. Lotteri* disp. Historia instaurationis templi hierosolymitani sub Iuliano imper. tentatae, sed diuino miraculo impeditae a dubiis Basnagii modeste vindicata. Lips. 1728. 4. et *Io. Ge. Michaelis* diss. historico-theologicam de templi

verſum, vide Suidam in Ἄμαχος, Μακεδόνιος, Κύριλλος διάκονος et Μάρκος) abſtinuit, quod priorum perſecutorum exemplo edoctus hoc pacto opprimi eccleſiam non poſſe, martyrii quoque gloriam Chriſtianis inuideret. Princeps praeclaris ceteroquin animi et ingenii dotibus u) periit in expeditione aduerſus Perſas 26. Iun. a. C. 363. v) aetatis 32. quum poſt Conſtantii mortem haud diutius quam annum vnum et menſes fere octo imperitaſſet. Corpus Tarſum primo delatum ibique humatum in ſuburbio, deinde perductum CPolin w), conditumque ibi in aede SS. Apoſtolorum. Epitaphio eius, quod refert Zoſimus, inſcriptum inter alia inſigne illud elogium: ἀμφότερον Βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. Mortuo parentauit *Libanius* Orat. IX. et X. qui pag. 323. 324. a Chriſtianis interiectum contendit hoc argumento, quod, rege Perſarum praemium pollicente ei, qui caedem patraſſet, nemo nomen ſuum fuerit profeſſus. Confer, quae de caede eius ſcribit pag. 303. ſeq. et p. 258. vbi ab Achaemenide, hoc eſt a ſuorum aliquo obtruncatum palam adfirmat. *Fabr.* Aliis quoque argumentis vtitur *Liban.* in orat. de vlciſcenda Iuliani nece, et in or. parent. in Iulian. imp. vt vix ſuperſit locus dubitationi. conf. *Auguſtin.* lib. V. de C. D. cap. 21. *Basnage* Hiſt. de la Religion tom. II. lib. I. cap. 15. §. 12. et hiſt. de l'Egliſe lib. XXV. cap. VI. §. 2. *Sigebert. Gemblacenſis* Chronographici pag. 484. refert, imper. Iulianum interfectum eſſe a milite chriſtiano, cui nomen Mercurius. *Heum.* *Ammian.* quidem *Marcel.* XXV. cap. 6. pag. 333. audierant, inquit, ipſi (hoſtes) quoque referentibus transfugis, rumore iactato *incerto*, Iulianum *telo cecidiſſe romano.* Atque cap. 3. pag. 323. (vbi v. Vales.) de morte Iuliani, *incertum*, ait, *ſubita equeſtris haſta* cute brachii eius praeſtricta, coſtis perfoſſis haeſit in ima iecoris fibra. E contrario *Eutropius*, qui huic expeditioni perſicae interfuit, libr. X. cap. 16. (al. VIII.) diſerte „remeansque, inquit, victor, dum ſe inconſultius proeliis inſerit, *hoſtili manu interfectus eſt* VI. Kal. Iulias, imperii anno ſeptimo (n. Caeſar factus erat d. VI. Nou. a. 355.) aetatis altero et triceſimo.“ Ita de morte Iuliani *Sextus Aur. Victor* in epit. cap. 43. *ab vno ex hoſtibus; et quidem fugiente, conto percutitur. Sext. Rufus* in breuiario cap. 28. — *ereptus e ſuorum conſpectu, ab hoſtium obuio equite, conto per ilia ictus vulneratus eſt:* et ita alii. v. cl. *Tzſchucke* ad Eutropii l. c. p. 797. qui variorum narrationes breuiter refert, idemque de vitae imperiique annis Iuliani agit, et *Cellar.* ad Eutr. loc. Atqui *Fabr.* in luce ſalut. pag. 315. Libanii narrationem de caede Iuliani, a Chriſtiano quodam patrata, falſam eſſe iudicat. Adde de ſepulcro Iuliani, *Olear.* not.

templi hieroſolymitani Iuliani imper. mandato per Iudaeos fruſtra tentata reſtitutione. Halae 1751. 4. — Omnia tamen, remota miraculi diuini opinione atque interpretatione, ſecundum rerum ac naturae ordinem eueniſſe, collata potiſſimum Ammiani Marcellini narratione, demonſtratum fuit *I. Dau. Michaelis* in Göttingiſchen Magazin, cura Lichtenbergii ac Forſteri congeſto, part. VI. pag. 722. ſeqq. a. 1783. 8.

t) Vide *Libanium* T. 2. pag. 290. *Iac. Gothofredum* ad Philoſtorgii librum VII. 4. p. 284. ſqq. et in oratione, quae *Iulianus* inſcribitur. *Sam. Basnage* ad a. C. 362. n. 5. 6. 7.

u) V. *Ammi. Marcell.* XXIV. 4. *Harl.*

v) *Pagi* ad A. C. 363. n. 4. *Sam. Baſnage* T. I. pag. 881. *Fabr.* In proelio graui vulnere confoſſus et morti proximus dixiſſe fertur, *viciſti Galilaee;* id tamen fabellis Mileſiis adnumeratur ab *Heumanno* in peculiari diſſertatione *in qua fabula de Iuliani imper. voce extrema*: viciſti Galilaee, *certis argumentis confutatur eiusque origo in apricum profertur.* Götting. 1740. 4. nec Gibbon aliique illam hiſt. dignati ſunt commemoratione aut refutatione. *Harl.*

w) Vide *Bandurii* imp. Orientale pag. 814. ſeq.

not. ad *Libanii* orat. περὶ τιμωρ. Ἰουλιανοῦ tom. II. Reiske p. 36. sq. tum notam ad Warburtonii librum cit. pag. 328. sqq. contra Libanii narrationem siue potius calumniam, et *Gibbon* tom. VI. cap. 24. pag. 57. sqq. de morte et vltima oratione Iuliani. *Harl.*

II. Scripta Iuliani, quibus se philosophiae x) haud imperitum et ab elegantioribus litteris et lectione poëtarum oratorumque egregie instructum testatur, haec ad nos peruenerunt, in quibus grauitatem cum comitate incorruptam olim praedicauit *Ammianus* XVI. 5. et *Zosimus* III, 10. ἄκραν τὴν ἐν λόγοις ἀρετήν.

[Notitiam *codd. Msst.* praemittere iuuat. *Paris.* in bibl. publica sunt *Caesares* in codd. MDCCXXXII. MMDCCCXXXII. MMDCCCCLXIV. MMMXX. — *Misopogon* in codd. MMDCCCCLXIV. MMMXXIX. MMMXXXVIII. — *de cynica secta*, oratt. *in matrem deorum; in solem; aduersus Cynicos* et *consolatoria ob Sallustii discessum* in c. MMDCCCCLXIV. in eodem cod. et in codd. MDCCXXXII. atque MMMXX. sunt quoque oratt. *in laudem Constantii*, imp. et *in laudem Eusebiae Augustae. Epistolae* autem reperiuntur in *nouem* codicibus. — Monte Pessulan. (*Montpellier*,) in bibl. quondam W. Pellicieri, teste Montf. *Iuliani* quaedam. *Mediolani* in codd. bibl. Ambros. epistolae; inde quasdam primus publici fecit iuris Muratorius.

Florentiae in bibl. Laurent. in cod. XXVI. nr. 6. plut. VII. Iuliani epist. ad Basilium. — in cod. XXV. nr. 11. plut. 31. epistolae XVIII. — in cod. XXXVII. nr. 4. plut. 32. Iul. ep. ad Iamblichum. — in cod. XII. n. 24. plut. 27. epistolae octo, quarum tres sunt ad Libanium, vna Libanii ad Iulianum et aliae quatuor, quae quidem num Iuliani sint, an Cydonis, forte incertum videtur *Bandin.* cat. codd. gr. II. col. 352. — in codice XXXIII. nr. 4. plut. 57. oratio in regem solem. — in cod. V. nr. 2. et 3. eadem oratio et Misopogon. — in cod. XVI. nr. 5. plut. 58. epistolae XLVI. quarum triginta inter excusas in ed. Operum Lips. occurrunt, ac praeter ea lex de medicis, quae legitur ibidem pag. 398. in cod. autem tamquam epistola notatur; tres vero a Muratorio editae sunt, sexdecim nondum lucem viderunt, quae scriptae sunt nr. 2. ad Euclidem, philosophum; nr. 3. ad Libanium, nr. 4. ad Basilium; nr. 5. Basilii ad Iulianum, nr. 7. Iuliani ad Sosipatrum; nr. 8. ad Philippum; nr. 9. ad Eutherium; nr. 12. ad patriarcham, nescio quem? nr. 27. ad Diogenem; nr. 28. ad Priscum; nr. 29. aduersus Nilum, quae est longissima; nr. 39. et 41. ad homines non nominatos. De his codd. v. *Bandin.* l. c. I. pag. 278. II. col. 97. 200. 589. et 454.

Venetiis, in bibl. Marciana, secundum catal. codd. graec. in cod. LXXIX. et cod. CXXXIX. *Iul.* epistola ad Basil. cum huius responsione; — in cod. CCLI. or. in solem et Misopogon; in cod. CCCLXVI. Caesares; or. de regno; laudationes Constantii et Eusebiae; consolatoria in discessu Sallustii; in cod. CCCCXXXVI. or. in solem.

Neapoli in bibl. regia nr. 41. Caesares, et nr. 43. Misopogon.

Matriti in bibl. regia, in cod. CXIX. or. in solem πρὸς σαλουστῖνον, (in editis σαλλούστιον,) et misopogon, cuius tamen plus quam dimidia pars in illo codice desideratur. v. *Iriarte* cat.

x) De philosophica cognitione Iuliani enarratio hist. *Paganini Gaudentii* prodiit Pisis 1641. 4. ad calcem eius libri de Metempsychosi Pythagorica. vide et *Mamertini* panegyricum in Iulian. cap. 23. et *Ez. Spanhemii* prolegom. ad Iuliani Opera.

cat. codd. gr. pag. 478. — In bibl. *Escorial.* 1) or. in ſolem ad Saluſtinum; 2) duae oratt. 3) orationes et epiſtolae: teſte Plüero in itiner. per Hiſpan. pag. 179.

Vindobonae in bibl. caeſarea, in cod. CCXCI. nr. 3. et in cod. CCXCII. nr. 6. epiſtola ad Baſil. et huius reſponſio, quae in priore cod. eſt integra. v. *Lambecii* comment. de bibl. caes. vol. V. pag. 519. et 524. — in cod. LIII. nr. 29. epiſt. ad Baſil. M. cum huius reſponſione, de quibus et quod Iulianus iuuenis ad iram imperatoris effugiendam ſacras litteras praelegiſſet atque in eccleſia Nicomedienſi Anagnoſtae ſiue lectoris munus ſuſtinuiſſet, ſe Chriſtianum ſimulans, multus eſt *Lambecius* libr. cit. vol. VIII. col. 1013. ſqq.

Monaci in bibl. electorali in codice CXXIX. et CLXXIV. or. in Solem et Miſopogon. — in codice CLIX. et CCXXX. orat. in Solem. — in codice CCXIII. Saturnalia. ſ. Caeſares.

Auguſtae Vindel. in bibl. publ. ſympoſium ſ. Caeſares. de quo cod. vide Heuſingeri praef. ad ſuam illius opuſculi editionem; qui quoque de cod. *Voſſiano* praeſtantiſſimo agit. — In alio eiusdem bibl. codice eſt orat. in ſolem et miſopogon vsque ad locum ex lib. V. de legibus citatum. v. *Reiſeri* catal. pag. 81.

Oxonii in bibl. Bodlei. inter codd. Barocc. nr. CXXXIII. Iul. diſticha duo. — inter codd. Bodlei. nr. MMCCXC. epiſtolae tres. — nr. MMMDLXI. hymnus in ſolem, ἀκέφαλος, et Miſopogon, (teſte catal. codd. Angl. et Hib. I. pag. 171.) — Inter codd. *Voſſianos* nr. MMCLXXXVIII. *Iuliani* opera omnia. — nr. MMCCXXII. et MMCCLI. Iuliani aliorumque epiſtolae, nunc in bibl. publ. Leidenſi, v. cat. pag. 395. nr. 77. pag. 397. n. 37. pag. 398.; nr. 64. — *Londini* inter codd. Th. *Gale* nr. C. (ſiue in cat. mem. II. pag. 188. nr. 5954.) or. in ſolem et miſopogon. et in cat. pag. 188. nr. 5960. *Iul.* de regno, qui in ed. Cantoclari deſideratur, libellus, eiusdem epiſtolae II. ad Iamblichum, et ad Libanium vna inedita; — Inter libros *Edu. Bernardi* cum ſcriptis codd. collatos etc. *Iuliani* opera, nr. MMMMMMMCCCCXXV. catal. pag. 227.

Leidae, in bibl. publ. inter codd. legati Scaligeriani, Iuliani aliquot epiſtolae, (catal. pag. 340. nr. 32.) et Miſopogon. (pag. 342. nr. 60.) — epiſtolae amoebaeae Iuliani et Baſilii, quas teſtari dicitur Scaliger, ſe arabice vidiſſe; item Galli Caeſaris ad Iulianum. (cat. pag. 343. nr. 61.) — Inter codd. *Vulcanii*, aliquot Iuliani epiſtolae, (cat. p. 347. nr. 62.)

Petauius paucis indicat in praefatione, ſe ex codd. Pariſ. et ope Patricii Iunii ex *Londinenſi* bibl. multa primum protuliſſe; ex bibl. quidem Londinenſi ſe accepiſſe deſcriptas oratt. quintam, quae eſt in deorum matrem, et ſextam aduerſus imperitos canes; tum epiſtolam ad S. P. Q. athenienſem; item epiſtolas ad Iamblichum duas, LX. et LXI. vna cum LXII. acceſſit orationis tertiae poſtrema pars; cum V. L. quartae, qui eſt hymnus in ſolem. — *Ezech. Spanhem.* contulit cod. *Voſſianum*, quem valde laudat, tum Romae Miſopogona cum cod. chart. reginae Chriſtinae; epiſtolam ad Theodorum ex Leonis Allatii cod. (in quo aliae quoque Iuliani epiſtolae continebantur,) edidit integriorem. De collatis codd. in quo ſunt Caeſares, poſtea ſermo erit. *Harl.*]

I. Ἐγκώμιον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον, *in Conſtantii, imperatoris*, (Conſtantini Magni F.) *laudem*, edit. Lipſ. p. 1-49. In hanc orationem, quam vertit Petauius ediditque

primus Flexiae 1614. 8. exſtant in editione Lipſienſi Operum Iuliani, eruditae et copioſae *Ez. Spanhemii* obſeruationes. *Falr.* In hanc orationem cl. *Wyttenbach*, qui quondam nouam librorum Iuliani editionem agitabat, illo conſilio poſtea abiecto, praeclaras ſcripſit animaduerſiones et prodidit in bibl. critica Amſtelod. vol. III. part. I. pag. 33-73. et part. II. p. 1-75. ſpectabat autem tria inprimis, corrupta emendare, imitationes notare et graecae dictionis vindicare bonitatem. In parte priore pag. 32. ſobrie et acute iudicat Wyttenb. dum, orationis, inquit, huius formam ad rhetorum praecepta exegiſſe videtur Iulianus, a quorum cognitione tum recens erat. In dictione et ſtilo nondum quidem ea eſt maturitas ac firmitas, quae in poſterioribus eius ſcriptis; nulla tamen curioſitas, nulli calamiſtri, nullae ineptiae; contra ſanitas ac ſimplicitas, nec ea ſine neruis ac luminibus: etc. In part. II. pag. 2. ſqq. de Spanhemii commentario, ingenio eruditioneque aperte iudicat; eum quidem non fruſtratur laude diligentiae atque multarum litterarum; at multa in eo deſiderat. Petavius, ait, et Spanhemius, (qui hanc Iuliani orationem tractarunt,) pares forte copia doctrinae: diligentia, ratione, acumine, non pares; quae in Petauio egregia, in Spanhemio valde mediocria fuerunt. — — Spanhemius multa, non multum, legerat, vt eruditio eius cenſeri debeat multitudine ac varietate, non vi ac ratione etc. Negat, in eo fuiſſe ingenii acumen elegantiamque, rationis diligentiam, orationis perſpicuitatem, dictionis graecae accuratam ſcientiam: contra ſtatuit, hebetem fuiſſe eum ad animaduertendas corruptelas; hebetiorem etiam ad corrigendas: neque tamen reticendum eſſe, harum dotum abſentiam compenſatam quodammodo eſſe illa variae doctrinae copia; ad cuius lectionem ſi quis iudicii diligentiam adferat, eum haud mediocrem fructum capere poſſe. *Harl.*

II. Περὶ τῶν Αὐτοκράτορος Πράξεων, ἢ περὶ βασιλείας, *de eiusdem Conſtantii, imp. rebus geſtis*, ſiue *de regno*. p. 49-101. hanc vtramque orationem, circa a. C. 358. compoſitam, reſpicit Iulianus ipſe Epiſt. 41. et *Zoſimus*, res Conſtantii, ad Niſibim geſtas, a Iuliano, [P] diſertiſſime deſcriptas, memorans libro 3. c. 8. Poſteriorem primus e MS. bibl. regis Chriſtianiſſimi vulgauit graece *Carolus Cantoclarus*. Pariſ. 1583. 8. y) profeſſus etiam latine vertiſſe. Sed qui tertia parte auctiorem edidit, idem quoque latinam verſionem adiunxit Petauius, Flexiae, ac deinde inter Iuliani Opera Pariſiis.

III. Εὐσεβίας τῆς βασιλίδος ἐγκώμιον *Encomium imperatricis Euſebiae*, Conſtantii coniugis, cui plurimum Iulianus debuit. pag. 102-130. Hanc quoque orationem primus edidit cum verſione ſua Petavius Flexiae 1614. 8.

IV. Εἰς

y) Inſcriptio plenioris huius edit. principis haec eſt: *Iuliani* imper. opera, quae exſtant, a *Petro Martinio* et *Carolo Cantoclaro* latina facta, emendata et aucta, cum praefat. *Martinii* de vita Iuliani. His acceſſerunt epiſtolae aliquot, nondum prius editae, (n. 50. 51. et 52.) Additus praeter ea eſt a *Carolo Cantoclaro* liber eiusdem *Iuliani* περὶ βασιλείας et a *Theodoro Marcilio* ὕμνος εἰς βασιλέα ἥλιον, ab iisdem recogniti et illuſtrati. Vna cum variis lectionibus e vetuſtis msstis. Pariſ. Dionys Duval. 1583. 8. acc. Miſopogon et epiſtolae, antea iam a P. Martinio Pariſ. 1566. 8. mai. editae.

De illa et aliis editionibus et de editoribus, nec non de Iuliano ipſo multus eſt aliosque laudat VV. DD. *Stolle* in: Nachricht. von den Büchern — in der Stolliſchen bibl. tom I. pag. 738-743. *Harl.*

IV. Ἐις τὸν βασιλέα Ἥλιον [z]) *in Solem*, quem vt regem ac Deum veneratur, laudatio ad Sallustium [aa]) pag. 130 158. Primus graece e MS. codice, Toleto ex Hispania allato, edidit cum castigationibus suis *Theodorus Marcilius* Parif. 1583. 8. Antequam prodiit, lecta est MS. a Io. Pico et laudatur in Heptaplis ad Genesin. Pleniorem dedit Petauius Parif. 1630. 4. Exstat etiam separatim excusa ex versione et cum notis *Vinc. Marinerii*, Madrit. 1625. 8.

V. Εἰς τὴν μητέρα τῶν Θεῶν, *Matris Deûm laudatio*. pag. 158-180. Primus edidit vertitque Petauius, Parif. 1630. 4. Iuliani profectionem ad Matrem Deûm in Phrygiam memorat Libanius Orat. IX. T. 2. pag. 254. meminit et Orationis in Deum Matrem Or. X. pag. 300. *Fabr.* [bb])

VI. Εἰς τοὺς ἀπαιδεύτους κύνας, *aduersus imperitos Canes* siue *Cynicos*, sectam suam dedecorantes, inuectiua et genuinorum Cynicorum commendatio pag. 180-203. Primus idem Petauius vertit, ediditque A. 1630. 4. Cynicum aliquem, falsum Antisthenis et Diogenis imitatorem, (*Liban.* T. 2. pag. 254. 300.) patria Aegyptium (forte Heraclium,) perstringi patet ex pag. 162. Αἰγύπτιος δὲ ὢν οὐ τῶν ἱερέων, ἀλλὰ τῶν παμφάγων, οἷς πάντα ἐσθίειν νόμος ὡς λάχανα χόρτου (Genef. IX. 3.)· γνωρίζεις οἶμαι τῶν Γαλιλαίων ῥήματα. Hoc scriptum puto respici a Suida, qui inter Iuliani monumenta memorat περὶ τοῦ πόθεν τὰ κακὰ κατὰ τοὺς ἀπαιδεύτους.

[?] VII. Πρὸς Ἡράκλειον Κυνικὸν, περὶ τοῦ, πῶς Κυνιστέον, καὶ εἰ πρέπει τῷ Κυνὶ μύθους πράττειν. *Ad Heraclium Cynicum* de secta Cynica, et num Cynicum deceat fabulas effingere pag. 204-239. Meminit *Socrates* III. 23. Hist. et Suidas, qui Heraclitum vocat. Primus idem *Petauius* vertit atque edidit, quemadmodum et quatuor sequentes, vsus non modo codd. MSS. bibl. regiae, sed etiam apographo cod. Barocciani, quem cum eo communicauit Patricius Iunius. Vide Seldenum ad Chronicon marmoreum Arundel. pag. 185.

VIII. Ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ ἀγαθωτάτου Σαλλουστίου, παραμυθητικός. *Epistola propemptica ad Sallustium*, iter meditantem, quod aegre quidem vtpote ab amico optimo inuidia Constantii diuellendum, ferre tamen se testatur.

IX. *Ad Themistium*, philosophum; praeceptorem [cc]) suum, longior epistola de difficultate gerendi imperii pag. 253-267. Plures suas ad eum epistolas memorat pag. 260.

X. Epistola siue apologia de non deposito imperio et suscepta aduersus Constantium expeditione *ad S. P. Q. Atheniensium* Ἀθηναίων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ pag. 268-287. scripta paullo ante Constantii mortem a. C. 260. Gallo, fratre, pridem exstincto, quem

z) Duo Iuliani Encomia in Solem in *Strozzae* bibl. fuisse, scribit in epitoma Gesneri Simlerus. Soli inuicto sollemnes ludi apud Romanos celebrati XXV. Dec. Soli templum a Iuliano conditum memorat *Libanius* T. 2. pag. 292.

aa) *Sallustium* praefectum intellige, de quo in Epistola ad Athenienses pag. 281. seqq. [*Salustinum* in codd. quibusdam scribi, supra in notitia codd. notauimus.]

bb) Has duas orationes n. V. et VI. Iulianus vna nocte elaborauit, teste *Libanio* in or. parentali in Iulian. *Heum.*

cc) Vide pag. 257. d. et 259. c.

quem pag. 271. τὸν μακαρίτην adpellat, ipſe iam Auguſtus pag. 280. 281. et tota in iniuriis, a Conſtantio in ſe, (beneficio Euſebiae vix ſeruatum p. 273-274. ſq.) fratremque admiſſis, occupata. Huius epiſtolae et apologiae, qualem etiam ad communitatem Graecorum miſiſſe ſe Iulianus teſtatur, meminit *Libanius* Orat. in funus Iuliani T. 2. pag. 288. et *Zoſimus* III. 10.

XI. *Fragmentum longius epiſtolae* (vide pag. 298. c. 304. b.) de humanitate colenda et liberalitate, honorandisque imaginibus et ſacerdotibus, et quaenam legenda ſint, et quaenam vita ducenda ſacerdoti pag. 288-305. Vbi autem prophetas Iudaeorum perſtringit pag. 295. ſeq. opus ſuum aduerſus Chriſtianos reſpicit, quando ait pag. 296. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων ἰδίᾳ βέλτιον παραστῆσαι, πόσῳ φαυλότερον παρ' ἡμῖν οὗτοι γεγόνασι ποιητῶν οἱ τῶν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ λόγων διδάσκαλοι.

[P] XII. Καίσαρες ἢ Συμπόσιον, *Caeſares*, ſiue acris, at lepida et ingenioſa ſatira, qua imperatorum ante ſe vitia, quos Deorum conuiuio admotos fingit, ſalſe ridet, p. 306-336. Meminit huius ſcripti *Socrates* III. 1. hiſt. et 23. *Suidas* in Ἰουλ. *Zonaras* lib. XIII. Anal. pag. 10.

Primus e tribus codd. MSS. vulgauit graece et latinam verſionem ſuam addidit *Carolus Cantoclarus*, Pariſ. 1577. 8. et adhibito quarto codice e bibl. reginae Catharinae Mediceae [dd]) ibid. 1583. 8. additis notis [cum aliis Iuliani operibus, de qua editione iam ſupra egimus.] Cum Cantoclari verſione iterum et caſtigatius prodiit in tomo tertio rom. hiſtoriae ſcriptorum minorum, curante *Frid. Sylburgio*, qui ſuas etiam caſtigationes addidit, Francof. 1590. fol. pag. 832. et in editione Operum Iuliani Pariſ. et Lipſ. licet Cunaeus notet, *multa eum perperam dixiſſe, plura non intellexiſſe, et quae corrupta erant praeteriiſſe, magna alieni iudicii ſecuritate.*

Cum verſione eleganti *Petri Cunaei* Lugd. Bat. 1612. [ee]) et 1632. 12. adiuncta ſatira eiusdem Cunaei Menippea, ſiue Sardis venalibus: atque iterum cum interpretatione duplici, Cantoclari et Cunaei in tomo primo pag. 111. ſqq. Satirarum, quae variis auctoribus excuſae ſunt Lugd. Bat. 1655. 12. Prodiit etiam ex verſione Cunaei ſeparatim latine, ibid. 1627. forma minore, et ad calcem editionis operum Iuliani Lipſ. ſubiecta legitur. *Fabr.* Edita quoque eſt cum Cunaei orationibus et Cellarii notis, Lipſ. 1693. 1735. 8. item in edit. Caeſarum Heuſingeriana. — *Cunaei* Sardi venales a Cortio inſerti

dd) Heuſinger in praefat. recte conqueritur, Cantoclarum remiſſa ſatis cura diſſenſum quatuor ſuorum codicum adnotaſſe; aliquando ſuae opinionis commenta, quaſi veterum membranarum ſuffragia adſcripſiſſe; ea denique ipſa, quae recte ſcripſit, operarum vitiis eſſe miſere deprauata, vt mirum non eſſe debeat ſi aliud inde Sylburgius, aliud Cunaeus, aliud denique Petauius aut Spanhemius effinxerint. Codicem Voſſianum Spanhem. contendit cum Petauiana edit. et mire laudauit. Sextus cod. Auguſtanus a Liebio et Heuſingero collatus, plenos nullaque ſui parte mutilos Caeſares ſeruauit. In bibl. *Guelferbyt.* eſt exemplar Caeſar. in 8. edit. cum notis Ios. Mercerii msstis. *Harl.*

ee) De hac edit. ex officina Plantiniana Raphelengii, de argumento libri et de Cunaeo ipſo v. plura in *Stollii* Nachricht. etc. tom. I. pag. 743. — Vnde notitiam hauſerim in Introd. II. 1. pag. 323. illam Cunaei verſionem cum ſatyra Menippea, iam prodiiſſe ex offic. Plantin. 1592. non amplius recordor. Equidem, eam, arbitror, falſam, aut mire improbabilem eſſe, quum P. Cunaeus vitae aura frui coepiſſet a. 1586. atque adeo puerum ſexennem iam fuiſſe parem illi labori non ſit credibile. *Harl.*

inserti sunt collectioni, inscriptae: *Tres satyrae Menippeae*, *L. Annaei Senecae ἀποκολοκύντωσις*, *I. Lipsii* somnium, *P. Cunaei* Sardi venales, recensitae et notis perpetuis illustratae. Lipsiae 1720. 8. Cunaeum tamen maturiore iudicio ac aetate in satyra sua Menippea, nonnulla improbasse dixit *Adolf. Vorstius* in sua orat. funebri in obitum P. Cunaei pag. 580. ed. Cellarii.

Praeclara est editio:

Iuliani imp. Caesares cum integris adnotatt. aliquot doctorum et selectis Ez. Spanhemii, interpretatione item latina et gallica: additis imperatorum nummis ex instituto et bibl. *Christi. Sigismund Liebe.* Accedit *Sponii* diss. de vsu nummorum in physiognomia. Recensuit, cum cod. MS. Augustano editisque omnibus contulit, varr. lectiones, obss. et indices adiecit *Io. Mich. Heusinger*, Gothae 1736. et 1741. 8.

Ἰελιάνε — *des Kaisers Iulians zwo Spottschriften, die Caesars und Misopogon.* Griechisch, nebst einer deutschen Uebersetzung und mit Anmerkungen versehen von *Herrmann. Iac. Lasius*, der griech. Litteratur Profess. zu Rostock. Greifswald. 1770. 8. Praemissa est versio praefationis Spanhemii de Iuliani Caesaribus et operibus veterum satiricis, praefixae illius gallicae Caesarum interpretationi.

Ego vero edidi *Iuliani Caesares* ex recensione Heusingeri, et cum adnotationibus variisque lectionibus ex cod. Bauarico excerptis, atque versione Cunaei lat. Erlangae 1785. 8. Praefationi meae subiunxi a) particulam ex Heusingeri praef. de codd. et edd. b) *Daniel. Heinsii* de Iuliani Caesaribus iudicium ex eius libr. de satyra Horatiana. c) *Wyttenbachii* iudicium de Iuliano et editoribus, Petauio ac Spanhemio, ex eius epistola ad Ruhnken. *Harl.*

Gallice transstulit 1) *Bonauentura Grangier*, Paris. 1580. 8. praemissa Iuliani vita.

2) *Tho. de Hayons*, Leodii 1670. 8.

3) *Ezechiel Spanhemius*, adiuncto erudito commentario; quo et ex numis et antiquis monumentis Iulianus subinde illustratur Heidelberg 1660. 8. Hinc Parisiis 1683. 4. longe auctior recusus, raro obuius est, at indignis modis laceratur a Gronouio ad Arrianum p. 310. quum Spanhemio summo viro et eruditissimo nihil fuerit humanius et aequius. [splendide rec. Amstel. 1728. 4. recens. a *Clerico* in B. A. M. tom. 28. pag. 457. sq. Wyttenbachii iudicium de Spanhemii commentario iam supra adtulimus Spanhemii vers. sine notis subiecit Heusing. suae edit. *Harl*]

4) *M. P. Moretus* [ff]), Paris. 1683. 12. cum Iuliani vita, breuibusque adnotationibus.

[5) *Abbé de la Bleterie* historiae suae Iouiani, (Histoire de l'Empereur Iovien et Traduction de quelques Ouvrages de l'Empereur Iulien. Paris. 1748. II. voll. 12. mai. et Amstelod. 1750. II. voll. mai. 12) adiunxit versionem francogallicam Iuliani Caesarum, Misopogonis et selectarum eius epistolarum, cum adnotationibus.

Bleterie rationes et consilium sequutus *Duncombe* anglice vertit *epistolam ad Themistium*, *consolationem ad Sallustium*, *epistol. ad Constantium*, *Caesares*, *Misopogona*, cum aliis epistolis

ff) Acta Erud. A. 1683. pag. 311. et 1684. p. 164.

epiſtolis in collectione: *Select Works of the Emperor Julian*, and ſome Pieces of the ſophiſt *Libanius*, translated from the Greek: with notes from Petau, la Bleterie, Gibbon etc. To which is added the Hiſtory of the Emperor Iouian from the French of the Abbe de la Bleterie. By *John Duncombe*, M. A. London. Cadell. II. voll. 1784. 8. v. Monthly Review 1785. for March, pag. 161-166. et *Brüggemann* l. c. pag. 406.

Germanice verſi ſunt *Iul. Caeſares et Miſopogon* ab *Herm. Iac. Laſio*, Grypswald. 1770. 8. vti iam adnotatum eſt. — *Caeſares* ab anonymo, Hamburgi 1663. 8. et 1668. 8. — a *Io. Georgio Lottero* in: Schriften der deutſchen Geſellſch. etc. tom. II. pag. 383. ſqq. et a *Chriſtoph. Godofr. Bardili*, Halae Sax. 1788. 8. v. *Degen* Litteratur der deutſchen Ueberſetz. der Griech. tom. I. pag. 432. ſq.

In linguam *italicam* translati ſunt *Iul. Caeſares* a *G. F. Zanetto*, in Triuigi 1764. 8. v. *Paitoni* bibl. degli autori — volgarizz. tom. II. pag. 148. ſq. *Harl.*]

Belgice vertit atque editurum ſe recepit *Antonius Borremanſius* pag. 48. Variarum Lectionum.

XIII. Ἀντιοχικὸς [gg]) ἢ Μισοπώγων *Miſopogon* ſiue Satira, qua ſe ipſum [[?]] ironice reprehendendo *Antiochenſes*, a quibus [hh]) ob barbam deriſus fuerat, perſtringit. Scripta eſt ſub finem Ianuarii A. C. 363. p. 337-371. Meminit *Ammianus* XXII. 14. *Libanius* X. oratione funebri in Iulian. T. 2. pag. 307. (qui etiam λόγον διαλλαγῶν ſiue reconciliationis pro ciuitate Antiochena paraſſe ſe ſcribit IX. pag. 259.) *Nazianzenus* Orat. 4. pag. 133. *Socrates* III. 17. *Sozomenus* V. 19. *Theodoritus* III. 28. *Suidas* in Ἰȣλ. *Zonaras* lib. XIII. Annal. pag. 26. *Nicephorus* X. 27. hiſt. eccleſ. *Elias Cretenſis* ſcholiis ad Nazianzenum pag. 482. 483. qui Iulianum in hoc ſcripto elaborando adiutum a Libanio tradit. Prodiit primum e codice Petri Rami deſcriptus a *Petro Martinio* Morentino Navarro, qui latinam verſionem addidit, et vitam Iuliani praemiſit, apud Wechelum Pariſ. (non Francofurti, vt legas in Actis Erud. 1696. p. 489.) A. 1567. [ii]) et 1583. 8. Verſionem Bonau. Vulcanii, quam e bibl. Geſnerianae continuatore memorat illuſtris Spanhemius, editam non eſſe exiſtimo. *Fabr.* De editione graeca cum verſione germanica *Laſii*, et de interpretationibus *Bleterii* gallica atque *Duncombii* anglica vide ad nr. XII. adnotata. *Harl.*

XIV. Epi-

gg) Fallitur *Morillonus*, qui titulum huius ſcripti voluit eſſe Ἀντίοχον, non Ἀντιοχικὸν. Vid. *Hadr. Iunii* animaduerſiones IV. 10.

hh) Ex *Libanii* oratione πρὸς Ἀντιοχέας περὶ τῆς βασιλέως ὀργῆς [in ed. Reiskii tom. I. pag. 484. ſeqq.] qua Antiochenos ad placandam Iuliani indignationem adhortatur, conſtat, Antiochenos non modo legem, quam de leuanda annonae difficultate imperator ſanciuerat, tuliſſe impatienter, ſed et paſſos eſſe in vrbe ſua ab hominibus perditis circumferri impune ᾄσματα ſiue cantiunculas in ignominiam Iuliani compoſitas.

ii) Inſcriptio et nota anni, (in meo exemplo) haec eſt: Ἰȣλιανȣ — *Iuliani imperat. Miſopogon et epiſtolae*, graece latineque nunc primum edita et illuſtrata a *Petro Martinio* Morentino Nauarro Addita eſt praefatio de vita Iuliani, eodem authore. Pariſiis apud Andr. Wechelum. 1566. 8. Nota igitur a. 1567. hic in textu Fabr., vti nota quoque a. 1565. ſupra in vol. I. p. 680. error eſſe videtur typographicus. Codex vero Rami quia locis aliquot vitioſus erat, Martinius, vbi peccare videbatur, ex ſuo ſenſu mutauit, ſed in margine, quemadmodum antea legeretur, admonuit. *Harl.*

XIV. *Epistolae* Iuliani *tres sexaginta*, quibus vna *Galli*, fratris a. C. 353. scripta, subiungitur, qua Iulianum hortatur, ne Chr. sacra deserat [— Fabric. supra in v. I. in c. X. de collectione epistolarum Aldina et Cuiaciana (pag. 135-163. ed. Aurel. Allobrog. a. 1606. fol.) §. VII. de epistolis Iuliani quaedam notarat. Ego vero quoniam in vol. I. pag. 680. seq. initium illius paragraphi tantum retinueram, hic reliquam illius partem dabo. Ita vero scripserat Fabricius. „E primoribus epistolis XLVIII. Henr. Stephanus septem breuiores selectas graece edidit in sua collectione saepius memorata in epistoliis, dialogis breuibus, oratiunculis, poemat. ex variis vtriusque linguae scriptoribus.] a. 1577. 8. Ex Epistolis Iuliani quaedam profert Suidas in Ἡρόδοτος, Μεσώνιος, etc. *Decima* ad Alexandrinos legitur apud *Socratem* hist. eccl. III. 3. *Vndequinquagesima* ad Arsacium, Galatiae ἀρχιερέα s. pontificem, exstat apud *Sozomenum* libr. V. cap. 16. *Quadragesima secunda* continet edictum de Christianis [k]) a munere docendi litteras humaniores arcendis, de quo praeter *Rufinum* I. 32. *Socratem* III. 12. *Sozom.* V. 17. *Theodoritum* III. 8. *Orosium* VII. 30. et annalium scriptores, meminit *Ammianus* lib. XXII. pag. 324. et XXV. p. 427 Epistolas ad Iamblichum Iuliano suppositas coniicit *H. Dodwellus* exercit. de Pythagorae aetate pag. 187. *Has diu mihi,* inquit, *suspectas fateor. Agunt certe omnes de argumentis admodum leuibus, sophista profecto quam principe dignioribus. Negotium in illis serium nullum est, et stili curam maiorem sapiunt, quam quae deceat vel philosophum. Praecipuum vero in illas argumentum est neglectae chronologiae. Sopatrum hic* (epist. XL.) *rediuiuum legimus, sub Constantino M. interfectum.* Sed forte non necesse est, Sopatrum, Syrum, Iamblichi discipulum, eumdem existimare cum Sopatro, quem Ablabii sycophantia interemit Constantinus, et quem *Sozomenus* I. 5. hist. eccles. Plotini discipulum fuisse, non Iamblichi, innuit. [*Iuliani* epistolam ἀνεπίγραφον XXXV. pag. 410. quae de controuersia Argiuorum cum Corinthiis agit, ad *Vettium Agorium Praetextatum*, tamquam ad iudicem Graecorum, esse missam, et illum Praetextatum, ab Iuliano proconsulem Achaiae a. 362. creatum, retinuisse hanc prouinciam etiam sub successoribus eius vsque ad a. 365. postea in praefectura Italiae a. 384. mortuum, monet docetque *Wernsdorf* ad Photii cod. CLXV. §. 3. in ed. Himerii eclogarum et declamatt. pag. 13. *Harl.*] — Non praetereundum est, quod epistolis etiam accensendae sunt, quae propter longitudinem editae fuerunt inter Iuliani orationes, *octaua* propempticum ad Sallustium [ll]), philosophum, iter meditantem: *nona* ad Themistium, itidem philosophum, in qua plures suas ad eum epistolas memorat pag. 260. ed. Lipsiens. *decima* ad senatum populumque Atheniensem, et *vndecima*, qua de humanitate et libertate colenda, imaginibusque deorum et sacerdotibus honorandis praecipit. Ex deperdita Iuliani epistola ad Corinthios quaedam profert *Libanius* tom. II. pag. 217. „Hactenus *Fabricius*. Quae vol. I. pag. 681. §. XII. fin. scripseram; ea plenius refert *Caue* in script. ecclesiastic. histor. litter. pag. 346. vbi de Iuliano agit; dum „exstat, ait, latine *Iuliani epistola ad Photinum,*

kk) Vide *Baronium* ad a. C. 362. nr. 275-297. *Iac. Gothofr.* ad leg. V. cod Theodos. de medicis et professo . *Montacutium* ad Nazianz. Stel. *Valesium* pag. 119. ad excerpta Peiresc.

ll) De hoc *Sallustio* et altero *Saturnio Sallustio* Secundo, huiusque filio, agit *Wernsdorf.* in sua Himerii edit. ad Photii cod. cit. pag. 11. sq. *Harl.*

tinum, haereticum, non tamen integra, *aduersus Diodorum Tarsensem*, quem *Nazaraei Magum* adpellat, in qua Christum dominum *nouum illum et confictae deitatis deum Galilaeum;* eiusque cultum *agrestem religionem* vocat impius ὁ παραβάτης apud *Facundum Hermianensem* libr. IV. cap. 2. edit. nou. (Sirmondi,) pag. 59. *Harl.* Ex illis gr. Iuliani epistolis *nouem* primores prodierant inter variorum Epistolas, apud Aldum graece excusas, Rom. 1499. 4. [mm]) et deinde graece et latine [nn]) iterum vulgatas Geneuae 1606. fol. *decimam* seruauit *Socrates* III. 3. hist. *vndecima* et quae sequuntur *vsque ad duodequinquagesimam* similiter inter variorum Epistolas lucem viderant: *vndequinquagesima* petita e *Sozomeni* lib. V. cap. 16. *Quinquagesima*, *quinquagesima prima et secunda* graece primum vulgatae sunt a Petro Martinio vna cum Misopogone ceterisque Epistolis latina etiam versione illustratis Paris. 1567. [rectius 1566.] et 1583. 8. [oo]) Itaque tres illas Petauius primus vertit, quemadmodum *quinquagesimam tertiam* et sequentes *vsque ad quinquagesimam septimam*, quas vna cum epistola Galli ad Iulianum in lucem protulit *Bonau. Vulcanius* Lugd. Bat. 1597. 12. ad calcem epistolarum ac problematum Theophylacti Simocattae. *Quinquagesimam octauam et nonam*, sed in vnam [¶] licet a dubitante confusam *Nic. Rigaltius*, qui versionem etiam addidit, protulit primum ad calcem funeris parasitici, Paris. 1601. 4. cui etiam additum est Rigaltii glossar. tacticum. Sed in editione Petauiana, ipso Rigaltio monente, in duas diuisa est, ambas mutilas, et priorem fine, posteriorem capite truncam. Priorem e MS. demum suppleuit ingenii et doctrinae laude praeclarissimus Vir, *Lud. Antonius Muratorius*, de quo mox infra. *Sexagesima cum duabus sequentibus* a Petauio primum accesserunt ex apographo codicis Barocciani, quod cum ipso Patricius Iunius communicauit. *Sexagesima tertia* denique, quam graece tantum, valdeque hiulcam et mancam Martinius et Petauius dederant, *Ez. Spanhemius* emendauit suppleuitque ex Allatii codice, atque latinam versionem primus adiunxit. Agmen claudunt epistolarum Iuliani fragmenta e Suida in Ἀμφίων, Ἡρόδοτος, Μουσώνιος, Χρῆμα. *Fabr.* Epistolam ad Iudaeos censor in: Zuverläss. Nachricht. pag. 401. sq. l. c. cum quibusdam aliis V. D. habet manifesto suppostitiam; sed secus sentit argumentaque aduersarii sub examen vocat *Pfeil* in praefat. ad versionem libri Warburtoniani, supra memorati, pag. 68. sqq. Warburton ipse libri laud. pag. 105. sqq. vindicat eius epistolae fidem ab aliorum dubitationibus. Epistolam IX. recepit *Io. Patusa* in suam encyclopaed. philolog. vol. I. pag. 182. — Epist. ad Theodorum et aliae sex Iuliani sunt in Τῶν ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν ἀνθολογία, Paris. ex typogr. Steph. Preuosteau. 1583. 4. nr. 47. sqq. *Harl.*

Quae hactenus memoraui Iuliani Opera, ad codices regis Galliae et Baroccian. recensita a *Dionysio Petauio* S. I. et notis ab eo illustrata graece et latine prodierunt Paris. 1630.

mm) Exemplo in bibl. Leid. additae sunt notae Falkeburg. msst. *Harl.*

nn) Latina illa interpretatio diuersa est a versione Petri Martinii, quam Petauius et Lipsienses in edit. Iuliani seruarunt.

oo) In cat. bibl. *Burmanni* II. sub. fin. cat. codd. msst. etc. pag. 43. nr. 3739. citantur Iuliani epist. gr. et lat. P. Martinii, Paris. 1566. cum msst. codd. collat. a *I. Hirault. Harl.*

1630. 4. rr) In editione vero Lipſienſi 1696. fol. vir ſupra laudes *Ezech. Spanhemius* graeca ex praeſtantiſſimo codice Voſſiano, annorum circiter quingentorum, caſtigauit, Miſopogonem etiam contulit cum codice reginae Chriſtinae, praeterea obſeruationes ſuas praeclaras ad primam orationem, et erudita prolegomena, priorum etiam eruditorum praefationes et notas adiunxit. Praecipue vero editionem hanc ornauit additis libris decem *Cyrilli* Alexandrini, contra Iulianum, cum verſione Nic. Borbonii ad librum primum, et in ceteris Ioannis Auberti. *Fabr.* Integra inſcriptio haec eſt: Ἰȣλιανȣ — — *Iuliani imp. opera,* quae ſuperſunt, omnia, et *S. Cyrilli*, Alexandrini archiepiſcopi, contra impium Iulianum libri decem. Acc. *Dionyſii Petauii* in Iulianum notae et aliorum in aliquot eiusdem imperatoris libros praefationes ac notae. *Ezech. Spanhemius* graecum Iuliani contextum recenſuit, cum msstis codd. contulit, plures inde lacunas ſuppleuit et obſeruationes tam ad *Iulianum*, quam ad Cyrillum addidit cum indicibus neceſſariis Lipſiae cIↄIↄxcvI. Plura de hac edit. leges in Actis erud. Lipſ. a. 1696. pag. 489 - 500. et in *Io. Fabricii* hiſtoria bibl. Fabricianae tom. III. pag. 223 - 228. vbi quoque de Iuliano et interpretibus, Martinio, Cantoclaro, Theod. Marcilio atque Ez. Spanhemio docte agitur. De commentario Spanh. quid iudicet *Wyttenbach*, iam ſupra vidimus. Idem V. D. adhuc iuuenis, eruditas acutasque in pleraque Iuliani opuscula obſeruationes ſcripſit in libello egregio: *Dan. Wyttenbachii* epiſtola critica ſuper nonnullis locis *Iuliani imp.* Acc. animaduerſſ. in Eunapium et Ariſtaenetum. Göttingae 1769. 8. Orationem vero I. reliquit is intactam, quod tum temporis ipſi conſtitutum erat, illum panegyricum, tamquam ſpecimen nouae editionis Iuliani edere. Sed, abiecto hoc conſilio, obſeruatt. in I. illam orationem publici iuris fecit in bibl. critica, vti ſupra iam monuimus.

Hic addam ex Brüggemanni libr. mem. pag. 406. notitiam breuem quorumdam librorum praeter eos, quos ſupra adduxi.

Iulians Letter to the Boſtrens, translated into Engliſh, by — *Earl of Shaftesbury* in his Characteriſticks, Lond. 1733. 12. vol. III. pag. 68. ſq. Sed Shaft. iniuriam Iuliani fataque Titi, epiſcopi Boſtrenſis, omiſit: de qua fraude v. *Warburton* p. 78. ſq. verſ. german.

Two Orations of the Emperor *Iulian;* one to the Sovereign Sun, and the other to the Mother of the Gods; translated from the Greek. With Notes, and a copious Introduction, in which ſome of the greateſt Arcana of the Grecian Theology are unfolded. London. 1793. 8.

Eſſays, or Encomium of Sadneſs, and of *Iulian* the Apoſtata, by Sr. *William Cornewallis*, iunior. Lond. 1616. 4.

Some ſeaſonable Remarks upon the deplorable Fall of the Emperor *Iulian*, with an Epiſtle of his to the Citiziens of *Boſtra*, now made Engliſh. London 1681. 4. — *Iohn-*

pp) Iuliani opera, quae quidem reperiri potuerunt, omnia. Ea vero partim antehac edita, partim nunc primum e mss^t. eruta, et ad horum fidem accuratiſſime caſtigata, graece latineque prodeunt, cum notis. Paris. Seb. Cramoiſy. 1630. 4. Acc. ad quaedam opuſc. Caroli Cantoclari, P. Martinii et Nic. Rigaltii notae. In exemplo, quod eſt in bibl. Leid. Miſopogon collatus eſt cum msto ab Is. Voſſio v. Catal. illius bibl. pag. 251. *Harl.*

son lib. *Iulian the Apostate* etc. Londini 1683. 12. peperit controuersias, a pluribus agitatas: de quibus et de libris Iohnsoni, Meredith, Benneti, Hickesii, Thom. Longii, Rob. Howard, Dowelli, huc pertinentibus, in quibus etiam vita Iuliani enarratur, quorum vero commemoratio vberior, vereor, ne molestiam creet, v. *Wood* Athen. Oxon. vol. II. col. 1003. sq. et *Brüggem.* l. c. et infra, Fabr. fin. §. V. *Harl.*

A. 1709. Patauii 4. *Ludouicus Antonius Muratorius* in Anecdotis graecis p. 326. sq. ex MS. cod. Ambrosianae bibliothecae ante annos circiter septingentos scripto, (e quo etiam epistolas XLV. *Firmi*, Caesareae episcopi, qui Ephesinae synodo a. C. 431. interfuit, primus in eodem vol. publicauit,) epistolam Iuliani LVIII. altera maiore parte edidit auctiorem, in qua per θεραπεύοντας καὶ προσκαθεύδοντας τῇ ὀβελοῦ κορυφῇ *therapeutas Obelisci vertici indormientes*, non dubium est, monachos stylitas perstringi: quare fortassis illa epistolae pars suppressa fuit a Christianis quibusdam librariis. Idem *Muratorius* alias tres Iul. epistolas ante ineditas ex eodem codice adiunxit, additis notis copiosis, quae quum sint breues, hoc loco vna cum supplemento epistolae 58. a me integrae subnectentur: [et ego eas retinui, quia Fabr. in ep. LXVI. aliquoties recessit, praecipue ab interpr. Muratorii latina: Epistola quoque LVIII. in cod. Medic. XVI. plut. 58. multo longior legitur quam in editione, et in illo cod. sunt plures ineditae epistolae, vti supra in notitia codd. ex *Bandinii* catal. codd. gr. II. pag. 455. iam adnotatum est. *Harl.*]

LVIII. Ἰουλιανὸς Ἀλεξανδρεῦσι.

Ὀβελὸν εἶναι παρ' ὑμῖν ἀκούω λίθινον εἰς ὕψος ἱκανὸν, ἠρμένον ἐπὶ τῆς ἠιόνος, ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἀτιμοτάτων ἐῤῥιμμένον. Ἐπὶ τοῦτο ἐναυπήγησε σκάφος ὁ μακαρίτης Κωνστάντιος, ὡς μετάξων αὐτὸν εἰς τὴν ἐμὴν πατρίδα Κωνσταντίνου πόλιν. Ἐπεὶ δὲ ἐκείνῳ συνέβη, Θεῶν ἐθελόντων, ἐνθένδε ἐκεῖσε πορευθῆναι τὴν εἱμαρμένην πορείαν, ἡ πόλις παραιτεῖ παρ' ἐμοῦ τὸ ἀνάθημα, πατρὶς οὖσά μου, καὶ προσήκουσα πλέον ἤπερ ἐκείνῳ. Ὁ μὲν γὰρ αὐτὴν ὡς ἀδελφὴν, ἐγὼ δὲ ὡς μητέρα φιλῶ, καὶ γὰρ ἐγενόμην παρ' αὐτῇ, καὶ ἐτράφην ἐκεῖσε, καὶ οὐ δύναμαι περὶ αὐτὴν ἀγνωμονῆσαι[qq]). Τί οὖν; ἐπειδὴ καὶ ὑμᾶς οὐδὲν ἔλαττον τῆς πατρίδος φιλῶ, δίδωμι καὶ παρ' ὑμῖν ἀναστῆναι τὴν χαλκῆν εἰκόνα. πεποίηται δὲ ἔναγχος ἀνδριὰς τῷ μεγέθει Κολοσσικὸς, ὃν ἀναστήσαντες ἕξετε, ἀντὶ ἀναθήματος λιθίνου χαλκοῦν, ἀνδρὸς οὗ φατε πο-

LVIII. *Iulianus Alexandrinis.*

Obeliscum apud vos esse audio lapideum iustae altitudinis, despici tamen, et vt quid vile minimique momenti, in litore iacere. Eum Diuus Constantius, ad hoc constructo nauigio, CPolin ad patriam meam, transferendum destinarat. Postquam vero illi accidit, vt diis ita volentibus e terris ad supera fatali itinere demigraret, exigit a me ciuitas monumentum, quum ipsa mihi sit patria, adeoque mihi, quam illi, necessitudine maiori coniuncta. Ille namque eam vt sororem, at ego vt matrem amo; in eius enim solo primum in lucem editus, educatusque sum, neque fieri potest vt in illam ingratus vnquam videar[qq]). Quid igitur? Quoniam et vos non minus quam patriam amo, do vt et apud vos aereum erigatur simulacrum. Facta est autem nuper statua Colossea magnitudine, quam vos erigentes habebitis, pro lapideo monu-

qq) His verbis clauditur epistola in edit. Paris. et Lipsiensi.

θεῶν εἰκόνα καὶ μορφὴν, ἀντὶ τριγώνου λίθου χαράγματα ἔχοντος Αἰγύπτια. Καὶ τὸ λεγόμενον δὲ, ὡς τινές εἰσιν οἱ θεραπεύοντες καὶ προσκαθεύδοντες αὐτοῦ τῇ κορυφῇ, πάνυ με πείθει χρῆναι, τῆς δεισιδαιμονίας ἕνεκα ταύτης, ἀπάγειν αὐτόν. Οἱ γὰρ θεώμενοι τοὺς καθεύδοντας ἐκεῖ πολλοῦ μὲν ῥύπου, πολλῆς δὲ ἀσελγείας περὶ τὸν τόπον, ὡς ἔτυχεν, οὔσης, οὔτε πιστεύουσιν αὐτὸν θεῖον εἶναι, καὶ διὰ τὴν τῶν προσεχόντων αὐτῷ δεισιδαιμονίαν ἀπιστότεροι περὶ τοὺς Θεοὺς καθίστανται. Δι' αὐτὸ δὴ οὖν τοῦτο καὶ μᾶλλον ὑμῖν προσήκει συνεπιλαβέσθαι, καὶ πέμψαι τῇ ἐμῇ πατρίδι, τῇ ξενοδοχούσῃ καλῶς ὑμᾶς, ὅτε εἰς τὸν πόντον εἰσπλεῖτε, καὶ ὥσπερ εἰς τὰς τροφὰς, καὶ εἰς τὸν ἐκτὸς κόσμον συμβάλλεσθαι· πάντως οὐκ ἄχαρι καὶ παρ' αὐτοῖς ἑστάναι τι τῶν ὑμετέρων εἰς ὃ προσπλέοντες τῇ πόλει μετ' εὐφροσύνης ἀποβλέψετε.

monumento aereum viri cuius ſimulacrum et formam deſiderare dicitis, pro triangulo lapide Aegyptiis notis inſcripto. Et, quod vulgo fertur, quosdam eſſe Therapeutas, qui obeliſci huius vertici indormiant, valde mihi perſuadet, ob huiusmodi ſuperſtitionem oportere ipſum abduci. Nam qui inſpiciunt [?] dormientes ibi multasque ſordes, ac flagitia loco, vt caſus tulit, circumfuſa, illum minime arbitrantur quid diuinum eſſe, et propter eorum, qui ſaxo eidem immorantur, ſuperſtitionem, minus de diis credunt. Idcirco igitur magis etiam vobis conuenit inceptum adiuuare, ſaxumque illud ad patriam meam mittere, quae vos honeſto excipere ſolet hoſpitio, quando in pontum nauigatis, et quemadmodum annona deferenda, ita et externo Vrbis ornatu augendo opem veſtram conferre. Neque omnino vobis ingratum erit, apud nos ipſos aliquid veſtrum exſtare, in quod, quum ad Vrbem nauigatis, cum hilaritate impoſterum reſpiciatis.

LXIV. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς δῆμον εὐφημήσαντα ἐν τῷ Τυχαίῳ.

Εἰ μὲν εἰς τὸ θέατρον λαθὼν εἰσῆλθον, εὐφημεῖτε· Εἰ δὲ εἰς τὰ ἱερὰ, ἡσυχίαν ἄγετε, καὶ μετενέγκατε ὑμῶν τὰς εὐφημίας εἰς τοὺς Θεούς. Μᾶλλον δὲ οἱ Θεοὶ τῶν εὐφημιῶν χρῄζουσιν.

LXIV. *Eiusdem, ad populum, acclamantem in Tychaeo ſiue templo Fortunae.*

Siquidem in theatrum latenter ingrediar, acclamate: ſin autem in templa me conferam, ſilentium agite, et acclamationes veſtras in deos transferte. Plauſus et bona verba potiori iure diis debentur.

LXV. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ζωγράφον.

Εἰ μὲν μὴ εἶχον, καὶ ἐχαρίσω μοι, συγγνώμης ἦσθα ἄξιος. Εἰ δὲ εἶχον μὲν, οὐκ ἐχρησάμην δὲ, τοὺς Θεοὺς ἔφερον· μᾶλλον δὲ ὑπὸ Θεῶν ἐφερόμην. [?] Σύ μοι ἀλλότριον σχῆμα πῶς ἐδίδους, ἑταῖρε; οἷον με εἶδες, τοιοῦτον καὶ γράψον.

LXV. *Eiusdem ad pictorem.*

Siquidem non haberem, et mihi fuiſſes gratificatus, venia dignus eſſes. Sin autem haberem, neque vterer, deos ferrem: imo potius dii me ferrent. Tu vero quare alienum mihi habitum dediſti, o amice? Qualem me vidiſti, talem etiam pingito.

LXVI. Τοῦ αὐτοῦ, Ἀρσάκῃ rr) Ἀρμενίων Σατράπῃ.

Ἐπείχθητι πρὸς τὴν παράταξιν, Ἀρσάκιε, θᾶττον ἢ λόγος, τὴν δεξιὰν κατὰ τῆς Περσικῆς μανίας ὁπλίσας. Ἡ γὰρ ἡμετέρα παρασκευή τε καὶ προθυμία δυοῖν θάτερον βεβούλευται, ἢ τὸ χρεὼν ἀποδοῦναι ἐπὶ τῆς Παρθυαίων εὐοδίας ss) τὰ μέγιστα διαπραξαμένους, καὶ τὰ δεινότατα διατιθεμένους τοὺς ἀντιπάλους, ἢ τούτους χειρωσαμένους, πρυτανευόντων ἡμῖν τῶν Θεῶν, καλλινίκους ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν ἐνεγκαμένην, τρόπαια κατὰ τῶν πολεμίων ἐγείραντας. Πᾶσαν οὖν ῥαστώνην καὶ φενακισμὸν ἀποθέμενος, καὶ τὸν μακαρίτην ἐκεῖνον Κωνσταντῖνον, καὶ τὰς τῶν εὐγεγονότων περιουσίας, τὰς εἰς σέ τε καὶ τοὺς ὁμοτρόπους σοι βαρβάρους ὑπὸ τοῦ ἁβροτάτου καὶ πολυετοῦς Κωνσταντίου κενωθείσας, νῦν με tt) τὸν Ἰουλιανὸν, τὸν Ἀρχιερέα, τὸν Καίσαρα, τὸν Αὔγουστον, τὸν Θεῶν τε καὶ Ἄρεως θεραπευτὴν uu) ἐννόησον, τὸν Φραγκῶν τε καὶ Βαρβάρων ὀλετῆρα, τὸν Γάλλων τε καὶ Ἰταλῶν ἐλευθερωτήν. Εἰ δὲ ἕτερόν τι βουλεύσαιο, πυνθάνομαι γὰρ εἶναί σε πανοῦργον, καὶ κακὸν στρατιώτην, καὶ ἀλαζόνα, ὡς τὰ παρόντα μοι πράγματα δείκνυσιν· ἐχθρὸν γάρ τινα τῆς κοινῆς λυσιτελείας λανθάνοντα ἀποκρύπτειν παρά σοι πειρᾷς, καὶ τέως μὲν τοῦτο ὑπερτιθέναι διὰ τὴν τοῦ πολέμου τύχην· ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν ἡ τῶν Θεῶν συμμαχία πρὸς τὴν τῶν πολεμίων καθαίρεσιν. Εἰ δέ τι τὰ τῆς εἱμαρμένης κρίνειε, (Θεῶν γὰρ βούλησις ἡ ταύτης ἐξουσία,) ἀδεῶς καὶ γενναίως οἴσω τοῦτο. Ἴσθι δὲ, ὡς σὺ μὲν πάρεργον ἔσῃ τῆς Περσικῆς χειρὸς, συναφθείσης σοι παγγενεὶ τῆς ἑστίας, καὶ τῆς Ἀρμενίων ἀρχῆς, κοινωνήσει δέ σοι τῆς δυστυχίας καὶ ἡ Νησιβίων πόλις, τῶν οὐρανίων Θεῶν τοῦτο πάλαι ἡμῖν προαγορευσάντων.

LXVI. *Eiusdem, Arſaci, Armeniorum ſatrapae.*

Ad aciem dicto celerius propera, Arſacie, dexteramque contra Perſicum furorem armato. Noſter enim bellicus adparatus impetusque animi alterum e duobus conſtitutum haut, ſi Parthis feliciter res ſucceſſerit, fortiter pugnantes et hoſtibus omni vi obnitentes mori et naturae debitum perſoluere, aut, ſi noſtris rebus adfuerint Dii, Perſis ſubiugatis in patriam reuerti victores et trophaea de hoſtibus ſtatuere. Omnem igitur deſidiam atque tergiuerſationem abiice, atque cogita Diuum illum Conſtantinum, et opes nobilium in te tuique ſimiles barbaros a molliſſimo et annoſo Conſtantio exhauſtas, nunc vero me Iulianum, pontificem maximum, Caeſarem, Auguſtum, deorum ac Martis cultorem, qui Francorum Barbarorumque perditor, Gallorum vero atque Italorum liberator eſt. Quod ſi aliud animo agitaueris, audio enim te verſutum eſſe, malumque [?] militem et ſuperbum, vt res praeſentes fidem mihi faciunt, ſiquidem hoſtem quendam publicae vtilitatis apud te latitantem abſcondere, atque hactenus id propter belli fortunam continuare audes: nobis ſatis eſt deorum auxilium, vt cunctos internecione deleamus. Sin vero aliud Fatis placuerit, (horum enim poteſtas deorum voluntas eſt) ſecure et fortiter hoc feram. Scito tamen incenſa tibi funditus domo atque exciſo Armeniorum imperio, Perſicae te potentiae adpendicem fore. Communem vero tecum calamitatem ſubibit Neſibiorum ciuitas, coeleſtibus diis hoc olim nobis praenunciantibus.

Notat

rr) Meminit huius epiſtolae, a. C. 363. ſcriptae, Sozomenus VI. 1. et Nicephorus Calliſti X. 34. Vide etiam Libanium T. 2. pag. 312.

ss) MS. εὐορίας.

tt) MS. μοι pro quo Muratorius legit σοι.

uu) MS. εὐνόησον. Muratorius εὐνοῖζον *beneuolum facito*. a cuius interpretatione aliquot locis in hac epiſtola receſſi.

Notat doctissimus Muratorius, in altero Ambrosianae bibl. antiquissimo codice aliam quandam breuem Iuliani epistolam, nondum publici iuris factam, haberi, *sed fugientia*, inquit, *characterum vestigia omnem mihi legendi spem sustulere. Illam tamen* a Friderico Rostgaardio, *nobili Dano, aliquando edendam spero, vna cum aliis apostatae monumentis. Quum enim Italiam peragraret, et Libanii epistolas e variis codicibus MSS. colligeret, eas luce donaturus, Ambrosianum etiam Codicem pro sua sollertia satis intellexisse visus sibi est. Fabr.* Atqui nonnullas Iuliani epistolas, antea vel nondum editas vel minus integre vulgatas, a Frider. autem Rostgaard e codd. bibliothecarum Vaticanae, Mediceae et Ambrosianae descriptas, earum apographo opera *Io. Grammii* accepto, publicauit *Fabricius* in luce salutari pag. 316-338. notisque illustrauit. Ad quos autem illae scriptae essent, postea in indice, (§. IV.) additis litteris *L. S.* et paginae nota, significaui. *Harl.*

IV. *Index eorum, ad quos LXVI. Iuliani Epistolae.*

Sine inscriptione sunt I. 35. *vv*) 42. 46. 47. 48.

Aëtio, episcopo. 31. Meminit Sozomenus V. 5. *ww*)

Alexandrinis, Ἀλεξανδρέων τῷ δήμῳ. 10. 26. (qua Epistola Athanasius *xx*) vrbe excedere iubetur, quemadmodum et Epist. 6. ad Ecdicium.) 51. 58.

Alypio, Caesarii fratri. 29. 30.

Amerio. 37.

Pro Argiuis. 35.

[?] Aristomeni, philosopho. 4.

Arsacio, pontifici, ἀρχιερεῖ Galatiae. 49.

Arsaci, Armeniorum satrapae. 66.

Artabio. 7.

Basilio. 12. inter Epistolas S. Basilii 206. 207. *Fabric.* Posterior epistola auctior edita est in L. S. pag. 323. *Harl.*

Bostrenis 52. Meminit Sozomenus V. 15.

Byzantiis. 11. 64.

Callixenae. 21.

Dionysio. 59.

Dositheo. 33.

Ecdicio, Aegypti praefecto. 6. 9. (vbi Georgii, Cappadocis, bibliothecam *yy*) ab eo ad se mitti iubet, de qua etiam ad Porphyrium Epist. 36.) 50. 56.

Ecebolo. 19. 43.

Elpidio, philosopho. 57.

[Euclidi, philosopho. L. S. p. 321.]

Eugenio, philosopho. 18.

Eumenio et Phariano. 55. [etiam in c. medic. XXV.]

Eustochio. 20.

[Eutherio. L. S. 318.]

Georgio, Καθολικῷ. 8. 54.

Gregorio, ἡγεμόνι. 28.

Hermogeni, ἀφεπάρχῳ, ex praefecto Aegypti. 23.

Iamblicho, philosopho. 34. 40. 41. 53. 60. 61.

Ἰουδαίων τῷ κοινῷ. 25. In editione Aldina additur: εἰ γνήσιος, *si genuina.* Videtur

vv) Hanc epistolam ad *Vettium Agorinum Praetextatum*, proconsulem Achaiae, scriptam esse, ex *Wernsdorfii* nota ad Himerium p. 13. supra ad sect. XIV. iam obseruaui. *Harl.*

ww) *Fabr.* in luce salut. pag. 319. quaedam notauit deditque duas varias cod. Medicei lectiones. *Harl.*

xx) Meminit huius Epistolae siue edicti *Sozom.* V. 15. Exstat apud *Socratem* III. 3. et *Nicephorum* X. 7.

yy) Confer epist. 36. et de studio, quo flagrauit Iulianus amplissimos librorum thesauros colligendi, vide *Libanium* T. 2. p. 234. Bibliothecam Iuliani, in Traiani fano dedicatam, Iouianus cremauit. Suidas in Ἰοβιανός et excerpta Peiresciana pag. 846.

tur tamen esse. Confer Valesium ad Sozomenum V. 22.
Iuliano τῷ θείῳ, auunculo. 13.
Leontio. 22.
Libanio. 3. 14. 44. sophistae et quaestori 27. *Fabr.* Ad notam epistol. *tertiae* animaduertit Fabr. in praefatione, codicem Baroccianum illam non ad *Libanium* scriptam prae se ferre, vt in editis, sed ad *Priscum.* Alia ad Libanium in L. S. p. 322. alia ad Liban. sophistam et quaestorem ibid. p. 320. *Harl.*
Luciano, sophistae. 32.
Maximo, philosopho. 15. 16. (vbi scripta sua ei censenda offert) 38. 39.
Lex de medicis. post 25.
Oribasio. 17.
Eumenio et Phariano. 55.
[Patriarchae Iudaeorum. L. S. p. 318.]
[Philippo. L. S. 316.]
Ad pictorem. 65.
Porphyrio, catholico. 36. Suid. in Ἐπιστολή.
[Prisco. L. S. p. 319.]
Proaeresio. 2.
Sarapioni. τῷ λαμπροτάτῳ. 24.
[Sosipatro. L. S. 316.]
Theodorae αἰδεσιμωτάτῃ. 5.
Theodoro, pontifici. 63.
Zenoni, archiatro. 45.

V. *Scripta Iuliani deperdita.*

XV. *Opus aduersus Christianos* [zz]), quod *septem libris* constitisse testatur *Hieronymus* epistola 83. ad Magnum, oratorem romanum. *Iulianus Augustus septem libros in expeditione Parthica* (A. C. 363.) *aduersum Christum euomuit, et iuxta fabulas poëtarum suo se ense lacerauit. Si contra* [¶] *hunc scribere tentauero, puto interdices mihi, ne rabidum canem philosophorum et Stoicorum doctrinis, Herculis claua percutiam? quanquam Nazarenum nostrum, et, (vt ipse solebat dicere,) Galilaeum statim in praelio senserit, et mercedem linguae putidissimae, conto ilia perfossus acceperit.* Τοὺς κατὰ χριστιανῶν λόγους nuncupat *Socrates* III. 1. quorum tertium citat III. 23. Libanius threno in funus Iuliani t. II. Orat. IX. p. 255. vocat βιβλίων συγγραφὰς βοηθούντων Θεοῖς, *libros Diis opitulantes.* Ex his *tres*, sacris euangeliis oppositos, decem libris, Theodosio, iuniori, imp. dicatis, confutauit *Cyrillus*, Alexandrinus. Ἔχων, inquit, εὐφυᾶ τὴν γλῶτταν ὁ κράτιστος Ἰουλιανὸς κατέθηξεν αὐτὴν κατὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ δὴ τρία συγγέγραφε βιβλία κατὰ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων καὶ κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν χριστιανῶν θρησκείας. Κατασείει καὶ δι' αὐτῶν πολλοὺς, καὶ ἠδίκησεν οὐ μετρίως. Haec est Iuliani ἀνατροπὴ τῶν Εὐαγγελίων, quam vna cum Cyrilli, Alex. opere contrario memorat *Theophanes* in Chronographia p. 44. In aliis autem quatuor libris alia sacra volumina videtur Iulianus calumniatus esse, vnde *Cedrenus* p. 407. οὗτος ὁ δυσσεβὴς καὶ τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων ἀνατροπὴν ἔγραψεν, ἣν ὁ μέγας Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλοι φιλόχριστοι ἐπηνορθώσαντο. Καὶ πᾶσαν δὴ ἄλλην γραφὴν αὐτός τε καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῦ διέβαλον, ὑπὸ δὲ τῶν ὀρθοδόξων ἐξεβλήθησαν τὰ τούτων νοθεύματα. *Impius ille scripsit etiam euangeliorum euersionem, quam magnus Cyrillus, Alexandriae episcopus, aliique Christiani confutarunt. Omnes praeterea alias sacras litteras Iulianus eiusque similes sunt calumniati, quorum commenta a recte sentientibus explosa*

zz) Conf. *Fabr.* nostrum in delectu argumentor. pro veritate relig. pag. 100. sqq. et in Luce salutari pag. 159. Id Iuliani opus citauit laudauitque *Libanius* in orat. funebri in Iulian. imper. — De loco quodam (p. 206. ed. Spanhem. Opp. Cyrilli,) vid. *la Croze* in epist. ad Roloff. pag. 230. tom. III. thes. epist. Lacroziani. *Harl.*

plosa fuerunt. His, qui Iulianum oppugnarunt, accensendus etiam est *Photius*, qui epistola 187. ad Christophorum, protospatharium, parabatae cauillationem aduersus dictum Christi Math. XIX. 21. refert et confutat, *τὴν σὴν ἀπορίαν καὶ πικρότερον καὶ δριμύτερον οἶδα ποτὲ Ἰουλιανῷ τῷ παραβάτῃ διεσκευασμένην.* Ἃ γοῦν ἘΝ ΤΟΙ͂Σ ΠΡΟ͂Σ ἘΚΕΙ͂ΝΟΝ *εἶπον, καὶ ὧν ἡ μνήμη τὴν σωτηρίαν ἔχει, ταῦτα δή σοι ἄρα γράφων ἀποχρῶσαν οἶμαι τὴν λύσιν παρεσχηκέναι.* Idem Epistola 211. *ὁ τῆς ἀποστασίας Ἰουλιανὸς κατὰ τῆς εὐσεβείας γράφων, ἀλλόκοτα μὲν καὶ μωρὰ γράφων ὅμως ἔδοξέν τι σοφὸν καὶ δυσεπιτίμητον αἰτιᾶσθαι χριστιανοὺς, ὅτι μὴ ζωοθυσίαις τὸ θεῖον γεραίρουσιν.* *Io. Cuspinianus* in vita Iuliani pag. 130. scribit, septem eius libris contra Christum petulantissime effusis, respondisse fortissime Methodium, Eusebium atque Apollinarem, idque Hieronymum testari Sed Porphyrio, non Iuliano [P] triumuiri illi responderunt, et respondisse Hieronymus auctor est. De solo *Apollinari*, Syro, constat, quod librum *ὑπὲρ ἀληθείας* philosophis graecis et imp. Iuliano opposuit, teste *Sozomeno* V. 18. *Philippus* quoque *Sidetes* Iuliani libros confutauit, teste Socrate VII. 27. E recentioribus adeundus *Dominicus Mellenius* in veteres quosdam nominis Christiani obtrectatores, Celsum, Porphyrium, Iulianum, libris IV. Florent. 1577. fol. *Fabr.* Fragmenta operis, at non integri, sed trium tantum librorum, quos Cyrillus ipse se refutasse fatetur, *Dargensius* excerpsit, contexuit, et librum amissum restituere studuit in opere, inscripto:

Défense du Paganisme par l'Empereur Iulien, en Grec et en François, avec des Dissertations et des Notes pour seruir d'eclaircissement au texte et pour en refuter les erreurs, par Mr. le Marquis d'Argens, Chambellan de S. M. le Roi de Prusse. à Berlin 1764. 8. — it. en français, avec de nouv. notes de divers aut. à Berlin (Geneue) 1768. 8. — gr. et français IIIme edit. augm. à Berlin. 1769. 12. II. vol.

Dargensius errat, existimans, totum fere Iuliani opus hoc modo redditum esse, quum potius maiorem illius partem deesse certum sit, et, in ipsis tribus libris, quorum tantum refutationem Cyrillus suscepit, ab hoc non pauca esse omissa, cum e tota serie orationis, tum ex ipsius Cyrilli testimonio (lib. II. pag. 38.) pateat. Dargensius autem, vt sententiarum esset ordo, aut potius, vt ordo pristinus libri restitueretur, omniaque inter se cohaererent, interdum addidit quaedam, suppleuitque sui ingenii ope disputationem. In praefatione editor, vsus praesertim Petauii verbis, defendit instituti rationem consiliumque Iuliani librum, contra Christianorum doctrinam scriptum, edendi. Sequitur disput. de imperatore, Iuliano, in qua copiosius ea exponuntur, quae iam *de la Bleterie* coeperat pro illo dicere, diluunturque crimina, quae ille reliquit, Iuliano a scriptoribus ecclesiasticis illata, et defensio tribus absoluitur capitibus. Sed de prima edit., de argumento libri atque erroribus quibusdam, a Dargensio commissis, copiose egit *Klotzius* in actis litterariis vol. II. pag. 175-203. cuius censuram in compendium redegit cl. *Meusel.* in bibl. hist. l. c. p. 215. seq. et praeter ea prouocauit ad censuras in *Ernesti* neuen theol. bibl. tom. VIII. part. I. pag. 551-558. et in allgem. teutschen Bibl. tom. I. pag. 188-198.

Georg Fried. Meier, professor quondam Halensis, haud pari quidem successu secundum censorum iudicium, conatus est Dargensii opiniones refellere in libro: *Beurtheilung der Betrachtungen des Herrn Marquis von Argens über den Kaiser Iulian.* Hal. Sax. 1764. 8.

Maiore laude ornatur liber, quem *Guil. Crichton*, opere Dargensii motus, confecit et inscripsit: *Betrachtungen über des Kaisers Iulians Abfall von der christlichen Religion und Vertheidigung des Heydenthums.* Halae Sax. 1765. 8. *Harl.*

Cetera deperdita imperatoris scripta memorantur

Κρόνια, cum Caesaribus Iuliani neutiquam confundenda. Suid. in Ἰελιανὸς et Ἐμπεδότιμος. *Fabr.* Et tamen cod. Henr. Stephani, qui in Lond. bibl. seruatur, in catalog. librorum eius recenset Συμπόσιον, ἢ Κρόνια, neque porro Caesarum meminit, aduotante Petauio. In cod. Augustano inscriptus est libellus *Caesares* continens τοῦ θεοστυγοῦς Ἰελιανοῦ συμπόσιον ἢ κρόνια. in cod. autem Bauarico Ἰελιανοῦ αὐτοκράτορος συμπόσιον ἢ Κρόνιον. vnde patet, illas inscriptiones librariorum tarditate culpaque esse ortas. Atque Spanhemius „obseruo, inquit, Iulianum Κρονίων, a se scriptorum, ipsum facere mentionem orat. IV, pag. 204. ed. Petau. his verbis: ἐπεί σοι καὶ τὸ πρότερον, ΕΙ'Σ ΤΑ ΚΡΟ'ΝΙΑ γεγραμμένον ἡμῖν, οὐ παντάπασιν ἀπόβλητον ἐφάνη. Hinc vero colligi posse existimo, aliud illorum, aliud Caesarum, argumentum fuisse: quum non dicat, se scripsisse τὰ Κρόνια, sed εἰς τὰ Κρόνια, h. e. de origine et legibus Saturnaliorum, quod et Iulianus fecerat." Librarii vero quod libello de Caesaribus etiam addiderint Κρόνια, id principio libelli, ἐπειδὴ δίδωσιν ὁ θεὸς παίζειν (ἔστι γὰρ ΚΡΟ'ΝΙΑ) γελοῖον etc. decepti fecisse videntur. *Harl.*

Περὶ τῶν τριῶν σχημάτων. Suid. in Ἰελ.

Epistolae complures.

Videtur etiam Iulianus aliquid scripsisse de arte militari, vt colligas ex his *Theophylacti* epist. 71. πῶς δ' ἂν στρατιωτικὴν καὶ γεωμετρικὴν εἰς ταυτὸ συνήγαγε καὶ συνῆψε, τὰ μακροῖς θριγγίοις ἔκπαλαι διειργόμενα, μετ' Ἀρχύταν, μετὰ Φιλόλαον, μετὰ τὸν Αἴλιον Ἀδριανὸν, μετὰ τὸν ἔκπτωτον ἡμῖν Ἰελιανόν.

Iuliani χαραγὰς *Combefisius* in Origg. CPol. pag. 23. et *Bandurius* lib. V. Antiqu. CPol. pag. 96. vertunt *Iuliano cusam monetam*, et mox μεθ' ὧν καὶ τὴν τούτου στήλην ἔξω τῆς χαραγῆς Combefisius *eiusque statuam non numo incisam;* Bandurius *ac postea eius statuam extra monetariam officinam stantem*, quae vtraque mihi non arridet interpretatio. Videndum, num χαραγαὶ sint sculptae imagines siue statuae notatae nominibus eorum, quos referebant, quibus deinde infra opponuntur χαραγαὶ νεμίων, vti μεθ' ὧν non reddendum est *postea*, sed *inter quas* etiam Iuliani statua posita ἔξω τῆς χαραγῆς, sine expresso Iuliani nomine.

De libro *Iohnsoni*, anglice edito, qui Iulianus Apostata inscribitur, et cui A. 1683. responsio eadem lingua Londini opposita, ipse autem liber A. 1688. gallice etiam versus in Belgio prodiit, videnda *Petri Baelii* responsa ad quaestiones hominis e Prouincia T. I. pag. 636. [et *Bruggem.* l. supra laudato.]

VI. *Alii Iuliani amplius sexaginta.*

Iulianus, *Aegyptius*, ἀπὸ ὑπάρχων, sub Iustino, imp. Eius Epigrammata exstant in Anthologia epigrammatum graecorum. Alius Iulianus, praefectus Aegypti, sub Theodosio Magno,

Magno, de quo *Iac. Gothofredus* ad codicem Theodof. T. 6. p. 369. vbi etiam de [&] Iulianis, qui fub Valentiniano praefecturam annonae et proconfulatum Afiae nec non Africae gefferunt. Alius *Tiberius Iulius Iulianus* Alexander, praefectus Aegypti, fub Vefpafiano, imper. cuius mentio apud Iofephum XX. 3. Antiq. Suetonium Vefp. c. 6. et in infcriptione veteri apud Gruterum pag. CXXIV. 1.

Iulianus, epifcopus *Alexandrinus*, cui circa a. C. 187. Demetrius fucceffit. *Eufeb.* hiftor. ecclef. pag. 174. 190. 202. *Fabr.*

[Iulianus, Alexandrinus, occurrit in catena in Iobum. v. *Bandini* catal. codd. gr. Medic. I. pag. 52.]

[Iulianus f. Iulius, Alexandr. mathematicus. v. fupra vol. IV. pag. 141.]

[Iulianus Alexander, medicus. de hoc aliisque vide fupra, vol. II. pag. 126. fq. et in indice, v. *Iulianus*, loca, vbi in Fabr. B. Gr. de fingulis agitur, memorata. *Harl.*

Iulianus, *Anazarbenfis* Cilix, martyr, de quo *S. Chryfoftomi* Homilia XLVII. ad populum Antiochenum, *Henfchenius* ad 16. Martii T. 2. Act. Sanctor. illius menfis pag. 421. fqq. Omitto plures *Iulianos*, martyres, vt duos, Eufebio memoratos, aliosque, de quibus *Bollandus* T. 1. Ianuarii pag. 571. *Cangius* in CPoli Chriftiana lib. 4. pag. 127. etc.

Iulianus, *Antiochenus,* epifc. poft Petrum Fullonem, fub Zenone, imp. ab a. C. 471-476.

Iulianus, *Aphthartodoceta.* Infra in Halicarnaffenfi.

Antonius Iulianus, hiftoricus, qui fub Hadriano de Iudaeis fcripfit, citatus a *Minucio Felice* pag. 37. vna cum Iofepho nefcio, idemne cum Antonio Iuliano, rhetore, quem virum bonum et facundiae florentis vocat *Gellius* XVIII. 5.

Iulianus, *Apamenfis* epifcopus, tempore Commodi, imp. *Eufeb.* V. 16. hift. ecclef. p. 182.

Iulianus, *Apfilarum* dynafta, quem ab Adriani patre regnum accepiffe fcribit *Arrianus* periplo ponti Euxini.

Iulianus, abbas coecus, gente *Arabs*, de quo Sophronius in prato fpirituali. Baronius ad A. C. 547. nr. vlt.

Iulianus Petri, *archipresbyter* S. Iuftae, Toletanae vrbis, cuius nomine fuppofitum ab Hifpanis Chronicon vna cum Aduerfariis, defcriptione eremitoriorum Hifpanorum et carminum variorum collectione fertur, eiusdem cum Pfeudo-Dextro furfuris. Editorem Laur. Ramirefium, qui Parif. 1628. typis excudi curauit, Sirmondus, honorificum ab eo teftimonium operi praefigendum rogatus, bello elufit refponfo: negauit enim, aliud dare fe poffe, quam effe auctorem, de thefauro fuo proferentem noua et vetera. Vide *D. Antonii Reiferi* Launoium confefforem pag. 785. et *Nic. Antonium* lib. 7. bibl. veteris Hifpanae c. 8. qui paffim alibi in illo opere Iuliani huius commenta explodit.

[&] Iulianus, *Arelatenfis*, infra in Pomerio.

Iulianus Afcalonita, cuius meminit Harmenopulus.

[Io. Baptiſta Iulianus, Neapolitanus, ex ordine Minimorum S. Franciſci Paulae. ſcripſit Arſenale praedicabile, ed. Venet. 1650. v. *Io. Fabric.* hiſtor. biblioth. Fabric., tom. III. pag. 410.]

Iulianus, *Boſtrorum* epiſcopus, de quo Euagrius III. 33.

Iulianus, Domni F. *Caeſarienſis*, Cappadox ſophiſta, qui tempore Conſtantini M. imper. Athenis docuit, de quo paucis Suidas, pluribus Eunapius. Idem Iulianus, cuius Lexicon πολύστιχον in decem Rhetoras laudat *Photius* cod. CL.

Iulianus, *Caeſarinus*, qui concilio Baſileenſi interfuit, de quo *H. Warthon* in adpendice ad hiſt. litterariam eccleſiaſticorum ſcriptorum Cauei ad A. C. 1426.

Iulianus, *cardinalis*, legatus Nicolai V. Pontificis, auctor tractatus de translatione imperii, qui MS. exſtat in bibl. Auguſtae Vindel.

Iulianus *Carpentoratenſis* epiſcopus, qui interfuit concilio Epaonenſi A. C. 517.

Iulianus, *Celanenſis*. Infra in Eclanenſi.

Iulianus, *Chaldaeus*. Infra in Theurgo.

Iulianus, *Cilix*. Supra in Anazarbenſi.

Iulianus, *Cingulanus* epiſcopus, cuius mentio in epiſtolis Vigilii, papae A. C. 550. et 553.

Claudius Iulianus, praefectus vrbis, A. C. 201. in veteri inſcriptione apud Gruterum pag. XXXII. 6.

Iulianus, *Coënſis* epiſcopus, Leoni I. pontifici carus, cuius vice ſynodo Epheſinae A. C. 431. interfuit. Vide *Paſchaſium Queſnellum* ad Leonem M. pag. 844. ſeq. edit. primae. Exſtat eius epiſt. ad Leonem, imp. aduerſus Timotheum Aelurum et pro ſynodi Ch cedonenſis confirmatione, ſcripta A. C. 457.

Iulianus, *comes* Orientis, Iuliani, imp. θεῖος ſiue auunculus, Chriſtianorum perſecutor etiam contra auunculi ſententiam crudeliſſimus, de quo *Philoſtorgius* VII. 10. *Valeſius* ad Sozom. V. 8. *Iac. Gothofredus* ad cod. Theodoſ. T. 6. pag. 368.

Conſules Romani, Anicius Iulianus, A. C. 322. M. Aquilius Iulianus 38. P. Caeionius Iulianus Camoenius, 325. Claudius Iulianus 224. T. Vinicius Iulianus, ſuffectus A. 363. Vide et infra in Saluio Iuliano.

Iulianus Demetrius.

Iulianus, *diaconus*, cuius antidotum aequalis ſui laudat *Aëtius* III. 3. cap. 12. Alius *Iulianus Lucas*, natione Graecus, diaconus Toletanus, qui Hiſpanicam hiſtoriam et de geſtis Ildefonſi, quod Archiepiſcopo [?] alii tribuunt, ſcripſit. *Baron.* ad A. C. 657. n. 43. *Voſſius* hiſt. latin. pag. 753.

Didius Iulianus, imperator, A. C. 193.

Iulianus Diocles, poeta epigrammat.

Iulianus, *Eborenſis* epiſcopus, in veteri inſcriptione apud Gruterum pag. MLIII. 9.

Iulianus,

Iulianus, Pelagii et Caeleſtii diſcipulus, epiſcopus *Eclanenſis*, contra quem S. Auguſtinus ſcripſit. De eo multa, Annales et Pelagianae ſcriptores hiſt. Vſſerius, Voſſius, Noriſius: *Garnerius* quoque ad Marium Mercatorem tom. I. et ad librum diurnum pontificum Rom. pag. 43. Idem Garnerius Iuliani huius libellum, miſſum ad ſedem apoſtolicam, vulgauit cum notis Pariſ. 1668. 8. *Fabr.* Conf. *Iulians*, eines Pelagianiſchen Biſchofs, Widerlegung der Bücher Auguſtins über den Eheſtand und die Luſt. Ein Beytrag zur Dogmen-Geſchichte in einem deutſchen Auszuge von *Georg Hieronymus Conrad Roſenmüller*, der Gottesgel. Befliеſſenen. Nebſt einer Vorrede von D. *Io. Ge. Roſenmüller.* Lipſ. 1796. 8. Ex II. libr. Auguſtini contra Iulianum excerpta et epitome quaſi praemittuntur, quoniam in illis cogitata Auguſtini de peccato, quod dicunt originali, et praecipua Auguſtini dogmata proponuntur: item de aliis libris Auguſtini contra Iulianum agitur. etc. *Harl.*

Iulianus, *Edeſſenus*, monachus et anachoreta, cuius vitam Ephraimus Syrus ſcripſit. De eo Acta Sanctorum IX. Iunii, Tomo 2. pag. 175. ſeq.

Iulianus, *epiſcopus*, quem in libris octo de anima colloquentem induxit et cui libros de vita contemplatiua dicauit Iulianus Pomerius. Forte Iulianus, epiſcopus *Foroiulienſis*, cuius mentio in vita S. Honorati, de quo vide admonitionem, libris de vita contemplatiua ab erudito viro in noua Proſperi editione praemiſſam. Fuit et *Iulianus*, qui cum aliis epiſcopis Gallis epiſtolam ſynodicam ad Leonem M. ſcripſit A. C. 451.

Iulianus, *Halicarnaſſenſis*, aphthartodoceta, contra quem ſcripſit Euſebius, Theſſalonicenſis, teſte *Photio* cod. CLXII. De eodem Iuliano Suidas. Fragmenta eius quaedam in Catenis graecis.

Iuliani duo, epiſcopi *Hieroſolymitani*, ſaeculo poſt natum Chriſtum ſecundo. *Euſeb.* V. 12. hiſt. eccleſ. Fuit et *Iulianus*, monachus Hieroſolymitanus monaſterii B. Theodoſii, qui in concilio CPolitano ſub Menna A. C. 536. ſubſcripſit libello contra Seuerum.

Iulianus *Lariſſae*, in Syria ſecunda epiſcopus. v. mox de Iuliano, *Sardicae* epiſcopo, notata.

Iulianus Lexicographus.

Iulianus, *Lebedi* poſtea epiſcopus, notarius Stephani, epiſcopi Epheſini, in ſynodo Epheſina λῃστρικῇ A. C. 449. *Euagr.* II. vlt. pag. 311.

Iulianus *Lucas*, ſupra in diacono.

Iulianus *Maſcellio*, in veteri inſcriptione apud Gruterum pag. LI. 2. Ne dicam de aliis Iulianis, per veteres inſcriptiones obuiis, quos in indice Gruteriano licet videre.

Iulianus, *medicus* methodicus, Apollonii Cyprii et Olympiani diſcipulus, quem audiuit Alexandriae et ſubinde confutat Galenus. Scripſit [*] libros XLVIII. contra Aphoriſmos Hippocratis, Philonem ſiue librum de methodo; nec non de animi et corporis morbis περὶ ψυχικῶν καὶ σωματικῶν παθῶν, atque εἰσαγωγάς. Vide indicem ſcriptorum, a Galeno laudatorum.

Iulianus, *Melitenſis* epiſcopus, qui cum Cingulano ſubſcripſit conſtitutioni Vigilii, papae A. C. 553.

Iulianus,

Iulianus, *Memoris*, episcopi, filius, cuius et Iûs, clarissimae foeminae, epithalamium, a Paullino scriptum, videre exoptat *Barthius* lib. 2. c. 1. Aduersariorum.

Iulianus, *mercator* opulentus ac liberalis, cuius tumulum epitaphio decorauit *Venantius Fortunatus* lib. 4. carm. 23.

Iulianus, *Patricius* et exconsul, qui non diu post Iustiniani tempora scripsit libris duobus Epitomen Nouellarum, quae exstat, et de qua dixi in bibl. latina. Idem forte, cui Priscianus, Caesariensis grammaticus, libros suos dedicauit.

Per Iulianum, *Pelagianum*, intelligitur Eclanensis.

Iulianus *Pomerius*, Mauritanus, presbyter Arelatensis, sub extremum saeculi V. clarus, cuius libri tres de vita contemplatiua exstant inter Prosperi opera, cuius nomine iam olim citati sunt a *Chrodogango* in regula Canonicorum et *Iona Aurelianensi* lib. 1. c. 1. et 10. de institutione Laicali. De scriptis eius deperditis videndus *Gennadius* c. 98. de S. E. qui ipso adhuc superstite scripsisse se innuit, et *Isidorus* c. 12. Ad hunc Pomerium est epistola Ennodii sexta libri secundi, et vna alteraque Ruricii Lemouicensis, a quo etiam abbas adpellatur. De eodem Cyprianus iunior in vita S. Caesarii, episcopi Arelatensis: *Erat autem illis admodum familiaris Pomerius quidam, professione rhetor, Afer genere, quem ipsis singulariter earum grammaticae artis doctrina reddebat.* Prologum alterum librorum de vita contemplatiua, quem Dacherius T. 13. spicilegii pag. 254. primus putauit se vulgasse, Lugdunenses a. 1639. et in bibl. Patrum a. 1677. tom. VIII. p. 1677. Parisienses vero in noua Prosperi editione a. 1712. prologo priori clausulae instar adtexuere, omissum miror.

Iulianus *Praetorianus*, sub rege Gothorum, Vitige. *Liberatus* in breuiario c. 22.

Iulianus, episcopus *Puteolanus*. Rectius Iulius. Vide *Quesnelli* notam 39. ad epistol. 24. Leonis Magni.

Iulianus *Sabas* siue πρεσβύτης, eremita. *Theodorit.* hist. religios. cap. 3. et histor. eccles. III. 24. IV. 27.

M. *Saluius* Iulianus, Afer Hadrumetinus, proauus Didii Iuliani, imper. ICtus, qui consul Romae fuit a. C. 148. et iussu Hadriani, imp. Edictum perpetuum condidit. De eo dixi in bibliotheca latina. Alius M. *Saluius Iulianus*, iunior, qui consulatum gessit A. C. 175.

Iulianus, *Samaritanorum*, aduersus Iustinianum rebellantium et mox oppressorum, rex. Cyrillus in vita S. Sabae, Baronius ad a. C. 530. n. 19. Alius, Iustiniani eiusdem a secretis et ad Aethiopas Homeritasque legatus, cuius mentio apud Procopium libr. 1. et 2. de bello Persico.

Iulianus, episcopus *Sardicae* Daciensis. Hic et Iul. *Larissae* episcopus, fuerunt inter orientales illos, quos Cyrillus, Alex. et alii non exspectarunt in synodo Ephesina. Vide *Garnerium* auctario opp. Theodoreti p. 556. 560. 567. 658. qui p. 92. pro Iuliano, Ἐρεδικῆς episcopo, legendum notat Σαρδικῆς.

Iulianus *Scribo*, de quo Baronius ad a. C. 600. n. 3.

Iulianus

Iulianus, *Signinus* episcopus, cuius meminit *Vigilius*, papa, epistola, contra Theodorum, Caesariensem, scripta a. C. 551.

Iulianus, Chaldaeus, eiusque filius, Iulianus, *Theurgus*, M. Antonini, philosophi temporibus clarus, de quorum Theurgicis scriptis et τελεστικοῖς siue magica sacra ac τελέσματα explicantibus videndus Suidas. De oraculis Iuliani, Theurgi, dixi lib. I. c. vlt. vbi de oraculis, tributis Zoroastri, mago, Persae. Iulianos, *Theurgos*, patrem filiumque, innuit *Basilius*, *Seleuciensis*, lib. I. de vita Theclae pag. 267. cum Ostane, Apollonio Tyaneo, et Simone, mago, Iulianos memorans, falliturque Pantinus, qui de imperatore Iuliano sermonem illi esse exstimauit.

Iulianus, *Toletanus* episcopus, ἀντικειμένων et prognosticorum, aliorumque variorum scriptorum latinorum auctor, de cuius vita et monumentis videndi Nic. Antonius lib. 5. bibl. veteris Hispaniae c. 7. Caueus in histor. litt. scriptor. eccles. ad a. C. 680. et Henschenius in Actis Sanctorum ad 8. Martii T. I. pag. 782. seq. Hunc cum Pomerio multi perperam confundunt.

Iulianus, *tyrannus* sub Diocletiano, a Carino interfectus. Aur. Victor de Caesaribus c. 39. Alius Iulianus nobilissimus, filius Constantini, tyranni, vna cum patre iussu Honorii occisus a. C. 411. Sozom. IX. 15. Olympiodor. apud Photium cod. LXXX. p. 195. sq.

Iulianus, *Viennensis*, martyr, de quo *Surius* 28. Augusti.

Ἰουλιανισταὶ in *Sophronii* synod. de haeresibus (pag. 486. in vol. VII. B. Gr. vet. edit.) dicti sunt a Iuliano, Halicarnassensi.

Iuliani nomen, propter apostatam, Christianis exosum, adeoque rarius vsurpatum, Hispanis vero inprimis ob Iulianum, Ceutae siue Septae comitem, qui a. C. 714. Mauros in Hispaniam adduxit, inuisum notauit *Io. Mollerus* in Homonymoscopia pag. 121. 122. et *Ioh. Schmidius* diss. de fatalitate nominum propriorum humanorum, edita Lipsiae anno 1683.

[*] VII. *Catalogus scriptorum graecorum qui veram religionem vindicarunt* [a]).

Veteres Graeci deperditi.

I. *Iasonis*, Christiani, cum *Papisco*, Iudaeo Alexandrino, Διάλεξις, quam S. *Lucae* tribuit Clemens Alex. alii referunt ad *Aristonem Pellaeum*. Vide, quae dixi lib. V. cap. I. pag. 187.

a) Fabricius contexuerat cat. scriptorum CCCC. amplius tam veterum graecorum latinorumque, quam recentiorum, qui veram religionem aduersus atheos, (vti scripserat,) deistas seu naturalistas, idololatras, Iudaeos et Muhamedanos adseruerunt. Enimuero et mancus erat iste catalogus, iam Fabricii tempore, quod ipse sensit ideoque in praef. „centuriam, aiebat, nouam, quam hoc loco supplementi vice addere volebam, typographo properante," in aliud tempus differre cogor; et, quod ad recentiores christianae doctrinae adtinet defensores vindicesque, cum horum numerus ab Fabricii morte mire auctus est, tum in primis eorum recensio ab instituto B. Gr. omnino aliena esse videtur. Praeter ea *Fabricius* non solum ea, quae in bibl. graeca et latina de veterum apologiis dixerat, emendauit et suppleuit; sed etiam recentiorum cat. mirifice locupletauit, scriptaque per capita argumentorum melius digessit, addito iudicio et examine, in libro satis noto, et inscripto:

pag. 187. seq. vet. ed. Prooemium sub titulo *Celsi de Iudaica incredulitate ad Vigilium* legitur latine inter opera, Cypriano adscripta. Confer *Io. Spencerum* ad Origenem contra Celsum pag. 57.

Eiusdem *Aristonis* Apologia pro Christianis ad imperatorem, Hadrianum, de qua in Chronico Paschali pag. 255. vbi male legitur Ἀπελλῆς καὶ Ἀρίστων, pro ὁ Πελλαῖος Ἀρίστων.

3 *Quadrati* Apologeticus pro Christianis, ad imp. Hadrianum.

4 *Aristidis* ad eumdem Hadrianum Apologia pro Christianis.

5 *Iustini*, martyris, liber de resurrectione, et de fide ac prouidentia ad Euphrasium, sophistam.

6 *Irenaei* contra gentes volumen, Eusebio memoratum atque Hieronymo.

7 *Tatiani* πρὸς τοὺς ἀποφηναμένους τὰ περὶ Θεοῦ.

8 *Clementis*, Alexandrini, de prouidentia. Eiusdem de resurrectione mortuorum.

9 *Claudii Apollinaris*, Hierapolitani in Phrygia episcopi, volumen pro fide Christianorum ad M. Antoninum Verum, et de veritate libri duo, aduersus gentes libri V. Contra Iudaeos libri II. Vide, quae dixi lib. V. cap. 1. pag. 189. ed. vet.

10 *Melitonis*, episcopi Sardensis, Apologeticus pro Christianis ad M. Aurelium Antoninum.

11 *Apollonii*, Romani, Apologia pro Christianis, latine dicta, sed ab Eusebio graece inserta Actis Martyrum.

12 *Miltiadis* Apologia pro Christianis ad Marcum et Commodum, ac volumen aduersus Gentes, et aduersus Iudaeos aliud.

13 *Sexti* de resurrectione liber ab *Eusebio* V. 27. hist. laudatus.

[❡] 14 *Hippolyti* Protrepticus ad Seueram, Philippi, Arabis, coniugem, et de Christo ac resurrectione.

15 *Methodii* aduersus Porphyrium libri, et de resurrectione.

16 *Luciani*, martyris, Apologia, cuius meminit *Eusebius* IX. 6. hist. et Rufinus breue argumentum ex Actis Martyrii historiae suae inseruit.

17 *Ammonius*, Alexandrinus, de Moysis et Iesu consonantia.

18 *Eusebii* aduersus Porphyrium libri XXV.

19 Eius-

Delectus argumentorum et syllabus scriptorum, qui veritatem religionis christianae aduersus atheos, Epicureos, Deistas seu naturalistas, idololatras, Iudaeos et Muhammedanos lucubrationibus suis adseruerunt. Praemissa sunt Eusebii, Caesariensis, *prooemium et capita priora demonstrationis euangelicae, quae in editionibus hactenus desiderantur, depromta ex bibl. cels. et sapientiss. Walachiae principis, Io. Nicolai Alexandri F. Maurocordati et latine reddita.* Hamburgi 1725. 4.

Fabricius, quamquam summam adhibuit praestititque diligentiam; tamen non solum ipse insignes accessiones, manu sua collatas, sed etiam aliis, indice ad nostra vsque tempora, eiusmodi generis scriptorum non magis, quam aduersariorum hostiumque christianae doctrinae admodum feracia, continuando, vberrimam reliquit messem. v. acta erudit. Lips. a. 1727. pag. 266. et *Reimari* comm. de vita et scriptis I. A. Fabricii, p. 168-171. — Quae quum ita sint, satius esse et instituto nostro aptius duxi, vt rescisa latinorum veterum et recentiorum apologetarum notitia, nomina tantummodo veterum Graecorum et Syrorum christianae doctrinae defensorum in B. Gr. hic retinerem. *Harl.*

19 Eiusdem Demonſtrationis Euangelicae libri X. poſteriores.

20 Eiusdem eccleſiaſtica praeparatio, et ἀπόδειξις citata in Iure graeco romano libr. IV. pag. 295.

21 *Caeſarii*, fratris Gregorii Naz. κατὰ Ἑλλήνων. Suid.

22 *Apollinaris*, Laodiceni, libri XXX. aduerſus Porphyrium. Suid. vide, quae dixi lib. IV. c. 27. nr. 41. ed. vet.

23 Apollinaris eiusdem, Syri, contra Iulianum et philoſophos pro veritate, laudat *Sozomenus* lib. 5. cap. 18. incertum an idem opus cum priore.

24 *Philoſtorgii* aduerſus Porphyrium opus, cuius meminit ipſe in hiſt. eccleſ. X. 10.

25 *Diodori*, Tarſenſis, contra Iudaeos, et libri VIII. contra aſſertores fati, quibus varios ethnicorum philoſophorum Platonis, Ariſtotelis, Porphyrii errores confutauit. Suid. in Διόδωρος.

26 *Theodori*, Mopſueſteni, libri III. contra Magiam Perſarum, de quo opere *Photius* codice LXXXI.

27 *Cyrilli*, Alex. libri de Synagogae defectu. *Gennad.* 57. de S. E.

28 *Philippi*, *Sidetae*, contra Iulianum, imp.

29 *Stephanus*, Boſtrenus, contra Iudaeos, citatus a Ioanne, damaſceno, oratione tertia de imaginibus.

30. *Ioannis Philoponi* contra Iamblichum de imaginibus. Vide *Photium* cod. CCXV.

31 Auctoris incerti Opus XV. librorum, in τεύχη quinque diſtinctum, quo teſtimonia Ethnicorum, Chriſtianis dogmatis ſuffragantia, collecta fuiſſe refert Photius, quem vide cod. CLXX.

32 *Euodius*, monachus, aduerſus Saracenos, qui citatur ab Euthymio titulo panopliae XXIV.

Syri.

33 *Iacobi*, Niſibeni, aduerſus Gentes, de gentium conuerſione, de perſecutione Chriſtianorum, de reſurrectione etc. Vide *Gennadium* cap. 1.

Scriptores Graeci, qui exſtant b)

34 *Flauii Ioſephi* contra Apionem et Manethonem libri duo.

Liber περὶ παντὸς contra Platonem, Ioſepho a quibusdam tributus, cuius fragmentum ſaltem habemus.

b) Hoc loco auctor non debebat omittere quatuor euangeliſtas, qui hiſt. ſuam voluerunt eſſe firmam demonſtrationem veritatis religionis chriſt. vti liquide teſtatur Ioannes cap. XX. 31. conf. Ioan. III. 2. et quae ego in diſſ. *de Theophilo* dixi de ſcopo euangelii Lucae. Add. *Lampius* prolegg. ad Ioan. libr. II. cap. 4. §. 3. et 4. *Heum.*

35 Petri, apostoli, cum Appione disputatio in Clementinis et recognitionibus, sub Clementis nomine editis.

36 *Iustini*, martyris, Ἔλεγχος πρὸς Ἕλληνας, itemque λόγος πρὸς Ἕλληνας, nec non Apologia duplex pro Christianis, Liber de Monarchia, Euersio dogmatum Aristotelicorum, et Dialogus cum Tryphone, de quibus, vti de quaestionibus quoque, quae sub eius nomine feruntur, dixi lib. V. cap. I. p. 53. sq.

37 *Tatiani* liber aduersus Gentes.

38 *Athenagorae* Apologia pro Christianis, et liber de resurrectione mortuorum.

39 *Theophili*, Antiocheni, libri III. ad Autolycum pro fide Christiana.

40 *Clementis*, Alexandrini, Protrepticus ad Gentes, cui etiam addi debent multa ex libris eius Stromatum.

41 *Origenis* contra Celsum, epicureum, libri VIII. quorum primo et secundo etiam refellit obiectiones, quas Iudaei nomine Celsus aduersus Christianos produxerat.

42 *Macarii Magnetis*, ἱεράρχου, Apologia euangelica, siue libri ἀποκριτικῶν (responsionum) ad Theosthenem aduersus Gentiles, euangelii [?] calumniatores. Opus hactenus ineditum et ab *Albertino* pag. 487. de S. Eucharistia magis forte, quam meretur, contemtum ac depressum. Vide, quae de eo dixi lib. V. c. I. pag. 276. ed. vet. et quae ex illo seruauit Nicephorus CPol. in anthirrheticis MSS. vnde protulit nonnulla *Tillemontius* in hist. imp. T. IV. in vita Constantini M. c. 93.

43 *Eusebii* libri XV. Praeparationis et libri X. priores demonstrationis euangelicae, et aduersus Hieroclem, qui Apollonium, Tyanensem, cum Christo contulit, liber. [v. *Fabr.* delectum etc. supra citatum.]

44 *Athanasii* aduersus Gentes libri II. ad Macarium.

45 *Greg. Nazianzeni* steliteuticae binae in Iulianum.

46 *Gregorii Nysseni* πρὸς Ἕλληνας, aduersus Graecos ex communibus notionibus. T. I. Opp. pag. 914. Eiusdem contra fatum. id. pag. 894.

47 *Io. Chrysostomi* aduersus Iudaeos et Ethnicos ἀπόδειξις de Christo T. V. edit. graecolat. pag. 735.

Eiusd. aduersus eos, qui prouidentiam in dubium vocant, offensi calamitatibus piorum id. pag. 766.

De Babyla et aduersus Iulianum atque Gentiles. id. T. I. pag. 645.

Aduersus Iudaeos Homiliae VI. T. I. pag. 383.

48 *Titus*, Bostrensis, prouidentiam diuinam propugnans, libro secundo contra Manichaeos.

49 *Herminae* irrisio gentilium.

50 *Basilii*, Seleuciensis, demonstratio contra Iudaeos de aduentu Christi T. 8. bibl. patrum Lugd. pag. 495. est eius Oratio XXXVIII.

51 *Cyrilli*, Alex. aduersus Iulianum libri X. et lib. aduersus Iudaeos, cum quaestionibus.

52 *Philippi*

52 *Philippi*, Sidetae, Acta disputationis, in Perside habitae, Christianos inter, Gentiles ac Iudaeos. MS. in bibl. Caesarea, teste *Lambecio* lib. V. pag. 137.

53 *Theodoreti* de curatione graecarum adfectionum, contra Iulianum libri XII. et de providentia Homiliae X. et in Danielem, vbi adversus Iudaeos disputat.

54 *Gregentii*, archiepiscopi Tephrensis, disputatio cum Herbano, Iudaeo.

55 Aeneae Gazaei Theophrastus, siue de animae immortalitate.

56 Zachariae, Mytilenaei, Ammonius, siue mundum non esse aeternum.

[[?]] 57 Auctor testimoniorum de Trinitate aduersus Iudaeos, qui latine legitur inter Gregorii Nysseni opera T. 1. pag. 993. Chrysostomo iunior.

58 *Ioannes Philoponus* contra Proclum de aeternitate mundi.

59 *Io. Damasceni* disputatio Christiani et Saraceni, duplex T. 1. edition. Mich. le Quien pag. 466. et 470.

60 *Euthymii*, Zigabeni, confutatio Ismaëlitarum, sine nomine auctoris edita in Saracenicis Frid. Sylburgii. Confer, quae idem Euthymius in panoplia aduersus Iudaeos tit. VIII. *Fabr.* Vide meam Introd. in hist. L. Gr. II. 2. pag. 307. seq. *Harl.*

62 *Io. Cantacuzeni*, imp. libri aduersus Iudaeos et Muhamedanos, de quo opere dixi l. V. c. 5. pag. 473. ed. vet.

62 *Bartholomaei*, Edesseni, elenchus et confutatio Hagareni in *Steph. le Moyne* Variis sacris T. 1. pag. 302-428.

63 Anonymus contra Mahomedem, in iisdem Variis sacris pag. 429-451.

64 *Theophanis*, Nicaeni, contra Iudaeos libri VI. MSSt. in bibliotheca regis Galliae codice MMCMLI.

65 *Nicolai* Hydruntini dialogus cum Iudaeo. MSt. in bibliothecae regis Galliae codice MMDCCCXIII.

66 *Matthaei*, hieromonachi, libri V. in Iudaeos. MS. in eadem bibl. et in Bodleiana codice Barocc. XXXIII.

67 *Thaddaeus*, Pelusiota, contra Iudaeos.

68 *Demetrii*, Cydonii, versio graeca confutationis Alcorani, scriptae a Ricoldo siue Richardo, Florentino, a. C. 1300. de qua dixi lib. V. c. 5. pag. 691. vet. ed.

69 *Gennadii*, CPol. dialogus cum Amurathe, de quo ibid. pag. 697. Dialogus contra Iudaeos MStus in variis bibliothecis.

70 *Theodori Abucarae* dissertatio cum Iudaeo, et contra Saracenos.

71 *Samonae*, archiepiscopi Gazensis, circa an. 1072. disceptatio cum Achmede, Saraceno. Confer *Michaelem le Quien* ad Damascenum T. 1. pag. 655.

72 *Andronici Comneni* dialogus contra Iudaeos.

73 *Anastasii*, abbatis, saeculo nono clari, contra Iudaeos liber, initio et fine mutilus. Latine ex *Turriani* versione in T. 3. Lect. Antiquar. *Henrici Canisii*, et in bibl. patrum edit. Lugd. T. 13. p. 334-349.

Syri

[¶] 74 *Eusebii*, Edesseni, contra Iudaeos MS. memorat Hebed Iesu in suo catal.

75 *Ephraemi*, Syri, disputationes cum Iudaeis, et dissolutio impietatis Iuliani. id.

76 *Diodori*, Tarsensis, de prouidentia, ita enim reddendus titulus illius operis, non *liber Politicorum*, vt Hebed Iesu. Vide *Rich. Simonis* Epistolas selectas T. 3. epistola 19. pag. 111. *Fabr.*

77 Hactenus catal. graecorum et Syrorum apologetarum Fabricianus. — Heumannus ad cat. scriptorum recentiorum de veritate R. Chr. in exemplo suo pauca conscripsit supplementa, quae vero hic omitto: id tantum inde repetam: „de scriptoribus recent. addatur *Honertius*, de quo vide Act. erudit. Lips. a. 1716. pag. 60. et *Clericus* histor. eccl. saec. 1. pag. 320-327." *Harl.*

CAPVT XLIII. (olim lib. V. cap. X.)

DE LIBANIO SOPHISTA, EIVSQVE SCRIPTIS *).

I. *Libanii vita.* II. *Scripta, quae tomo vtroque editionis Morellianae et IV. tomm. ed. Reiskii continentur.* III. *Alia edita, quae in Morelliana editione desiderantur.* IV. *Scripta Libanii inedita.* V. *Index eorum, ad quos Libanii Epistolae.* VI. *Editio operum eius Romae promissa, et de quibusdam illius scriptis deperditis.*

[Cum supplementis *C. G. Harles.*]

I.

LIBANIVS natus est a. C. 314. [b]) Antiochiae ad Orontem, familia antiqua et nobili; patrem

a) Fabricius in editione B. Gr. vet. post indicem scriptorum pro veritate relig. a pag. 145. tom. VII. inseruerat quaedam *Libanii*, antea inedita; nr. 1. orationem de vlciscenda nece, cum versione lat. et notis Olearii; 2) orat. ad eos, qui molestum (βαρὺν) eum adpellabant, 3) orat. ad Antiochenos de imperatoris ira, 4) parentalem in Iulianum, imp. emendatiorem et ex codice suppletam, (v. ad nr. XII. tom. II. ed. Morell. in sequenti paragrapho;) omnes vero illas cum versione Olearii. Quas, quoniam iterum receptae sunt in edit. Reiskian. ex noua hac ed. excludendas existimaui. Pariter *epistolas*, quas idem Fabricius olim in B. Gr. in hoc capite et alibi primus euulgauerat, at Wolfius in maiore sua Libanii epistolarum editione iterum meliusque edidit, in nostra editione abesse iussimus. — De *Libanio* praeter eos, quos Fabr. in notis iam laudauit, consule *Eunapium* in vitis philosophorum nr. 14. p. 159. sqq. editionis pr. — *G. Caue* hist. litt. SS. eccl. tom. I. pag. 345. — Vitam Libanii, ex ipsius libris breuiter expositam, et quodammodo secundum ordinem temporis et annorum Libanii digestam, praefixam legimus primo tomo edit. Reiskianae. *Hamberger* in zuverläßigen Nachrichten etc. tom. II. pag. 882. sqq. *Harl.*

b) *Papebroch.* Act. Sanctor. T. 2. Iunii pag. 821. 942. *Iac. Gothofredus* ad codicem Theodos. T. 1. pag. 353. *Tillemont.* hist. imp. T. IV. in vita Iuliani cap. 26. not. 13. *Libanius* ipse T. 2. pag. 153. 162. 172. *Fabr.* Antiochiam patriam fuisse suam, diserte testatus est Libanius in orat. de ira imper. pag. 489. tom. I. Reiskii. Hunc etiam vide ad *Libanii* orat. de sua ipsius fortuna s. vita pag. 6. tom. 1. not. 6. de aetate Libanii ex epistola 639. 2. (add. epist. 956. memorabilem quidem, sed obscuram, propter auum Postumiani, quo consule natum se scribit, minus cognitum) eiusque patre, quem ex epistola 248. 43. si satis sanus et planus esset locus, *Diony-*

trem *Phasganium* adpellat Suidas [c]). sed hocce auunculo [d]) Libanii alteri, [P] (alter maior natu *Panolbius* adpellabatur,) nomen fuit. Proauus diuinandi arte insignis [e]) Latine [f]) etiam nonnulla vulgauerat, vnde Italus quibusdam, sed falso visus est. Auus maternus paternusque dignitate et eloquentia insignes, paternus cum Brasida fratre peremtus ferro [g]) iussu Diocletiani A. C. 303. post Eugenii tyranni tumultum. Libanius e tribus filiis parentis sui medius natu, quinto decimo aetatis anno totum se literis tradere cupiens in *εἴδωλα Σοφιστῶν* [h]) *vmbras* quasdam *Sophistarum* incidisse se queritur. Hinc ab idoneo magistro [i]) adiutus, priuata industria veteres scriptores versare Antiochiae coepit, atque inde cum *Iasione* Cappadoce petiit Athenas [k]), ibique commoratus vltra quadriennium, vsus est familiari *Crispino* Heracleota, a quo deinde Nicomediae libris locupletatum se [l]) celebrat, et *Diophanti* scholas [m]) licet rarius, adiit [n]). CPoli insinuauit se in amicitiam Nicoclis Lacedaemonii (Grammatici, quo Magistro Iulianus imp. vsus est,) et Bemarchii sophistae [o]). Reuerso Athenas ac munus professoris ambienti, quod iam ante ei XXV. nato annos [p]) Proconsul destinauerat, Cappadocem quemdam [q]) praeferri contigit. Sed a Dionysio Siculo Syriae pridem praefecto exercitatus, editis CPoli eloquentiae speciminibus breui in ore omnium ac laudibus fuit, vt octoginta amplius auditores colligeret, duobus sophistis [r]) qui

Dionysium fuisse adpellatum, coniici posse arbitratur. Atqui vel ex epistolis Libanii vita Libanii concinnari poterit, si quis loca, a Wolfio in indice V. ad maiorem epistolarum edit. voc. *Libanius* citata, componere velit; sed de difficultate illius rei v. Reiske ad or. I. tom. I. pag. 94. *Harl.*

c) Suidas in *Λιβάνιος*, quem sequitur *Ioh. Guil. Bergerus* diss. prima ex illis sex, quas de Libanio iuuenis edidit Witebergae A. 1696. seq. *Fabr. Bergerus* in prima disp. agit de Libanii patre, patria, et quatenus sophista, cuius voc. potestas et diuersae significationes explicantur, potuerit vocari; in secunda a. 1698. de eius acri litterarum studio amplaque illarum copia et animi contentione etc. in tertia et quarta ac quinta a. 1698. de Luciano, rhetore, de eius consuetudine cum Aristaeneto aliisque praecipue cum Iuliano imp. et quatenus Iuliani magister dici queat, tum de imperatoris ac Libanii fatis. Quo anno naturae soluerit debitum Libanius, definire non audet: in sexta eademque extrema disp. de animi ingeniique dotibus vitaeque moribus ac virtutibus, quas, a superstitione odioque doctrinae sacrae si discesseris, valde celebrat, denique de scriptis, eorum stilo et editionibus differit. *Harl.*

d) Libanius de vita sua, (quam sexagenarium scripsisse se pag. 19. testatur,) T. 2. pag. 6. et 40. et Orat. XXIV. pag. 534. Quinquagesimi anni tempora Iouiniani attingentis pag. 46. et quinquagesimi septimi sub Valente, pag. 48. meminit.

e) Supra pag. 183. [vet. ed.]

f) *Liban.* T. 2. pag 2.

g) ibid. et Orat. XII. p. 399. XIII. p. 410. 411.

h) de vita sua p. 4.

i) Hic videtur, quem ab imp. Constantii ira liberauit Libanius, vt refert pag. 34.

k) v. *Libanii* or. I. siue de sua fortuna pag. 18. Reiske. *Harl.*

l) id. pag. 20.

m) *Eunapius* in Libanii vita. Suid. in *Λιβάνιος*. [In epistolis saepe eius meminit.]

n) In epistolis nominat Libanius suos praeceptores *Cleobulum*, (ep. 50. et alibi laudat eum aut defendit,) *Didymum* (ep. 321.) et *Zenobium*, (ep. 100. ep. 407. ep. 1184.) quem frequentius commendat, vt ep. 101. 118. etc. et mortem eius deplorat in ep. 407. pag. 208.) De *Zenobio*, sophista Antiocheno, doctam commentationem, tamquam specimen prosopographiae Libanianae scripsit *Io. Iac. Reiske*, Lipsiae 1759. 4. Libanii, qui mortuum Zenobium oratione funebri laudauit, epistolam, in qua is vltimos vitae Zenobii annos copiosius persequitur gr. cum versione latina subiunxit Reiske. *Harl.*

o) *Libanius* T. 2. pag. 12. 13.

p) id. pag. 10.

q) id. pag. 14. suspicetur aliquis, Iulianum, Cappadocem, intelligi, de quo Eunapius; sed obstare videtur, quod Iulianus iste magister fuit Diophanti, adeoque debeat iam diu ante docuisse. Forte Eustathius, de quo Eunap.

r) Hos pag. 15. Libanius ita describit: *Τὼ μὲν Σοφιστὰ κακῶς ἐπεπιθέτην, ὁ μὲν οὐδὲ ἀνθήσας ἀρχὴν, ὁ δὲ ἀπηνθηκώς.*

qui tunc thronum ibi obtinebant, incassum frendentibus et Bemarchio frustra orationibus aemulis [r]) cum eo contendente, et quum non vinceret, confugiente [[P]] ad frigidam de Magia [s]) calumniam. Denique circa A. 346. Limenii praefecti [u]) ope expulsus vrbe ab aemulis, Nicaeam ac mox Nicomediam [v]) Athenas, Bithyniae, se contulit, vbi bene dicendi laude magis magisque probari omnibus, pulcriusque inclarescere, et Iulianum [w]), si non auditorem [x]), at orationum suarum lectorem et admiratorem habere coepit. In eadem vrbe Aristaeneti [y]) vnius amicitiam testatur sibi iucundissimam fuisse, et quinque, quos in illa exegit, annos [z]), totius vitae suae ver, aut si quid vere cogitari potest iucundius, adpellat. Tractus inde iterum CPolin [aa]) et Nicomedia subinde reuisa etiam CPoleos pertaesus, in qua Phoenicem [bb]) ac Zenobium [cc]) sophistas aemulos reperit, licet Strategio [dd]), praefecto Orientis, in Domitiani locum constituto, patrono vteretur, nec Atheniensem, qui ei patebat, thronum ob inuidiam aemulorum [ee]) ausus amplecti, a Gallo Caesare impetrauit veniam ad quatuor menses Antiochiam patriam [ff]) reuisendi, in qua deinde post Gallum A. 354. interfectum per totam vitam haesit ac substitit, plurimosque eloquentiae sacris initiauit, Iuliano [gg]), imperatori, valde dilectus, qui eum et audiuit libenter dicentem, et benigne excepit, et in scriptis suis est imitatus [hh]). Ab eodem Quaestoris ornatus munere, et non paucis epistolis, quarum postrema per nouissimam aduersus Persas expeditionem ab imp. scripta [ii]) adhuc exstat, [[P]] decoratus, tanto magis necem eius doluit [kk]), in flore aetatis

s) pag. 16. sq. [in orat. de sua fort. pag. 31. sqq. tom. I. ibique Reiskii notas.]

t) pag. 17. Etiam alterius calumniae περὶ τὰ μαράκια meminit Eunapius pag. 132. quam Libanius T. 2. pag. 5. a se declinat, suam ἐν ὥρᾳ σωφροσύνην celebrans. Λέγω γὰρ, inquit, σωφροσύνης πέρι θαῤῥούντως, ζώντων ἔτι μοι μαρτύρων, οἵ βουλομένων ὑμῶν ἀναστάντες μαρτυρήσουσιν. Calumnia περὶ γοητείας repetita Nicomediae pag. 26. et CPoli iterum pag. 34. seq. illa enim duo capita mulierum eo in loco ad magiam pertinent.

u) Hic *Limenius*, a Libanio ep. 206. ἄρχων dictus, et quem pro Consulari, non, pro Praefecto praetor. habet *Tillemont.* tom. VI. pag. 431. primum forsan excitatus a paedagogis CPolitanis, Libanium excedere iussit CPoli (v. *Liban.* orat. de sua fort. pag. 36. tom. I. Reisk.) tum etiam Nicomedia, quo tendebat Libanius, minis et litteris exclusit, immo vero occidere voluit Libanium, quem vero Paeonius, Zenae rhetoris frater, eripuit mortis periculo, ideo laudatus in epist. mem. 206. *Harl.*

v) id. pag. 19. seq. [v. ep. 819. n. 4. ep. 31. n. 4. ep. 417. n. 4. pag. 394. etc. *Harl.*

w) *Socrates.* III. 1.

x) [v. ad cap. superius adnotatum, Iulianum non fuisse Libanii discipulum. *Harl.*

y) id. pag. 21. Hunc Aristaenetum, terrae motu Nicomediae a. C. 358. oppressum, luget pag. 40. et ep. 50. 52. Vide et ep. 99.

z) pag. 19. adde pag. 28. vbi narrat, quo desiderio Bithyniae, CPolin reuersus, flagrauerit.

aa) id. pag. 27. sq.

bb) pag. 32. seq. et 39. Hunc sophistam Phoenicem fuisse *Eubulum*, docet Reiske in vita Libanii nr. 45. et 52. *Harl.*

cc) pag. 35.

dd) pag. 37. [or. de sua fort. pag. 59. sqq. p. 73.]

ee) p. 30. sq.

ff) pag. 31. [p. 67. sq. tom. I. Reisk.]

gg) p. 40. seq.

hh) *Libanius* T. 2. pag. 152. 184. et 264. et ep. VIII. ad Celsum, et XLIII. ad Iulianum inter Wolfianas. Vide et Suidam in Λιβάνιος.

ii) Epistola Iuliani XXVII. est ad Libanium sophistam et Quaestorem. Exstant etiam plures Libanii ad Iulianum epistolae, et legatio ad Iulianum ac Panegyricus Iuliano dictus, de quibus infra. *Fabr. Wolf.* in not. ad Libanii epist. 670. pag. 321. Iuliani ad Libanium epistolam, quam de oratione eius scripserat, e cod. Mutinensi a Rostgardo descriptam, dedit auctiorem, quam Fabric. in salutari luce euangelii pag. 323. exhibuerat. De aliis Iuliani epistolis v. ad superius caput. *Harl.*

kk) Vide *Libanii* [or. de fort. sua pag. 90. seq. I. Reisk.

aetatis exſtincti, a quo et idolorum cultui et ſtudiis ſuis certum ac diuturnum praeſidium ſibi promiſerat. Per alectryomantiam inde cum Iamblicho iuniore Procli magiſtro de ſucceſſore Valentis ſciſcitatum eſſe Libanium [ll]), rumor fuit, vnde eius crudelitatem vix effugit [mm]), Irenaeo de innocentia Libanii teſtante [nn]). Similiter ex altera calumnia feliciter expeditus beneficio Lupicini ducis, quum a Fideli ſiue Fiduſtio inimico delatus fuiſſet, velut qui Procopii, tyranni [oo]), ſcripſiſſet Encomium. Neque tamen gratia Valentis omnino caruit, quem et oratione [pp]) celebrauit, et confirmationem legis [qq]) de naturalibus liberis, a paternorum bonorum ſucceſſione non penitus excludendis, impetrauit, quam priuata ex cauſſa haud dubie ab imperatore expetiuerat: nam, vt Eunapius [rr]) auctor eſt, concubina vſus, legitimam vxorem numquam duxit. Ceteram vitam inter varias moleſtias aemulorumque iniurias et temporum Antiochiae, vt dixi, ad ſeram vsque aetatem exegit, quod ipſe in vita ſua copioſe commemorat, licet morum illius vrbis pertaeſus de alio domicilio annis iam prouectior cogitare ſe ſcribat epiſtola X. ad Euſebium. Perdurauit ibi tamen, et variis occaſionibus praeclare meritus de vrbe illa eſt, ſiue tumultus ſedando, animosque ciuium aegros demulcendo, aut impp. Iulianum et Theodoſium vrbi reconciliando. Arcadii etiam tempora adtigiſſe, hoc eſt annum aetatis ſeptuageſimum ſuperaſſe, colligunt viri docti ex oratione Libanii in Lucianum, et Cedreni teſtimonio [ss]). Eique ſententiae adſentitur, cui Orationes [nonnullas] huius ſophiſtae, in lucem vindicatas et erudita verſione illuſtratas debes,

l. Reisk.] Ἐπιτάφιον in Iulianum et orationem de vindicanda eius caede nec non epiſtolam 7. [ſ. 1186. in mai. ed.] ad Ariſtophanem in centuria editarum a I. C. Wolfio, in qua p. 16. pro τραφόμενος e MS. legendum γραφόμενος ipſe alibi monuit. [ſic γράφ. dedit Wolf. in mai. ed. pag. 564.]

ll) *Zonaras* Annal. pag. 744. *Cedrenus* p. 257. [ep. 1489. ibique v. Wolf.]

mm) *Libanius* T. 2. p. 56. adde 556. Ex ſiderum motu coniectari futura poſſe, non negat *Libanius* libr. 1. ep. ad Euſtolium. Onirocriticae quoque operam tribuiſſe colligas ex t. 2. p. 74 *Fabr.* Accuſatus quoque apud Valentem auguſt. ob querelas de caede Iuliani, ab amico Cappadoce, apud Valentem multum valente, mortis eripitur periculo, teſte *Libanio* in or. 1. p. 93. ſq. ibidem ſcribit, ſe antea euitaſſe inſidias, vitae ſuae a Iouiano aug. ſtructas. *Harl.*

nn) v. Liban. orat. 1. p. 114. t. I. Reiske. *Harl.*

oo) *Libanius* T. 2. p. 54. [or. I. ed. Reiske p. 105. ſeqq. et de altera conſpiratione a. 371. p. 113. ſqq.]

pp) id. pag. 48. [conf. *Reisk.* vit. Liban. n. 66.

qq) Vide *Iac. Gothofredum* ad codicis Theodoſ. lib. 4. tit. 6. T. 1. pag. 353.

rr) *Eunapius* in Libanio: γάμου δὲ καὶ οὗτος ἠμέλησε, πλὴν ὅσα γε αὐτῷ γυνή τις ξυνῆν, οὐκ ἀπὸ ὁμοίας τῆς ἀξιώσεως. Huius mortem luget, filiique, ex ea ſuſcepti, meminit *Libanius* in vita T. 2. p. 82. *Fabr.* Valens legem illam de ſpuriis omnino tulit in fauorem *Cimonis*, qui Libanii erat ſpurius, quem, a coniugio abſtinens, e concubina genuit. v. epiſt. 878. (vbi, eum publicis cauſſarum patronis adſcriptum, laudat.) ibique Wolfii not. 3. In epiſt. 983. vocat eum ſibi vnicum, non malum, bonae matris, ac praeter ea ingenuae; ſed deplorat eius mortem, a dolore et iniuria, forſan a matre ipſa illata, acceleratam: nam initio ſequentis epiſtolae ad Ariſtaenetum (vti in ep. 968. et multis aliis epiſt.) luget mortem filii, τοῦ διὰ μητέρα δεινὰ παθόντος; in ep. autem 545. ad Capitolinum, aduerſa fortuna, ait, flere me potius quam ſcribere iubebat; niſi eum lugendum non cenſeas, qui meus erat, ſi, quo minus ex me eſſet, mater non prohibuit, (ὅπερ ἦν ἐξ ἐμοῦ, καὶ ἡ μήτηρ οὐκ ἐκώλυσε. In epiſtolis frequentem eius facit mentionem, vt epiſt. 645. vbi v. not. 3. Wolfii; ep. 764. vbi eum et in or. I. ſ. de vita ſua pag. 168. vocat *Cimonem*; ep. 765. et alibi: eum Athenas miſerat litterarum cauſſa; animaduertente Wolfio ad ep 627. not. 4. Cimoni autem aliquid accidiſſe, patet ex ep 946. prope Tarſum, quo deportatus, inde aegrotus, ad patrem, Antiochiam, hic haud multis diebus poſt in feralem loculum delatus eſt. Etiam in vita ſua mortem concubinae deflet (p. 166.) et filii ex ea ſuſcepti meminit. *Harl.*

ss) In epiſtola 866. ad Priſcum ſcripſit, ſe, quum Salluſtius ab Antiochiae regimine in Graeciam proficiſceretur adminiſtrandam, *ſex et ſeptuaginta*

te:, Vir nescio sacrarum et humaniorum litterarum exquisita scientia, an [P] iudicio et gr[au]itate venerabilior, *D. Gotfridus Olearius* in praelectionibus MSS. ") quibus vitam huius [S]o[p]histae, quum vtramque linguam in patria academia profiteretur, exposuit. De Christianismo Libanii fabulam si lubet cognoscere, en! quae de illo *Vincentius Bellouacensis* in speculo historiali XIV. 44. *Omni populo* (Caesareae, praesente S. Basilio) *festiuitatem agente vsque ad finem quatuor dierum, omnibusque in Ecclesia congregatis, ecce Libanius, Iuliani Quaestor, fuga vsus* (ex conflictu cum Persis) *venit in ciuitatem, et audiens congregationem populi in Ecclesia, eo aduenit, annuncians impiam mortem tyranni,* (Iuliani) *et dicens, quia cum secus Euphratem fluuium esset, et relicta nocte septem excubiae militum custodiebant eum, venit quidam ignotus miles cum armis suis et lancea, qui valido et terribili impetu perfodit eum. Et subito ascendens nusquam comparuit. Ille vero miserrimus diram atque horribilem miserationem emittens cum blasphemo clamore exspirauit. Narrauit etiam et per ordinem visionem* (de Iuliano per S. Mercurium interficiendo, de qua cap. 43. supra pag. 149.) *quam et ipse* (praeter S. Basilium) *in iam dicta nocte viderat, procidensque genibus Basilii, postulabat baptizari, quod consecutus, contectalis factus est Basilii.* Sed misso fabuloso scriptore Vincentio ad Libanii scripta recensenda pergamus.

II. Plurima Libanius scripsit, et tum in demonstratiuo tum in deliberatiuo genere orationes varias composuit habuitque, nec minus fictas declamationes ac controuersias, vt ipse non diffitetur in Antiochio tom. II. pag. 332. ἐμοὶ δὲ εἰ πλεῖςα δὴ τῶν νῦν ὄντων συγγράμματα πεποιηκὼς, καὶ τοὺς μὲν ἐπαινέσας, τοῖς δὲ συμβουλεύσας οὐκ ὀλίγα δὲ ἠγωνισμένος ἐν πλάσμασιν. Ex his non pauca, quae potuit reperire, duobus tomis graece et latine edidit *Federicus Morellus* "").

[Sed praestat, prius codd. mss tos et editas collectiones plurium opusculorum, (epistolis saepe exceptis, de quibus postea commodior erit locus dicendi,) antiquiores atque recentes pleniores editiones recensere. *Orationes et declamationes* continentur in *triginta* codd. bibliothecae

ginta annos iam natum esse. Atque vlterius eum produxisse vitam, adparet ex epistola ad Tatianum, ὕπαρχον scripta: cuius quidem consulatus incidit in an. 390 aut 391. *Saxius* in Onom. lit. I. p. 405. scripserat, Libanium denatum esse post a. 384. Id adhuc est adnotandum, Libanii scholas rhetoricas et oratorias ante meridiem publicas: priuatas vero post meridiem fuisse et his praesertim pomeridianis etiam senes et milites et mercatores interfuisse. v. epistola ad Polyclem, ibique Reiske, tomo II. p. 316.

tt) In his inter alia praeclare obseruat in Libanii orat. de vita sua t. II. p. 18. per vrbem Bacchi siue τὴν Διονύσου intelligi Nicaeam, cuius conditor Διόνυσος siue Bacchus passim in numis et apud Dionem Chrysostomum orat. 29. de concordia Nicaeensium pag. 485. Per vrbem Cereris autem siue τὴν Δήμητρος apud eumdem Libanium pag. 19. significari Nicomediam, cuius Dea πολιοῦχος Ceres apud Harduinum in numis Vrbium illustratis p. 282.

tt) A multis viris doctis [c. g. *Gatakero* aduers. post. cap. 47. pag. 916. *Heum*] iam notata est latina versio Morelli tamquam obscura saepe et a sensu Libanii innumeris in locis abhorrens. Itaque qui nouam huius scriptoris editionem adornare voluerit, ei versio erit in bene multis, tomo praesertim secundo, retexenda Narrant tamen, Morellum tanta intentione animi interpretando huic scriptori operam dedisse, vt nec nuncio de vxore sua, in agone mortis constituta, ab eo absterreri se fuerit passus, si credimus Isa. Vossio apud Colomesium pag. 99. *J' ay appris de Mr. Vossius, que Federic. Morel travaillant sur Libanius, quelcun luy vint dire, que sa femme estoit fort malade; à quoy il repondit;* je n'ay plus que deux ou trois periodes a traduire, apres cela je l'irai voir. *Quelcun retournant luy dire qu' elle s'en alloit*, je n'ay plus que deux mots, *dit il*, je feray aussi tost que que vous. *Enfin comme on luy vint annoncer, que sa femme estoit morte, j'en suis bien marry, répondit il froidement*, c' estoit vne bonne femme.

bibliothecae publicae *Parisinae*, secundum tomum II. catal. codd. illius bibliothecae, in aliis plures, in aliis pauciores: e gr. plures declamatt. sunt in codd. MMDXXXV. MMDCCCCLXXXVIII. MMDCCCCXCV. MMMII. MMMXIV. MMMXVII. XL. declamatt. in cod. MMMXVIII. multae in cod. MMMXIX. cum scholiis: item in codd. MMMXXII. MMMXXVI - MMMXXXII. MMDCCCCXCVIII. MMMXIV. MMMXVII. de aliis in catalogo singulorum opusculorum, a Morellio editorum, differemus.

In bibl. Medicea *Florentiae* reperiuntur multi codd. in quibus continentur modo plura, modo pauciora Libanii opuscula. *Declamationes* plures sunt teste *Bandinio* in catal. codd. gr. (quem tantummodo breuitatis studiosi citabimus,) nempe decl. XXXII. *Band.* cat. II. pag. 359. — XXXVIII. *Band.* II. p. 361. — XXX. *Band.* II. p. 365. sq. — aliae ib. p. 375. 421. 426. — XXI. ib. p. 136. — XI. ib. p. 422. — VI. ib. p. 551. — XVII. ib. p. 552. sq.

In bibl. *Mutinensi* in cod. XIV. saec. *Libanii* orationes. v. *Montfauc.* diar. ital. p. 34.

Venetiis in biblioth. SS. Iohannis et Pauli Dominican. *Liban.* orationes, teste eod. pag. 47.

Romae in bibl. Chiggia Libanii oratt. et declamatt. in cod. membran. X. saec. eodem Montfauc. teste l. c. pag. 238. Illum codicem nondum collatum esse, auctoritate Siebenkesii, adnotaui in Introd. in hist. L.-Gr. I. pag 67. De cod. praestanti *Barberino* v. Allat. praef. ad excerpta varia gr. soph. ac rhet. qui, ex eo non solum omnia Libanii edita et meliora et auctiora edi posse adfirmat; sed etiam, quae ille inedita continet XVII. opusc. recenset. — De *Vaticanis* codd. qui forsan Lutetiam Parisiorum migrarunt aut migrabunt, et de quibus Montf. in bibliotheca biblioth. msst. est consulendus, silere praestat. conf. *Allatium* libr. cit.

Mediolani Libanii opusc. secundum Montfaucon.

Patauii in biblioth. Io. Rhodii Libanii declamatt. secundum *Tomasini* bibliothecas Patauinas pag. 139.

Neapoli in bibl. regia sunt Libaniana in codd. IX. XXXII. LIII. LXXVIII. CLXXXV. CCX. et CCXXXXI. vide supra, vol. V. pag. 775. sq. vbi quoque pag. 797. codd. II. biblioth. Augustinens. S. Io. ad Carbon. memorantur, nr. 32. Lib. declamationes, nr. 37. epistolae 263.

Taurini in cod. bibl. reg. CCCLVI. sunt *Libanii* oratoriae exercitationes, nempe, descriptiones Calendarum, ebrietatis, et picturae in curia; tum, quod iniuste ditescere ipsa inopia infelicius sit, de amicis; adloquutio panegyrica ad Iulianum, declamatio Menelai, legatos mittentis ad Troianos pro recipienda Helena; de inexplebili cupiditate; denique vituperatio irae. — In cod. CLXXII. et CLXXIX. sunt quaedam epistolae. v. cat. codd. gr. pag. 259. 266 et 484.

Augustae Vindelicorum est cod. inprimis memorabilis ob orationum, quae insunt, multitudinem aeque ac propter vetustatem, lectionisque varietatem ac veritatem, praeterea, quod Reiskius ex eo orationes, quas continet, LIX, priores, ordine, quo in codice legebantur, per omnia seruato, mutata igitur serie Morelliana, statim ab initio editionis suae posuit,

 vt

vt postea videbimus. Ex illo codice haud paruas lacunas in nouem opusculis, antea iam editis, suppleuit, et secundam in Icarium, (tom. II. pag. 134. sq.) primus in lucem protulit Reiske. Caret autem ille codex orationibus aliquot tomi II. Morelliani, nempe III. VI. VIII. XXI. XXVIII. XXXV. et ecphrasibus, tomi autem primi paene omnibus. — Alter cod. *Augustanus* continet tantum or. Patrocli ad Achillem, Menelai ad Troianos pro Helena et Vlyssis ad eosdem super eadem. Sed de his nec non de tribus *Bauaricis* in catal. codd. graec. Bauar. CLXXIV. (in quo sunt XI. opuscc. in his antea ineditum, ἡ φιλόπολις.) CCXI. in quo continentur XVII. opusc. in his tria antea non publicata, n. 1) Demosthenes, 2) φιλάργυρος ἐρασθεὶς ἑταίρας, 3) ἐγράψατό τις τὸν ἑαυτοῦ προβουλεύσας.) et CCXIII. (qui complectitur XXV. opusc. Libanii,) et de cod. *Guelferbytano*, qui XXXV. opusc. a Morellio iam euulgata continet,) pluribus egit doctissima *Reiskia* in praef. ad I. vol. ed. a marito suo curatae.

Vindobonae in bibl. Caesarea. *Libanii* declamatio quaedam cum antiquis graecis scholiis. v. *Lambec.* comment. de bibl. caesar. vol. IV. pag. 504. in additamento II. V. declamationes, (n. secundum ordinem in ed. Morell. I. a) n. 37. b) post n. 43. pag. 912. filius seruauit patrem ἐμπρηστοῦ γενομένου, praemissa προθεωρία, c) nr. 10. d) nr. I. e) nr. 6) in codice XII. v. *Lambec.* vol. VI. parte I. col. 100. — Secundum *Nesselium* in catal. codd. Caesar. part. III. pag. 49. in cod. LXXXII. Libanii declamationes; — pag. 53. in cod. XCIII. orationes XLIII. quarum pleraeque tum fuisse dicuntur ineditae. — p. 107. in cod. CLXXXVIII. Demost. or. Olynthiaca II. cum Libanii argumento. — pag. 114. in cod. CCVIII. declamat. in qua parasitus, coena fraudatus, se ipsum defert: — pag. 118. in cod. CCXIX. monodiae in Iulianum, imp. et ruinam Nicomediae: — pag. 120. in cod. CCXXI. declam. morosi patris, filium abdicantis, quod prolapso patre risisset. — pag. 121. in cod. CCXXIII. declamatio de auari filio: — pag. 134. in cod. CCCV. epistolae et declamationes.

Heidelbergae quondam, teste Sylburg. in catal. codd. nr. CXXII. XIV. declamationes nr. CCIX. XIII. declamatt. et LIX. epist. nr. CCLXXV. XV. declam. et CC. epist. nr. CCLXXVII. IV. progymnasmata; — nr. CCLXXVIII. Libanii quaedam. — nr. CCLXXXI. LXIII. oratt.

Giessae in bibl. acad. sunt *Steinheilii* obss. msstae ad Libanium.

Leidae in bibl. publica, inter libros a Bon. Vulcanio legatos, Libanii ad Troianos pro Helena, de legatione, de amicis, ecphrasis veris. (catal. pag. 343. 2.) — inter codd. *Vossianos*, an ducenda sit vxor? (cat. p. 396. nr. VIII.) — aliquid Libanii (cat. pag. 401. nr. 4.

Matriti in bibl. regia, cod. XLIX. Declamatt. XL. in quibus sunt septem, quas ineditas habuit *Iriarte* et copiose omnes recenset in cat. codd. gr. p. 164-168. Praemissa est vita Libanii ex Eunapio — Illi codici litterarum forma, aetate et vitiis est omnino similis cod. LII. easdem continens Libanii declamatt. aut XLI. v. Iriart. p. 176. sq. — In cod. LXXXVI. sunt VII. declam. tres vero aliae, in titulo nominatae, absunt volumine. v. *Iriart.* pag. 354. sqq. — In cod. XCVIII. (*Iriart.* pag. 387.) declamm. quinque et ethopoeia. — In biblioth. *Escorial.* (teste *Plüero* initin. per Hispan. pag. 180.) sunt in decem codd. multae epistolae et magna aliarum declamationum libellorumque copia: in his, quorum titulus adfertur, (plurimis enim non additus est,) diserte nominantur, Monodia pro Iuliano, imp. Monodia ob templum Apollinis igne consumtum, epitaphium ad imp. Iulianum; ad proconsulem, Montium

Montium, qui ab ipſo poſtulauerat, vt ſcriberet Demoſthenis vitam et omnium orationum eius argumenta; denique Libanii et Ariſtidis ad Achillem conſiderationes.

In *Anglia* (ſecundum catal. codd. Angl. et Hibern.) in biblioth. *Bodleiana* nr. IV. epiſtolae 268. — nr. IX. epp. 161. — nr. XIX. et LXXVI. it. CXXXI.. Lib. et Baſilii epp. quaedam mutuae — nr. LI. duae Libanii epp. ad Modeſtum. 121. ep. ad Amphilochium: 92. epp. in cod. Laud. MCCCLI. — tres epp. in cod. MMMXCI. — inter aduerſaria Langbaen. p. 271. cat. 1. nr. XX. et XXI. — tom. II. inter codd. *Norfolc.* nr. MMMCCCCXXIV. — nr. LVI. Lib. narratiunculae, multae epp. diſſ. de inexplebili cupiditate; irae vituperium; bouis encomium; de amicis; quod inique diteſcere, miſerabilius eſt, quam pauperem eſſe (etiam n. LXVIII. tres poſter. decl. it. nr. MCCCLI. inter codd. *Laudi*) — nr. LXIII. pars orat. in necem Iuliani; Vlyſſis orat. ad Troianos; Vlyſſis declaratio in perſona Oreſtis; Menelai ad Troianos: (etiam nr. LXVIII. et LXXI.) decl. moroſus ſe ipſum deferens. — nr. LXVIII. deſcriptiones; comparatio ciuitatis et agri. — n. CXXXIII. hypotyposis oratt. Demoſthenis — Inter codd. *Barocc:* nr. CCXIX. oratt. octo, quarum tres tunc ineditae erant de morte Iul. vlciſcenda, ad eos, qui eum moroſum vocant, et ad Antiochenos de ira imp. XIV. decl. in cod. MMCCXC. — Inter codd. *Guil. Laudi* nr. MCCCLI. orat. Achillis contra Ariſtidis orat. — or. ad Troianos pro Helena; or. de auaritia; vituperium irae; bouis encomium; *Lib.* Menelaus. — nr. MMCCCCLXXXIII. et inter aduerſaria Langbaeni, nr. IX. pag. 270. catal. I. progymnaſmata. — nr. MMMDLXI. or. Antiochicus. — Inter Langbaen. aduerſ. nr. XX. p. 271. catal. I. ſermo de morte Iuliani vlciſcenda. — *Cantabrigiae* inter codd. colleg. S. Trinit. (in parte II. tom. I. cat.) nr. DCXVIII. decl. quaedam, latine verſa ab Erasmo Roter. — inter codd. Coll. Gaio-Gonuill. nr. CMIL. Lib. fragmentum et de Demoſth. — In tom. II. cat. inter codd. *Gale* nr. MMMMMCMLX. II. epp. — nr. MMMMMCMLXX. tres oratt. ineditae, it. epiſtolae, cum diuerſis codd. collatae. — nr. MMMMMMXXXIII. oratt. aliquot. — inter codd. *Wheleri*, nr. MMMMMMMMMCXIV. epiſtolae et declamatt.

Venetiis in bibl. *Marciana*, (ſecundum quidem cat. codd. gr. qui omnes num adhuc ibi ſint, an Lutetiam Pariſ. abierint, neſcio: hinc breuis ero in illis enumerandis:) — in cod. CCCCXXII. V. declamatt. — cod. CCCCXXXI. decl. auari, cicutam poſcentis; — cod. CCCCXXXVIII. VII. oratt. — In codd. CCCCXXXIX. et CCCCXXXX. multae oratt. et declamatt. — in cod. CCCCXXXXI. praeter 481. epp. ſunt decem minora opuſcula. — in cod. CCCCXXXXII. praeter 158. epp. ſunt tres oratt. n. ſuper Iuliano occiſo, lamentatio ſuper Nicomedia et lamentatio ſuper Daphnaei Apollinis fano, flammis exuſto, item declamatio, cuius inſcriptio: Mulier in veneficio deprehenſa non poterat comburi: alia mulier eam comburere promiſerat, hanc quoque *Hadrianus*, rhetor, comburendam cenſuit. In cod. DXXV. or. moroſi patris, filium abdicantis, quod prolapſo patre riſiſſet. — Cel. *Villoiſonius* in bibl. Marciana detexit cod. CCCCLII. qui Macarii Chryſocephali Ῥοδωνιὰν continet, et ex eo in anecd. gr. pag. 11. ſqq. multa ex Libanii operibus excerpta, XI. ineditarum illius declamationum titulos, fragmenta et ſententias indicauit partim, partim publicauit: et inde repetiit praeclara Reiskia in praef. ad tom. I. Libanii oratt. p. XXIV. ſqq. Nos quoque notatu digniora, ſuo quaeque loco memorabimus.

Progredior ad *editiones* plurium iunctimque editorum opuſculorum.

Libanii Μελεται, λογοι, ἐκφρασεις. gr. cura *Soteriani Capsalis.* Io. Macchiochus Bondenus imprimebat. Ferrar. 1517. 4. de qua edit. operarum mendis scatente, vid. *Maittaire* A. T. II. p. 115. vbi quoque Morelli iudicium de ea adfertur. In cod. tamen Ferrariensi, seu editione Soteriani non pauca melius, quam in Morelliana legi, Reiske in V. vol. animaduersionum p. 1. iudicat.

Libanii declamatiunculae aliquot graecae; eaedemque latinae per Erasmum, cum duabus oratt. Lysiae itidem versis, incerto interprete, et aliis nonnullis. Basil. in offic. Io. Frobenii 1522. 4. v. *Maittaire* l. c. pag. 629. — Eaedem declamatt. lat. ex versione *Erasmi*; in Erasmi Opp. Lugd. B. tom. I. pag. 545. sq.

Belli Troiani scriptores praecipui, Dictys Cretensis, Dares Phrygius et Homerus. — Additae sunt quoque *Libanii* et Aristidis declamationes quaedam, historias Troiani belli declarantes. Basileae per Petrum Pernam. 1573. 8. v. *Stolle* Nachricht von den Büchern in der Stollischen Biblioth. vol. II. part. IX. pag. 144. sq.

Libanii sophistae praeludia oratoria LXXII. declamationes XLV. et dissertationes morales. *Feder. Morellus* e msstis maxime reg. bibl. nunc *primum* edidit, idemque latine vertit. Adiectae sunt notae et variae lectiones, cum duplici indice locupletissimo. Paris. Claud. Morellus. 1606. tomus II. (citatur vulgo tom. I.)

— Orationes XXXVI. quae historiae augustae a Constantino M. vsque ad Theodosium M. eiusque liberos impp. arcana hactenus ignorata ac iurisprudentiae atque ἐγκυκλοπαιδείας ἀξιώματα continent. His acced. Monodiae, inuectiuae, ecphrases, nouae. Graece omnia nunc primum prodeunt, partim e bibl. regia, partim e Vaticana et Palatina aliisque. *Fed. Morellus* recensuit, castigauit, latine vertit, et notis illustrauit. Lutet. apud Cl. Morellum 1627. fol. (citatur vulgo tom. II.)

Idem Morellus multas illarum vel singulas vel plures iunctim ediderat. v. catal. de la B. du R. bell. lettr. tom. pag. 107. Quas singulas excudi fecit, earum plurimas Fabr. in cat. opusc. indicauit. Editiones autem plurium libellorum, in vno volumine congestorum, hae fere sunt, indice Maittaire in A. T.

Libanii Ethopaeiae de pictore, timido, Menelao, Achille, gr. et lat. interpr. *F. Morello.* Lutetiae, apud eumd. Morel. 1603. 8.

Libanii dissertatt. de opibus, amicis, cupiditate, cum notulis *F. Morelli.* ib. apud eumd. 1606. 4.

— Oratio aduersus adsessores magistratuum; (nunc primum e cod. Bauar.) panegyricus Iuliano dictus; Naenia super fano Daphnaei Apollinis, fulgure exusto: or. ad Theodosium pro Antiochenis; omnia seorsim, graece, (nunc primum e II. codd. regg.) cum lat. vers. et not. *F. Morelli*, ibid. apud eumd. 1610. 8.

— Laus palmae, pomi, horti, portus, naumachiae et leonis, gr. (nunc primum e Vatic. bibl.) cum latina versione *Fed. Morelli.* Paris. apud eumd. 1612. 8.

— Ecphrases certaminum Herculis, Iunonis et Polyxenae mactatae gr. (nunc prim. e bibl. Vatic.) et lat. ecphrasis Iunonis, gr. tantum (quod versionem iam antea ediderat Morell.

rell. v. infra,) cum notis *Fed. Morelli*; et Hercul. cum Periclymene certamine ex Ouid. Metam. Parif. apud eumd. 1613. 8.

Libanii Panegyricus Conftanti et Conftantio dictus; orat. de pactis, (nunc prim. e bibl. Vatic.) feorfim ille et haec; graece, cum lat. vers. et not. *Fed. Morelli* ib. apud eumdem 1614. 8.

— Or. pro rhetoribus et profefforibus ad Antiochenos; Lamentatio fuper Nicomedia terrae motu fubmerfa; feorfim vtraque graece (nunc prim. e bibl. Vatic. et Bauar.) et lat. interpr. *F. Morello* cum eiusdem notis. ibid. ap. eumdem. 1616. 8.

Lib. oratt. IV. de patrociniis, de angariis, de vinctis aduerfus ingredientes magiftratuum domos; nunc primum editae, quibus adiuncta et quinta, iam edita, aduerfus adfiduos apud magiftratus, graece, cum verfione doctisque prolegg. et comparat. conftitutionum legumque,) et notis *Iac. Gothofredi*. Geneu. Pet. Chouet. 1631. 4.

— Eaedem oratt. IV. et quinta; acc. denique eiusdem (Libanii) pro templis gentilium non excidendis, nunc primum edita, graece, cum verfione et notis *Iac. Gothofredi*; inter *Gothofredi* opufcula, Geneuae 1641. 4. et inter eiusdem Opp. iuridd. minora. Lugd. B. 1733. fol. p. 350.

— *Oratt. XVII. Ant. Bongiouanni* nunc primum e msst. codd. (Veneto Marc. in fex prioribus, in ceteris, e Veneto S. S. Ioa. et Paulli,) eruit, latine vertit, notisque illuftrauit. Venetiis e typogr. Io. Bapt. Albritii 1754. 4.

Vid. erudit. cenforem, qui et verfionem Bong. latinam ac lectiones illius interdum culpat, et multa Libanii loca emendat explicatque, in nouis actis erud. Lipf. 1756. menf. Febr. pag. 49-57. collata tamen *Reiskii* cenfura in: Zuverläffigen Nachrichten a. 1755. part. 185. ex qua quidem cenforem in actis erudit. Lipf. locos quosdam repetitos, latine feciffe et pro fuis reddidiffe, *Reiske* in fine praefat. fuae ad *quintum* vol. animaduerfionum ad graecos auctores, (Lipfiae 1766. 8.) contendit.

[Eine Rede des *Libanius* zum erftenmale aus einer Handfchr. der churf. Bibl. zu München abgedruckt. L. 1775. 8. cura *E. C. Reiskiae*. Eft Orat. defenf. cuiusdam qui filiam pro vrbis falute occiderat.

Ariftidis Or. aduerfus Leptinem, *Libanii Declam. pro Socrate*, Ariftoxeni Rhythmicorum elementorum Fragmenta. Ex Bibl. Ven. D. Marci nunc primum ed. *Iac. Morellius*, Ven. 1785. 8.]

Reiske, de Libanio inprimis meritus, in illo Vto volumine a p. 1-584. fagaces, nec raro audaciores, coniecturas atque emendationes, nec non hiftor. atque interdum exegeticas obferuatt. ad Libanii orationes et declamationes fcripfit, et quafi promulfidem dedit futurae edit. in qua quidem curanda vir graece doctiffimus multum temporis confumfit; fed viuus non potuit percipere laboris fructus. Nam, illius, a LXXIV. huius faeculi defuncti, demum vxori licuit prelo fubiicere opus, quatuor hucusque conftans tomis: quintus adhuc cum indic. fubfequetur.

Primum erat conftitutum, nouam editionem, fplendido veftitu ornatam, curare. Prodiit igitur vol. I. infcriptum:

Libanii fophiftae orationes et declamationes ad fidem codicum msst. recenfuit et perpetua adnotatione illuftrauit Io. Iac. Reiske, Altenburgi fumtibus et litteris Richteri. 1784. m. 4.

Sed quoniam deerant fplendidae et venuftae illius edit. emtores, Librarius mutauit formam et minore ornatu fubiecit prelo atque continuauit editionem eiusdem fententiae in

fronte

fronte tomorum; quorum *primus* exiit prelo a. 1791. 8. mai — In hac edit. minoris formae praefationi acceſſit deſignatus ordo opuſculorum Libanii, qui 1) in codice Auguſtano primo optimoque, ex quo ordinem opuſc. retinuit, 2) in cod. Bauarico primo, 3) in cod. Bauar. ſecundo, 4) in cod. Bauar. tertio, 5) in c. Auguſtano ſecundo, 6) in cod. Wolfenbuttelenſi leguntur. Primum cod. Aug. ipſe Reiskius ad verbum deſcripſit; reliquos contulit coniux, marito eos relegente — *ſecundus* a. 1793. — *tertius* 1795. — *quartus* 1797. Quae Morellus, Fabricius, ac Bongiouannius ediderant, Reiskius, mutato ordine, recepit, et ex ſuis VI. codd. quinque anecdotas primus inſeruit oratt. Eius cura potiſſimum in eo verſata eſt, vt textum Libanii, per ſuperiores editiones, Morellianam maxime, (ex codicibus mendoſiſſimis et lacunarum plenis ductam, ideoque vitiis ſcatentem,) mire corruptum, exhiberet e codd. quam emendatiſſimum, praeter ea lacunas ſuperiorum editionum et multas et magnas expleret: de quibus omnibus rebus adcurate diſſerit doct. *Reiskia* in praef. ad primum volumen. Vt autem chartae parcam, in catalogo opuſculorum, quae continet ed. Morelliana, indicabo, vbi ſingula in edit. Reiskiana, quae a vita Libanii incipit, minoris formae reperiantur. Hic tantum praemittam indicem et ſedem deſignabo eorum, quae deſunt in exemplo Morelliano.

In tom. I. nr. 2. p. 171. ex Fabr. B. Gr. et Bauar. atque Aug. I. codd. *ad eos, qui eum moleſtum vocarunt.* v. Reiskii not. 1. pag. 171.

nr. 4. p. 208. περὶ τȣ̃ μὴ ληρεῖν, ex codd. Aug. I. et Bauar. et ed. Bongiou. pag. 15.

nr. 9. p. 256. εἰς τὰς Καλάνδας, ex Allatii excerpt. ſophiſt. pag. 115. et emend. ex cod. Aug. I.

nr. 10. pag. 261. de *Plethro*, aedificio Antiocheno, ex Bongiou. edit. pag. 138. et cod. Aug. I.

nr. 16. pag. 484. *Ad Antioch. de ira imper.* ex Fabric. B. Gr. ſed ex codd. Auguſt. et Bauar. in fine ſuppleta eſt oratio.

In tom. II. nr. 23. pag. 27. *de vlciſcenda morte Iuliani*, quam orationem ad Theodoſium, a. C. 379. imperatorem factum, eo ipſo anno ſcriptam eſſe ſtatuit Olearius in longa nota ad initium orationis: ex *Fabr.* B. Gr. et codd. Bau. atque Aug. I.

nr. 27. pag. 110. *contra Icarium* or. II. quam primus edidit ex cod. Aug. Reiske. Eſt quoque in cod. Pariſ. MMMXXVII.

nr. 28. pag. 144. ὑπὲρ τῶν ἱερῶν, h. e. *templa gentilium dirui non oportere*: ex Gothofredo, qui argumentum orationis et quasdam conſtitutiones Conſtantii, Conſtantis, Theodoſii M. et Valentiniani iun. ex cod. Theodoſiano ad intellectum orationis Libanianae praemiſit, et cuius notas recudi fecit textumque ex cod. Aug. I. emendauit Reiske.

nr. 30. pag. 223. *ad Thraſydaeum*, ex edit. Bongiou. pag. 176. coll. Aug. cod. I.

nr. 34. pag. 226 κατὰ τῶν πεφευγότων. orat. ex edit. Bongiou. pag. 1. et ex codice Aug. I. correcta.

nr. 35. pag. 307. περὶ τῶν φαρμάκων orat. qua Libanius, reprehenſus ob deſidiam dicendi, excuſabat et demonſtratum ibat, linguam ſibi veneficio eſſe illigatam, ex ed. Bongiou. pag. 166. et ex cod. Auguſt. emendata.

nr. 36.

nr. 36. pag. 315. *ad Polyclem*, cui exprobrat animum immemorem atque ingratum aduersus Iulianum. ex ed. Bongiou. pag. 116. II. pag. 361. 30. et ex codd. Aug. I. et Bauar. emendata orat.] Est quoque in codd. Paris. MMMXIV. et Medic. teste Bandin. II. pag. 137.

nr. 37. pag. 327. ὑπὲρ ἑαυτȣ͂ διὰ τὴν πρὸς Ἀντίοχον συνηγορίαν, or. qua se purgat de opera, abs se Antiocho nauata; ex edit. Bongiou. pag. 53. et ex codice Aug. I. et Bauar. correcta.

nr. 38. pag. 342. κατὰ Σιλβανȣ͂, qui Christianus fuisse videtur Reiskio, et impius erga patrem; orat. ex ed. Bongiou. pag. 218. et e cod. August. I. correcta.

nr. 39. pag. 353. Ἀντιόχῳ παραμυθητικός. ex ed. Bongiou. pag. 239. et ex cod. August. I. emendata oratio: est quoque in codd. Vatic. et Palat.

nr. 40. pag. 364. πρὸς Εὐμόλπιον. or. ex Bongiou. edit. pag. 151. et ex cod. August. I. correcta.

nr. 41. pag. 379. πρὸς Τιμοκράτην orat. ex Bongiou. edit. pag. 128. et ex cod. Aug. I. emendata.

nr. 42. pag. 388. *pro Thalassio.* or. ex Bongiou. (cuius not. de eo vide,) pag. 88. et ex cod. Aug. I. emendata.

nr. 44. pag. 432. εἰς Εὐστάθιον τὸν Κᾶρα, prolusio ad scholam quamdam s. lectionem, ex ed. Bongiou. pag. 250. et e codd. Aug. I. ac Bauar. correcta. Est quoque in codd. *Paris.* bibl. DCCCCLXIII. et MMMXIV. et MMMXVII.

nr. 45. pag. 435. *ad imp. de vinctis seu de custodia reorum,* ex Gothofredi edit. cum eiusdem prolegg. et notis. coll. cod. Aug. I.

nr. 47. pag. 493. περὶ τῶν προστασιῶν, or. *ad tollenda vicorum s. rusticorum patrocinia, a militibus ducibus militaribus data.* ex edit. Gothofredi, cum huius prolegg. notisque, coll. cod. Aug. I.

nr. 48. p. 526. πρὸς τὴν βȣλὴν, ex editione Bongiou. coll. codd. August. I. et Bauar.

nr. 49. pag. 549. *pro agricolis,* περὶ τῶν ἀγγαρειῶν. ne agricolae, Antiochiam commeantes, mox in agrum redituri a magistratibus detinerentur ad opera publica, multo minus ad priuata: orat. ad Theodosium M. ex Gothofredo, cum eius argumento et notis coll. cod. Aug. I.

nr. 50. pag. 570. *ad imperat.* aut ὑπὲρ τῶν βȣλῶν, ex Bongiou. ed. coll. codice August. I.

In tomo III. nr. 53. pag. 68. πρὸς τὸν βασιλέα (Theodosium M.) εἰσφορὰ νόμȣ κατὰ τῶν εἰσιόντων εἰς τὰς τῶν ἀρχόντων καταγωγὰς *contra ingressus familiares in praetoria et domos iudicum horis pomeridianis;* oratio habita circ. a. 389. ex ed. et cum prolegg. notisque Gothofredi, e cod. Aug. correcta.

nr. 56. pag. 185. *Ad Anaxentium* (in cod. Palat. *Auxentium*,) ex ed. Bongiou. pag. 230. et cod. August. I.

In nr. 59. definit cod. Aug. I. In *tomo* IV. reliquas ex edit. Morell. declamatt. Reiske reddidit emendatas; quas sequuntur ea, quae Morellus ab initio edit. suae * fuerat, *μελέται* XLIV. s. fictiones ex fabulis aut vera historia sumtae et ornatae, in quibus sunt multae probabili ratione expositae et tolerari possunt; contra aliae, ingeniose quidem pertractatae quarum vero materies et rationes ab omni veri ac probabilitatis specie abhorrent, et lusus sunt ingenii, haud bene excogitati. Morellianis addidit ex codd. Bauar. quinque antea ineditas *μελέτας*; sunt vero 1) *πατρὸς ἀπολογία. pater, ad bellum ab vrbe auertendum filiam suam occiderat; reus caedis factus, se defendit.*

2) ἡ Φιλόπολις. tyrannus a sua vxore interficitur. Haec autem quod liberi tyranni, secundum leges, morti quoque obnoxii erant, eorum vitam, tamquam praemium facti, postulat.

3) *Demosthenes*, qui mori cupit, quod Philippus post praelium, ad Chaeroneam factum, eius deditionem intra quinque dies poposcit.

4) *Φιλάργυρος ἐρασθεὶς ἑταίρας. auarus amabat ἑταίραν.* cui vt mercedem non solvat, laqueo vitam finire cupit: comperiens autem, *αὐτοχειρίαν* magna vi pecuniae multari; ad hanc poenam depellendam, poscit cicutam.

5) *Ἐγράψατό τις τὸν ἑαυτῦ προβυλεύσεως. filius, a patre caedis tentatae adcusatus, postulat, vt secundum leges supplicio adficiatur.*

Tum sequuntur Progymnasmata, Ethopoeiae XXV. Ecphrases VII. *Θέσις*, num matrimonium sit contrahendum; haec omnia sumta sunt ex I. vol. Morelli: dein a p. 1064. 1098. ea, quae Morellus ad calcem tomi II. sub Libanii nomine vulgauit. Denique ea, quae Allatius primum promulgauit, opusc. rhetorica.

Libanii ingenium omnino fertile et sagax atque eruditio et orationis copia atque elegantia, non minus quam argutiae, loquacitas, contorta saepe perplexaque dicendi ratio, et sterilitas multorum argumentorum atque exercitationum mere scholasticarum, quantopere placuerint librariis virisque doctis et Libanii ipsius, et sequentis aeui, vel ex eo potest perspici, quod hominis saec. IV. eiusque idolorum cultoris scripta et numero multa et varietate pretioque valde discrepantia, toties sunt descripta atque ab interitu seruata. Et tamen lectio eorum ad copiam linguae graecae rerumque et ad illustrationem historiae illius temporis aeque ac veterum auctorum graecorum, cum primis poetarum plena, vel hodie est commendanda.

Ipsa *Reiskia* orationem defensoriam cuiusdam, qui filiam pro vrbis suae salute occiderat e cod. bibl. electoralis Monachiensis primum edidit Lips. 1775. 8. *Harl.*

Priore tomo Paris. 1606. fol. continentur Progymnasmatum exempla et declamationes.

[¶] Progymnasmatum exempla quidem sunt [vv]):

I. Μῦθοι *fabulae tres* 1. de lupis, ab ouibus pacem petentibus, 2. de testudine, cursu cum equo contendente et 3. de monedula ceterisque auibus forma cum Ioue contendentibus.

II. Διη-

vv) In cod. *Medic.* II plut. 58. sunt Libanii progymnasmata n fabulae III. etc. eiusd. loci communes V. contra homicidam, contra tyrannum, pro tyrannicida, contra proditorem et contra medicum veneficum; eiusd. laudationes VII. nim. Diomedis, bouis, Thersitae, Demosthenis, Vlyssis, iustitiae, agriculturae

II. Διηγήσεις *narrationes tres* 1. de Hercule, pro Deianira cum Acheloo luctante, 2. de flore Hyacintho et 3. de Alpheo et Arethusa.

III. Χρεῖαι *Chriae tres* 1. de Alexandro, rege, qui rogatus de thesauris suis amicos demonstrauit. 2. de facto Diogenis, qui, adolescentem videns petulantem, paedagogo verbera inflixit. 3. de Isocratis dicto, radices disciplinarum amarae, fructus vero dulces.

IV. Γνώμη, duplex elaboratio *Sententiae* Homeri Iliad. β. 24. οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. *Dedecus est totam consultum stertere noctem.*

V. Ἀνασκευὴ *Confutatio*, non esse verisimile, Chrysen peruenisse ad nauale Graecorum.

VI. Κατασκευὴ *Confirmatio*, Verisimilia esse quae traduntur, 1. de armis Achillis 2. de eius ira.

VII. Κοινοὶ τόποι *Loci Communes* 1. contra homicidam. 2. contra proditorem, 3. in medicum veneficum, 4. contra tyrannum, 5. pro tyrannicida.

VIII. Ἐγκώμια *Laudationes* 1. Vlyssis, 2. Achillis, 3. Diomedis, 4. Thersitae, 5. Demosthenis, 6. Agriculturae, 7. Iustitiae, et 8. bouis συγγραφικῷ χαρακτῆρι, historico, non oratorio stylo.

IX. Ψόγοι *Vituperationes* 1. Achillis, 2. Hectoris, 3. Philippi, 4. Aeschinis, 5. Opulentiae, 6. Inopiae, 7. Irae et 8. Vitis.

X. Συγκρίσεις, *Comparationes* 1. Nauigationis siue mercaturae nauticae et agriculturae, 2. Achillis et Diomedis, 3. Aiacis et Achillis, 4. Demosthenis et Aeschinis, 5. Ruris et Vrbis.

[?] XI. Ἠθοποιίαι *Ethopoeiae* 1. Medeae, suos mactaturae filios, 2. Andromaches ad iacentem ante se Hectorem. 3. Chironis, Achillem inter virgines versari audientis, 4 et 5. Niobes post amissos liberos. 6. pictoris, Apollinem in tabula laurea pingentis et ligno colores non admittente. 7. hominis, bellum in aedibus suis pictum videntis. 8. Menelai,

rae, ruris et vrbis; Achillis et Diomedis; Aiacis et Achillis, Demosthenis et Aeschinis; eiusd. Ethopoeiae XXV. eiusd. descriptiones VII. eiusd propositum, an matrimonium sit contrahendum: quae omnia eodem vt plurimum ordine, quo habentur in ed. Morell. tom. I. pag. 1-183. v. *Bandin.* cat. codd. gr. II. col. 440. — In codice XX. plut. 57. nr. 16-19. sunt fragmentum ex Libanii loco communi *in medicum veneficum*, bouis laudatio, Thersitae laudatio et an matrimonium sit contrahendum (*Bandin.* l. c. col. 360. sqq.) — In cod. XXX. plut. 59. nr. 16. descriptiones II. *ebrietatis* altera, altera *herorum curriculi* in ed. Morelli tom. I. pag. 175. et 181. (v. *Band.* l. c. col. 552.) In cod. XXXVII. plut. 32. nr. 4. in calce epistolarum Libanii, eiusdem fragm. *picturae descriptionis in senatu* in Morelli edit. I. p. 174. (*Bandin.* l. c. col. 200.) — *Paris.* in bibl. public. sunt in quinque codd. nr. DLXXXIII. MMMDCCCCXVIII. (nr. X. quorum pars *Nicolaum*, sophistam, auctorem habere dicitur in cat. II. p. 570. ib. nr. 8. sunt *Nicolai* progymnasmata; quorum initium γῆρας ἐλύπει τὸν λέοντα.) MMCMLXI. et MMMXIV. Libanii progymnasmata quaedam: praeterea in cod. XXX descriptio veris, ebrietatisque: in codd. MMCCIX. et MMMXVI. irae vituperatio, bouis encomium, ruris et vrbis comparatio, aliaque id genus pridem edita. — in cod. MMCMXCVIII. Cephalus et Ariphon inter se disputant. — in cod. MMMXXVIII. veris descriptio. In aliis quoque bibl. custodiri codd. illarum exercitationum vmbratilium, in notitia codd. supra iam obseruauimus.

Menelai, cognito Agamemnonis interitu. 9. Achillis ſuper Patroclo. 10. 11. Eiusdem, amantis poſt caedem Pentheſileae. 12. Vlyſſis, in Cyclopis ſpelunca deprehenſi. 13. Vlyſſis ad Cyclopem, a quo vidit ſocios ſuos deuorari. 14. Vlyſſis poſt procos interfectos. 15. Medeae, Iaſone aliam vxorem ducente. 16. Achillis, erepta ſibi Briſeide. 17. Achillis, Graecis deuictis a Troianis. 18. Polyxenae, a Graecis iuſſae recedere, qui ſponſam futuram Achillis adfirmabant. 19. Aiacis, armis Achillis fraudati. 20. Aiacis, ſeipſum iugulare parantis. 21. Eiusdem poſt inſaniam. 22. Bellerophontis, pugnaturi cum chimaera. 23. timidi auari, aureo inuento gladio. 24. Meretricis reſipiſcentis. 25. Menoeci antequam ſe iugularet pro victoria patriae.

XII. Ἐκφράσεις *Deſcriptiones* 1. praelii peditum, ſiue belli, 2. picturae in curia, 3. ebrietatis, quae vidit lucem in Henrici Stephani Francofordienſibus nundinis, vna cum Baſilii et Luciani ſcriptis de ebrietate, graece et lat. Pariſ. 1574. 8. 4. Veris, ſtylo συγγραφικῷ, 5. Calendarum, 6. curriculi Heroum, 7. alterius in curia picturae.

XIII. Θέσις *Propoſitio deliberatiua*, an matrimonium contrahendum ſit. I. p. 183.

Progymnasmatum haec exempla cum Theonis progymnasmatis veluti eiusdem auctoris ediderat graece, ſubiecta ad calcem ſua verſione *Ioachimus Camerarius* Baſil. 1541. 8. Camerarii verſionem pauciſſimis mutatis Morellus retinuit. Ceterum in Camerarii editione deſiderantur Loci communes 3. 4. 5. et laudationes vituperationesque omnes praeter vnum Achillis encomium et eiusdem vituperationem. Ex comparationibus deſunt 3. 4. 5. Atque Ethopoeiae omnes praeter 2 et 3. nec non Deſcriptiones praeter 1. 2 et 3. Illa primus cum latina verſione ſua edidit Morellus. Ex Ethopoeiis 1 et 2. vertit latine *Eraſmus* Baſil. 1522. 4. et tomo primo Operum Eraſmi. Elogium Vlyſſis et agriculturae cum verſione latina et gallica ediderat Morellus Pariſ. 1603. 8. Laudem Iuſtitiae et alia 1605. 8. *Fabric.* Praeter ea, ſupra iam adlata, memorantur a *Maittario* in A. T.

Lib. expoſitio horti, gr. et lat. cum verſione lat. et notis *Fed. Morelli* Lutet. apud F. Mor. 1609. 8.

— deſcriptio Iunonis amoeniſſima, nunc primum gr. e vatic. biblioth. *Fed. Morellus* prof. et interpres regius, latine vertit. Lutet. apud. F. Mor. 1613. 8. v. Maitt. III. p. 862. not. et indice, pag. 56. ſq. — adde lib. V. cap. 38. de ſcriptoribus, in Photii bibl. cenſurae ſubiectis, in vol. VIIII. pag. 403. ed. vet. — In *Patuſae* encyclop. philol. vol. I. ſunt pag. 409. feſti deſcriptio et pag. 411. Chria in dictum Theophraſti, qui, interrogatus, quid amor? otioſi adfectum animi eſſe reſpondit; in vol. III. pag. 265. 273. 297. et 308. quatuor declamatt. — *Deſcriptio ebrietatis* in Francofurt. emporio etc. H. Steph. 1574. 8. *Harl.*

Hiſce Progymnaſmatis addenda quaedam ad calcem tomi ſecundi Morellus vulgauit, ſub Libanii nomine, licet quaedam eorum in cod. Barocciano CXXXI. legantur ſub nomine *Nicolai* [ww]), *Sophiſtae*, inter quadraginta, quae cod. ille exhibet, huius Nicolai progymnaſmata [v. paullo ante e codice Pariſ. notata.] Quae autem in Morelli editione eſſe dixi, haec ſunt:

Ecphraſis

ww) Videtur hic eſſe Nicolaus, Procli et Lacharis diſcipulus, de quo Suidas in Νικόλαος et Λαχάρης et Marinus in vita Procli c. 10. *Fabr.* v. ſupra in hoc vol. pag. 134. et not. *bb.* de Nicolai ſcriptis adnotata. *Harl.*

Ecphrasis 1. Leuctrici belli tom. 2. p. 706. 2. Herculis, stantis in procinctu cum Leonis exuuio pag. 707. 3. Herculis gestantis aprum Erymanthium pag. 708. 4. pulchrae virginis pag. 709. 5. pauonis pag. 713. Ecphrasis venationis pag. 673.

Encomium palmae et pomi pag. 714. quod vtrumque separatim a *Morello* graece et latine editum fuerat Paris. 1613. 8.

Ecphrasis 1. horti pag. 716. separatim, gr. et lat. edit. a *Fed. Morello*. Paris. 1609. 8.] 2. portus pag. 717. 3. pugnae naualis pag. 719. 4. leonis, ceruum opprimentis, p. 720. 5. 6. Ecphrasis duplex certaminis Herculis et Antaei p. 721. 722. 7. Iunonis pronubae p. 724. 8. xx) Polyxenes, mactatae a Neoptolemo, pag. 726. 9. Medeae quiritantis pag. 728. 10. 11. Troiae euersae descriptio duplex 729. 730. 12. Chimaerae pag. 732. Ex his pleraeque, seorsim antea a Morello in 8. Paris. 1613. etc. vulgatae, lucem viderant.

Ethopoeiae 1. Eunuchi amantis pag. 733. 2. pictoris, imaginis, quam pinxerat, amore capti, pag. 734.

Sequuntur tomo primo *μελέται* siue *Declamationes* XLIV. yy) (*πλασματικὲς* et *γυμναστικὲς λόγες* adpellat *Photius* cod. XC.) cum Fed. Morelli versione, qui in graecis secutus est veterem editionem Romanam. [Hae *μελέται* sunt in tom. IV. Reisk.]

I. *Πρεσβευτικός*. Ad Troianos oratio Menelai, pro reddenda Helena tom. 1. pag. 190. Italice versa prodiit Venet. 1543. 8. Latina Erasmi interpretatio, Basil. 1522. 4. et tomo primo operum Erasmi, Basileae et Amstelodami editorum. *Fabr.* Est quoque in cod. Matrit. reg. XLIX. it. XCVIII. fol. 102. et fol. 113. or. legati ad Troianos de Helena. ib. fol. 136. *Libanii ethopoeia, quae verba faciat resipiscens meretrix.* v. *Iriart.* catal. p. 167. et 387. — *πρεσβευτικὸς* est praeterea inter codd. *Paris.* CMLXIII. — *Nanianos*, v. cat. p. 490. et inter codd. *Medic.* v. *Bandin.* cat. II. pag. 362, 1. pag. 366. 12. pag. 422, 16. p. 552, 27. pag. 615, 10. pag. 673, 1. — De versionibus italicis v. Paitoni bibl. degli autori-volgarizz. tom. II. p. 203. — *Libanii* declamatt. pro Menelao, Helenam repetente, Medea filios occisura, Andromacha interfecto Hectore, gr. lat. *Erasmo* interprete: cum *Melanchthonis* encomio eloquentiae etc. Coloniae ap. Ioann. Soterem. 1525. 8. *Harl.*

II. Vlyssis ad eosdem Troianos de eodem argumento pag. 200. Vtrique breuis *προθεωρία* praemittitur. *Fabr.* Inter codd. *Medic.* v. *Bandini* cat. II. pag. 362. 2. pag. 366, 13. p. 375, 2. in cod. *Matrit.* XLIX. v. *Iriart.* p. 168. *Harl.*

III. Achillis oratio, qua responder Vlyssi, ab Agamemone ad se ablegato p. 228. Argumentum petitum ex Homeri *λιτοῖς* siue [ ] Iliad. ι. 225. Orationem sub Vlyssis nomine

 scripserat

xx) Descriptio Iunonis amoenissimae, nunc primum gr. e Vatic. bibl. *Fed. Morell.* cum lat. vers. Lutetiae ap. eumdem 1613. 8. v. *Maitt.* A. T. III. pag. 862. not. C. *Harl.*

yy) Declamationes suas a multis possideri, legi et imitatione dignas censeri, scribit *Libanius* epist. ad Archelaum (lib. 1. ep. 44.) qui earum nonnullas ex inuidia flammis mandauerat. Aliquas Proclo muneri mittit lib. 3. ep. 92. Vide et vitam Libanii t. 2. pag. 51. vbi describendis suis vix ait suffecisse *βιβλιογράφων δεξιάς*. *Fabric.* In quibus aliis codd. praeter Paris et Mediceos, reperiantur seqq. declamationes, iam supra in notit. codd. est adnotatum. *Harl.*

ſcripſerat *Ariſtides*, quae etiamnum exſtat, vt dixi lib. IV. cap. 32. num. 53. in hoc vol. p 28. et cum contraria hac Libanii oratione prodiit Hagenoae 1535. 8. edente, qui latinam verſionem addidit, *Ioach. Camerario. Fabr.* In codd. *Pariſ.* MMDCCCXLIV. et MMDCCCCLIII. n. 23. — in cod. Matrit. IL. et cod. LXXXVI. fol. 91. v. *Iriart.* cat. pag. 168. et 355. Inter codd. Medic. v. *Bandini* cat. II. p. 362, 3. p. 376, 5. p. 422, 15. p. 553, 33. tom. III. pag. 266, 57. *Harl.*

IV. Patrocli ad Achillem, vt Graecis iratus eſſe deſinat. pag. 256. praemiſſo argumento et προθεωρίᾳ. *Fabr.* In codice *Matrit.* XLVIIII. Cl. fol. 176. teſte *Iriarto* p. 168. et 401. — Inter codd. *Medic.* v. *Bandini* cat. tom. I. pag. 441, 3. tom. II. pag. 362, 9. pag. 366, 16. pag. 376, 16. pag. 553, 33. *Harl.*

V. Oreſtis recriminatio aduerſus matrem, cuius caedis reus peragebatur poſt excidium Troiae et Agamemnonis interitum pag. 279. praefixa προθεωρία. *Fabr.* In codd. *Medic.* notante *Bandinio* cat. tom. II. p. 362, 10. pag. 366. 10. pag. 376, 14. et p. 422, 9. — in cod. Matrit. LXXXVI. fol. 70. pag. 355. apud *Iriart.* in eodem cod. ſunt ſequentes, nr. VI. VII. VIII. X. et XI.

VI. Moroſi, ſe accuſantis, quod vxorem loquaculam duxerat. Δυσκόλȣ γήμαντος λάλον γυναῖκα. pag. 300. Ille moroſus licet non adeo parcus verborum a Libanio fingatur. Hanc orationem ſeparatim etiam a Morellio graece et latine Pariſ. 1593. et 1597 8. editam reſpicit S. Baſilius in epiſtola ad Libanium: αὐτὸν γὰρ ἐδόκȣν ὁρᾶν ἐν τῷ λόγῳ τὸν λάλῳ συνόντα γυναίῳ. In codd. *Medic.* notante *Bandin.* cat. II. p. 366, 17. p. 376. 11. p. 426, 1. p. 615, 10. — In codd. *Pariſ.* MDCIII. MMDCCCXCIV. *Harl.*

VII. Paraſiti, ob coenam occiſam ſe ipſum deferentis, p. 315. Fingitur fraudaſſe ſe coena, quod citius adfuturus equum e circo accepiſſet eoque vectus veniſſet ad aedes eius, qui vocauerat. At equus, conſpecta ante fores ara, metam eſſe ratus, iter flexit correptumque inſeſſorem ſecum abduxit. [In cod. *Pariſ.* MMCMIIC. Inter codd. *Medic.* ſecundum *Bandin.* II pag. 363, 20. pag. 426, 9. p. 422, 12. pag. 649, 1. *Harl.*] Haec declamatio, ſeparatim a Morello graece et latine vulgata, prodierat Pariſ. 1601. 4. [et latine ibid. 1603. 8.]

VIII. Inuidi, cicutam poſcentis et fortunam ſuam criminantis, vicino repente locuplete facto, pag. 323. *Fabr.* In codd. *Medic.* in *Bandini* cat. II. pag. 552, 26. pag. 363. 16. pag. 366, 14. in cuius calce legitur teſtraſtichon ſequens adpoſitum:

> Ἄντυγος αἰθερίης ὑπερήμενος ἐς πόθον ἦλθες
> Ἄντυγος ἀργυρέης, αἶσχος ἀπειρέσιον.
> Ἦσθα κάτω κρέσσων, ἀναβὰς δ᾽ ἐγένȣ μέγα χείρων.
> Δεῦρ᾽ ἀνάβηθι κάτω· νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

it. pag. 422, 10. — in cod. *Pariſ.* MMDCCCCXCVIII. *Harl.*

IX. Timonis, miſanthropi, ſe, quod Alcibiadem amet, accuſantis. p. 343. cum breui protheoria. *Fabr.* In cod. *Matrit.* XLIX. v. *Iriart.* p. 168. tum *Bandini* cat. II. p. 363, 24. p. 366, 17. pag. 317, 21. p. 422, 17. (cod. mutilus.) *Harl.*

X. Auari,

X. Auari, inuento quingentarum drachmarum thesauro, mille drachmas ex lege, thesauri inuentoribus posita, pendere aerario iussi, et cicutam poscentis. p. 361.

XI. Parasiti, poscentis cicutam, nutritore suo a luxu ad philosophiae studium conuerso p. 377. *Fabr.* Cod. Marcian. *Venet.* CCCCXXXI. — codd. *Medic.* apud *Bandin.* II. p. 364, 39. pag. 365. fragm. pag. 376, 5. In cod. *Matrit.* XLIX. teste *Iriart.* pag. 167. in quo cod. plures sunt Libanii declamationes. *Harl.*

XII. Oratoris, mori e lege poscentis, quum ciuitas eum tradere nollet hosti, qui pro facultatibus, quibus pollebat, volebat, si inimicus sibi traderetur, caritatem annonae, qua laborabant ciues, leuare. p. 386.

XIII. Demosthenis, mori postulantis, dum Athenienses, Chaeronensi pugna victi, Philippo, poscenti eum, tradere per quinque dies consultant. pag. 397.

[P] XIV. Demosthenis, ab ara misericordiae abstracti ab Atheniensibus Philippoque dediti, sed iterum ab eo dimissi, actio, vt aram illam, vtpote Numinis misericordiae contemtores, deiiciant. pag. 411. *Fabr.* v. *Bandini* cat. I. pag. 440. II. pag. 362. 11. p. 366, 28. p. 376, 3. pag. 552, 23. — in cod. *Matrit.* XLIX. v. Iriart. p. 168. *Harl.*

XV. Demosthenis, dedi Philippo cupientis, cum is mille captiuos pro eo Atheniensibus dimissurum recepisset. pag. 423. *Fabr.* v. *Bandin.* cat. I. p. 362, 12. Iriart. p. 168. *Harl.*

XVI. Demosthenis apologia aduersus Athenienses, qui eum accusauerant, quod dimissus a Philippo, ad remp. non iterum accessisset, pag. 435. *Fabr.* v. *Bandini* catal. I. pag. 440. tom. II. pag. 362, 16. et p. 552, 31. cod. *Paris.* MMDCCCCXCVIII. — in cod. *Matr.* XLIX. v. *Iriart.* pag. 168. *Harl.*

XVII. Hyperidis contra Demadem pro Demosthene, ne peregrinitatis conuictus Philippo venderetur, sed in fide populi Atheniensis esset. pag. 468. *Fabric.* v. *Bandini* cat. II. p. 363, 25. et p. 366, 20. In cod. Matrit. XLIX. v. *Iriart.* p. 168. *Harl.*

XVIII. Cimonis, petentis, vt pro patre, Miltiade, in vincula coniiciatur pag. 479. *Fabr.* v. *Bandin.* cat. II. pag. 366, 18. et 552, 19. *Harl.*

XIX. Corinthiorum inuectiua in Athenienses, velut impios, quod Potidaeam obsidendo ad summam famam ciues compulerant vt carnibus humanis vescerentur. p. 489. *Fabr. Bandin.* II. pag. 362. 8. pag. 366, 19. *Iriart.* p. 168. *Harl.*

XX. Neoclis, qui filium, Themistoclem, pridem abdicauerat, et nunc post victoriam eius Salaminiam, gestit recipere. pag. 511.

XXI. Themistoclis, recipi a patre abnuentis. pag. 526. *Fabr.* Vtraque declamatio nr. XX. et et huic aduersaria nr. XXI. est in codd. Medic. ap. *Bandin.* II. p. 366. nr. XXII. et XXIII. et pag. 552. nr. XVII. et XVIII. — *Neoclis* etc. in codice *Matrit.* XLIX. v. *Iriart.* pag. 167. *Harl.*

XXII. Neptuni aduersus Martem, Halirrhothii zz) interfectorem. p. 530.

XXIII. Mar-

zz) Halirrhothius Neptuni filius, captus amore Alcippes, Martis filiae.

XXIII. Martis aduerſus Neptunum apologia. pag. 548. *Fabr.* Vtraque declamatio nr. XXII. et XXIII. eſt in codd. *Medic.* teſte *Bandin.* II. pag. 363. nr. XXX. et XXXI. p. 366. nr. XXIV. et XXV. p. 376. nr. VI. et VII. pag. 426. 1. et 2. p. 55. nr. XXI. et XXII. nec non in cod. *Matrit.* XLIX. in quo eſt quoque *inedita*, in quemdam petentem, vt ex tempore oraret et aliae *ineditae*, iudice *Iriarte* p. 167. ſeq. de quibus v. infra, de ineditis declamationibus. *Harl.*

XXIV. Archidami apologia, qui, triginta annis minor, concione habita Lacedaemoniis perſuaſit bellum aduerſus Thebanos ſuſcipere pag. 558. praemiſſa προθεωρία. *Fabr.* de codd. *Medic.* v. *Bandin.* II. pag. 363, 33. p. 365, 8. pag. 376, 12. — In cod. *Matrit.* XLIX. v. *Iriart.* pag. 168. *Harl.*

XXV. De Laide, meretrice, Corinthum non reducenda, pluribus licet in illa vrbe moechis poenam adulterii incurrentibus, p. 569. praemiſſa προθεωρία. *Fabr.* v. *Bandin.* II. p. 363, 23. p. 365, 7. pag. 376, 11. et *Iriart.* pag. 167. de cod. *Matrit.* XLIX. *Harl.*

XXVI. Callaeſchri, petentis, Critiam, filium ſuum, quem ipſe tyrannum interfecerat, ſepeliri pag. 585. *Fabr.* De codd. *Medic.* v. *Bandin.* II. p. 363, 32. p. 366, 27. p. 424, 4. p. 552, 28. — In cod. *Matrit.* XLIX. in quo ſequitur declamatio *inedita*, *Cephalus in contrariam partem.* teſte *Iriarto* p. 167. — In cod. Pariſ. MMDCCCCXCVIII. eſt or. qua *Cephalus* et *Ariphon* inter ſe diſputant etc. *Harl.*

XXVII. Apologia patris, qui filium petenti tyranno et vrbem ideo obſidenti occiſum de muro obiecerat. pag. 597. *Fabr.* In codd. *Medic.* auctore *Bandin.* II. p. 363, 21. p. 365, 6. et pag. 376, 4. *Harl.*

[P] XXVIII. Apologia ducis, qui tyranni conſcius arguebatur, quod peregrinum, in concione animaduerſum, ex lege interfecit, nec arcanum, quod is ſe indicaturum ferebat, exaudiuit p. 614. v. *Bandin.* II. pag. 363, 28. pag. 366, 20. pag. 376, 23. p. 424, 6. *Harl.*

XXIX. Apologia Socratis, philoſophi. pag. 635. [Reisk. III. nr. 52. pag. 1. In codd. *Pariſ.* MMMXIV. et MMMXVII. — In cod. *Matrit.* XLIX. v. *Iriart.* pag. 168. *Harl.*

XXX. Damnati, exſilium petentis, quod tribus ſuffragiis illi dictatum erat, duobus mortem, aliisque duobus honoris priuationem decernentibus. pag. 689. praemiſſa προθεωρία. *Fabr.* v. *Band.* II. pag. 364, 17. p. 376, 19. — in cod. *Matrit.* XLIX. v. Iriart. pag. 167. *Harl.*

XXXI. Oratoris, qui hoſti, vt obſidionem ſolueret, perſuaſerat, petentis praemium, quod lex τῷ κατορθώσαντι πόλεμον (ei qui in bello bene rem geſſiſſet,) propoſuit. p. 700. Praemiſſa προθεωρία.] In cod. *Matrit.* XLIX. l. c.]

XXXII. Apologia diuitis, adfectatae tyrannidis accuſati, quod re ter bene geſta exſules revocari, infames in integrum reſtitui et carceres aperiri poſtularent. p. 727. *Fabr.* De codd. *Medic.* v. *Bandin.* II. p. 363, 29. p. 365, 2. p. 376, 8. p. 552, 20. *Harl.*

XXXIII. Diuitis adulteri accuſatio. pag. 740. *Fabr.* In cod. *Pariſ.* MMDXI. In codice *Matrit.* XLIX. teſte *Iriart.* p. 167. — In codd. *Medic.* ſecundum *Bandin.* II. p. 363, 26. pag. 421. 7. *Harl.*

XXXIV. Actio

XXXIV. Actio filii contra adulterum patrem. pag. 755. *Fabr.* v. *Bandin.* II. pag. 366, 21. Haec et sequens declam. in cod. *Matrit.* XLIX. teste *Iriart.* pag. 167. *Harl.*

XXXV. Apologia patris, qui filiam adulteram generumque, dotem identidem pro adulterio coniugis ex lege poscentem, interfecerat. pag. 767. praemissa προθεωρία. *Fabr.* In codd. *Medic.* ap. *Bandin.* II. pag. 366, 29. et pag. 376, 22. *Harl.*

XXXVI. Morosi patris oratio, filium abdicantis, quod prolapso patre risisset p. 792. *Fabr.* In cod. *Vindobon.* — in cod. *Marciano* Venet. DXXV. — In codd. *Medic.* secundum *Bandin.* pag. 363, 18. et pag. 426, 5. *Harl.*

XXXVII. Patris auari, abdicantis filium, qui, re strenue gesta, nullum aliud praemium, quam oleaginam coronam sibi poposcit. p. 801. *Fabr.* v. *Bandin.* II. p. 361, 41. p. 421, 2. pag. 426, 8. pag. 552, 25. *Harl.*

XXXVIII. Apologia filii, a patre abdicati, quod vxorem ex illius voluntate ducere nollet, post amissam naufragio priorem, quae redemtura ipsum, a latronibus captum, naui se commiserat, patre redimere recusante. pag. 820. praemissa προθεωρία. *Fabr.* In codd. *Medic.* v. *Bandin.* II. pag. 362, 7. pag. 375, 1. pag. 424, 2. pag. 552, 24. *Harl.*

XXXIX. Auari patris, post valetudinem restitutam abdicantis filium, quod, patre aegrotante, talentum Aesculapio vouerat, si pater reconualuisset pag. 833. praemissa προθεωρία. *Fabr.* In codd. *Medic.* auctore *Bandin.* II. p. 363, 18. p. 376, 20. p. 422, 11. p. 426. 7. *Harl.*

XL. Apologia fratris φιλαδέλφου, qui non se solum, vt pater aegrotus praeceperat, sed fratrem etiam simul patri exosum heredem scripsit, et ideo abdicatus a restituto sanitati patre est. pag. 840. *Fabr.* In cod. *Matrit.* XLIX. fol. 67. teste *Iriarto* p. 167. — In codd. *Medic.* secundum *Bandin.* II. pag. 363, 34. cum hypothesi; pag. 376, 18. pag. 426. 7. *Harl.*

XLI. Fratris post rem strenue gestam petentis pro praemio, fratrem, abdicatum a patre recipi, aut se etiam abdicari. pag. 862. *Fabr.* v. *Bandin.* II. pag. 365, 4. pag. 376, 17. *Harl.*

[†] XLII. Apologia pro oratore paupere, tumultus reo, quod ipso flente populus lapidibus obruisset diuitem, cuius odio lingua excisa oratori fuerat. p. 883. *Fabr.* v. *Bandin.* II. pag. 363, 35. pag. 366, 26. pag. 424, 3. pag. 552, 29. *Harl.*

XLIII. Magi accusatio, pestem compescere polliciti, si a filio, quem fors mactandum obtulerat, abstinere ciuitas velit. pag. 898. *Fabr.* v. *Bandin.* II. pag. 364. 38. *Harl.*

XLIV. Coeci, de parricidio suspecti, contra nouercam apologia pag. 915. praemissa προθεωρία. *Fabr.* De codd. in quibus legitur decl. *Medic.* v. *Bandin.* II. pag. 362, 15. pag. 366, 9. pag. 376, 13. — In cod. XLIX. *Matrit.* v. *Iriart.* pag. 168. *Harl.*

Ex λόγοις ἠθικοῖς siue *dissertationibus Moralibus* in eodem Tomo I. Morellianae editionis leguntur hae tres:

1. ὅτι τὸ πλουτεῖν ἀδίκως, τοῦ πένεσθαι ἀθλιώτερον, quod iniuste diuitem fieri miserabilius sit quam pauperem esse. pag. 939. Reisk. 1. nr. 7. p. 246. In cod. *Medic.* teste *Bandin.* II. pag. 360, 13. In cod. *Paris.* MMMXVI. *Harl.*

2. περὶ φίλων, amicos optimas pulcerrimasque esse diuitias. pag. 942. [περὶ πλέτε inscr. e cod. Aug. *Reisk.* I. nr. 8. pag. 250.] In cod. *Parif.* M. in cat. inscribitur *homilia de paupertate.* — περὶ πενίας inscribitur in codd. Bauar. et *Medic.* apud *Bandin.* II. p. 360, 14. p. 422, 22. p. 674, 10. — In cod. *Parif.* DCCCCLXIII. secundum catal. sunt *Lib.* orat. *de inexplebili cupiditate,* (quae etiam est in cod. M.) et or. *qua ostenditur, amicos optimas pulcerrimasque esse diuitias:* et haec posterior est quoque in *Matrit.* XLIX. fol. 228. secundum *Iriart.* pag. 168. *Harl.*

3. περὶ ἀπληστίας de inexplebili cupiditate pag. 945. [Reisk. I. pag. 241. vid. quoque *Bandin.* II. pag. 360, 12. pag. 377, 4. pag. 422, 22. pag. 674, 9. *Harl.*]

Tomo secundo Parif. 1627. fol. edito *Orationes* longiores et serii pleraeque argumenti succedunt hoc ordine cum Morelli versione:

I. *Vita Libanii*, siue liber de sua fortuna, λόγος περὶ τῆς ἑαυτῦ τύχης. Scriptus anno aetatis sexagesimo a), eodem, quo orationem b) aduersus eos, qui molestum eum adpellabant, habuit. Tom. 2. p. 1. [Reisk. I. p. 1.] Ferrariensem editionem graecam a. 1517. 4. cum codd. MSS. Romano et Palatino se contulisse Morellus testatur. *Fabr.* Haec et fere omnes, quae sequuntur, orationes, sunt in codd. *Mediceis*, quos omnes vbique nominare, molestum erit. v. *Bandin.* II. p. 136. sqq. 360. sqq. 376. seqq. 359. 385. 422. sqq. 458. 551. sqq. 673. — *De vita sua* orat. *Lib.* in cod. Parif. MMMXVI. Nec vacat, singulas oratt. enumerare, quae in codd. *Parisinis*, *Venetis*, *Augustan. Bauar. Guelferbytino* etc. leguntur: et codd. qui plures continent oratt. iam supra in notitia codd. laudaui. *Harl.*

II. Πρὸς Ἀντιοχεῖς ὑπὲρ τῶν Ῥητόρων. Ad Antiochenses pro stipendio, rhetoribus persoluendo. Pag. 85. ex edit. Ferrariensi, in qua λόγοι et ἐκφράσεις Libanianae vndequadraginta. [Reisk. II. 29. pag. 204. qui negat contra Fabr. in c. Ferrar. esse illam or.]

III. Βασιλικὸς, *Panegyricus in Constantium et Constantem*, praemissis laudibus Constantini Magni. pag. 100. E MSS. Vaticanae et Palatinae bibl. Hoc est quod Suidas memorat Libanii εἰς Κωνστάντιον τὸν βασιλέα ἐγκώμιον. Separatim ediderat Morellus. Parif. 1614. 8. [Reisk. III. nr. 60. pag. 272. In cod. *Parif.* XXX. et MMMXVI. in quo etiam, nec non in cod. MMMXVII. est orat. ad Antiochenorum defensionem dicta. In codice MMMXVII. est quoque orat. ad eumdem Iulianum, et in codd. CMLXIII. et MMMXXXV. adloquutio panegyrica ad Iulianum. *Harl.*

IV. πρεσβευτικὸς Legatio ad Iulianum, imp. Antiochiensium nomine [P] a. C. 363. scripta, vt eum vrbi reconciliaret, iratum c) ob neglectum de annonae pretio leuando edictum et scommata in ipsum coniecta. pag. 151. ex edit. Ferrariensi. [Reisk. cuius not. 1. v. I. 15. pag. 451.] Ediderat Morellus separatim Parif. 1614. 8. [ap. Maitt. A. T. III. p. 858. edita est a 1611.] gr. et lat. Meminit *Socrates* III. 17. qui scriptam illam orationem,

a) *Liban.* T. 2. p. 19.

b) Supra p. 180. ed. vet.

c) tom. 2. p. 42. sq. 155. sq. 259. 430. Confer *Sozomenum* V. 19. et quae supra pag. 82. vbi de Iuliani Misopogone.

nem, non habitam a Libanio testatur: et Libanius ipse tum alibi, tum in oratione ad Antiochenses, quam dedi supra, pag. 207. ed. vet.

V. Προσφωνητικὸς *adlocutio panegyrica ad Iulianum*, Antiochiae versantem, dicta, cum Persas vltimo bello peteret. Ex edit. Frrrariensi. [Reisk. I. 13. pag. 405. Est quoque in cod. Matrit. XCVIII. v. *Iriart.* pag. 387.] Iucundam fuisse hanc orationem imp. narrat *Libanius* epistola VIII. ad Celsum pag. 22. Centuriae Wolfianae, atque in alia ad Iulianum ipsum, quam ex versione Francisci Zambicarii adscribam: *Librum* [d]), *qui de rebus, gloriose abs Te gestis, nornihil continet, non laude solum, sed admiratione prosequi soles. Et quum in doctissimorum hominum coetu tibi esse contingit, vt mihi renunciatum est, neque Demosthenem vehementius, neque iucundius Socratem, neque Platonem copiosius de rebus tuis potuisse scribere, magna cum adseueratione contendis. Maiorem propterea gloriam ex scriptis meis te consecuturum praedicas, quam ex rerum gestarum felicitate. Ego vero longe aliter sentio, nam etsi summo studio atque elaboratissimo conatu nomen tuum efferre contendi, tamen quum vires meae tanto ponderi non sufficerent, quod datum est, magna cum voluptate effeci. Caeterum tam splendidae sunt tuae laudes, vt rudia quoque ingenia materiae dignitate illustria satis videri possint. Quumque res Tuas illustrare contenderim, quae suapte natura splendidissimae erant, ego potius meipsum illustraui. Non est ergo, cur tu mihi gratias agas, aut debere Te mihi existimes. Caeterum vt huiusmodi splendorem ex rebus tuis commemorandis consequi possim, quicquid in posterum feliciter gesseris, per epistolam mihi significari cures.*

VI. Μονῳδία. *Lamentatio ad Antiochenses super Daphnaei Apollinis fano in suburbio Antiocheno flammis a. C. 361. exusto.* pag. 185. seq. Ex edit. Ferrariensi. [Reisk. III. 61. pag. 332. coll. Aug. et Bauar. codd.] Conferendus *S. Chrysostomus* 2. in [?] Babylam, martyrem, qui plura ex hac monodia refert ac perstringit T. 5. edit. Sauil. p. 464. sq. De Daphne etiam *Libanius* in Antiochico pag. 349. seq. et 380. De incendio illo *Sozomenus* histor. eccles. V. 25. *Fabr.* — In codd. *Parisiensis* bibl. DCCCCLXIII. et MMMXXV. — In codd. *Matrit.* XCVIII. fol. 135. et CXV. fol. 98. v. *Iriart.* catal. pag. 387. et pag. 458. *Harl.*

VII. Πρὸς τὸν βασιλέα κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσιν. Ad imp. (Iulianum Morellus intelligit, *Iac. Gothofredus,* qui cum noua versione A. 1631. 4. Geneuae recudi curauit, rectius Theodosium M.) aduersus commercia multorum familiaria cum magistratibus et iudicibus p. 191. [Reiske II. 51. p. 588.) Primus ex cod. bibl. Bauaric. ediderat cum versione sua *Fed. Morellus.* Paris. 1610.

VIII. Μονῳδία ἐπὶ Νικομηδείᾳ σεισμῷ ἀφανισθείσῃ, *Lamentatio super Nicomedia,* a. C. 358. terrae motu subuersa, pag. 202. [e]) Ferrariensem editionem graecam cum codd. MSst. Morellus contulit [Reisk. III. 62. p. 337. coll. cod. Guelferb.]

Eeeee 2 IX. ὑπὲρ

d) In Graeco λόγον, quod reddendum est *orationem*, vt infra etiam recte facit ipse Zambicarius.

e) In codd. *Paris.* DCCCCLXIII. MMCMLXI. nr. 3. cod. MMMXIV. in codice autem MMMXVII or. pro *Aristophane. Harl.*

IX. ὑπὲρ Ἀριστοφάνους pro *Aristophane, Corinthio*, Menandri F. praefecto Aegypti, verberibus et tormentis obiecto propter consultos *f*) astrologos, ad Iulianum, imp. pag. 210. Ex edit. Ferrariensi. [Reisk. I. 14. p. 424.]

X. Εἰς Ἰουλιανὸν αὐτοκράτορα ὕπατον, *Panegyricus dictus Iuliano imp. Consuli*, p. 227. ex edit. Ferrariensi. [Reisk. I. 12. p. 366.] Primus Iuliani quem ἐν μοναρχίᾳ (p. 249.) gessit, consulatus cum collega Sallustio incidit in a. C. 363. Meminit Libanius in vita sua t. 2. p. 43.

XI. Μονῳδία, *Lamentatio super Iuliano caeso*, pag. 251. *g*) e MS. codice Aegidii Noallii. [Reiske I. 17. pag. 507. ex codd. Wolfenbütt. Bauar. et August. I. Est in cod. *Matr.* XCIIX. v. *Iriart.* pag. 387.]

XII. Ἰουλιανὸς *h*), ἤτοι Ἐπιτάφιος ἐπὶ Ἰουλιανῷ, *Parentatio in Iulianum* pag. 260. [Reisk. I. 18. p. 521.] Hanc insignem orationem, quam ex eodem Noalliano codice minus integram Morellus vulgauerat, emendatam liberatamque traiectionibus atque ex MS. suppletam dedi supra *i*) vna cum meliore versione praestantissimi doctrina, probitate atque ingenio Viri, *Godfridi Olearii*. Lacunam, quae p. 300. edit. Morellianae occurrit, e codice Barocciano graece suppleuerat alter amicus noster et collega clarissimus *Io. Christoph. Wolfius* ad calcem centuriae epistolarum Libaninarum p. 301-310. Lipsiae 1711. 8. [rec. in ed. Reisk. p. 576. sq.] Eamdem e MS. codice Ioannis Altini suppleuisse se testatur *Valesius* ad Socratem p. 44. [conf. R. animadu. V. p. 184.]

XIII. Ἀντιοχικὸς *Laus Antiochiae* ad Orontem, Libanii patriae, pag. 332. e cod. bibl. Vaticanae. [Reisk. I. 11. p. 275. habita sub Constantio. v. Reisk. p. 365. Magnam in media oratione lacunam cod. I. Bau. suppleuit e cod. Bau. tertio, et e codd. Aug. ac Bau. totam orationem emendatiorem dedit Reiske. v. eius not. tom. I. p. 294. Est quoque in cod. *Matrit.* LXXVIII. v. *Iriart.* p. 287. *Harl.*] Quamuis vero copiosa haec ac diserta [?] sit oratio, ait tamen Libanius, se tantum pauca ex multis et leuiter perstringere, caetera et accuratius omnia tradita ex scriptoribus, qui res huius vrbis ex instituto sunt persequuti, petere iubet. τὴν μὲν οὖν ἀκρίβειαν αἱ συγγραφαὶ φυλάξουσιν, inquit p. 340. Hinc emendandus et explicandus locus pag. 352. quem vt alia multa interpres

f) vide p. 214. [plura v. ap. Reisk. l. c. not 1]

g) In c. *Paris.* M. MMCMLXI. et MMMXXV. at in cod. DCCCCLXIII. vti ap. *Bandin.* II. p. 385. in cod Medic. tum in cod. *Matrit.* XVIII. cum idoneis emendationibus scholiisque in margine positis, integra, exceptis, in cod. Matr. duabus exiguis sub finem, lacunis, in margine voc. λείπει notatis, neque vero a Morellio Fabricioque obseruatis, et cod. Matrit. LXXVIII. plena, atque, vti Fabricius suppleuerat, integra, exstat *Lib. parentatio in Iulianum:* in vtroque cod. *Matrit.* est quoque Libanii *monodia de Iuliano interfecto*. v. *Iriart.* cat. p. 71. et 287. (Integra quoque est in cod. Bauarico.) In codice priore Matrit. nr. XVIII. reperitur declamat. expers (vti ait Iriart. pag. 71.) tituli et finis; eiusdem fortasse *Libanii* oratio siue declamatio, ab his incipiens verbis: ἐπειδὴ οὖν τοῖς πρώτοις τοῖσδε Περικλῆς ὁ ξανθίππου ἠρέθη λέγειν· et in haec desinens: ἃ γὰρ τὴν πόλιν ὕμνηται, αἱ τῶνδε καὶ τῶν τοιῶνδε ἀρεταὶ ἐκόσμησαν· καὶ οὐ κἂν πολλοῖς τῶν etc. quam quum Iriart. in Morelliana edit. non inuenisset, coniicit, ex eodem esse numero, quae necdum typis inclaruerint. *H.*

h) Hunc titulum fuisse illius orationis testatur *Socrates* III. 22. histor. Λόγους ἐπιταφίους scripsisse se in Iulianum testatur *Libanius*. tom. 2. p. 46.

i) In vet. ed. sed in hac noua ed. omisi, quoniam Reiske eam orat. emendatam plenamque dedit. *Harl.*

pres haud cepit: περὶ δὲ τῶν ἰσχυρισαμένων ὡς οὐ χείρω εἰσὶ τῶν εἰρημένων, κελεύσαιμ τοὺς ἀκροωμένους ἐν ταῖς συγγραφαῖς δοκιμάζειν μου τὸν λόγον. *De his vero (quae taceo) si qui contendant haud deteriora esse iis, quae memoraui, iubeo auditores recurrere ad scripta, atque inde de oratione mea secundam ferre sententiam.* In hanc orationem quadrat, quod cecinit quis [k])

Λάβε λιβάδας Λιβάνιος τὰς τῶν λόγων
Χύδην διαδᾶς, τὴν πόλιν κάζων ἔην.

XIV. Περὶ τῆς στάσεως *de seditione Antiochena* [l]) et deiectis imperatoris et Placillae imaginibus a. C. 387. ad *Theodosium* Magnum pag. 389. [Reisk. I. 19. pag. 626.] Haec primum prodierat in editione *graeca*, (ita legendum in Elencho Morellianae edit. tom. 2. pro *germanica*,) orationum Aristidis, Florent. A. 1517. fol. pag. 165. Exstat etiam graece in Chrysostomo Sauilii. Etonae 1612. fol. tom. 8. pag. 125. Sed et graece et latine cum notis ediderat cum aliis orr. *Morellus* Paris. 1610. 8. Conferendae S. Chrysostomi de statuis Homiliae, eiusdem seditionis occasione habitae, et Libanii Oratio XXIII. pag. 525. sq. [In cod. *Paris.* MMMXVII.]

XV. Πρὸς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα ἐπὶ ταῖς διαλλαγαῖς, *ad* eundem *Theodosium*, *Antiochenis reconciliatum*, Eucharistica. pag. 406. [Reisk. I. 20. pag. 653.] Etiam haec in Chrysostomo Sauilii exstat graece tom. 8. pag. 131. et cum priore orat. Paris. 1610. 8. a *Morello* graece ex cod. regis Galliae cum versione et notis edita est. In vtraque emendanda vsum se testatur codd. MSS. Romanis. [In cod. *Paris.* MMMXVII.]

XVI. Κατὰ Φλωρεντίου contra *Florentium* ὕπαρχον siue praefectum praetorio iniustum et et truculentum, accusatio ad Iulianum, imp. pag. 421. [scripta potius est sub Theodosio. Reisk. II. 46. pag. 463. cuius not. 1. conf.] ex codd. MSS. Vaticanae bibl. et Palatino. Confer de hoc *Florentio* orationem Epitaphion in Iulianum c. 41. supra [?] pag. 266. ed. vet. et *Ammianum* XXII. 3. vbi absentem a Iuliano damnatum capitis crimine refert. [Lacunam suppleuit Reisk. e cod. Aug. I.]

XVII. Κατὰ Λουκιανοῦ, Contra *Lucianum*, sub Arcadio, imp. comitem Orientis, Florentii F. [scripta a. C. 386. circ.] p. 433. Ex editione Ferrariensi, collata cum MS. Romano. [Reisk. III. 57. p. 205. coll. cum codd. Aug. et Guelferb. Est in codice *Paris.* MMMXVI.]

XVIII. Κατὰ Τισαμενοῦ ἄρχοντος. Contra *Tisamenum*, praefectum Syriae, a. 386. p. 442. ex editione Farrariensi, extrema parte, vt videtur, mutila. [Reisk. II. 31. p. 238. qui p. 263-265. e cod. Aug. reliquam in fine partem suppleuit.]

XIX. Πρὸς Ἰκάριον παραινετικὸς [m]). Ad *Icarium*, praefectum Antiochiae, Procli successorem, suasoria. pag. 455. [Reisk. II. 25. pag. 91.] E MSS. Rom. et Bauarico. Clausulam huius orationis habes pag. 513.

 XX. Κατὰ

k) Tom. 2. Morell. p. 537.

l) Meminit illius seditionis *Libanius* in vita sua p. 75. E recentioribus scriptoribus adeundus prae caeteris *Tillemontius* in memoriis historiae imper. T. V. in vita Theodosii M. c. 30. sq.

m) Scripta est, ait Reiske in not. 1. or. a. 381. circiter, quo Proclus, comes orientis magistratu cum ignominia exutus, successore dato hoc Icario. v. *Tillemontii* Mem. V. pag. 227. *Harl.*

XX. Κατὰ Ἰκαρίȣ. Aduerſus eumdem *Icarium* inuectiua. pag. 460. ex iisdem MSS. [Reisk. II. 26. pag. 110.] Forte in vita Libanii tom. 2. pag. 56. pro Ἱερίȣ legendum Ἰκαρίȣ. [Sequitur in ed. R. n. 27. orat. altera contra eumdem Icarium e cod. Aug.]

XXI. ὑπὲρ τῶν ὀρχηστῶν, *pro ſaltatoribus* aduerſus *Ariſtidis*, rhetoris, ſuaſoriam (deperditam) de ſaltatoribus Lacedaemone pellendis. pag. 474. [n]) Ex iisdem MSS. [Reisk. III. 63. pag. 345. coll. cod. Bau.]

XXII. Εἰς Καισάριον Μάγιςρον ad magiſtrum officiorum, *Caeſarium*, pro opera ab eo nauata in ſalute vrbis Antiochiae tuenda et pace ei reddenda, ſub Theodoſio Magno, p. 515. Ex iisdem MSS.

XXIII. Εἰς Ἐλλέβιχον, In *Ellebichum*, miſſum ad Antiochenſes poſt ſeditionem, (de qua ſupra num. XIV. XV.), anno Theodoſii Magni decimo, Arcadii quinto. pag. 525. Ex editione Ferrarienſi. [Reiske II. 22. pag. 1.]

XXIV. Περὶ τῶν ἐν ταῖς Ὀλυμπίων ἑορταῖς κλήσεων, *de vocationibus ad Olympiorum feſta et conuiuia, epulasque.* pag. 538. [Reisk. III. 54. p. 108. qui lacunam ſuppleuit e cod. Aug. pag. 115. ſq.] In hac oratione magna lacuna pag. 543. Orationis, in Olympiis Antiochenis habitae, meminit *Libanius* in vita ſua tom. 2. pag. 59. atque alterius, quam elaborauit quidem, ſed non habuit, pag. 68.

XXV. Πρὸς Εὐστάθιον περὶ τῶν τιμῶν. *Ad Euſtathium, Cappadocem, ſophiſtam.* Hunc opinor, Euſtathium reſpicit Libanius, quando in vita ſua pag. 46. ἀνὴρ δέ τις Καππαδόκης ἀγαθὸς, συμφοιτητὴς ἐμός. Oratio haec eſt de honoribus, quos in magiſtratu conſtitutus ille Libanio perexiguos contra iactatam fidem exhibuerit. pag. 546. [Reisk. III. n. 15. pag. 125.] Videntur initio plura deeſſe.

[P] XXVI. Περὶ τȣ̃ λόγȣ πρὸς τȣ̀ς νέȣς, ad iuuenes de oratione, ſiue cur per aliquod tempus rarius orationes habuerit, exercitationesque oratorias non frequentauerit, apologia, in qua de diſcipulorum ignauia, ſocordia et non remunerantium leuitate queritur. p. 568. [Reisk. I. nr. 3. pag. 196.] Separatim ediderat *Morellus* cum verſione et notis Pariſiis 1616. 8.

XXVII. Πρὸς τȣ̀ς νέȣς περὶ τȣ̃ τάπητος. pag. 577. [Reiske III. 59. pag. 252. Reprehenſio iuuenum Antiochenorum, eorumque laſciuiae et inſolentiae in paedagogos, de quorum munere praeclare diſſerit pag. 579. ſq. praecipue autem pag. 582. ſq. perſtringit facinus quorumdam, qui tapete per ſolum extenſo incedentes illos in ſublime rapuerunt delapſosque iterum proiecere atque ita in terram relapſos cachinno exceperunt. [fragm. in cod. *Pariſ.* MMMXVI.]

XXVIII. Πρὸς τȣ̀ς εἰς τὴν παιδείαν ἀποσκώψαντας, pag. 589. [o]) *In eos, qui doctrinae et inſtitutioni ipſius obtrectabant, dicebantque, quod* λόγȣς μὲν ποιεῖν ἀγαθός τε, καὶ τῶν

n) In codd. *Pariſ.* MMXI. MMDCCCCLIII. n. 5. cod. MMMXI. nr. 13. cod. MMMXVI. — oratt. nr. XXII. XXIII. XXIV. XXV. ſunt in cod. *Pariſ.* MMMXVI. *Harl.*

o) In *Mediceo* cod. XX. (in quo multa ſunt Libanii opuſcula,) nr. III. plut. LVII. haec oratio inſcribitur: πρὸς τȣ̀ς λέγοντας μὴ τινας τῶν ὁμιλητῶν ὠφελῆσθαι παρ᾽ αὐτȣ̃ ἐπὶ λόγοις, *aduerſus eos, qui dicebant*

τῶν πολλῶν ἀμείνων, διδάσκαλος καὶ ὁ παραπλήσιος. *Oratorem quidem esse bonum nec vnum e multis, sed doctorem non item.* Non obstantibus tamen pluribus, praecipue a Christianorum, quod pag. 591. seq. et 603. perstringit, imperio, iniectis eloquentiae studio remoris, omnes terras oratoribus se compleuisse ait p. 596. sq. [Reisk. III. 65. pag. 434. coll. c. Bauar.]

XXIX. Περὶ τῶν συνθηκῶν p. 610. *Suasoria de pactis inter doctores eloquentiae ineundis, ne liceat auditoribus ab vno ad alium transcurrere.* [Reisk. II. p. 420. coll. codd. Aug. I. et Bauar.]

XXX. Πρὸς τὴν βουλὴν p. 618. p) Ad Senatum Antiochenum aduersus Seuerum et Antiochum pro Malcho, crudeliter ab illis habito. [Reisk. III. 58. pag. 227, vbi inscripta est κατὰ Σεβήρου.]

XXXI. Πρὸς τοὺς οὐ λέγοντας. pag. 633. [Reisk. II. 33. pag. 284. cuius not. 1. vid.] In eos qui in consilio sententiam dicere volunt, vel non audent. Extrema parte mutila est haec oratio. [conf. *Bandin.* cat. codd. gr. Medic. II. col. 378. nr. 23.]

XXXII. Πρὸς τὰς τοῦ παιδαγωγοῦ βλασφημίας, p. 637. [Reisk. II. 32. p. 266.] aduersus paedagogi calumniam, qui ad discipulos Libanii, eum otii trimestris ac negligentiae accusauerat. Confer infra XXXVI. Alius λόγος κατὰ παιδαγωγῶν, cuius meminit *Socrates* III. 1. de quo infra inter scripta deperdita. In cod. Medic. XXVII. plut. 57. nr. XXII. haec orat. et quae postea nr. XXXVI. occurrit, quum ad eamdem rem pertineant, instar vnius coniunguntur, teste *Bandin.* II. col. 377. sq. *Harl.*

XXXIII. Περὶ δουλείας pag. 642. De seruitute, neminem esse mortalium, qui seruituti aliquo modo non sit obnoxius, grauissimam autem seruire seruitutem, qui vitiis ac libidinibus obsequuntur. [*Reiske* II. nr. 24. pag. 63. Finem orationis Reiske e codd. Bau. et August. multo emendatiorem et locupletiorem dedit.]

XXXIV. Ἄρτεμις pag. 661. Dianae laus ac celebratio, a qua ex periculosissimo morbo leuatum se et ἐξ αὐτῶν τοῦ θανάτου πυλῶν ereptum praedicat. [*Reisk.* I. pag. 225.]

XXXV. Θήρας ἔκφρασις pag. 673. *venationis descriptio*, referenda ad tomum priorem, vbi plures eiusmodi ecphrases leguntur.

XXXVI. Ἀπολογητικοῦ κατὰ παιδαγωγοῦ ἐπίλογος. pag. 675. Apologeticae ad paedagogi conuitia (supra XXXII.) corollarium.

XXXVII. Τῷ τοῦ Δημοσθένους ὀνόματι κατ' Αἰσχίνου q) πυλαγόρου pag. 681-706. Oratio, Demosthenis nomine aduersus Aeschinem, qui solus ab Atheniensibus missus ad Amphictyo-

cebant, quosdam discipulos minime per eum profecisse in orationibus. A manu tamen diuersa ad marginem scripta est vulgaris inscriptio, (quae etiam legitur in codice XXVII. opuscula Libanii XXXII. continente, nr. XVI. plut. 57.) obseruante *Bandin.* II. col. 360. Atqui inscriptiones a librariis aut interpretibus profectae videntur. *Harl.*

p) Orat. *ad senatum* citatur in codice *Parisiensi* MMMXVI in quo tamen initium et finis orationis desiderantur. Sed *Reiske* iam in Animaduersionum vol. V. pag. 418. obseruauit, multo rectius legi in cod. Aug. et eo, quo vsus est Bongiouan. Κατὰ Σεβήρου, (qui consularis Syriae fuit a. 382) quam in ed. Morelli, πρὸς τὴν βουλὴν, citatque *Vales.* ad Diodor. Sicul. II. 592. Idem notauit Bongiouannium, qui, deceptus titulo, quem in indice oratt. a Morello editarum non inueniebat, illam κατὰ Σεβήρου orationem pro inedita denuo recudendam curauit. Atque ipse Fabric. infra in indice scriptorum Libanii ineditorum e cod. Barberino, citat or. hanc, κατὰ Σευήρου, tamquam nondum editam. *H.*

q) Amphictyonium Consilium ad Thermopylas conuentus suos celebrare solebat, indeque πυλαία dicta σύνοδος Amphictyonum, et qui a ciuitatibus Grae-

phictyonium iudicium Philippo, regi, non contradixit, atque inde criminis in Remp. arguitur. [mendose ed. a Morell. Hinc *Reisk.* III. n. 64. pag. 396. a codd. destitutus coniecturis et ingenio suo indulgere est coactus. Est vero in codice *Paris.* XXX. et MMDXXXV. *Harl.*

III. *Libanii scripta edita quae in duobus tomis editionis Morellianae desiderantur.*

Orationes. 1. Περὶ τῶν προστασιῶν *de patrociniis.* [Reiske II. 47. pag. 493.]

2. ὑπὲρ τῶν γεωργιῶν περὶ τῶν ἀγγαρειῶν *pro agricolis de angariis* [*Reiske* II. nr. 49. p. 549.

3. πρὸς τὸν Βασιλέα περὶ τῶν δεσμωτῶν, ad imp. Theodosium M. de vinctis siue carcere inclusis. [*Reiske* II. 45. pag. 435.]

4. κατὰ τῶν εἰσιόντων εἰς τὰς τῶν ἀρχόντων καταγωγὰς, πρὸς τὸν Βασιλέα, εἰσφορὰ νόμου, *Suasio* r) *legis ad eumdem imp. Theodosium M. aduersus eos, qui familiariter ingrediuntur in* [?] *praetoria et domos iudicum.* Hasce quatuor orationes primus cum versione et notis vulgauit *Iac. Gothofredus.* Geneu. 1631. 4. [Reisk. III. 53. p. 68.]

5. ὑπὲρ τῶν ἱερῶν, *pro templis Gentilium non exscindendis,* ad Theodosium Magnum. Edidit idem *Gothofredus,* (qui circa a. C. 390. habitam censet a Libanio plus quam septuagenario,) Geneu. 1634. 4. [*Reiske* II. 28. pag. 144.]

6. ὑπὲρ τῆς Ἰουλιανοῦ τιμωρίας, *de vlciscenda Iuliani imp. nece* ad eumdem Theodosium M. recens creatum imp. a. C. 379. s) Hanc primus graece vulgauit e cod. Bodleiano *Godfridus Olearius* Lipsiae, 1701. 8. Deinde pro sua in me beneuolentia communicauit mecum et roganti mihi concessit versionem suam eruditasque notas, quibus illustratam hanc orationem exhibui supra pag. 145. [ego vero eam omisi, quia Reiske edidit.] Graecis recensitis ad alterum apographum, cuius e Langbaeniano descripti copiam mihi fecit collega meus honoratissimus *Io. Christophorus Wolfius.* Laudat hanc orationem *Valesius* ad Ammiani XXXI. 13. et Sozomeni VI. 1. pag. 157. *Langbaenius* ad Longinum pag. 61. edit. Tollii. [*Reiske* tom. II. n. 23. pag. 27.

7. πρὸς τοὺς βαρὺν αὐτὸν καλέσαντας, ad eos, qui *molestum* [vel potius *importunum* et gloriosum, v. Reisk. vol. II.] eum adpellabant. Hanc anno aetatis suae sexagesimo, septimo mense habuit Libanius, vt ipse testatur c. 2. Eam antea ineditam cum laudati Olearii versione dedi supra pag 179. vet. ed. — [*Reisk.* I. n. 2. pag. 171. — In codd. *Medic.* apud *Bandin.* II. pag. 137, 15. pag. 361, 27. pag. 377, 18. p. 422, 26. — in

Graeciae illuc ablegabantur, πυλαγόραι. Vide Harpocrationem et Hesychium atque e recentioribus *Humfredum Prideaux* ad Chronicon marmoreum Arundel. p. 122. sq. *Io. Henricum Boeclerum* diss. de Synedrio Amphictyonico, et *Antonium van Dalen* diss VI. Antiquitatt.

r) Huius legis meminit *Libanius* tom. 2. p. 562. Vide et supra num. VII. e tom. II. Morell. ed.

s) In cod. *Paris.* MMMXVI. — in codd. Florent. *Medic.* teste *Bandin.* II. pag. 137, 14. p. 361, 26. p. 377, 11. et pag. 422, 15. *Heumann.* haec adscripsit orae sui exemplaris. „*I. H. Maii.* emendationes orationum Libanii, a Fabricio cum versione notisque Olearii editarum, exhibentur in hist. crit. de R. d. L. tom. 13. pag. 154. sq. Conf. Acta erud. Lipf. a. 1721. pag. 266. sq." *Harl.*

in cod. *Parif.* MMMXVI. In hac oratione, (vti fcripfit Heumannus ad oram fui exempli,) infunt multa, vitam et perfonam Libanii illuftrantia. *Harl.*

8. Πρὸς Ἀντιοχέας περὶ τῆς τοῦ Βασιλέως ὀργῆς. *Ad Antiochenos de placanda imperatoris Iuliani ira.* Hanc quoque in lucem protuli primus, eiusdem praeclari Viri beneficio, cum cuius verfione eam habes fupra pag. 207. vet. ed. in capita a me perinde, vt eam, quae praecedit, diuifam. [*Reisk.* I. 16. pag. 484. qui e cod. Aug. I. et Bau. fuppleuit lacunam.] Meminit huius orationis *Socrates* III. 17. atque editurum fe receperat *Valefius* ad Ammiani XXIII. 2. *Fabr.* et ad Socratis III. 17. vbi pollicetur, fe breui editurum viginti et amplius orationes Libanii nondum editas. *Heum.* — Eft in codd. *Medic.* tefte *Bandinio* II. pag. 136. cod. XIII. n. 7. plut. 32. qui codex, vti codd. Aug. I. et Bauar., orationem exhibent integram poft verba ἦν μὲν οὖν φροντιζόντων, vbi definit exemplum Fabricii, (in ed. Reiskii I. p. 498. vsque ad finem, p. 506. Atque Reiske in nota 20. pag. 498. „Librarius, ait, codicis Barocciani, vnde exemplum Fabricii manauit, cur finem quoque exfcribere omiferit, ex argumento huius claufulae facile intelligatur. Inculcat reftaurationem paganifmi, a qua impietate monachus abhorrebat." Codices tamen Bauarici lectio faepe difcedit ab ea, quae eft in cod. Aug. *Harl.*

9. *Argumenta Orationum Demofthenis*, vna cum eius vita atque Encomio primum edita graece Venetiis apud Aldum 1504. fol. atque inde in graecis et graecolatinis Demofthenis editionibus vtraque lingua faepius recufae, vt dixi lib. 2. cap. 26.

10. Ἐπιστολικοὶ χαρακτῆρες, graece editi a *Guil. Morello* Parif. 1551. et 1558. 8. atque deinde recufi cum latina verfione, Lugd. 1618. 12. Ab his diuerfi funt, quos idem Morellus characteribus fubiunxit: Ἐπιστολικοὶ τύποι ad Heraclidem, Proclo ab aliis, [vt in cod. Bodleiano,] ab aliis tributi Theoni; de vtrisque vide, fi placet, lib. 2. c. 10. §. 13. *Fabr.* — fupra in vol. I. pag. 681. fq. quibus add. *Libanii* characteres, feu notae et formulae epiftolarum, gr. et lat. ac commentariis illuftratae. Lugd. typ. Io. Iullieron. 1614. 12. v. catal. *Bünau.* I. pag. 199.

11. *Epiftolarum* Libanii, etiam earum, quae MStae adhuc exftant, nec dimidia pars lucem latine hactenus [n. tempore Fabricii,] vidit, graece ne decima quidem. [P] Editae funt decem Epiftolae ad Bafilium, quae inter t) Graecorum epiftolas vtraque lingua faepius lucem viderunt: tum totidem ad Ariftaenetum, quas cum vna ad Eutrechium et ad Acacium vna graece dedit ab Holftenio acceptas ex cod. Vatic., teftatus, has aliasque msstas etiam exftare in bibl. Caefarea, *Lambecius* tom. VI. p. 244. fqq. [in noua Kollarii edit. pag. 330. cod. XXXV. nr. 3. funt Libanii epiftolae aliquot fine infcriptionibus citatae, fed in vtraque parte illius voluminis nullam deprehendi epiftolam Libanii editam. Atqui *Kollarius* in nota ad vol. I. pag. 23. fq. partem additamenti, in vol. VI. olim pofiti, tantum retinuit, et fcripfit, fe Holftenii epiftolas ad Lambecium et *Epiftolas Libanii duodecim*, ab Holftenio e codd. Vaticanis erutas et ad Lambec. miffas

t) Vide fupra lib. 2. c. 10. §. 3. [vol. I. p. 676. feq. vnde vero ea, quae ibi omifimus, hic inferenda duximus. — De collectione epp. Lib. Bafilii etc. Aldina, Venet. 1499. 4. v. *Foff.* cat. codd. faec. XV. impreff. biblioth. Magliabech. tom. I. col. 270. fq. *Harl.*]

missas, in tomo I. Analectorum suorum Vindobonens. pag. 1139. cum obss. Holsten. et Lambecii recudendas curasse graece: melius legi eas in edit. Wolfiana.] Ibid. p. 255. memorat codicem eiusdem bibl. membranaceum, in quo CCCCXVIII. et alium chartaceum, in quo CCLXXXVIIII. Libanii epistolae continentur. Duodecim illas, quas dixi, epp. Ienae A. 1707. 8. *Bartholdus Christianus Richardus* recudi curauit cum latina versione, sed in qua conatum potius quam successum aliquis merito laudauerit. Vltra quadringentas vertit *Franciscus Zambicarius*, Bononiensis, quae latine cum argumentis *Iohannis Sommerfeldii* prodiere Cracouiae 1504. 4. Hae diuisae sunt in libros tres, e quibus primus Epistolas LXXXIX. secundus XXXV. et tertius CCCXXIII. complectitur, sed praeter alios versionis naeuos nomina propria passim ita inemendate excusa, vt agnosci vix possint. Hanc editionem nactus sum e bibliotheca Laurentii Normanni, doleoque non itidem esse ad manus alteram in bibl. Gudiana visam pridem mihi, paucis constantem foliis, et in duos libros diuisam, graeceque editam a *Guil. Morello* Parisiis 1576. 4. cum latina versione *Antonii Pichonii*, Chartensis *u*). Singulae modo quaedam Libanii epistolae editae a *Fed. Morello* ante tomum I. Operum Libanii quidem, duae ad Basilium cum totidem mutuis Basilii: tum ad Andronicum vna tom. II.

u) Paucula notarat *Wolf.* in Thesauro epistolico La Croziano, tom. II. pag. 255. Plura autem notauit in praefat. ad maior. Libanii epistolarum editionem pag. II. vbi „Parisiis ait, in forma quarti ordinis prodierunt epistolae tres supra centum graece, in duo τμήματα seu *sectiones* distinctae, sed sine frontispicio, ex quo vel de editore, vel de anno editionis iudicare liceat. Titulus, in summa pagina exstans, ita habet: Λιβανίε ἐπιστολῶν τμῆμα πρῶτον et eodem modo, τμῆμα δεύτερον. Libellus prior continet epistolas LIV. vsque ad pag. 32. posterior vero XLVIIII. vsque ad pag. 64. Haec collectio ab eruditis accepta fertur *Guilielmo Morelio* seu *Morello*, tum temporis typographo regio; nec praeter rem. Formae enim litterarum regias referunt, atque, obseruante Rostgaardo, eaedem sunt, quibus expressae sunt *Anacharsidis* epistolae graecae, cum subiecta separatim versione latina. Hae vero in titulo exscriptae dicuntur Parisiis 1556. ap. *Guil. Morelium, in Graecis typographum regium.* Vtriusque τμήματος epistolae, latine conuersae, exstant, sed seorsim a contextu graeco in 4. Prioris interpretatio, paginas quadraginta implens, inscriptione destituitur, vt proinde et interpres et locus et annus editionis pariter ignorentur. Videtur tamen ab eodem Guil. Morelio excusa, quum easdem formas referat, quae in versione epistolarum Anacharsidis latina conspiciuntur. Posterioris τμήματος siue libelli interpretatio hunc habet titulum: *Epistolarum Libanii secundus Antonio Pichonio, Chartensi, interprete. Parisiis ap. Io. de Bordeaux, in monte Hilarii sub signo occasionis.* 1576. Ex his itaque constat, duo diuersos harum epistolarum interpretes latinos fuisse, *anonymum* alterum, alterum *Pichonium*, ex quibus prior ille diligentiam et eruditionem prae altero probauit. — Nolim porro ignores, Morellum codice regio maximo Paris. MMDCCLXXXIII. vsum esse, id quod praeter alia ipse ordo epistolarum euincit. Eidem videtur fuisse consilium, τμήματα haec continuandi, quum posterius illud nullum in calce prae se ferat colophonis impositi indicium. „Hactenus *Wolfius.* — Idem diligentius fusiusque, quam Fabr. fecerat, egit in limine praefationis de rarissima editione Cracouiensi, inscripta: *Libanii, graeci declamatoris disertissimi beati Io. Chrysostomi praeceptoris, epistolae, cum adiectis Ioannis Sommerfeldii, et emendatione et castigatione clarissimis.* In frontispicio libri nec locus nec annus editionis commemoratur; sed dedicatio data est Cracouiae 1504. X. Kal. April. Wolfius in calce maioris suae edit. repetiit illam collectionem, quod nonaginta tantum earum, quas *Zambicarius*, qui saeculo XV. medio vixisse videtur, latine conuertit, graece scriptas reperit: auxit vero eam ab ep. CCCXXIV. libri III. p. 814. suae edit. octoginta fere epistolis a Frid. Rostgaardo ex cod. chartaceo Ambrosianae bibl. Mediolani descriptas. Huius codicis beneficio subinde mendosas lectiones editionis Cracouiensis integritati suae restituit: tamen longe plures medicam manum adhuc requirere, ipse fatetur. — *Morellus* quoque orationi Libanii pro rhetoribus ad Antiochenos Paris. 1616. 4. duas ad

tom. II. p. 575. et ad Olympianum pag. 576. Libri IV. epiſt. 284. laudat *Valeſius* ad Ammianum pag. 556. Idem epiſtolae ad Marcellinum partem edidit in praefatione e mſto regio, quae integra in Zambicarii verſione exſtat libr. III. ep. 295. — Ex innumeris Libanii epiſtolis elegantiores ſelectioresque numero CCLXIV. in vnum volumen olim digeſſit *Georgius Lecapenus*, quas puerum ſe vndecennem in collegio Graecorum furtim exſcripſiſſe refert *Allatius* de Georgiis, pag. 364. [*Frider. Brummerus*, Lipſienſis, in ſuo *ad legem Cinciam commentario*, Parif. 1668. 4. pag. 108. epiſtolam ad Salluſtium, primus graece exhibuit, nactus eam ab *Emerico Bigotio*, qui Libanii epp. ex Vaticano cod. deſcriptas poſſidebat. — *Tanaq. Faber* vnam ad Euſebium de Longini quadam oratione in praef. ad Longinum περὶ ὕψους, atque hinc *Iac. Tollius* inter iudicia de Longino, eidem praemiſſa libello, repraeſentauit. —] Edidit quoque duas ad Baſilium *Cotelerius* tom. II. monument. eccleſiae graecae p. 96. Longe plurium editionem moliti ſunt *Leo Allatius*, *Ezechiel Spanhemius*, [vid. Theſaur. Lacroz. epiſt. tom. II. pag. 29 et 32. it. pag. 255. ſqq. pag. 261. ſq.] *Laurentius Normannus* (a. 1703. denati,) et *Gotfridus Olearius*, [qui in epiſt. ad Fabric. Lipſiae 1695. ſcripta, (in *Reimari* vita Fabric. pag. 313.) ſe, narrat, ineditas habere Libanii plus quam trecentas, plures quotidie exſpectare ex bibl. Pariſienſi, vna edendas; ſe praemiſſurum gr. ex cod. Bodleiano characteres epiſtolicos, quos putabat graece numquam excuſos, interpres vero, Wolfg. Anemoecius, adſcribit Libanio; ſe additurum eſſe tres ineditas orationes et quartam, a Morello mutilatam aliqua parte ſua editam, a ſe autem integritati reſtitutam et emendatam. Illas quidem oratt. Fabr. poſtea inſeruerat huic vol. B. Gr. vet. edit. — Item *Leonardus Adami*, (de quo v. in fine huius capitis,) *Io. Boiuinus*, qui in praefat. ad Nicephorum Gregoram ſe quondam colligendis Libanii epiſtolis intentum fuiſſe, et latinas iam e graecis non paucas feciſſe teſtatur; *Dauid Clericus*, qui 1013. epp. ex cod. Pariſ. deſcripſit; *Andr. Palmroot*, bibliothecar. olim academiae Vpſalienſis, a. 1735. d. IV. Dec. denatus, qui CLIV. epiſtolas Libanii, a *Georgio Lecapeno* olim collectas, ex cod. Raelambiano et Obrechtiano deſcripſit, latina donauit verſione, notisque breuibus inſtruxit. Acta quidem Sueciae litteraria a. 1725. pag. 112. teſtantur, editionem huius collectionis Roſtochii curatum iri: ſed, quantum mihi cognitum eſt ea lucem non adſpexit, cf. Theſ. epiſtol. Lacroz. II. pag. 259. *Hermannus Sam. Reimarus* e cod. Voſſiano Leidae epiſtolas Libanii deſcripſerat. Omnium vero diligentiam et felicitatem in conquirendis *Libanii* epiſtolis ſuperauit *Fridericus Roſtgaardus*, nobilis Danus, qui, Libanii epiſtolis colligendis intentus, quotquot reperiret in itinere, quod litterarum cauſſa ſub exitum ſaeculi XVII. in Gallias, Italiam aliasque terras ſuſcepit, vel Pariſiis in bibl. regia, vel Romae in Vaticana, item Mutinae, Mediolani, Florentiae et Venetiis, omnes interdum ſua, plerumque vero periti librarii manu deſcriptas et denuo cum αὐτογράφοις

ad Iulianum epiſtolas iunxit. — In libro, inſcripto: τῶν ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν ἀνθολογία, Pariſ. ex typogr. Stephani Preuoſteau, 1583. 4. eſt *Libanii* ep. ad Baſilium. *Fabricius* in hoc cap. ediderat tres *Libanii* epp. ad Iulianum, et in vol. VIII. p. 37. ſq. atque p. 405. promulgatas epiſtolas ad Themiſtium et Meletium, quas a Wolfio iteratas, in hac edit. omiſi: aliam dederat ad Iamblichum, ſupra in vol. V. pag. 761. ſeq. et vnam ad Ammianum gr. et lat. in bibl. lat. vol. III. pag. 128. *Harl.*

γράφοις collatas in patriam deportauit, in lucem aliquando proferendas: id poſtea praeſtitit Wolfius, Roſtgaardi ſchedas nactus. (*Moshem.* ep. in Theſauro La Croziano epiſt. I. pag. 297. tom. II. pag. 19. vbi Wolf. (1711.) ſcripſit, Roſtgaard. adparatum epiſtoll. Lib. bis mille ad editionem parandam cum Hemſterhuſio eſſe communicaturum; et ſaepius de illis Wolfius. — *Anton. Maria Saluinius*, profeſſor quondam eloquentiae et Gr. L. in academia Florentina, ex duobus codd. Mediceis aliquot epiſtolarum centurias ſua manu deſcripſit, et latina donauit ciuitate. — *Carolus Ieſperus Benzelius*, Erici, epiſcopi Lincopienſis, filius, edidit, *Viginti Libanii, Rhetoris, epiſtolas adhuc ineditas* cum verſione ac notis in regia Gothorum Carolina, praeſide cel. Io. Engeſtroehm publicae cenſurae ſubiectae, Lon. lini Gothorum a. 1735. 4. Exactae illae ſunt ad fidem trium codd. MSSt. quorum vnus *Raelambianus*, qui in bibl. Vpſal. exſtat, duo vero alteri *Meurſianus* et *Obrechtianus* fuerunt; (et quos duo poſteriores, qui quadringentas continent epiſtolas, *Wolſius* a Benzelio exſpectare ſe, ſcripſit ad de la Croze in Theſ. epiſtolico Lacroziano, tom. II. pag. 258. et poſtea nactus eſt.) Sed ſeptemdecim tantummodo earum antea nondum exſtabant; prima vero et ſecunda ad Baſilium a *Cotelerio*, quarta ad Iulianum a *Fed. Morello* vulgatae erant. De his omnibus plura leges in *Wolſii* praef. ad maiorem Libanii epiſtolarum editionem. Hic vero vir doctus et ſaepe laudatus primum *Centuriam epiſtolarum Libanii* e codice Bodleiano vel potius ex apographo *Gerhardi Langbaeni* deſcriptam, cum verſione latina et notis, Lipſiae 1712. 8. vulgauit. Ex his tres et viginti latine exſtant in Zambicarii verſione, ſed minus feliciter aliquando expreſſae. Selegit illam centuriam ex trecentis amplius, quas codices quidam Bodleiani ſuppeditant. (v. *Io. Clerici* bibl. vet. et nov. tom. III. part. II. pag. 358.) Poſtea idem ille tomo II. anecdotorum graecorum pag. 331. ſqq. *ſeptem*, et tomo III. pag. 262. ſqq. *octodecim* alias inſeruit. Ab illo tempore, Libanii veneribus captus, multum temporis, operae diligentiaeque poſuit in colligendis, emendandis, expoliendis vertendisque epiſtolis Libanianis, inſigni apographorum Roſtgaardianorum collectione, quam opera Grammii ex bibl. regia Hafnienſi, in quam omnis ille adparatus peruenit, vtendam accepit, fundamenti loci poſita: de quo ſuo ſtudio et feruore in epiſtolis ad de la Croze, in theſauri epiſtolici Lacroziani tomo II. paſſim idque frequenter et alibi ſcripſit. Tandem lucem adſpexit editio ab copia epiſtolarum non minus, quam ab eruditione editoris, nitore litterarum et veſtitus elegantia maxime commendabilis:

Λιβανίȣ — *Libanii ſophiſtae Epiſtolae* v): quas nunc primum maximam partem e variis codd. manu exaratis, edidit, latine conuertit et notis illuſtrauit *Io. Chriſtoph. Wolſius.* Acc. in calce eiusdem *Libanii epiſtolae* a *Franciſco Zambicario*, olim lat. conuerſae

v) MDCV. gr quarum vix duae et dimidia centuriae lucem antea viderant. Omnes tamen eſſe Libanii, quae in hac vſtant collectione, Wolf. non audet praeſtare: immo vero iudicat ſub finem praefat. eas, quae inter epiſtolas aliorum ſcriptorum, Procopii, Synesii, Dionyſii ſophiſtae et Baſilii rectius exſtant, fuiſſe omittendas, quin ſubleſtae ſunt fidei Iuliano Garnerio, Baſilii opp. editori, epiſtolae Libanii ac Baſilii mutuae. Propter ſimilitudinem vero ſtili et ſententiarum Wolfius circumſpicere iubet, annon omnes Pſeudo-*Phalaridis* epiſtolas Libanium habeant artificem.

conuerſae et Cracouiae primum editae, heic autem integra propemodum centuria ex MS. auctae. Amſtelod. apud Ianſonio-Waesbergios 1738. fol.

Quod *Wolfius* in praefat. de codd. msst. quibus et ipſe et vero Roſtgaardius vſus eſt, et de aliis ſubſidiis copioſus eſt: ego hic paucis tantum codices, numero multos, e quibus illi exſcripſerunt, aut ab aliis deſcriptas habuerunt epiſtolas Libanii, commemorabo, notitia paucorum aliorum addita.* In bibl. publ. *Pariſina* ſecundum catalog. codd. tom. II. *viginti et ſeptem* codices Libanii epiſtolas continent. Roſtgaardius vſus eſt, teſte Wolfio, cod. MMDCCLXXXIII. qui primarius eſt et numero epiſtolarum, quae, vt in calce cod. legitur, conficiunt *mille et tredecim*, ceteros Pariſinae publ. biblioth. ſuperat, ideoque a Wolfio adpellatur *maximus*, et ex cod. *Voſſiano*, qui hodie in bibl. *Leidenſi* n. LXXVII. (catal. p. 395.) exſtat, paucis omiſſis epiſtolis, eſt deſcriptus. . Ex aliis codd. Roſtgaard. modo integras epp. quae in illo cod. maximo deſiderantur, deſcripſit, modo lectionis varietatem ad oram antigraphi, ex Maximo illo facti, adleuit. Sunt vero codd. MMDCCCCLXXXI. MMMLXXIII. (qui LXV. habet epiſtolas, quarum XXXII. alii codd. non exhibent,) MMMCCLXI. MMMCCLXXX. (hodie n. MMDCCCCXCIX. qui praeter 206. epp. mutuas Baſilii et Libanii XXIV. repraeſentat:) MMMCCLXXX. MMMCCXC. (in quo ſunt 134. vna cum quatuor Baſilii et Libanii mutuis, ex quibus in cod. reg. maximo XXIV. deſiderantur:) et cod. MMMCCCLXII. Multi igitur alii codd. Pariſienſes nondum ſunt excuſſi. — In bibl. *Coisliniana* cod. CCCXLIX. exhibet 84. Libanii epiſtolas, notis interlinearibus ad grammat. exercitationem plenas. v. *Montfauc.* cat. codd. illius bibl. pag. 516. ſeq. ex illo cod. Montfaucon tres, in aliis codd. non obuias deſcripſit, miſitque Wolfio. — E bibl. *Vaticana* opem tulerunt codd. XVIII. *Laurentius Alex. Zacagnius* in praef. ad collectanea monumentorum veterum eccleſiae gr. et latinae pag. 49. teſtatur, ineditas Libanii epiſtolas ſupra duarum chiliadum numerum in Vaticana exſtare. — *Mediolani* in bibl. Ambroſiana ſunt V. codd. ex quorum vno T. LXXIII. qui epp. 251. habet, paucae, et alio T. CCXXXI. epp. 153. continente, ſex epp. alibi deſideratae, in Wolfiana collectione leguntur. — *Mutinae* quatuor codd. praeſto fuerunt, inter quos duo nonnullas ſuppeditarunt epp. alibi non obuias. — Ex *Mediceis* codd. Florent. quorum epiſtolas Libanii aut lectiones adtulit Wolfius, ſunt *cod. A.* in plut. LVII. cod. XLVII. qui continet CCC. epp. (v. *Bandin.* cat. II. col. 427.) *cod. B.* in plut. LVII. cod. XIX. epiſt. CCCCXVII. et in calce Baſilii et Libanii epiſt. refert mutuas. (*Band.* II. col. 359.) Wolfius, vtriusque, inquit, huius codicis epiſtolas *Ant. Maria Saluinus* a. 1695. deſcripſit, latine conuertit, et cum Roſtgaardio communicauit. Idem vero ἀπόγραφον, emendationibus Saluinianis hinc inde ornatum, vna cum verſione lat. in Italia aere ſuo redemit *Iac. Phil. Doruiʼle*, qui mihi vtriusque vſum conceſſit. etc." *Bandin.* l. c. pag. 427. ſq. in not. 2. tradit, aliud earumdem epiſtolarum, latine a Salvinio redditarum volumen, ipſius manu exaratum et emendatum, in Marucellorum publica bibliotheca inter eius msstas ſchedas adſeruari. — *cod. C.* in plut. XXXII. cod. XXXII. (apud *Bandin.* l. c. pag. 199. ſq. numeratur cod. XXXVI. nr. 4.) continet epp. Libanii CCXLIX. praeter mutuas Libanii et Baſilii litteras, XX. reliquis praemiſſas. — *cod. D.* in plut. LXX. cod. XIII. complectitur epiſt. CCCLXXX. in margine

 numeratas.

numeratas. Perierunt tamen quaedam. v. *Bandin.* l. c. col. 673. nr. 3. — *cod. E.* in plut. LXXXVI. cod. VIII. nr. 5. continet epp. CCCXII. pessime exaratas, cum scholiis aliquot margin. (*Bandin.* III. 316.) — *cod. F.* in plut. LVIII. cod. XVI. nr. 3. mutuas habet Basilii et Libanii et posterioris tres alias litteras. (*Bandin.* II. col. 454.) — *cod. G.* ex cod. *B.* natus, et eleganter quidem, sed non diligenter a Zenobio Acciaiolo descriptus, in plut. LV. c. II. nr. 24. de quo cod. et de Acciaiolo, v. *Wolf.* in praef. et *Bandin.* l. c. col. 216. sq. — Praeter citatos alii sunt in eadem biblioth. codd. qui continent plures paucioresue epistolas Libanii, vt, in plut. LVII. cod. I. nr. 63. (*Bandin.* II. col. 334.) — in eodem plut. cod. XXXIV. nr. 18. XVI. epp. continens: quarum XIV. ad Iamblichum, et XV. ad Aristoxenum philosophum initium non occurrit in ed. Wolfiana: ideo *Bandin.* II. col. 391. sq. vtramque, vt in codice prostat, excudi fecit: nr. 19. sunt adhuc duae epistolae Basilii et Lib. epistolae mutuae. — In plut. LIX. cod. XXX. nr. 7. Basilii et Lib. epistolae mutuae XXIII. quae quidem sunt in Wolfiana edit. a nr. 1580-1602. at ab eo non collatae. (*Bandin.* II. col. 551.) — In plut. LX. c. XVI. n. 7. Lib. ad Priscianum epistolae duae, (in ed. Wolf. ep. 143 et 855.) Illis adiunctae leguntur grammaticales quaedam explanationes. (*Band.* II. col. 606.) — Insuper ab *Antonio Maria Biscionio* in bibl. Mediceo-Laurentianae catal. (Florent. 1752. fol.) vol. II. p. 42. sq. in cod. XIV. nr. 4. est Lib. epistola ad Amphilochium et alia ad Optimum, episcopum ordinatum. — In *Bandini* catal. codd. *latin.* Medic. bibl. II. 562. cod. XX. sunt Liban. epp. XCVIII. interprete Franc. Zambicario, equite, ad D. Io. Bentiuolum. — In bibl. *Veneta Marc.* in cod. CCCCXLI. sunt 481. epist. et confector catalogi pag. 261. sqq. posuit nomina eorum, quibus singulae epp. inscribuntur. — In sequenti cod. CCCCXLII. exstant 158. epp. et nomina eorum, ad quos datae sunt illae, pariter in catal. pag. 226. sqq. exhibentur. — Pari modo epistolae 30. cod. DV. et epp. 85. cod. DVI. pag. 268 et 269. sqq. designantur. Illos aliumque, qui exhibet epp. 114. nominauit Wolfius: qui de adparatu Rostgaardi, codicem quoque *Iac. Golii*, 39. epp. cum scholiis complectentem, nacti, est copiosus. Alia subsidia exemplaque, quae sibi comparauit, in praef. recenset. *Oxonii* diu antea posuerat operam in describendis aliquot epistolarum centuriis. Opera *Matur. Veyssiere la Croze* habuit collat. schedarum Ez. Spanhemii et codicis regii *Berolinensis.* — Indices epp. quae in codd. *Vindobon.* bibl. seruantur, tum e *Suecia* a Benzelio cod. *Meursianum* et *Obrechtianum*, atque a *Wallino* collationem cod. *Raelambiani*, qui epp. 155. comprehendit, accepit: denique, quas e quoque cod. receperit, et quo ordine posuerit, et alia, quae praestiterit, bene vtiliterque recenset.

Supra in notitia codd. orationum Libanianarum quorumdam, qui continent epistolas, exemplarium feci mentionem. (add. supra vol. I. pag. 702.) Hic igitur notitiam aliorum subiungam.

Vindobonae in bibl. Caesarea sunt, auctore *Nesselio* in cat. *part.* I. pag. 195. sq. in cod. CXIII. Basilii et Lib. epist. mutuae. (conf. Lambecii comm. V. col. 465. cod. CCLXXVII. nr. 7) — p. 222. cod. CXLII. Libanii 12. epp. ad Basilium, (conf. *Lambecii* comment. vol. III. cod. LXXV. nr. 2. pag. 371.) — *Part.* III. pag. 26. cod. XVI. nr. 3. Liban. [illegible] mot sine inscriptionibus. (v. *Lamb.* vol. VI. part. II. col. 330. cod. XXXV. nr. 3.)

nr. 3.) — *Part.* IV. pag. 42. cod. LXXII. nr. 1. epiſtolae CCLXXXVIII. quas Neſſelius habuit ineditas. — pag. 52. cod. XC. epiſtolae: — pag. 146. cod. CCCV. epiſtolae et declamationes: atque etiam Neſſelius prouocat ad libr. VI. comment. Lambecii, pag. 244. ſqq. ſed ibi in noua Kollarii edit. ſunt omiſſae Libanii epiſtolae, vt iam ſupra adnotaui. — *Kollarius* in ſupplem. I. ad Lamb. comm. pag. 411. recenſet cod. LV. in quo nr. 4. ſunt Libanii XX. epiſt. quarum vltimam, inſcriptam, ὁ μελιγαίας τῷ ἀτεχίμῃ, Kollar. non reperit inter Libanii epp. typis a Wolſio vulgatas. — *Heidelbergae* quondam fuerunt in cod. LXXVII. Libanii epp. CCXXXIX. et eiusdem ac Baſilii epp. mutuae, nec non in cod. CXLIX. Lib. epiſtolae CCXCI. teſte Sylburgio, in catal. — In bibl. *Auguſtana* Vindel. ſunt mutuae Baſilii et Libanii epp. — In cod. *Guelferbyt.* nr. 82. Lib. et Syneſii epp. VIII. — Inter codd. ab imperatore Solimanno II. Mendozae donatos, fuerunt Libanii declamatt. et epiſtolae. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. pag. 277. — In bibl. *Escorial.* in IV. codd. plures Libanii epp. teſte *Pliiero* in itiner. per Hiſp. pag. 180.

Denique, vti Wolf. fin. praef. bene monuit, maxima inter codices varietas in deſignandis illorum, ad quos epiſtolae ſunt datae, nominibus obſeruatur. Nonnumquam enim duo, tria, immo quatuor diuerſa inueneris. „Non negauerim, ait Wolf., id omne frequenter librariorum incuriae acceptum eſſe ferendum. Fieri tamen potuit, vt Libanius eiusdem epiſtolae exemplum ad plures mitteret, vbi eiusdem rei notitiam ad plures perferri volebat, nec otio, quod ſibi litteris ſcribendis nimis praeripi paſſim queritur, abundabat. Harum porro epiſtolarum nonnullas ficta nomina et ficta quoque argumenta prae ſe ferre, non vane ſuſpicari mihi videor, exemplo ſcilicet futuras tironibus, ad quod reſpicerent, ſi quid eiusmodi conſignandi occaſio ſe offerret. Tales ſcilicet exſtant in *Characteribus epiſtolicis*, qui Libanio a nonnullis ſunt adſcripti et a *Guil. Morello* Pariſ. 1558. 8. editi." Hactenus Wolfius.

Fabricius in ſuperiore edit. adiunxerat nomina eorum, ad quos exſtant *Libanii epiſtolae*, ſiue editae ſiue msst. (nempe Fabricio cognitae.) Enimuero quum longe maior epiſtolarum antea incognitarum aut ineditarum numerus cura Wolfii eſſet editus, nomina in codd. varient, et Wolfius duplicem ſuae editioni maiori ſubiecifſet indicem, alterum, qui initia ſingularum epiſtolarum Libanii exhibet, cum eorum, ad quos ſcriptae ſunt, nominibus; alterum, qui nomina illorum praebet, quibus Libanii epiſtolae inſcriptae ſunt tum graecae tum latinae, quarum hae ex *Franc. Zambicarii* verſione a p. 792. ad finem vsque leguntur: ſterilem mancumque Fabricii catalogum nominum ſatius eſſe duxi omittere. Nec vero catalogum Wolfianum, quoniam plures paginas impleret, et ed. Wolfiana haud infrequens eſt, typis hic renouandum curaui, veritus, ne tempus et chartam perderem. *Harl.*

12. Denique in *Leonis Allatii* excerptis Rhetorum, Rom. 1641. 8. graece et latine editis pag. 47-83. exſtant cum Allatii verſione Libanii διηγήματα ſiue narrationes XXXIX. 1) de Vulcano, 2) Acalanthide, 3) Capaneo, 4) Adraſtea, 5) Polycrate, 6) Calliſtone, 7) Simonide, 8) Neoptolemo, 9) Alceſtide, 10) Candaule, 11) Daphne, 12. 13) Progne et Philomela, 14) Marſya et tibiis, 15. 16.) de Paſiphaë. 17. 18.) Hercule,

le, 19) Latona, 20) Gallo, 21) Paridis raptu, 22) Danao et Aegypto, 23) Icario 24) Arione, 25) Hyacintho, 26. 27) Alpheo, 28. 29) Deianira, 30. 31) Pity in pinum mutata, 32. 33) Atalanta, 34. 35) de Cepheo et Perseo. 36) Rheno. 37) Aloidis et abiete, 38) Enipeo et 39) Danaë.

Hinc p. 84-115. Ἐκφράσεις siue *Descriptiones septem*, 1) πανηγύρεως diei festi, 2) τυχαίου templi Fortunae, 3) Palladis, 4) Promethei, 5) Eteoclis et Polynicis, 6) Alexandri τοῦ κτίστου, qui vrbem Alexandriam condidit. 7) Calendarum. [εἰς τὰς Καλάνδας. Reiske 1. nr. 9. pag. 256.]

Denique p. 342-397. Progymnasmata septem. 1) Chria in dictum Theophrasti, qui, interrogatus, quid esset amor, respondit πάθος ψυχῆς σχολαζούσης *animi otiantis perturbatio*. 2) Sententia: δεῖ δὴ χρημάτων, pecuniis opus est, neque sine iis quicquam, quod facto opus est, perfici potest. 3) Refutatio, non esse verosimilia, quae de Aiace, Locro, dicuntur. 4) Confirmatio, verisimilia esse. 5) Θέσις, an muris sint vrbes cingendae. 6) an naui se committere homines debeant. 7) Κατηγορία, expostulatio in legem, iubentem fratrum vxores in matrimonium ducere.

[*Libanii* declamationem: Κωλύουσι Σωκράτην ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διαλέγεσθαι, καὶ ἀντιλέγει τις, *Socrates in vinculis positus, ne cum vllo colloquatur, prohibetur, quidam vero contradicit*, *Allatius* loco infra prolato indicauit, superesse in cod. Barberino. Ea quoque est in cod. *Matrit.* regio XLVIIII. fol. 175. v. *Iriart.* catal. pag. 166. cel. autem *Morellius* e cod. Marciano Veneto DXXIV. saec. XV. exarato primus graece edidit textu, saepe vitioso, ope cod. Barberin. saec. XI. exarati, cuius varias lectiones Bern. Stephanopulus miserat, emaculato, latine vertit eruditisque instruxit notis in praeclara trium opusculorum collectione, inscripta:

Aristidis oratio aduersus Leptinem, *Libanii declamatio pro Socrate*, *Aristoxeni Rhythmicorum elementorum fragmenta.* Ex bibl. Veneta D. Marci nunc primum edit *Iac. Morellius*, eiusdem bibl. custos. Venetiis. 1785. 8. pag. 190-265 — Fragmenta orationis quaedam intulit *Macarius Chrysocephalus* in opus, cui titulus Ῥοδωνιά, mstum in cod. Marciano CCCCLII. ex quo illa aliaque Libaniana *Villoisonius* in anecdotis gr. tom. II. p. 13. sq. protulit quorum multa, eaque nondum antea euulgata, repetiit *Reiskia* in praef. ad t. I. edit. Libanii.

Reiskia, foemina praestantissima, orat. defensoriam cuiusdam, qui filiam pro vrbis suae salute occiderat, e cod. Bau. primam edidit, (vti iam dicere me memini,) Lips. 1775. 8. — Eadem *Libanii* quasdam declamationes atque epistolas, in sermonem germanicum transtulit ediditque in libello, *zur Moral* inscripto, Lipsiae 1782. 8. p. 93. sqq.

In *Amadutii* anecdotis litterariis, ex msstis codd. erutis Romae vol. I. pag. 1. seqq. est fragmentum anecdotum orat. Libanii ad Antiochenos de Iuliani, imp. ira ex cod. Mediceo Laurent. erutum, et graece versum a *P. Philippo Angelico Becchetio* Nempe apud Fabric. qui illam gr. et lat. primus ediderat, oratio illa definit, ἣν μὲν οὖν φροντιζόντων. — Reisk. reliqua ediderat (tom. I. pag. 498.) ex codd. Aug. et Bauar. Quae Amadut. ex cod. Medic. vulgauit, ea forsan vtiliter possunt comparari ad lectionis varietatem aeque ac veritatem.

In

In vol. II. pag. 1. sqq. idem *Amadutius* ex cod. Medic. fragmentum orat. Libanii de seruitute (quod deest in fine orationis, a Morellio, tom. II. or. XXXIII. pag. 642. seq. evulgatae,) edidit, lat. vertit, et quasdam subiunxit adnotationes. Reiskius in tom. II. pag. 87. sq. id fragm. subiecit e codd. Bauar. et Aug. paullo plenius quidem atque emendatius: neque tamen pigebit lectorem, conferre quae Amadutius dedit atque explicuit.

Libanii Orat. pro templis paganorum exscindendis in sermonem anglicum transtulit *Nath. Lardner* in Vol. IV. Collection of ancient Iewish and Heathen Testimonies to the Truth of the Christ. Religion. Lond. 1764. 4.

Cum selectis quibusdam Iuliani imp. opusc. *Io. Duncombe* e graeco sermone in anglicum transtulit in vol. I. plures Libanii epistolas, in II. vol. *Liban.* de sua vita, eiusdemque lamentationes 1) super Nicomedia, terrae motu subuersa, et 2) super Daphnaei Apollinis fano, flammis exusto. Londini 1784. 8.

Reisk. in libello ad I. A. Ernesti etc. *de quibusdam e Libanio repetitis argumentis ad historiam ecclesiasticam christianam pertinentibus, inprimis de Optimo episcopo,* Lips. 1759. 4. quasdam Libanii epistolas recudi fecit, et interpretandis illis de variis rebus bene docteque disseruit. Primum explicuit illustrauitque epistolam (1227. in edit. Wolfii,) ad Optimum, Libanii discipulum, ab episcopatu Agdamiae, quod oppidum est Phrygiae et Optimi patria, ad episcopatum Antiochiae Pisidicae translatum; 2) epistolam (205. ed. Wolf.) ad Modestum, comitem Orientis, quae historiam Georgii, qui a. 356. in locum Athanasii expulsi suffectus et a. 362. a furentibus Alexandrinis discerptus est illustrat; vbi Reiske notat, pag. 13.) Wolfium neque caussam totam epistolae huius, neque rationes illius Georgii perspectas habuisse. Ex tertia epistola, (730. edit. W.) ad casum Marci Arethusani, pro quo christiano, sacrilegii accusato, *Libanius* deprecatur, pertinente, efficit, neque Libanium animo in Christianos tam infesto fuisse, vt omnes huius disciplinae odisset, atque fugisset, neque Iulianum Aug. ea Christianos diritate et acerbitate odii exagitasse, cuius inuidia scriptores nostri eum adspergant. etc. conf. quoque ephem litterar. *Erlang.* a. 1759. plag. XXVI. pag. 234. sq.

Non admodum multa Libanii loca emendantur aut illustrantur a Doruillio ad Charitona, a Valckenario ad Euripidem et Herodotum aliisque; plura a Toupio in Emendatt. in Suidam et Hesychium. *Harl.*

[P] *Scripta Libanii inedita.*

1) *Epistolarum* multae centuriae [w]) in variis bibliothecis adhuc delitescentes, atque vel a Ioanne Boiuino, vel ex Friderici Rostgaardi bibliotheca vel in noua, quam Romae parant, Libanii editione vulgandae:

w) *Epistolam Libanii DCCCXLI. ad Seuerum* citant Benedictini notis ad Ambrosium T. 2. p. 64. *Valesius* ad Ammian. XXIX. 1. *Epistolam ad Hieroclem CCLXXXIV. libri II.* In bibl. Vindobonensi teste Lambecio VI. pag. 255. codex membranaceus Epistolarum CCCCXVIII. et alius chartaceus Epistolarum CCLXXXIX. Ex delectu Georgii Lecapeni, a quo CCLXIV. Libanii epistolas selectas habuit *Allatius*, prima ad Clearchum incipit: Ἔμελλον γράφων δεήσεσθαι. Codicem MS. Cardinalis Casanatae memorat Schurzfleischius ὁ μακαρίτης T. 2. Epistolar. arcan. 69. p. 102. Doctissimus Io.

vulgandae: [quae vero non prodiit.] Atque in epistolis inprimis probatum Libanium fuisse etiam veterum testimonio, Eunapii et cod. XC. Photii constat, idque ipsa earum lectio perito lectori facile persuadebit: sunt enim plenae Attici salis ac leporis, atque acuta breuitate non minus quam eruditis pulchrisque sententiis vbique se commendantes.

2) *Orationes* complures, vt in codice bibl. Barberinae optimae notae in charta bombycina et correctissime scripto, ex quo fere omnia Libanii etiam edita dari posse castigatiora atque integriora Allatius [x]) testatus est. [Sed a Bongiou. e cod. Veneto atque a Reiskio e codd. Aug. ac Bauar. editae sunt fere omnes illae oratt. Alias adhuc ineditas ab Iriarto et Villoisonio indicari, paullo post cognoscemus.]

Περὶ τῶν φαρμάκων. Incipit: *ἡ μὲν μεγίστη μοι λύπη.* [Bongiou. p. 166. Reiske II. p. 307. cuius not. 1. vid.]

Ὑπὲρ ἑαυτοῦ, διὰ τὴν πρὸς Ἀντίοχον συνηγορίαν. Incipit: *οἱ μὲν βέλτιστοι οἱ ἐν τῇ πόλει.* [Bongiou. p. 53. Reisk. II. 37. p. 327.]

Πρὸς Αὐξέντιον. Incipit: *Ὁρῶν σε πρὸς τὰ τοῦ πατρὸς, ὦ φίλτατε.* [Πρὸς Ἀναξέντιον Bong. p. 230. et Reisk III. 56. pag. 185. e cod. Aug. I. edidere, et R. suppleuit magnam lacunam e cod. Aug.]

Πρὸς τὴν βουλήν. Incipit: *Ὅσοις μὲν πρὸς ὅσους ἐχρησάμην ὑπὲρ ὑμῶν.* Bong. pag. 30. Reiske II. 48. pag. 526. conf. *Vales.* ad Ammian. p. 427. *Bandin.* cat. II. pag. 377. 15.

[†] Ὑπὲρ Ὀλυμπίου. Incipit: *Οὐκ ἂν ἔτι δυναίμην ἐνεγκεῖν τοὺς οὐ δυναμένους.* *Fabr. Villoison.* anecd. gr. II. pag. 16. tria illius orat. fragm. e Macario depromsit. *Harl.* Nuperrime haec oratio e cod. bibl. Barber. edita est in *Ioa. Phil. Siebenkees* Anecdotis graecis, quae post auctoris mortem prodierunt cura *I. A. Goez.* Norimb. 1798. 8. p. 75. sq. *Beck.*

Κατὰ Σιλβανοῦ. Incipit: *οὐδὲν θαυμαστὸν Σιλβανὸν τὸν Γαυδεντίου κακῶς με λέγειν.* [Bongiou. pag. 218. Reiske II. 38. pag. 342.]

Κατὰ Ἰκαρίου, δεύτερος. Incipit: *Πάλαι μὲν ἴσως ἔδει καὶ ἐμὲ κατηγορεῖν.* Reiske II. 27. p. 134.] Prior aduersus Icarium inuectiua exstat T. 2. edit. Morellianae p. 460. *Fabr. Kollarius* in supplem. ad vol. I Lambecii comment. saepe laudat. col. 798. seqq. multus est de meritis scriptisque *Nicolai Forlosiae*, custodis bibl. Caesareae Vindobon. ab anno 1723. vsque ad a. 1758. d. XI. April. qui eius vitae fuit supremus. Is *Forlos.* inter alia manu sua exarata, et post eius mortem bibl. caesareae vindicata, reliquit editionem Libanii orationum prelo paratam et inscriptam: *Libanii sophistae orationes XIX. quarum XIII. hactenus ineditae, et VI. quae a Frid. Morello iam editae fuerunt; sed mancae et corruptae, nunc rursus ex integro Augustae biblioth. Vindobonensis exemplari,* (in classe graecorum codicum philologicor. codice maioris moduli, chartaceo, saec. XIV. aut XV. non intelligenter exarato, et XLIII. oratt. continente,) *adiuncta latina versione in lucem prodeunt integrae, cura et studio Nicolai a Forlosia.* Hic igitur XIX.

illas

Io. Boiuinus Libanii epist. edere, multasque iam vertisse se pridem testatus est praef. ad Nicephorum Gregoram; et eadem de caussa omnes Italiae bibliothecas lustrasse accuratius, notauit *Montfaucon* in Diario Italico p. 25. Habeo et ipse vltra ducentas adhuc ineditas beneficio Rev. Godfridi Olearii, qui ex cod. Bodleiano illas descripsit. [de quibus rebus v. *Wolf.* praefat. ad mai. edit. et quae nos supra adnotauimus.]

x) Allatius praef. ad excerpta rhetorum graecorum.

illas orationes manu sua exscripsit, etiam singulis argumenta, nonnullis quoque monita ad lectorem quaedam praefixit; obscurioribus denique locis lucem eruditione sua adfundere conatus. Sed deterritus forsan noua editione Bongiouannii, qui quinque orationes, neque in exemplo Morell. neque in codice Vindobon. exstantes, in lucem protulit, consilium suae editionis abiecit. In cod. tamen Vindobon. fol. 157. p. 1. in Forlosiae vero volum. fol. 107. orat. V. est ea, quae *contra Icarium* scripta est a Libanio. Sed plura vide apud Kollar. qui etiam Forlosiae et Bongiouannii labores comparat atque de vtriusque cura, diligentia et felicitate in inueniendis emendandisque orationibus fert iudicium *Harl.*

Περὶ τῦ μὴ ληρεῖν. Incipit: Πολλάκις ἐν τῷ τῦδε δικαστηρίῳ λῆρος ὑπ᾽ αὐτῦ κεκλημένος. *Fabr.* in cod. Paris. MMMXVI. et cod. Medic. ap. Bandin. II. pag. 137. n. 17. edit. a Bongiou. pag. 15. pag. 36. et Reisk. I. pag. 208.

Πρὸς τὸν βασιλέα [ὑπὲρ τῶν βυλῶν] Incipit: Τὸ μὲν σὸν, ὦ βασιλεῦ, μέρος καὶ τῦ μετὰ σὲ τοῖς ἄλλοις. Bong. pag. 70. Reisk. II. n. 50. pag. 570.]

Ὑπὲρ Θαλασσίυ. Incipit: Ὑβρισθέντι φίλῳ, καὶ κωλυθέντι τυχεῖν, ὧν εἰκότως ἄν. Bong. pag. 88. Reiske II. n. 42. pag. 388.]

Πρὸς Εὐστάθιον τὸν Κᾶρα. Incipit: Ὑπεσχόμην ἐπαινέσεσθαι τὸν χθὲς τὰ λεγόμενα. Aduersus hunc Eustathium forte, non Cappadocem, est oratio edita tom. 2. edit. Morellianae pag. 546. [Bong. pag. 250. Reiske II. 44. pag. 452.

Atque in alio cod. bibl. Vaticanae περὶ Θρασυδαίυ. Incipit: Καλῶς ἐποίησας, ὦ Νικόκλεις, ἀπιστήσας ταῖς κατ᾽ ἐμῦ. [in ed. Bong. pag. 176. et Reisk. II. 30. p. 223.]

Πρὸς Πολυκλέα. Incipit: Ὅτι μὲν εἶναί τι δεῖ τὸ τὴν συνήθειαν ἀνελόν. [Bong. p. 116. Reisk. II. 35. p. 307.]

Πρὸς Εὐμόλπιον. Incipit: Εἶναι μέν σοι φίλος, καὶ πολὺν ἤδη χρόνον· Εὐμόλπιε. [Bong. p. 151. Reisk. II. nr. 40. pag. 364.]

Πρὸς Τιμοκράτην. Incipit: Ἀφῖξαι μὲν ἡμῖν ἀπὸ τῦ θεάτρυ Τιμόκρατες. [Bong. p. 128. Reisk. II. nr. 41. p. 379.]

Κατὰ τῶν πεφευγότων. Incipit: Τὰ μὲν ἀγγελλόμενα πάντες ἀκύομεν. [ed. Bongiou. pag. 1. Reiske II. 34. pag. 296.]

Κατὰ Σευήρυ. Incipit: Πάρεισι μὲν οἱ δικάσοντες ἡμῖν, ὑπήκυσαν. [Haec est or. eadem, quam Morell. t. II. nr. XXX. ediderat sub titulo πρὸς τὴν βυλήν· quam Bong. pag. 192. e cod. vbi, vti in Aug. I. inscripta est, Κατὰ Σεβήρυ, tamquam ineditam recudi curauit. v. *Reisk.* init. not. ad h. orat. III. n. 58. pag. 226. et in Animadu. ad gr. auct. vol. V. p. 418. *Harl.*

Περὶ τῦ πλέθρυ. Incipit: Ἐπειδὴ πολλὺς ὁρῶ χάριν εἰδότας Πρόκλῳ τῆς προσθήκης. Bongiou. pag. 138. Reiske I. nr. 10. pag. 261.]

Ἀντιόχῳ παραμυθητικός. Incipit: Ἡγῦμαι προσήκειν ἐν τοῖς πενθῦσι μόνον. [Bongiou. pag. 239. Reiske II. nr. 39. p. 353.]

3) *Declamationes* variae siue μελέται, vt in eodem Barberino cod:

Κωλύυσι Σωκράτην ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διαλέγεσθαι, καὶ ἀντιλέγει τις. Incipit: χαλεπὸν μὲν εἰπεῖν τι καὶ τῶν πάνυ δικαίων. [Editam esse hanc orat. a cl. Morellio, e cod. Veneto, paullo ante ostendimus.]

[P] *Φιλάργυρος ἐρασθεὶς ἑταίρας καὶ μισθὸν ἀπαιτούμενος ἑαυτὸν παραγγέλλει.* Incipit: *Εἰ μὴ καὶ ὑμεῖς ἀργύριον, ὦ βουλή, τοῦ κωνείου μ' εἰσπράξεσθε, ἥδιστ' ἂν μηδὲν δοὺς.* *Fabr.* Eſt in codd. Medic. et Matrit. conf. *Bandin.* cat. II. p. 363. nr. 23. *Iriart.* cat. p. 167. fol. 68. cod. XLVIII. et e cod. Bauar. II. edita a Reiskio. *Harl.*

Ἐγράψατό τις τὸν ἑαυτοῦ παῖδα βουλεύσεως, ὁ παῖς ἄκριτος ἀποθανεῖν ἀξιοῖ κατὰ τὸν περὶ τῶν ἀκρίτων νόμον. Incipit: *Τὸ μὲν ἕν, ὦ πολῖται, μὴ πρὶν εἶναί μοι καιρόν.* *Fabr.* Excerpta ex cod. Veneto dedit Villoiſon l. c. pag. 11. in lucem protulit declam. Reiske ex cod. Bauar. — Eſt quoque declamat. illa in c. Medic. v. *Bandin.* II. p. 363. n. XXVII. *Harl.*

Et in bibl. Vaticana: *Μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ Φίλιππος ἐζήτησε τὸν Δημοσθένην, ὁ δῆμος ᾔτησε πέντε ἡμέρας εἰς διάσκεψιν, ἐν ταύταις ὁ Δημοσθένης ἀποθανεῖν ἀξιοῖ.* Incipit: *Ὃν μὲν ἐβουλόμην, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τρόπον ἀποθανεῖν.* *Fabr.* Exſtat in codd. Medic. v. *Bandin.* II. pag. 362. nr. XIII. et pag. 552. nr. XXX. Fragmenta illius duo, a Macario excerpta, dedit *Villoiſon* l. c. pag. 13. integram vero Reiske. *Harl.*

Νόμος ἦν μετὰ τοῦ τυράννου καὶ τοὺς παῖδας ἀποσφάττεσθαι· Ἕτερος νόμος, τὸν τυραννοκτόνον ὅ, τι βούλοιτο αἰτεῖν. Γυνή τις τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα τυραννοῦντα ἀποσφάξασα, εἰς δωρεὰν αἰτεῖ τοὺς παῖδας. Μελετῶμεν τὸν ὑπὲρ τῆς τυραννοκτόνου λέγοντα. Poſt protheoriam incipit: *Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες, τὴν οὕτω διὰ τοὺς νόμους παραδεδωκυῖαν.* *Fabr.* Vnicum ſeruauit fragm. Macar. in cod. Veneto, teſte *Villoiſ.* l. c. pag. 12. Separatim eam a Reiskia e cod. Bauar. eſſe vulgatam, paullo ante iam obſeruauimus. Eſt illa declam. integra etiam in cod. regio *Matrit.* XLIX. fol. 27. teſte *Iriarto* cat. codd. gr. pag. 167. in quo codice ſecundum *Iriart.* l. c. ſunt plures ineditae:

Fol. 197. *Libanii or. ad Conſtantium imperat. pro admiſſa ab eo oratione, quam de illo ad ſenatum ſcripſerat.* cum protheoria, quam *Iriarte* pag. 166. graece et latine adpoſuit. Poſt theoriam incipit gratiarum actio: *ἆρα ἂν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, δοκείην,* (ſic) *χρέους ἀποστερῶν φιλοσοφίαν ἐνδίκως μεταποιεῖσθαι·* deſinit in haec verba, paene oblitterata: *καὶ ἐνφορεῖσθαι τοῦ — λήστου θεάματος.* Hanc cenſet Iriarte non modo typis incognitam, ſed inter msstas etiam ſingularem, aut ſaltem rarius obuiam.

fol. 202. auerſo: *Πρὸς τὸν ἀξιώσαντα λέγειν ἐκ τοῦ παραχρῆμα* *in quemdam petentem, vt ex tempore oraret.* Inc. *ἀλλ' εἰ καὶ σφόδρα ἦν σοφὸς ὁ Φειδίας — — φαντι μορφὴν ἀποδεῖξαι.* deſinit: *ὥσπερ οἶμαι ἐπὶ τῶν σοφιστῶν, οἱ μὲν προσέχουσιν· οἱ δὲ οὔ.*

fol. 208. auerſ. *εἰς τοὺς σοφιστὰς τοῦ αὐτοῦ· eiusdem* (Libanii) *in ſophiſtas.* Incipit: *Ἀλλὰ καὶ Προδίκου ποτὲ καὶ Γοργίου διατριβόντων Ἀθήνησι προσεῖχόν τινες·* deſinit: *ἡ τοῦ ὀδυσσέως τῇ γοῦν ἀλκῇ ἐπεποίθει.*

fol. 22. auerſo: *Filii inſidiarum a patre accuſati oratio:* poſt argumenti ſummam incipit: *τὸ μὲν εὐτυχέστερον, ὦ ἄνδρες μὴ πρὶν εἶναί μοι καιρὸν τοῦ τ' ἂν ἀβῆναι τὸ φῆμα.* deſinit: *οὐ. μία πλεονεξία μόνη τῶν δικαίων ἡ ῥώμη·* Reliquas, quas Iriarte habet, ineditas, in hoc codice Matritenſi ſeruatas iam laudaui.

Villoiſon l. c. ex Macario citat fragmenta aliarum ineditarum declamm. Libanii:

Pag. 81. cod. vers. *ἐκ τῆς μελέτης, ἐν ᾗ ἀπολογεῖταί τις ἀποκηρυττόμενος, διὰ τὸ μὴ θεραπεῦσαι νοσοῦσαν τὴν μητρυιὰν, ἰατρὸς ὤν.*

Pag. 82.

Pag. 82. fol. rect. ἐκ τῆς μελέτης, ἐν ᾗ Δημοσθένης ἑαυτὸν προσαγγέλλει· Eadem est, quae e cod. Bauar. edita est a Reiskio.

Pag. 89. vers. ἐκ τῦ πρὸς βασιλέα ὑπὲρ τῶν μιαρῶν ἱερῶν αὐτῦ.

Pag. 90. fol. rect. ἐκ τῦ εἰς τὴν τῶν πολεμίων καταδρομήν·

Ibid. ἐκ τῦ κατὰ τῶν πλεονεκτέντων.

Ibid. ἐκ τῆς πρὸς μαθητὰς ὁμιλίας· quam vero Villoison probabiliter arbitratur, esse eamdem, ac illam περὶ τῦ λόγυ πρὸς τὺς νέυς, in edit. Morell. tom. II. pag. 568. et in Reisk. — Ibid. p. 90. vers. est vnicum fragm. ἐκ τῆς πρὸς τὺς αὐτὺς (μαθητὰς) δευτέρας·

Pag. 92. rect. ἐκ τῦ κατὰ τῶν λοιδορέντων. *Harl.*

Scripta Libanii deperdita.

Quamquam tot et tam multa, vt iam retuli, Sophistae huius scripta seruata sunt, non dubium tamen, plures eius vti epistolas, sic orationes quoque periisse, ex quibus hae paucae modo a me commemorabuntur:

Λόγος κατὰ τῶν παιδαγωγῶν, scriptus Nicomediae aduersus calumnias paedagogorum. *Socrates* III. 1. hist. eccles.

Oratio de laudibus imperat. Valentis. Meminit *Libanius* ipse in vita sua, tomo 2. Opp. pag. 48.

In mortem Eusebii (viri consularis, fratrisque Hypatii) id. pag. 60.

In laudem Richomeris, ducis. id. p. 69. 70.

Ad Antiochenos, tempore caritatis annonae. id. pag. 67.

Oratio triduo composita in Lynochi laudes, Bithyniae praefecti, memoratur [❡] a Libanio libro tertio epistolarum, a Zambicario latine versarum, epistola 247. ad Anatolium.

In laudes Clearchi. lib. 1. epist. 40. ad Clearchum.

Laus Philarchi. id. III. 40. Epistola ad Philarchum.

Laus Spectati. id. III. 258. Epist. ad Anatolium.

De ratione cum laude imperandi, scripturum se promittit *Libanius* III. 87. Epistola ad Hyssabium.

Dialogum ad Gorgiae Platonici imitationem compositum memorat lib. 1. Epistola 64. ad Aphemium.

Fuere etiam, qui ad imper. Valentem deferrent, scripsisse eum laudes Procopii, tyranni, id tamen factum a se negat in vita p. 54.

Variae συμβυλαὶ ad imp. Theodosium habitae, quarum meminit Libanius in Oratione pro Ethnicorum templis, sub init.

Noua editio Operum Libanii, Romae promissa.

Iam Anno MDCCXII. [y]) ſpes facta eſt nouae operum Libanii editionis, ſex voluminibus in fol. parandae ab abbate, *Leonhardo Adami*, atque meliore verſione et longe pluribus orationibus, declamationibus et epiſtolis, hactenus ineditis, ex Vaticana et aliis Italiae Germaniaeque bibliothecis locupletandae. Quamquam vero primus tomus eodem anno prodíturus promittebatur, nec dum tamen, quod ſciam, hoc, quo iſta ſcribo anno MDCCXV. prela euaſit. Quandocunque autem abſoluere opus hoc erudito editori feliciter dabitur, iucundiſſimum haud dubie omnibus atticae eloquentiae et. eruditae antiquitatis ſtudioſis munus offeretur. *Fabr.* Enimuero illa ſpes, (vt ait *Wolf.* in praef. ad edit. epiſtolarum mai. fol. 2.) paullo poſt cum ipſo, a 1719. fatis functo, decollauit. *Harl.*

CAPVT XLIV. (olim XVIII. lib. V. in parte quarta.)

DE THEMISTIO EVPHRADE.

I. *Themiſtii Euphradae aetas et vita.* II. *Alius Themiſtius, ſignifer Agnoetarum.* III. *Orationes Themiſtii XXXIII.* IV. *Codd. MSsti et editiones orationum.* V *Index ſcriptorum, qui in orationibus memorantur.* VI. *Themiſtii, quae exſtant Paraphraſes in varios Ariſtotelis libros, earumque editiones.* VII. *Index Scriptorum, in paraphraſibus ad Ariſtotelem laudatorum.* VIII. *Scripta deperdita Themiſtii.* IX. *Themiſtii locus de Empedocle.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

THEMISTIVS, Paphlago [a]), ex loco ignobili [b]), Eugenii [c]), philoſophi nobilis filius, quem

y) Vide Acta Eruditorum A. 1712. pag. 431. et Memorias litterarias Trevoltinas illius anni menſe Auguſto p. 1473. Menagiana T. 3. edit. Amſt. p. 577. Diarium eruditorum Italiae T. XXVIII. p. 252.

a) Innuit hoc Themiſtius ipſe orat. 2. pag. 28. edit. Harduini, qui in hac vita Themiſtii pulcre adnotauit, nec non *Tillemontius* in hiſt. imp. tom. V. pag. 816. *Ionſius* III. 16. de ſcriptoribus hiſt. philoſophicae, et ante hos *G. Remus* in Themiſtii Vita. Adde *Themiſtii* Orat. 27. p. 333. *Fabr.* Addi poſſunt, qui de Themiſtio, eius vita, ingenio, eruditione, ſcriptisque et honoribus egerunt, *Conſtantius*, imp. in or. de Themiſtio, philoſopho, in ſenatu recitata, in ed. orationum Themiſt. Harduina, pag. 18. ſq. — *Themiſtius* ipſe in orat. (XXXI. ed. Hard. p. 352. ſq.) de ſedis praerogatiua in ſenatu. *Dionyſius Petauius* in vita (breui) Themiſtii, ed. oratt. Petauii atque Hard. praefixa; *Pope-Blount* in cenſura etc. pag. 229-231. *Brucker.* in hiſtor. critica philos. tom. II. pag. 484-490. et in adpendice ſ. vol. VI. pag. 588. *Saxius* in onom. litter. I. pag. 415. ſq. Atque ego in Introd. in hiſt. L. Gr. II. 1 pag. 330. ſq. plura de Themiſtio adnotaui. Floruit vero ille ſub impp. Conſtantio, Iuliano et ſq. et primordia principatus Arcadii adtigit. *Harl.*

b) *Euſtathius* ad Iliad. γ. pag. 306. ὀδὲν ἐμποδὼν εἰς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γένεσιν φαυλότης πατρίδος. Καὶ τοῦτο ἔδειξε μὲν καὶ ἡ τὸν σοφὸν Θεμίστιον προενεγκαμένη, ὡς ἐκεῖνός που ἱστορεῖ. Caue itaque credas *Patricio*, qui Themiſtium Nicomedienſem fuiſſe putauit p. 141. diſcuſſionum peripateticarum, licet docuiſſet ille aliquando Nicomediae, et orationem XXIV. ibi habuiſſet.

c) *Photius* in bibl. cod. LXXIV. Πατὴρ δὲ ἦν Θεμιστίῳ Εὐγένιος, καὶ φιλοσοφήσας. Ad hunc Eugenium Epiſtola Iuliani XVIII. Neſcio, patremne an auum innuat per ἀρχηγέτην τῆς αὐτοῦ οἰκίας Themiſtius, quem imp. Diocletiano carum innuit or. V. p. 63. Conſtantius quidem imp. in epiſtola, qua Themiſtium ſenatui commendat, parentis etiam ipſius et maiorum

quem ſenem defunctum [[?]] oratione d) celebrauit. Eloquentiae laude clariſſimus, ob eam cognominatus eſt *Euphrades* e), non in orationibus modo ſuis, ſed in commentariis quoque ac paraphraſibus *diſertiſſimus ſcriptor ac lucidus, et omnia ad facilitatem intelligentiae reuocans* f). Iuuenis admodum g), quum ſub egregia patris diſciplina h) atque in Ponto Aſiae i) litteris et philoſophia eſſet imbutus, commentarios [[?]] in Ariſtotelem compoſuit, ſtatim ſimulac, auctore inuito, in manus hominum venirent, probatos eximiis etiam philoſophis k) atque diligenter deinde lectos ac laudatos ab iis, qui philoſopho vel intelligendo vel illuſtrando dederunt operam.

Nicomediae XX. annos philoſophiae diſcendae impendiſſe, doctiſſimus *Ionſius* ſcribit pag. 294. de Scriptoribus hiſtoriae philoſoph. Sed verius eſt, tot eum annos docuiſſe CPoli l), antequam Romam petiit, vnde lautiſſimis licet conditionibus, vt ibi doceret, imperatoris etiam implorata auctoritate inuitatus, breui tamen poſt, CPolin iterum rediit, ibique commoratus eſt, vbi vxorem duxerat, et liberos m) procreauerat, atque diſciplina ſua, docendo philoſophiam et eloquentiam, magnam nominis famam laudemque eſt conſequutus. Atque Antiochiae etiam in Syria, et in Galatia, graeca regione n), et Nicomediae o) verſatum ſe innuit. Quamuis vero Ariſtotelis dogmata praecipue profiteretur, vnde hunc philoſophum προτάξασθαι βίε τε καὶ τῆς σοφίας *in vita ac doctrina ſapientiae ducem ſibi conſtituiſſe* adfirmat orat. 2. pag. 26. tamen, vt platonicae dictionis ſtudioſum ſe oſtendit, ita et Pythagorae templa non minus ac Platonis, quam Ariſtotelis delubra auditoribus ſuis aperuiſſe ſe teſtatur orat. 23. pag.

iorum inſerit laudes. Θεμίςιος δὲ, inquit, ὁ χρὴ τἀληθὲς ἀπᾶν, ἐδὲ νῦν ἐμοὶ γέγονε γνώριμος, ἀλλὰ καὶ πάλαι καὶ ἐκ πατέρων· καὶ τοσᾶτόν μοι γινώσκειν τὸν ἄνδρα περίεστιν ὥςε καὶ παλαιοτέρας προγόνας αὐτᾶ καταλέγειν, ὧν οἱ παλαιοὶ μέμνηνται λόγιοι. Alius Eugenius, quemadmodum et *Themiſtius* alius, qui aduerſus Io. Philoponum de reſurrectione ſcripſit, teſte *Photio* cod. XXIII.

d) Eſt illa in Harduini editione orat. XX. qua patrem celebrat, vt non modo Ariſtotelicae, et quam cum hac conciliandam putabat, Platonicae, ſed omnis philoſophiae peritiſſimum, et vita ac moribus ſapientiam, quam docebat, exprimentem, Senem et ἐκλυόμενον ὑπὸ χρόνε obiiſſe teſtatur p. 237. Fratrum ſub init. orationis meminit.

e) Εὐφραδὴς vocatur in editionibus Aldina, H. Stephani etc. a Simplicio quoque in Ariſtotel. VI. Phyſ. pag. 226. ne alios iam memorem. *Ecphraſten* maluit dicere Hermolaus Barbarus, quod ecphraſi perſpicua Ariſtotelis libros enarrauit. Ab eadem perſpicuitate *dilucidi doctoris* cognomentum tulit a Scholaſticis, notante *Geſnero* in bibl. ac *Michaële Neandro* in Gnomologia Stobaeana p. 70. *Lucidiſſimum* vocat *Marcus Antonius Zimara* in contradictionibus et ſolutionibus ad Themiſtium. Vide et Acta Erud. A. 1685. pag. 461.

f) *Boëthius* 2. de differentiis Topicis p. 871.

g) *Themiſtius* orat. XXIII. pag. 294. Ἐμοὶ νέῳ ὄντι συγγράμματα ἄττα πεποίηται — ἐμφανίζειν δὲ ἐπιχαρᾶ τὸν νᾶν τὸν Ἀριςοτέλας,

h) Orat. XX. p. 234. patri defuncto gratias egit, quod ab eo Ariſtotelis caliginem edoctus eſſet diſpellere. Hinc orat. XXIII. pag. 294. ait, ſe in Commentariis ſuis ad Ariſtotelem τὸν κλῆρον θησαυρίσαι, ὃν παρὰ τῶν αὐτᾶ πατέρων διεδέξατο. De hoc parente Themiſtii Conſtantius imp. in orat. pag. 23. ἃ τὸ ὄνομα εἰπόντα ἀπόχρη δεῖξαι τὴν ἀκροτάτην φιλοσοφίαν, καὶ ἔτε χῶρος, ἔτε ἔθνος, ἔτε πόλις ἐδεμία τῆς Εὐγενία δόξης ἀνήκοος. etc.

i) Orat. XXVII. pag. 332. ſq.

k) Or. XXIII. (in qua multa de ſe dixit.) p. 295. ſq. narrat philoſophum Sicyonium (Celſum) ſenis Chalcidenſis, (Iamblichi) diſcipulum τὸν ἀτρεκέςατά τε καὶ ἐδολώτατα τῶνγε ἐπ᾽ αὐτᾶ Ἑλλήνων ἀντιληφθέντα φιλοσοφίας, lectis Themiſtii commentariis, ad ipſum vna cum diſcipulis ſuis CPolin aduolaſſe, atque dubiam horum ſententiam oraculo Apollinis fuiſſe confirmatam.

l) Ita rectius locum orat. XXIII. p. 298. intellexit Harduinus.

m) Conſtantius epiſtola a ſenatum pag. 22. Cui adde, quod Themiſtium de obitu filii cognominis ſolatur Libanius in epiſt.

n) Ibid. pag. 299.

o) Orat. XXIV.

pag. 298. Ἀφροδίτην ἀεὶ συμπλέκων ταῖς Μούσαις, *Venerem et Gratias perpetuo cum Musis coniungere conatus.* Orat. 24. pag. 303. ἀλλ' ἐπικέχυται Ἀφροδίτη, καὶ χάριτες ἐπανθοῦσι τὸ ἐφολκὸν εἶναι, vt idem loquitur orat. 26. pag. 319 *affusa Venus est, et Gratiae refulgent, quo velut illecebris hominum animos attrahant.* Πλάτωνι συνὼν τῷ θεσπεσίῳ, καὶ Ἀριστοτέλει συνδιαιτώμενος, Ὁμήρου δὲ ἔχων δυσαπαλλάκτως, *cum diuino Platone versor, cum Aristotile habito, ab Homero vix diuellor*, orat. 33. pag. 366. Philosophiae quidem platonicae aeque ac peripateticae peritum se demonstrauit in commentariis ad Platonem, quorum Photius [p]) non τῶν ἔξω modo, vt Libanii, cuius plures [[q]] ad eum epistt. exstant, sed Christianorum quoque, vt *Gregorii Nazianzeni*, cuius est ad eum epistola CXXXIX. et CXL. qua posteriore eum βασιλέα λόγων adpellat. Nec minus, vtut esset idolorum cultor, apud imperatores gratiosus fuit, *Constantium* quidem, a quo florens annis [q]) in senatum a. C. 355. cooptatus, atque iteratis litteris a. 361. ad maiores honores [r]) commendatus, et ob panegyricum, imperatori dictum, statua aerea [s]) donatus est, atque philosophia eius ὁ κόσμος τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας *imperii sui ornamentum* [t]) adpellata. Apud *Iulianum*, cuius ad eum exstant epistolae, et a quo a. C. 362. ornatus est praefectura vrbis CPol [u]). apud *Iouianum*

p) *Photius* cod. LXXIV. Εἰσὶ δὲ καὶ εἰς τὰ Πλατωνικὰ αὐτοῦ ἐξηγητικοὶ πόνοι. Ex his suspicor esse quaedam Themistii, laudata Stobaeo in floriiegio. *Fabr.* In *Stobaei* serm. CXIX. in omnibus illius editt. etiam in prima Trincauelli et codice Paris. A. fragment. quoddam tribuitur *Themistio.* Sed *Wyttenbach*, qui illud gr. et lat. cum obss. suis adiecit calci editionis suae Plutarchi de sera num. vindicta pag. 129. seq Themistio, quod in superstitibus illius scriptis non exstet, et commentarios, non dialogos, constet eum scripsisse atque scribendi genus adeo diuersum sit et abhorrens a reliquis eius scriptis, vt vel in deperditis libris id ab eo scriptum esse non potuerit, id abnegat, et adserit Plut. Locum vero refert ad libros Plutarchi de anima deperditos, et ostendit, nihil frequentius esse in Stobaeo, quam errorem et confusionem in nominibus auctorum. *Harl.*

q) Idem *Photius*: Ἐπὶ δὲ Κωνσταντίου ἔτι νέος ἦν, ὑφ' οὗ καὶ ἐνετάγη τῇ τῶν Ῥωμαίων γερουσίᾳ ὡς καὶ ἡ πρὸς αὐτὴν τὴν ἐν Ῥώμῃ γερουσίαν ὑπὲρ αὐτοῦ παρὰ τοῦ Βασιλέως ἀποσταλεῖσα Ἐπιστολὴ δηλοῖ. *Adlata est illa Constantii epistola pro Themistio, clarissimo philosopho, lectaque in senatu, Kal. Sept. COSS. Arbetione et Lolliano, legit autem Iustinus, clarissimus proconsul.* Exstat plena magnificarum laudum Themistii graece et latine in editione orationum illius Harduiniana pag. 18. 23. Confer *Iac. Gothofredum* ad codicem Theodosianum tom. 2. p. 47. sq. et *Harduinum* ad orationem Themistii 2. qua Constantio gratias agit.

r) Lege 12. de praetoribus, in cod. Theodosiano lib. 6. tit. 4. *Themistius quoque, philosophus, cuius auget scientia dignitatem.*

s) Themistius orat. IV. p. 54.

t) Orat. XXXI. pag. 354. qui locus insignis non est praetereundus, quum Themistii, quanta etiam apud insequutos imperatores fuerit auctoritas, insigniter demonstret: ἀρκεῖ μοι ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΣ, (ita pro Κωνσταντῖνος legendum) ὁ κόσμον τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας τὴν ἐμὴν φιλοσοφίαν εἰπὼν πολλάκις· ἀρκεῖ βιασθεὶς Ἰουλιανὸς τῆς οἰκουμένης καλέσαι πρεσβευτὴν ἄξιον, οὐ μόνον τῆς Καλλιπόλεως, καὶ τὰ πρῶτα φέρεσθαι φιλοσοφίας ἐν γράμμασιν ὁμολογήσας· ἀρκεῖ Οὐάλης, ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐμῶν λόγων πολλάκις· ἱκανός μοι Γρατιανὸς, σεμνυνόμενος πρὸς Ῥωμαίους, ὡς αἴτιος αὐτοῖς γεγονὼς τῆς ἐμῆς ἐπιδημίας· ἀντὶ τῶν ὑψηλοτάτων θρόνων ποιοῦμαι τὰς τοῦ θειοτάτου Θεοδοσίου φωνάς, τὰς πρώην ὑμῖν ἀναγνωσθείσας·

u) Suidas in Θεμίστιος, cui addendum tetrastichon, praemissum editioni Aldinae operum Themistii: Θεμιστίου στίχοι εἰς ἑαυτόν, ὅτε ὕπαρχον αὐτὸν ἐποίησεν ὁ Βασιλεὺς Ἰουλιανός.

Ἄντυγος αἰθερίης ὑπερήμενος εἰς πόθον ἦλθες,
Ἄντυγος ἀργυρέης, αἶσχος ἀπειρέσιον,
Ἦσθα κάτω κρέσσων· ἀναβὰς δ' ἐγένου μέγα χεῖρων.
Δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω, νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

Hoc ita latine Iustus *Lipsius* ad Senecae epistolam LXVIII.

Aetherea in sella positum te cura subiuit
Sellae argentatae; Proh pudor et macula!
Maior eras humilis; minor es nunc, sublimatus.
Descende, vt possis scandere nunc iterum.

In

Iouianum et *Valentem*, *Valentinianum*, *Gratianumque*, qui eum dicentem libenter audierunt, atque aliquando in re maximi momenti, vt Valens, quem fauentem [P] Ariano dogmati a persequendis v) Catholicis dehortatus est, illi sunt obsecuti: maxime vero apud *Theodosium* M. qui munificum ipsi se praebuit w), et praefecti Vrbis CPol. dignitatem iterum obtulit Kalendis Sept. a. C. 384. x) atque in Occidentem profecturus Arcadium, filium y), ipsi commisit informandum. Theodosii γραμματεὺς dicitur Themistius a *Ioanne Tzetze* Chiliade VI. versu 329. Ipse quidem orat. XXI. ad senatum CPol. pag 352. testatur, per quadraginta fere annos operam suam collocasse gerendae reip. atque obeundis legationibus, qui si ab anno 347. quo imp. Constantium primum adfatus est, computentur, adhuc in viuis fuit a. C. 387. Ac senem se atque aetate confectum iam saepius de deponendo, quod gessit, munere cogitasse, scribit orat. XVI. quam a. 383. habuit, sub init. Πολλάκις ἐβουλευσάμην κατ' ἐμαυτὸν, ὅτι μοι καὶ τοῦ σώματος πεπονηκότος, καὶ τοῦ γήρως ἐπιδιδόντος, καταθετέον ἤδη τὴν πινακίδα, καὶ ἀφεκτέον τοῦ διοχλεῖν ἔτι τὰς βασιλέως ἀκοὰς ἐπὶ τοῖς λόγοις.

II. *Alius*

In *Planudae* Anthologia Epigrammatum graecorum lib. 2. pag. 274. hi versus non tribuuntur Themistio ipsi, sed Palladae; [in *Brunckii* tamen Anal. II. pag. 404. Themistio:] nec sub Iuliano, sed sub Valentiniano ac Valente praefectus CPolis Themistius fuisse traditur, Παλλαδᾶ εἰς Θεμίστιον τὸν φιλόσοφον, γενόμενον Κωνσταντινουπόλεως ὕπαρχον ἐπὶ Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος. Sed Aldinae inscriptioni Suidas, vt dixi, testimonio suo suffragatur. *Fabr. Petau.* ad Them. orat VI. pag 580. (in edit. Harduini, or. XVIII p. 487.) coniicit, non a *Iuliano*, vel *Valente*, sed a *Theodosio* praefectura vrbis ornatum fuisse Themistium et graecum epigramma, quod Themistio, cuius ambitionem hoc carmine perstringi arbitratur, ita latine reddidit:

Fornice in aetherio residentem, argenteus adse,
Fornicis alterius pro dolor! orbis, agit.
Qui melior fueras, nunc peior factus in imum;
Adscende in summum, qui modo lapsus eras.

Ibidem idem ille refutat Mureti sententiam ad Senecae epist. LXVIII. et epigr. explicat. Tamen non plane repugnat iis, qui Themistium, dixerint, saepius praefectura vrbis esse donatum: quod verum est. Nam de Theodosio, id muneris in Themistium deferente, manifestum fit, ex or. XVII. a Fabr. etiam citata. Atque eum a Iuliano iam antea illo honore fuisse mactatum, praeter Suidam et auctorem epigrammatis mem. quod in superiore cap. vidimus, in cod. XXIII. plut. 57. Medic. alii Libanii opusculo adhaerere, (in cod. XXV. plut. 87. additum est cod. Themistii paraphras. in Aristot. libr. de animo, v. *Bandin.* III. col. 409.) colligi poterit ex *Himerii* oratione VII. qua laudes vrbis CPoleos et Iuliani Augusti celebrantur, dicta a. 362. Namque in illa oratione post laudationem senatus CPolitani, agit de praefecto vrbi, cuius quidem munus luculenter, non nomen, designatur: illius tamen eloquentiae eam impertit laudem, vt vix alii quam Themistio tum potuerit tribui, bene obseruante locumque mutilum acute sanante *Wernsdorfio* in nota ad eam orat. pag. 555. sq. edit. Himerii eclogar. et declamatt. Pluribus tamen Wernsdorf. suam sententiam exposuit atque ornauit in notis copiosioribus ad eamdem orat., quam ego separatim, ante vulgatam maiorem eclog. et declamationum editionem, in lucem prodire iusseram Erlangae 1785. 8. vbi ad §. XV. pag. 131. sq. praeter ea colligit ex Themistii oratione XXXI. Themistium legatum a CPolitanis, vt videtur, ad Iulianum profectum fuisse sine dubio auspicia imperii gratulatum, et initio a. 362. ab Iuliano, legatione illa conciliato, fuisse praefectum vrbi designatum, sequentique anno 363. (v. *Vales.* ad Ammian. XXX. 4. pag. 455. et *Wolf.* ad Libanii epist. 196.) successorem accepisse *Modestum*. *Harl.*

v) *Socrates* IV. 32. *Sozomenus* VI. 36. Tripartita VIII. 12. *Nicephorus* XI. 46. hist.

w) *Themistius* Orat. XXIII. pag. 292.

x) Vide *Harduini* notas ad orationem XVII. qua imperatori gratias agit Themistius.

y) *Themistius* orat. XVIII. pag. 224. licet hoc incredibile videatur Tillemontio in vita Theodosii c. 13. et nota 14. tom. 5. historiae imperator. p. 493. 943.

II. *Alius Themistius, Signifer Agnoëtarum.*

Cum hoc Themistio confundendi plurimis recentioribus auctor fuit *Nicephorus* XVIII. 5. *Themistium* alterum, longe iuniorem, neque, vt ille a Christi sacris alienum [z]), sed diaconum Alexandrinum [aa]), [*] qui auctor fuit sectae, quam a dogmate, quo Christum λόγον multa ignorare contendebant, *Agnoëtas* alii [bb]) adpellant, Damascenus haeresi LXXXV. *Themistianos.* Theodori, monachi Alex. ἔλεγχον aduersus hunc Themistium, et Themistii, qui et Καλώνυμον se adpellauit (Καλωνύμȣ τȣ̃ καὶ Θεμιςίȣ) ἀπολογίαν ὑπὲρ τȣ̃ ἐν ἁγίοις Θεοφοβίȣ, et μονόβιβλον *aduersus Theodorum*, quem Theodorus tribus aliis libris confutauit, memorat *Photius* cod. CVIII. Idem cod. XXIII. testatur, Themistium *pro resurrectione* mortuorum scripsisse *aduersus Ioannem Philoponum.* De Themistii huius opere *aduersus Colluthum*, et *antirrheticis aduersus Theodosianos*, memoratis in Actis Synodi VI. et in Concilio Lateranensi a. C. 649. atque a S. Maximo in tomo dogmatico adversus Heraclii ecthesin, vide *Cotelerii* notas ad tom. 3. monumentor. ecclesiae graecae pag. 641. sq. [adde infr. in vol. IX. vet. edit. lib. V. c. 37, 9. et c. 38. 9. pag. 367. 384. et 409]

[*] III. *Orationes Themistii philosophi, quotquot exstant in editione locupletissima Harduiniana.*

1. Περὶ φιλανθρωπίας, ἢ Κωνςάντιος. *De humanitate et clementia imper. Constantii,* quem primum adlocutus est Ancyrae in Galatia, a. C. 347. adhuc iuuenis, διόπερ, vt in praemisso scholio adnotatum est, ȣ̓δὲ πάνυ κρατεῖ τῆς ἰδέας. *Ideo dicendi characterem non prorsus*

x) Hallenses Obseruatt. select. tom. 1. Obs. 15. Nicephori sententiam audacter defendunt, disputantque, Themistium philosophum fuisse vtique Christianum, atque eumdem Agnoëtarum promachum, deinde vero alium iuniorem eiusdem nominis exstitisse, qui haeresin illam resuscitauerit, atque de hoc loqui Liberatum in breuiario, Sophronium, patriarcham Hierosol. in Epistola Synodica, aliosque. Sed non possum mihi persuadere, quemquam, qui Themistii, philosophi, scripta euoluit, vel iuniorum ethnicorum scriptorum, eum laudantium, loca considerat, serio posse adfirmare, eum Christi sacris addictum fuisse. Argumenta vero, quae pro isto paradoxo adferuntur, leuia sunt. Nam si ob Nazianzeni ad Themistium epistolas Christianus erit Themistius, quidni et Libanium Christianis adscribemus, cui ita familiariter scripsit non Nazianzenus modo, sed et Nyssenus, Basilius, Chrysostomus? Omitto caetera, neutiquam fortiora, tantum noto pag. 184. Hallenses bis calami errore pro Socrate Eusebii nomen posuisse. [add. *Brucker* l. c. II. pag. 488.]

aa) *Liberatus* breuiario c. 19. *Timotheus, episcopus Alex. magis sententiam Seueri* (Eutychiani) *secutus est. Cui cum diceret Themistius, diaconus eius, si corpus Christi corruptibile est, debemus eum dicere et aliqua ignorasse, sicut de Lazaro.* Respicit verba Ioh. XI. 34. *vbi posuistis eum*, de quibus conferendus Suicerus tom. 2. thesauri p. 208. et Mich. le Quien ad Damascenum de haeresibus tom. 1. p. 107. Caeterum Timotheus iste iam a. C. 535. diem obiit, vnde fallitur praestantissimus Caueus, qui Themistium eius Diaconum refert ad a. C. 605. Rectius Harduinus ad a. C. 519.

bb) De *Agnoëtis* praeter *Damascenum*, qui singulari etiam scripto illos oppugnauit, aliosque, iam laudatos, *consulendi Eulogius* apud Photium cod. CCXXX. pag. 464. sq. *Leontius* de sectis πρᾶξι quinta p. 474. et *Gregorius* M. lib. VIII. epist. 42. ad Eulogium. E recentioribus *D. Iustus Feuerbornius* de Agnoëtismo veteri ac recenti, tom. VIII. dispp. Giessensium, *Io. G. Dorscheus* Theol. Zacharianae parte 1. §. 237. sq. *Io. Forbesius* instruction. Historico Theol. III. 19. *Petauius* dogm. theol. de Trinitate p. 113. et de incarnatione p. 79. edit. Paris. et lib. XI. c. 1. [*C. G. F. Walch.* Hist. der Ketzereyen T. VIII. p. 644. sq.] Breuiter Honorius Augusto-

prorsus obtinet. Incipit: νῦν σοι πρῶτον εἰσέρχεται λόγος, ὦ Βασιλεῦ. Edita primum ab Harduino, ex apographo *Dionysii Petauii*, cum eiusdem versione latina, p. 1.

CONSTANTII, imp. epistola ad senatum romanum, missa a. C. 355. qua illis Themistium commendat pag. 18. Hanc primus cum versione sua ediderat atque orationibus quibusdam Themistianis praemiserat *Petrus Pantinus* Lugd. Bat. 1614. 8. recensuere versionem *Petauius* ac *Gabriel Cossartius*.

2. Εὐχαριστήριος siue *Gratiarum actio* ad imperatorem, a quo commendatus fuerat, dicta in senatu, eodem a. 355. Incipit: ἆρ' ἂν ὑμῖν, ἄνδρες, δοκοίην χρέος ἀποστερῶν. p. 24. Eam primus graece vulgauit *Henricus Stephanus* inter Themistii orationes decimo quarto loco; graece et latine *Georgius Remus*, Augustanus, primam inter orationes sex Augustales, Ambergae in Palatinatu a. 1605. 4. Cum noua versione sua dedit *Petauius* in vtraque editione, Flexiae 1613. 8. et Paris. 1618. 4. decimo quarto loco. Fallitur autem in notis idem Remus, atque ante eum *Iac. Cuiacius* lib. XVI. Obseruatt. cap. 15. quum putant, hac oratione gratias egisse Themistium Constantio pro commendatione, quae exstat in cod. Theodosiano lib. 6. tit. 4. de praetoribus lege 12. qua imperator vult, Themistium adesse in designandis ex S. C. Praetoribus, et ius habere suffragii. Sed illud rescriptum multis annis post datum est a. C. 361. vt Iac. Gothofredus pridem monuit.

3) Πρεσβευτικὸς, *oratio in legatione ad Constantium, imp. pro vrbe CPol.* a. C. 357. habenda Romae, sed transmissa tantum, Themistio CPoli ob hiemis asperitatem subsistente cc). Incipit: Ἔστι μὲν οὐδ' ἄλλῃ πόλει δυνατόν. pag. 40. Haec est corona, quam se imperatori texuisse dicit Themistius Orat. 4. pag. 54. aenea statua ideo ab eo honoratus. Primus ex apographo Petauiano edidit Harduinus cum *Petauii* versione. Hanc, ni fallor, orationem respicit laudatque [*] *Libanius* epistola ad Themistium quinta ex illis centum, quas I. C. Wolfius vulgauit.

4) Εἰς τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον. De eodem Constantio, qui illo anno 357. Romae triumphauit, oratio dicta CPoli in senatu. Incipit: Αἰγύπτιοι τὴν Ἀθηνᾶν. pag. 49. Primus ediderat graece *H. Stephanus*, tertiam decimam ordine: deinde *G. Remus* secundam inter sex Augustales cum sua versione, deinde cum noua interpretatione *Petauius* itidem decimam tertiam in editione vtraque. *Fabr.* Falso inscribitur in cod. Paris. πρὸς Κωνσταντῖνον. conf. Hard. et Petau. p. 388. *Harl.*

5. ὑπατικὸς, *Consularis ad Iouianum, imp.* a. C. 364. dicta primum Dadastanis coram imperatore, cui eo cum aliis senatoribus obuiam progressus fuit: deinde iterum audiente populo CPoli, vt narrat *Socrates* III. 26. hist. Incipit: Βασιλεῦ, τὸ μὲν ἐπαινεῖν σε. pag. 63. Etiam hanc primus H. Stephanus vulgauerat, graece, ordine duodecimam; G. Remus cum versione sua tertiam; Petauius in vtraque editione cum noua sua versione duodecimam. In hac

gustodunensis: *Agnoitae ab ignorantia dicti. Hi dicunt, quod Christi Diuinitas ignoret futura de die nouissimo.* Similia *Isidorus* Hisp. VIII. 5. Originum, *Victor Tunnunensis* p. 8. sq. Chronici, *Rabanus Maurus* libr. 2. de institutis Clericorum c. 58. etc.

cc) v. Harduin. p. 387.

hac oratione pag. 67. ſq. exſtat celebris locus de hominibus, per vim atque leges ad certam religionis formulam non cogendis, quem citat *Socrates* III. 25. *Nicephorus* X. 42.

6. Φιλάδελφοι, ἢ περὶ φιλανθρωπίας, *Fratrum amantes*, *ſiue de benignitate* ſ. *humanitate*, de fratrum, Valentiniani ſenioris ac Valentis, concordia et laudibus oratio, poſt Iouiniani mortem dicta menſe Decembri a. C. 364. *dd*) Incipit: ἐδεπώποτε, ὦ βασιλεῦ. p. 71. Primus graece e bibl. regis chriſtianiſſimi cum verſione ſua, ſed ſub falſo *Syneſii* nomine et minus emendate *Federicus Morellus* edidit Pariſ. 1604. 8. Hinc cum noua ſua *Petrus Pantinus* pag. 81. deinde cum Fed. Morelli verſione Petauius in editione Flexienſi quintam decimam, in Pariſienſi decimam ſextam cum verſione Pantini, quam praetulit etiam Harduinus.

7. Περὶ τῶν ἠτυχηκότων, *ad Valentem*, *imp. Procopii*, *tyranni*, *victorem*, *pro his*, *qui per illos tumultus in calamitatem inciderant.* Incipit: Οἶμαί σε θαυμάζειν. pag. 84. Dicta a. C. 367. totaque eo comparata, vt a crudeli vindicta imperatorem retraheret. Locum Salomonis Prouerb. XXI. 1. laudat hoc pacto pag. 89: Ἀλλ' ἐγώ ποτε ὑπησθόμην καὶ τῶν Ἀσσυρίων γραμμάτων *ee*) ταυτὸ τοῦτο κομψευομένων, ὡς ἄρα ὁ νοῦς τοῦ Βασιλέως ἐν τῇ τοῦ θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖται. [?] Καὶ δεῖ τὸν κίνδυνον ὁρᾶν, πηλίκος αὐτῷ πρὸς ἀλλοτρίαν τοῦ θεοῦ πρᾶξιν ὁρμήσαντι, ἐκπεσεῖν τῆς χειρὸς τῆς φυλαττούσης. *Ego vero quam eleganter hoc ipſum Aſſyriorum litteris proditum animaduerti*, Regis animum in manu DEI cuſtodiri. *Vnde ei*, *quantum immineat periculi*, *prouidendum*, *ne ſi ad agendum aliquid*, *quod a Deo ſit alienum*, *feratur*, *cuſtodiente ſe Dei manu excidat.* Hanc orationem primus graece vulgauit H. Stephanus: graece et latine cum verſione ſua G. Remus quartam inter Themiſtii Auguſtales, Petauius ſeptimam in vtraque ſua editione, cum noua interpretatione.

8. Πενταετηρικὸς *Quinquennalis*, quinto anno imperii Valentis, ſiue a. C. 368. Incipit: περὶ φύσεως βασιλικῆς. pag. 101. Primus cum verſione ſua vulgauerat *Petrus Pantinus* pag. 11. et cum eadem verſione *Petauius* *ff*) in Pariſienſi editione A. 1618. numero decimam ſeptimam. Sed Harduinus exhibet emendatam, auctamque e cod. MS. per *Gabrielem Coſſartium.* Sub initium huius orationis Themiſtius laudat philoſophiam, ſeque defendit, τὸ ὄνειδος ἀπωθούμενος τῶν σοφιστῶν, vt loquitur pag. 103 Cetera laudibus imperatoris virtutis ac clementiae dicata ſunt.

9. Προτρεπτικὸς Οὐαλεντινιανῷ νέῳ. *Adhortatoria ad Valentinianum iuniorem*, trium vel quatuor annorum puerum, dicta A. C. 369. [conf. Harduin. not. pag. 438. ſq.] Incipit: ὦ παῖ

dd) Harduin. in indice orationum panegyricarum Chronologico ſcripſit: „a. CCCLXIV. — Iouianus moritur. oratio VI. φιλάδελφοι *ſub finem anni, menſe Decembri:*" contra in notis pag. 417. minus diſtincte curateque notauit, hanc orat. eſſe recitatam *circa* XVII. *Kal. Ianuar.* a. *CCCLXIV.* nam a Kal. Ian. incepit a. 365. Interim nota an. 364. vera eſt. *Harl.*

ee) Non puto eſſe dubitandum, quin per Ἀσσύρια γράμματα ſacri Scriptores hebraei intelligantur, licet in alia omnia abeat Harduinus.

ff) Petauius ſuſpicabatur olim, Themiſtium hac oratione proſequutum eſſe *Theodoſii* quinquennalia. Verum, quum paullo ante obitum cod. msst. ex bibl. *Ambroſiana* Mediolan. ſibi comparaſſet, in quo huic orationi praefigitur titulus; Οὐάλης, ἢ περὶ φύσεως βασιλικῆς· ἐῤῥήθη ἐπὶ τῆς πενταετηρίδος ἐν Μαρκιανουπόλει· nam Marcianopoli illo a. 368. Valens bello Gothico fuit implicitus, Petauium igitur ex eo niſi recudendi operis ſui conſilium mors praecidiſſet, emendaturum fuiſſe coniecturam ſuam *Harduin.* in notis pag. 433. animaduertit. *Harl.*

ὦ παῖ δυοῖν ἀηττήτων πατέρων· pag. 120. Primus ediderat H. Stephanus graece, vndecimam ordine: hinc vtraque lingua G. *Remus* fextam', *Petauius* cum noua verſione, in vtraque editione ſua vndecimam. Themiſtio inſtitutionem huius principis commiſſam, patet ex pag. 124. συμπαιδαγωγήσετι δέ σε ἐμοὶ Πλάτων ὁ κλεινὸς καὶ ὁ θεσπέσιος Ἀριστοτέλης, εἰ καὶ τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον ἐπαιδαγώγησαν.

10. Ἐπὶ τῆς εἰρήνης, *de pace Gothis data*, orat. habita CPoli in ſenatu ad Valentem, imp. a. C. 370. Incipit: ᾤμην ἐγώ σοι κατακορής· pag. 129. Hanc quoque orationem, in cuius exordio ait, imperatorem a ſe velut annuum tributum, anniuerſariarum orationum penſationem flagitare, primus ediderat graece *H. Stephanus* ordine decimam: graece et latine quintam inter Auguſtales *G. Remus*; *Petauius* in vtraque editione cum noua verſione ſua decimam. Meminit Themiſtius pag. 133. ſuorum περὶ φιλανθρωπίας λόγων, quibus imperatori difficulter quidem, at perſuaſerit tamen, vt pacem praeferret bello.

[?] 11. Δεκετηρικὸς, *Decennalis*, quinto anno imperii Valentis, a. C. 373. περὶ τῶν πρεπόντων λόγων τῷ Βασιλεῖ· Incipit: ἆρα ὥσπερ στέφανοι· pag. 141. Primus edidit Harduinus ex apographo et cum verſione Petauii. In hac quoque orat. pag. 147. locum Prouerb. XXI. 1. laudat his verbis: ἄλλα τε ἠγάσθην πολλάκις τῶν Ἀσσυρίων γραμμάτων· ἀτὰρ οὖν καὶ τοῦτο θαυμαστῶς ἄγαμαι καὶ ἐπαινῶ· λέγει γάρ που ἐκεῖνα τὰ γράμματα, τὴν τοῦ βασιλέως καρδίαν τῇ τοῦ Θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖσθαι.

12. *De religionibus*, ad Valentem, imp. oratio dicta non, vt Harduino videtur, a. C. 374. ſed potius 364. vel 365. haud diu poſtquam habenas imperii Valens ſuſcepiſſet, vt colligas ex p. 155. C. Prodiit latine ex verſione *Andreae Dudithii* ad calcem ſex orationum Auguſtalium, a G. Remo illuſtratarum, qui graeca reperire ſe potuiſſe negat. Neque Petauius poſtea reperit [gg]), nec Harduinus: Petauius vero edit. priore num. XVII. poſteriore num. XX. ex ingenio ſuo graecam tantiſper verſionem ſuam ſubſtituit, inſertis paſſim, quae in orat. V. ſiue Conſulari ad Iouianum, iisdem verbis Themiſtius dixerat, laudans imperatoris edictum, quo liberum reliquit ſuo quemque iudicio in colenda religione vti. At ab hac ſententia longe poſtea Valens diſceſſit, Arianorum ita fautor ac patronus, vt Catholicos grauiter etiam perſequeretur. Alter vero Themiſtii λόγος προσφωνητικὸς, quo ab illa etiam perſequutione *Socrates* IV. 32. et *Sozomenus* VI. 36. [hh]) Valentem ſcribunt reuocatum eſſe,

gg) In Hallenſium noua Bibliotheca, germanice edita, ſect XXXIX. pag. 733. emendandum, 1) quod Andream Guditorium adpellat, qui eſt Andreas Dudithius. 2) quod Harduinus orationem illam in Themiſtio ſuo omiſerit et Plinio ſuo inſeruerit. 3) quod editionem ſilentio Harduinus obliterauerit.

hh) Vt de argumento illius orationis conſtet, verba *Sozomeni*, vt a Caſſiodoro in hiſt. tripartita VIII. 12. ſunt latine expreſſa, adſcribam: *Interea Valens, in Antiochia Syriae degens, Conſubſtantialitatis cultores vehementer fuiſſet perſequutus niſi eum liber* (λόγος) *Themiſtii, philoſophi, reuocaſſet, in quo perorauerat, eum eſſe non oportere crudelem propter diſcordiam eccleſiaſticorum dogmatum: quando etiam apud Paganos plus quam trecentarum ſectarum differentia videretur, et vnusquisque pro dogmate proprio in ſententia diuerſa conſiſteret. Et forte hoc Deo gratum magis eſſet, dum non facile cognoſcitur, et diuerſo modo glorificatur, vt vnusquisque amplius timeat, dum integritatem eius ſcientiae, vel quomodo aut qualis quantusque ſit, magis ignorat. His ergo Themiſtii ratiocinationibus aliquanto mitior factus eſt imperator.*

esse, intercidit, vt recte *Baronius* ad a. C. 374. num. IX. [?] falliturque Pagius, qui hanc a Dudithio versam a Socrate innui putauit. Fallitur etiam in eo, quod illam post Baronii mortem demum a Dudithio editam adfirmat. Multis enim ante Baronium annis diem Dudithius obiit.

13. Ἐρωτικὸς ἢ περὶ κάλλους βασιλικοῦ, *Amatoria*, siue de pulchritudine imp. Gratiani, dicta Romae a. C. 377. Hanc primus edidit Harduinus ex apographo Petauii, cum eiusdem et, (quod attinet ad extremam partem,) Gabr. Cossartii versione. Incipit: Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκου. p. 161.

14. Πρεσβευτικὸς, dictus in legatione ad Theodosium, imperii collegam a Gratiano adscitum, a. C. 379. Incipit: Τέως μὲν ὦ θεοειδέστατε· pag. 180. Primus ediderat *Petrus Pantinus* pag. 104. cum versione sua, quam Gabriel Cossartius emendauit. Exstat et in editione Petauiana vtraque, num. XVIII.

15. Τίς ἡ βασιλικωτάτη τῶν ἀρετῶν, ad Theodosium de iustitia et beneficentia, dignissima principe virtute. Incipit: ἆρα εἴ τις Ὁμήρῳ τῷ γενναίῳ. p. 184. dicta a. C. 381. tertio Theodosii anno, vt diserte meminit pag. 591. Primus edidit Harduinus ex apographo Petauiano, cum eiusdem versione.

16. Χαριστήριος τῷ Αὐτοκράτορι ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, καὶ τῆς ὑπατείας τοῦ στρατηγοῦ Σατορνίνου. *Gratiarum actio ad Theodosium M. de pace* a. C. 382. cum Athanarico, Gothorum rege, facta, et de consulatu, quem in annum proximum 383. quo Quinquennalia Theodosius celebrauit, contulit in Magistrum militum, Saturninum. Incipit: Πολλάκις ἐβουλευσάμην κατ' ἐμαυτόν. pag. 199. Etiam hanc primus ex Petauii apographo vna cum eius versione vulgauit Harduinus: [quem vid. p. 473.] Exstat et MS. in bibl. Caesarea, ex quo codice eam publicare constituerat *Lambecius* in supplemento Corporis historiae byzantinae. Vide illum lib. V. de bibl. Vindob. p. 14. Laudauit etiam *Valesius* ad Sozomenum VII. 6.

17. Ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τῆς πολιαρχίας. *Ad Theodosium*, cum *praefectus Vrbis* CPol. ab eo creatus est Kal. Sept. a. 384. Incipit: Ἐπανήγαγεν αὖθις διὰ μακροῦ χρόνου τὴν φιλοσοφίαν. pag. 213. Primus et hanc Harduinus e Petauii apographo edidit, addita latina *Gabrielis Cossartii* versione. [v. plura apud Harduin. pag. 479. sq]

18. Περὶ τῆς φιληκοΐας τοῦ βασιλέως. *De imp. Theodosii* (a quo ad dicendum inuitatus fuerat,) *audiendi cupiditate*, ceterisque [?] virtutibus. Incipit: ἆρα ὅστις εὐδόκιμος εἶναι ἐσπουδάκει· pag. 216. Habita anno imperii Theodosiani sexto, hoc est A. C. 384. vt diserte tradit pag. 217. D. Primus ediderat graece *Aldus* inter orationes octo Themistii sextam, vna cum commentariis eius in Aristotelem. Venet. 1534. fol. Latine vertit illas octo orationes *Hieron. Donzellinus*, Basil. 1559. Est etiam sexta in graeca H. Stephani et vtraque graecolatina Petauii editione, qui nouam versionem suam adiunxit, ab Harduino quoque seruatam.

19. Ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ αὐτοκράτορος Θεοδοσίου. *De Clementia imp. Theodosii* oratio dicta in senatu. Incipit: Λυκοῦργον τὸν Σπαρτιάτην· pag. 225. Est haec quinta in graecis

cis Aldi et H. Stephani, latina Donzellini, et graecolatinis Petauii editionibus, qui post Donzellinum melius vertit. *Baronius* eam refert ad a. C. 388. atque ad veniam, quam Theodosius dedit illo tempore Antiochenis tumultuantibus. *Petauius* et *Harduinus* ad a. 385. quorum notas, si placet, consule. Etiam in hac oratione pag. 229. laudat Themistius dictum Prouerb. XXI. 1. πεπίστευκε γὰρ εὖ ποιῶν (ὁ Θεοδόσιος) τῷ Ἀσσυρίῳ, ὅς τὴν καρδίαν τοῦ βασιλέως λέγει, εὖ λέγων, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖσθαι.

20 Εἰς τὸν αὐτοῦ πατέρα, *in patris sui, Eugenii, obitum.* Incipit: Θρήνους μὲν δὴ ᾄδειν καὶ ὀδυρμούς pag. 233. Haec secunda est in Aldi et Henrici Stephani graecis editionibus, atque in latina Donzellini, et in Petauii, qui noua versione donauit, graecolatinis.

21. Βασανιστὴς ii) ἢ φιλόσοφος. *Explorator siue philosophus*, apologiam pro se studiisque suis continens, quod philosophi partes, non sophistae impleuerit. Incipit: ἄνδρες ὅσοι συνελέγητε. Haec in Aldi ceterisque editionibus, quas iam memoraui, prima est ac familiam ducit, latineque versa est post Donzellinum a Petauio.

[P] 22. Περὶ φιλίας, insignis oratio *de amicitia* siue amico deligendo colendoque, et ab adulatore distinguendo. Incipit: τί δή ποτε ὦ μακάριοι. p. 264. Haec in Aldi, H. Stephani, Donzellini, et qui post hunc transtulit Petauii editionibus tertium locum occupat, sed in calce mutila est. [Est in *Patusae* encyclop. philolog. vol. III. pag. 354.] Exstat MSta, (nescio an integrior,) Venetiis in biblioth. S. Marci, teste *Montfaucono* in Diario Italico pag. 24.

23. Σοφιστής, *apologia*, *qua*, *sophistae characteribus*, *quales in Sophista describit Plato*, *a se remotis*, *sophistam se esse negat*, atque genuinorum vestigia philosophorum studiose ac diligenter sectatum se demonstrat. [Habita est orat. post a. 378. Theodosio imperante. vid. Harduin. pag. 517.] Incipit: ἆρα οἴεσθέ με, ὦ ἄνδρες. p. 282. Haec quarta est in editionibus Aldina, Stephani, Donzellini, et, qui post Donzellinum vertit, Petauii.

24. Προτρεπτικὸς Νικομηδεῦσιν εἰς φιλοσοφίαν, *adhortatoria*, *ad philosophiam cum eloquentia coniungendam*, Nicomediae habita. Incipit: ἀλλὰ καὶ Προδίκου ποτὲ καὶ Γοργίου. pag. 300. In Aldina nec non H. Stephani, Donzellini, et, qui post eum latine interpretatus est, Petauii editionibus septimum locum occupat.

25. Πρὸς τὸν ἀξιώσαντα λέγειν ἐκ τοῦ παραχρῆμα. *Ad eum*, *a quo erat*, *vt ex tempore diceret*, *rogatus.* Incipit: ἀλλ' εἰ καὶ σφόδρα ἦν σοφὸς ὁ Φειδίας. pag. 309. Haec vltima est ex illis, quas Aldus graece edidit, octaua etiam in graeca H. Stephani, Donzellini

ii) *Ludouicus Cresollius* in theatro rhetorum parte I. c. 3. putat, Themistium in animo habuisse, atque titulo orationis huius expressisse locum *Clementis Alex.* 1. Strom. pag. 291. ὁ δὲ πρὸς τὸν βίον ἀναφέρων ἕκαστα τὸν ὀρθὸν, ἔκ τε τῶν Ἑλληνικῶν καὶ τῶν Βαρβαρικῶν, ὑποδείγματα κομίζων, πολύπειρος οὗτος τῆς ἀληθείας ἰχνευτής, καὶ τῷ ὄντι πολύμητις δίκην τῆς ΒΑΣΑ'ΝΟΥ λίθου. Ἡδ' ἐστὶ Λυδὴ, διακρίνειν πεπιστευμένη τὸ νόθον ἀπὸ τοῦ ἰθαγενοῦς χρυσίου, καὶ ἱκανὸς ὢν χωρίζειν ὁ πολυΐδρις ἡμῶν καὶ γνωστικὸς, ΣΟΦΙΣΤΙΚΗ'Ν μὲν ΦΙΛΟΣΟ'ΦΟΥ, κομμωτικὴν δὲ γυμναστικῆς etc. Res pulcre conuenit, licet non sit ita Clementi singularis, vt ad eius verba respexisse Themistium vel necesse sit vel verisimile.

lini latina, et graecolatina vtraque Petauii, qui post Donzellinum latine vertit. [Est quoque in *H. Stephani* epistolis etc. 1577. 8.]

26. ὑπὲρ τοῦ λέγειν, ἢ πῶς τῷ φιλοσόφῳ λεκτέον. *Quomodo dicere debeat philosophus*, vel: *non solum sophistis, sed philosopho etiam publice in auditorum corona verba facere licere.* Incipit: Οὐ δήπου με τὰ θέατρα οὕτως ἀγαπᾷν ἠγᾶσθε, p. 312. Primus edidit vna cum προθεωρίᾳ, siue prologo, [orat. ex cod. Fed. Morelli, inter Demosthenis et Synesii scripta collocatam,] vertitque Petauius decimam sextam in editione Flexiensi Ao. 1613. 8. deinde cum noua versione sua Petrus Pantinus, Lugd. Bat. 1614. 8. pag. 45. Habes et in altera Petauiana editione, decimam quintam. Petauii, non Pantini versionem Harduinus praetulit.

27. Περὶ τοῦ μηδὲν τοῖς τόποις, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσι προσέχειν· *Non loca, sed homines debere adtendi.* Incipit: τί ποτε ἄρα τὰς μὲν ἄλλας τέχνας. pag. 331. Primus ediderat insignem hanc maximoque artificio elaboratam orationem cum versione sua Pantinus pag. 11. Hinc in posteriore editione [P] Petauius vndeuigesimam, seruata Pantini interpretatione, quae ab Harduino quoque recudenda data est, expressit.

28. Ἡ ἐπὶ τῷ λόγῳ διάλεξις. *Dissertatio de oratione rhetoris ac philosophi, aduersus quorumdam austerorum philosophorum nimiam in laudando parsimoniam.* Incipit: τοκεῦσι δὲ οὐχ οἱ φιλόσοφοι μόνον. pag. 341. Primus hanc cum Petauii versione ex eiusdem apographo vulgauit Harduinus. Themistii διαλέξεις Suidas memorat.

29. Πρὸς τοὺς οὐκ ὀρθῶς ἐξηγουμένους τὸν σοφιστήν. *Ad eos, qui orationem XXIII. male interpretati erant, ac sinistre acceperant.* Incipit: ὡς σχετλία γε καὶ ἄτοπος. p. 343. Etiam hanc Petauius e MS. cod. descripsit et latine vertit, Harduinus primus edidit.

30. Θέσις, εἰ γεωργητέον. Thesis, *vtrum agriculturae danda sit opera*, siue *agriculturae laus.* Incipit: Ἡσίοδος ὁ Ἀσκραῖος. pag. 348. Hanc quoque cum Petauii versione primus Harduinus vulgauit.

31. Περὶ προεδρίας εἰς τὴν σύγκλητον, *de suis praerogatiua in Senatu*, quam sapientiae deberi non dubitat. Incipit: πολλάκις ὑμῖν, ὦ πατέρες συγγεγραμμένοι pag. 352. Dicta CPoli in senatu circa a. C. 387. vt colligo ex eo, quod sub initium statim ait, se quadraginta fere annos exegisse legationibus atque aliis pro rep. functionibus. Nam vt supra notatum est, a. 347. primum adfatus est imperatorem Constantium. Etiam hanc, antea ineditam, ex apographo Petauii cum eiusdem versione publicauit Harduinus.

32. Μετριοπαθὴς ἢ φιλότεκνος, *Moderate adfectus, siue liberorum amans.* Incipit: ὠδῖνες καὶ τόκοι ἀνθρώπων. pag. 355. Hanc quoque ad editionem parauerat Petauius et latine verterat. Harduinus primus in lucem produxit, monumentum insigne ad explodendam rigidam atque austeram ἀπάθειαν Stoicorum. Citatur a Stobaeo in florilegio sermon. 1. 12. 44. 81.

33. Περὶ τῶν ὀνομάτων τοῦ Βασιλέως καὶ τοῦ ὑπάτου· *De nominibus imperatoris et consulis, quinam digni illis sint.* Incipit: Ἀριστόξενος ὁ Μουσικός. pag. 364. 367. Huius orationis tantum

tum exordium aetatem tulit, quod ex Petauii apographo primus Harduinus non modo vulgauit, sed etiam latine interpretatus est.

[?] IV. *Codd. mssti atque editiones Orationum Themistii.*

[*Codices mssti. Florentiae* in bibl. Medic. cod. V. nr. 4. et 5. plut. LX. *Themistii explorator, et or. in patris sui obitum.* (v. *Bandin.* II. col. 589. seqq) — Eaedem oratt. sunt in cod. *Veneto* Marciano 251. (cat. codd. gr. pag. 126.) et posterior in cod. CCCCXXII. (cat. pag. 205.) — in cod. CCCCXXXVI. (cat. pag. 213.) *adhortatoria ad philosophiam.* — in cod. 513. (cat. pag. 277.) oratt. *de amicitia; sophista; de clementia imp. Theodosii; de imper. Theod. audiendi cupiditate; adhortatoria ad philosophiam; ad eum, a quo erat, vt ex tempore diceret, rogatus.* — *Mediolanensem*, quo vsus est Petauius, supra memorauimus. — *Parisiis* in bibl. publica, oratt. *de iis, qui sub Valente occubuerunt*, tum *de pace* et *adhortatoria ad Valentinianum iuniorem*, it. *in laudem Constantini, imperat.* in codd. MDCLIII. MMLXXIX et MMCMLX. — Ὑπατικὴ *ad Iouianum*, in codd. MDCLIII. MMDCCCCLX. MMDCCCCLXVII. — *gratulatoria ad imperatorem*, in codice MDCLIII. — *philosopho publice verba facere licere*, in codd. MMX. et MMDCCCCXCVIII. — *de dicendo ex tempore* in cod. MMXVIII. — *in patris obitum* in cod. MMMXXXV. — In cod. *Coislniano* CCCXXIII. (teste *Montfaucon* in Coislin. bibl. pag. 445.) quaedam Themistii orationes quarum prima mutila est, et incipit a verbis: — συνίασιν ὄτε ἀλλήλων, εἰς ἀνθρώπους etc. tum πρεσβευτικὸς ὑπὲρ κωνσταντίου; — or. *Constantii*, imp. ad senatum pro Themistio; — thesis, εἰ γεωργητέον; — hypaticus in Iouianum, imp. — προτρεπτικὸς Valentiniano iuniori; — super pace Valenti; — πρεσβευτικὸς εἰς Θεοδόσιον· — ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τῆς πολιαρχίας· — de humanitate Theodosii, imp. dicta in senatu; — Μετριοπαθὴς, ἢ φιλότεκνος· — εἰς Θεοδόσιον τίς ἡ βασιλικωτάτη τῶν ἀρετῶν; — In bibl. *Escorial.* Themistii explorator siue philosophus, teste *Pliiero*, in itinerar. per Hisp. pag. 191. — Inter *Heidelbergenses* quondam codd. nr. CCCIV. in Sylburgii cat. *Themistii* oratt. sex. — In bibl. electorali *Monach.* cod. CXXIX. Them. βασανιστὴς s. philosophus; — in codice CLXXIV. Them. or. 9. 10. 11. 12. 13. 14. (catal. pag. 54. et 67.) — In bibl. *Augustana* Vindel. Themistii Basanistes s. philosophus et oratio in patrem; (v. *Reiseri* catal. pag. 81.)

In biblioth. caesarea *Vindobonensi*, cod. XI. nr. 3. or. gratiarum actio ad Theodos. M. de pace, quam Nesselius in cat. codd. part. I. 40. et *Lambec.* qui in vol. V. commmentariorum col. 34. sqq. copiosus est de illa, ineditam habuerunt, sed ea est in edit. Harduini oratio XVI. — *Oxonii* inter codd. *Barocc.* nr. LVIII. or. in laudem Constantini (Constantii) principio et fine mutilata: quam quidem confector catal. codd. Angliae et Hiberniae p. 7. ex stili similitudine colligit, esse Themistii. — inter codd. *Bodleianos* n. MMMDLXI. Them. βασανιστὴς s. philosophus. *Harl.*]

Victor Trincauellus, medicus, ex officina heredum Aldi Manutii *orationes octo* Themistii vulgauit *graece* Venet. 1534. fol. vna cum eius commentariis in Aristotelem, et quibusdam Alex. Aphrodisei kk), *quem*, inquit, *ille saepissime sectatur et imitatur*. Orationes illae sunt in

kk) *Aphrodisei* scripta Themistio addita sunt: libri IV. c. 28. [vol. V. p. 660. sq.] Antonius vero *de anima libri duo et vnus de fato*, de quibus dixi Zimara perperam putauit, Themistium in sua Aristotelis

in editione Harduini XXI. XX. XXII. XXIII. XIX. XVIII. XXIV. XXV. Opus dicatum Caſpari Contareno, ſenatori Veneto. *Fabr.* In bibl. *Leidenſi* ſunt duo exempla, quibus quaedam ſunt adſcripta. v. catal. bibl. Leidenſ. pag. 154. *Harl.*

Latine has *octo orationes* vertit et Huldrico Fuggero, Kirchbergae et Weiſſenhorni comiti, dedicauit *Hieron. Donzellinus*, philoſophus ac medicus Brixianus, Baſil. 1559. 8. praemiſſis ante ſingulas argumentis.

Henricus Stephanus, eiusdem Fuggeri typographus, praeter illas octo orationes, emendatius excuſas, alias etiam *graecas ſex*, ante non excuſas, vulgauit Pariſ. 1562 8. ſuntque illae in editione Harduini VII. X. IX. V. IV. II.

Easdem ſex orationes ll) *Georgius Remus* cum *latina* verſione ſua et notis iterum prelo ſubiecit Ambergae in Palatinatu, 1605. 4. inſcripſitque *orationes ſex Auguſtales*, quoniam habitae ſunt ad Auguſtos ſiue imperatores, Conſtantium, Iouianum, Valentem et Valentinianum. Adiunxit quoque latine ex *Andreae Dudithii* verſione orationem ad Valentem, quae in Harduini editione eſt XII. et graece a Themiſtio ſcripta reperiri ab eo tempore non potuit, licet Petauius eam ex latino graece iterum conuertiſſet. Eaedem ſub titulo *diſſertationum Themiſtii Euphradae politicarum* recuſae Francof. 1614. 4. [v. *Hamberg.* Z. N. II. pag. 842.]

Dionyſius Petauius S. I. Flexiae 1613. 8. graece cum verſione ſua notisque, praeter quindecim hactenus memoratas orationes, publicauit [¶] alias duas, quae in Harduini editione ſunt VI et XXVI. Ex his priorem iam antea, ſed Syneſio perperam tributam, *Fed. Morellus* graece et latine Pariſ. 1604. 8. ediderat.

Anno proximo 1614. Lugduni Batauorum 8. vir quidam eruditus (*Daniel Heinſius* vt ſuſpicor) cum notis ſuis et *Petri Pantini* verſione in lucem extulit praeter Conſtantii, imp. epiſtolam, qua Themiſtium commendat, Themiſtii orationes quinque, quae nempe in Harduini editione ſunt VIII. XXVI. VI. XIV et XXVII. Ex his tertiam Morellus iam et Petauius, ſecundam Petauius, ſed minus integram, ediderat.

Ab eo tempore idem *Petauius* Pariſ. 1618. mm) 4. alteram ſuam editionem orationum Themiſtii vndeuiginti emiſit, verſione et notis amplioribus doctiſſimisque illuſtratam, in qua ſuperiores omnes continentur, nouae nullae acceſſere. Dicatum opus Ludouico XIII. Galliae regi chriſtianiſſimo.

Denique

ſtotelis paraphraſi abbreuiatorem Aphrodiſei agere, nam ab eo ſaepius diſſentit, vt a Themiſtio etiam, nominatim adpellato Auerroës. Porro fallitur Petrus Baelius, qui in Nouellis reip. litterariae Decembr. Ao. 1684. pag. 443. ſcribit, H. Stephanum primum fuiſſe, qui orationes aliquas Themiſtii publicauerit.

ll) Ceteras quoque Themiſtii orationes, a ſe illuſtratas, editurum ſe ſcripſit *Remus* in epiſtola ad Io. Kirchmannum, data Norimb. 3. Non. Sept. 1605. poſt Gudianas pag. 212. *Thomas* quoque *Segetus*, teſte Laur. Pignorio in Symbolis epiſtolicis, p. 77. coeperat interpretem agere orationum Themiſtii, quas contubernalis Segeti, Io. Vincentius Pinellus, manuſcriptas in vetere codice apud ſe habeat, et illas quidem plures, quam Donzellinus vertiſſet.

mm) Male 1628. excuſum in Actis Erud. A. 1685. p. 462.

Denique *Iohannes Harduinus* S. I. Parif. 1684. fol. impellente Io. Garnerio, luculentam illam et locupletiffimam dedit, quam fupra recenfui, editionem orationum Themiftii XXXIII., in qua Petauiana pofterior integra, (exceptis paucis Petauii [nn]) notis,) exhibetur et praeterea accedunt a Petauio ad editionem deftinatae orationes antea ineditae XIII. vndecim quidem cum Petauii, vnica vero cum Gabr. Coffartii et poftrema cum Harduini verfione, vniuerfae autem cum praeclaris eiusdem Harduini editoris notis. Tredecim illae orationes, recens additae, funt I. III. XI. XIII. XV. XVI. XVII. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. Opus pulcherrimum Harduinus dicauit Carolo Sancta-Mauro, duci Montauferio. Laudant *Graeuius* ad Ciceronis Laelium cap. 15. et *Rich. Simon* lib. I. nouae bibl. felectae cap. XI. [adde acta erud. Lipf. 1685. pag. 460. fqq.]

[*] V. *Index Scriptorum et aliorum virorum celebrium in orationibus Themiftii laudatorum. Ad paginas editionis Harduinianae.*

Aeaci preces pro pluuia pag. 212.
Aegyptius adolefcens componendae tragoediae vel epici carminis aut dithyrambici peritus 347. lacunam ibi *Cotelerius* III. monument. pag. 580. ita fupplet: ἐπὶ τῷ λόγῳ, ὃ εἴσω κάππεσε, καὶ ὁλοκλήρε ἐκ ἐξικνεῖται. *De illa oratione, in quam deuenit, et integram non permeat.*
Aefchylus 52. ὑπὲρ Αἰσχύλε πυνθάνῃ ἡ τοία νῆσος Σιμωνίδε τε μελοποιε. 259. in tragoedia inuenit τὸν τρίτον ὑποκριτὴν καὶ ὀκρίβαντας, *tertium actorem et pulpitum.* 316.
Aefopus μυθοποιὸς 208. eius ἅμιλλα πειθες καὶ βίας. Ibid. afinus leonina pelle indutus 245. duae manticae 262. vulpecula 174. 278. Indus dealbandus 359. lutum, ex quo hominem finxit Prometheus, maceratum lacrymis. Ibid.
Agathonis Ἐπινίκια. 161.
Alcibiades, Socratis difcipulus. 348.
Alexandri M. dictum, in amicis thefauros fe habere. 203.
Aminocles, nauium apud Corinthios fabricator. 316.
Amorphus, Siculus, comoediae cum Epicharmo repertor. 337.
Amphilytus, vates. ἀριδηλότερον τὰ γράμματα ἐξηγέμενος Βάκιδός τε καὶ Ἀμφιλύκε (leg. Ἀμφιλύτε) 26. ἡ Βάκιδος ἡ μαντεία δεῖσθαι καὶ Ἀμφιλύτε. 46. 235.
Amphionis mufica. 137.
Anacharfis, Scytha. 334.

nn) *Petauianas,* inquit Harduinus in praef. *primum fuo quasque loco repofuimus, et intactas illas quidem, fi paucas exceperis, quae nihil aliud praeter coniecturas continerent Variarum Lectionum, quas deinde animaduertimus ex codd. MSS. in ipfo contextu ab eodem Petauio fuiffe iam emendatas.* Vitio tamen datum Harduino eft, quod omiferit infignem emendationem loci Pliniani lib. XI. hift. fect. 16. *vt pars cerae videatur,* pro *pafcere videatur,* quae exftat in editione Themiftii Flexienfi, atque emendationem illam fibi in Plinio tribuerit. Sed *Harduinus* in notis ad Plinium tom. 2. p. 614. locum illum ex Ariftotelis V. 19. de animalibus, quem Plinius ante oculos habuit, confirmat, et in curis fecundis pag. 656. non diffitetur, Petauio eam prius in mentem veniffe. *Exftat,* inquit, *haec Petauii animaduerfio in altera Themiftianarum orationum editione, eademque cafu, nefcio quo, excidit in poftrema quae fuperiore anno accurantibus nobis in lucem prodiit.*

Anacreon. 170.

Δικαιότερος Ἀναξαγόρου. 30. Anaxagoras, Clazomenius, νοῦν καὶ Θεὸν πρῶτος ἐπαγαγόμενος τῇ κοσμοποιΐᾳ καὶ ὁ πάντα ἀνάψας τῆς φύσεως τῶν σωμάτων. 317. Anaxagorae ἀδολεσχία. 329. Periclem et Aspasiam docuit. 329.

Anaximander, Praxiadis F. 317. πρῶτος, ὧν ἴσμεν, Ἑλλήνων λόγον ἐξήνεγκε περὶ φύσεως συγγεγραμμένον Ibid.

[P] Antimoerus, Myndaeus, Protagorae discipulus. 347.

Antiochus, philosophus. 195.

Antipater (Stoicus). 31.

Antiphon, rhetor. 329.

Anytus 326. Socratis calumniator, ab Heracleotis lapidibus obrutus. 279.

Apelles, pictor. 316.

Apollonium, Tyanensem, ὁ ἀδελφοκτόνος (Domitianus) εἶργε, carcere inclusit. 72.

Archelaus, Socratis magister. 162. 316.

Archytas, Tarentinus, remp. gessit. 215.

Ἀρεοπαγίτου σιωπηλότερος. 263.

Ἀργανθωνίου oo) μακροβιώτερος. 38.

Aristidis ἔγγονοι. 330. intelligit Aristidem, rhetorem, eiusque ἐγγόνους notat sophistas, cui philosophos Platonis ἐγγόνους opponit.

Aristippus, Cyrenaicus. 293.

Aristippus, μητροδίδακτος. 244. Aristippi, Socratici, τοῦ πάνυ, θυγατριδοῦς. 244.

Aristo, philosophus 195. Stoicus vnus Cleanthis discipulus, alter e Lyceo. 255.

Aristonis F. 62. Plato. 353.

Aristoteles 60. 84. 93. 106 107. 107. 124. 126. 130. 153. 185. 225. 232. 255. 258. 259. 286. 291. 293. 298. 316. 319 320. 325. 353. 354. 358. seq. vbi dogmatum eius laus.

Nicomachi F. 31. eius obscura pater Eugenius, Themistio exposuit, docuitque, cum Platone facile Aristotelem conciliari. 235. 236. ῥῆσις ἀπὸ Σταγείρων. 31. 337.

στέφανον ὃν ἐγὼ ἐπλεξάμην ἄνθη ἀκήρατα συλλεξάμενος ἐκ τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λειμώνων. 54. ὃν προσταξάμην βίου τε καὶ σοφίας. 26.

Aristotelis dialogus Corinthius de agricola Corinthio, qui post lectum Platonis Gorgiam se Platoni in disciplinam dedit. 295.

Alexandri encomium, ab Aristotele compositum. 45.

Aristotelis dialectica. 247. organum. 320.

[P] Insectatores Aristotelis, Cephisodorus, Eubulides, Timaeus, Dicaearchus. 285.

ὁ Ἀριστοτέλους προσποιούμενος εἶναι προφήτης. 290.

Aristoxenus, musicus, θηλυνομένην ἤδη τὴν μουσικὴν ἐπειρᾶτο ἀναῤῥωννύναι 364. vulgi iudicium contemsit. ibid.

Arrianus a libris ad remp. gerendam excitatus per Hadrianum et Antoninos 215.

Arius, philosophus, apud Augustum, imp. gratiosus. 63. 108. 130. 145. 173.

Aspasia.

oo) De hoc Arganthonio, Tartessiorum rege, *Lindenbrogius* ad Censorin. pag. 120. Ac fallitur *Tassinus*, qui (tom. 8. thesauri antiquitatt. Rom. Graeuiani p. 475.) negat, Herodotum Arganthonii meminisse. Vide eum lib. 1. c. 163.

Aspasia. 329.
Ἀσσυρίων γράμματα (locus Salomonis Prou. XXI. *Cor regis in manu Dei*) 89. 147. 229.
Ἀσσύριον καὶ ἐκ Λιβάνε. 301.
Autolyci furta τὰ φώρια (qui Homeri poesin compilauit) 251.
Axiothea, mulier philosopha. 295. Platonem audiuit. Ibid.
Bacis, vates, supra in Amphilyto.
Bias, philosophus, remp. gessit. 215.
Bibulus, (Βίβος graecus cod.) philosophus et senator. 215.
Brachmanes ὃ προσήσονταί σε ἄνω πρὸς ἑαυτὲς, ἀλλὰ καταστράψεσι καὶ καταβροντήσεσιν. 337. Confer Philostratum in vita Apollonii lib. 2. c. 3. et lib. 3. c. 13. et quae notaui in Bibliographia Antiquaria cap. 21. §. 12. de puluere nitrato, veteribus haud ignoto.
Callias. 347. 294.
Κατὰ τὸν Καλλικλέες σιεσιδισμόν. 265. (apud Platonem in Gorgia) mentio eiusdem. 328.
Callisthenes, philosophus. Alexandri aduersus eum crudelitas. 94. 129. seq. 176.
Carneadis dictum. 330.
Cato, infra, in Scipione.
Celsus, Sicyonius, ὃν ἐγὼ φαίην ἂν ἀτρεκέστατά τε καὶ ἀδολώτατα τῶν γε ἐπ' ἐμε Ἑλλήνων ἀντειλῆφθαι φιλοσοφίας. 295. infra, Chalcidensis.
Cephisodorus, Aristotelis insectator. 285.
Chalcidensis senis auditor Celsus Sicyonius 295. Iamblichi.
Charondas, Thurius. 31.
Chiron, sapiens. 257.
οἱ Χέοπος νόμοι καὶ οἱ Καμβύσε μόγις τοῖς θεμένοις αὐτὲς συνδιήρκεσαν. 68.
Chrysippus. 27. 31. 60.
[¶] reprehensum Chrysippi dictum, ταυτὸν δύνασθαι ἀνδρὶ σπεδαίῳ μίαν ἡμέραν, μᾶλλον δὲ μίαν ὥραν πολλοῖς ἐνιαυτοῖς. 101. 102.
Cineas. 140.
Cleanthes. 27. 60. 255. 358.
Clisthenis leges. 287.
Cleobulus, philosophus, remp. gessit. 215.
Cliniae F. 175. Alcibiades.
Comici dictum, quo Agoracriti alicuius vel Hyperboli aut Demadis insolentiam pulsauit: ὁ χθὲς μὲν ἐδεὶς, αὔριον δ' ὑπέρμεγας. 206. μάγειρος ὁ Κωμωδικὸς Καρίων. καὶ λέγει τις ὀρθῶς τῶν τε γέλωτος ποιητῶν, ὅτι μηδὲν ἐστιν ἀγαθὸν ἐν τῷ βίῳ φυόμενον, ὥσπερ δένδρον, ἐκ ῥίζης μιᾶς, ἀεὶ δὲ αὐτῷ προσπέφυκε καὶ κακόν. 267.
Comoedia inuenta a Siculis, ab Atticis exculta. 337. ἔπος ἐκ τῆς Κωμωδίας. ἕτος μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται, ὅταν δ' ἀνοίξῃ (ἐχὶ τὴν θύραν ἀλλὰ τὴν ψυχὴν) τρισάθλιος. 357.
Corax, rhetor. 328.
Corinna, Boeotia. 334.
Crantor, a Cratete arcessitus. 255.
Critias. 328.

Crito. 288.

Daedali opera. 296. 316. 342.

Demosthenis δίκαι. 229. Δημοσθένειος τόνος. 336. ῥήτωρ ὁ παιανιεύς. 60. alius Demosthenes, Alciphronis F. 138.

Dio, Hipparini F. 175. ἑταῖρος ὢν Πλάτωνος καὶ ἀκουστής. 37.

Dio, χρυσοῦς τὴν γλῶτταν, carus Traiano, imp. 63. 145. Bithynus. 173.

Diocles, medicus. 238. alius Diocles, grassator, ὁ λωποδύτης. 330.

Diodorus Cronus, infra, in Philone.

Diogenes, Sinopensis. 30.

Dionysii, tyranni, tragoediae. 126.

Diotima. ὅσα κατέλεξεν ὁ Σωκράτης ἡμῖν καὶ Διοτίμα. 165.

Draconis leges. 287.

Empedocles. τοὺς θεσμοὺς ἐξηγεῖται οὐ φαυλότερον Ἐμπεδοκλέους, οὐ μὰ Δία ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ. 70. reprehenditur Empedocles, quod terram dixit °) ἄτης λειμῶνα 178. qua voce ipse de terra vtitur Themistius 240. ἔριδος ποιητής. 264.

[P] Epicharmus et Amorphus, Siculi, comoediae repertores. 337.

Epictetus apud Antoninum vtrumque gratiosus. 63.

Epicurus, Neoclis F. 263. 286. eius dictum λάθρα βιώσας, et dogma, hominem non esse a natura κοινωνικόν τε καὶ ἥμερον, reprehenditur. 324.

Epigramma, Athenis inscriptum publico sepulcro, τοὺς θεοὺς μόνους τὰ πάντα κατορθοῦν. 276.

Erasistratus, medicus. 238.

Eubulides, Aristotelis insectator. 285.

Eugenius, Themistii pater, διὰ βίου κάτοχος τῆς φιλοσοφίας, ὃν οὐδὲν ἐξέφυγε τῶν ἀρχαίων δογμάτων, ὁ πάντων ἄριστος, ὁ πάντων κορυφαιότατος, ὅτος τῷ παιδὶ μόνῳ νομίζεται. 23. in Constantii, imp. epistola ad senatum de Themistio. Plura in patris laudem filius oratione funebri, XX. pag. 234. seq.

Eupolidis Baptae. 110.

Euripides. 73. 236. 316. eius Hippolytus. 362. Euripides ἢ ὅστις δήποτέ ἐστιν ὁ ποιήσας· σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ. 72. ὅτι πενίη σοφίην ἔλαχε, καὶ τίκτει κόρος ὕβριν, καὶ πλησμονὴ τοι κύπριν. 164. μέλλων χορεύειν, τὸ γῆρας αἰσχύνομαι. 199. οὔτε πολιτῶν ἐπὶ πημοσύνας οὔτ' εἰς ἀδίκους πράξεις ὁρμᾶν, ἀλλ' ἀθανάτου καθορᾶν φύσεως κόσμον ἀγήρων. 307.

Fauonius, philosophus et senator. 215.

οἱ Γενεαλόγοι. 366.

Gorgias, Leontinus. 161. 286. 300. 329. 331.

Harmonides, nauium fabricator. 316.

Heliodorus: infra, in Philone.

Heracliti dictum: φύσις κρύπτεσθαι φιλεῖ. 69. 159.

Herodicus, Selymbrianus paedotriba. 290.

Herodotus. 27. 29. 87. μυθογράφος. 367.

Hesiodus.

pp) Locum Empedoclis habes apud Synesium de prouidentia sub init.

Hesiodus. 89. 90. 108. 122. 158. 184. 185. 246. 256. 322. 340. 363. ὁ Βοιώτιος ποιητής. 78. 170. 334. Ascraeus. 337. 351. ὃς μετὰ τῆς δάφνης τὴν μουσικὴν παρὰ τῶν Μουσῶν αὐτῶν δέξασθαι λέγεται 348. τὴν ποίησιν διανείμας εἰς ἡρώων τε καὶ μουσῶν ἐπαίνους, καὶ τὴν γεωργίαν ἐν τούτοις ἔταξε. Ibid. respicitur Hesiodus 194. vbi de binis doliis. Μέλος Βοιώτιον. 218. αὐτοδίδακτος ποιητής. 276.
Hesiodi θεραπευταί. 60.
Hesiodi et Homeri certamen in funebribus ludis Amphidamantis in Chalcide 348.
[⁋] Hipparini F. 175. vide Dio.
Hippias. 345. seq.
Hippocrates. 223. 238.
Hippolyti σωφροσύνη καὶ τὸ σεμνόν. 62. 362.
Homerus. 5. 41. 42. 51. 55. 64. 76. 77. 78. 79. 86. 87. 89. 91. 98. 116. 117. 132. 141. 151. 152. 184. 185. 201. 202. 205. 216. 218. 228. 230. 231. 233. 234. 236. 250. 257. 265. 267. 270. 271. 279. 306. 308. 311. 330. 334. 336. 340. 341. 348. 351. 355. 357. 366.
Eius versus afferuntur. 6. 17. 34. 50. 66. 69. 70. 73. 95. 102. 109. 111. 121. 127. 133. 147. 148. 159. 164. 169. 171. 172. 173. 174. 176. 178. 179. 180. 181. 185. 187. 188. 189. 191. 195. 198. 199. 206. 207. 209. 210. 225. 228. 255. 260. 261. 268. 309. 316. 330. 340. 354. 355. 365.
Respicitur Homerus 26. 54. 75. 181. 208. 217. 221. 233. 237. 244. 263. 362.
Homeri ὑποφῆται 60. κακῶν Ἰλιὰς 206. καὶ Ὀδύσσεια. 263.
Homerus omnia laudat, vno maledico Thersite excepto. 264. eius poemata siue in Chio siue Smyrnae composita, omnibus Atticis praefert Themistius 334. pro Chio se habere poetam innuit 337.

Iamblichus, supra Chalcidensis.
Iccus, Tarentinus, γυμναστής. 290.
Isocrates, Theodori F. 28.
Iulianus, ὁ τὸν πώγωνα καθειμένος καὶ τοῦ σοφωτάτου τῶν βασιλέων μεταποιούμενος. 99.

Lampes, Aegineta. 297.
Lamprocles, Socratis F. πρὸ ὥρας extinctus. 356.
Lex Attica, remp. non licere gerere ei, qui aere alieno se non exsoluerit. 25. in Areopago vetans prooemio vti 311. Leges Draconis, Solonis, Clisthenis 31. 32. ὁ παλαιὸς νόμος 14. Draconis, puto, respicitur, qui delictis quibusuis mortem poenam imposuerat.
Lex Persica διεχώριστε τῆς ἀγοραίου τύρβης τὰς ἐλευθέρους διατριβάς. 260. alia aduersus ingratos, quae δίκας εἰσπράττεται ἀχαριστίας. 269.
Lyco, peripateticus. 255.
οἱ ἐκ τοῦ Λυκείου. 358. peripatetici.
Lycophron, Periandri F. 362.
Lycurgus, Lacedaemone legislator. 79. 97. 131. 177. 193. 226. 227. 250. 287. 301.
[⁋] Lysander ῥᾷον ἐπιορκοίη Λυσάνδρου τοῦ Σπαρτιάτου. 258.
Lysias, orator. 329.

Mammacuthus. Μαμμάκυθος καὶ Κοροιβίων. 323. stultorum nomina qualia pag. 330. Melitides, et aliis memorati Coroebus, Mygdonius, Melitianus, Margites, Besas, Baba et Ixion, Butalio, Sanxardacus etc.

Marcus

Marcus Antoninus, imp. 130. 166. 170. *Μάρκου παραγγέλματα*. 81. *Μάρκον ἀναβιώσκει*. 115.
Maximus, Iuliani imp. magister. 99. 100.
Meno. *Μένωνος ἀνδράποδον*. 328. e Platonis Menone.
Minos Cretae legislator. 73. 234.
Musonium Nero proscripsit. 72. Neronis aduersus eum *ἐπιείκεια* 94. idem Musonius, Hetruscus, apud Titum, imp. gratiosus. 173.
Numae leges. 178.
Numa (immo Cincinnatus) ab aratro vocatus ad purpuram. 154.
ὁ Ὀλόρου. 60. Thucydides.
Oraculum de Lycurgo. 97. 193. 225. atque illud *οἶδα τ' ἐγὼ ψάμμου ἀριθμόν*. 97.
Orpheus 37. 209. ad Argonauticam expeditionem euocatus. 178. Orphei sacra et Orgia (Bacchi) non aliena ab agricultura. 349.
ῥήτωρ ὁ Παιανιεύς. 60. Demosthenes.
Parrhasii, pictoris, Mercurius. 29.
Periander, Cypselo F. 362.
Pericles, Xanthippi F. *οὗ τοῖς χείλεσιν ἐπεκάθισε πειθώ*. 37. demagogus 94. 134. 201. ab Anaxagora edoctus. 329.
Περσικὴ γραφή. 306.
Perseus: infra, in *Ζήνωνος ἐραστής*.
Phaedrus, Myrrhinusius, Platonis laudator. 246.
Pherecratis *ἄγριοι*. 323.
Pherecydes. 38.
Phidiae *ἀγάλματα*. 248. 309. Minerua. 310. Iupiter 337.
ὁ φιλόσοφων ἐν Βυζαντίῳ apud Iouianum imp. gratiosus. 145.
Philammon ab Aristotele adoptatus. 249.
Philonis et Heliodori (fortasse Diodori) sophismata, *ὁ κυριεύων*, et *ὁ κερατίνης*. 30.
Phocio ad eos, qui dicenti applaudebant: *μήτι ἄρα κακὸν εἰπὼν λέληθα ἐμαυτόν*; 218.
Phocylides, *τά τε ἄλλα ἀληθῶς λέγει, καὶ ὅτι σμικρὰ πόλις μετὰ φρονήσεως ἐπὶ σκοπέλου κατοικοῦσα κρείττων Νίνου ἀφροσύνης*. 307.
Phoenix, Amyntoris F. cui pater *ἀγονίην τε καὶ ἀτεκνίην* imprecatus. 362.
Phoenix, Achillis praeceptor, 123. 173. 224. *γενοίμην αὐτῷ Φοίνιξ ἐγώ*. 215. *οἴκοθεν τὸν Φοίνικα ἔχεις*. 81.
Pictura, Antoninum pium exhibens, militibus suis imbrem a Numine exorantem. 191.
Pindarus. 84. 101. 236. 246. 334. 337.
Pittacus remp. gessit. 215.
Plato, 13. 33. 34 37. 40. 48. 54. 60. 62. 64. 66. 84. 87. 91. 93. 104. 105. 119. 124. 126. 130. 131. 141. 149. 153. 175. 185. 186. 204. 215. 224. 225. 232. 234. 235. 236. 245. 246. 247. 250. 256. 258. 259. 262. 285. 286. 287. 293. 297. 298. 299. 314. 318. 321. 325. 330. 345. 347. 348. 352. 353. 366.
Aristonis F. 30. 62. ex Solonis posteris 32. *ὁ ξυνοπαδὸς τοῦ Διός*. 248.
Πολιτεῖαι αἱ κλειναί, καὶ οἱ θεσπέσιοι νόμοι, καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὴν πλάτανον διατριβή. (Phaedrus) 32. Phaedrus Platonis etiam respicitur 34 et 165. licet ibi *Φαίδωνι* excusum.

Gorgias

Gorgias et de rep. 295. Hippias 345. Conuiuium. 348.
Ad Dionysium nauigans Plato leges ipse suas neglexit. 105. a Dionysio venditus. 72.
Platonis sententia: felices fore resp. si philosophi illis imperent, emendata ab Aristotele sic: si, qui imperent, philosophis obsequantur. 107.
Plato εἰς τετάρτην γενεὰν [qq]) διαβιβάζεται τὰς τιμωρίας. 258.
οἱ νέοι Πλάτωνες θιασῶται. 33.
ὁ τὸν Πλάτωνα γοητεύσας. 263.
Quum antea separatae essent Ἰταλιώτιδες Μοῦσαι (Pythagorae) et Siculae (Empedoclis) et Ionicae (Thaletis eiusque successorum vsque ad Socratem) in Aegypto autem sola excolerentur mathematicae disciplinae: Plato primus haec omnia velut vnius corporis membra coniunxit, dialogis atque orationis genere vsus quod est ex poetico et numeris soluto temperatum. Λόγου ἰδέαν κερασάμενος ἐκ ποιήσεως καὶ ψιλομετρίας. 318. 319.
Poetae et rhetores, magnum in rebus, non virtutem, (vt philosophi,) considerant. 130.
Poetae versus: σφιν μὲν ἐν ὄρεσιν ἠδὲ λέοντα
Θηρητὴρ αἰὼν τε καὶ εἰσορόων ἀλέοιτο.
Γνωστὴ μὲν τούτων βουλή, γνωστὸν δὲ νόημα,
Ἀνὴρ δ' ἄλλα κέκευθεν ἐνὶ φρεσὶν [rr]) ἄλλα δὲ βάζει.
Μῦθοι μὲν λεῖοι [ss]) καὶ μείλιχοι, ἐχθρὰ δὲ ἔργα. 258.
Polemo Atticus, Xenocratis oratione ad frugem et ad castissimum philosophiae amorem reuocatus. 303.
Polus 328. idem qui apud Platon.
Polycratis oratio contra Socratem ab Anyto redemta. 296.
Priscus, philosophus et Senator. 215.
Prodicus Ceus 161. 286. 300. eius biuium Herculis. 280. seq. ὀρθοέπειάν τε καὶ ὀρθορρημοσύνην μισθοῦ ἐκδιδάσκων τοὺς νέους. 289. omnia sacra et mysteria ac panegyres ab agriculturae commodis suspendit. 349.
Prometheus solitarios homines non finxit. 323. De Prometheo et Epimetheo fabula. 338. 359.
Protagoras Abderites. 161. 286. Simonidis et aliorum poëmata ἐξηγούμενος 289. ἀποχρώμενος Καλλίᾳ τῷ λακκοπλούτῳ. 294. 347. eius discipulus Antimoerus Myndaeus. ibid.
Prouerbium: οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς 195. 257. λόγος ἔργου σκιά, καὶ οὐδαμῶς ἀντίρροπον χαριστήριον. 200. ὗς Βοιωτία. 334.
Pythagoras. 38. 214. 235. 256. 292. 298. τὰ ἱερὰ καὶ ὅσα Πυθαγόρας ὁ Σάμιος ἐξ Αἰγύπτου ἐκόμισεν εἰς Ἑλλάδα. 235. eius exsilia, et quod obiit Metaponti ἐν τῷ τεμένει τῶν Μουσῶν. 285. sophista dictus. 286.
Homines dixit esse Dei imaginem. 192.
Pythagoricum: πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη. 175.

Pag.

qq) Confer Exod. XX. 5.

rr) Simile Iliad. ι. 313.

ss) Confer Psalm. LV. 21.

Pag. 317. pro verbis Θαλῆς δὲ ὕστερον καὶ Πυθαγόρας, legendum: Θαλῆς δὲ ὕστερον καὶ πρὸς γῆρας.
Rhadamantus. 234. respicitur ad locum Platonis, in Gorgia extremo.
Rusticus, philosophus Marco imp. carus. 173. a libris ad remp. gerendam excitatus. 215.
Septem sapientes. 352.
Sappho. 170. 236.
Seneca. 173.
Sextus apud Marcum imp. gratiosus. 145.
Sibylla Erythraea. 46.
Simonides, supra in Aeschylo, et Protagora.
Smindyrides (aliis Mindyrides) homo luxuriosus cum Sardanapalo commemoratur. 331.
Socrates 161. 165. 168. 170. 177. 234. 239. 245. 246. 256. 259. 288. 298. 301. 307. 317. 318. 321. 326. 341. 345. 347. 352. Athenis πρυτανεύων. 215. eius προοίμιον siue hymnus in Apollinem 27. ob praeclarum eius testimonium. 27. 296. 346. dictum: amicis benefaciendum, inimicis non male, sed ex inimicis faciendos amicos. 95. eius calumniatores Anytus, Melitus et Lycon. 285. 296. dictus σοφιστὴς καὶ ἀλαζὼν καὶ ὁ καινοτόμος. 286.
Solon. 221. 287. Sophista dictus a suae aetatis hominibus. 286. Solonis leges. 287.
Sophistas perstringit 332. 329. seq. vide et 345.
Sophocles 236. 316. eius versus πόλις ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει, ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων. 307.
Sophronisci F. 288. Socrates.
Speusippus 352. vide infra, in Xenocrate.
Stoici, οἱ ἐκ τῆς ποικίλης. 276. 286. 327. eorum λογάρια κενὰ, ἀσθενῆ, καὶ οὐ μαρτυρούμενα ὑπὸ τῶν ἔργων. 358.
ὁ Θεοδώρου. 60. Isocrates.
Terentius ††) quum Scipionem pileo ab eo donatus sectaretur, iucundius triumphi spectaculum Romanis fecit. 179.
Terpander, musicus. 316.
Thales Milesius 317. nihil scripsit. Ibid.
Themistius de suis in Aristotelem commentariis. 294. seq.
Theodorus Byz. rhetor. 328.
Theognis. 248. 265.
Theophrastus 255. 286. Demetrii Phalerei χάριτας ἐμμίσθους renuit. 252.
Theramenes. 156.
Theseus Athenas in vnum habitare compulit. 318.
Thespis in tragoedia reperit πρόλογόν τε καὶ ῥῆσιν. 316.
Thrasea, philosophus et senator. 215.
[P] Thrasyllus Tiberio imp. gratus. 63. 108. 145.
Thrasymachus. 328. idem, qui apud Platon.

Thucydi-

††) Hoc non de Terentio comico sed de Q. Terentio Culleone Senatore accipiendum, vide Liuium XXX. 45.

Thucydides. 60. 184. 299. 329.
Timaeus Aristotelem insectatus. 285.
Timotheus belli dux, stoico philosopho contendente, *μόνον εἶναι τὸν σοφὸν στρατηγὸν*, dixit; *οὗτος ὁ ἀνὴρ οὐδεπώποτε ὑπὸ σάλπιγγος τεθορύβηται*. 108.
Timotheus, musicus. 316.
Tisias, rhetor. 328.
Titi imp. vox: *ὅτι τήμερον οὐκ ἐβασίλευσα, οὐδένα γὰρ τήμερον εὐεποίησα*. 80. 107. 174. 193. 225. *ἐν ταῖς τραγῳδίαις*. 78. *ὥσπερ Θεὸν ἐκ τραγικῆς μηχανῆς*. 320.
Tragici versus: *πολλὰ ἐξαιρεῖ λόγος ἃ καὶ σίδηρος πολεμίοις δράσειε ἄν*. 37. 207. *ὅτι φέρει πολλὴν ἡδονὴν μεμνῆσθαι πόνων παροιχομένων*. 55. *σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας νικᾷ*. 207. *πάντα ὁ σοφὸς νοῦς ἐξ ἀμηχάνων ἄγει καὶ πάντα κηλεῖ κἂν ἀπώμοτός τις ᾖ*. 207. seq.
Tragoedia inuenta a Sicyoniis, 337. ab Atticis exculta. Ibid. et 316.
Ὁ τραγικὸς ποιητὴς καὶ τὸν ἀγνῶτα μὲν, ἀγαθὸν δὲ, ἐπαινεῖ καὶ φίλον ἡγεῖται. 275.
Tullius. *ὁ πάνσοφος Τούλλιος, ὁ τῆς παλαιᾶς σοφίας ἡγεμών*. 173.
Tyrtaeus, poeta. 197. 198.
Varro, Scipio, Cato, *φιλοσοφοῦντες ἐπολιτεύοντο*. 215.
Xanthippe Socratis. 259.
Xenocrates 353. Chalcedonius. 26. Chalcedone arcessitus a Speusippo 255. Alexandro M. carus. 145. Talenta quinquaginta in donum oblata, ad eum remisit. 252. *σωφρονέστερος Ξενοκράτους*. 30. Polemonem a luxu et lasciuia ad philosophiam reuocauit. 303.
Xenophon *στρατηγῶν*. 215. Eius Agesilaus. 27. 28. 45. ad libros de re equestri et venatione respicit. 335. *καὶ διακρινεῖ κατ' ἕκαστον γένος (τὴν τῶν ἵππων καὶ τὴν τῶν κυνῶν) εὐμορφίαν ὁ πάντα σοφὸς Ξενοφῶν*.
ὑμνοποιοὶ Herculem celebrantes. 220.
Zaleucus Locrensis. 31.
[?] Zeno Cittieus ex Cypro 337. *ὁ τῆς στοᾶς ἀρχηγέτης, ὑψηλολόγος* etc. 26. 60. 108. 171. 235. 287. debitori aes remisit. 252. per Socratis apologiam e Phoenicia in porticum excitatus. 295.
ὁ Ζήνωνος ἐραστὴς (Perseus, ni fallor) laudauit *τὸν καθ' ἑαυτὸν βασιλέα* (Antigonum) 45. seq. Zenonis *ἑταῖρος* Perseus dicitur 358. vbi lepida narratio de eiusdem iactantia *ἀπαθείας* Stoicae ab Antigono rege repressa. Perperam ibi in latina versione *Antiochi* nomen excusum pro *Antigoni*.

VI. *Alia Themistii scripta, quae exstant* uu).

1. *Παράφρασις τῶν ὑστέρων Ἀναλυτικῶν*, *Paraphrasis libri I. et II. posteriorum Analyticorum Aristotelis* vv). Latine vertit post *Boëthium*, cuius Analytica ex Themistio ex-

pressa

uu) De Themistii commentariis, codd. MSstis, editionibus et de libris deperditis supra, in vol. III. lib. III. cap. V. de *Aristotele* passim est disputatum. Adde cl. *Buhle* in prolegg. ad I. tom. ed. Aristotel. Bipontinae pag. 313. sq. de *Themistio*, inter graecos Aristotelis librorum interpretes, et ibidem in notitia codd atque editionum. Quae omnia hic repetere nolo, vt tempori et chartae parcam. *Harl.*

vv) Vide supra, in vol. III. pag. 215. not. *ccc.* p. 216 not. *hhh* de cod. *Vindobon.* XXX. nr. 7. v. *Lambe*

pressa habemus, *Hermolaus Barbarus*, Patricius Venetus dicauitque Sixto IV. Pontifici Max. Anno 1480. Memorat *Photius* cod. LXXIV. quum de orationibus Themistii dixisset: ἀλλὰ καὶ μεταφράσεις αὐτοῦ εἴδομεν εἰς τὸ χρήσιμον ἐπιτετμημένας, τῶν τε ἀναλυτικῶν, καὶ τῶν τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως, καὶ ἑτέρων τοιούτων. Meminit et Suidas in Θεμίστιος. Rationem paraphraseos suae Themistius ipse exponit sub initium libri I. nescio quem, cui opus dedicauit, adlocutus:

Τὸ δὴ πρότερον τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν, οὕτω σαφηνίσαι προελόμενοι, σοὶ πρώτῳ τὸν τύπον κοινούμεθα τῆς συγγραφῆς, παιδείας τε ἕνεκεν ἀκριβοῦς, καὶ φιλίας ἀληθινῆς, οὔτε λήσεσθαι τί σε τῶν μὴ δεόντως εἰρημένων, οὔτε κατασιωπήσειν πεπιστευκότες. Πολλὰ μὲν οὖν ἔοικε τῶν Ἀριστοτέλους βιβλίων, εἰς ἐπίκρυψιν μεμηχανῆσθαι, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τὰ προκείμενα. Πρῶτον μὲν, διὰ τὴν συνήθη βραχυλογίαν. Ἔπειθ᾽ ὅτι καὶ ἡ τάξις τῶν κεφαλαίων οὐ διακέκριται, ὥσθ᾽ ἡμῖν ἀνάγκη συγγινώσκειν, εἰ τὰ μὲν, φανούμεθα μικρότερον ἑρμηνεύοντες. οὐ γὰρ ἐνῆν εἰπεῖν διὰ τῶν ἴσων σαφέστερον. τὰ δὲ, μεθαρμοττόμενοι καὶ μετατιθέντες, ὡς ἂν φαίνοιτο ἕκαστα τῶν κεφαλαίων περιγεγραμμένα. εἰ δ᾽ ἐπὶ τινα καὶ συντομώτερον ἐπιδεδραμήκαμεν, οὐκ ἄξιον δυσχεραίνειν, ὅσα γὰρ τεχνικὴν ἔχει τὴν θεωρίαν, οὐ συντείνει δὲ ἄγαν εἰς τὸν περὶ ἀποδείξεως λόγον, τούτοις οὐκ ἦν ἄξιον ἐνδιατρίβειν, τῷ ῥαστώνην ἐπινοῆσαι προελομένῳ τῆς κατανοήσεως τῶν χρησίμων.

2) Παράφρασις εἰς τὰ ὀκτὼ τὰ τοῦ Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεως. *Paraphrasis octo librorum Aristotelis Physicorum* et ipsa Suidae ac Photio [†] memorata, nec non Simplicio, qui saepe Themistium laudat in Phys., latine vertit *Hermolaus Barbarus*, et Antonio Galatheo inscripsit Venet. A. 1480. 1500. fol. At prooemium in Barbari versione praefixum non Themistii est, sed Simplicii. Themistiana incipiunt a verbis: *Est totius operis propositum, naturae etc.* [v. supra, vol. III. pag. 226. not. *cccc. Mazzuchelli* scritt. d'Italia II. part. I. pag. 260. nr. II. *Harl.*

3) Παράφρασις τῶν περὶ ψυχῆς *ww*) *Paraphrasis librorum III. Aristotelis de anima.* Paraphrasin in librum tertium post *Hermolaum Barbarum*, (qui vniuersos interpretatus est et dedicauit Georgio Merulae Statielensi. A. 1480.) latine conuertit *Federicus Bonauentura* Vrbinas. Prodiit Vrbini 1627. 4. cum opusculis Bonauenturae philosophicis de calore, de via lactea etc. Ante Bonauenturam verterat *Ludouicus Nogarola* comes *xx*), qui scholia etiam adiunxit. Venet. 1570. (1580.) fol. Meminit Simplicius. *Fabr.* In cod. quondam

Lambecii comment. vol. VII. col. 150. adde paullo post adnotata. — De versione et editione *Hermolai Barbari*, Tarvisii 1481. fol. supra Vol. III. p. 310. — de editt. Ven. 1480. et aliis v. *Zeni* diss. Vossiane II. pag. 577. sqq. edit. Venet. 1499. fol. citat *Buhle* l. c. et fuit in Bibl. *Pinell.* v. cat. tom. I. pag. 241. De ed. Wechel. 1532. 4. v. supra, in vol. III. p. 345. *Harl.*

ww) Suidae codices libros septem numerant. τοῦ περὶ ψυχῆς ἐν βιβλίοις ζ΄. ἐν δὲ τούτῳ καὶ ἴδια παρεισήγαγε περὶ τοῦ σκοποῦ καὶ ἐπιγραφῆς. Sed puto γ΄ esse reponendum pro ζ΄ Apud Photium nullus librorum numerus expressus. *Fabr.* Fallitur Fabricius. Eamdem enim diuisionem *in libr.* ζ΄ agnoscit quoque cod. Mediceus. v. *Buhle* Opp. Aristot. tom. I. pag. 176. *Harl.*

xx) *Nogarola* in praefat. ad Iulium Feltrium, Quercenti Vrbini Cardinalis et Perusiae Legatum: *MARCVS MVSVRVS Antistes Amplissi. cuius praeclara doctrina et singularis in erudiendis iuvenibus industria latissime patuit, priusquam Resp. Veneta cum Gallis primo, mox cum Germanis calamitosum illud gereret Bellum, in Academia Patauina maxime floruit. Vt enim adhuc puer* ex

quondam *Heidelberg.* nr. CCXXXVII. in Sylburgii catal. — Vide supra, in vol. III. pag. 236. not. *xxxx.* et *Zeni* diss. l. c. De cod. *Vindob.* XXV. Themistii paraphras. in Aristot. libros tres, de anima, in tres λόγους siue dissertationes diuisae v. *Lambecii* comment. vol. VII. col. 129. et col. 174. sqq. de cod. XLII. in quo est nr. 4. *Themistii* paraphrasis in Arist. librum primum Analyticor. posteriorum; n. 5. eiusdem paraphr. in libr. VIII. naturalis adsculiationis; nr. 7. eiusd. paraphr. in Aristot. libros III. de anima, et nr. 8. paraphr. in Arist. libr. de memoria et reminiscentia, — in codice XLIV. nr. 3. *Themistii* paraphr. in Arist. naturalis auscultat. libros octo. etc. *Harl.*

4. Παράφρασις εἰς τὸ περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως, περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, περὶ ἐνυπνίων, καὶ εἰς τὸ περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς. *Paraphrasis in Aristotelis librum de memoria et reminiscentia, de somno et vigilia, de insomnis et de diuinatione per somnum.* Vertit Latine *Hermolaus Barbarus*, dicauitque F. Throno, L. F. Venetiis 1480. *Fabr.* v. *Zeni* diss. Voss. l. c. et supra, in vol. III. pag. 238. *Harl.*

Haec, quae hactenus commemoraui graece edidit *Victor Trincauellus* cum octo orationibus Themistii, et Alexandri Aphrodisei libris duobus de anima et libello de fato. Venet. 1534. fol. yy) apud Aldum. Editionem Aldinam Anni 1526. quam Nesselius IV. p. 66. memorat, nusquam puto exstare.

ex Creta insula Laurentii Medici studio Florentiam deuectus est, graecas litteras discere primum coepit, quas statim cum miro earum teneretur desiderio, sic auide arripuit, vt breui alios docere facile posset. In quo quidem munere ipse postea sese studiosissime exercens, plurimum gloriae et laudis est consecutus. Nam cum ad eum ex omni fere terrarum orbe magno concursu iuuenes confluerent, tantam in illis exornandis et augendis curam adhibuit et diligentiam, vt viri doctissimi ex eius officina pene innumerabiles prodierint. Hunc ergo cum ego et Montanus amicus et ciuis meus Pataui admodum adolescentes audiremus, memini de summis et nostrae et superioris memoriae viris sermonem frequenter habere solitum, in quo quidem alios interdum laudabat, alios reprehendebat, semper tamen Hermolaum Barbarum diuinis efferebat laudibus, quod Themistii Paraphrases in Arist. libros tam apte et commode conuertisset, vt Theodorum Gazam, et Argyropylum Bysantium in optimo interpretandi genere versatus longe superasset. Cuius etiam auctoritati et eloquentiae ipse adeo tribuebat, vt in graecis Poetis et oratoribus publice exponendis nulla vnquam alia quam Hermolai lingua vti vellet. Haec cum a graeco illo homine non sine magna tanti viri laude fieri viderem, vehementer laetabar. Nam Hermolai Barbari iam mortui memoriam pie sancteque colebam ac venerabar, tum quod in Remp. Venetam, quae quidem praestantium atque excellentium hominum parens semper et altrix fuit et habita est, plurimum decorarit et illustrauerit, tum etiam quod optime de mea patria meritus sit, quippe qui C. Plinii Secundi, ciuis mei, quem tamen Veronensem non agnouit, libros naturalis historiae ab infinitis mendis et erroribus liberauit. Verum postea quam progrediente aetate Themistium diligentius euoluere atque eius verba graeca cum Hermolai interpretatione conferre mihi licuit, facile prospexi, eundem in eo transferendo, qui etiam admodum corruptus ac deprauatus esset, satis licenter per aetatem lusisse. Siquidem cum ille Aristotelis Paraphrastes graeco, eodemque puro et simplici vtatur sermone, eundem in eo tamen Hermolaus ita latine loquentem facit, vt spreto penitus et reiecto Cicerone Plinium, Apuleium, Capellam effingere atque imitari tantummodo videatur. Quapropter non magnum me facturum facinus putaui, si tertiam de Anima Paraphrasin, vt ille iam suo, ita ego nunc meo arbitratu in latinum conuerterem, non vt de gloria illius viri et fama quippiam detraherem, sed vt itidem studiosae iuventuti, quae graecae linguae rudis ignaraque sit, pro mea virili prodessem.

yy) In serie dell' ediz. Aldine pag. 65. citantur *Themistii opera* et Alexandri Aphrodisiensis libri duo de anima, cum praefat. *Victoris Trincauelli*, Medici.

Hermolai Barbari versio lucem vidit Taruisii, 1481. Venet. 1500. fol. tum Parisiis 1528. fol. apud Simonem Colineum, cum Alexandro Aphrodisco de anima ex Hieron. Donati versione. Sed in hac editione Paraphrasis in libros posteriorum Analyticorum desideratur. Posteriores editiones sunt Basileenses 1533. fol. et 1545. 8. Tum Venetae 1530. 1542. 1549. 1554. et 1570. fol. apud Hieron. Scotum et 1587. fol. in quibus duabus postremis editionibus etiam adiuncta paraphrasis libri tertii de anima, ex versione Nogarolae cum eius scholiis, et *M. Antonii Zimarae* Contradictiones ac solutiones in dictis Themistii ad libros Physicorum.

5. *Paraphrasis in libros quatuor Aristotelis de Coelo.* Latine tantum exstat, *Moyse Alatino* Hebraeo, Spoletino medico ac philosopho, interprete, qui *Heliae Nolaui*, Hebraei, medici opera adiutum se narrat, vertitque hoc opus ex MS. codice *Hebraeo*, quem Perusiae, quum apud praeceptorem suum Franciscum Piccolomineum haereret, nactum se esse scribit in dedicatione ad Aloysium Estensem Cardinalem. Prodiit Venet. 1574. fol. apud Simonem Galignanum de Karera. Typis Georgii Angelerii.

Ab interprete putabis esse, non, a Themistio, quod pag. 30. leges: *in iis sonis, qui Arabice fortasse* buchaia *dicuntur.*

6. *Paraphrasis in librum λ'. siue duodecimum Metaphysicorum Aristotelis*, itidem latine tantum, ex hebraeo versa a *Moyse Finzio*, Hebraeo, Venet. 1558. et 1570. fol. apud heredem Hieron. Scoti. [v. supra, in vol. III. p. 257. 258. et 259.]

A quibusdam abbreuiator creditus Themistius Alexandri ex Aphrodisiade. Sed falso quidem, vt Hermolao Barbaro notatum: *Nam et ab eo dissentit haud timide, quum collibuit, et ab ordine ac serie eius euariat. Praeterea ipsemet se paraphrasten Aristotelis facit etc.*

VII. *Index Scriptorum a Themistio in Paraphrasi ad Aristotelem memoratorum.*

Numeri soli, paginas innuunt editionis graecae Aldinae: Littera C. praemissa ad libros de Coelo: M. vero ad librum XII. Metaphys. editionis latinae Venetae A. 1574. et 1576. respicit.

Alcmaeon Crotoniata, physicus. 67.

Alexander. 5. 50. 55. b. 83. (ὁ ἐξηγητής. 94.) C. 4. 6. b. 8. b. 11. 15. b. 16. 18. b. 19. 29. b. 30. b. 32. 33. b. 34. 35. b. 36. b. 44. b. 45. b. 46. 47. 52. b. 54. b. 58. 64. b. 65.
ὁ Ἀφροδισιεὺς ἐν τῷ περὶ κράσεων γράμματι, καὶ τοῖς ὑπομνήμασιν τοῖς Φυσικοῖς. 37.
in suae explicationis margine. C. 34.

Anarcharsidis dictum μὴ εἶναι παρὰ Σκύθαις αὐλητρίδας, τῷ μὴ εἶναι ἀμπέλους. 6. b.

Anaxagoras 18. a. b. 19. 20. 25. b. 27. b. 32. 34. 40. b. 57. a. b. 61. 66. 67. 72. b. ὃ Φαύλως ἄρα Ἀναξαγόρας ὠνειροπόλει. 87. b.) 88. C. 5. b. 35. 36. 43. b. 45. 47. b. 48. a. b. 49. 58. M. 3. b. 8. b. 17. b. 18.

Anaximander. 18. 19. 32. b. 33. a. b.

Anaxime-

Medici. Venet in aedib. hered. Aldi Manutii et Andr. Asulani. 1533. fol. — et pag. 68. nr. 10. *Themistii opera, a Victore Trincauello*, gr. Venet. in aedibus. Aldi 1534. fol. In *Pinelli* autem cat. 1. p. 24. nr. 1578. et alibi, *Themistii opera omnia* scil. paraphrasis in Aristot. libros quosdam et oratt. edit. 1534. fol. vocatur princeps. Cod. est in bibl. *Neapolit.* regia. *Harl.*

Anaximenes. 67. C. 35.

Andronicus. 71. b. ὁ τὰ Ἀριστοτέλους ἀδιανόητα ὀνομάζων. 72.

Ἀντιφέρων ὁ ὠρείτης. 97.

Antiphontis quadratura circuli. 16. idem Antipho citatur 23. b.

Aristophanis versus. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον. 45.

Aristoteles.

ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας. pag. 66. ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀρχῶν τῆς ὅλης φύσεως. 73. b. 74. 76. b. ἐν τῷ Εὐδήμῳ 90. b. ἐν τοῖς ἐπιχειρηματικοῖς λόγοις καὶ προβληματικοῖς. 97. ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς. 100. in libris de motus ratione. C. 12. b. aduersus Pythagoreorum sententias. C. 26. b. 32.

ἐν τῷ ἐχομένῳ συγγράμματι in praesenti opere Physicor. 35. b. ἀσαφέστερον ἔχοντα πειρατέον ἐκκαλύπτειν. 39. τάχα γὰρ οἷον ἐκ πυρείων τριβομένων πολλάκις τῶν ῥήσεων τοῦ φιλοσόφου ἐκλάμψειεν ἡ διάνοια. 90. sq.

ἐν τοῖς συλλογισμοῖς. 4. b.

ἐν τῇ ἀναλύσει περὶ τὰ σχήματα. 10.

ἐν τοῖς περὶ τῆς αἰσθήσεως. 81. b.

ἐν τοῖς φυσικοῖς. 12. 67. b. ἐν τῇ φυσικῇ ἀκροάσει. 94.

ἐκ τῶν τοπικῶν. 13. b.

ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς ὁ περὶ τοῦ συλλογισμοῦ λόγος προτάττεται τοῦ τε ἀποδεικτικοῦ καὶ διαλεκτικοῦ καὶ σοφιστικοῦ. 13. b.

ἐν κατηγορίαις. 16. 72. 91.

εἰ γέγονας ἐν ἀναλυτικοῖς, si versatus esses in doctrina Analytica 17.

πολλῶν ὄντων ἅ τις θαυμάσειε Ἀριστοτέλους πάντων ἄγασθαι μᾶλλον προσήκει τὴν περὶ ψυχῆς πραγματείαν. 64.

In doctrina de anima medius inter Stoicos et Platonem Aristoteles. 75.

Obseruauit Martem a Luna occultatum. C. 33.

Ἀριστοτέλης οὕτω βούλεται, καὶ οἱ ἐξηγηταὶ συγχωροῦσιν. ἐγὼ δὲ ἀπορῶ πῶς οὐ μάχοιτο πρὸς ἑαυτόν 40. οἱ ἐξηγηταί. 79. b.

Ὁ τῶν Ἀριστοτέλους ἐξεταστής. Hermolao Barbaro videtur esse Theophrastus. Sed ex p. 72. colligo Andronicum intelligi. σύνοψιν ἐκδεδωκὼς τῶν περὶ κινήσεως εἰρημένων Ἀριστοτέλει. 68.

Astrologorum obseruationes. C. 38.

Boëthus. 21. 48 a. b.

Brysonis quadratura circuli. 5.

Callippi sphaera. M. 13. a. b.

Chrysippus. 37. 38. b. 42.

Deos esse probat ὅτι εἰσὶ βωμοί. 11. b. 65.

Clearchus. 74.

Coriscus musicus 97. b. 104.

Critias. 67.

Democritus. 19 24. b. 32. 35. b. 40. b. 42. 58. b. 66. 67. a. b. 71. b. 72. b. 79. b. 105. C. 35. 44. 48. b. 49. 54. b. 57. b.

Demosthenis locus. 98. b.

Diogenes (Apolloniates) 67.
Diogenes (Cynicus) *μεγαλόψυχος.* 13.
Empedocles. 18. 19. 20. 24. b. 25. b. 27. b. 28. 58. a. b. 66. b. 67. b. 70. 72. a. b. 76. b. 79. 85. b. 91. C. 35. b. 45. 47. b. 48. 52. 58. M. 8. b. 17. b. 18.
Epicurus. 9. b. 36. 38. b. 40. b. 52. b.
contra Epicuri atomorum motum. 42. b. ſq.
Euclidis *ϛοιχεῖα.* 35. b.
Eudemus *ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἑαυτȣ̃ Φυσικῶν.* 40.
Eudoxi ſphaera. M. 13. a. b.
Euripides 6.
Gabrias architectus. (in Barbari verſione: nam in Graeco 25. b. reperio *ἔτος,* non *γαβρίας.*)
Fabula de Hercule. Eius *χιτὼν συμφυής.* 82.
Galenus impugnatur 38. b. 39. 45. 46.
Heracliti ſcitum, *ταυτὸν εἶναι τὰ ἐναντία* 16. a. b. ignem pro principio habet C. 40. *συμφλεγήσεσθαί ποτε τὸ πᾶν ἀπειλῶν.* 33. b. animus ipſi ignis 67. a. b.
Heſiodus. 36. b. C. 40. b. M. 8.
Hipparchus. 9. b. C. 31. b.
Hippo 67. a. b.
Hippocratis Chii quadratura Circuli. 16.
Homerus 36. 37. b. 51. 66. C. 25.
eius verſus 11. b. 45. 46. 65. b. 70. b. 72. b. 78. b. 86. 97. b.
Leucippus. 40. b. C. 44. a. b. 48. b. 49. 57. b. M. 8. b. 12.
Lycophron philoſophus. 16. b.
Lycurgus legislator M. 11. b. 12.
Meliſſus. 16. 18. 33. b. 35. 41. a. b. 54. b. C. 46. b.
ἐν τοῖς καλȣμένοις Ὀρφέως ἔπεσι. 72. b.
οἱ παλαιοί. 2. 20. 27. b. 28. 35. b. verſu vlt. (vbi male excuſum *οἱ ἄλλοι πάντες.*) 37. C. 60. M. 2. *οἱ ἀρχαῖοι.* 20. 21. b. 24. b. *οἱ κατὰ* [¶] *φιλοσοφίαν πρεσβύτατοι.* 21. b. *τῶν ἀρχαίων τινές.* 40. b. *οἱ παλαιότεροι.* 66. *ἑ οἱ ὕϛερον τῶν ἀρχαίων.* 16. b. *νεωτέρων καὶ πρεσβυτέρων.* 90.
Panſeptus non eſt nomen proprium praeceptoris Themiſtii, vt viſum Hermolao Barbaro, ſed titulus honoris, vt adparet ex his verbis p. 101. *καὶ ὁ ἐμὸς ἑταῖρος ἰδὼν τὸν πάνσεπτον ἡμῶν καθηγεμόνα* (venerandum noſtrum praeceptorem) *ὅτι ἀνέϛη ἐκ τῶν νεκρῶν, ἔτι κοιμώμενος ἐνενόει ὅτι ὄναρ ὁρᾷ τὸν διδάσκαλον ἐγηγερμένον.*
Parmenides. 16. 17. a. b. 18. 19. *ἐν τοῖς πρὸς δόξαν* vbi de rebus ſenſibilibus, ſiue opinabilibus diſſerit, 19. male interpres; *in iis libris vbi ſententiam ſuam inſtruxit)* 22. 35. C. 46.
Παρῶν. vide infra, in Simonide.
Phidiae Minerua. 1.
Philaegidae poëmata. 105.
Παρὰ Φιλίππῳ τῷ κωμῳδιδασκάλῳ φησὶν ὁ Δαίδαλος, κινȣμένην ποιῆσαι τὴν Ἀφροδίτην ἐγχέας ἄργυρον χυτόν. 68. b.
Philoſophus, pro Metaphyſico. 16.
Phyſici. 18. 19. 32. 34. b. *οἱ περὶ φύσεως διαλεχθέντες.* 27. b.

ἐκ

ἐκ τῶν ἀρχαιοτέρων φυσικῶν 85. b.
Platonis iter in Siciliam pag. 85. b.
Plato 13. b. 14. b. 16. b. 17. b. 18. 19. 20. 22. 32. 34. b. 38. b. 44. b. 64. b. 66. 68. b. 72. b. 75. 86. b. 87. b. 88. 90. 91. 96. b. C. 16. b. 26. b. 27. b. 36. 38. b. 42. 45. a. b. 54. M. 4. b. 5. 8. b. in multis dialogis suis testatur animum se non habere pro corpore. 63. b. Timaeus 37. b. 58. b. 66. b. 67. 68. b. (*ἐπιφανὲς ἐν φιλοσοφίᾳ πρόσωπον ᾧ Πλάτων τὸν διάλογον ἀνέθηκε.* ibid.) 69. a. b. 70. 73. 90. b. 98. b. C. 20. b. 27. b. 34. b. 36. 37. b. 41. 43. a. b. 44. 54. b. 56. b. 57. a. b.
δεκάτῳ τῶν νόμων. 67. b.
Menon. 1. b.
Ὁ *ποιητὴς* reprehenditur, quod mortem dixit causam finalem. 24. b.
Poëtae priuationem *αἰῶνος* dicunt pro vitae priuatione. C. 16.
Πολλὰ τῶν ποιητικῶν. 12. b.
Polycletus statuarius. 25.
Porphyrius. 71. b.
Promythei tyranni fortuna 27.
Protagoras 4.
Protarchi dictum *εὐτυχεῖς τοὺς λίθους ἐξ ὧν οἱ βωμοὶ καὶ τὰ ἀγάλματα.* 27.
[⁋] Ptolemaeus. C. 31. b.
Ἀνάξιον Τιμαίου καὶ Πυθαγόρου, τὸν νοῦν μέγεθος ὑπολαμβάνειν. 69.
Πυθαγορικοὺς μύθους οἷς ἐκεῖνος μὲν ἐχρῆτο πολιτικῶς, οὗτοι δὲ (Plato) *φυσικῶς ὑπολαμβάνουσι.* 69. b.
Pythagoricorum quorundam sententia de anima ex atomis *σφαιροειδέσι.* 66. Sed Themistius negat, reperire se posse, quales illi fuerint Pythagorici, quos ita sensisse scribit Aristoteles.
Pythagorici, motum negant esse *ἓν* 30. b. *τὸ ἄπειρον* habent pro principio, et numerum adpellant. 32. a. b. 33. *ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικε.* 66. b. iisdem par numerus, infinitus 32. aiunt fulmina mitti, *ἵνα φοβῶνται οἱ ἐν ταρτάρῳ.* 12. Vacuum statuunt extrinsecus adfusum. 41. *τὸ πᾶν* ternario comprehendi C. 1. b. 25. b. Pythagorei, duo docent principia, vnum et multa, marem et foeminam, lumen et tenebras, dextrum et sinistrum. C. 26. a. b. motu proprio astra moueri C. 32. et sonum edere. id. terram moueri et antichthona 34. a. b. 37. b. numeris constare omnia 43. b. 48. b. in principiis non esse pulchritudinem. M. 12.
Καὶ ἐν Σαρδοῖ μυθολογεῖται συμβαίνειν τοῖς λεγομένοις καθεύδειν περὶ τοῖς ἥρωσιν. 45.
Simonides tempus *σοφώτατον* dixit. 47. b. *Παρὼν δὲ ἀμαθέστατον.* 48. Alii legunt *παρὼν δὲ φιλόσοφος.*
Socrates *σιμὸς καὶ δίπηχυς.* 16. b.
Sophistae. 46. 55.
Sosigenes *ὁ Ἀλεξάνδρου (τοῦ Αἰγαίου) διδάσκαλος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ὄψεως.* 79.
Speusippi dictum, *ἀναγκαῖον εἶναι, τὸν ὁριζόμενον πάντα εἰδέναι,* reprehenditur. 13.
Stoici. 75.
Thales. 67. eius scitum; *πάντα πλήρη θεῶν.* 72. b.

Themistius ait, in Dei operibus maxime considerandum, quod optimum semper elegerit. 69. b. negat, scribere se Matheseos imperitis. *πάντως δὲ ὅτι ποτ' ἐςὶ γνώμων ἐν γεωμετρίᾳ γινώσκεις. ἐ γὰρ ἀμαθέσι παντελῶς ταῦτα γράφεται.* 32. non vult pugnare *πλήθει μαρτύρων.* 58. b. De nomine negat se contendere. *Περὶ μὲν ὀνόματος ἐ διοισόμεθα, χρῆσθαι γὰρ ἐφεῖται ὥς τις βέλεται τοῖς ὀνόμασι.* 68. b. *περὶ μὲν ὀνόματος ἐ χρὴ φιλονεικεῖν.* Ibidem optat, in rebus difficilibus magnique momenti perspicuitati magis litasse magnos [?] philosophos. *ἀγαπητὸν ἐπὶ τῶν τοιέτων ταυτὰ φρονῦντας καὶ φθεγγομένες, σαφεςέρες γίνεσθαι τῆς ἐν τοῖς πράγμασιν ἀσαφείας.*

Theologi antiqui qui Mundum e tenebris generabant. M. 8. et ex inani. M. 18. b.

Theophrastus. 55. a. b. *ἐν τῷ περὶ κινήσεως πρώτῳ.* 54. b. *τοῖς ἐξηγηταῖς ὄχλον παρέχων.* ibid. axiomatis definitio. 2.

ἐξετάζων τὰ Ἀριςοτέλες. 89. b. *ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν φυσικῶν, δευτέρῳ δὲ τῶν περὶ ψυχῆς.* 91.

Xenocrates 18. Ex eius sententia, animus *ἀριθμὸς ἑαυτὸν κινῶν.* 10. 67. 71. b. 72. opus *περὶ φύσεως* citatur 66. b.

Xuthus (Pythagoreus) 43. b.

Zanthus C. 4. 20. b.

Zeno 57. b. (Eleates) eis doctrina *ἓν τὸ ὄν.* 18. motum negauit. 53. b. 62. eius quatuor argumenta. 55. b. sqq. inter haec appellatus ab eo Achilles, *τετραγῳδημένος καὶ τῷ ὀνόματι.* 56.

Zeno Cittieus. 37. 38. 40. b. 68. 72. b. 91. b.

VIII. *Scripta Themistii deperdita.*

Paraphrasis in Aristotelis Categorias, e qua Augustinus siue quisquis auctor libri de decem Categoriis, qui legitur inter Augustini opera, latine eas conuertisse se non diffitetur cap. vlt. *Haec sunt, fili carissime,* (Adeodatum vocant quidam codices,) *quae iugi labore adsecuti, quum nobis* Themistii, *nostra memoria egregii philosophi, magisterium* zz) *non deesset, ad vtilitatem tuam de Graeco in latinum conuertimus.* Idem capite 3. *Sed vt Themistio, nostrae aetatis erudito philosopho, placet, de his Aristotelis tractare incipit, quae percipiuntur, quaeque ipse vocat Graeco nomine σημαινόμενα, siue φαντασίας, id est imagines rerum insidentes animo.* Citatur etiam a Boethio in categorias et a Simplicio. Meminit quoque Suidas, et Themistius ipse in Orat. 21. pag. 256. In priuatos vsus se commentaria in Aristotelem scripsisse innuit orat. 23. pag 294. 295.

Para-

zz) Ex hoc loco quidam viri docti scripsere, Themistium fuisse Augustini praeceptorem. Sed nihil aliud videtur Augustinus innuere, quam monumentis se Themistii vsum ex illis profecisse. *Nostra enim memoria philosophum* dum adpellat, iam defunctum innuit.

Paraphrasis in priora Analytica. Memorat Boëthius in lib. de interpretatione p. 28. testatus *Vegetium Praetextatum* priores posteriosque Analyticos vertendo non Aristotelem latino sermoni tradidisse, [?] sed transtulisse Themistium. Meminit etiam Suidas; nam παράφρασις ἀναλυτικῶν ἐν βιβλίοις β΄, priora spectat analytica, deinde verba ἀποδεικτικῶν ἐν βιβλίοις δύο respiciunt paraphrasin Analyticorum posteriorum, quae exstat. Quippe haec in [a]) codice Caesareo ita inscribitur: Θεμιςίȣ παράφρασις εἰς τὸ πρῶτον τῆς ἀποδεικτικῆς Ἀριςοτέλȣς. *Fabric.* Themistii tamen paraphrasin analyticorum priorum exstare mstam graece in cod. Parisino, monet *Buhle* l. c. p. 314. Ceterum in cat. codd. Paris. vol. II. citantur *paraphr. in analytica posteriora* in quinque codd. *in librum de demonstratione,* in codd. duobus; *in libros de anima* in nouem codd. *in libr. de physica auscultat.* in cod. sex; *in libr. de memoria et reminiscentia* in codd. quinque; *in libr. de insomniis* in quinque codd. *in libr. de somno et vigilia* in totidem codd. *in libr. de diuinatione per somnum* in quatuor codd. In bibl. regia *Taurinensi* sunt in cod. CXXVIII. (cat. codd. gr. Taur. p. 229.) Them. paraphrasis librorum *primi et secundi analyticorum* Aristot. — *libr. III. de anima; libri de memoria et reminiscentia; de somno et vigilia; — librorum septimi et octaui naturalis auscultationis. Harl.*

In Topica. Cassiodorus libro de dialectica, et saepius Boëthius. *Fabr.* — v. supra, vol. III. pag. 217. — In cod. quondam *Heidelberg.* n. CCCLXXXVI. fuit *Topicorum Ciceronis et Themistii collatio. Harl.*

In libros de Coelo. Simplicius pag. 16. et alibi.

ὑπομνήματα in vniuersos Aristotelis libros, quae a metaphrasibus distincta memorat *Photius* cod. LXXIV.

Ἐξηγητικοὶ πόνοι εἰς τὰ Πλατωνικά. Photius ibid.

Orationes aliquot ex illis Politicis XXXVI. quas legisse se *Photius* c. LXXIV. innuit.

Διαλέξεις. Suid. in Θεμίςιος. Ex his vnius praeclarum fragmentum seruatum a *Ioh. Stobaeo* in florilegio, titulo de Morte. Vide et supra, inter Orationes editas, XXVIII.

Epistola de amicitia, (diuersa omnino ab orat. 22. huius argumenti,) ex qua producit nonnulla Stobaeus in florilegio, tit. 51. 82. 93.

[Fabricius inseruerat litteras Libanii ad Themistium, suo aeuo adhuc ineditas, XIV. graecas cum versione, et quatuor ex latina Io. Sommerfeldii versione: quas quidem quum *Wolfius* in maiorem suam epistolarum Libanii collectionem recepisset, h. l. omittendas duxi. *Harl.*

IX. *Themistii locus de Empedocle.*

Apud Themistium haec verba occurunt oratione duodecima, qua Iouianum imp. Christianum ob sancitam lege religionis libertatem celebrat: Ἀγασθεὶ μὲν ȣ̓ν καὶ τȣ̀ς ἄλλȣς τȣ̃ νόμȣ προσήκει τὸν θειότατον Αὐτοκράτορα, μάλιςα δὲ οἷς ȣ̓κ ἐφίησι μόνον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ

a) Apud Nesselium IV. p. 66.

ἀλλὰ καὶ τοὺς θεσμοὺς ἐξηγεῖται, οὐ φαυλότερον Ἐμπεδοκλέους, οὐ, μὰ Δία, ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ. οἶδε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν ἑκάστῳ ἀπάτη καὶ φενακισμὸς παραπέπηγε, καὶ ὑποδύεται μεγαλοπρέπειαν μαγγανεία, καὶ εὐσέβειαν ἀγυρτεία. καὶ διὰ τοῦτο τὰς μὲν προάγει, τὰς δὲ κωλύει etc. Quibus verbis videtur Themistius innuere *Empedoclem* quemdam iuniorem, eumque conferre cum illo veteri, inter Pythagoricos philosophos longe celebratissimo.

Ecquis vero ab oratore noui *Empedoclis* nomine tangatur, eruditi viri non indignum putauerunt inquisitione. Itaque *Petauius* interpres Themistii, obscuritatem loci praefatus hanc suam coniecturam in notis ad illam orationem lectori proposuit. *Empedoclem opinor Christum Dominum gentilis homo atque impius vocat, quasi se ille perinde* [?] *vt Empedocles Deum haberi voluerit, eodem que ipso suo conatu mortem sibi arcessiuerit. Sed aperte de Christo dicere non ausus est, ne pium et Christianum Principem offenderet. Atque vtinam haec, ille quae dicit, aliam sententiam pati possent. Magno quippe redemtum vellem, vt ne tam consceleratum dictum elegantissimis hisce scriptis illigatum fuerit. Petrus* vero *Petitus* libro 2 Miscellanearum obseruationum cap. 13. testatus est, sibi Petauianam illam suspicionem improbari, nec probauit se illa cuiquam ex doctis, quod sciam. Idem porro gaudet se in feliciorem, atque, vt illi videtur, certissimam Themistianae sententiae interpretationem incidisse. *Nempe Empedocles est Peregrinus philosophus iste Cynicus, de quo Gellius, et Lucianus, qui patria profugus in Palaestina christianae militiae nomen dedit, et doctrina ita eminens super alios Christianos factus, vt sacros libros enarraret, et Christianis Magister, Propheta, omnia esset: qui denique Christianismum eiurauit, ad cynicam sectam se contulit, et demum insano gloriae amore furens, pyra exstante, Olympiae in totius Graeciae conuentu se sponte flammis absumendum dedit exemplo Empedoclis.* Sed ecce tibi praestantissimum atque eruditissimum Leidensium Theologum, *Stephanum Lemonium* in prolegomenis ad Varia sacra, Petiti quoque sententiae renunciantem, eaque verius aliquid et oratoris menti accommodatius promittentem. *Themistius reputans Empedoclis doctrinam, famam, honores, facinus, committensque cum animo, doctrina, fama, laudibus, fortitudine Polycarpi Martyris, facile et pro sua innata et oratoria dicendi facultate potuit Polycarpum vocare iuniorem et alterum Empedoclem, cuius doctrinam, sapientiam, merita aequaret Iouianus imperator, orationis Themistianae ingens et maximum argumentum. Qui variis legibus et edictis imperio se commendauerat, sicut Polycarpus apud Christianos variis scriptis ac epistolis olim inclaruerat.* Equidem fateor, mihi, etiam lectis iis, quae ad refellendam Petiti sententiam a Lemonio scripta sunt, nihilominus eam non desiisse verisimiliorem videri Lemoniana, siquidem iuniorem aliquem Empedoclem a Themistio perstringi ponamus, vti Petito suffragari etiam non dubitat *Menagius* p. 382. ad Laërtium, edit. Wetstenianae. Quo diligentius autem Themistii verba perpendo, nullum in illis deprehendo nouum Empedoclem, sed de antiquo solum sermonem esse contendo. Nam vocula οὐ non connectenda est cum verbis ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ, sed respicit ad id, quod praecesserat: atque idem est, ac si dixisset Themistius: οὐ φαυλότερον, μὰ Δία, [?] ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ. Ita ue simplicissima et verissima verborum Themistii expositio esse videtur, quam reperi in *Merici Casauboni*, digni tanto parente filii notis ad Marcum Antoninum p. 87. sq. Vnde patebit cum veteri Empedocle conferri Iouianum imperatorem. Casauboni verba haec sunt: *Nullum*

Nullum in rebus humanis sincerum bonum esse, cui malum vel apertum et manifestum, vel specie boni fallens adnexum non sit, ex aduerso (τὴν τῶν πραγμάτων ἀντιστοιχίαν *eleganter vocat Plutarchus ad illam, de qua diximus, elementorum contrarietatem fortasse alludens,*) *oppositum, eamque vetustissimam, fati seu prouidentiae legem esse, tot ex antiquis sunt, qui obseruant, vt qui dixerit, quam qui non dixerit, inuenire difficilius sit. Vt igitur Platonem, Theophrastum, Dionysium Halicarnasseum, Diodorum Siculum, Dionem Chrysostomum, Longinum et Ethnicos alios graecos, vt Procopium Christianum aut semi-Christianum potius, vt Graecos patres, aut Latinos Patres, aliosve cuiuscunque generis omnes omittam. Themistius ipse iam supra orat 3. aliis verbis eamdem sententiam complexus erat, vbi ait:* Sane vnumquodque eorum, quae in hominum vita sunt bonorum, periculo semper aliquo tectum et obvolutum videtur, nullumque est contrarii penitus expers ac sincerum: nec absurde quidam scenicus poëta dixit, nullum in vita bonum esse, quod radice ab vna qualis arbor, prodeat, sed semper illi, quod malum est, adnascitur. *Laudat igitur Themistius imperatoris edictum, non eo solum nomine, quod religionis optionem liberam reliquerit, sed quod eadem lege, qua id permittebat, grande istud arcanum,* (θεσμὸς *ipse vocat adpositissimo vocabulo,*) *ab Empedocle veteri philosopho primum animaduersum et litteris proditum, de boni malique consilio et indissolubili nexu disertis verbis exsecutus sit: aut si non disertis ille verbis, at ipso tamen effectu propositoque legis,* (*saltem vt Themistius proposito suo inseruiens interpretatur,*) *insinuauerit. De Empedocle Plutarchus* περὶ εὐθυμίας *testis.* Παλίντροπος, *inquit,* ἁρμονίη κόσμου, ὥσπερ λύρης καὶ τόξου, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καθαρὸν οὐδὲν οὐδὲ ἀμιγές. *Et mox post laudatum Euripidis eumdem, quem laudat Theophrastus in eam rem, locum pergit:* οὐ γὰρ (ὡς ὁ Μένανδρος φησὶν) ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ, εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου ἀγαθός· ἀλλὰ μᾶλλον (ὡς Ἐμπεδοκλῆς,) διτταί τινες ἕκαστον ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται μοῖραι καὶ δαίμονες. *Et post prolatos Empedoclis versus,* (*verbis, vt pleraque sunt Empedoclis, non vsitatis quidem, sed id tamen ipsum, quod Themistius hic, non obscure, si quis attendat, innuentibus,*) *ita pergit:* ὥστε τούτων ἑκάστου σπέρματα τῶν παθῶν ἀνακεκραμένα δεδεγμένης ἡμῶν τῆς [?] γενέσεως, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν ἀνωμαλίαν ἐχούσης. *Cetera apud ipsum legantur. Themistii sententia sic exposita et extra controuersiam posita, de verbis videamus, quae etsi longe aliter accipienda, quam voluit interpres, minima tamen et fere nulla mutatione sic scribenda censeo:* ἄγασθαι μὲν οὖν καὶ τῶν ἄλλων, (*ita malo quam* τοὺς ἄλλους, *quod tamen ferri potest, nec sententiae, quam volumus, incommodat,*) τοῦ νόμου προσήκει τὸν θειότατον αὐτοκράτορα, μάλιστα δὲ εἰς (*id est* τούτων *vel* ἐκείνων εἷς) ἐκ ἐφίησι μόνον etc. Dignus, *inquit,* imperator, quem venerantes admiremur, tum ob alia, quae lege illa continentur, tum praecipue, quod non solum religionis libertatem indulgeat, sed et aeternas illas leges a Deo latas non minus perite, non ille (*imperator scilicet*) per Iouem, (*elegans haec* ἀναδίπλωσις *seu* ἐπίζευξις *est dicenda, non intellecta praecipue decepit interpretem*) quam vetus ille Empedocles explicet. Hactenus Mericus Casaubonus. Sane haec mihi verisimiliora etiam visa verborum Themistii expositio, quam quae nouissime ad illum locum adlata a doctissimo editore his verbis: *Ne nis ego ... ignore contenderim voces eas, quae proxime has* οὐ φαυλότερον Ἐμπεδοκλέους *sequuntur.* οὐ, μὰ Δία, ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ, *inutile quodpiam glossema esse, qualia saepe multa in Themistii textu irrepsisse animaduertimus: nam neque vllo modo cohaerent cum oratione reliqua, et iis expunctis nihil admodum hic superest difficultatis*

 aut

aut salebrarum, unde se quisque expedire nullo negotio non possit. Gratulandum enim impe-ratori ait ob sancitam religionem mundo . b . tatem, sed ab iis maxime, quorum iura ri-tusque diiudicat et explanat, nihilo deterius, quam Empedocles olim fecisse perhibetur, quem aiunt, vt refert Suidas, consuetudine Deorum vsum didicisse ex iis, ὅπη τοῖς ἀνθρώποις χαίρουσι καὶ ὅπη ἄχθονται, cum ceteri mortales in explicanda Deorum natura et cultu coniectu-ra solummodo et opinione, aut omnino errore ducantur. Ad hunc enim morem Iouianus Augustus quum intelligat ad veneficia a sacrificiis, Ethnicorum scilicet, quorum ritibus addi-ctum fuisse Themistium certum est, et a religione ad superstitionem facilem prolapsionem esse; sic paganorum ritus secernit a ceteris, vt istos eis condonet, illis interdicat: quod quum sa-pienter admodum sancitum sit, hos ipsos, quorum in rem ea maxime cedunt, gratulari im-peratori oportet.

FINIS VOLVMINIS SEXTI.

SVPPLE-

SVPPLEMENTA QVAEDAM.

Ad pag. 382. ſpem nouae grammaticae gr. mihi factam eſſe ſcripſeram. Illa vero grammatica ſuperiore anno eſt in lucem emiſſa et inſcripta:

Θησαυρὸς Γραμματικῆς, συντεθεὶς μὲν, ὡς οἷόντε, εὐμεθόδως παρὰ τȣ̃ ἐπισημονικωτάτȣ Ἰατροφιλοσόφȣ Κωνϛαντίνȣ Καραϊωάννȣ — cum additamentis et exemplis adiectis; editus cura *Polyzoes Kontu* (τȣ̃ ἐν Ἱερεῦσιν ἐλαχίϛȣ Πολυζώη Κοντȣ̃, Διδασκάλȣ τȣ̃ ἐξ Ἰωαννίνων.) Budae. I. vol. 1796. — vol. II. 1797. 8. conf. ephemerid. litterar. Gotting. a. 1797. plag. 183. pag. 1802. ſqq.

Ad pag. 387. Noua eaque multo cultior locupletiorque Fiſcherianarum animaduerſionum editio: *Animaduerſiones ad Iac. Velleri grammaticam graecam, ſpecimen I. auct. Io. Frid. Fiſchero;* prodiit Lipſiae 1798. 8. mai. 8.

De grammaticis etc. graecis quibusdam haec ex epiſtola amici, cuius liberalitatem in praefatione laudaui, adnotare et ſupplere licet:

Nouvelle Methode pour apprendre facilement la Langue greeque, miſe en Franc. (par *Cl. Lancelot*,) connue ſous le nom de methode de Port royal. Paris 1696. 8.

Abregé de la nouvelle Methode (précédente) Paris Mariette. 1731. 12.

Principes generaux tirés des elemens de la Langue grecq. ou precis de la gramm. ſimple par M. *le Roi*, Prof. de Rhetor. en l'Univerſ. de Paris. Barbou 1773. 12.

Synopſis radicum (vt vocant) L. Gr. etc. Rhotom. Io. de Boullenger. 1630. 12.

Le Jardin des racines grecques etc. impr. pluſieurs fois et en diuers lieux. 12.

Τῆς ἑλλάδος φωνῆς ἐπιτομή. Seu graecae linguae Breuiarium, quo radicum eius ex optimis — auct. re ipſa oſtenditur, in gratiam graecis litt. initiator. auct. *Ant. Laubegeois*, Duacenſi., e ſoc. Ieſu ſacerd. Duaci. Io. Bogard 1626. 12.

Imman. Aluari et *Cypriani Suaris* ſoc. Ies. *Praecepta, quae in quinque humanior. litter. claſſibus praeleguntur.* Aut ſub aliis titulis idem eſt liber: n. *Grammatica graeca, cui acc. inſtitutiones L. Gr.* — aut *Introduct. ad linguam L. et Gr.* — aut *Rudimens des Lang. lat.*

lat. et grecq. *à l'vſage des Colleges de la Comp. de I.ſus, prouinc. gallo — belgique — aut Nouvel abregé de la Gramm. lat. et grecq. à l' Vſage des Colleg. depend. de l' Vniver-ſité de Douay.* Douay. I. F. Willeval. 1768. 12.

Cours de L. Gr. ou Extraits de différens Auteurs, avec la Traduction interlinéaire latine et francaiſe et des notes grammaticales; à l'Vſage des Ecoles Central. par *I. B. Gail*, prof. de littér. grecq. au College de France, (en 4. parties.) Paris chez l'auteur, au Coll. de Fr. an V. (1797. 8.)

Nouvelle Grammaire grecque, par le même *I. B. Gail.* (actuellement ſous preſſe an. 1798)